

TRIDENTINI DECRETI DE IVSTIFICATIONE EXPOSITIO, ET DEFENSIO LIBRIS XV. DISTINCTA, TOTAM DOCTRINAM iustificationis complectentibus.

AVTORE FRATRE ANDREA VEGA, ORDINIS MINORVM, REGVLARIS OBSERVANTIAE, prouinciæ sancti Iacobi.

HABES ETIAM CHRISTIANE LECTOR DVOB. *posterioribus libris responsionem ad impiam antidotum Caluini in acta Synodi Tridentinæ.*

FVIT EXAMINATVM ET APPROBATVM HOC OPVS *per Reuerendiss. D. Ioannem Casam, Archiepisc. Beneuentanum, Venetijs Apostolicæ sedis legatum,*

ET EX CONSENSV REVERENDISS. P. F. AN*dreæ ab insula ordinis minorum Ministri generalis, ac Excellentiss. D. Capitum, Illustriss. Consilij Decem.*

Catalogum librorum huius operis, & errorum qui in eo impugnantur, uersa pagella indicabit.

Beatus uir, cuius est dñs spes eius, & nõ

respexit in uanitates & insanias falsas.

VENETIIS AD signum Spei. 1548.

1548

11

CATALOGVS LIBRORUM huius operis.

De autoritate, & utilitate decreti de iustificatione lib. primus in procemium
De naturæ, ac legis imbecillitate. lib. 2. in cap. 1.
De dispensatione aduentus Christi lib. 3. in cap. 2
De dependentia iustificationis a Christo. lib. 4. in cap. 3.
De descriptione iustificationis, & necessitate baptismi. lib. 5. in cap. 4.
De præparatione adultorum ad iustificationem. lib. 6. in cap. 5. & 6.
De causis iustificationis. lib. 7. in cap. 7.
De gratuita per fidem iustificatione. lib. 8. in cap. 8.
De incertitudine gratiæ. lib. 9. in cap. 9.
De gratiæ, ac gloriæ inæqualitate. lib. 10. in cap. 10.
De obseruatione mandatorum. lib. 11. in cap. 11.
De incertitudine prædestinationis, & perseuerantiæ. lib. 12. in cap. 12. & 13.
De lapsis, & eorum reparatione. lib. 13. in cap. 14.
De mortali peccato, & ueniali. lib. 14. in cap. 15.
De uera, & ficta iustitiæ Christi imputatione. lib. 15. in cap. 16.

ERRORES IN HOC OPERE

magis ex professo impugnati.

1 Absoluere potest quilibet christianus quemuis alium 400.a
2 Absoluendus non est pœnitens ante peractam pœnitentiam 400.c
3 Absolutio sacerdotalis inanis est 400.d
4 Animæ purgatorij non sunt certæ de sua salute 490
5 Animæ purgatorij possunt mereri & demereri 490.a
6 Animæ purgatorij sine intermissione peccant 275.b
7 Animæ sanctorum decedentium ex hac uita absque reatu peccati non statim uident Deum 482.c
8 Baptismus Ioannis est signum perpetuæ propitiationis diuinæ,& eius recordatio est necessaria ad reparationem lapsi 471.b
9 Baptismus Ioannis eiusdem fuit efficaciæ cum baptismo Christi 472.c
10 Baptismus non est in præcepto 43.c
11 Baptismus non est necessarius paruulis ad salutem,sed absq; illo, & martyrio possunt saluari 47.b.463.b
12 Baptismi uotum nunquam sufficit adultis ad salutem 45.d
13 Concupiscentia carnis semper est in hac uita proprie peccatũ 260.b.421.c
14 Confessio auricularis non est instituta a Christo 362.d
15 Confessio auricularis non est præcepta de iure diuino 389.a
16 Confessio uenialium non est sacramentalis 397.c
17 Confessio omnium mortalium non est necessaria 398.b
18 Contritio facit magis peccatorem 51.a
19 Dæmon non habuit aliquod ius in hominem per peccatum Adæ, neq; filius Dei carnem assumpsit ut ab eo hominem liberaret 9.b.d
20 Deus autor est peccati,sicut & boni operis 18.d.466.d
21 Deus totalis causa nostrorum omnium operum 18.b.51.d
22 Dispositio nostra non est causa iustificationis 131.a
23 Nulla est dispositio præuia ad iustificationem 50.d.51.b.467.c
24 Quo quisque disponit se magis ad gratiam,magis peccat 87.b
25 Fides amittitur quolibet peccato mortali 427.a
26 Fides, per quam iustificamur est certa persuasio de remissione peccatorum 27.b.197. a
27 Fides,per quam iustificamur est fiducia de iustificatione 432.d
28 Fides sola sufficit ad salutem 245.c.273.b
29 Iustus in omni opere peccat 275.b.438.a
30 Iusti liberi sunt a mandatis decalogi 246.a.250.a.251.d
31 Iusti liberi ab omni reatu peccati,indigent ab beatitudinem consequendã noua imputatione iustitiæ Christi 481.c
32 Iusti non proficiunt in gratia 223.b
33 Iusti non possunt implere legem Dei 254.b 454.b
34 Iusti non possunt mereri beatitudinem 279.d.477.b
35 Iusti non possunt confidere aliquo modo in suis meritis 488.d
36 Iusti non possunt perdere suam iustitiam 299.a.303.a.461.a
37 Iusti possunt implere legem dei sine gratia speciali 268.b
38 Iusti possunt perseuerare sine gratia speciali 324.b
39 Iusti sine reuelatione possunt esse certi per fidem de sua gratia 147.a
40 Iusti sine reuelatione possunt esse certi de sua perseuerantia & prædestina-

tione 299b..461.a
41 Iuſti tenentur credere ſe eſſe in gratia 145.c.223.d
42 Iuſtorum ęqualis eſt gratia & gloria 224.a
43 Iuſtificati ęqualiter iuſtificantur 85.d.223.d
44 Iuſtificati non ſunt uere iuſti 468.d
45 Iuſtificati omnes liberi ſunt ab omni culpa & pęna 409.471.d
46 Iuſtitia Chriſti cauſa eſt formalis noſtrę iuſtificationis 110.c.462.c.469.d
47 Iuſtitia formalis non eſt aliquid inhærens iuſtis 108.d.469.d
48 Liberum arbitrium eſt titulus ſine re 16.a
49 Liberum arbitrium non habemus ad ſpiritalia, ſed tantum ad naturalia & moralia 19.c
50 Liberum arbitrium paſſiue tantum ſe habet ad ſuos actus 19.b
51 Liberum arbitrium per peccatum Adæ non eſt attenuatum 15.a
52 Mortui omnes, ante paſſionem Chriſti, ſunt damnati 14.b
53 Mercedis ęternæ intuitus uitiat bona alioqui opera 293.b.476.a
54 Omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt 16.
55 Opera omnia infidelium, & quorumcunque peccatorũ ante gratiam ſunt peccata 51.a
56 Peccatores lapſi a gratia baptiſmi non poſſunt reparari 335.d
57 Peccatores non poſſunt implere aliquod præceptum 267.d
58 Peccatum nullum ſeparat a gratia præter infidelitatem, et ea ſola eſt peccatum mortale 418.c.426.b
59 Peccatum omne eſt peccatum mortale 277.c.420.a
60 Peccatum omne ex ignorantia eſt ueniale 420 a
61 Peccatum omne infidelium eſt peccatum mortale 420.a
62 Peccatum omne prædeſtinatorum eſt ueniale ibidem
63 Peccatum omne reproborum eſt mortale ibidem
64 Peccatum unum mortale non ſufficit ad amittendam gratiam 424.d
65 Peccata aliqua ſunt irremiſſibilia in hac uita 336.b
66 Peccatorum aliquis numerus irremiſſibilis in hac uita 336.c
67 Perfecti non ſunt ſubditi mandatis 245.d.249.c
68 Pœnitentia lapſi a gratia baptiſmi non conſtat contritione, confeſſione, & ſatisfactione 364. d
69 Pœnitentia prioris uitæ non eſt neceſſaria peccatori 367. c
70 Pœnitentia prioris uitæ non eſt in præcepto 371. b
71 Prædeſtinati ſoli uere iuſtificantur 299.a.461.a
72 Purgatorium non eſt extra hanc uitam 422.b
73 Sacramenta non ſunt cauſa gratiæ, ſed ſola fides 118.d
74 Sancti defuncti non ſunt inuocandi 472.d
75 Sanctorum nullus ſeruauit mandata abſque tranſgreſſione mortali 256.a 456.a
76 Satisfactio non eſt neceſſaria contritis 409.471.d
77 Timor gehennæ peccatum eſt 66.d.388. b
78 Virgo beatiſſima non caruit ueniali peccato 444.b

Illuſtriſſ.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. D. PETRO PACCECO

S. R. E. presbytero Cardinali, & Giennensi præsuli, patrono, ac domino suo colendißimo. F. Andreas Vega *salutem in domino & fœlicitatem.*

Diuina omnia, tãta & tam illustria sunt clarißime pręsul, ut quoquo uersum spectes, cõuenientis oculos eximia sua luce pręstringant, & in admirationem, uel potius stuporẽ uniuersorũ mentes adigant. Sed ex oĩbus, quibus in iis, quæ facta sunt, sese nobis uelut cõiuẽdam dedit ęterna illa, & beneficentißima diuina uis, nihil est admirabilius, nihil illustrius iustitia, q̃ in huius mũdi administratione,
cum summa semꝑ suauitate, & clemẽtia cõseruat. Iustitia tua, inquit regius psaltes, *Ps. 35.*
sicut montes dei, hoc est, iuxta phrasim Hebraicam, sicut mõtes æditißimi, & al-
tißimi, quorum uerticem & cacumen nulla oculorũ acies potest assequi. Hęc luci 2. *Pe.*
ferum cum suæ factionis apostaticis angelis e cœlo deturbauit, protoparentes no 2.*a*
stros a paradiso uoluptatis expulit, diluuiũ in orbem induxit, linguam uniuersæ *Ge.3.*
terræ in Babel cõfudit, ciuitates Sodomorũ, & Gomorręorũ subuertit, Dathan *d*
& Abiron cum cõplicibus uiuẽtes in infernũ redusit, regna & imperia mutauit, 7. *d*
atq; a Babyloniis ad Medos, & Persas, & ab his ad Græcos, & a Græcis in Roma 11. *b.*
nos transtulit, & eadẽ in specie olim colũnæ ignis, & nubis Pharaonẽ, & currus, 18.*e*
& totũ exercitũ eius in profundũ maris rubri demersit. Vbi collisi sunt currus, *Num.*
& hostiũ suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ dñi, canit illa fortis, & ele- 16. *e*
gantißima Delbora. Et q̃m iustitia est plena dextera ipsius, qui per Amos monuit *Dan.*
iustitiã suã esse sicut torrentẽ fortẽ, idẽ ut non tm̃ eam tremendã, sed & amandã, & 2
desiderandã indicaret, per Dauidẽ & Paulũ liberare illã oppressos, lætificare mœ- *Exo.*
rentes, exaltare humiles, & præmiare certantes luculẽter expreßit. Semꝑ illã sibi 14. *e*
comitẽ deus uoluit, & in oĩbus suis operibus uestigiũ aliqd' ipsius dereliquit, atq; *Iudic.*
in ipso oĩm operũ misericordię pstãtißimo magnifice nobis eã cõmẽdauit. Quid 5.*b*
aliud unigenitũ filiũ dei a cœlis ad terrã deduxit, nostra carne uestiuit, cõciuẽ no- *Psal.*
strũ fecit, laboribus, molestiis, & necessitatibus huius uitæ, ac morti deniq; turpis 47
simæ, & acerbißimę subiecit, q̃ iustitia? O admirãdũ, & adorandũ sapiẽtiæ diuinę *Amos*
cõsiliũ, & a nostris oĩbus oĩno remotißimũ. Liberare hoĩem pater cœlestis pp di 5 *g*
uitias suę misericordiæ uolebat. Et ne liberaret læsa uel in speciẽ iustitia, ad nos mi *Ps.30*
sit filiũ suum, qui iusta pro nobis exolueret, & suo nos sanguine iure ab iniquo 18. 88
tyrãno redimeret. Planẽ sibi cũ obuiauerũt iustitia, & misericordia & suauisimo 2. *Ti.*
se sunt osculo cõplexę, ac benedictũ factũ est lignũ, ꝑ quod pfecta est iustitia. Atq 4
nõ sibi soli hoc tm̃ ornamẽtũ deus uoluit. Nõ est inuidus, sed usq; admiraculũ no *Ps.84*
strę semꝑ gloriæ studiosus. Oĩa pp nos operatus est suis bonis ipse ditißimus. Fi *Sapi.*
lium suũ iustitiã nostrã fecit, ut nos efficeremur iustitia dei in ipso. Et in hoc se ille 14. *a*
pstitit oĩbus in rebus absolutißime iustũ, & carißime exigẽdę, & tuendæ iustitiæ 1.*co.*1
praeest, atq; ipsa est pulchritudo & decor iustitiæ, ut & nos ab eo discamus ubiq; 2.*co.*5
sectari iustitiã. Ad hoc scripturã, ad hoc sacramenta, ad hoc praecepta, ad hoc pro *Hier.*
phetas, Apostolos, pastores, doctores, & seipsum nobis largitus est. Vult hãc no 31. 50
bis cũ ipso uirtutẽ esse cõem, Quos ad imaginẽ & similitudinẽ suã plasmauit, mo

ribus postulat sibi eẽ similes. Quid aliud pcepta oia & cõsilia sunt, quàm pcepta & cõ
silia iustitiæ? Ac uide quantopere cupiat nostrã ille iustitiã. Quia nemo nostrũ so-
lis suis uiribus eã ualet cõsequi, ipse ad eã obtinẽdã adiuuat, ipse hortatur, ipse ma-
gnis præmiis inuitat, ipse cõcedit, ipse largitur. Inde iustitia incipit, inde claritas &
dignitas ipsius principatũ sumit. Diligẽda res hoi, q̃ deo cara est. Bonũ qđ amat.
Diuina maiestas, cõmendat. Hac una, pmereri se uult, nec quenq̃ amat, aut inhabi
tat, nisi quẽ illa exornauerit. Et oim bonorũ nostrorum origo, ipsa est, ac certissi
Prou. ma tutela. Iustitia simplicis, docẽte ueridica scriptura, dirigit uiã eius, custodit ino-
11. centis uiã, uitã pstat, in libertatẽ asserit, ditat, ptegit, firmat soliũ principũ, exornat,
13. 12. exaltat, beat. Vestimẽtumq; est, & cingulũ, & thorax, & lorica & clypeus, & ga-
14. 16 lea, & ois armatura iustorũ. Quęcũq; in oibus uirtutib. singillatim sunt, simul sub
Phil. 1 se cõplectit astrea ista, ac plane diuina uirtus. Nõ Hesperus, nõ lucifer, non ipse sol
Iob. mũdi oculus tm̃ splẽdoris orbi affert, quãtũ uel una iustitia. Tolle iustitiã e mun-
29. do, & in pceps ibũt oia. Tolle iustitiã e mũdo, et nihil erũt oia, nisi tenebrę, nisi ca
Esa. ligo, nisi cõfusio. Atq; hac nimirum rõne antiquus ille humani gñis hostis, & pri
11. mus puaricator iustitię, ab ipso mũdi exordio hoc satagit, hoc molit, hoc oi ui &
Sap. 5 ope sua conat, ut iustitiam a mũdo eliminet. Nollet tñ ornatũ esse in nobis. Quã
Eph. gloriam perdidit, dolet, si in alio cõspiciat. Mitto quid ante xpi aduentũ hac de cã
6 fecerit. Ex quo Dei iustitia per Euangeliũ manifestius coruscare cœpit, quid aliud
agit, quam aduersari, quam reluctari, quam resistere propagationi iustitiæ? In ipsis
ecclesiæ cunabulis, aduersus paucos & humiles Christi discipulos excitauit Iu-
dæorũ zelũ, pharisæorũ superciliũ, sacerdotum & scribarum autoritatẽ, regum,
ac principum armatã potentiam, magorũ pstigias, philosophorũ argumẽta, quia
nouerat iustitiæ illos esse pcones, & ad hoc in mundũ missos, ut iustitiam dei an-
nunciarẽt, & plantarent, ac ppagarent in hominib. Et ubi intellexit apostolos suã
autoritatẽ, & munus uelut p manus tradidisse pastorib. & doctorib. suscitauit &
aduersus illos hęreticorũ furores, fraudes, blasphemias, schismata, seditiones. Tot
machinis nisus ẽ satanas iustitiã e mũdo exterminar, ppellere, pfligare, ppulsare.
Sed nõ est cõsiliũ cõtra dñm. Tẽperante ipso, imo ulciscẽte conatus & impressio-
nes dæmõis, restituta est mũdo, & illustrata, & cõfirmata, et ppagata iustitia. Quo
que acrius ĩpetita est, et infestata, eo uelut aurũ splẽdidius orbi rutilauit. Oues. s. do
muerũt leones, colũbi abegerunt serpẽtes, iperiti cõfutauerũt huius sæculi sapien-
tia turgidos, humiles obscurarũt mũdi gloriã, imbecilles pstrauerunt tyrannorũ
potentiã, pauci subegerunt oẽs mũdi nationes. Perfidia Iudæorũ antiquatas do-
cuit legis iustitias, & euãgelicã iustitiã illustrauit. Oblatratiões philosophorũ cõfir
marũt Euangelij lucẽ. Hæreticorũ argutiæ, & tenebræ, scripturarũ arcana reuela-
rũt. Ita clarius, ita illustrius, ita manifestius declarata est, & orbi cognita dei iustitia.
Qđ & nobis his tẽporib. quasi in speculo cõtuendũ dedit largitas. Obscurare rur
sus conatus est dæmon uerã iustitiæ doctrinã, quã tenebat tota ecclesia, & in eã rẽ
aptissimos sibi delegit satellites, q argutijs, qui technis, & subdolo melle uniuersa
circũlinierũt, & falsis libertatis, ac pacis pmissionib. magnã heu & pclarã ecclesiæ
partẽ a iustitia, et recta fide abduxerũt. Sed hos quoque aduersarij nři impetus mi

to modo deus infregit. Suscitauit uicariū suū Romanū pontificē, suscitauit xp̄ianissimos principes, suscitauit fidelissimos pastores, et doctores. Indicitur legitime Tridenti cōcilium oecumenicum. Concurrunt eo cum obseruandissimis Apostolicae sedis legatis, p̄sules pietate et doctrina spectatissimi, ac uiri ex toto xp̄iano rū orbe doctiss. Aīaduertūt oēs, ac prudēter dispiciūt par esse, ut in id īprimis tota intētione incūbant, ut uiā ueram iustitię eduserāt, explicēt, elucidēt, nec sināt uel tā tisper obumbrari tantum orbis de.us & splendorem, innumeris diuinae sapiētiae argumētis, q̄ plurimis sanctorū omninum laboribus, atq; ipso Christi sanguine nobis cōmendatum. Nauant pro sua quisq; parte diligentissimā huic rei operā. Et ecce agente ipso spiritu sancto conciliorū omnium praeside per decretum de iustificatione, Tridenti sessione sexta admirabili patrum omniū consensu pronunciatū, tota doctrina necessaria ad acquirendā, tuēdam, augendā, reparandam, ac perficiendam iustitiam multo clarius quā unq; ante hęc tēpora emicuit. Debet hoc illustrissime antistes amplitudini tuae tota ecclesia. Debet hoc tuae curae, & solicitudini iustitia Christiana, ac debebit in perpetuum. Nam tuis quidē laboribus, tuisq; uigilijs, & admonitionibus magna ex parte effectū est, ut tam certa, tā necessaria, & tā perspicua doctrina frueretur orbis terrarū. Nollem sane quenq; defraudare sua gloria. Quid alienū magis a mea professione? Quid dissonū magis tuis uotis? Tuā tu semper gloriam, gloriam praesulū omnium, qui Concilio interfuerūt putasti, & eis omnibus honorandis, amplectendis, recreandis, ac nonnullis ex ipsis magna ex parte alendis sedulo inuigilasti. Et pro sua quisq; uirili & portione non mediocriter hac in re desudauit. Sed tuos ego magis assiduos labores, ac p̄petuā solicitudinem, quam pro omnibus decretis corrigendis, conformandis, examinādis gessisti, sicut domesticus, & oculatus testis commēdare posteritati & debeo, et possum. Nō cupit, sat scio, iste tuus generosus, excelsus, & erectus animus suas uel legere, uel audire laudes. Nosti bn̄ tantā nos uerę gloriae iacturā apud deū facere, quantū nostris delectamur hac in uita p̄comijs. Sed Det nobis semel hāc ueniam, oro, sublimitas tua. Sine paululū nostrae in te indulgere pietati. Dū tuā.n. celebro gloriā, nihil aliud me agere existimo, quam dona in te dei p̄dicare, & egregiae uirtutis exēplū, uelut lumē in aedito ponere, ut & omnibus p̄luceat, & multos ad sui aemulationē accēdat. Vt tuae, & tui similiū modestiae est laudes hominū nō agnoscere, & deū unū exaltari uelle, qui totius boni autor est, ita scriptorū est gratitudinis nō tacere uiros, p̄ quos diuina benignitas tanta cōmoda largit̄ humano generi, laudent uero alij illustrissimi tui generis Paccecorū & Gueuarēsiū claritatē. Laudent iudiciū singulare, felicissimā memoriam, rarissimam prudentiam, absolutam utriusq; iuris, sed p̄sertim canonici peritiā. Praedicēt uiuidam fidem in deū & sanctos eius, cōmendēt syncerā pietatē, eximiam religionē, benignitatē, ac uiscera miserationis in pauperes, propensum affectū ad bene merendum de omnib. sed p̄cipue de religiosis, ac quibuscunq; cultui diuino mācipatis. Tollant in altum iustitię rectitudinē, honestissimorū tuorū morū integritatē, cum admirabili grauitate, & mansuetudine cōiunctā. Ego tametsi istis oībus laudibus te nō indignū agnosco, tñ praecipue adoro, & ueneror q̄dam alia dei in te munera, q̄ propria sunt pastorū

dominici gregis,atq; in te fulgere cõspicio. Nulla laus episcopo dignior, quã quod perpetuum geris studium pacis, & reformandæ ecclesię solicitudine semper teneris, & ardenti zelo flagras extirpandę omnis hæreseos, & illustrãdę ac propagandæ doctrinæ Christianæ. Quoties ego te uidi humanissime domine, nec tuæ ætatis, nec tuæ ualetudinis rationem habentem, & tempestiuis & intempestiuis horis, nunc hunc, nunc illum librum euoluere, nunc tecum meditari, & conquirere? Quoties nec tua, nec doctissimorum uirorum, quos tuis expensis alebas, nec nostra diligentia contentus, aliorum me coegisti sententiam, rationes, argumenta uestigare? Quoties & præter tuos, alios quoque uiros doctrina & pietate celebres ex diuersis nationibus & ordinibus ad te uenire fecisti, & cum eis acerrime certasti, ac eos inter se disserere & disputare fecisti de omnibus, ne minimo quidem uerbo decreti prætermisso? Hoc erat, hoc erat, scilicet, uere agere pastorem ouium Christi, hoc præsulem dignissimum, qui interesset concilio, hoc munere fungi cardinalis gloriæ totius ecclesiæ studiosissimi, & sitientissimi. Quę quidem res me commouit, ut tuo nomini consecrarem expositionẽ hanc & defensionem decreti Tridentini de iustificatione, quam & te teste iam ab aliquot annis, magnis meis laboribus parturio. Vt enim omittam, qꝫ & meipsum & mea omnia tibi debeo, iustum profecto erat, ut sub tuo pręsertim nomine, & auspicijs in lucem producerem, quę te iubente, te cogente, te impellente, ex lectione, catholicorum authorum, & ex tuis & doctissimorum aliorum, & nostris meditationibus & collationib. quanta maxima potui diligentia collegi. Fruantur igitur studiosi per sublimitatẽ tuam amplissime præsul his qualibus qualibus cõmentarijs nostris, & ĩ eis, uelut in quodam aceruo per te habeant, quidquid pertinẽs ad iustificationem, & in antiquis & in iunioribus ecclesiasticis doctoribus, hactenus potui inuenire, quando & per tuos labores, & prouidentiã, ac solicitudinem repurgata est & uindicata tota hæc doctrina a tenebris, & scrobe Allophylorum nostrorum. Sit hoc qualecunq; obsequium apud celsitudinem tuam meæ in te obseruantiæ pignus, ac signum animi nunquã tuorum in me beneficiorum futuri immemoris. Sicubi uero sum lapsus, ut quidem cõmunis fragilitatis conscius, in multis uehementer formido, benigne, ut soles, & amanter corrige, nec uerba, sed animum meum pensa, qui nihil aliud profecto toto in hoc opere uolui, quam doctrinam a patrib. traditam, ad certissimam euangelij lucem exponere, roborare, & qua decebat grauitate ab oblatrantibus hæreticis tueri. Idid autem quidquid est, quod pro gloria. S. Synodi hic desudaui, ac meipsum & mea omnia castigatissimo tuo iudicio, & cuiuscunq; rectius sentientis, atq; in primis Apostolicæ sedis & ipsius sacri concilij certissimæ censuræ subijcio. Vale integerrime & illustrissime præsul in pastore illo magno ouium Christo Iesu domino nostro, unico authore, reparatore iustitiæ. Venetijs apud religiosissimum cœnobiũ. S. Francisci a Vinea, Calendis Octobris, Anno Domini. 1548.

LOCI ALIQVOT SCRIPTVRAE SANCTAE aliquanto dilucidius explicati in hoc opere.

GENE.2.c.In quacunq; die comederis, morte morieris.12.a.346.b

3.c.Inimicitias ponã inter te &c. & Ipsum conteret caput tuum. Tu insidiaberis calcaneo eius.23.d

6.a. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum.282.d.283.b

Videns autem dominus, q multa malicia hominum esset in terra &c. 282.d

b.Pœnitet me fecisse hominem.185.c

8.d.Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines 283.a

15.a.Ego protector tuus, & merces tua magna nimis 185.d

22.c.Nunc cognoui q timeas dominũ 185.c

EXO.4.Ego indurabo cor Pharaonis 357.d

22.d.Dñs non detrahes et principi &c. 403.d

DEVT.4.e.Cum quæsieris dominũ Deum tuum, inuenies eum, si tamẽ toto corde &c.383.d

13.a.Tentat uos dominus de⁹ uester, ut sciat, si diligatis eum 185.c

1.REG.2 si peccauerit uir in uirum, placari ei poterit Deus &c.357.d.361.c

6.Si forte releuet manum suam a uobis 384.c

7. Et liberabit uos de manũ Philistim 10.b

14.c.Adduxit itaq; populus unusquisque bouem in manu sua 382.b

IOB.9.a. Vere scio, q ita sit, & q non iustificetur homo cõpositus deo 152.b 291.d 292.b

b.Si uenerit ad me non uidebo eum, si abierit non intelligam 151.c

c.Si iustificare me uoluero os meũ condẽnabit me. Etiãsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea 151.b

d.Verebar omnia opa mea sciens, q nõ parcis delinquenti 151. d

14.d.Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget 160.c

21.Nemo potest corrigere, quem ipse despexerit. Si destruxerit &c.361.d

26 Et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus &c.10.d

31.d.Per singulos gradus meos pronunciabo illum.226.a

PS.17. Et retribuet mihi dominus secũdũ iustitiam meã &c.184.b.d

18. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis mundame &c. 152.d.153.a

30.In iustitia tua libera me 126.a

31.Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam 184.d

41.Abyssus abyssum inuocat 69.c.156.a

47.De⁹ in gradib⁹ eius cognoscet 238.c

50.Amplius laua me ab iniqtate 408.b Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus, cor contritum &c.367.c

57.Iustus manus suas lauet in sanguine peccatoris 69.a

58.Deus meus, misericordia eius præueniet me 58.d

71.Quoniam liberabit pauperẽ a potente, cũ tribus sequentib⁹ carminib.29.a

79. Fiat manus tua super filiũ dexteræ tuæ.29.d

83.Beat⁹ uir, cuius ẽ auxiliũ abs te 225.d

130.Quoniã apud te ppiciatio ẽ 457.b

142.nõ intres in iudicium cũ seruo tuo domine &c.283.c

Prouer.4.b.Ducã te per semitas æquitatis, &c.257

20.b.Quis potest dicere mundũ est cor meum, &c.153.b

Ecclesiastes.7.c.Nõ est homo super terram, qui faciat bonum, & non peccet 284.b

9.a.Sunt iusti atq; sapientes. Et tamẽ nescit homo, utrum odio &c.153.d. 154.a

Cant.3.c.Quæ est ista, q̃ ascendit de deserto delitijs affluens &c. 326.a

ECC.1.Initiũ sapientiæ ẽ timor dñi 66.d

5 b.De propiciatio peccato noli esse sine metu 155.b

7.c.Nõ ẽ homo iustus in terra, q faciat

bonum,& non peccet 284.a
11 d.Ante mortem ne laudaueris quenquam hominem 305.c
18.c.Ne uerearis usque ad mortem iustificari.36.c.475.b
25.Timor dei initium dilectionis 67.a
ESA.5.a.Quid debui facere ultra uineæ meæ,& non feci?358 b
c.Væ uobis qui iustificatis impium,p muneribus 36.a
6.b.Væ mihi,quia tacui 290.a
11.b.Delectabit ĩfãs ab ubere.&c. 10.d
26.A timore tuo,uel a facie tua,domine concepimus &c.67.b
28.d.Mittam in fundamentis Syon lapidem 123.c
53.b.Vere languores nr̄os ipse tulit &c. 27.c
55.b.Derelinq̃t impi⁹ uiã suã &c.368.d
56.b.Dabo eis in domo mea & in muris meis locum &c. 233.d
64.Quasi pannus menstruatæ oẽs iustitiæ nostræ.8.expositiones 287.d
65.Et seruos suos uocabit nomine alio 182.b
Hiere.3.a Si dimiserit uir uxorẽ suã &c. conuertimini ad me &c.341.c
b.Frons mulieris meretricis facta est tibi &c.361. c
g.Dormiemus in confusione nostra,& operiet nos &c.288.b
6.d.Curabãt cõtritionem filiæ populi mei.Cõfusi sunt,qui abominationem fecerunt 384.d
7.d.Tu aũt noli orare p &c.358.a.360.a
8.d.A minimo usque ad maximũ omnes auaritiam sequuntur 288.b
13.b.Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius ebrietate 158.d
14.d.Non parcam,& non concedã,neque miserebor &c.359.b
17.a.Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo &c.360.a
b.Prauũ ẽ cor hoĩs,& ĩscrutabile 177. a
18.a.Si pnĩam egerit gens illa, agam & ego pœnitentiam &c.341.d
23.b.Ecce dies ueniẽt &c.dominus iustus noster 29.d
EZEch.3.c.Sanguinem autẽ eius de manu tua requiram 373.c
14.e.Si fuerint tres uiri isti in medio terræ Noe &c.358.a
16.e.Auferetur zelus meus a te 358.b
f.Iustificata est sorores suas &c.36.b
18 g.Si impius egerit pœnitentiã &c.75.c.341.d.368.c.379.b
33.c.Nolo mortem peccatoris,sed ut cõuertatur,& uiuat 342.a
DAniel.4.e.Pc̄tã tua eleemosynis redime &c.forsitan,ignoscet Deus 154.d
IOEL.2.c.Quis scit si conuertatur, & ignoscat deus 155.a
Cõuertimini ad me in toto corde uestro &c.368.d
AMos.1.a.Sup trib⁹ sceleribus &c.,super quatuor nõ cõuertã eũ 357.c.359.b
5.a.Dom⁹ Israel cecidit, & nõ adiĳciet, ut resurgat &c.357.d
2.MAccab.12.g.sancta & salubris ẽ cogitatio p defunctis exorare &c. 408.a
MAtt.5.a Beati pauperes spũ,cum reliquis beatitudinib.a fo.316.usque ad 324
Gaudete & exul.qm̄ merces ur̃a 485
c. Qui ergo soluerit unũ de mandatis istis minimis &c.252.c
7.c.Nõ põt arbor mala bonos fruct⁹ facere neque &c.284.d.309.c.466.b
11.d.Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis &c.255.a
13.c.Omne peccatũ & blasphemia remittetur hominibus &c.346.c
18.c.Non dico tibi usque septies,sed usque septuagies septies 337.c
19.d Apud hoĩes hoc ipossibile ẽ 267.a
20 a.Conuentione autem facta ex denario diurno.486.d
c.Nõ est meum dare uobis 232.a
24.Væ prægnãtibus & nutriẽtib. 290.a
26.e.Quẽcũque osculat⁹ fuero &c.349.c
Luc.7.e.Publicani et peccatores iustificauerunt Deum.Iustificata est sapiẽtia ab omnibus filĳs suis.36.a.b
g.Remissa sunt ei peccata multa,qm̄ dilexit multum 28.34.72.b
8.g.nõ ẽ mortua puella,sed dormit 310 c
11.b.Si ergo uos cũ sitis mali nostis bo-

na data dare &c.83.d.286.b
15.Parabola filiј prodigi 42.a
17.b.Si peccauerit in te frater tuus icre-
pa illum &c.& si septies &c.337.d
18.c.Descendit iustificatus ab illo 128
Ioan.2.d.Ipse aũt Iesus non se credebat
eis.183.a
3.a.Nisi qs renatus fuerit &c.43.d.47.
c.464.a
Oportet uos nasci denuo 119.a
Spũs ubi uult spirat &c.314.a
5.b.Vade,& iã ãpli⁹ noli peccare 379.d
6.c.Nemo põt uenire ad me, nisi pater
traxerit eum 53.c
f.Siquis manducauerit ex hoc pane,ui-
uet in æternum 406.a
7.a.Nõ potest mundus odisse uos 62.a
8.c.Moriemini ĩ peccatis uestris 349.a
d.Veritas liberauit uos.9.c
Si ergo uos filius liberauerit 467.a
9.f.Pctõres Deus nõ exaudit 84.a
12.e.Venit princeps mũdi hui⁹ &c.9.b
f.Propterea non poterãt credere &c.62
a.355.d (251.b
13.b.Nõ est seruus maior dño suo &c.
14 a.In domo patris mei mãsiones mul
tæ sunt 231
16.c.Cum autẽ uenerit ille,docebit uos
omnem ueritatem 182.a
17.b.Non pro mundo rogo 359.b
20.f.Accipite.ss.Quorũ remiseritis pec
cata remittunť &c.363.b.401.a. 472.a
Actuum.2.f. Saluamini a generatione
ista praua.76.a
8.d.Pœnitentiam itaq; age ab hac neq-
tia tua,si forte &c.339.a
19.Multi aũt credentium ueniebant cõ
fitentes peccata sua.393.d
Rom.2.a. Ignoras qm benignitas Dei
ad pniam te adducit 338.c.373.a
3.d.Oẽs peccauerũt,& egẽt grã dei 26 d
d.Iustificamur gratis,& non ex operi-
bus.58.d
Arbitramur iustificari hominẽ per fidẽ
sine operibus 123.d.273.b
4.a.Ei q opať,merces nõ imputať 127.a
c.Ideo ex fide,ut secũdum gratiã firma
sit promissio omni semini 197.b
5.a.Caritas Dei difusa est in cordibus
nostris.114.b
c.Vbi abundauit delictũ, cũ quibusdã
precedentibus 28.c. 470.d
6.b.Non regnet peccatũ in uestro mor-
tali corpore 260.a
8.c.Spe salui facti sumus 125.a
e.Ipse.n.spiritus testimoniũ reddit spi-
ritui nostro 173.d
g.Cert⁹ sũ.n.qa neq; mors,&c. 178 c.d
9.b.Non ex operibus sed ex uocãte di-
ctum est &c.132.d
g.Ignorantes iustitiam Dei &c.136.b
11.a.Si aũt grã,iã nõ ex opibus. 126.b
14.d.Omne,quod nõ est ex fide,pecca-
tum est.86.d
1 Co.1.d factus est nobis sapiẽtia & iu
stitia &c.29.d
2.c.Nos autem non spiritũ huius mun
di accepimus &c.176.c
Quis.n.scit hominũ,q̃ sũt hominis, nisi
spiritus hominis qui in ipso est 176.d
d.Animalis homo non percipit 309.c
4.a. Nihil mihi cõsci⁹ sum, sed nõ &c.
150.d.155.d. 156.a.c.d.184.316.a
Itaq; nolite añ tpe iudicare &c.157.c
11.Probet aũt seipsum homo &c. 146.a
13.Qui aũt ędificat sup fundamentum
hoc aurum &c.228.c
15.b Nõ ego ãt, sed grã dei mecũ 267.b
i.co.15.f.Stella a stella differt ĩ clarita.
2.COR.1.c.Gloria nostra hæc est, testi
monium conscientiæ nostræ 175.c
d.Quotquot pmissiones dei sunt,in il-
7.b.Nũc gaudeo,qa contri- (lo ẽ.22.c
stati estis sed quia &c.370.d
8.b.Si.n.uoluntas prõpta est &c.46.a
10.d Qui gloriatur,in dño glorietur nõ
enim &c.27.b.158.a
An ñ cognoscitis uos metip.&c.177.b
b.GAL.3 Quicũq; ex opib. legis sũt &c.
Christus nos redemit de male- (455.c
dicto legis &c.253.a
d.Viuo ego iam non ego,uiuit uero in
me Christus 267.c
4.c.Filioli mei,quos iterũ pturio 353.a
5.a.Testificor oĩ hoĩ circũcidẽ.se.492.a
b.In libertatem uocati estis &c. 253.a

c.Si spũ ducimi.nõ estis sub lege 253.b
d.Aduersus hmôi nõ est lex 254.a
EPHE.1.a.Bñdictus deus & pr̃ dñi nr̃i Iesu Christi,qui bñdixit nos ĩ oi bñdictione spiritualı &c.usq; in laudẽ glĩę ipsius 30.b.107.c
Prędestinauit nos ĩ adop.filiorum 92.c
2.d.Ergo iã nõ estis hospites &c. 28.c
4.b.Vnicuiq; autẽ nostrũ data est gratia secundum mensuram 28.c
5.c.Mũdans eã lauacro aquæ &c.119.a
g.Sacramentũ hoc magnũ est &c. 23.c
6.c.Propterea accipite armaturam Dei
COL.1.b.Dignos nos fecit ĩ par (332.a tẽ sortis sanctorũ in lumine 35.a
Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ & transtulit &c.9.c
PHilip.2.b. Cũ metu et tremore uestrã salutẽ operamini enim &c.52 a
1.Tim.1 b.Iusto nõ est lex posita 253.b
TIT.3.b. Saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis 119.a
HEB.3.c. Participes Christi effecti sumus si tamen initium &c.300.a
6.a.Impossibile est eos,q semel sunt illuminati &c.350.a.351.d,352.c.353.b
b.Non est iniustus Deus, ut obliuiscaẽ operis uestri.351.d
7.b.Translato sacerdotio,necesse est ut legis translatio fiat 252.d
10.d.Volũtarie peccantibus nobis post acceptam notitiam &c.352.c.354.c
b IAC.1 a. Siquis uestrũ indiget sapientia,postulet a Deo &c.182.d
2.d.ABrahã nonne ex operibus iustificatus est?36.d.240.d.454. d
3.a.In multis,offendimus oẽs 276.a
5.c.Et oratio fidei saluabit infirmũ.339.b.391.d
c. Confitemini alterutrum peccata uestra &c.393.a
2.Petri.1.Satagite,ut p bona opera &c.183.b. 118.c
1.Ioan.1.c.Si dixerimus,q peccatũ non habemus &c 284.a.c
2.c.Ex nobis prodierunt,sed non erant ex nobis.310.b.311.b
d.Et non necesse habetis,ut aliquis doceat uos &c.181.d
3.b.Omnis qui natus est ex Deo,peccatum non facit &c.309.a
c.Scimus,qm̃ translati sumus de morte ad uitam.&c.179.d.180.c
d.Si cor nostrum non reprehẽderit nos &c.181.b.c
In hoc scimus,quoniã manet in nobis de spiritu quem dedit nobis 173.c
4.d.Timor non est in caritate 69.d
5.b.Qui credunt in filium Dei, habent testimonium Dei in se 173.d
c.Scimus,quia audit nos 180.b
d.Est peccatum ad mortẽ 356.a 357.b
IVdas. Et hos quidẽ arguite iudicatos &c.340.b
APOca.1.c, Zona aurea super mamillas eius 320.d
2.c Vincenti dabo manna absconditũ, &c.182. b
3.Siquis aperuerit mihi ianuã &c.381.b
13.c. Agnꝰ q occisus est ab origine mũdi.27 a
22. c. Qui iustus est, iustificetur adhuc 36.c

FINIS.

Recognitio autoris.

Errores magis pręcipuos,quos in hoc opere inueni,seorsum hic pie lector notaui,nam alios minutiores ad finem indicis adieci.fo. 59.pa 2. li.36.delenda sunt hæc,sicut patuit in paulo.fo.24.li ult.scribe,pene ubiq; 321.pa. 2.lin.33. scribe, ut iuxta quendam.Expositionẽ etiam can.26.inuenies. fo.198.d.can. 32. fo.484.d. can.uero. 33. fo.495.a.

INDEX EORVM QVAE OBSERVATIONE DIGNIORA
sunt in hoc opere, a Fratre Michaele Haduna summa diligentia collectus.

A

Aron pro incredulitate post dimissam culpã punitus fo.409.d
Abraham omnium hominum suæ ætatis iustiss. etiam ante Isaac oblationem 241.c
Abraham alicubi incredulus 441.d
Abrahã certus de sua ꝑdesti. 185.c.315.a
Abra. iustior Loth & Abimelech 235.c
Abraham profecit in iustitia per obędientiam. 225.c
Abrahã spe renumerationis labores peregrinationis tulit 294.a
Absolutio non est utilis nisi præcedat pœnitentia 164.d
Absolutio sacerdotis conformis debet esse absolutioni Dei 399.a
Absolutio sola forma sacramenti pœnitentiæ 365.d
Absolutio sola inter partes pœnitentiæ signum efficax gratiæ 365.b.d
Absolutioni præmittenda aliqua breuis oratio 391.d
Abstinere non est mera negatio 267.c
Abusus aliquarum indulgentiarũ corrigendus 417.a
Acceptatio nrorꝝ operũ incerta 160.c
Acceptio personarum nõ habet locũ in gratuitis ex Aug. in ep. ad Seleucianũ, nec Deo iniuri potest 135.a
Accusatio confuentis de operib. 181.c
Actiões Christi quadrupliciter fuerũt nobis utiles. 140.d
Actus exteriores habent aliqua priuilegia quibus carent interiores. 82.b
Actus habituũ infusorũ possunt proficisci ab acquisitis. 145.b
Actus intellectus notiores nobis quã uoluntatis 195.d
Actus nostri interiores nobis euidentes 201.c
Adã habuit gratiã añ lapsũ 91.c.304.a
Adã non peccante nos nõ morituri 12.c
Adam per pœnitentiam in gratiam Dei reuersus 34 b
Adam potuit cognoscere aduẽtũ Christi 23.d
Adã satisfactionem consecrauit 412.b
Adã terreni & cęlestis comparatio 29.a
Adã saluus & ꝑdestinatus 304.a.420.c
Adolescens Euãgelicus uere dixit se seruasse mandata 250.a
Aduentus filij Dei sex causę 21.d.22.b
Aduentus Christi tempus plenitudinis 22.b
Aduentus Christi cur dilatus 22.d
Aduentus Christi reuelatus Adæ ante lapsum 23.c
Aduentus spiritussancti duplex 192.b
Alexander Halen. nõ sensit certitudinẽ fidei de gratia possibilem 194.d
Amalech figura diaboli 306.c
Amare non potes quem nescias 124.d
Amati sumus sine merito 220.c
Ambrosius posuit meritum ex congruo 129.d
Ambrosius sensit necessariam confessionem 397.a
Ambrosii sententia de gratiæ certitudine 188.b
Amicitia causa dilectionis amicorum 115.c
Amicitia quæ complectatur in se 116.d
Amor aliorum nõ ita nobis constat ac odium 180.b
Amor aliquis concupiscentię erga Deũ bonus 297.d
Amor amicitiæ non semper repugnat amori concupiscentiæ 297.d
Amor Dei prouectus in sapientia 69.c
Amor Dei ob beatitudinem differt ab amore ob temporalia tripliciter 297.a
Amor mercenarius beatitudinis 296.a
Amor mercenarius repugnat caritati 297.d
Amor nr̃ & timor incertus 324.a

a

Amor noster signum amoris Dei erga nos 220.
Amor proximi perfectissimus 261.a
Amor uerus Dei potest stare cum mortali 185.c
Amoris proprium dilatare corda 258.a
Anathematũ in hæreticos ratio 495.c.d
Angeli añ lapsũ qua iustitia iusti 110.d
Angeli nullum defectum naturalem habuerunt 15.d
Angeli portabant animas iustorum in sinum Abrahæ 11.d
Angelorum diuersitas 235.a
Anima Christi a morte extra statũ merendi 103.c
Animæ iustorum ornantur muneribus 114.d
Animæ per peccata fiunt habitationes dæmonum 40.c
Animæ purgatorũ liberę a dęmone 11.d
Aïæ purgatorũ certę de sua salute 490.a
Aïus humanus se non penetrat 152.d
Anselmus non abrogauit meritum cõgrui 130.d
Antichristus secũdum legem potest saluari 349.c
Antonius Abbas de qua certitudine loquatur 186.d
Anulus fides 42.d
Apostoli confirmati in gratia 312.d
Apostoli contendentes de primatu non caruerunt ueniali 436.d
Apostoli hæsitauerũt de peccato, cuius non erant sibi conscij 187.d
Apostoli inter sanctos oẽs eximij 232.b
Apostoli magis hortabantur ad pęnitẽtiam quam ad baptismum 74.c
Apostoli non crediderunt resurrectionem antequam eis reuelaretur a Christo 61.a
Apostoli pœnitentiam præmittebant baptismo 74.c
Apostoli quõ uiderunt patrem 196.a
Apostoli nõ remiserũt baptizatis mortalia peccata sine confessione 392.d
Apostolorum certitudo de sua gratia 149.b
Apostolis reuelata sua prædestinatio 315.c
Aquæ baptismalis uirtus 120.c
Aquæ benedictæ antiquitas 423.b
Aquarum uirtus prædicta a prophetis 119.b
Arca Noe typus Ecclesiæ 229.b
Arma quibus de oĩbus hostib⁹ triumphare possimus 332.b
Ascensio Christi causa nostræ iustificationis 193.a
Ascensio Christi non reddidit humanitatem ipsius efficacẽ in nostram ascensionem 105.d
Ascensus ad magna non facilis 258.a
Assentiens euidenter certus est se non posse decipi 201.b
Assensus certus de aliqua re 141.c
Athesis laudatissimus fluuius 6.c
Attritio fit contritio per sacramentum pœnitentiæ,& attritus cõtritus 165.c 405.a
Attritio imperfectus dolor 367.c
Attritio pars pœnitentiæ 367.b
Auaritia idolorum seruitus 264.d
Audire libenter uerbum dei signũ prædestinationis 318.d
Auersio a peccato quid sit 368.c
Augmentum caritatis diminutio cupiditatis 238.a
Augmentum datur in uirtutibus 236.c
Augmenti iustitiæ causa opera iustorum 474.d
Augustinus distinxit uenialia a mortalibus 424 b
Aug. fidem dicit primum hominis meritum 139.b
Aug. gratiã, qua credimus, uocauit gratiam iustificationis 137.c
Aug. de gratijs uarie loquitur 135.c
Augu. Manicheorum errori cur assensit 18.c
Aug. merita putat aduersari gratiæ iustificationis 126 a
Aug. merita aliqua iustificationis agnoscit,& alia negat 129.a.136.a
Aug. nõn credidit effectũ Baptismi nõ posse impediri per deffectũ ministrantis 209.b

Aug. non omnem concupiscentiam peccatum credidit 422.a
Aug. non pollicetur mortalibus sine reuelatione securitatem 189.c
Aug. pro incertitudine gratię 159.c
Aug. sensit B. Virginem caruisse ueniali 445.b
Aug. sensit, posse nos ex gratia uenialia tota uita uitare 451.b
Aug. subticuit quęstionem de peccato in ss. in contionibus 347.a
Aug. uoluntate peccare, & libere peccare idem credidit 255.c
Augu. uocat bonum simpliciter quod ad consecutionem uitæ æternæ conducat 138.d
Augustini sententia de præcepto diligēdi Deum 491.d
Autoritas Dei reuelantis exuperat omnium argumētorum certitudinē 171.b
Autoritas Episcoporum 444.c
Autoritas originis satis ad mittēdum filium 23.a
Autoritas Synodi Tridentinæ 4.d
Autoritate Rom pontificis roborantur concilia 465.c
Auxilium ad perseuerādum nemini deficiet 257.b. 299.c
Auxilium diuinum potest quicunque uelit habere 360.b
Auxilium speciale nō est ad omnia bona opera necessarium 453.c
Auxilium speciale a gñali differt 31.c
Auxilium speci. ad aliqua in nostra potestate 57.b
Auxiliū speciale custodit iustos 329.c
Auxilia specialia duplicia 360.d
Auxilia specialia ad supnaturalia opera dantur propter Christum 31.b
Auxilia specialia impartiuntur nobis a Deo propter Christum 30.a
Auxilia specialia indigent meritis Christi non autem generalia 31.d
Auxilia specialia perdidimus iure, non autem generalia 31.d
Auxilia sufficientia & necessaria ad perseuerantiam 361.a

B

Bachonis sentētia de certitudine 194.d
Balaam habuit spiritum propheticum sine gratia 185.d
Baptismus ad quid institutus 75 a
Bap. adultis satis in uoto etiam uirtuali 43.c.45.d.46 b
Bap. aquæ sine pęnitentia non iustificat adultos 213 c
Bap. causa instrumentalis iustific. 90.b 119.a
Bap. causat remissionem peccato 119.b
Bap. cœpit esse in præcepto a die Pente. 45.a
Bap. confert primam gratiam 168.d
Bap. initerabilis 352. c.353.b
Bap. professio religionis Christiãæ 75.a
Bap. facit potiores actus nrōs 345.a
Bap. fundamentum Euangelicæ ueritatis 119.a
Bap. in præcepto etiam quibus non innotuit 45.a.75.b
Bapti. in re necessarius paruulis 43. c. 463.b
Bap. institutus loco circūcisionis 47.c
Bap. necessarius, etiam obtenta gratia 44.c.79.c
Bap. nemini negandus 120.a
Bapti. omnia præterita peccata condonat 354. d.408.a
Bap. paruulorum semper fuit in Ecclesia 119.d
Bap. præceptus omnibus 43.c
Bap. proficit ad salutem 119.c
Bap. quando cœpit prędicari 74.b
Bap. sacramentum fidei 119.a
Bap. non est signum perpetuæ propitiationis, nec baptizatis est necessaria memoria ipsius ad remissionem peccatorum 471.b.c
Baptismi præceptum, pręcipuū 44.d
Baptismi præceptum & necessitatem indicant illa uerba, Nisi quis renatus &c. 44.a.464.b
Baptismi propositum dispositio necessaria ad gratiam 75.c
Bap. intermissio aliquando sine peccato 210.a
Baptismi solemnis promulgatio 45.c

Baptismi sufficientia 33.b
Baptismi susceptio non ficta sufficit ad gratiam 164.a
Bap. Ioannis non eiusdem efficaciæ cũ bap. Christi 472.c
Per Baptismũ applicatur efficacia mortis Christi omnibus Baptizatis 119.c
Bap. recepturi admonendi 74.d
Bap. non suscipiens ex culpa ministri non propter hoc damnabitur 210.a
Baptizare seipsum nemo potest 210.a
Baptizans puerum potest habere certitudine iustificationis illius 145.b
Baptizatus ficte quis 165.a
Baptizati Baptismate Ioannis tenebantur baptizari baptismo Christi 44.d
Baptizati cogi possunt ad fidem seruãdam 90.b
Baptizati possunt credere sine formidine se esse Baptizatos 216.b
Beati perfectius implent præceptum diligendi Deum quam nos 265.b
Beatitudo brauium est 293.b
Beatitudo hæreditatis retributio 487.d
Beatitudo merces operũ bonorũ 477.d
Beatitu. Christi causa exemplaris nostræ 107.a
Beatitu. status omnium bonorũ aggregatione perfectus 300.a.318.c
Beatitu. summũ cõmodũ nostrũ 295.c
Beati. est uelut fructus bonorum operum 295.d
Beati. est uisio Dei & fruitio 91.a
Beati. nostra est finis intrinsecus iustificationis nostræ 108.c
Beati. sanctorum non æqualis 232.b
Beatitudo una erit cunctis 240.c
Beatitudinem Virginis Baptistæ apostolorum & aliorum multorum reuelauit Deus populis 314.d
Beatitudinẽ sperare oẽs tenemur 345.b
Beatitudinis intuitu bene operari, & Deũ diligere, ꝑpter ipsã, licet 273.b.4
Beatitudines a Christo designatę explicantur a 316. usque 324.
Beatitudo statim datur decedentibus ĩ gratia & sine reatu alicuiꝰ pœnę 482.c
Beatitudo debita iustis 487.a.492.d
Beneficentia ex beneuolentia orit 261.d
Beneficia iustificationis expressa iń parabola filij prodigi 42.a
Beneficia spiritalia nobis exhibẽtur ꝑpter Christum, & ab eius pendent meritis 28.b.32.b
Benedictio presbyteri sanctificationis traditio. 423.b
Benedictione episcopi, remitti uenialia ibidem.
Benignitas mentis remunerata in obstetricibus Pharaonis 278.a
Bernardus in quo distinguat ueros pastores a mercenarijs 297.a
Bernardus non negat meritum, quod gratiæ non aduersatur 134 a.487.b
Bern. non dicit necessarium nos credere nobis remissa esse peccata 146.c.d
Bern. pro incertitudine gratiæ 160.d
Bern. sensit, posse homines spirituales assequi aliquam certitudinem suę gratiæ 224.a
Bernardi expositio in his quib. aduersari uidetur incertitudini gratiæ 192.a
Blasphemantes Christum consecuti remissionem peccatorum 348.c
Blasphema in iniuriam cedit omnium personarum 348.a
Blasphemia in. ss. sine uenia est 349.c
Blasphemia omnis non est peccatum in. ss. ibi.b
Blasphe. quæcunqꝫ illata deo potest dici peccatum in. ss. 347.c
Blas. ss. quousqꝫ debeat progredi, ut sit æternum delictum incertum est ibid.
Bonum maius licet ordinare in minus 296.c
Bona opera & externa necessaria ad secundam iustificationem 242.a
Bona oꝑa iustorũ dignissima augmẽto iustitiæ & causa ipsius 241.& 474.d
Bona opera peccatorum prima iustificatione indigna 241.c. sed causa ipsiꝰ 241.c.131.a
Bona in renouatiõe nobis collata 39.c
Bona propter semetipsa amanda 70.c
Bona temporalia licite possunt appeti. 296.b

Bona temporalia quomodo habent rationem obiecti boni & honesti 297.a
Bonitas moralis non sufficit ad iustificationem 86.b
Bonitas moralis assimilatur pulchritudini 276.d
Bonus non est qui melior esse nō uult 238.d

C

Cain quando grauissime peccauit 345.b
Cain admoneri potuit, mutari non 361.d
Calciamenta significant spem 42.d
Calumniatio est lignū reproborū 321.a
Calumnia protestātium in catholicos 134.b.c. 287.a
Caluini inconstantia de fide 427 d
Caluini contradictio 455.b.461.a.b. 463.d.467.d.468.c.474.a.484.b.c
Caluini calumniæ 455 b.471.a.477.c. 493.b.495
Caluinus magis impius & minus doctus quam Pelagius 475.b
Canones pœnitētiales non noui 413.d
Caritas aīæ pulchritudo 238.a.428.d
Caritas apex omnium uirtutū 332.b
Caritas sequitur timorem diuinæ iustitiæ 68.d
Cari.oīa dura,leuia facit 70.a
Cari.qua parte maior sit cæteris uirtutibus 74.a
Cari.finis præcepti 76.b
Cari.in omnibus habet potissimas partes 79 b
Cari.causa bonorum meritorum ibi.
Cari.omnē animæ languorē sanat ibi.
Cari.infusa non prequiritur ad implendum mandatū de diligendo Deū ibi.
Cari.tenet primatū in oībus 88.d
Cari.uita & forma omnium uirtutum 90.c.428.d
Cari.præstantior omni amicitia humana 110.d
Cari.accidēs quodam creatum 113.c
Cari.perfecta uirtus animi 114.d
Cari.amicitia inter nos & Deū 115.c
Cari.cā pp quā deus diligit nos ibi.d
Cari.præstantissima inter dona 116.a. 213.d
Cari.Christiana iustitia ibi.b
Cari.uestis nuptialis ibi.
Caritas distinguitē ratione a grā ibi.c
Cari.ut gratia est,potest augeri, etsi nō augeatur ut caritas ibi.d
Caritas sine aspiratione scribēdū 117.a
Cari.pōt uocari gratia informās ibi.b
Caritas non potest nos facere gratos Deo,nisi quatenus gratia est ibi.d
Caritas margarita ptiosa 320.a
Cari.glutinum, quo Deo cōiungimur 118.d
Caritas uita animæ ibid.
Caritas non potest esse,ubi nō est spes 124.d
Cari.sola uere bene operatur 128.d
Cari.donum Dei ibi.
Cari.qualis hic ostendit ex actib⁹ 166.b
Cari.ignotior fide 195.d
Cari.ignis & lumen 215.a
Caritas est præceptum generale 257.d
Cari.in genere pfecta in hac uita 287.b
Caritas pertinet ad natiuitatem quę ex Deo est augendam 310.a
Caritatis & gratiæ officia 115.c
Caritatis elogia 118.d
Caritatis proprius effectus formalis, 116.d
Caritatē habens,cuncta habet 115.c
Caritatē sessori assimilat August.116.b
Caro Christi uiuificatrix, sed non ex se 98.b.99.a
Caro medium locum tenet inter spiritum & malum 86.c
Caro non potest his fructibus qui ex spiritu oriuntur redundare 285.c
Caro potest desistere peccare ibi.
Carum esse alicui 115.d
Castitas est mundicia cordis 320.d
Castitas meretur gratiam 128.a
Castitas signum diuinæ prædestinationis 320.d
Castitate deficiente,cætera nihil 321.a
Catechumenorum exhortatio 208.a
Cathari unde dicti 196.d
Cauernæ diaboli corda iniquorū 10.d

Cauda hostiæ quare offerenda in altari 307.b
Causa quæ patres mouit edere decretum de iustificatione 2.a
Causa delinquendi 16 a
Causa alicuius operis qs dicatur 18.d
Causa uniuersalis influit plus quam particularis 53. c
Causa uniuersalis mouet particularē. ibidem.
Causa finalis ultimata nostræ iustificationis Deus 89.c.107.b
Causa materialis nos ipsi 90.a
Causa exemplaris Christus ibi.
Causa ministerialis sacerdotes ibi.
Causa meritoria Christus ibi.
Causa instrumentalis baptismus ibi.
Causa principalis solus Deus 98.d
Causa efficiēs maius quid dicit quam meritoria uel satisfactoria 99.d
Causa efficiēs nostræ iustificatiōis passio Christi 102.d
Causa quæcunq; qualiter operet 103.a
Causa exemplaris quæ sit 106.c
Causa exēplaris nulla est Deo nisi sua essentia 107.a
Causa finalis est cuius gratia aliquid fit ibi.b
Causa formalis, denominationem tribuit 108.d
Causa formalis una solum unius effectus 110.d
Causa essentialior nostræ iustificationis misericordia patris quam iustitia Christi 111.a
Causa formalis nostræ iustificationis qualitas creata permanens & inhærens 115.b
Causa quare Deus nos diligit ibidē. c
quando causa non potest euinci ex effectu 163. d
Causa lętitiæ martyrum 212
Causæ nr̄æ iustificatiōis quatuor 89.c
Causæ præcipuę iustificationis 90.a
Causæ præparatoriæ nos ipsi ibi.
Causæ uocantur aliquando nominib. effectuum 260.b
Cautior in bonis ambulas, si mala nō lateant 176.a
Cautus potest ad tempus uitare peccata 307.a
Certus a cerno trahit etymologiam origine 141.c
Certa in se, & incerta nobis & econtrario 142.a
Certa non æqualiter certa ibi.c
Certo credere tenebantur remissa esse sibi peccata, audientes hoc a Christo, 146.b
Certus de sua innocentia nemo potest esse 172.a
Certum est, fuisse semper & esse.ss.in Ecclesia 209.c
Certum ex fide quod est reuelatum uel ex reuelatis deducitur 167.c
Certo nullus tenetur credere se esse in gratia 170.a
Certi proprie solum de ueris 141.c
Certi uocabulo non semper certitudo fidei exprimitur in scriptura 178.d
Certo moraliter quibus possimus credere 217.c
Certam facere electionem non est certam habere 183.b
Certam habet suam uocationē de sua perseuerantia usque ad mortem certus 183.b
Certitudo firmitas quædam 141.c
Certitudo quæ potest competere uiatori 163.b
Certitudo ex parte obiecti & subiecti 150.a
Certitudo ex parte obiecti de gratia haberi potest 149.a
Certitudo intellectus euidens & ineuidens 142.c
Certitudo intellectus nō requiritur ad spem 198.b
Certitudo ineuidens ꝓpria fidei 142.d
Certitudinem euidentiæ de gratia nemo nostrum potest assequi 145.b
Certitudo fidei oīum maxima 143.a
Certitudo aliqua fidei humanæ infallibilis 144.b
Certitudo fidei de gratia, merito iustis negata 151.b.169.b

Certitudini fidei subesse falsum nō potest 220 d
Certitudo fidei non requiritur, ut gratias Deo agamus de gratia 176.d
Certitudo fidei de gratia nobis negata 313.c
Certitudinis moralis a coniecturali distinctio 144.a
Certitudo moralis nonnunquam uocatur scientia 148.d
Certitudo moralis de fide infusa haberi potest 196.b
Certitudo moralis de prædestinatione non potest haberi 324.a
Certitudo cōiecturalis ab opinione nihil differt 144.a
Certitudo coniecturalis non est certitudo simpliciter 215.b
Certitudo moralis differt a certitudine fidei 220.d
Certitudini morali subesse falsum potest 220.d
Certitudo iustitię quæ requiritur ad sumēdā digne eucharist. 163.b.190.b.c.d
Certitudo quæ nobis potest competere de nostra gratia, pendet ex operibus 181.c
Certitudo Dauidis & Iob de grā 184 b
Certitudo de spiritu prophetico nō satis est ad certitudinē de gratia 185.d
Certitudo gratię male colligitur ex certitudine fidei 195.c
Certitudo gratiæ nō recte colligitur ex certitudine spei 198.a
Certitudo aliqua gratiæ possibilis spiritualibus 216.b
Certitudo humana tollere potest timorem securitati aduersantem 189.c
Certitudo humana expers omnis hæsitationis 216.a
Certitudo spei 324.a
Certitudinem fidei nulla signa possunt dare 191.c
Cessatio a peccatis quid 366.a
Cessatio a peccatis propositum ea cauendi comprehendit ibi.d.36.a
Christus a pœnitētia suam doctrinam auspicatus 337.a
Chr. absoluit ab omni culpa & pœna paralyticum latronem & Magdalenam 97.a
Christus autor, & institutor sacramenti pœnitentiæ 362.d 363.a
Christus causa efficiens nostræ iustificationis .111.a
Christus causa exemplaris nostræ iustificationis 106.c
Christ⁹ causa finalis nr̄æ iustific. 107.b
Christus causa meritoria nostræ iustificationis 98.a
Christus fundamentum iustitię 124.a
Christus omnes uirtutes, quia omnes docuit
Christus nūc pars in singulis, futurus omnia in omnibus 112.b
Christus distinxit præcepta a consilijs 248.c
Christus distinxit uenialia a mortalibus 422.c
Christus, formalis causa nostræ iustifi. nequit esse 110.c 469.d
Christus formaliter redēptio nr̄a 112.a
Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech 97.a
Christus uiator usque ad resurrectionem 104 d
Christus habet absolutum & plenissimum dominium omnium rerū 95.b
Christus habet plenam iudiciariam potestatem 390.c
Christus habuit instrumentalē potestatem iustificandi oēs hoīes 96.d.97.a
Christus habuit pleniorē potestatē absoluendi quam sacerdotes nouæ legis 97.a
Christus habuit potestatem ad miracula oīa necessaria instaurationi mundi ibi.c
Christus quem habitat per gratiam habitat per fidem 178.a
Christus in iustificationem nostrā non utitur omnibus actionibus & passionibus suis 105.c
Christus inquantum homo quinque modis causa nr̄æ iustificationis 93.a
Christus ī quibus sit per uirtutē 177.d

Christus iustitia sua saluabit nos efficienter 112.b
Christus iustificauit Paulum per suã humanitatem & iustificat recipientes eucharistiam 101.d
Christus lator nouæ legis 425.c
Chr'.'egis lator 252.b
Chri.mare & origo fontium 30.b
Chri.meruit nobis tria præcipua ad iustificationem 93.c
Christus meruit ex iustitia iustificatio nẽm nostram & satisfecit ad condignum 93.b.d
Christus meruit sua morte resurrectionem & ascensionem nostram 106.a
Christus mortuus pro omnibus, sed non orauit pro beatitudine reproborum 25.c.33.b
Christus nemini suam damnationẽ absolute reuelauit 348.c
Chr.non confundit uocabula 78.c
Christus non exegit fidem euãgelij ante prædicationem illius 61.a
Christus non recrucifigitur per peccata christianorum sed per secundum bap. 353.c
Christus nostræ iustificationis & origo & consummatio 459.c
Christus nunquam uocatus causa formalis 111.a
Christus præcipuam sanctis cognitionem pollicitus est 187.c
Chr.promissus solis Abrahæ & Dauidi sub iuramento 25.a
Christus iustificauit Magdalenam sine sacramento 97.a
Christus quare dicatur factus iustitia nostra, sapientia, & pax nostra 111.c
Christus quare dicatur occisus ab origine mundi 27.a
Chr.quare non mortuis gratis 13.d
Chr.quid obtulerit deo 95.c
Christus quos appellauerit beatos. 316.b
Christus quæ uasa eripuit a dæmõe 11.a
Christus sanauit spiritualiter, quos corporaliter. 379.d
Christus secundum humanitatem contulit uim regeneratiuam aquis 98.a
Christus solus dimisit peccata sine sacramento 393.a
Christus spe prẽmij homines ad uirtutes accendebat 234.a
Chrs spe remunerationis labores crucis sustulit 294 a
Christus tanto gloriosior, quanto plures liberauit 107.c
Christus uenit ad perficiendum actus nostros 345.a
Christus uidebat cogitationes scribarũ
Christus uirtus dei 111.c
Christi actiones quadrupliciter nobis utiles 140.d
Christi benificẽtia in peccatores 465.d
Christi iustitiæ imputatio. Vide in uerbo imputatio
Christi corpus nunquam potuit mereri 103
Christo maior cura est iustorum quam nobis corporis 41.b
Chro nulla egritudo incurabilis 335. a
Christo nulla gratia facta in acceptatione humanitatis 96.b
Christi mortis rei qui indigne communicant 273.a
Christiani grauiora merentur transgredientes euangelium quam Iudæi legẽ Mosaicam 355 b
Christiana iustitia tria cõplectitur. 91.a 430.c
Christianismus quid cõprehẽdat 432.d
Chrysostomus pro incertitudine gratiæ 160.a
Chryso. quid per uitæ certitudinem intellexerit 190.c
Chrysost. uenialia distinxit a mortalibus 424.c
Cicatrix peccati 412.d
Circuncisio inter sacramenta ueteris legis debet computari 14.c
Circuncisio non ex Moyse, sed ex patribus. ibi.
In Circuncisione fuit data gratia per fidem. ibi.
Clemẽs & cęteri coadiutores Pauli potuerunt habere certitudinem suæ prędestinationis

destinationis 315.d
Clementia diuina necessaria 158.c
Claues soli sacerdotibus collatæ 365 b
Claudius Guill. defendit certitudinem sicut hæretici 194 d
Cognitus Deo quis dicatur 77.a
Cognitio cuiuscunque fidelis de deo satis ad amorem dei 73.b
Cognitio nostri status possibilis 215.d
Cognitio proprij morbi initium salutis 7.d
Cognitio sequitur fidem 124.a
Cognitio ueritatis non est absoluta in peccatoribus 213.d
Comminatio Christi contra negantes ipsum 345.d
Comminatio illa, Nisi qs renatus fuerit & similis, indicant præceptū 43.d
Comminatio prophetę facilius euacuata, quam pœnitētiæ humiliatio 341.b
Communicatio.ss.alia a communicatione donorum ipsius 40.b
Communio non statim pœnitenti concedenda 395.a
Comparare se deo est bono accepto se priuare 292 a
Comparationes peccatorū ad alia mala non exigendæ a pœnitentibus 385.b
Complacentia peccati est in dormiente 83.a
Compūctio lachrymarū remissio peccatorum 384.d
Conatus maximus minime pręceptus in mandato dilectionis dei 26 a
Conciliatio locorum Scoti quæ in certitudine gratiæ sibi uidentur contraria 166.d
Conciliatio protestantium cum catholicis in liber.arb. 21.a
concilium non facit propositiones catholicas ex non catholicis 6.a
concilium Tridentinum Ecclesiam uniuersalem repręsentauit 5.b
concilia ad duo præsertim p̄sentia.ss. illustrantur 6.b
concilia generalia Ecclesiam uniuersalem repręsentant 445.a
concilia omnia leges de moribus sanxerunt 272.b
conciliorum generalium autoritas. 6.a.464.d
conciliorum causa triplex 4.a
concionibus de prædestinatione interserenda 329.d
conclusio illata ex una de fide & altera euidente certa est ex fide 199.d
conclusio potest esse certior præmissis 200.d
concupiscentia est a Deo 421.d
concupiscentia carnalis aliquando incipit bonum 307.d
concupiscentia deliberata alienæ lætalis 434.c
concupiscentia quæ nobis est prohibita in illis uerbis, Non concupisces. 259.d.260.a
concupiscentia carnis quando uere regnat in nobis 260.a
concupiscentia indeliberata uenialis. 434.c
concupiscentia quare uocetur peccatum 260.c
concupiscentiæ uictoria nobis prohibita, non pugna 260.a
cōcursus noster & diuinus necessarius ad operationes nostras 361.b
condemnatur nemo nisi rarissime pro uno mortali 374.c
confessarij circa pœnitentes qualiter se habere debeant 405.b
confessio auricularis de iure diuino. 390.d
confessio auricularis semper fuit in Ecclesia, sed non ante legem euāgelicam 390.b.392.d
confessio præcepta, satisfactoria 417.a
confessio prosternendi hominis disciplina 412.b
cōfessio generalis remittit mortalia oblita 423 b
confessio gloriæ exordium 333.b
confessio instituta a Christo 363.a
confessio interior, iure diuino exigitur 393.d
confessio latronis actus fidei 274.d
confessio latronis aliquo modo meruit b

remissionem eccatorum 127 c
confessio necessaria obtenta gratia 79.c
confessio non ita necessaria ad reparationem lapsi,ac detestatio, & ante illā liberatur peccator a reatu pœnæ æternæ 388.c.406.c
confessio non quotidie necessaria 397 b
confessio nostra adumbrata a Christo, 393.a
confessio omnis sine cōpunctione inanis 379.a
confessio omnium mortalium necessaria non autem uenialium 389.a
confessio pars sacramenti pœnitentiæ 365.c
confessio peccatorum testimonium cō scientiæ timentis Deum 395.c
confessio peccatorum frequenter referenda ad Deum 393.c
confessio peccatorum uacat omni culpa 279.a
confessio, pœnarum compendium est 377.a
confessio prædicta a prophetis & ab apostolis confirmata 395.a
confessio publica de peccatis occultis non necessaria 397.b
confessio publica non instituta a deo, 394.b
confessio sacramentalis 388. c
confessio soluit nexus peccatorū 395.a
confessio uenialium antiquissima, utilis,sacramentalis,laudabilis 398.a
confessio uia tutissima ad assequēdum remissionem peccatorum 164.b 392.a
confessio uocatur pnia 363.a.365.c
confessionis antiquitas,utilitas, & necessitas 394.a
confessionis nostræ multæ figuræ præcesserunt, & quomodo illæ probant nostram 390.b.c
confessionis sacramentū suscipiens uel peccat mortaliter uel recipit gratiam 404.
confessionem mortalium exegit semp ecclesia 423.c
confessionem uenialium nunquam exegit ecclesia 423.c
confirmati mortaliter peccare non possunt 458.d
confusio necessaria pœnitenti 368.d
congregatio legitima in.88. 4.c
coniecturis nota,non sciuntur 145.c
coniugem propriam amplecti, nullius delicti est 282.b
conscientia pura quando sufficit ad solatium 176 a
consilia itermittere nullum peccatum est 435.a
consilia licet implere tantum propter beatitudinem 296.b
consilia non sunt mandata minima. 246 b
consilia non sunt præcepta 247 d
consilia quæ sint 249.a
consiliorum signa 248.c
constare satis nemini potest, an se conuertat in Deum toto corde, uel faciat quod in se est 201.d
constare nemini potest se suscepisse sacramentum aliquod 164.b
constantia martyrū unde 214.b
constitui super decem ciuitates 238.c
consuetudines & opiniones receptę ab ecclesia 249.b
contactus per orationem, metaphoricus est 100.d
cōtemplatiua uita melior actiua 229.d
contendere cum deo quid sit 292.b
conterere cor quid sit 367.c
contractum matrimonīj non est peccatum 275.d
contradictio Lutheri in operibus, & cū oīa peccata dicit mortalia 277.c.d
contriti omnes,liberi a reatu pęnæ æternæ 406.c. d
contritio appellatur satisfactio 408.d
contritio præcepta est satisfactoria. 417.a
contritio pro perfecto dolore, in usu apud antiquos autores 367.b
contritio quid sit 385.a
contritio unde habet uirtutem ad iustificandum 405.d
contritio sufficit ad ueniam peccatorum 377.c

contritionem ita large sumit Scotus ut se extendat ad attritionem 165.a
conueniendum non est cum hæreticis neq; in uoculis 196.
conuersatio noua testatur.ss.aduenisse 220.b
in conuersatione bona a minimis quisque inchoat 238.c
conuertuntur semper melius illi, quibus Deus benignius suam gratiã adiuuantem impartitur 58.c
conuersio in Deum sine baptismo confert gratiam 210.a
conuersio in Deum sine gratia stare nõ potest 201.d
conuersio nostra petenda a Deo 52.d
conuersio nullas uenię moras patitur apud Deum 381.c
conuersio perfecta est hominis cũ Deo 208.d
conuersionis perfectionem Deus magis attendit quam intensionem 384.a
conuersionem peccatoris Deus imputat ad iustitiam 243.c
in conuersione Pauli nihil magis exprẽssit scriptura quam amorem Dei nimium 79.a
cooperationis nomen coeficientiũ designat 131.d
cooperationis nostræ necessitas ad inchoandam iustitiam perseuerandum 331.b.466.d
cor bonæ fidei exitus bonus 307.d
cor habet mundum qui est in gratia. 153.b
cor reproborum non capit humilitatẽ 316.d
cordis nomine omnes uires interiores significantur 321.b
correctio fraterna est in præcepto 44.c
correctio fraterna ad omne lætale se extendit,& ad omnes peccatores 337.d
Cornelius ante baptismi cognitionem iustificatus,& antequam ad eum ueniret Petrus 46.d
cornelius aliquatenus meruit trahi ad fidem ibid.
cornelius ueram fidem habuit anteq; iustifi. 430.d
corpus suum quis possit seruare lucidum 282.a
creatura potest agere ubi non est 101.a
creatura potest esse instrumentum Dei ad creationem 109.b
creatura potest esse causa acceptationis passiue 99.c
creatura nulla potest esse causa iustificationis principalis 99.b
credere nõ ualemus sicut tenemur 15.b
crimine absq; multi i hac uita, sine peccato nullus 443.a
crudelitas signum reprobationis 320.b
culpa frequens frontem cordis atterit 361.c
culpa pœnitentia curatur 343.a
culpa post contritionem qualiter maneat 408.
culpa usitata obligat mentem 361.c
culpas quousq; metuere debem? 160.d
cura corporis non est prohibita 287.a
cyprianus habuit aliquam certitudinẽ de sua gratia 323.c
Cypri.asserit possibilia mandata 289.c
cypri.pro incertitudine gratiæ 158.b
cypri.seuerus in non dandam pœnitentia lapsis 342.d

D

DÆmon princeps mundi 11.d
Dæmõ habet ius quoddã in hominem 9.b
Dæmon habet potestatem duplicem in homines 10.b
Dæmon neutram potestatem in totum perdidit per aduentum Christi ibi.
Dæmon non habet potestatem in animas purgatorij 11.d
Dæmon nullam habuit potestatem in electos manẽtes in sinu Abrahæ ibi.b
Dæmonis sub potestate, tantum ratione originalis uel mortalis constituimur ibid.
Dæmones per uitia maxime coluntur 271.c
Damna peccati mortalis 426.a
Damna sequentia ex peccatis 39.b
Damnabit minime quis pro eo quod

nõ fuit in sua potestate 210.a
Damnatio nemini potest de lege absolute reuelari 314.d
Daniel tradidit incertitudinem gratiæ 154.c
Dauid castigatus a Deo culpa dimissa 409.b
Dauid iudiciũ domini quare deprecabatur 283.c
Dauid iustificatus sine proposito formali inchoandi nouam uitam 377.a
Dauid meruit ueniam confessione peccati 127.c
Dauid omnia Dei mandata custodiuit ante aspectum Bersabeę 45.b
Dauid oratione sua mitigauit sententiam pestis trium dierum 411.b
Dauid prædestinatus excidit a gratia 302.c
Dauid secutus dominum quia custodiuit mandata 263.c
Dauid seuerus ultor suorum peccatorum 409.c
De delitiis ad delitias transire impossibile 322.b
Debet non semper præceptum requiri. 70.c
Debitum gratias agendi gratiarũ actione crescit 95.a
Debita dimissa in Baptismo, peccata 208.b
Debita possumus facere, quę per opera soluis nostri arbitrii possumus consequi 134.b
Decipi non possumus in euidentibus 201.c
Decretum de iustificatione superat oĩa antiqua decreta 1.a
Decretum de iustificatione quatuor de causis sancitum 2.a
Decretum de iustifi. approbatũ a Paulo tertio 5.c
Decretum de iustificatione summa diligentia confectum 5.b
In decretalibus contenta, nõ omnia de fide sunt 110.a
Defectus aliquos nec ad uenialem culpam imputat Deus 291.d
Delectaio in peccatis admissis maximum scelus 375.c
Delicta nemo plene scire potest, nisi Deus 150.d.153.a
Denarius beatorum unus 240.a
Denominare nõ potest formaliter illud quod non inest alicui subiecto 110.d
Denominatio iusti absoluta est non respectiua 112.c
Denominatio iusti requirit aliquid intrinsecum ibi.
Deprecatio iusti assidua multum ualet 539.b
Descriptio iusti certi de sua gratia 216 c
Desiderium beatitudinis signum prædestinationis 319.c
Desiderium proficiẽdi in iustitia signũ prędestinationis 313.a
Desiderium uiuis prępăratio mansionis 231.c
Desperatio pugnat ex diametro contra misericordiam diuinam 345.b
Desperata sunt ei omnia, qui nihil sibi deesse putat 176.b
Detestari actu peccata supra oĩa odibilia non necessarium 385.c
Detestatio peccatorũ est cõtritio 367.b
Detestatio peccatorum instantanea satis ad reparationem lapsi 380.d
Detestatio peccati necessaria ad reparationem lapsi 367.a
Detestatio peccatorum potest stare sine proposito inchoandi nouam uitã 377.a
Detestatio peccatorũ quibus sit in pręcepto 371.c
Detestatio peccatorũ secunda pars sacramenti pęnitentię 367.a
Detestatio peccatorum sine dolore satis ad gratiam 387.a
Deus ad impossibilia nõ hortaẽ 276.b
De⁹ adiuuat ad bona opa 280.d.295.b
Deus ad quæ nos uoluerit sub præcepto adstringi 249.a
Deus ad trium syllabarum uocem tria crimina relaxauit Dauidi 340.d
Deus aduentus sui ad iudicium plura signa dedit, quam aduentus per gra-

tiam 170 a
Deus ad suam gratiã neminem admittit, nisi propter Christum 26.c.93.b
Deus amat eximie filium suum etiam, ut hominem 26.c
Deus amator nimius hominum 78.d
Deus amator nimius suorum 26.c
Deus animã fornicantẽ expectat 341.d
Deus animas nostras quare sanctificet 35.a
Deus assumpsit naturam humanam ut nobilitaret nostra opera 31.a
Deus autor nõ est eius, cuius ultor 19.a
Deus compensat mala culpæ malis pœnæ 9.a
Deus confert dona & uirtutes dispositis 54.d
Deus dat gratiam facientí quod in se est 130.a
Deus est in aliquibus per uirtutem, in quibus non est per gratiam 177.c
Deus perfector in bonis operib⁹ 328.b
Deus exigit a nobis uiam iustitiæ, ut nobiscum maneat 270.d
Deus facile reconciliatur 378.d
Deus factus homo, labores quare pertulerit 295.b
Deus fit procul a nobis, nobis nescientibus 151.c
Deus aliquando implacabilis quo ad pœnas temporarias 359.a
De⁹ habet gratos omnes bonos 300.c
Deus impartitur generi humano innumerabilia beneficia 26.c
Deus liberrime q̃ sunt extra facit 23.b
Deus merces æterna iustorum 293.b
Deus misit filium suum tẽpore plenitudinis 21.d
Deus multo magis iustificationem nostram in gloriam suam ordinauit q̃ suapte natura sit ordinata 107.d
Deus neminem adultorum iustificat sine actu ipsius 55.c 141.b
Deus non dicitur causa peccati 18.d 466.d
Deus non exegit in suis pręceptis exactam certitudinem 202.c
Deus nõ exigit, nisi quę pręcipit 388.a
Deus nõ ęque in omnes ĩhabitat 229 b
Deus non impartitur gratiã uel negat nisi iuxta pręsentia merita 312.d
Deus non imputat ad culpã, quę semel condonauit 155.c
Deus non reuelat communiter quę ex fide possunt esse certa 169.a
Deus non pręcipit, nisi quę moraliter possunt innotescere 388.a
Deus non sine pręmio diligitur 296.d
Deus nullum malum relinquit impunitum 9.a 421.d
Deus nunquam quenquam omnibus suis fauoribus destituit 360.a
Deus nunquam requisiuit impletionẽ suorum mandatorum ex gratia 269.a
Deus operibus iustorum pollicitus est magna pręmia 278.a
Deus operatur, homo cooperatur 53.b
Deus operatur omnia in omnibus non tamẽ credit omnia in omnibus 267.c
Deus offenditur quibusdam scelerib⁹ magis quam alijs 230.c
Deus parauit pœnas nõ propter iustos sed propter rebelles 253.c
Deus potest remittere peccata, & nõ acceptare ad gratiam 34.d.93.c
Deus potest reuelare cuiuis suam prædestinationem 314.d
Deus potest sciuisse & uoluisse ab æterno opposita eorum, quæ de nobis sciuit & uoluit sine sui mutatione 329.d
Deus potuit communicare sacerdotibus potestatem excellentiæ humanitatis Christi. 404.b
Deus potuit gratis donare delicta 23.b
Deus præsentia nõ futura iudicat 301.d 302.a
Deus præcipit, quæ nõ possunt ex fide nobis esse certa 169.a
Deus ꝓhibuit Apostolis prædicare euãgelium in Asia 361.d
Deus propter opus malum nunquam reuocaret supplicij sententiam 379.a
Deus q̃n diuidit lucem a tenebris 220.c
Deus q̃n quempiam indurat 359.d
Deus qua ratione offendatur præceptis secundæ tabulæ 439.d

Deus quare terribilis in consiliis 362.a
Deus quare uoluntatem nostram non expectet 54.c
Deus recepit aliquos ad gratiam ante pœnitentiam 60.c
Deus reuelauit aliquibus suam gratiã 169.a
Deus reuelasse plerisq; suam perseuerãtiam credendus 212.d
Deus testimonium suum quadrupliciter notum facit 174.c
Deus uindicat iratus in filios perditionis, in filios autem gratiæ propitius 442.b
Deus uocat pctõres diuersimode 57.c
Deus uocatiões & illuminatiões sine nobis operatur ibi.d
Deo in nostris operib9 qualiter cooperamur 18.c
Deo soli nota esse decet, quę ipse solus operatur 169.d
Deo soli cõperit natura sua aliquem iustificare & beatificare 101.c
Deum diligere ac debemus, non ualemus 15.b
Deum quis ex toto corde, mẽte, anima, & uoluntate diligat 263.b
Diabolus a calumniando nomen habet 321.a
Diabolus habet potestatẽ mortis 10.d
Diabolus non tenẽdo nos possidet, sed tentando persequitur ibi.d
Diabolus princeps mundi huius, quare a Christo dictus ibi.c
Diaboli officiũ lædere creaturas 345.a
Dies iudicij ignotus 170.a
Diem iudicij non expedit nobis scire 169.d
Differentia legis & Euangelij 455.d
Differentia legis & Euangelij timor & amor 254.a
Differentia pacis & belli ciuitatem Dei & diaboli facit 321.c
Differentia legis & euãgelij iustitię operum & iustitiæ fidei 455.d
Difficultas de peccato in.ss. omniũ difficilima 347.a
Difficultas resurgendi a peccatis unde procedat 361.b
Dionysii sententia de incertitudine gratiæ 186.a.b
Dilectio affectum magis quam actum denotat 26.c
Dilectio Dei ad iustitiã disponit diuersis rationibus 72.a.b
Dilectio Dei ad omnia pręcepta diuina se extendit 77.b
Dilectio dei ad pœnitentiam requisita minus perfecta est quam quæ sufficit ad gratiam 80.b
Dilectio dei causa iustificationis 131.a
Dilectio dei causat detestationẽ peccatorum 72.b
Dilectio dei uotum uirtuale baptismi 46.c
Dilectio dei discernit inter filios regni & perditionis 320.a
Dilectio dei difficilior pœnitentia 80.a
Dilectio maius quid est quam uolũtas moriendi pro Deo 81.a
Dilectio dei pœnitentia uirtualis 78.b 79.c
Dilectio dei & proximi propria uirtus piorum 430.c
Dilectio dei ignorantiam uincibilem inuincibilem facit 77.b
Dilectio dei in hæreticis non pertingit ad placendum deo 77.c
Dilectio dei iustificare nõ ualet perseuerantem in complacentia peccati 78.a
Dilectio dei necessaria ad nostram iustificationem 74.a
Dilectio dei uera non est in peccatoribus 77.a.b
Dilectio dei uera, non est sine caritate 80.b
Dilectio dei quæ nõ est necessaria ad iustificationem 373.d
Dilectio dei quæ sufficit ad remittendũ mortale, & quæ non sufficit 78.b
Dilectio dei prior dilectiõe nostra 73.d
Dilectio dei tollit omnem culpã 158.b
Dilectio dei tollit originale 76.b
Dilectio dei subiacentem peccato lætali obliuione humana liberat. 76.b
Dilectio dei super omnia qualis 74.b

Dilectio dei toto corde sufficit ad gratiam 323.c
Dilectio dei uera & ficta in quo differant 77.c
Dilectio uera dei 77.d.264.c
Dilectioni dei promissa remissio peccatorum 345.b
Dilectionem dei super omnia habentes rariores quam pœnitentes 80.a
Dilectionem dei solus deus donat 72.c
Diligere deum ex toto corde 269.a
Diligens Christũ nõ potest facere quod displiceat Christo 77.c
Diligens deum super omnia implet pręcepta 79.a
Dilectio inimicorum nobis possibilis 255.a
Dilectio Magdalenæ bona 279.b
Dilectio proximorum sola nõ satis ad iustificationem 180.a
Dilectio qua deo uolumus omnipotentiam non sufficit ad gratiam 78.a
Dilectio temporaria non repugnat æterno odio, neq; econtrario 312.b
Dilectiones proximorũ possunt in nobis esse solum cum gratia gratis data 179.c
Dimittere peccata quomodo sit solius dei 404
Discipuli Christi potuerũt certi esse de sua prædestinatione 315.c
Discrimen passionum martyrum, & hæreticorum 323.d
Discrimen subtile inter dimittere & remittere 416.c
Dispositio alterius interior nemini potest constare per fidem 145.c
Dispositio melior impetrat maiorẽ gratiam 87.d
Dispositiones ad gratiã dona sunt dei, & ei, & Christo principaliter tribuendæ 53.a.134.c.466.b
Dispositiones nostræ causa sunt gratię, & eam præcedunt 130.d.467.d
Dispositiones nostræ non sunt meritorię ex condigno gratiæ 409
Dispositiones nostræ requisitæ ad nostram iustificationem 141.c
Dispositiones, quibus se peccatores disponũt efficaciores ad gratiam q̃ orationes iustorum 130.a
Dispositionis ad gratiam nomen in usum hæreticis 50.d.467.c
Dispositionum ad gratiam efficacia a Christo 131.a.468.a
Distinctio dilectionis secundũ præsentem iustitiam & secundum æternam prędestinationem, non est noua 301.d
Distictio uera pnę tabulę a. scda. 262.c
Distinctio timoris in filialem & seruilẽ antiqua 67.a
Diuites saturari non possunt 318.d
Diuitię stercora appellantur 291.a
Dogmatis eiusdẽ assignari possunt diuersæ rationes & plures 125.d
Dolor aliquis de peccatis requiritur ne ponatur obex Baptismo 165.a
Dolor pœnitentiæ comes 387.a
Dolor de peccatis in generali satis adreconciliandum 386.b
Dolor intensior quam a peccatore possit præstari, non exigitur 380.a
Dolor maximus necessarius 385.b
Dolor meritorius de cõgruo primę gratiæ secundum Scotum 165.c
Dolor minor quam necessarius sufficit quandoq; ad gratiam 387.b
Dolor necessarius ad baptismum 368.c
Dolor necessarius ad iustificationem 384.d
Dolor de peccatis & actus necessarius 386.c
Dolor de peccatis perfectus actus caritatis 386.b
Dolor de peccatis quid 387.a
Dolor de peccatis qñ perfectus 386.a
Dolor de peccatis, quatenus sunt offensę dei, quibus necessarius 386.a
Dolor de peccatis sine actuali dilectione Dei satis ad ueniam impetrandam 386.b
Dolor de peccatis qui sufficit ad gratiã 385.c.386.a
Dolor de peccatis uerus uirtuale propositum 379.c
Dolor de pctis uirtute maximus 385.c

Dolere de peccatis propter deum non sufficimus 15.b
Dolere oportet magis de peccatis quã de aliis malis 385.c
Dona dei sunt prædicata ab Apostolis 176.c
Dona dei sunt sine pnía 355.c.477.a
Dona impartiunt ad reconciliãdũ 34.d
Dona omnia in Chro pfectissime 97.d
Dona quæ participamus sunt a Christo 30.b
Dona.ss.spectãt ad Christianam iustitiam 117.d
Dubium de fide quando est 208.b
Dubium differt a formidine, siue hæsitatione 187.a
Dubium medium locum tenet inter fidem & opinionem 187.a
Dubitare de aliqua parte huius decreti nepharium & stultum est 5.b.c
Dubitare de sua iustificatione nõ est dubitare de uerbis Christi 146.b
Dubitans se habere gratiam non dubitat de dei promissis 141.b
Duritia cordis reprobationis signum 318.b

E

EBrietas peccatum est 442.a
Ecclesia a uulnere lateris Christi ædificata 104.c
Ecclesia distinxit semp uenialia a mor. 423.b
Ecclesia docuit semper reparationem lapsi 342.b
Ecclesia captiuitatem nostram credidit semper 9.d
Ecclesia credebat certa iis, quæ definita sunt in conciliis antequam definirentur 444.d
Ecclesia errare nequit in conciliis 465.b
Ecclesia militãs fideles, & sancti usu huius mundi 118.b
Ecclesia nostra descendit a cœlesti Hierusalem 233.d
Ecclesia nunc soror, nunc sponsa, nunc filia, nunc mater uocatur 229.b
Ecclesia nũquam sua membra credidit paruulos non baptizatos 48.a
Ecclesia nunquam adstrinxit aliquẽ ad credẽdum suam iustificationem 145.d
Ecclesia nũquam requisiuit a peccatoribus certam aliquam intensionẽ 383.b
Ecclesia omnes martyres credit beatos 212.d
Ecclesia orat pro blasphemãtibus 348.c
Ecclesia posset diffinire satis esse in stantaneam pœnitentiam ad grãm 382.d
Ecclesia proficit in tribulationib9 236.c
Ecclesia profitetur remitti omnia peccata baptizatis 119.c
Ecclesia quos ut martyres colat 213.b
Ecclesia tenuit semp paruulos baptizatos decedentes ante ætatem adultã saluari 119.c
Ecclesia tradidit incertitudinẽ, fidei de gratia 155.b
Ecclesiæ potestas ad sanciendum leges 475.b
In Ecclesia quidam sunt præstantiores aliis 228.d
Effectus unius tantum est unica causa formalis 110.c
Effectus uocantur aliquando nominibus causarum 260.b
Electi ante passionem Christi eguerũt redemptore 11.a
Electi in sinu Abrahæ soli pœnæ damni erant obnoxii 11.d
Electi qui fuerunt certi de sua prædestinatione 314.d
Electi sunt filii lucis & Dei 11.d
Electis bona terrena quare negantur 322.c
Electio bona a bona superueniente intentione nõ potest deprauari 295.c
Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat 320.a
Eleemosyna comparatur oleo 180.a
Eleemosyna medicina peccatorũ 158.b
Eleemosyna quid contineat 332.c
Eleemosynis & fide delicta purgantur 208.c
Elias certus de sua pdestinatione 315.b
Eliseus non habuit.ss.abundantius quã Elias 227.a
Enoch aliquãdo nõ placuit deo 441.d

Episcopi ligandi & soluendi potestatē suscipiunt 363.d
Episcoporum autoritas 444.c
Error non habet tātas uires, ac ueritas 213.d
Errores dānati in hoc decreto & in quatuor prioribus concilijs 2.c
Errores contra sacramentalem confessionem 389.a
Errores noui cogunt patres in concilia 2.b
Essentia diuina causa exēplaris omniū creaturarum 106.c
Euangelium est bona annūciatio 338.c
Euangelium gratiam & merita Christi comprehendit 456.a
Euangelium non est promissio absoluta uitæ æternæ 151.d
Euangelij prædicatio cur non computetur inter instrumentales causas gratiæ 472.b
Eucharistia confert primam gratiam 170.c.402.b
Euidentia exuperat fidem in claritate 200.b
Euidentia summa, alia a non summa. ibidem.d
Euidentia unde habeatur 142.d
Ex causam notat 131.a
Experientiæ posse subesse falsum 201.b
Experimentum certum gratiæ nō satis ad certitudinem 195.b
Experimentum est fallax 161.d
Expositio cap. Debitū & cap. Apostolicam 210.b

F

Facere & ꝑponere differunt 379.b
Facere quod in nobis est quid sit 388.a
Faciens qđ concessum est sibi, non peccat 282.a
Falsitas imbecillis 300.b
Falsitas nunquam sibi constat 411.d
Falsum esse nequit, quod spirit⁹ nobis testificatur 149.c
Falsum neq; scibile, neq; uisibile 141.c
Felicitas comprehensorum omnem ueritatem ab.ea.erudiri 182.a
Felicitatis duo gradus 343.a
Fideles non ui Christū agnoscunt 54.a
Fideles omnes membra Christi 177.c
Fideles peccatores mēbra Christi 118.c
Fidelis qcunq; potest ex ignorantia peccare absq; fidei iactura 170.d
Fidelium salutem posuit Deus in potestate sacerdotum 400.a
Fides ad falsum non potest concurrere 149.c
Fides aliqñ ponitur pro fiducia 183.a
Fides aliquando est idem quod fiducia 432.d
Fides aliquo modo meretur iustificationem 128.a
Fides ante opera debet lucere 274.a
Fides bonæ uoluntatis & iustæ actionis genitrix 123.a
Fides catholica est alia a fide, cui nō potest subesse falsum 149.a
Fides catholica est solū de obiecto cōmuni, & catholico 209.c
Fides causa iustificationis 122.b.125.a 131.a
Fides Christi explicita in præcepto omnibus 63 c.64.a
Fides concipitur ab auditu 60.d
Fides concurrit mediate ad certitudinē moralem 222.a
Fides cui sacræ literæ tribuūt iustificationem 62.c
Fides datur etiam non orantibus 128.d 332.d
Fides de iustificatione nō sufficit ad iustificationem 170.b
Fides depositum est creditum pastoribus 2.b
Fides disponens ad iustitiam 124.a
Fides disponens ad iustitiam neq; habitualis neq; formata est 62.c
Fides diuina latius patet quam catho. 143.c
Fides diuina in quo distinguatur a catho. 148.d
Fides docet opera necessaria ad saluē 171.a
Fides donatur, ut principium possit esse meritorum 123.d

Fides a diuina gratia excitante 60.d
Fides accessus ad deum 124.a
Fides actus intellectus 62.a
Fides animæ aia,& uita 274.b. 431.d
Fides assentiens approbatio sine hæsitatione 433 a
Fides dispositio utilis & necessaria ad gratiam 62. d
Fides donum dei gratuitum 128.c.137.d
Fides dux uitæ 125.c
Fides fundamentum bonorum omniũ 123.a
Fides fundamentum iustitiæ 122.d
Fides habitus infusus 113.c
Fides humanæ salutis initiũ 122 b.123.a 125.a
Fides ianua & uia ad uitam 60.c.124. a
Fides in intellectu 433.b
Fides initium bonæ uitæ 123.a
Fides initium substantiæ 300.a
Fides initium totius boni 124.d
Fides initium uitæ spiritalis 60.a
Fides instrumentum.ss. 149.c.221.c
Fides est libera 61.a
Fides munimẽtum omnium uirtutum 332.a
Fides opus dei 242.b
Fides primus motus uirtutis 125.b
Fides principium & origo fiduciæ ad deum 124.a
Fides principium restaurationis. ibi.d
Fides radix 122.d
Fides signaculum eorum qui iustificantur a deo 123.c
Fides eneruis efficitur p peccata 432.a
Fides & spes infusæ sunt dona a gratia distincta 35.a
Fides euangelij omnibus est in præcepto 64.c
Fides ex uisu confirmatur 124.c
Fides explicita alicuius supernaturalis non est reqsita ad iustificationẽ 62.c.d
Fides extendebat se in prophetis ad facta contingentia 199.c
Fides exuperat scientiam in certitudine 200.b
Fides formata non est in peccatoribus 177.c
Fides fuit semper,et est communiter necessaria ad iustificationem 63.65.a
Fides humana a theologica sciungitur 60.d
Fides humana minus certa quam infusa 221.d
Fides humana quãdoq; opinio nõ semper 143.d
Fides incipit operari per dilectionem 431.c
Fides infusa ad quid datur nobis 221.c
Fides infusa est habitus pmanens 114.a
Fides infusa non potest nobis constare nisi per fidem 195.d
Fides infusa non constat habenti,nisi p babiliter 166.b
Fides infusa non potest docere quæ sint reuelata 222.a
Fides iustificat impios,et ex peccatoribus facit sanctos 274.b
Fides iustorum bona 279 b
Fides manet in peccatoribus fidelibus 427.d.429.c
Fides mediatoris statim post lapsũ necessaria 23.d
Fides meretur gratiam bene operandi 128.d
Fides naturale agens 221.d
Fides non deperdĩt quouis lætali 418.b 427.a
Fides non est Christiana iustitia 91.b
Fides nõ est inuida alienæ laudis 120.b
Fides non potest probari inesse alicui, nisi suppositia fide 166.c
Fides nõ supplet uicem sacramẽti quo ad characterem & præsentiam corporis Christi 211.a
Fides nostra infallibilis, sicut deus ipse 60.d
Fides omnium Christus 123.d
Fides peccatorum non est uiua 429.b
Fides per seipsa plena est opibus 274.c
Fides per uerbum dei nascitur, per pacem seruatur, per caritatem nutritur 430.d
Fides potest esse in dormientibus 433.b
Fides potest iueniri sine caritate 428.b
Fides primo datur,ex qua cætera impe

trentur 122.d

Fides quæ impetrat caritatem 128.d

Fides quę omnes saluos facit est una fides Christi 138.d

Fides ad falsum concurrere non potest 149.c

Fides recta non rectificat sine caritate 72.c

Fides recta non satis est ad sumendam eucharistiam 273.a

Fides scuto comparatur 332.a

Fides sine operibus exterioribus multos iustificauit 274.d

Fides sine operibus ociosa est 90.c

Fides sola interdum sufficit ad gratiam 124.c.d

Fides sola nemini satis est ad consequẽdum regnum cœlorum 271.c.429.b

Fides, spes, & timor sæpe inueniũtur in peccatoribus 84.b

Fides statim, & maxime petenda a deo 122.d

Fides sua infusa nemini satis certa 196.a

Fides theologica habitus est & actus 433.b

Fides theologica potest præcedere oẽm humanam fidem 61.b

Fides uera dupliciter accipitur 432.c

Fides uera nuptiale uestimentum 432.c

Fides uera omnia uitia expellit 177.c

Fides uera omnia necessaria ad gratiã secum adducit. ibi.

Fides uera uniuersa præcepta cõplectitur 432.a

Fides uiuificat, cum ei iũgitur dilectio 72.c

Fides unius dei, & est, & fuit semper cõmuniter necessaria 65.d

Fidei actus necessarius ad iustitiã, sed absq; illo possent iustificari, qui fidem ignorarent inuincibiliter 65.a d

Fidei assensus impatera in certitudine 200.c

Fidei a dubio, et opiniõe distĩctio 143.d

Fidei a fiducia quatuor differẽtiæ 433.a

Fidei Christi ignorãtia inuincibilis haberi potest 63.c

Fidei diuinæ ab humana distãtia 142.d

Fidei effectus 125.c

Fidei mysteria quomodo debeant proponi ut credantur 61.b

Fidei necessitas q̃liter intelligenda 66.a

Fidei nostræ militia custodire mandata 251.b

Fidei prærogatiuæ 125.b

Fidem mediatoris qui habeant 62.d

Fidem mereri iustificationem aliud est quam fidei initium esse a nobis 129.a

Fidem unius mediatoris ignorãtes possunt saluari 63. 64

Fide infusa assentimur omnibus a deo reuelatis 143.a

Fide mediatoris iustificari hoĩes 62.c

Fide nos impetramus dilectionẽ 129.a

Fide sola nos iustificari quare asserant aliqui hæretici 147.b

Fides sola nos iustificari, septuplr dixere sancti 275.c

Fides non dat uirtutem sacramentis, & quo sensu sancti dicunt fide aliena saluari paruulos baptizatos 121.a

Fiducia cõsequendę misericordiæ diuinæ aptissimum medium ad consequẽdum fidem 432.d

Fiducia cõuenit in aliquo cũ fide 433.b

Fiducia distinguitur a certitudine 181.b

Fiducia est actus .i. passio ex eo consequens 433.b

Fiducia est motus quidã appetit9 71.b

Fiducia necessaria ad orationes 183.a

Fiducia nostra unde augeatur 171.a

Fiducia iustitiæ potest esse in peccatoribus 433.b

Ad Fiduciam satis est probabilis p̃suasio assecutionis quod cupimus 189.c

Filiatio naturalis exemplar adoptiuæ 106. d

Filius dei propter iustificationẽ nostrã assumpsit humanitatem 57. d

Filius p̃digus inuenit misericordiã absque p̃posito mutandi nouã uitã 377.b

Filius prodigus ueniam meruit 127.c

Filij Adæ quomodo uocamur & filij diaboli 34.b.c

Filij iræ natura qui 9.a

Filij Israel habebant iustũ bellũ contra

Pharaonem 258.c
Filij mystice opera sunt 160.c
Filij Noe liberati propter parentē 235.c
Finis est caput uirtutum moraliū 332.b
Finis incarnationis instaurare oīa 97.c
Finis precipuus in quem peccatores respicere debent in sua cōuersione 295.a
Finis prædicationis Christi prophetarum & apostolorum 295.a
Finis omnium legum auferre peccatū 65.c
Finis ultimus tripliciter potest cōstitui in bonis temporalibus 297.b
Finis ultimus qualiter potest constitui in beatitudine 297.b
Flagella metuentes, æterna supplicia p horrescant 69 c
Forma quæcunque sufficit ad denominationem formalē concretiuam sibi correspondentem 110.c
Formæ sacramentalis ueritas 406.a
Forma absolutionis cōsueta in ecclesia antiqua, cōueniens, & a nemine uariāda 364.b.c
Formido assensuum nostrorum unde procedat 150.b
Formido de peccato letali repugnat certitudini gratiæ 160.a
Formidare iusti de sua perseuerantia quare debeant 299.d
Fortis non est qui metu pœnarum pericula subit 70.d
Fortitudo falsa morientium pro hæresi 214.a
Forum misericordiæ hic 395.b
Fructus dei ab herba incipit 225.a
Fructus passionis Christi nemo expers 33.b
Fructus bonorum operum 279.c
Fructus digni uirtutum ibi.
Fructus digni pœnitentia 410.b
Fructus pœnitentię 413.b
Fructus spiritus et opera carnis inter se distant 277.b
Fructus spiritus non sunt pecca. 276.a

G

Galatæ legem & euangeliū simul uolebant obseruare 253.a
Galea salutaris spes, caritas, uel prudētia 332.b
Gehenna cruciatus inferni 422.d
Genadius errauit dicēs catechumenū in bonis opibus defunctū damnari 46.c
Gentes uniuersæ bona semper a malis distinxerunt 276.d
Generatio celestis est predestinatio diuina 310.b
Gnatiōis carnalis terminus formalis 25.d
Gigantes antiqui quare perierūt 7.c
Gloria Apostolorum insignis 175.d
Gloria humanitatis Chri consequitur ex iustificatione nostra 107.b.c
Gloria oīum iustorū nō ę equalis 230.b
Gloriari in domino quid sit 27.b
Glorificatio est consummatio in sapientia 69.c
Gradus certitudinis euidētis tres 142.c
Gradus certitudinis ineuidētis duplex 142.d
Gradus fidei humanæ triplices 144.a
Gradus sunt in eisdem uirtutibus 236.d
Gradus portæ merita uirtutū 238.c
Gratia accepta, nisi custodiatur, in procinctu erit perdere 300.a
Gratia adiuuans semper habet effectū immediatum ad quem datur, non aūt excitans 58.b
Gratia adiuuās quāto plenior, tanto & nostra conuersio maior, non sic autem de excitante 58.b.c
Gra adiuuās necessaria oīo ad cōuersionē pctōris nō ita excitās 57.b. 466.b
Gratia adiuuās subiacet nostræ libertati, nō autem excitans 58.a. 466.b
Gratia ad peccatū nōn concurrit 280.c
Gra aucta quare mereatur perfici 136.d
Gratia augetur propter opera bona iustorum 474.d
Gra auxilij specialis necessaria et iustificatis ad implendum mandata 257.a
Gratia baptismalis expellit omne peccatum 164.d
Gratia Christi gratia capitis 97.d
Gratia Christi, gloria dei 26.d
Gratia confertur ad reconciliandū nos deo 34.d

Gratia

Gratia confertur confessis per solā absolutionem 365.b
Gratia confertur propter cōtritionem. 402.b
Gratia data paruulis tota est ex uirtute baptismi 121.a.
Gratia Dei 175.d
Gratia nostra pendet a meritis Christi in esse & in conseruari. 32.b
Gratia diuina non extenuatur propter merita beatitudinis ex cōdigno 133.d
Gratia decor animæ 115.b
Gratia donatur, non redditur 485.c
Gratia qualitas permanens 25.d
Gratia summum bonorum huius uitæ. 197.a
Gratia & merita nostra effectus prædestinationis 295.b
Gratia excitans liberum arbitrium tenet principatum in meritis 139.a
Gratia excitans sæpe præcedit tempore infusionem gratiæ iustificātis 139.a
Gratia facit nos deo acceptos in ordine ad Christum 32.d
Gratia fidei antecedit oīa merita 138.a
Gratia fidei in quibusdā sufficit ad obtinendum regnum cœlorum, in quibusdam non 137.d
Gratia gratis data necessaria ad dilectionem Dei 73.c
Gratia gratumfaciens ad quæ præcepta requiratur 269.a
Gratia gratumfaciens est caritas 330.c
Gratia gratumfaciens operans & cooperans dici potest 54.d
Gratia ideo uocatur, quia gratis datur 126.b
Gratia ut gratia ignotior habitib⁹ operatiuis 214.d
Gratia inchoandi & perseuerandi non secundum merita nrā datur 307.b
Gratia includit in se diuinam acceptationem 195.a
Gratia iustificans terminus nostræ iustificationis 138.c
Gratia iustificans non est gratia præueniens 138.b
Gratia iustificationis, neq; fidei neque operibus nostris præcedētibus ipsam debetur 127.a
Gratia iustificationis non est summe gratuita 313.d
Gratia iustificationis non potest dici, merces nostrarum dispositionū 139.c
Gratia iustifi. potest contingere nō prædestinatis 298.d
Gratia iustificationis quomodo sit indebita 133.d
Gratia maculas peccatorum abluit, & renouat mentem 35.a
Gratia miraculorum perfectissime fuit in Christo 97.d
Gratia mystice fons aquæ salientis in uitam æternam 481.c
Gratia necessaria ad pœnitentiā 466.b
Gratia non negatur facienti quod in se est 380.a
Gratia non secundum hominum meritum datur 126.b
Gratia non stat cū pœna æterna 476.d
Gratia nostra est habitus infusus 113.d
Gratia nrā exuperat gratiā Adę 466.c
Gratia nostra non pendet a gratia, quā modo habet Christus 32.d
Gratia nostra pendet inesse & in conseruari a meritis Christi 474.b
Gratia nulla est, si secūdum merita nostra datur 126.b
Gratia potiorem partem sibi uendicat 51.b. in iustific. nostra 51.b. 53.c
Gratia præueniens absq; ullis meritis conceditur 51.b. 58.d. 135.c
Gratia præueniens ad iustificantē ordinatur non econtrario 138.c
Gratia præueniens principium nostræ iustificationis 138.c
Gratia præueniens in genere est omne, quo trahimur ad gratiā in specie asit concursus specialis Dei 56.c.d
Gratia præueniens non est aliquis habitus infusus, sicut gratia iustificans 138.b
Gratia prima datur martyribus quando habent uulnera letalia 83.a
Gratia prima per absolutionem cōfertur aliquando 401 a 405.a

Gratia producitur a deo per creationẽ 100.a.b
Gratia,qua iustificamur, comprehẽdit sub se gratias gratis datas 330.a
Gratia q̃ ratione facit nos gratos deo 115.d
Gr̃a quare non possit mortalibus certa esse ex fide, uel euidenter 201.c
Gratia quibusdam plenior & abundãtior infunditur 136.d
Gratia sanãs est auxilium dei adiuuãs uoluntatem 330.c
Gratia specialis ad perseuerandũ non fuit necessaria in statu ĩnocẽtiæ 327.b
Gratia specialis necessaria iustis ad perseuerandum 324.d.327.330.d
Gratia ualet in adiutoriũ ne committãtur peccata 330.a
Gratia ueteribus per passionẽ Christi data 14.d
Gratia uita æterna 134.d.267.d.492.d
Gratia uocatur lumen 35.a
Gratię Christi immensitas 227.b
Gr̃ę Christi, & gloriæ Dei nõ detrahūt sancto Syn. sed hæretici 495.a
Gratię & caritatis communes prerogatiuæ 115.b
Gratię membrorum Christi 41.b
Gratię operantis & cooperantis distinctio 56.b
Gratiæ specialis communicatio est occultissima 159.c
Gr̃am dei nemo habere potuit ex naturalibus aut per legem 8.c.177.a
Gr̃am Dei nulla iustitia præuenit 136.b
Gr̃am iustificationis nemo perdit nisi propter transgressionẽ uel omissionẽ præcepti 43.c
Gratiam iustificationis debetur ex cõgruitate bonis præparationibus peccatorum 133.d
Gratia diuina egemus ad castitatẽ seruandam 267.a
Gratia gratũ faciente formaliter iustificamur 20.c
Gratię uocantur in scriptura beneficia gratuito exhibita 56.d
Gratis fieri aliquid apud latinos 126.d
Gratis iustificari quare dicimur 127.a
Gratuiti rationi solum repugnat ratio debiti 32.b
Gratuita ut distinguũtur contra naturalia 15.d
Gregorius habuit certitudinem de sua gratia 323.c
Grego. non perdidit certitu. in uita pastorali ibi.
Grego. pro incertitudine gratię 160.c
Gregorij expositio in illis quę de certitudine loquitur 191.a
Gustus cognoscit dulcedinem, & non causam dulcedinis 195.a

H

Habitus solum concurrit ad ea q̃ continentur sub ratione illius formali 221.c
Habitus demonstrari non posse 166.b
Habitus infusi necessarij ad opera præcellentia 213.d
Habitus nostri nõ omnino nobis ignoti. 214.c
Habitus infusi per solam fidem innotescunt 196.b
Habitus infusi simul infunduntur, & nunquam unus sine alio 166.c
Habitus ĩfusi sunt supnaturales 145.b
Habitus supnaturales ignotiores quã naturales 214.d
Habituum infusorum nobis certitudinem nõ possumus habere 115.a 145.b. 163.d
Habitus infusos suadet ratio naturalis 115.a
Hæresis Caina 343.a
Hæreses unde oriantur 311.c.465.c
Hæreticus quis sit 429.d
Hæretici damnantes paupertatẽ 247.d
Hæretici damnãtes proprietatem temporalium 247.b
Hæretici negantes ecclesiæ potestatem faciendi leges 476.b
Hæretici, & infideles uolunt sæpe deo in omnibus obedire, et in nullo displicere 77.b
Hæretici ferĩẽdi merito anathemate & poenæ 444.c.495.c

Hæretici non sunt omnes peccatores. 429.d
Hæretici habere se putāt certitudinem de sua gratia 141.a
Hæretici negantes originale 12.c.463.d
Hæretici nostri temporis perniciosiores antiquis 1.a
Hæretici quomodo non fuerunt ex nobis 310.b
Hæreticorum cōsuetudo 289.c.299.b. 311.c.312.b
Hæreticorum ingenium 392.c
Hermagoras pater fidei Tridenti 6.d
Hieremias caruit perpetuo mortali. 288.b
Hieremiæ reuelata sua prædestinatio. 315.b
Hieronymus consilia a præceptis distinguit 248 b
Hiero. pro incertitudine gratiæ 158.d. 189.a
Hierony. uenialia a mortalibus distinxit 423.d
Hiero. sententia de potestate uitādi omnia peccata 451.d
Homo expoliatus in gratuitis & uulneratus in naturalibus 15.d
Homo in progressu sui temporis tenetur uitare omnia uenialia 449.b
Homo non potest mereri alteri primā gratiam immediate 49.a.119.d
Homo non potest uiuere sancte, nisi sit sanctus 138.b
Homo peccat aliquādo ignorans 156.a
Homo peccare & nō peccare pt. 254.d
Homo per peccatum perdidit potestatem non libertatem 257.a.467.c
Homo potest declinare a malo & facere bonum 282.b
Homo pōt esse sine pctō 282 a.447.b
Homo potuit in statu innocentiæ seruare mādata, credere, diligere, &c. 15.b
Hominis summa iustitia, quicquid habet credere se a deo habere 452.c
Hoies scti plerūq; faciūt miracula 97.d
Humanitas Christi dignificanda maxime 98.b
Humanitas Christi est multipliciter cā iustificationis nostræ 100.a
Humanitas Christi fuit instrumentum diuinitatis ad miracula 97.c
Humanitas Christi organum diuinitatis 97.d
Humanitas Christi potest deo seruire ad quantancunq; distantiam, etiam si ne operatione præuia 101.a.c
Humanitas Christi non potest peccare quandiu manet unita uerbo 96.b
Humanitati Christi concessa est omni potentia respectu aliorum a se 100b
Humanitati Christi concessa facultas creandi gratiam 100.b
Humanus dies quis sit 157.b
Humana iustitia, quomodo sit iustitia 290.d
Humilitas margarita christianorū, & signum diuinæ prædesti. 316.d
Humilitas sola gratiam inuenit in oculis pietatis 161.a.1.82.d
Humilitatis opera 317.a
Humilitate condienda omnia bona opera 333.a
Hypocrisis quid sit 262.a

I

Iacob certus fuit de sua prædestinatione 315.a
Iacobus de prima & secunda iustificatione locutus 242.c.241.c
Iacobus quare necessitatem operū tradiderit 422.b
Idem actus neque bonus & malus moraliter neque donum Dei & peccatum esse potest 277.a
Idem non semper ad identitatem numeralem debet coarctari 138.d
Idolatrare & ariolari multo grauiora peccata quam communia 230.c
Ieiunium castigatio corporis 332.c
Ieiunia ecclesiastica nō dānanda 472.d
Ignis purgato. quō æternus 414.b
Ignis purga. eiusdem speciei cum igne inferni ibi.c
Ignorari potest inuincibiliter deum nostris malis offendi 385.d
Ignorantes dominum nulla exceptio tuetur ad pœnam 385.d

Ignorantia inuincibilis est quam uincere non possumus 62.c
Ignorantia inuincibilis Euangelij potest haberi 64.b
Ignorantia non facit dolorem insufficientem sufficientem 388.b
Ignorantiam dei inculpabilem nullus habuit 66.a
Ignorantia omni culpabili carere nemini satis certo constare potest 167.d
Ignorantiæ aliquæ sunt lætales 153.b
Ignorat nemo necessaria sine culpa sua 182.a
Illapsus gratificus 40.c
Immũdicia signũ reprobationis 320.d
Impius propter suam conuersionẽ aliquando fit immunis ab omni peccato 279.a
Impœnitentia circunstantia quędã peccati admissi 375.c
Impœnitentia grauior quanto diutior ibidem.
Impœnitentia quando nouam malitiã assumit ibi.
Impossibile uocatur quod uix fieri potest 349.a
Impossibilia dicuntur aliquando quæ nunquam fient 349.d
Impossibilia moraliter quæ dicantur. 448.b.458.a
Impossibilia quæ uocentur in scriptura. 309.b
Impossibilia logice quæ dicanẽ 448.b
Imputatio iustitiæ Christi, causa communicationis ipsius nobiscum 110.d. 462.c
Imputatio iustitiæ Christi cõiungit nobis merita ipsius 462.c
Imputatio iustitiæ Xp̃i dupliciter differt ab applicatione ipsius 473.c
Imputatio iustitiæ Christi necessaria ẽ ad omne beneficium spiritale nobis a deo exhibitum. 474.b
Imputatio noua necessaria est ad omne nouum beneficiũ & indebitũ 474.b
Imputatio noua necessaria est ad omnem profectum spiritalem & ad perseuerandum ibidem.
Imputatio noua necessaria est iustis de lege ad remissionem uenialium, & pœnarum tẽporaliũ, nõ simpliciter 476.c
Imputatio noua necessaria non est ad omnem approbationem iustitiæ Christi. 473.b
Imputatio noua non est necessaria iustis ad consequendum beatitudinem, si liberi decedant ab omni reatu peccatorum. 4.
Imputatio noua, quæ fingitur omnib. esse necessaria ad beatitudinem, superflua est, & gloriæ Christi derogat & in multos errores inducit 482.d
Imputationis nomen non inuisum, si commode usurpetur 462.b
Imputationis nomine aliter utitur scriptura quam hæretici 461.c
Imputationis nomine hæretici abutuntur quinque modis 461 b
Imputationis nomine doctores antiqui non usi ad explicandum coniunctionem meritorum Christi nobiscũ 461.d
Imputat deus iustitiam Christi, peccatoribus ad.6. pſertim beneficia 465.d
In pro per sæpe accipitur in scriptura. 155.d.353.a
In leuioribus peccatis multa difficile remittuntur 349.b
Inæqualitas suppliciorum & præmiorum 424.c
Incarnationis nouitas nouum martyrij genus attulit mundo 321.d
Incedere sine querela aliud quam incedere sine peccato 442.c
Incertum est punctum collationis gratiæ in martyribus 214.a
Inclinationes naturales, bonæ 68.a
Indulgentia præteritorum est criminũ 273.c
Indulgentia quis ad merita peruenit. 323 d
Indumenta tria militaturis necessaria. 332.a
Indurati in peccatis quo differunt ab alijs peccatoribus 359.c.d
Infideles possunt bene operari 87.a.

Infideles possunt bonis operibus obtinere, ut trahantur ad fidem 60.a
Instrumentum de sua ratione non requirit actiuitatem 100.c
Instrumentum non efficax ad supernaturalia p operationes puias 105.d
Intentio ministri necessaria ad uerã absolutionem 164.b 4
Intentio ministri necessaria in sacramentis 164.b.168.d.207.a.472.d
Intentio ministri non potest satis constare nisi ex reuelatione 164.c.168.d
Interrogationes uim habent uniuersalium negationum 153.b
Ioannes Euangelista aquila 309.a
Ioannes cunctis maior 235.a.237.c
Ioannes pœnitentiæ & totius sanctitatis exemplum 410.a
Ioanni Bap. reuelata sua perseuerantia 315.b
Ioel tradidit incertitudinem grę 155.a
Iob a deo & scriptura summe commẽdatus 151.b
Iob culpa ueniali non caruit 442.a
Iob non deliquit in sermonibus suis. 282.b
Iob non omno certus de sua gratia 151.b
Iob quintus a Noe 24.a
Ionas tradidit icertitudinẽ gratiæ 155.b
Ioseph usque in finem iustus perseuerauit 307.b
Iouinianus a sede Apostolica damnatus 299.a
Iouiniano consentit Caluinus 461.a
Ira est naturæ corruptæ & natiuitatis nostræ 9.a
Iram Dei incurrimus per peccatũ Adæ 8.d.9.a
Iram suam mitigauit deus propter pœnitentiam 303.b
Irænæus Policarpi discipulus 412.b
Isaac certus de sua pdestinatione 315.a
Iudeæ terra futuræ ecclesiæ in cœlis typus est 234.a
Iudæi sępe in sacrificijs consequebantur gratiam 14.c
Iudæi plęrique unde perierint 7.d
Iudas aliquando fuit in gratia 301.c
Iudas filius perditionis quare appellatur 302.a
Iudas inter reprobos oẽs insignis 301.c
Iudas miracula diuina magicis artib⁹ tribuebat 349.c
Iudas non minus, quam alij apostoli diuina gratia regebatur 328.b
Iudas peius de peccato pœnituit, quã peccauit 345.b
Iudas tanto maioris criminis, quanto maioris meriti 230.d
Iudicium certum solius Dei est 159.a
Iudicium dei duplex in hac uita 322.d
Iudicium Dei semper debemus expectare 159.b
Iudicium diuinum formidandum omnibus 151.d
Iudicium diuinum cur timebant sancti. 480.
Iudiciũ in sacris literis pro pœna usurpatur 411.d
Iudicium nostrum incertum tribus rationibus 160.a
Iudicij diuini in rigidum & moderatũ distinctio 475
Iudicum munus pœnas imponere pro delictis 411.d
Iurare licet uera esse quæ sunt certa ex fide 171.d.172.b
Iurare nemini licet se eẽ in gratia 221.c
Iurans tenetur iurarę ad intentionem eius, cui iurat 171.d
Iustus fit iustior per susceptionem sacramentorum 235.b
Iustus habet ius ad uitã æternã 476.d
Iustus nõ in omni opere uenialiter peccat 275.b
Iustus patientia probatur 323.a
Iustus quare nunc flagellatur 322.b
Iustus subiect⁹ uitijs & peccatis 284.b
Iusto cuilibet diffusa & inhærens caritas dei 113.c.114.b
Iusto non est lex posita 253.c.254.a
Iustum fieri ex iniusto, quid sit 43.b
Iusti aliqua ex parte qui. 156.d.285.d
Iusti a mortalibus possunt abstinere. 418.b.454.c
Iusti a mortalibus abstinuerunt 454.c

Iusti ad quid renouentur a deo in hac uita. 42.d
Iusti arctius adstricti mãdatis 270.c.d
Iusti perseuerare possunt per aliquod breue tempus in gratia 331.a
Iusti debent agnoscere semper infirmitatem suam 270.a
Iusti seruant mandata, & immaculati dicuntur etiam si incidãt in leuia peccata 269.d.270.b.447.b
Iusti experiuntur in se effectus gratiæ. 195.b
Iusti facilius possunt implere mandata 270.c
Iusti indigent dei ope ad perseuerandũ 324 d
Iusti ignorant plęraque scitu dignissima 182.a
Iusti merentur ex congruo gratiam, & conuersionem peccatorũ 129.b.357.b
Iusti nominari possunt, qui aliorũ cõparatione iusti non sunt 237.a
Iusti non deseruntur a deo, nisi prius deserant ipsum 270.d
Iusti non sunt hic æquales in gratia neque erunt æquales in gloria 222. d. 230.d.234.d
Iusti non tam sunt sub lege quam in lege 245.d
Iusti non tenentur adhibere fidem testimonio. ss. antequam inotescat 174.c
Iusti non tenentur certo credere suã iustificationem 141.b
Iusti per Dei gratiã possunt uitare omnia uenialia 449.a
Iusti permulti non crediderũt se esse in gratia 188.b
Iusti possunt certa fiducia postulare necessaria 195.c
Iusti possunt dei gratiã amittere. 303.a. 305.c.227.a.344.b.461.a.b
Iusti possunt habere certitudinẽ de sua gratia 323.b
Iusti p̃nt multa bona opa facere p solã gratiã gratũ facientẽ 331.a
Iusti possunt negare Christum 307.c
Iusti uere proficiunt in iustitia, idque p oĩa bona opera 223.b.234.d.474.b.d
Iusti possunt quocunque instanti uiæ perdere gratiam 382.b
Iusti semper possunt peccare 270.a
Iusti soli, uere sapientes 254.a
Iusti suam propriam iustitiam recipiunt 103.c
Iusti sunt sæpe sine aliqua macula peccati 447.b
Iusti sumus, quando nos peccatores fatemur 132.d
Iusti sunt bonæ arbores 285.a
Iusti uenialibus obnoxij 158.b
Iusti uere iusti, & non tantum reputati 113.d.468.d
Iustorum uita sordidatur iugiter uenialibus 288.c.291.c
Iustitia actualis & habitualis 37.d
Iustitia acquisita & infusa 37.d
iustitia a fide sumit initium 128.c
iustitia Christi duplex 26.c
iustitia Christi est causa meritoria et efficiens nostræ iustificationis 111.c. 469.c
iustitia Christi imputatur in omnibus sacramentis 462.c
iustitia Christi non est, neque potest eẽ causa formalis iustificationis nostræ 110.c.462.c.469.d
iustitia Christi, per quam iustificamur 112.d
iustitia Christi quatenus imputeť nobis, ac si nostra esset 462.d
iustitia Christiana, & Mosaica 37 b
iustitia Christiana fides, spes, caritas 91.a.117.c
iustitia dicitur omnis uirtus 271.a
iustitia inhęrens & imputata 109.b
iustitia inhærens sola facit formaliter homines iustos 110.c
iustitia est in Dei gratia 134.a
iustitia est multiplex 37 b
iustitia siue perfectio est duplex 452.b
iustitia est non peccare 282.a
iustitia externa & iustitia interna 37.b
iustitia fidei & operum 37.b
iustitia hominis, imperfectum se nosse 197.a
iustitia humana quo iustitia sit 292.d

Iustitia interna praecellit externā 262.d
Iustitia legalis 37.c
Iustitia minima satis ad beatitudinem 479.b
Iustitia moralis 37.c
Iustitia nostra est in praedicamēto qualitatis 469.d
Iustitia nostra habitus īfusus 112.a.113.a
Iustitia nostra nostra & Dei 450.b
Iustitia nostra pendet a iustitia Christi 32.b.33.a
Iustitia nostra imperfecta respectu iustitiae diuinae, & Christi, & beatorum. 478.c.d
Iustitia nostra non ex proprio consistit merito sed ex dei misericordia 132.d 309.a
Iustitia nostra participatio iustitię xpī 106.d
Iustitia nostra perfecta in suo genere. 491.d
Iustitia oeconomica 37.c
Iustitia iustorum non est aequalis 90.c
Iustitia originalis donum naturae 15.d
Iustitia particularis 37.c
Iustitia politica ibi.
Iustitia praesentia solum spectat 351.c
Iustitia prima, fides, secunda opera sequentia 280.a
Iustitia propria siue aliena nemini potest certo constare 157.d
Iustitia, quae a nobis exigitur 152.b. 478.479
Iustitia summa hominis 309.a.335.c
Iustitia theologica Dei, Christi & nostra 38.a
Iustitiae nostrae quasi pannus menstruatae 288.b
Iustitiae christianae effectus 91.b
Iustitiae incrementa 413.a
Iustitiae infusae sub quibus nominibus meminerunt antiqui doctores 114.c
Iustitiam acceptā nemo perdit, nisi ex culpa sua 335.c
Iustitiam Christus uocat mādatorum praedicationem 318.c
Iustitiam Christi non exaltant nisi uera 112.c
Iustitiam ueram quare plerique ex Iudaeis non assecuti sunt 7.d
Iustificari idem quandoq; est, quod absolui a peccatis 470.b
Iustificatio actiue & passiue accipitur. 36.d
Iustificatio actiue quid sit 43.b
Iustificatio complectitur beneficia quatuor 34.c.38.a.118.c.470.
Iustificatio debetur ex lege conuertenti se in deum 130.b
Iustificatio eripit nos a daemonis potestate 11.c
Iustificatio est iusti effectio 35.c
Iustificatio est propriū opus dei 169.d
Iustificatio huius uiae non extinguit fomitem 327.a
Iustificatio īnotuit quibusdam sanctis uiris 145.b
Iustificatio non perficitur certitudine. 150.c
Iustificatio nostra a deo solo, nobis tamen consentientibus 54.c
Iustificatio nostra adoptatio quaedam est in filios Dei 106.d
Iustificatio nostra finis aduentus filij Dei 22.a
Iustificatio nostra pmiū mortis Christi 108.b
Iustificatio nostra ordinatur ad gloriā Christi 107.c
Iustificatio nostra profluit a misericordia diuina 42.c
Iustificatio nostra quare ignota 211.c
Iustificatio nostra redundat in gloriam Christi 107.c
Iustificatio nostra subest nostrae potestati 51.d
Iustificatio nrā tribuitur. ss. 348.a
Iustificatio omnis nostra tribuēda xpō post deum 8.b
Iustificatio prima nemini contingit ex merito suorum operum 242.a
Iustificatio secunda quid sit 43.b
Iustificationis potest reddi aliqua causa ex parte nostra 135.a
Iustificationis uariae acceptiones 35.c. 470.b

de iustificatione secunda dicta transfer
er queunt ad primam 243.c
In iustificatione simul accipit homo fi-
dem, spem, & caritatem 90.c
iustificare impium pro muneribus 36.a
iustificatur nemo nisi propter Christū
226.a
iustificatur quisque tanto plenius, quam
eo melius se disponit 187.b
iustificamur per caritatem magis qua-
tenus gratia est, quam quatenus cari-
tas 36.b
iustificari absque meritis & sine operib.
126 b
iustificari a deo qui meruerint 7.d
iustificari dicitur, qui proficit in iustitia
36.c
iustificari ex gratia & non ex operib.
tantundem 126.a
iustificari ex operibus, & iustificari ex
gratia aduersantur 126.a
iustificari gratis, & sine meritis idem
126.a
iustificari gratis 122.b
iustificari nequeunt ratione utentes si-
ne interuentu ipsorum dispositione 145.c
iustificati accepti ad uitam aeternam.
208.c
iustificati ex donis dei possunt aliquā
certitudinem de sua iustificatione ha-
bere 220.d
iustificati ex meritis, ex debito iustifica
rentur 127.a
iustificati non sunt liberi a mandatis.
250.a
iustificati omnes habent fidem infu-
sam 114.a
iustificati possunt etiam in perpetuum
amittere suam iustificationem 308.b
iustificati si moriantur nullo opere in-
digent ut consequantur beatitudinē.
272.

L

Labor ad molestias uitae refertur.
255.d
Lachrymae piae signum praedesti-
nationis 317.d
Lachrymę plurimum ualent cum con
fessione 397.a
Lachrymae sanctorum triplices 318.a
Lachrymae testes dolorum 387.a
Lachrymae unde procedant 387.a
Lapides onychini super humeralis 13.c
Lapsus a sacerdotali officio resurgere
potest 341.d
Lapsus animae fidelis plus lugendus,
quam ruina templi Salomonis 114.d
Lapsi omnes possunt semper hic repa-
rari 334.a.d.336.d
Lapsi reparatio perfecta difficilior re-
nouatione 352.d
Latro magis amauit Christum in cru-
ce quam Iudaei in coena 274.d
Latronis poenitentia 274.d.378.d
Lepræ emundatio est poenitentia 413.a
Lex amicitiae est inter deum & iustos.
218.b
Lex dei tota est possibilis 449.d
Lex diuina neque abstulit neque uaria-
uit legem naturalem 439.d
Lex in adiutorium nobis data 457.b
Lex iusto necessaria 251.b
Lex naturalis ante legem Mosaicam a
multis seruata 256.a
Lex non est perfecta, nisi omnibus ad-
uersetur peccatis 436.b
Lex non potest dici, quae non obligat
eos qui sub ipsa sunt 253.b
Lex non potuit iustificare 13.b
Lex nō seruatur sine fide Christi 123.b
Lex noua iustificat 14.d.456.e
Lex per literam iubet, nō per spiritum
iuuat 14.d
Lex praecipiebat adultis fidem 14.a
Lex sine gratia litera sola est 456.c
Lex supplicandi legem statuit credendi
342.c
Legis literae inefficacia 123.a
Legem det non Deus sed nos cū ipsius
numine implemus 266.a
Ad legem iustitiae qui peruenia 136.b
In lege domini ambulant omnes iusti
443.b
Leges positae propter peccatores 253.c
Liber de Ecclesi. dogma. non est Augu.
sed Genadij 46.a

Liber

Liber consensus quis 467.a
Libere nos mouemur i deu p fide 60.d
Liberum est quod gratia sui est 253.d
Liberum arbitrium esse captiuu quali- ter intelligendum 257.a 467.c
Liberum arbitriu attenuatu non ex- tinctum per peccatum 8.c.35.a.d
Liberi arbi. non sufficit ad gratiā 52.c
Liberi arbitrij hostes b.51.b.63a
Libertas & gratia necessaria adulto ad iustificationem & simul ad eam con- currunt 51.b.466.b
Libertas & gratia non ex æquo concur runt 51.b
Libertas fundamētum meriti 477.b
Libertas iustorum 253.c
Libertas nostra probatur et explicatur 16.d.17.a.18.a.19.a
Libertas nostra non tota a iustitia ori- ginali 16.a
Libertas triplex 467.b
Libertas uera, ubi spiritus dñi 255.c
Libertatem habemus respectu eorum in quæ non sufficimus sine influentia generali 19.c
Locus paratur si ex fide uiuatur 231.c
Lucifer discordiæ autor 320.c
Lucifer fuit in gratia, sed non perseuera uit 302.a
Lucifer pp superbiā eiect⁹ a cœlo 316.d
Lumbos præcingere quid sit 320 d
Lumen naturale indicat nos esse libe- ros 17.d
Lumē naturale docet præcepta esse pos sibilia 258.c
Lumē naturale docet nō satis esse ad iu stificatione certitudinē de ipsa 170.b
Lumen naturale distinguit uenialia a mortalibus 424.c.d
Lumen naturale ostēdit esse alia pecca- ta præter infidelitatem 426.b
Lumē naturale ostendit deū solum esse causam efficientē nostræ iustifi. 92.b
Luth uititur uocabulis quib⁹ neq scri- ptura neq patres sunt usi 409.a
Lutheri octo contradictiones 18.b.265 c.273.a.277.c.d.285.d.289.b.410.a
Lutheri inconstantia de fide 427.b

M

Magister insinuauit merita ex cō gruo 139.a
Magna insania persuadere ho- minibus suæ gratiæ certitudinē 152.a
Malum est, ex circunstantia 276.d
Malæ non displicent, complacēt 75.a
Malcho quare Deus restituit auriculā 342.d
Manasses restitutus in regnū propter pœnitentiam 341.a
Manasses sæpissime idololatriā parra- uit 341.b
Mandatum maximum 250.c
Mandatum nouum Christi 262.c
Mandatum diligendi Deum exponitur 262.d
Mandatum diligendi Deum seruatum a multis 265.b.286.c
Mandatum, non concupisces exponi- tur 259.d
De mandato diligendi Deum sententia Aug. 491.b
Mandata ad subditos & seruos dirigū tur 251.c
Mandata dei ad omnes spectant 251.c
Mādata dei homini iustificato possibi- lia 254.c
Mandata dei possibilia 255.c 329.c. 345.a
Mandata dei utilia 345.a
Mandata distinguūtur a consilijs 246.b 248.c
Mandata diuina ante Christum a mul tis seruata 256.b
Mādata domini clariora, quam ea quæ necessaria sunt ad consequendā remis sionem peccatorum 152.d
Mādata ecclesiæ & ciuilia uere & pro- prie sunt mandata 246.a.475.a.b
Mandata generatim oibus data 249.d
Mandata grauia a non grauibus in q- bus dignoscantur 249.b
Mandata minima dupliciter exponun- tur 246.c
Mādata nobis impossibilia sine gratia dei 12.d.257.a.441.c
Mandata nolle seruare, nisi propter bea

titudinem illicitum est 296.c
Mandata omnia diuina moraliter non possumus implere in hoc statu 15.b
Mandata, omnia necessaria ad uitã æternam 44.a
Mãdata possibilia peccatoribus 267.d
Mandata proprie & large 246.b
Mandata, parũ difficilia, sine gratia possumus implere 15.c
Mandata seruare necessarium ad perseuerandum 250.d
Mãdata se seruasse uere dixit adolescẽs Euangelicus 250.b.455.a.b
Mandatorum dei, hic nõ est perfecta cũstodia 251.b
Mandatorum decalogi necessitatẽ non apertius nobis tradit uetus testamentum ꝙ nouum 455.b
Mandatorum & consiliorum tenor idẽ aliquando 248.c
Mandatorum omniũ impletio ad uitã sufficit æternam 267.d.47.d
Mandatorum seruatio impossibilis naturæ 12.d
Mandatis non conueniunt tropi. 261.c
Mansio.ss.in Ecclesia omnibus fidelibus constat 180.c
Mare rubrum significat aquam baptismi 208.a
Maria uirgo agnouit se supra cœteros exaltata 229.a
Maria uirgo caruit originali 12.d
Maria uirgo & mater domini profecit in gratia post conceptionem filij dei 225.a.b
Maria uirgo habuit reuelationem suæ prædestinationis 315.b
Maria uirgo nullum admisit peccatũ 444.a
Maria uirgo redemptione magis indiguit ꝗ cœteri 12.d
Maria socia Christi 444.c
Martyr uerus nõ æquandus falso 213.d
Martyres non possunt esse certi de sua pœnitentia 213.d
Martyres nonnunquam futurorum dei iudiciorum timore trepidabant 213.a
Martyrium censetur uotum uirtuale bap. 46.c
Marty. de se sufficiens remedium ad salutem 81.d
Marty. habet uicem pœnitentiæ sicut baptismi 81.b.d
Marty. merito dicitur baptismus & corona. 81.b.213.c
Marty. iustificare potest sine pœnitẽtia 81.d.213.d
Marty. non est consummatum usꝗ ad mortem 213.b
Marty. non compatitur complacentiã in peccatis 82.c
Marty. non potest facere de attrito contritum 213.c
Marty. non prodest hæreticis 82.d
Marty. pœnitentia uirtualis 82.c
Marty. grauius quid est quã pœnitentia 81.d
Martyrij elogia 82.d
Martyrij laudes 81.c.82.c
Martyrio omnia cedunt 236.d
Martyrio promissa remissio peccatorũ 345.b
In martyrio tota baptismi sacramenta complentur & peccata extinguuntur 82.a
Melãchthonis calumnia in scholasticos 13.a.28.b
Mendacium omne peccatum 436.b
Merces æterna obiectiua & subiectiua 293.b
Merces æterna acerrimus stimulus ad bene operandum 476.d
Merces cognitionis meritis redditur 128.a
Merces ex dono nulla est 132.d
Merces meritis debetur 127.a.492.d
Mercenarius quis dicatur 296.a.b
Mercenarij non uere diligunt dominũ 296.b
Mereri iustificationem, & mereri uocationem idem apud Augustinũ 138.a
Mereri possunt peccatores ex congruo suam iustificationem 129.c
Merendi uerbo doctores usi sunt dupliciter 134.a.b
Meritorium esse aliquod opus ex con-

gruo 130.c
Meritum accipitur multipliciter 132.b
Meritum credendo comparatur 128.a
Meritum Christi ad omnia beneficia nobis exhibita se extendit 25.c.280.d
Meritum est causa præmij 130.d
Meritum non claudit ex sua ratione debitum 132.d
Meritum mercedis est meritũ 127.a
Meritum & præmium relatiue dicuntur 130.b
Meritum non fuit exosum ueteribus 128.a
Meritum omne uirtutis nostræ quo sensu a Greg. uitium dicitur 292.a
Meritum simpliciter tantum in bonis operibus sequentibus iustificationem 242.b
Meritum oppositum misericordiæ 132.d
Meriti nomen usurpatur aliquãdo ubi nulla est ratio meriti 130.b
Meritum duplex, ex congruo, & ex cõdigno 129.b.60.a
Meritum ex congruo nõ repugnat gratuitæ iustificationi 130.c.134.d
meritum ex congruo non semper habet effectum 49.c
Meriti ex congruo et ex cõdigno distinctio nota patribus re 133.d
Merito et demerito locus tantum est in hac uita 490.a
Merita bona a fide incipiũt 128.c.138.a
Merita Christi exhibita plus ualent ꝙ præuisa 345.a
Merita Christi non cõmunicantur uiẽtibus ratione sine dispositionibus propriis 141.a
Merita Christi participat quicunq; aliquod beneficium spirituale accipit 463.a
Merita Christi plus participat, cui plura remittuntur peccata 476.d
Merita iustorum nõ sunt æqualia 88.a
Merita iustorum dona dei 134.d.137.d
Merita post iustificationem gratiæ preueniunt 132.d.137.d
Merita quibus gratia datur, gratis nobis communicantur 134.d
Merita resurgentium sunt diuersa 229.a
Merita stricte, quæ ex proprio habemus 137.b
Merita ex cõgruo nõ sunt dicenda merita simpliciter 139.d
Merita ex congruo nõ sunt negata, nec asserta ab ecclesia 134.c
Merita uitæ æternæ quo sensu aliqui sancti negant 487.c
Meritis propriis quatenus diffidendũ 489.c
Metanœa est transmentatio 377.d
Metus quare suadeatur 410.a
Minister infidelis Euangelij quis 157.d
Miraculum conuersionis aquæ in uinum quare B. Virgo petiuerit 445.d
Miracula in communi sunt trium personarum 348.a
Misericordia animum confirmat 320.a
Misericordia Dei multiplex subuenit lapsibus humanis 342.d
Misericordia diuina superior omnibꝰ omnium peccatis 345.b
Misericordia est alienæ miseriæ compassio 22.a
Misericordia meretur misericordiam 127.d
Misericordia in proximos signum prædesti. 319.d
Misericordia semper ædificatur in uno quoq; 326.a
Misericordiã dei mereri nõ potest qui hic misericors non fuerit 127.c.320.c
Missa sacrificium 472.d
Mites qui dicantur a Christo 317.c
Mœror amaritudinis placet deo 341.a
Modus aliquis nõ necessarius in dolore ut reconciliẽs nos deo 383.c
Modus pœnitendi 413.b
Monachus quid debeat lugere 307.a
Monogamia melior ꝙ digamia 229.c
Mors animæ prima priuatio gratiæ secunda dãnatio æterna 419.c
Mors Christi quanti ualoris 353.c
Mors de ratione martyrij 213.a
Mors fidei est separatio caritatis 431.a
Mors inferni superat omnes mortes 356.d

Mortem Christi qui participent 25.c
Mortem subire pro Christo non satis ad salutem si fiat sine caritate 215.c
Mortale ab euentu causa, & propria ratione 419.c
Mortale est reatus, cui quantum est in se solum debetur æterna dãnatio 440
Mortale pōt contingere in affectu mercenario ad beatitudinem 297.a
Mortale quantum offendat deū 426.a
Mortalia dicuntur quæ dirimūt gratiā 421.b
Mortalia in pœnitentia fiunt uenialia 419.c
Mortalia iustificationem tollunt et gratiæ repugnant 270.a
Mortalia sunt quæ grauiter repugnant caritati 435.a
Mortalia omnia confiteri necessarium 398.c
Mortalia omnia multi confitentur in ecclesia 399.c
Mortalia possunt tota uita uitari, & a multis uitata sunt 441.a
Moyses aspiciens in remunerationem negauit se esse filium filiæ Pharaonis 294 a
Moyses bis confessus peccatum suum 359.c
Moyses certus de sua gratia 185.d
Moyses certus de sua perseuerantia 315.a
Moyses de promissione domini hæsitauit nonnihil 442.b
Moyses dimissa culpa punitus 409.d
Moyses mitissimus super omnes homines 317.b
Moyses peccauit ad aquas cōtradictionis 303.a
Moysi orationis pro Israelitis utilitas 345.c
Mūdus quare indiget misericordia dei 255.a
Mundicia cordis signum prædestinationis 320.c
Mundicia cordis duplex ibi.d
Mutatio uera quæ sit 368.a

N

NAbuchdonosor mitius punitus quam Pharao 98.c
Nabuch. propter pœnitentiā recuperauit sensus, honorē, & regnū 341.b
Natura nostra non sufficit propriis uiribus ad martyriū & similia opera 25.d
Naturalia manserunt integra in dæmonibus 15.c
Naturalia in nobis qualiter manserunt integra 15.c
Necessaria ad perseuerandum in gratia 331.d. 332.c
Necessaria & naturalia non permittuntur optioni nostræ 17.b
Nemo dum hic uiuit, extractum salutis 446.b
Nemo se amari diffidat, q iā amat 78.d
Nemo tenetur ad culpam, nisi uoluntate propria deflexerit 255.b
Non est aliqua iustitia inhærens causa nostræ iustificationis 313.a
Non peccare est legis præcepta seruare 282.a
Non sunt sub lege, qui spiritu dei ducūtur 255.c
Niniue uitæ inagnitæ coronam per pœnitentiam accepit 341.b
Nicæni concilij autoritas inuiolabilis 465.b
Nomen peccatoris de libro uitæ deletur 413.a
Nomini saluatoris cur adiungatur nomen dei 92.a
Nouatus interfector pœnitentiæ 340.b
Nullus est in hac uita q peccare nō possit & proficere 251.a
Nuptiæ sunt licitę 247.c

OBædientia Abrahæ causa promissionis incarnationis 475.a
Obicem non ponere secundum Scotum 164.a
Obicem ponere gratię sacramenti quid sit 165.b. 404.d
Obicem ponere sacramentorū effectui quid 10.a
Obstinatio, graue peccatum 373.b
Offensa tanto grauior, quanto maior offensus

offensus 385.b
Offerre quod non debeas maioris gratiæ quã reddere quod exigaris. 247.c
Officia gratiæ & caritatis 115.c
Officia uirtutis apud barbaras etiã nationes laudi semper fuerunt 281.a
Omnes possent uitã ita statuere, ut sola rio spiritus aliquando fruerent 174.b
Onus ad pondera & uincula legum refertur 255.d
Opus differt ab operis uoto 82.b
Opus ex genere suo bonum non inficitur peccato ei coniuncto 86.b
Opus idem bonum & malũ esse simul nequit 276.c
Opus idem in nouo testamento magis meritorium q̃ in ueteri 230.d
Opus non est perfectum, quousq; pcedat ex habitu 115.a
Operi nostro qđ satis sit, ut non sit peccatum 287.c
Opera eximia indigent speciali auxilio non autem quæuis bona 15.b.474.b
Opera iustorum sunt causa augendæ iustitiæ 474.d
Opera bona iustorum magnæ meritoria remunerationis 450.b.487.a
Opera caritatis, pietatis, & obędientiæ ad iustificationem nimium conducũt 241.a
Opera dei ad iustificationem concurrẽtia triplicia 54.c
Opera diuinitatis in Christo distincta ab operibus humanitatis 98.d
Opera et fides seruis dei necessaria 173.a
Opera externa unde procedant 262.a
Opera externa cur a nobis requirantur ibi.b
Opera facta a peccatoribus non merentur ex condigno gratiam præuenientem 60.a
Opera facta in peccato sunt pficua 85.a
Opera gratiæ deo potius tribuenda q̃ nobis 267.b
Opera iustorum habent suum ualorem a gratia 477.b
Opera iustorũ nõ omnia peccata 275.b 438.a
Opera iustorum non uitiantur intuitu mercedis æternæ 293.b.476.a
Opera iustorum sunt magis meritoria quia sunt membra Christi quã alias essent 41.b
Opera legis quæ intelligantur 241.a
Opera aliqua non possunt uitiari a fine 284.d
Opera nostra bona præcedentia iustificationem a gratia gratis data prouenïunt 135.d
Opera nostra non omnia indigent misericordia diuina 290.a
Opera nostra non possunt mereri iustificationem 122.c
Opera nostra placere deo est minus q̃ placere nos ipsos 160.c
Opera peccatorum etiam infidelĩũ non omnia sunt peccata 84.b.87.a
Opera peccatorum indigna gratia 13.a 134.b
Opera pedissequa fidei 274.a
Opera perfectorum quomodo multis imperfectionibus coniuncta 291.c
Opera per se nunquam quẽquam iustificarunt 274.a
Opera, quæ appellanda sunt beatitudines 316.b
Opera quæ Deus facit cõcursu suo speciali propria opera Dei appellant 53.c
Opera q̃ in iustis & peccatoribus sunt mala 285.a
Opera, quæ sancti excludunt, cum fidei uidentur tribuere iustificationẽ 274.c
Opera, quibus adulti disponuntur sex 51.c
Opera quibus Deus placatur carẽt omni culpa 278.b
Opera sequentia ex dilectione Dei non impediunt, ne feramur in deum toto corde 286.d
Opinio tenet medium locum inter dubium & certitudinem 145.a
Opiniones illę amplectendæ quæ fauẽt magis gloriæ Christi 482.b
Oportet aliquando præceptum, aliquãdo necessitatem indicat 79.d
Oratio aliquando sufficit ad iustifica-

tionem 83.b.c
Oratio Christi ad opa miraculosa 100.d
Oratio extorquet clementiam creatoris 328.b
Oratio in habente affectum peccandi inutilis 83.c
Oratio interdona dei cōputatur 128.d
Oratio necessaria ad perseuerandū 332.c
Oratio non est necessaria dispositio ad gratiam 83.c
Oratio quæ complectitur 332.c
Orationis effectus per quam hæsitatio mentis impeditur 182.d
Orationis iustorum magna uirtus 129.b.345.c
Orationis necessitas 390.d
Orationis uirtus quādoq; pertingit ad indignos 357.b
Orationi promissa remissio peccatorum 345.b
Orationes Ecclesiæ cur clauduntur uel per Christum &c. 128.c
Orationes parentum quatenus ualeant paruulis non baptizatis 50.a
Orationibus iustorum non debetur ex condigno iustificatio illorum, pro qui bus orant 130.a
Orandum pro infidelibus 316.a
Ordo sūmum bonum uniuersi 321.b
Originale dimittitur per baptismum 402.b
Osculari duos pedes domini quid sit 197.d

P

PActum inter deum & Adam 8.d. 12.a
Parentes admonendi, ut orent pro filijs in uteris maternis agētibus 50.a
Parentes tenentur curare ut filij baptizentur 44.c
Paruulo habenti minimam particulam sui corporis extra uterum, subueniri potest per Baptismum 50.a
Paruuli baptizantur in remissionē peccatorum 12.c.119.c
Paruuli baptizati quomodo fide aliena iustificentur 121.b.124.c
Paruuli decedentes sine baptismo damnantur 47.a.120.a
Paruuli indulgentius iustificantur quā adulti 133.d
Paruuli non baptizati non dicūtur impij 47.b
Paruuli non iustificantur fide propria 119.d
Passio christi ad hoc ualuit, ut minores pœnę exigantur a iustis pro suis peccatis quam alias 476.c
Passio Christi ad quid præsentāda sem per patri cœlesti 489.b
Passio Christi causa meritoria iustificationis nostræ, beatitudinis, resurrectionis, & ascensionis 106.a
Passiones Christi quadrupliciter nobis salutiferę 104.d
Passio Christi effecit salutem nostram 102.d
Passiones Christi non sunt proprie instrumenta nostræ iustifi. 105.a
Paschatis encomia 104.b
Pastores tenentur baptizare paruulos in ultimis positos 44.c
Pastores Ecclesiæ tenētur orare pro subditis existentibus in mortali 356.b
Pastoralis cura 2.b
Patientia & tolerantia mortis potest inueniri in hæreticis 213.d
Patientia in tribulationibus signū prędestinationis 321.d
Patiētia inter beatitudines primū locū tenet 323.b
Patientia necessaria ad consequendum regnum cœlorum 307.d
Patientia pp̄ter Christum differt a patientia propter iustitiam 322.a
Patriarchæ quare in tabernaculis habitabant 294.c
Paulus a gratia gratis data magis exclusit merita quam a gratumfaciente 59.a
Paulus blasphemus fuit non tamen in .ss. 348.b
Paulus de quo testimonio .ss. loquitur 173.c
Paulus certus de sua perseuerātia 315.c
Paulus cur aptauerit iustificationi pri-

mæ uerba illa credidit Abraham Deo &c. 243.a
Paulus fuit certus per reuelationem de sua prædestinatione 155.d
Paulus cũ persequebatur Christianos nullius sibi delicti conscius 168.a
Paulus de prima iustificatione præcipue agit 241.d
Paulus discreuit uenialia a mortalibus 422.b
Paulus docuit incertitudinem gratiæ 155.d
Paulus & Iacobus conciliantur 240.d
Paulus etiam de secunda iustificatione loquutus 242.d
Paulus fuit extra gratiam dei 302.d
Paulus gratiæ, misericordiæ, & pœnitẽtiæ ubiq; singularis prædicator 351.a
Paulus habuit aliqua bona opera ante conuersionem suam 135.d
Paulus iustificatus ob merita Stephani 103.c.111.a.357.b
Paulus non peccauit, cum ad Timot. scripsit, ut penulam, uel lacernam deferret 287.a
Paulus non erat liber a mandatis 250.d
Paulus nunquam opponit iustitiam legis iustitiæ fidei 455.c
Paulus omnes subiecit etiã legibus humanis 253.b
Paulus plus cęteris laborauit 233.c
Paulus quare plus cęteris laborauerit 294.d
Paulus sancte gloriabatur in infirmitatibus 313.b
Paulus unius præuaricationi tribuit, quod innocentiam perdiderimus 12.b
Pauli consuetudo in sermone 350.a
Pauli ep. ad Heb. & cano. 351.a
Pauli epistolæ gratiam Christi uniuersæ sonant 343.c
Pauli epistolæ habent multa obscura 121.c
Pauli epistolarum scopus præcipuus 13.c
Pauli peccata ante baptismũ uenialia dici queunt 419.c
Pauli studium 253.b
Pauli tria uerba pſertim difficilia 121.d
Pauperes spiritu triplices 317.a
Paupertas melior diuitijs 229.d
Pauor & securitas pugnant 313.b
Pax ab omnib⁹ primo requiritur a deo 321.c
Pax conscientiæ fiduciam pręstare non potest 211.c
Pax est certissimum signum discipulorum Christi 4.b
Pax tranquilitas ordinis 321.b
Pacis studium signum prædestinationis ibi.
Pacifici qui sint ibi.
Peccatũ Adæ sex malis obnoxios nos fecit 8.c
Peccatum ad mortẽ, quid sit 347.c.356.b.357.a
Peccatum delet dominus, sed sine ultione non deserit 409.c
Peccatum discernere nõ potest, qui fuerint sed qui sint filij dei, & qui diaboli 309.d.310.a
Peccatum est cœlestium inobędientia mandatorum 85.a.436.b
Peccatum est dictum uel factum, uel cõcupitum contra legem dei ibi.
Peccatum ex malicia grauius puniendum 234.c
Peccatum in ss. non dimittitur, sed est irremissibile secundum legem 349.c
Peccatum in ss. quod sit 347.d
Peccatum iustitiæ contrarium 277.c.436.b
Peccatum mortale a morte sic appellatur 419.b
Peccatum mortale absq; actu proprio non potest dimitti 83.a
Peccatum non est, ubi non est legis trãsgressio. 276.a
Peccatum præuaricatio legis diuinæ 436.b
Peccatum uoluntas faciendi quod iustitia uetat 436.b
Peccatum omne contra dei mandatum pręsumitur 436.b
Peccatum omne in ministerio fidei abluitur 342.d

Peccatum omne iniquitas est 278.c
Peccatum omne inobædientia est & a contemptu mādatorum originem trahit 255.b.289.b
Peccatum omne uiolatio aliqua præcepti non occides 375.d
Peccatum omne uoluntariū est 446.d
Peccatum originale est propria cuiusque iniusticia 26.b
Peccatum originali fuit in nos transfusum per transgressionem præcepti negatiui 12.b
Peccatum originale nostrum nō est peccatum Adæ 26.b
Peccatum quid sit 249.d
Peccatum quoduis aliqua macula mētis 443.b
Peccatum quoduis dignum perpetua ira 13.a
Peccatum, quod inest post baptismum non potest deleri sine pœnitentia 164.d
Peccatum uarie accipitur in scripturis 260.b
Peccatum ueniale a uenia sic appellatum 419.b
Peccato infidelitatis quando quis obnoxius 63.d
Peccato superstitionis qui peccēt 207 b
Peccata alia magna alia parua 277.c
Peccata alia præter incredulitatē 252.a
Peccata Christianorum grauiora quā aliorum Iudæorū, & aliorū infideliū 271.a. b406.b
Peccata cur nullus omnia uitauit 454.a
Peccata cur uitare nolunt homines ibi.
Peccata dicuntur auersiones a deo. 51.c
Peccata Ecclesiasticorū grauiora 271.b
Peccata grauia grauissimis lamentis indigent 384.c
Peccata habent esse a carentia rectitudinis debitæ inesse principaliter 386.d
Peccata Iudæorum maiora quam Gentilium 271.a
Peccata iustorum culpabiliora 271.b
Peccata magna, magna delebit misericordia 155.a
Peccata misericordiæ meritis purgantur 127.c
Peccata necessaria & inuoluntaria, quæ dicantur 482.a
Peccata omnia non merentur æternas pœnas quoad intensionem 439.d
Peccata omnia post baptismum materia sunt confessionis 389.a
Peccata principum & prælatorum grauiora 271.b
Peccata proprie non possunt esse inuoluntaria 421.d
Peccata quando uere remittūtur 401.a
Peccata quæ nō uitarunt Apostoli, possumus nos uitare 454.a
Peccata remittuntur baptismo & pœnitentia 363.c
Peccata retinentur a Deo, quandiu retinentur a sacerdotibus 391.a
Peccata sunt tenebræ 275.d
Peccatorum uarietates detegendæ sacerdoti 395.a
Peccator aliqua creatura fruitur 77.b
Peccator aliquando iustificatur ad solā admissi peccati detestationē 377.a
Peccator est a propria culpa 26.b
Peccator momento quouis potest facere totum quod in se est 382.b
Peccator non potest celare peccata sacerdoti prudenti de eis quærēti 399.b
Peccator per ueram pœnitentiam semper potest reparari 269.c
Peccator potest omnia & singula seruare præcepta 269.c
Peccatores admonendi ut bonis operibus incumbant 60.a
Peccatores adepti gratiam tenentur ad pœnitentiam 374.b
Peccatores aliqua ex parte qui 285.d
Peccatores differunt a iustis 195.a
Peccatores faciunt multa contra uolūtatem dei 17.a
Peccatores fideles non sunt uiua membra domini 118.d
Peccatores in dies peiores fieri possunt 227.b
Peccatores in multis resistunt deo 17.a
Peccatores mereri possunt ex congruo gratiam iustificantem 129.b
Peccatores nullo opere promerent gratiam

tiam iustificationis 127.b
Peccatores non suis uiribus, sed dei misericordia saluantur 157.a
Peccatores non sunt uasa aurea, neque argentea 228.c
Peccatores non possunt diu perseuerare in mortali, quin trãsgrediant aliud præceptum 267.d
Peccatores omnes iustificantur gratis 132.b
Peccatores oẽs non recrucifigunt Christum 353.c
Peccatores operanť aliqua bona 283.b
Peccatores possunt deum pfectius cognoscere quam aliqui iusti 187.b
Peccatores quomodo auertantur a deo 51.c
Peccatores suis bonis operibus inclinare ualent diuinam bonitatem ut ad trahat fidem eos 60.a
Peccatores ueris comminationibus deterrendi non falsis 351.b
Pelagij tres errores circa condignitatem operum 134.b
Per causam notat 119.b.131.a
Perfectus quis dicatur 264.b
Perfectus quis adstrictus legib. 250.d
Perfectiones naturales non oĩno ablatæ. 19.d
Periculum certo credẽtia icertis 142.b
Pericula & labores huius uitæ 326.d
Perseuerare absque dei gratia non possumus 15.b.299.b.324.b.328.a
Perseuerantia donum Dei 329.a
Perseuerantia in bono usq; ad mortem omnibus necessaria 307.d
Perseuerantia in gratia non potest haberi nisi a Deo 324.b
Perseuerantia omnib. incerta, nisi deus eam reuelet 299.d.313.a
Perseuerantia usque in finem datur orantibus 332.d
Perseuerantiæ donum amitti non potest 333.d
Perseuerantiæ donum iusti promereri possunt 333.d
Persuasi possumus esse de falsis 141.c
Persuasio iustitiæ non sufficit ad iustitiam 197.a.426.d
Petrus & Paulus præcellentiores alijs Apostolis 232.b
Petrus non perstitit in gratia 302.d
Petrus peccauit in filium hominis, cũ negauit Christum 348.a
Petrus quare ad trinam interrogationem tristatus 160.b
Petrus timore seruili compulsus Christum negare 70.a
Petrus tradidit incertitudinem gratiæ. 155.b
Petri fletus satis ad ueniam 378.b
Pharisæi uere peccarunt in. ss. 349.b
Philosophi rumidi cur perierint 7.c
Plenitudo nostri temporis beata 22 d
Pluralitas beneficiorum Ecclesiasticarum illicita 168.c
Pœna damnatorum non erit æqualis. 234.b
Pœna maior debetur maiorib. peccatis 415.a
Pœna mortis adiecta legibus ueteris testamenti indicabat eas obligare sub mortali 44.a
Pœna mortis signum præcepti 372.a
Pœna simpliciter nõ respondet, nisi peccatis simpliciter 436.a
Pœnę inferni cur constitutæ 68.a
Pœnitẽs recte quid facere debeat 384.c
Pœnitentia a Christo instituta.5.in. se complectitur 335.a
Pœnitentia actu agẽda nõ ueibis 413.a
Pœnitentia Babylonium regem in regna restituit 341.b
Pœnitentia de peccatis, propositum cauendi futura inel udit 376.c.378.a
Pœnitentia dicit respectum ad præteritum 370.c
Pœnitentia differt a baptismate 335.a. 471.c
Pœnitentia est bonorum pœna quotidiana 377.c
Pœnitentia causa iustificationis 131.b
Pœnitentia initium reuertendi ad Deũ 74.d
Pœnitentia materia duplex 364.a
Pœnitẽtia medicina magna 335.a.341.d

Pœni.necessaria ante baptismum 74.c 168.b
Pœni.necessaria etiam obtenta gratia. 79.c
Pœni.odium & detestatio peccatorum propter Deum 74.c
Pœnitentia pars iudicij 195.d
Pœni.præterita mala plãgere &c.76.a. 376.d
Pœni.secunda tabula post naufragium 378.d
Pœni.uita animæ 342.a
Pœni.est uindicta puniens 411.a
Pœni.ex timore utilis 388.b
Pœni.feruens quid faciat 385.a
Pœni.formalis,uel uirtualis necessaria ad reconciliationem peccatoris 179.d
Pœni.habet duas facies 376.d
Pœni.imitatur baptismi gratiam 379.a
Pœni.iustificat 127.c
Pœni.maiorem uirtutem habet modo, quam in lege naturæ uel scripta 345.a
Pœni.necessaria ut plurimum peccatoribus,non iustis 374.c
Pœni.non est peccatum 279.a
Pœni.non est sola nouę uitę inchoatio. 367.c
Pœni.non iustificat ex opere operato. 408.d
Pœni.non requirit certam intensionem 383.a
Pœni.non sanat absque proprio motu 362.d
Pœnitentia non uitiatur spe mercedis æternæ 295.a
Pœni.nostra uelut actus Christi a deo computatur 345.a
Pœni.nulla si iterentur peccata 379.c
Pœni.opere & ueritate facienda 384.c. 385.c
Pœni.peccata principaliter extinguit. 369.b
Pœni post caritatem magis ad iustificandum respicitã a deo 88.d
Pœni.præcepta peccatoribus 371.d 374.b
Pœ.publica de peccatis publicis 394.b
Pœni.quibus egeat 413.a
Pœni.remittit culpam & pœnam æternam non tamen mox temporalem totam 335.a
Pœni.reqrit prioris uitæ detestationẽ 367.c
Pœni.sarcit potius,quã renouat 352.d
Pœni.secundum conscientiam exhibẽda. 384.c
Pœni.sola sufficere potest ad remissionem peccati 71.c
Pœni.subest potestati peccatorũ 342.a
Pœni.tępida signum imperfectæ displicentiæ 385.a
Pœnitentia ualet ad sanãda omnia peccata 342.d
Pœnitentia uana,ubi emendatio nulla. 379.d
Pœnitẽtia uera cessare a peccato 366.c
Pœnitentia uera constat ex quinque. 335.a
Pœni.uera,odium peccati & amor dei. 377.d
Pœni.uera, ueniæ quadantenus meritoria 127.d
Pœni.uirtus quid sit 337.d
Pœni.ut placet Deum,ex fide,spe,& caritate procedit 377.d
Pœnitentiæ quinq; effectus 352.d
Pœnitentiæ etymologia 377.c
Pœnitentiæ partes integrales & essentiales 365.c
pœnitentiæ remedium 426.b
pœnitentiæ sacramentum a Christo in institutum 362.d
pœnitentię sacramentum confert.1.gratiam 168.d.400.d
pœnitentiæ sacramentum,nomen commodum,& merito communius 362.d
pœnitentiæ sacramenti quinque partes 364.d
pœnitentiæ sacramenti pars non est fides 471.a
pœnitentiæ tandiu est locus quandiu non sunt clausæ fores 343.d
pœnitentiæ tempora quãdo prolonganda & abbreuianda 414.a
pœnitẽtiæ uirtus. Vide in uerbo Virt⁹.
pœnitentiæ uocabula præteritum solũ

respiciunt 377.d
pœnitentiam Achab. acceptauit Deus. 341.a
pœnitentiam agere occulte apud deum non satis est 363.c
pœnitentiam negans, salutem adimit. 384.b
pœnitentiam non facit, nisi qui sperat misericordiam 335.b
pœnitentia uincula omnia facile solũtur 338.d
pœnitentiæ usitatæ tres sunt in Ecclesia 343.c
pœnitentis & peccatoris auersio & iustificatio descripta in parabola filij prodigi 42.a
Polycarpus Ioannis Euang. discipulus. 412.b
populus Israel sæpe peccauit 345.c
porta mystice fides intelligitur 238.c
potẽtia omnis cognoscitiua habet suã appetitiuam 17.d
potentia gratiæ 280.c
potestas dæmonis per aduentum Christi minuta est 10.c
potestas excellentiæ Christi 97.a
potestas pro uoluntate frequenter ponitur in scriptura 62.a
potestas relaxandi pœnas quando concessa a Christo 411.c
præceptum confessionis tribus temporibus obligat 388.d
præceptum cõfessionis uenialium, nullum 397.c
præceptum diligendi deum est præceptum amicitiæ 79.b
præceptum diligendi Deum & generale & peculiare 265.a
præceptum diligendi deum non prærequirit gratiam 269.a
præceptum diligendi deũ non pro quolibet tempore obligat 286.c
præceptum dilectionis dei & proximi amoris est preceptum 261.c
præceptum est de fide 3.b
præceptum est ubi est pœna peccati. 247.a
prçceptum fidei etiam hæretici recipiũt 249.c
præceptum liber facit qui libens facit 254.a
præceptum spei commune est omnib⁹ 198.c
præcepta alia uiatorum, alia beatorum 287.c
præcepta aliqua ad sui impletionem requirunt gratiam 267.d
præcepta aliqua ita stricta ut præceptũ de fide 249.d
præcepta aliqua mox reponunt peccatores in gratiam 267.d
præcepta debent esse perspicua 202.c
præcepta Dei aliqua tantum obligant iam baptizatos 75.b
præcepta Dei facilia & suauia iustis. 257.c
præcepta Dei mulierum specula 251.c
præcepta Dei leuia amori dura timori 258.a.b
præcepta Euangelica quæ sint 244.c
præcepta ex amore debẽt impleri 70.c
præcepta legis per caritatem impleta. 257.d
præcepta nullam requirunt ad sui impletionem moram temporis 382.c
præcepta nulli iustificato impossibilia. 254.b
præcepta obligant ad id quod potest innotescere 387.a.c
præcepta omnia egent affectu et effectu 262.d
præcepta omnia habent laborẽ 255.d
præcepta positiua obligant omnes subditos etiam ignorantes 45.c
prçcepta quæ 249.a
prçcepta sunt de actibus, & non de habitibus 479.b
prçcepta sunt semitę ęquitatis 257.c
prçceptorum decalogus ad legem naturalem pertinet 256.a
prçceptorum signa certissima 248.c
prçconia uirtutis sacramentorum, cõmendatio fidei 120.b
prçdestinati aliquando sunt membra diaboli 311.a
prædestinati nonnulli aliquando fue-

sunt extra gratiam 302.b
prędestinati non semp iustificati 308.b
prędestinati possunt eē extra gratiam Dei 303.c.306.a.312.a
prædestinati quare flent 318.a
prędestinati sumus antequam existemus 159.c
prędestinati uasa fortis 11.a
prędestinatio i quo differat a gratia iustificationis 298.a
prędestinatio non repugnat inimicitię ad tempus 311.d
prędestinatio sua nulli certa 313.a. 461.a
prędestinationis definitio 299.a
prędestinationis mysterium ocultum. 299.b
prędicator immunis debet esse a crimine. 306.d
prędicatori licet tribuere populo quę p maxima parte uera sunt 173.b
prędicatione apostolorū maxima pars orbis ad cœlum transuolat 10.c
pręlati tenentur arctius ad correctionē fraternam 373.b
pręlatorum ecclesię oratio 342.c
pręmium facit leuia mandata 258.a
pręmium nullum debetur operibus facatis extra gratiam 351.d
pręmium reddendum iuxta mēsuram operum 235.b
pręparatio optima ad aduentum domini est habere gratiam 169.d
præscientię ęternæ omnia præsentia. 311.a.c
pręuaricationis nomine cur usi patres. 12.b
principium & terminus non sunt idem 438.c
Priscillianus pars Manichei,& sæculi gladio & totius orbis autoritate damnatus 16.b
priuilegia clauium sacerdotalium magnifica 344.c
priuilegia paucorum non faciūt legem 416.b
priuilegia paucorum non trahenda in exemplum 191.c
probatio sufficiens ad suscipiēda sacramenta 146.b.207.a
probabilitas satis est ad securitatem 189.c
proficere neq; perseuerare quis potest in iustitia nisi ob merita Christi 28.b
profectus cōuersationis est crescere merita 317.c
profectus omnis iustorum in gratia,requirit nouam iustitiæ Christi imputationem 474.c
profectus per bona opera iustificatio est 242.a
Profectuū initia,aquæ baptismi 464.a
Progressus & incrementa in omnibus artibus & uirtutibus 227.a
prohibita quæ dicantur 249.a
promissiones de conferenda gratia quo modo intelligantur 252.b
promissiones uitæ æternæ sub qua conditione debeant intelligi 252.a
promissionis uitæ æternæ testimonia. 486.b
prophetæ de quibus fuerunt certi. 184.a
prophetæ intelligunt mysteria recondita in suis uerbis 23.d
prophetæ nomine totius eccle. & peccatorum plæraq; loquūtur 288.b.d
prophetæ quæ possint affirmare uel negare 310.c
propositum confitendi aut satisfaciendi non requisitum ad gratiam 388.d
propositum seruandi mandata includit uotum baptismi & nouæ uitæ 75.b
propositum uitandi peccata ad caritatē spectat 378.a
prosperitas signū reprobationis 322.b
prudentia est moderatrix & auriga uirtutum 332.b
prudentia medium ubiq; tenet 332.b
prudentiæ sedes caput ibi.
publicanus meruit magis sanctificari quam pharisæus 158.c
publicanus uere iustificatus ob humilitatem 128.b
publicani & peccatores iustificant deum 36.a
pulchritudo iustorum 49.a

Purgatorium certum ex fide 422.b
purgatorium durabit tantum usque ad diem iudicij 477.a
purgatorij animæ liberæ a dæmone & certę de sua salute 11.d.490.c
purgatorium usque operatur uirtus passionis Christi 477.b

R

RAab quando iustificata 242.c
Racha uox indignãtis est 422.d
Ratio naturalis duplex 163.c
Reatus ad pœnam æternam non manet dimissa culpa 408.a
Reatus ad pœnam temporalem manet dimissa culpa 415.c
Reatum ad mortem ĩcurrimus ex peccato Adæ 12 a
Reum facit quandoque culpa aliena. 26.b
Regnum Christi a regno dæmonis diuersum 11.c
Regnum Christi futurum sempiternũ. 14. c
Regnum cœlorum nõ potest haberi nisi per baptismum in re, uel in uoto. 48. c
Regnum cœlorum qd significet 246.c
Regnum cœlorum solum propter peccatum deperditur 43.c
in Regno cœlorum diuersi ordines beatorum 233.d
Relatio in deum non requiritur ad moralem bonitatem 70.d
Remedia certissima ad defendẽdũ nos ab hostibus 300.a
Remissio peccatorum peculiariter dicitur opus spiritussancti 347.b
Rmissio quoruncunque peccatorũ misericordia indiget 289.d
Renascentia distinguitur a gratia 25.d
Renouari & regenerari idem 353.b
Renouatio non est pœnitentiæ sed baptismi 352.d
Renouationis interioris bona 39.d
Renunciatio bonorum temporaliũ nõ necessaria 247.b
Reprobus quiuis secundum legem potest saluari 349.c
Reprobi sunt aliquando partes Ecclesiæ. 311.a
Reprobi aliqui fuerunt aliquando in gratia 300.b
Reprobi non sibi sed electis quare uiuunt 307.b
Reprobi quare sint aliquando in gratia 312.a
Reproborum ab electis differẽtia 319.c
Reprobis bona terrena cur conceduntur 322.c
Reprobatio non repugnat gratiæ temporariæ 311.d
Reprobationis signũ certissimũ 310.d
Resurgentes a peccatis resurgũt ex misericordia non ex iustiria 362.a
Resurrectio Christi causa nostræ iustificationis 103.a
Resurrectio Christi non fuit tantũ causa exemplaris nostræ iustificationis. 104.d
Resurrectio Christi nõ reddidit humanitatem ipsius efficacem in nostrã resurre. 105.d
Resurrectio & ascensio Christi solum habent efficientiam mediatam respectu nostræ iustificationis. 106.b
Reus potest esse a culpa aliena 26.b
Reuelata a Deo falsa esse nequeũt 149.c
Reuelatis ęquali certitudine credendũ. 149.b
Reuelatio ꝑdestinationis non absoluit ab obligatione præceptorum 315.d
Reuelatione diuina potest quiuis certus esse de sua prædestinatione 314.d
Ritus confessionis ab Apostolis 393.a
Ritus uniuersus ueterum sacrificiorũ testimoniũ reatus manentis post culpam 416.a
Romanis deo Israel quare nũquam tẽplũ erexerunt 263.a
Romanis dedit Deus imperiũ propter aliqua bona ipsorum opera 278. a.
Rubigo peccati tanto magis consumitur quanto peccatoris cor magno caritatis igne crematur 78.c

S

Sacerdotis iudicium subeundum. 393.c
Sacerdotes habent potestatem ad remittendum peccata 98.a.363.d
Sacerdotes imponunt pœnas pro peccatis 408.b
Sacerdotes Leuitici infallibiliter exponebant ambigua & difficilia legis. 121.d.464.d
Sacerdotes non ostendunt peccatores absolutos 402.a
Sacerdotes nouæ legis participant a Christo suam potestatem 97.a
Sacerdotes nouæ legis sunt ueræ causæ instrumentales gratiæ 97.d
Sacerdotes possunt omnē reatum peccatorum expungere 416.d
Sacerdotes quibus pœnitentibus non possunt negare absolutionem 383.d
Sacerdotes quando legitime funguntur suo officio 416.d
Sacerdotes sunt dij 403.d
Sacerdotes uere retinent peccata 391.a 405.d
Sacerdotium nostrum antecellit uetus 404.b
Sacramentū pœnitentię a Christo institutum 362.d.471.d
Sacramenti pœnitentiæ essentialia tantum confessio & absolutio 365.b.d
Sacramenta causant gratiam in iustis, qui bene se ad ea præparāt 90.b.97.d. 235.b
Sacramenta Ecclesiæ fluxerunt a uulnere lateris Christi 104.c
Sacramenta eccle. habent uirtutē a passione Christi 476.c
Sacramenta habent uirtutem remittendi uenialia 31.b
Sacramenta omnia a Christo instituta 363.b
Sacramenta habent suam uirtutem a fide 471.b
Sacramenta nō minus efficiunt quam significant, nec contra 471.c
Sacramenta nouæ legis conferre gratiā semper fuit receptum in Ecclesia 113.d
Sacramenta nouæ legis differunt a sacramentis ueteris 14.c
Sacramenta nouæ legis & continent et causant gratiam 119.b
Sacramenta sunt causa instrumentalis nostræ iustificationis 118.d.404.d
Sacramentorum uirtus tribuitur fidei. 121.b
Sacramentorum uis inenarrabiliter ualet plurimum 120.b
Salomon aliquando in gratia 300.d
Salomon lapsus in idolatriam propter defectum tribulationum 322.c
Salomon non permansit in gratia 301.a
Salomon reprobatus 301.b
Salus gratiæ est 9.a
Salutem propriā negligere grauius peccatum quam alienam 373.c
Sancti non sunt comparandi cum apostolis 229.a
Sancti opera aliquando opponunt misericordiæ 134.a
Sancti patres meruerunt ex cōgruo incarnationem filij Dei 129.d
Sancti ueteris testamenti ad nouū spectabant 456.d
Sancti ueteris testamenti nō fuerūt sub lege 253.d
Sanctorū lumina aliqua sorde hic maculantur 452.b
Sanctificatio quid sit 34.d
Sanctificatio multiplex 463.b
Sanctorum doctorum gloria 233.b
Sanctorum inuocationis utilitas 473.a
sapientia carnalis 175.d
sapientia uera hominis 333.c
sarcina Christi caritati leuis 257.c
satisfaciunt opera alias debita 417.a
satisfacere potest pro alio qui non ualet pares referre gratias pro beneficijs acceptis 95.a
satisfacere possumus reb⁹ acceptis ab eo cui sumus debitores 95.b
satisfacer possum⁹ deo ad cōdignū 95.b
satisfacere possumus legi dei 456
satisfaciendi status protenditur usque ad beatitudinem 104.d
satisfactio est pars pnię 365.c.408.a.

414.d
satisfactio est recompensatio offensæ ad æqualitatem iustitiæ 414.b
satisfactio fit pro culpa mortali dimissa 408.a
satisfactio lapsis necessaria 409.b
satisfactio non fit pro pœna æterna. 403.a
satisfactio pro culpa differt a satisfactione pro beneficijs acceptis 95.a
satisfactionis nomen, antiquum est & conueniens 408.c
satisfactionis significatio 409.a
satisfecit Deo genus humanum per iustitiam Christi 462.b
satisfit Deo operationib. iustis 127.c
saul aliquando in gratia & tamen reprobatus est 300.b.c
scandalum quis patiatur 302.d
schismata diminutio fidei 4.b
scholę insignes pro incertitudine gratiæ 167.a
scholasticorū doctorum munus 133.a
scire aliquando dicimus quæ probabiliter nouimus 185.c.d
scire nesciendo est scire probabiliter. 191.a
scire possumus per fidem Deum in nobis non esse 151.c
scotus non asserit merita peccatorum ex cōgruo eē merita simpliciter 14b.a
scotus non negauit gratiā specialis auxilij 73.a
scotus non uocat merita gratię ex congruo dispositiones quę non sufficiunt ad eam obtinendam sine sacramento. 165.c
scotus plus requisiuit ad suscipiēda sacramenta quam non complacere in peccatis 164.d
scotus pro incertitudine gratię 163.a
scriptura cum uel irā minatur, uel misericordiam pollicetur, quomodo intelligenda 346.b
scriptura difficilia uocat impossibilia. 349.a
scriptura distinguit uenialia a morta. 421.b
scriptura non comprehendit omnia, q̄ sunt de iure diuino 392.c
scriptura optime intelligitur ex collatione obscuriorum ad faciliora 181.a
scriptura non pręcipit, nisi caritatem, nec culpat nisi cupiditatem 492.c
scriptura ita aliquādo loquitur, ut uirtutem magis quam euentum significet 406.a
scriptura uniuersa testis libertatis 17.b
scripturæ canonici libri 485.d
scripturæ interrogationes quomodo ītelligi debeant 153.a
scripturæ parabolæ qualiter exponendæ. 346.b
scripturæ sensus duo literales in uno & eodem loco 125.d
scripturæ uniuersaliū propositionū expositio 283.a
scripturam exponit Caluinus absurde 455.a.456.b.460.d.464.b.472.a.473 d.485.a.492.a
scripturarum expositio ad papā & concilia spectat 487.b
scripturarum interpres optima, Ecclesiæ consuetudo 472.b
scripturarum testimonia in parato habenda contra unamquanque tentationem. 332.b
scriptis sanctorum definiendæ sunt cōtrouersiæ 294.b
scriptis sanctorum probant ueritatem fidei concilia 254.c
secretum confessionis ad uenialia se extendit 397.c
securus de sua iustitia, repugnat Deo. 307.a
securus quis sit 307.c
securi omnino nō debemus esse de peccatis dimissis per pœnitentiam 155.c
securitas blanda multos decepit 333.a
sententia illa, In quacunque hora ingemuerit peccator &c. unde desumpta sit. 381.a
sententia non potest ferri in incognitū. 391.b
sentitur ea res, cuius uirtus agnoscitur. 318.d

sepultura Christi causa nostræ iustificationis 103.a
sermo sanctorum ad Deum totus oratio 328.b
seruitus peccati grauis,& ferrea 9.a
seruitus peccati peior seruitute corporali 9.b
seruitus peccantium 253.c
signa gratiæ 215.220.b. 221.b
signa prędestinationis diuinę. a 316.d. usque 321.d
simplicitas est mundicia cordis 320. d
simplicitas oculi recta intentio 275.d
simplicitas signum prædestinationis. 320.d
sion ecclesiam significat 341.c
de sion dicta transferuntur ad quālibet animam 341.c
sol habet calorem uirtute 429.c
sol non habet aliquam qualitatem elementarem 429.c
solemnitas ad Eucharistiam est bonorum operum demonstratio 190.c
spes amoris causa 72.a
spes causa iustificationis, & salutis 125.a.131.a
spes certa expectatio futuræ beatitudinis 198.a.b
spes desiderium boni, quod credimus nos assecuturos 71.b
spes est dispositio ad iustificationē 71.b
spes & in uoluntate 474.a
spes Iudæorum in operibus fuit 280.a
spes iustorum bona 279.b
spes iustorum uerior quam spes peccatorum 198.c
spes non potest esse, ubi non est fides. 124.d
spes nostra collocanda in morum sanctitate 171.a
spes pœnitentiæ lapsum resurgere exhortatur 351.b
spes promissa beneficia respicit 71.c
spes ueniæ in aliquibus non præcedit remissionem 60.c
spei nostræ causa est consideratio diuinæ misericordiæ 71.a
sperare possunt non satis certi de gratia 198.b.c
spiritus non potest uitia carnis tacere. 285.c
spiritus potest fructus nō habere suos. 285.c
spiritus prophetiæ & miraculorum cōmunicatur propter Christum 30.a
spiritum Dei in nobis esse integra fide cognoscimus 209.c
spiritussanctus est causa efficiens nostrę renascentiæ spiritalis 119.a
spiritussanctus impartitur nobis multa bona ante suum illapsum gratificū 73.c
spiri.sanctus reuelat suam gratiam per sæpe absolute 174.b
spiritussancti operationes in anima. 191.d
spiritunsanctum accipiunt doctores ꝑsonaliter cūm dicunt blasphemiam esse peccatum in.s s. 348.a
stare ante dominum quid sit 219.a
stantes possunt cadere, & lapsi resurgere. 306.d
status iustorum in hac uita est status fidei 331.a
statio infida in portu nauem perforat. 123 d
stola prima caritas 42.d
stylus noster non coarctandus 409.a
Suauitas morum diuinæ prædestinationis signum 317.b
Summa totius doctrinæ de iustificatione 8.b
Summa eorum quæ de operum necessitate in concilijs habentur generalibus 272.c
Superbia exitiale uitium 299.c
Superbia expulit protoparētes nostros e peradiso 316.d
Superbia nostra deprimenda ueris persuasionibus 112.c
Superbia signum reproborum 316.d
Symonis martyrium 6.d
Synodus œcumenica quæ sit 4.d

T

Tabula prima non distinguitur a secunda per opera interna & externa 262.b
Talentum cum quo iubemur negociari est gratia 88.a
Technæ diaboli detectæ ad coruscationem Euangelij 10.c
Temerarium a communi sententia scholasticorum discedere 161.c
Tempus gratiæ merito dicitur tempus plenitudinis 22.c
Tentari in potestate tentantis est 189.a
Terminus actiõis potest cadere sub merito, etiam si non cadat principiũ 137.c
Testimonium cõscientiæ potest certitudinem probabilem tribuere 176.a
Testimonium spiritussancti 220.c
Testimonia quæ misericordiam polliccentur, et iram minantur quomodo intelligantur 346.b
Testimonia scripturarum parata debemus habere ad unanquanq; tentationem 334.b
Theologia Symbolica non argumentatiua 215.a
Timebit, qui non amat 70.a
Timemus proprie ea tantum, quæ possunt accidere 474.a
Timor esse non potest in sanctis postq; decesserint in gratia 489.d
Timor filialis fuga offensionis dei 67.a
Timor filialis effectus primus sapiẽtiæ ibidem.
Timor diuinæ iustitiæ utilis 66.c.68.c
Timor est fundamentũ spei 68.c
Timor est effector beatitudinis 68.d
Timor diuinæ iustitiæ unde proueniat 66. c
Timor diuini iudicij peccatori iam credenti infunditur 69.a
Timor malorum imminentium aliquãdo retrahit a peccato 56.a
Timor malorum non uitiat opa 294. b
Timor mũdanus nõ est in caritate 70.a
Timor necessarius ad emendationẽ mẽtis prauæ 296.a
Timor, omnis minuit aliqd, de certitudine 473.d
Timor pœnarum etiam in eo qui alias transgrederetur præceptum non malus 70.b
Timor perfectus soluit omnem pudorem 395.d
Timor quasi locũ pparat caritati 68.d
Timor seruilis dicit̃ fuga pœnarũ 67.a
Timore diuinæ iustitiæ utiliter concutiuntur peccatores 66.c
Timore priusq; concutiant, sunt aliqui in gratia 60.c
Timore qs dicat̃ implere pceptũ 70.b
Timens fugit persecutionem 70.a
Timens non est perfectus in dilectione ibidem.
Tobias patientiæ laude Deum promeruit 236.c
Totum idem quod integrum & perfectum 263.b.383.d
Trahere non semper uiolentiam indicat 54.a
Tractus ad gratiam causa uoluntas diuina 135.a
Traditiones aliquæ paris autoritatis cũ scriptura 473.c
Transire de errore ad ueritatem nemo potest sine pœnitentia 74.d
Trãslatiõis uulgatæ approbatio 476.b
Tria requiruntur ut recipiat quis gratiam per sacramentum pœnitẽtiæ 165.b
Tribulationes dona sunt Dei 322.a
Tribulatiões indicia diuini in nos amoris ibi.
Tribulationes uerum signum filiorum Dei 322.b
Tribulationem electorum & reproborum discrimen 323.a
Tridenti antiquitas conditor, constantia, etymologia, religio, situs, fertilitas 6.&.7
Tridentina Synodus in.ss. legitime cõgregata 4.c
Tridentinam Synodum coegerent errores de iustificatione 2.d
Trinitas tota illabitur animabus nostris 40.a
Triplex esuries & sitis iustitiæ 318.c

Tristitia de peccatis præteritis pœnitentiæ effectus 371.b
Tristitia non necessaria sequitur ex fuga & odio peccati 387.a
Tritura cordis pietas, humilitas 367.b
Tueri parta non est minoris uirtutis quàm quærere 306.d
Tunica talaris actio cõsummata 307.b

V

VAlentinianus gratiam, quam poposcit non amisit 45.d
Valor nostrorum operũ ante gratiam exiguus 122.c
Væ aliquando exprimit dolorẽ cordis, & pœnam duntaxat tẽporalem 290.a
Væ quare prædictum non sustinentib⁹ 307.c
Venia sine modo et numero danda peccantibus in hoc sæculo 337.c
Veniale dicitur peccatũ tripliciter 419
Veniale ex propria ratiõe dupliciter accipitur ibi.
Venialia a mortalibus, in quib⁹ dignoscantur 249.b.434.b
Venialia aduersantur legi & mandatis 436.b
Venialia cõmaculãt hoĩem 443.b275.c
Venialia ex genere suo nõ digna pœnis æternis 439.c
Venialia habent multa remedia 153.c
Venialia materia sunt cõfessionis 397.c
Venialia natura sua differũt a mortalibus 439.b
Venialia neq; iustitiam tollunt a iustis, neq; simplicitatem 152.b
Venialia non faciunt transgressorẽ mãdatorum 270.a
Venialia non impediunt, ut quis dicatẽ seruare mandata 456.b
Venialia non repugnant iustitiæ 269.d
Venialia nullo numero possunt æquari uel minimo mortali 433.c
Venialia obrepunt iustis ipsis nescientibus 156.d
Venialia omnia, nisi ex speciali gratia uitari non possunt 441.a
Venialia omnia nemo potest conuteri 399.c
Venialia omnia nemo uitauit excepta B. Virgine 441.a
Venialia proprie peccata 435.d
Venialia remittunt nobis propter Christum 31.a
Venialia singula, & omnia possumus quouis momẽto uitare, sed moraliter impossibile tota uita oĩa uitare 446.d 448.b
Venialia sunt contra rectam rationem 436.c
Venialia sunt contra mandata 270.b 435.c
Venialia sunt, quæ non grauiter repugnant caritati 435.c.436.c
Venialium remissio non indiget in iustis noua meritorum Christi, imputatione 466.477
Verba diuina habẽt quid diuinũ 319.a
Verba sacerdotum absoluentium quid significant 146.c
Verborum diuinorum uirtus 319.a
Veritas est adæquatio rei ad intellectũ 142.c
Veritas sola constans & perpetuo eadẽ 275.b
Verum dupliciter accipitur 432.c
Vestimẽta indicãt dona interiora. 42.d
Vestis nuptialis diuidit inter filios regni & perditionis 406.c
Veteres quare non impleuerunt legem 257.d
Via tutissima ad iustificationem per sacramenta, 164.b.168.d
In uia dei non procedere est retrocedere 225.d
Viator quicunq; potest secundum legẽ conuerti 360.b
Vigiliȷ̃ martyris laudes 6.d
Violentum quid 253.d
Vires corporales lassescũt labore 450.b
Vires nr̃æ naturales imminutæ in duobus per peccatum 151.c
Vires spiritales ex uictoria tẽtationum augentur 450.b
Virginitas melior nuptiȷ̃s. 229.b. 233.c 239.a
Virginitas res est consiliȷ̃ 247.c

Virt⁹ Christi ad miracula quid sit 10.c
Virtus fidei Christi in quo cognoscatur 280.a
Virtus infusa est bona qualitas mentis quam Deus in nobis sine nobis operatus 114.d
Virtus iustificādi non fuit qualitas humanitati Christi inhærens 101.c
Virtus orationis 357.a
Virtus pœnitentiæ ualet semper & ad omnes & ad omnia peccata se extendit 338.d.342.b
Virtus pœnitentiæ in aliquo maior uirtute baptismi 344.c
Virtus pœnitentiæ magna est cōtra peccatum 379.c
Virtutes infusæ connexę quoad infusionem 118.b
Virtutes infusæ dona Dei 35.a
Vita hæc data ad progrediendum in iustitia 225.d
Vita noua inchoatur obseruatione mādatorum 75.b
Vita instituitur præceptis contra peccatum 307.c
Vitia & defectus nostrorum operū nobis debent imputari non Deo 18.d
Vna est fides quæ omnes saluos facit 138.d
Vnum cole Deum distinctum a cæteris præceptis 265.a
Vnitas corporis xp̄i cōuiuium dn̄i 4.b
Vocati sumus quando Christiani facti sumus 159.c
Vocatio diuina tenet locū primum in dispositionibus 53.c
Vocatio diuina nOn immediate subest nostræ potestati 57.b
Vocatio præcedit uoluntatem bonam non contra 138.a
Vocationem facit certā, qui iugiter studet bonis operibus 183.b
Volare statim in cœlum est aliud quā peruenire statim 210.c
Voluntas dei est prior in omni opere sancto 53.b
Voluntas est animi motus 255.c
Voluntas moriendi pro Christo potest esse cum mortali 81.a
Voluntas non indiget mora ad suos actus 382.b
Voluntas nostra potentissima 329.c
Voluntas pro facto reputatur 209.d
Voluntas sanata implet legem 253.d
Voluntate sua quisq; deserit Deū 362.a
Voluntaria esse nequeunt quæ sunt penitus ignota 202.a
Votum confitendi necessariū lapsis ad iustificationem 405.d
Votum confitendi uirtuale 388.a
Votum & propositum Christi & sanctorum 108.b
Votum formale & uirtuale 46.c
Votum seruandi mandata necessaria dispositio ad gratiam 75.c
Vota iustorū exaudiuntur a Deo 225.d
Votorum continentiæ obligatio 247.a
Vsus rationis principium ignotū omnibus 211.c
Vsus ratiōis principio teneri omnes ad conuertēdum se in Deum, non improbabile. ibidem.

Z

Zacharias non omnino culpa uacauit 442.c

FINIS.

Recognitio auctoris in hoc opus.

Recognito diligēter toto hoc uolumi. animaduerti cādide lector aliq̄ uitiose excussa, & q̄ alicuius sunt momēti, hic notaui. Te p̄cor, ut quotiescūq; hęsitaueris, uel aliqd min⁹ cōmode scriptum aut min⁹ uere citatū deprehēderis, huc recurras. Atq; ī primis aduerte, p Clyptoueo Cyril. qnquies aut sexcies pperā me allegasse, qa parū aduerti ex. 12. lib. in Ioan. q circunferunt noīe Cyrilli, quatuor tm̄ priores & quatuor posteriores eē Cyrilli, ītermedios aūt eē Cliptouei. folio. 2. pa. 2. li. 11. lege coegit ī. fo. 3. pa. 1. li. 26. certo. fo. 4. pa. 1. li. 25. necesse ē unitati. p. 2. li. 8. sicut, fo. 5. p. 1. li. 6. qdā. p. 2. li. 3. cēserē. fo. 5 p. 1. li. 35. feriēdū, & post. n. est, ad-

de, teste Cyp. li. 36. patrē. li. 37. patres et fo. 7. p. 2. li. 2. obscuritatū scrobe. 9. p. 1. li. 5 et sic. li. 12 eius. p. 2. li. 4. liberos. 10. p. 2. li. 4. inflectere. 12. p. 2. li. 1. simus. li. 24. abūdat faciemus. 13. p. 1. li. 27. mortuus. p. 2. li. 14. traditā a Chro. 14. p. 1. li. 25. offerūt p. 2. li. 21. asserūt. li. 32. pstita. 15. p. 1. li. 2. dixerūt. 16. p. 1. li. 5. habebamus. li. 9. q olim. 10. paucis. p. 2. li. 8. ultimo. li. 21. utrūus. 28. postularet qdcunque. 17. p. 1. li. 35. p. 17. scribe. 71. 20. p. 1 li. 6. abūdat ex te. li. ul. uires. 26. p. 1. li. 21. ex hoc capite. 27. p. 2. li. 3. a fine. hoc loco. 29. p. 2. li. 7. Quia iusti uidelicet. 37. p. 2. li. 22. acceptatio. 38. li. 30 cōstituimur. 39. p. 1. li. 8. debitā pctō uel salē. p. 2. li. 35. debilitatē. li. 37. abūdat. &. 41. p. 1. li 10. hospitij. li. 27. abūdat & primū. 43. pa. 2. li. 40. cēteri. 44. li. 6. abūdat fniæ. 45. p. 1. li. 18. qa omnes. pa. 2. li. 40. Apostolicā. 46. pa. 2. li. 5. abūdat nanque. li. 34. lege solū. 49. pa. 2. li. 27. quāuis. 51. pa. 1. li. 34. innuit. 52. p. 2. li. 6. deest. 6. 53. pa. 2. li. 41. dānato a leōe. 54. pa. 1. li. 40. Et auferā li. 41. cor carneū. 55. pa. 1. li. 38. Enchi. 57. pa. 1. li. 12. potētijs. li. 15. post sunt deest opiniones. 58. p. 2. li. 1. sua. 63. pa. 1. li. 11. cōtigit. pa. 2 li. 25. inculpabiliter. 67. pa. 1. li. 3 tunc. li. 8. uitamus. 75. pa. 2. li. 18. pœnitentia. 78. pa. 2. li. 12. hom. 33. li. 32. & quæ. 84 pa. 1. li. 23. & de illis ea. 91. pa. 1. li. 34. abūdat nō. 92. p. 2. l. 28. faciat. 95. pa. 1. li. 10. admonuerūt. 96. p. 1. l. 22. unita. 121. pa. 30. li. 37. & p pa. 2. li. 5. ea. 12. 133. pa. 2. li. 2. abūdat. in. 139. pa. 2. li. 6. non diffitemur. 142. pa. 1. li. 6. ecōtrario. 145. pa. 1. li. 10. sunt existimāda. 149. pa. 1. li. 32. spiritū huius. 154. pa. 2. li. 11. succedūt. 159. pa. 2. li. 13. post habet, adde, mortuæ. 161. pa. 2. li. 14. abūdat etiā. li. 15. scribe. 71. p. 27. 165. pa. 2. li. 34. abūdat in. 173. pa. 1. li. 1. abūdat & 174. p. 1. l. 22. iustus suā. 176. pa. 2. li. 32. doneris. 178. pa. 1. li. 35 esse poterat pa. 2. li. 20. esset. 179. pa. 1. li. 38 manemus. 182. pa. 1. li. 8. docti. 185. p. 1. li. 29. exponūtur. 190. pa. 2. li. 21. post uitæ certitudinē desunt ista, & ut Græce significantius dicitur πολιτείας ἀκρίβειαν, hoc est, diligentem & exactam uitæ rationē, & cōstitutionē. 194. pa. 2. li. 14. pro. 17. scribe. 71. li. 34. deest. 7. 195. pa. 2. li. 42. notæ sunt. 205. pa. 2. li. 5. Nō hic. 213. pa. 2. li. 13. istorū. 218. p. 1. li. 14. sapiētia. pa. 2. li. 1. dicūt 36. cōmunire. 223. p. 2. li. 20. μὴ μείνῃ. 230. pa. 1. li. 22. excelluerint. li. 30. quā iustorū. pa. 2. li 26. Iouinianū. 231. pa. 1. li. 11. abundat primū, in. 232. pa. 1. li. 25. tantā ascensuri 237. pa. 1. li. 23 peragrāt. 248. pa. 1. li. 5. cū illo & alios mille. li. 24. alijs forte. 255. p. 2. li. 25. quāta si. 262. pa. 1. li. 41. exteriori. 267. p. 2. li. 22. scribe. ca. 21. 270. p. 1. li. 40. lib 14. 271. pa. 2. li. 28. sustinebimus. 273. pa. 1. li. 30. agnoscūt. 277 p. 1. li. 13. abūdat iam. 279. pa. 1. li. 25. pro esse scribe fuisse. 282. pa. 1. li. 14. utique peccat qa. 285. pa. 1. li. 12. libere. 286. pa. 1. li. 24. iustū ut. 287. pa. 1. li. 13. diuelli. 289. pa. 2. li. 18. sermo. 4. 301. pa. 2. li. 35. iudicat. 303. pa. 2. li. 34. ei dixerit. 304. pa. 1. li. 24. qua mox. 305. pa. 1. li. 38. uiro consideranti. 313. pa. 2. li. 40. Hesperū. 320. pa. 1. li. 12. ser. 51. p. 2. li. 22. abūdat uidetur. 321. pa. 1. li. 22. beatificata. li. 42. ut creata. pa. 2. li. 33. ut iuxta quēdam. 322. pa. 2. li. 12. debeāt. 341. pa. 1. li. 33. de est de pg. medi. c. 5. 352. pag. 1. li. 3. gratiora. 366. pa. 1. li. 8. scdm. 384. pa. 2. li. 4. pniæ magnitudo. 387. pa. 1. li. 22. doleāt. 389. pa. 1. li. 13. Vualdensis. pa. 2. li. 1. libēter. 392. p. 1. li. 32. uobis. 393. pa. 1. li. 34. abundat cōfiteri. 34 lege. cui. 450. pa. 2. li. 39. patiet. 458. pa. 1. li. 5. quantuncunque. 462. pag. 2. li. 9. simus. 465. pa. 1. lin. 18. conciliorum autoritatem. line. 37. lib. 14. ostendimus. 481. pagi. 1. lin. 18. mitiget. 484. pagi. 2 line. 13. nullum. 487. pa. 1. li. 41. 15. est positum pro. 5.

A FRATRIS ANDREAE VEGA THEOLOGI PROFESsoris in libros quindecim, quos ædidit pro expositione & defensione decreti Concilij Tridentini de iustificatione, præfatio.

NTER omnia omnium Conciliorum decreta, quæ quidem de dogmatibus fidei hactenus legisse me memini, nullum sane scio optime lector, quod tot ueritates sci tu necessarias diffiniat, tot'que errores eliminet, ac facit hoc Concilij Tridentini decretum de iustificatione, quod nunc exponere, roborare, & ab aduersantibus tueri aggredimur. Si bene enim, & pro dignitate illud expendamus, omnia in ipso proculdubio inueniemus, quę necessaria sunt ad acquirendam, augendam, & conseruandam ueram iustitiā, ac ad eam, si contigerit amitti, reparandam. Cunque hæretici nostræ tempestatis hoc sint antiquis perniciosiores, quòd antiqui uno, aut altero, aut certe paucis articulis ab Ecclesia catholica dissentiebāt, hi uero penè uniuersam doctrinam ipsius eneruare, & labefactare contenderint, tamen hoc decretum tanta dexteritate, & maturitate est conditum, ut maximam partem hæresum ipsorum non solum damnet, sed subruat, euertat, & extirpet. Atque hæc una causa me potissimum commouit, ut illius benignitate fretus, qui etiam ad diffinitiones Ecclesiæ sermonem suum referēs, olim per Salomonem dixit.

Decretum hoc superat omnia antiqua decreta.

Hæretici nostri temporis perniciosiores antiquis.

B Qui me elucidant, uitam æternam habebunt, non unum, aut duos menses, sed integrum penè biennium huius decreti elucidationi, confirmationi, & defensioni consecrauerim. Nam & dignissimum uisum est, cui & illustrando optima etiam doctissimorum uirorū ingenia desudent, & obsequium neque Deo ingratum, neque Ecclesiæ ipsius, me facturum sum persuasus, si quod patres, & antistites nostri grauissime, & sapientissime statuerunt, id & perspicuum cunctis facere, satagerem, & firmissimis subnixum fundamentis ostenderem. Quod quidem hoc ordine, qui commodissimus uisus est, Deo auspice, utcunque perfeci. Primo sententiam patrum sub compendio quodam, quo esset dilucidior, proposui, & quæcunque in diffinitione patrum obscura, aut difficilia uideri poterant, perspicua facere curaui. Deinde diffinita a patribus, & Christi, & Apostolorum, & Prophetarum, & antiquorum Doctorum, totius'que Ecclesiæ catholicę communiui testimonijs. Et tertio ab aduersariorum argumentis, & captiunculis pro uirili nostra eam defensaui. Quanuis enim hucusq;, quod sciam, nemo per Dei gratiam, & per celeberrimas uictorias inuictissimi nostri, Cæsaris, contra hoc decretum scriptis pugnare sit ausus, tamen cum nonnulli impudenter adhuc oblatrent, & alij, ut audiui, nescio quid impium contra ipsum submurmurent, neque satis diffinitis acquiescant, operæpretium me facturum putaui, si & illa enodarem, quę contra hanc doctrinam uel antea obiecerant, uel obijcere poterant hæretici, ut

Prouer. 8.

Ordo totius operis.



A cere, quàm decreto præſenti ſtatuitur, ac declaratur. Ex ijs autem, quæ decretũ iſtud fidelibus oĩbus maxime commendant, quatuor in hac præfatione uideo attingi. Primum, motiua cauſa, quæ patres hoc ædere decretum compulit. Eaque diſſeminatio dicitur fuiſſe erroneæ cuiuſdam de iuſtificatione doctrinæ, quæ hoc tempore eſt facta non ſine multarum animarum iactura, & graui unitatis Eccleſiaſticę detrimento. Secundum, cauſa finalis, finiſq; a patribus in promulgatione pręſentis decreti prætentus. Is autem triplex aſſeritur eſſe. Laus, gloriaque omnipotentis Dei, Eccleſię tranquillitas, & ſalus animarum. Tertium, hoc decretum condentium authoritas. Sacroſancta enim generalis, & œcumenica Tridentina Synodus in Spirituſancto legitime congregata illud ſtatuiſſe affirmatur. Et illa præſidentes ſibi duos Reuerendiſſimos Dominos Apoſtolicæ ſedis de latere legatos, habuiſſe exprimitur, alterum quidem, Epiſcopum Cardinalem, alterum uero preſbyterum. Poſtremum denique eſt materia ſiue potius argumentum ipſius decreti. Hoc autem traditur eſſe, uera & ſana de iuſtificatione doctrina, eaque minime recens, neque ex capite patrum qui hoc decretum ſanxerunt, conficta, aut leues aliquos habens authores, ſed quam ſol ipſe iuſtitiæ Chriſtus Ieſus noſtræ fidei author, & confirmator docuit, Apoſtoli tradiderunt, & catholica Eccleſia Spirituſancto ſuggerente perpetuo retinuit. Et quia grauiſſimum, & omnino exitiabile piaculum eſt, tam præcellenti doctrinę aduerſari, & iuſtiſſimum B eſt, omnes eam catholicos tota mentis deuotione, & pietate ſuſcipere, ſummo iure ilico ſubnectitur diſtricta prohibitio, ne deinceps quiſpiam aliter credere audeat, prædicare, aut docere, quàm præſenti decreto ſtatuitur ac declaratur. Porrò ex his diſcere poſſumus, & colligere aliqua digniſsima animaduerſu, & notatu, quæ ſeorſum ad maiorem perſpicuitatem commodum erit diſſerere.

Quatuor commendantia hoc decretum. 1. 2. 3. 4.

De *cauſa potiſsima, quæ & olim & nunc patres* Eccleſiæ *coegit in Concilia.* *Cap.* II.

X cauſa, quæ mouiſſe dicitur patres ad huius decreti promulgationem, errores nouos in fide ſubortos agnoſcimus debere excitare Eccleſiæ præſules, ut Concilia ineant, et decreta de dogmatibus fidei nouis illis erroribus contraria ſtabiliant. Maxime nanque inuigilare oportet Eccleſiæ prælatos, ut illibatam in gregibus ſibi creditis, & intemeratam ſeruent fidem, quam & a Chriſto ſuſcepimus, & ab Apoſtolis. Hoc eſt enim depoſitum illis creditum, & ab eis fideliter cuſtodiendum. De quo Paulus inquit. O Timothee, depoſitum cuſtodi. Et ſicut aduerſarius noſter diabolus nunquam dormit, ſed tanquam Leo rugiens perpetuo greges Chriſti circuit, & iactis doctrinæ ſanctæ ſemini-

Cura paſtoralis. *Fides depoſitum.* 1. Ti. 6. d

A dit Martinus Lutherus, cuius illa fuerũt peculiaria et familiaria dogmata. Luth. in ca
Hominem sola iustificante fide implere totam legem, & nullam esse uirtu- pti. Bab. et
tem nisi fidem, Nullum esse peccatum lætale, quod a gratia Dei separet, in de liber-
præter infidelitatem Omnia opera alia a fide liberrima esse, neque præce- ta. Chr. et
pta, neque prohibita, solam fidem dignum facere, qui suscipiat Euchari- in lib. ad-
stiam. Alij uero quorum mens sanior fuit, & minus a uero aliena, conces- uers. Ca-
sere ad iustitiam conseruandum necessaria esse etiam alia præter fidem, & rolsta. Et ĩ
iustificatos teneri ad præcepta alia, sed ut acquiratur iustitia, solam fidem ep. ad Gal.
omnibus sufficere. Nouissime uero protestantes uidentes ista omnia ma et in ser. su
nifeste pugnare cum Euangelio, in hanc tandem inciderunt sententiam, ut p illud Ioã.
dicerent quidem, solam fidem iustificare, non quia non sint alia opera uel Sic Deus di
interiora, uel exteriora ad salutem necessaria, sed quia neminem propter lexit mũdũ
ea Deus iustificat, sed propter solam fidem. Neque hoc tantum conten- Io. Riui. in
dunt de operibus, quę uel cum auxilio generali, uel etiam cum speciali nos opus. de fi-
facimus, & propriæ opera nostra dicuntur, sed & idem de Ecclesiæ sacra- de et operi
mentis affirmant, asseuerantes cum suo magistro Luthero ea neminem iu bus.
stificare, & solam fidem esse, quæ nos iustificat. Secundus error princi- Art. 6. con
palis huius doctrinæ est. Fides per quam iustificamur, est fiducia, uel cer- fe. Aug.
ta animi persuasio, qua certo, & indubitato credimus, nobis remitti pec- 2. error.
cata propter Christum. Et ut patet ex bulla Leonis Decimi contra Lu- ar. 11. et 12.
therum, hunc errorem ille manifestius, & perniciosius alijs authoribus
asseruit, cum dixit quidquid esset de contritione, uerissime esse absolu-
B tum, quisquis se uerbis sacerdotis absolutum credideit. Quia uero præ-
ceptum est de fide, qua possimus iustificari, consequenter dicunt, qui
hunc errorem tuentur, non solum posse, sed teneri omnes iustificatos ad
credendum, arto sibi esse remissa sua peccata, & accedentibus ad sacra-
mentum Baptismi, uel pœnitentiæ, necessarium esse credere certo, per
illa sibi remitti peccata, & alioqui non posse per ea iustificari. Et hic po- 3.
test pro tertio eorum errore computari. Quartus error in quo manife-
ste, & sibi ipsis, & superioribus erroribus aduersantur, hic est. Nulla 4.
est dispositio præuia ex parte nostra ad iustificationem, neque fide dici-
mur iustificari, quia illa sit dispositio ad iustificationem, sed quia per eam
apprehendimus iustitiam. Et huic errori adiecit hos tres alios Luthe-
rus, Quintus error est. Optima pœnitentia noua uita, neque peccato- 5.
ri necessaria est ad iustitiam prioris uitæ pœnitentia. Sextus contritio
magis facit peccatorem. Septimus. Timor Gehennæ non prodest ad 6.
acquirendum iustitiam, sed obest potius, & peccatum est, & peccato- 7.
res peiores facit. Et ut se naturæ ipsius manifestarios hostes probarent,
addiderunt his octauo, omnia de necessitate absoluta euenire, & non 8.
esse in nobis liberum arbitrium, sed figmentum esse mærum, & titulum
sine re. Et adiungentes errores erroribus, & blasphemias blasphemijs, 9.
dixerunt nono Deum esse totam causam operum nostrorum nihil no-

bis agentibus,& omnia, opera nostra siue bona, siue mala ab eo solo in C
nobis fieri,idque ex necessitate,& eum cogere nos ad peccandum, neque
10. nos per auxilium ipsius implere legem,sed Deum ipsum. Decimus eo-
rum error est. Qui iustificantur, non uere iusti sunt, neque iustitiam ul-
lam propriam sibi habent inhærentem, neque carent peccato, quo digni
sunt pœna æterna,neque tolluntur ab eis peccata,cum ipsis remittuntur,
sed ideo iustificari dicuntur,quia illis imputatur ad iustitiam iustitia Chri-
11. sti. Vndecimus. Formalis iustitia iustificatorum est sola iustitia Christi,
& siqua nobis inhæret iustitia,illa imperfecta est,neque nos facit uere ami
12. cos Dei,neque opera nostra facit,nisi inchoate,& imperfecte iusta. Duo-
decimus. Iustificati omnes liberi sunt ab omni culpa,& pœna. Et ex hoc
13. errore inferunt tertiodecimo, non esse necessariam iustificatis aliquam
satisfactionem,neque in hac uita,neque post mortem,et superfluum pror
sus esse,& negandum purgatorium,& falsum esse,quod tres sint ueræ poe
14. nitentiæ partes. Quartus decimus. Iustificati omnes ęqualiter iustifican-
15. tur,& ad ęqualem gratiam, & gloriam sunt accepti. Quintus decimus.
Iustificati neque implere possunt legem Dei, neque uitare peccata etiam
mortalia. Et huic adnexuit Lutherus errorem sextum decimum pror-
16. sus intolerabilem,in omni opere bono iustum peccare, & opus quantũ-
uis bonum,ueniale esse peccatum,& neminem esse certum, se non semper
peccare mortaliter. Et ad hæc consequenter asseruit, animas in purgato-
17. rio sine intermissione peccare. Contra uero & ijdem & alij toto cœlo ab D
his,& a seipsis distantes decimum septimum tradiderunt errorem. Iusti-
cati liberi sunt ab omni lege. Et in his non longe fuerunt ab antiquis quo
rundam hæreticorum erroribus,qui etiam hoc decreto condemnantur,
qui asseruerunt,iustificatos non posse suam perdere iustitiam, & lapsos a
gratia baptismali non semper posse in hac uita ad ueram iustitiam repara-
18. ri. Sed ne alienos errores commemoremus,decimus octauus,atq; adeo
proprius huius doctrinæ error est. Iustificati non possunt mereri beatitu-
dinem,neque opera bona quantunuis iusti merita sunt beatitudinis,neq;
in eis ulla est fiducia habenda. Decimus nonus. Iustificati indigent noua,
19. & indebita applicatione,& imputatione iustitiæ Christi, ut exeuntes de
20. hac uita assequantur beatitudinem. Vigesimus. Soli electi,& prædestinati
uere iustificantur. Vides optime lector,non leuem fuisse causam, quæ pa-
tres extimulauerit ad decretum istud publicandum? Miserabile enim erat,
& uehementer dolendum,tot errorum portentis commaculatam esse,&
obscuratam doctrinam de iustificatione, quam unam maxime decet, &
claram esse,& apertam fidelibus,ne frustra pro nostra iustificatione tot la
bores Christus,tot tormenta,tot iniurias,& cõtumelias,& denique mor
tem ipsam tolerauerit. Potuit etiam mouere patres,& induxit uere ad sta
tuendum hoc decretum,quod plęraque erant spectantia ad hoc argumen
tum de iustificatione, quæ licet diffinita essent in aliquibus concilijs pro-

A uincialibus, & a sede Apostolica authoritate sua nobis tradita, nunquam tamen authoritate concilij generalis expressa, & communita fuerant, & apud multos catholicos, ut postea docebimus, hac ratione & ambigua aliquibus erant, & uehementer apud plerosque Scholasticos controuersa. Aequum autem erat illis cõtrouersijs finem imponi, neque amplius sinere sub incerto fluctuare ueritates adeo certas, adeoque scitu necessarias.

De triplici causa finali Conciliorum. Cap. IIII.

X causa uero finali, in quam ordinare se dicunt patres sanctionem huius decreti, colligere licet quis debeat Conciliorum esse scopus, & quo spectare, & collimare studia debeant sua, quicunque leges aliquas Ecclesiasticas constituunt. Intendenda quippe ab ipsis præcipue in primis est laus, gloriaque Dei iuxta Pauli consilium. Omnia in gloriam Dei faciet. Et maxime decet hoc antistites Ecclesiæ, præsertim in re tam sacra. Meminisse enim oportet se a Deo tantam habere potestatẽ. Neque dandum est unquam obliuioni illud Bernardi. Nihil ita displicet Deo, præsertim in filijs gratiæ, ac ingratitudo. Vias enim obstruit gratiæ, & ubi fuerit illa, gratia accessum non habet. Sed post gloriam Dei, in tranquillitatem Ecclesiæ, & salutem animarum oportet aspicere, & eo studia, & conatus omnes patrum debent dirigi. Par quippe est, & omnino iustissimum, ut qui Christi uices gerunt in terris, eum imitentur, qui ut nos factis suis erudiret, quæcunque egit, & passus est in terris in salutem animarum destinauit, & hunc cibum suum, & delitias suas esse dicebat. Et præcipue tertio unitati Ecclesiæ in huiusmodi studere, & toto ei pectore in cumbere Conuiuiũ enim est domini, sicut uerissime dicit Aug. unitas corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed etiam in uinculo pacis. Et Christus ipse strictissime nobis commendauit pacem, & mutuam dilectionem, & eam unam argumentum esse uoluit, & certissimum signum suorum discipulorum. Et sicut pax & tranquillitas Ecclesiæ omnia secum adducit, nutrit, ac perficit bona, ita discordiæ, & schismata diminutio sunt fidei, & cultus diuini, & exilium immo casus religionis, & ueræ pietatis. Atque ideo, si quando contigerit, neque sarciri posse, neque reparari aliqua populi Christiani damna sine periculo schismatis, omnia ea quantumuis grauia, leuia putanda sunt collata ad schisma, & toleranda ad tempus sunt, ne scindatur Christi tunica, & fideles tanto discrimini committantur.

1. finis concilia dei. *1. Co. 10. g.* *Bernar.* *Ingratitudo.* *2. salus animarum.* *3. unitas.* *23. q. 4. c. Ipsa.*

C

De authoritate Synodi Tridentinæ. Cap. V. C

CIRCA authoritatem uero condentium hoc derretum aduertẽdum est, omnia illa habuisse istam Synodum Tridentinam, quæ habuerunt omnes aliæ Synodi generales, quibus non præfuit ipse summus pontifex per seipsum. Atque ideo omnes catholicos oportet omni reuerentia, & ueneratione suscipere, & amplecti omnia decreta huius Synodi, & imitari diuum Gregorium, & eodem in illam affectu

d. 15. Sunt esse, quo se ipse in Nicænam, Constantinopolitani primam, Ephesinam
sancti. primam, & Chalcedonensem his uerbis, affectum fuisse declarat. Sicut san
lib. 3. Regi cti Euangelij quatuor libror, sic quatuor concilia suscipere, & uenerari me
stri epi. 33. fateor. Et alibi de eisdem Synodis ita scribit. Quisquis aliter sapit, quam hę quatuor Synodi, a fide ueritatis alienus est. Damnamus autem quoscunque damnant, & absoluimus quoscunque absoluunt. Et singillatim possumus docere hanc Synodũ habuisse omnia, propter quæ sic erat in priores illas quatuor affectus sanctus hic pontifex. Fuit enim hæc Synodus in

Quæ sit le spiritu sancto legitime congregata, quia authoritate Apostolica ob grauis
gitima in simas causas indicta, & conuocata est. Quod unũ satis est, & requiritur ad
Spiritu san legitimam in spiritu sancto congregationem, ut patet ex multis sanctorũ
cto congre patrum decretis. Et habuit præsidentes uice summi pontificis non quosq
gatio d. 17 uis, sed tres Reuerendissimos Dominos Cardinales Apostolicæ sedis de D
latere legatos. Nam quod huic sessioni duo tantũmodo ex ipsis pręfuere prudentia, grauitate, pietate, et incredibili mansuetudine uniuersis spectabiles, causa fuit diuturna quædã ægritudo, quæ coegit Tridẽto recedere illustrissimũ illum Cardinalem, qui tertio loco eis adnumeratus fuerat, Reginaldum uidelicet Polum ex regum Anglorum prosapia originem trahentem, eximium, atque adeo singulare totius nobilitatis, & sanctitatis exem

Quæ sit plar, cœlestemque planè uirum, & angelicũ potius quam Anglicum. Neque
œcumenica prouincialis hæc fuit Synodus, ut aliæ quæ authoritate Apostolica con
Synodus. uocatæ sunt, & præsidentes habuerunt Apostolicæ sedis Legatos, sed generalis, & œcumenica, quia pro causis ad totam Ecclesiã spectantibus cõuocati sunt Episcopi ad eam ex toto orbe Christiano, ubicunque agnoscitur Romanus Puntifex uicarius esse Christi, & in omnes Christi fideles habere potestatem. Et diligentia, et fauore beatissimi Pauli huius nominis tertij Dei gratia, & prouidentia pontificis summi, & cura, ac solicitudine felicissimi, & Augustissimi imperatoris nostri, et aliorum Christianorum regum, & principum effectum est, ut uiderimus Tridenti antistites pietate

Authori & sapientia uenerandos ex Italia, Hispania, Gallia, Germania, Anglia, Sici
tas Synodi lia, Neapoli, Sardinia, Hibernia, Gotia, Suetia, Dalmatia, Creta, Græcia,
Tridẽtinæ. & ex insulis fortunatis extra orbem positis. Accessit ad hæc, quod sacrosancta ista Synodus ex benigna concessione eiusdem beatissimi Pauli autho

A ritatem habuit plenissimam, ut & i dogmatibus fidei,& in reformatione morum ecclesiæ,& in his, quæ necessaria uiderētur ad pacem principum populi Christiani,quæcunq; placerent pro arbitratu suo statueret. Neq; ob eas causas,quas quidam maligne interpretantur, intermissus est ille titulus,quo concilium constantiense sæpe utitur,nempe uniuersalem ecclesiam repræsentans, Sed eo potius nomine, quòd cū quidē prælati omni honore digni,sancto studio & zelo,eum titulum sæpe efflagitauerint, & præmitti oībus huius Synodi decretis uoluerint, tamen tandem maiori parti patrum placuit magis imitari modestiam antiquorum conciliorū, quæ nunq; eo titulo sunt usa. Et prudentissime sane hoc illi censuerunt, quia nulla talis causa nunc occurrebat,quę talem titulum exposceret, qualis fuit tempore Concilij Constantiensis. Eo nanq; tempore ad componendum schisma illud magnum,quod tum uigebat,cōmodissimum fuit, eum usurpare titulum,ut qui se pro summis pontificibus gerebant, dum Ecclesia uniuersali se inferiores agnoscerēt,ad iussum Concilij, quod eam repræsentabat, pontificali suæ autoritati humiliter pro pace,& tranquillitate ipsius Ecclesiæ cæderent. At nunc cum Ecclesia Dei uno,eoq; indubitato maximo pontifice gaudeat, nulla erat causa,quæ compelleret eiusmodi nihil necessario uti titulo. Verum cum hęc sancta Synodus legatos habuerit summi pontificis,& ad eam conuocati fuerint Episcopi ex toto orbe,& per multi fuerint prælati in ea ex diuersissimis regionibus, & na-

B tionibus, nemini uel minimum debet esse dubium, quin & uniuersalem Ecclesiam repræsentauerit, & ea gauisus fuerit beneficentissima, & infallibili Spiritussancti præsentia,qua & aliæ Synodi generales semper in Ecclesia gauisæ sunt. Et tanta cura, & diligētia septimestri spacio omnia ad hoc decretum spectantia examinata, & expensa fuerunt ab omnibus Cōcilij patribus,& a clarissimis plærisq; doctoribus Theologis,qui Cōcilij causa Tridentum conuenerunt,ut nephas uideatur,de aliqua parte ipsius dubitare. Qua in re multas & magnas merentur omnes illi a toto orbe Christiano & laudes & gratias,sed præcipuas,me iudice, grauissimus idemq; religiosissimus, Reuerendissimus dominus Cardinalis sanctæ crucis, cui huius decreti conficiendi cura potissimum incubuit. Quis dicet quantos ille labores, & quam assiduos diu ac noctu hac de causa pertulerit? Oēs urgebat, omnes solicitabat ad diligentem operam huic rei nauandum. Omnium sententias,omnium dubia,& priuatim, & publice, mansuetissimo,& indefatigabili animo audiebat. Ipse prò suo singulari iudicio & sapientia,multa corrigebat,multa mutabat,et nunc in hanc,nunc in illam formam decretum uariabat, donec id perficeret, quod perfecit,ut placeret cunctis patribus. Oculatus testis hæc loquor, & priuatas taceo per multas selectorum uirorum congregationes. Congregati sunt in unum publice, & rogati de omnibus suam quique sententiam, nunc soli patres Concilij, nunc Theologi præsentibus patribus pluries opinor, quam

Cur nō est adiectum in titulo, uerbum illud Ecclesiam uelē repræsentans.

Diligentia adhibita conficiēdo huic decreto.

octogesies. Itaq; tametsi ex sacris literis non constaret praesentia infallibilis, quam Spiritussanctus exhibet generalibus Conciliis in decretis fidei, & morum, stultissimum esse censere, & omnino amentissimum, uel latum unguem ab eis declinare, quae in hoc decreto tanta, & tam matura discussione, & unanimi omnium patrum consensu, conclusa, & diffinita sunt. Cur enim debeat aliquis mortalium tantum sibi tribuere, aut arrogare, ut suum iudicium praeferat tantae, & tam maturae, tot & tantorum patrum sententiae? Et cum Deus nunquam in necessariis de esse soleat, cur dubitemus eum adstitisse tam piae, tam diuturnae, tam assiduae, & tam graui tantorum uirorum consultationi? Quid potest a nobis, aut maius, aut aptius fieri, ut ipsius gratiam promereamur, ne in re tanti momenti labamur? Neq; casu putandum est esse factum, sed diuina prorsus prouidentia, ut cum in aliis decretis non semper patres uniuersi conuenerint, tamen hoc, uno omnium consensu, probatum fuerit, etiam si in plaerisq;, ut assolet in principio dissentirent, & multa in eo statuta sint, & firmata, quae aperte aduersarentur aliquibus, uel ab ipsis met, uel a doctoribus, quos sequerentur, assertis, & scriptis. Et super haec omnia ad autoritatem huius decreti de iustificatione accessit. Quanuis enim, quia non dum absoluta est haec Synodus, nullius hactenus decreti ipsius approbatio summi pontificis in publicum prodierit, tamen certo noui, suam sanctitatem fecisse, ut ante istius aeditionem decreti a uiris doctissimis discuterentur, & examinarentur Romae materiae ad ipsum spectantes, & post ipsius aeditionem maturo habito cum sacro collegio Cardinalium consilio, literas, quibus illud laudat, & approbat, ad reuerendissimos dominos legatos, qui huic sessioni praefuerunt, misisse. Nihil itaq; huic decreto deest in omni catholicorum doctorum opinione, quominus reuerenter catholicus aliquis diffinita in ipso suscipiat, quam diffinita in aliis sanctis, & generalibus synodis.

Stultissimũ dissentire ab hoc decreto.

Approbatio summi põtificis.

C

D

DE QVALITATE DOCTRINAE HVius Decreti. *Caput.* VI.

Qualitas doctrinae huius.

OMMENDARVNT patres quarto loco decretum hoc ex qualitate doctrinae, quam in eo tradunt. Aiunt nanq;, ut diximus doctrinam hanc nõ esse recentem, aut nouam, sed a Christo, & ab Apostolis traditã, ac Spiritussancto suggerente perpetuo a catholica Ecclesia retentam. Quod quidem grandem, & omnino imparem nostris uiribus nobis imponit prouinciam. Vt enim constet uerissime hoc esse dictum a patribus, necesse erit si munus nostrum perinde ac debemus, explere uolumus, ostendere omnia hic diffinita, tra-

dita nobis prius esse & a Christo, & ab Apostolis, & ab uniuersa Ec-
A clesia semper recepta. Sed quantumuis hoc graue sit, & præstitu difficile, ipso Spiritu sancto freti, qui hoc ut traderetur, suggessit, in id ostendendum omni ui, & ope nostra incumbemus. Merito uero patres, & sane quam prudentissime hinc suam diffinitionem fidelibus commendarunt. Maxime nanque si quidpiam aliud hoc potest commendare, & persuadere omnibus fidelibus hanc doctrinam, & ut tanquam sacro sancta ab omnibus recipiatur, compellere. Ecquid enim fidelibus sacratius debet esse, aut maiori ueneratione recipi, quam id quod autoritate constat domini nostri Iesu christi, Apostolorumque ipsius, & totius ecclesiæ consensu? Et quid rursus tam sceleratum, tam perfidum, & a recta fide tam alienum esse potest, quam doctrinæ tam præclaris testimoniis subnixæ uel tantillulum refragari, aut dissentire? Secutaque est in hoc sacrosancta ista synodus morem, & consuetudinem aliorum Conciliorum. Nunquam enim patres in conciliis sibi usurparunt autoritatem faciendi catholicas ueritates aliquas, quæ non essent catholicæ. Hæc enim autoritas duntaxat est Dei, & habentium spiritum propheticum. Sed illud præcipuæ curarunt, quod ex gestis multorum Conciliorum est conspicuum, ut diffinitiones suas testimoniis Christi, & Apostolorum, & antiquorum doctorum Ecclesiæ, fidelibus approbarent. Et Concilia generalia hoc tantum habent, ut ueritates iam alias, uel in se ipsis, uel in suis
B principiis a Deo Ecclesiæ, & sanctis patribus reuelatas, uel per scripturas, uel per traditionem prophetarum, & Apostolorum, tum declarent, tum confirment, & sua autoritate claras, & apertas, & absque ulla ambiguitate ab omnibus catholici tenendas tradant. Et ad hæc duo præsentia Spiritus sancti illustrantur, primo ut infallibiliter declarent ueritates Ecclesiæ reuelatas, & secundo ut ad terminanda dubia in Ecclesia suborta, extirpandosque errores, & abusus, infallibiliter etiam ex reuelatis colligant, populo christiano credenda, & seruanda in fide, & moribus. Et propterea, licet non adiuncta fuisset districta prohibitio aliter credendi, aut docendi, quam hoc presenti decreto statuatur, quæ ad maiorem firmitatem & claritatem, fini huius præfationis est adiecta, ambigendum non est, quin post promulgationem, & notitiam huius decreti aliter credere, uel docere peccatum sit mortale, & anathemate merito feriendum. Alienus enim est, prophanus est, hostis est, & habere non potest Deum parem, qui Ecclesiæ uniuersalis non tenet unitatem. Et ut sanctissimi alii patres, doctores ecclesiæ passim tradunt, extra unitatem Ecclesiæ neque haberi potest donum gratiæ, neque spiritus sanctus, neque remissio peccatorum, neque prodesse possunt sacramenta, neque accepta esse sacrificia. Constantissimum autem est, Ecclesiæ uniuersalis non tenere unitatem, qui aliter credunt, aut docent, quam Ecclesia uniuersalis in conciliis generalibus credendum, & docendum statuit.

Nõ facit cõciliũ catholicas propositiones ex nõ catholicis.

Ad duo habent concilia certissima spiritus sancti præsentiam.

Quoniam uero Tridenti diximus, hoc decretum esse constitutum, proœmialibus difficultatibus utcunque transcursis, liber ad alleuamentum, & pleniorem lectoris instructionem, pręcipuis quibusdam ciuitatis Tridentinæ notis ac laudibus, libellum istum absoluere. C

DE COMMENDATIONE, ET DEscriptione Tridenti. Cap. VII.

Situs Tridenti. *Conditor.* *Antiquitas.*

RIDENTINA ciuitas in confinibus Italiæ & Germaniæ ad radices Alpium in planicie quadam fertili & altissimis montibus pene undique septa, a Breno Gallorum Senonum duce ante annos mille nongentos, sicut narrant historiographi, est condita, & a Theodorico Gothorum rege optimis mœnibus, & propugnaculis postea cincta. Locus est ad res maximas gerendas aptissimus, & gratissimum, ac uelut commune hospitium, in quo inter quiescere possint, & fessas uires reparare, qui longo, & præcipiti itinere per altissimos montiū scopulos a septentrione in Italiam ueniunt, & qui ab ea in septentrionem conscendunt. *Athesis.* Athesi laudatissimo fluuio ab occidente, & tribus alījs torrentibus ab oriente est circumflua. Spatiosos habet uicos, aquarū riuulis circunquaque fluentibus, mundos, & nitidos, et magnas ac cōmodissimas & placidissimas etiam supra suam magnitudinem domos. Castrum est D illi bene munitū colūnis, & testudineo opere fortiter sustentatū. Adiunctaque sunt ei palatium elegantia, amplitudine, & diuitījs, cunctis admirandum, & uiridarium pulcherrimum, & amœnissimum, uarījs odoriferis herbis, & urbanis omnibus delitiis affatim consitum. *Fertilitas.* Vini boni est feracissima, optimoque pane, & aliis omnibus ad uictum communem necessariis abunde fruitur. Et quod maxime est gloriæ, strenuissimis, & bellicosissimis administrata est olim ducibus, & postea per sanctis Episcopis, & principibus Imperii. *Religio.* Templa habet & religiosorum diuersorum ordinum cœnobia pro sua magnitudine satis pia, & cōmoda. Ciues partim sunt Itali, partim Germani, & omnes satis humanis, & honestis, ac placidis sunt moribus. Annos circiter quadraginta ab ascensione Christi, per *Hermag. pater fidei Tridenti.* Hermagorā Aquileiensem ciuē, & Episcopū ac beati Marci Euangelistæ discipulū, fidem Christianam recepit. Circa annū uero salutis nostræ. 383. magnificētius nobilitata est, & maioribus gratiarū incrementis aucta. Ex magno quippe dono Dei, Episcopū tū meruit habere patronū illū suū *S. Vigilii laudes.* Romanū genere, sanctū Vigiliū, facundissimū, & accerrimū hæreticorū impugnatorē & clarissimū xpi martyrē. Et ob illius præclara apud Deū merita multis, ac magnis miraculis illustrata est. Sacrū ipsius totū corpus *S. Simonis martyriū.* penes se magna ueneratione seruat ī prima sua Ecclesia eius noī, & honori cōsecrata. Fulget etiā martyrio, & ītegro uenerādo corpusculo Symonis

A illius innocentissimi infantis, quem Iudæi, incolę tum ipsius ciuitatis odio Christi, & Christianorum anno a partu uirginis septagesimo quinto supra millesimum quatricentenum horrendis, & infandis supplicijs affecerunt. Cunque triginta ab hinc annis, et supra Germania pene tota uarijs ubique hæresum, & sectarum nouarum concussa sit fluctibus, opera tamen & uigilantia illustrissimi, pientissimi, & humanissimi Cardinalis, Principis, & Episcopi ipsius Christophori Madrutij, & aliorum, qui eum antecesserunt, religiosissimorum antistitum, in ea, quam illibatam seruauerat a sua conuersione fide, immota perseuerat, & quæ sunt religionis nostræ sicut cæteri populi Christiani firmiter, & constanter sectatur, ac tuetur. Quo autem nomen illius immortale esset, & in æternum commendaretur posteris, ad hæc tam multa ipsius præconia, & nunquam intermorituras laudes, nouissimis his diebus hoc tãquam auctarium accessit. Ibant iam res pene omnes Christianæ in præcipitium, & grandem in dies singulos minabantur ruinam. Et ecce ex mandato summi Christianorum omnium præsulis, & sedulis atque obnixis studijs potentissimi nostri Imperatoris, & Christianorum aliorum Regum, & Principum, sicut ad fidissimum, & tutissimum portum, Tridentum Ecclesia tota pro salute omnium conuocatur, & ibidem œcumenicum Concilium magna omnium fidelium lætitia, & spe, diuinis auspicijs celebrat. Quærant alij, quorum interest, & disputent curiosius, cur illam Tridentum sui conditores appellauerint. Ego Tridentum diuina prouidentia nuncupatam auguror, quod sicut Neptunum fabulosa antiquitas credidit Tridente suo mare regere, & sæuientes fluctus componere, ita Deus optimus maximus his nouissimis temporibus turbatum huius mundi mare, & sæuissimis hæresum, & corruptissimorum morum fluctibus ubique cõcussum, per eam uelut per quendam diuinum Tridentem statuerit ad tranquillitatem reducere, ac fidem ueram, & optima uitæ præcepta, & optatam pacem, & quietem orbi Christiano restituere. Exulta igitur, & gloriare toto pectore Tridentum in domino, qui te tot prærogatiuis illustrauit. Agnosce diuinam in te magnificentiam. Paruula quidem es inter Germanas alias Imperij ciuitates, si ciuium, & domorum tuarum numerum, & magnitudinem spectes. Sed nequaquam paruula es, immo omnibus pene illis, absit iniuria uerbo, multo certe augustior, & felicior, si ad dona in te Dei aspicias. Et uel uno hoc nomine supra omnes illas summo iure gloriari potes, quod tu illis leges dederis, tu illas instruxeris, tu illas docueris, & ad rectam fidem reuocaueris, uel certe in ea retinueris. Ex te nanque in totum orbem Christianum feliciter iam prodierunt pulcherrima, & utilissima fidei, & morum decreta, quibus populus Dei saluberrime instruatur, & regatur. Sed ut aliorum decretorum iustissima encomia silentio nunc prætereamus, hæc erit profecto omnibus in seculis eximia Tridenti laus, quod ab illa in totam Ecclesiam processerit hoc clarissimum, & san-

Constantia in fide.

Etymologia Tridenti.

B

Cõgratulatio ad Tridentum.

ctiſſimum decretum, quod doctrinam de iuſtificatione multa hæreſum, C & obſcuritatem a noſtris allophylis oppletam, ſic puram, & perſpicuam cunctis tradit, ut ſi uel illud unum ob oculos habeatur, nemo poſſit, niſi ſponte ſua cæcutiat, uiam, qua iuſtificari poſſit, ignorare. Planum quidem eſt, ſicut ipſum Tridentum, ubi eſt conditum, ſed optimorum dogmatum feraciſſimum. Et ut nihil ei deſit ad ſimilitudinem Tridenti, teſtimonijs ſcripturæ, & ſanctorum doctorum, uelut firmiſſimis, & altiſsimis montibus, undique eſt munitum. Sed hæc ſatis fuerit pro expoſitione, & confirmatione procemij lectorem monuiſſe. Ad ipſum decretum Deo auſpice iam tranſeamus.

DE NATVRAE AC LEGIS IMBECILLITATE
LIBER SECVNDVS IN CAP. PRIMVM DECRETI DE IVSTIFICATIONE.

PROLOGVS.

NTIQVI illi proceræ ſtaturæ Gigantes ideo perierunt, & Philoſophi accerrimis ſuis ingenijs, & falſa ſua doctrina tumidi ideo ſtulti facti ſunt, quia naturæ noſtræ exiguas, & imbecillas uires neſcientes, in uirtute roboreque ſuo ſunt gloriati, neque poſuerunt Deum D adiutorem ſuum. Et ea ratione plærique ex Iudæis ueram iuſtitiam minime ſunt aſſecuti, quia ex uirtute ipſa & iuſtitia ſuæ legis iuſtitiam ueram quæſierunt. Atque a Deo ſoli illi iuſtificari ſunt meriti, uereque ſapientes & potentes fuerunt, qui ſuæ ſibi infirmitatis conſcij, ac proinde a ſe diffiſi, in una Dei gratia ſpem collocauerunt ſuam.

1.Re.2. Arcus fortium ſuperatus eſt, ueriſſime cecinit Anna, & infirmi accincti ſunt robore. Et cognitio, ut aiunt, proprij morbi initium eſt ſalutis. Quare decretum hoc de iuſtificatione commodiſſime profecto a naturæ, ac legis imbecillitate ſancta Synodus eſt auſpicata. Et in expoſitionem & confirmationem eorum, quæ de his ſtatuit, ſecundum librum eodem titulo, quo & capitulum ipſum prænotatum hinc auſpicabimur, precantes eum, qui noſtræ infirmitatis dignatus eſt fieri particeps, ſic communis conditionis & Moſaicæ legis fragilitatem dilucidam cunctis facere, ut ab eius unius miſericordia toti iugiter pendeamus. Porro uerba decreti ſic habent.

De naturæ, ac legis ad iustificandos homines imbecillitate. Cap. I.

RIMVM *declarat sancta Synodus ad iustificationis doctrinam probe, & syncere intelligendam, oportere, ut unusquisque agnoscat, & fateatur, quòd cum omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, & ut Apostolus inquit, natura filij iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeo serui erant peccati, & sub potestate diaboli, & mortis, ut non modo gentes per uim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam literam legis Moysi inde liberari, aut surgere possent, tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, uiribus licet attenuatum, & inclinatum.* Ephe. 2.

De *diuisione decreti, & huius primi capituli sententia.* Cap. I.

T CLARIOR esset omnibus, ac magis perspicua doctrina de iustificatione, & Christi fideles aperte nossent, quid de ea tenere, & quid circa illam cauere, deberent, uisum est patribus, expedire, ut non solum in hoc decreto condemnarentur errores, qui illam, & olim, &
B hoc tempore, in plerisque obscurarunt, uerumetiam pura quædam, & syncera confessio doctrinæ de iustificatione in primis, & ante omnia traderetur. Itaque decretum in duas principales partes uisum est partiri. Et in priori quidem ueram, & sectandam doctrinam de iustificatione tradidere, in posteriori uero cauendos circa eam errores docuerunt, & digno eos, ne ab aliquo credantur, ferierunt anathemate. Quare priorem hanc partem merito appellare poterimus confessionem, seu professionem ueræ, & certè doctrinæ de iustificatione, posteriorē autem condemnationem errorum circa hominis iustificationem. Est uero prior ista pars seu confessio ita integra, & omnibus suis partibus absoluta, ut ex ea cuiuis studioso possit constare, quid sit iustificatio, quæ eius species, seu partes, quæ causæ, qui effectus, seu fructus, quæ illi cognata, & quæ aduersantia, quæ necessitas illius, qui illius participes, qua uia eā obtinere possimus, quomodo in ea proficere, et perseuerare, quibus rebus eā perdere, & perditam recuperare ualeamus, qualis certitudo de ipsa, & quę perseuerātia ī illa a nobis haberi queat. Nō est aūt ī hoc decreto sermo de iustificatione, qua iusti facti sunt, & amici Dei tū angeli tū protoparētes nostri in statu innocētiæ, tū Christus secundū suā humanitatē, qui iustificati sunt, cū nunquā ante fuissent quoquomodo inimici, aut iniusti. Sermo tantum est hic de iustificatione, quæ hominibus competit post lapsum, cum ex iniustis, & inimicis fiunt iusti & amici, uel ex iustis iustiores &

Diuisio decreti.

Sūma doctrinæ totius de iustificatione.

De quali iustificatione decretū tractet.

Tria tradi ta in hoc cap. cariores Deo. Atque ideo primo quidem in hoc capitulo explicātur sex C mala, quibus obnoxij sumus omnes per peccatum Adę. Deinde imbecillitas ostenditur naturæ ac legis, ad liberandum ab his malis. Et tertio nostrum liberum arbitrium extenuatum esse ex eadem præuaricatione, sed non extinctum fuisse aperitur. Atque ex his, ut apertiora sint omnia
1. tres has conclusiones possumus colligere. Prima. Omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdiderunt, & facti sunt immundi,
2. natura filij iræ, serui peccati, & sub potestate diaboli ac mortis. Secunda. Neque gentes per uim naturæ, neque Iudęi per naturam aut literam legis Mosaicæ liberari ab eis malis potuerunt, quæ ex transgressione Adæ con
3. traximus. Tertia. Liberum arbitrium attenuatum est et inclinatum in omnibus hominibus propter Adę peccatum, non autem extinctum. Et has conclusiones sic asseueranter diffiniuit sancta Synodus, ut in canone primo, & quinto illis respondentibus, anathema indixerit negantibus secundam, aut tertiam. Nam primam nihil fuit necesse, sic hoc loco communire, quia in decreto de peccato originali satis fuerat in quinta sessione roborata. Vt uero hanc totam doctrinam singillatim explicemus, & ab Apostolis nobis traditam, & ab Ecclesia catholica perpetuo retentam, & multos per eam, et antiquorum, et recentium hęreticorum, elisos errores doceamus ab explicandis, & cōfirmandis sex malis, quibus obnoxij asserimur, exordium sumemus. D

Declarantur quatuor priora incommoda, quę per peccatum Adæ incurrimus. Cap. II.

Sex dāna secuta ex pctō Adæ primum.

Rimum detrimentum, ex sex quæ patres asseuerant, per peccatum Adæ nos incurrisse, est innocentiæ carentia. Statuit Deus, ut peccante Adam exosam haberet, & inimicam totam ipsius posteritatem, & quam ei dederat iustitiam originalē pro ipso, & tota sua progenie mox ut ille peccaret ab eo pro ipso & omnibus suis auferret. Atque ideo sicut Adam innocentiam, & gratiam, et iustitiam originalem perdidit propter suum peccatum, & nos etiam in illo hæc omnia perdidimus & peccati illius participatione peccatores constituti simus. Et statutum, seu pactum hoc inter Deum & Adam expressit Oseas illis uerbis. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi pręuaricati sunt in me. Quia uero peccata sordidant & coinquinant peccatores, adiecerunt statim patres, immundos nos esse effectos per præuaricationem Adæ. Et inde est illud iuxta translationem lxx. Nemo mundus a sorde, neque infans, cuius est unius diei uita super terram. Et quia odio est Deo omnis iniquitas tertio addunt cum Paulo, nos incurrisse ex peccato Adæ iram Dei. Mundi enim sunt oculi ipsius, ne uideant malum, & respicere ad iniquitatem

Pactū inter Deum et Adam. Oseæ.6.c
2. incom. Iob. 25. 3. incom. Ephe.2. Abacuc.1.

A quitatem non potest. Et ut iustissimus mundi gubernator, et iudex nullum malum relinquit impunitum, & mala culpæ malis penę compensat, & ordinat. Dicimur uero natura filij iræ, uel quia uere, & proprie, & omnino sumus filij iræ, & uerbum natura exponit Theophilatus, uel quia ex natiuitate nostra, & natura nostra uitiata rei sumus, & obnoxij iræ diuinæ. Salus enim, gratiæ est, sicut statim Paulus asseuerat, ira uero naturæ corruptæ, & natiuitatis nostræ. Et quoniam per peccatum iram Dei incurrimus, maledicto etiam dicimur fuisse obnoxij. Vnde & Cyrillus. Per præuaricationem primi Adę, maledictiōi subiecti fuimus. Quarto asseuerat sancta Synodus, incidisse nos in seruitutem peccati. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est, teste principe Apostolorum. Et Paulus dicit. An nescitis, quoniā cui exhibuistis uos seruos ad obediendum, serui estis ius, cui obœdistis, siue peccati ad mortem, siue obœditionis ad iustitiam? Et seruitus hęc peccati grauis & ferrea est. Ab ea proficiscitur, ut in multis cęcutiamus, labamur, deficiamus, uincamur, & uolentes nolentes in aliquibus seruiamus legi peccati, quæ est in membris nostris, neque uitare possimus omnes carnis concupiscentias. Et hanc huius seruitutis partem mirifice expressit Paulus, cum ait: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Et hæc quatuor incommoda agnouit perpetuo & professa est Ecclesia, & tradiderunt nobis illa omnes catholici doctores, cum constanter & consentienter & docuerunt omnes filios Adæ nasci in peccato originali, & indigere baptismo, ut mundentur & liberentur, & Deo recōcilientur. Et peculiariter de seruitute peccati, quàm miseranda sit, & in multis peiori seruitute corporali, poterunt uideri Cyrillus lib. 6. super. Ioan. c. 1. & Aug. tract. 42. in eundem.

Quid sit natura esse filios iræ. *Theophi.* *Cyril. 2. in Ioan. c. 3.* *4. incom.* *2. Pet. 2. e* *Ro. 6. c.* *Seruitus peccati.* *Rom. 7. d* B

Quod omnes homines constituti fuerint sub potestate demonis propter peccatum Adæ. Cap. XII.

QVINTO SVB potestate diaboli constituti esse asserimur. Et idem in canone primo decreti de peccato originali diffinitum fuerat ab hac sancta Synodo. Habuit dæmon propter peccatum Adæ, quoddam in hominem ius, non iure acquisitum, sed nequiter usurpatum, iuste tamen a Deo ei permissum. Et hanc nostram subeo captiuitatem sancta Synodus, didicit a Christo, qui eum appellauit principem huius mundi, & fortem armatum custodientem atrium suum, possessoremque uasorum Nam si diaboli, atrium mundus erat & uasa homines, & ille princeps mundi, dominabatur utique ille aliquomodo in hominibus, & homines sub potestate ipsius erant. Et cum se solum Christus exceperit dicens, Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, insinuauit profecto in reliquos homines aliquod ius dæmoni cōuenisse, Et ab hac

5. incom. *Ioan. 12. e.* *Mat. 12. c.* *Luc. 11. c.*

captiuitate & seruitute peccati, ac per hoc etiam dæmonis liberandos nos p̄ C
s.i.10.c.1. seipsum non semel explicuit Christus In Euangelio. Vnde & Cyrillus in il
Ioan.7. la uerba. Et ueritas liberabit uos, bene admonet, q̄ cū apud latinos autho-
Liberare res liberare sit eripere aut eximere periculo, tamē in Euangelio est libereos
est liberos efficere, aut in libertatem asserere. Et Aug. in eadem uerba. Quid est libera-
efficere. bit uos. Liberos uos faciet. Et hoc apertissimū esse dicit ex Græca ueritate.
Aug.trac. Docuit & istam captiuitatem Paulus, cum de Deo dicit. Qui eripuit nos de
40.et.41. potestate tenebrarū, & transtulit in regnū filij dilectionis suæ. Et rursus de
Ioan. 8. Christo. Et ipsum, scilicet chirographum decreti, quod erat contrarium no
Col.1.b. bis, tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus, & potesta
2.c. tes, traduxit confidenter palā. Et alibi ipsum dæmonem ante mortē Christi
Heb.2.d manifeste dicit, habuisse mortis imperiū. Sed & prophetæ eandem captiui-
tatem tradiderant, cum & Christum sub nomine liberatoris, & redēptoris
promittebāt, & fructum sui aduentus redemptionē hominum prædicabāt.
Psal. 106. Cōfitemini domino, ait regius psaltes, quoniam bonus, qm̄ in seculum mi
sericordia eius. Dicant qui redempti sunt a dn̄o, quos redemit de manu ini
mici, de regionibus cōgregauit eos. A solis ortu, & occasu ab Aquilone, &
mari. Et paulo post. Confiteantur dn̄o misericordiæ eius, & mirabilia eius
filijs hominum. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satia
uit bonis. Sedētes in tenebris, & umbra mortis, uinctos in mendicitate, &
ferro. Et statim. Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & uincula eorū
dirupit, Confiteantur dn̄o misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs homi- D
nū. Quia contriuit portas æreas, & uectes ferreos cōfregit. Suscepit eos de
uia iniquitatis eorū. Propter iniustitias. n. suas humiliati sunt. Et sub Typo
Soph.3.d. Hierusalem loquit̄ ad uniuersam Ecclesiā per quendam prophetā dn̄s. Sal-
Zach.9.b uabo claudicantem, & eā quæ eiecta fuerat cōgregabo. Et in alio rursus. Ex
Mat.21.c ulta satis filia Syō, iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus, &
saluator. Et propheta idem ad regem, & saluatorem omniū conuersus, Tu
quoq;, inquit, in sanguine testamēti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo
nō est aqua. Quibus uerbis & captiuitatem nostrā, & liberationem p̄ Chri
stum aperte professus est. Sed superfluū fuerit plura testimonia in hoc cōge
Ecclesia ca rere, cum ea passim occurrant in prophetis. Quod autem & hanc ipsam ca
ptiuitatem ptiuitatē semper tenuerit Ecclesia, possumus probare testimonio diui Ber-
nostrā sem nardi, quod & testimonium eius est, qui hanc ueritatem, & irrisit, & nega-
p̄ credidit. uit, Dum scribit ad Innocentium summum pontificem de erroribus Petri
Ber. ep. Abailardi, hæc uerba ex illo refert, Sciendum est, omnes doctores nostros
190. post Apostolos in hoc conuenire, quod diabolus dominium, & potesta-
legantur. tem habebat super hominem, & iure eum possidebat, ideo scilicet quod ho
mo ex libertate arbitrij, quam habebat, sponte diabolo consensit. Aiunt
nanque, quod siquis aliquem uicerit, uictus, iure captiuus uictoris consti-
tuitur. Ideo, sicut dicūt doctores, hac necessitate incarnatus est filius Dei, ut
homo, qui aliter liberari non poterat, per mortem innocentis iure libera-

A retur a iugo diaboli. Sed ut nobis uidetur, neque diabolus unquam ius aliquod in homine habuit, nisi forte, Deo permittente, ut carcerarius, neque filius Dei, ut hominem liberaret, carnem assumpsit. Haec Bernardus ex Petro Abailardo. Quorum uerborum blasphemiam, impietatem, temeritatem, & arrogantiam, optimis, & grauissimis uerbis confutat, & reprehendit Bernardus, & errorem illius nouum appellat Euangelium contra Christi, Apostolorum, & prophetarum testimonium ab eo confictum. Et in eo poterit quis legere responsiones ad argumenta praecipua, quibus Abailardus nitebatur. Vt in ore tamen duorum uel trium testium stet omne uerbum, adiiciam & huic testimonio, alterum clarissimi Ecclesiae syderis Augustini, quod & testimonium totius Ecclesiae censeri potest. Is itaque Pelagianos negantes peccatum originale paruulorum in quadam epistola sic premit. Circum stipantur, diuinarum authoritate lectionum, & antiquitus tradito, & retento firmo Ecclesiae ritu in Baptismate paruulorum, ubi apertissime demonstrantur infantes, & cum exorcizantur, & cum ei per eos, a quibus gestantur, renunciare respondent, a diaboli dominatione liberari. Haec Aug. Ex quibus manifestum est, Ecclesiam semper agnouisse dominium diaboli in omnes, qui non eriperentur gratia saluatoris adominatu ipsius, & ex Graecis Basilius in instructione quadam uenientium ad Baptismum, gratia Baptismatis a tyrannide diaboli nos liberari affirmat, & idem est in concilio Florentino ex consensu Graecorum, & latinorum, ut infra B monstrabimus, diffinitum.

Aug. Ep. 105.

Explicatur duplex potestas quam dæmon in hominem acquisiuit per peccatum, et quod neutram ei in totum abstulerit Christus. Cap. IIII.

QVaeret uero hic aliquis non incommode, cur sub potestate diaboli constituti esse dicimur per peccatum Adae? quid habuit daemon ex hoc iure, siue ex hac potestate? quousque illa se extendit? per aduentum, & passionem Christi perdidit ne hanc potestatem? Quantum assequi possum, ex hoc iure potestatem ille habuit in omnes existentes in originali, uel mortali peccato, ut siquidem in eo decederent, retruderet eos in infernum, uel in lymbum puerorum. Atque ideo sub potestate ipsius dicimur omnes constituti fuisse per Adae praeuaricationem, & subea esse dicuntur quicunque sunt in mortali peccato. Et hanc potestatem clare tribuit dæmoni Graegorius in illa uerba, Et liberauit uos de manu Philistim, nam cum ex po suisset in Philistim designatos esse daemones, subdit. Quae est manus Philistim, nisi potestas illa daemonum, qua mortuas in peccato animas ad aeterna tormēta perducit? Ab ista philistim manu solus liber fuerat, qui dicebat. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Hęc Grego. Sed et alterum ac quisiuit Dæmon ex peccato Adae ratione cuius & sub

1. con. Duplex potestas dæmōis ī peccatores.

Greg. 1. Reg. 7. Manus Philistim potestas dæmonū.

2. con.

Quare diabolus princeps huius mūdi sit appellatus a Christo. *Io.12.e & 16.b.* *Eph.6.b* *Ter.li.5 aduersus Marcio.* *Hil. ī Psa. 3.con. 4.con.*

potestate ipsius constituti esse dicimur. Nam per peccatum Adæ factū est, ut manentes in originali, uel mortali decipere possit frequentius, & in infidelitatem, idololatriam, superstitionem, & alia teterrima peccata potentius inflecteret. Vnde & maximæ parti orbis miris technis ante aduentū Christi imposuerat, & eam captiuam ad suam ipsius uoluntatem tenebat. Et ob hanc causam princeps mundi huius appellatus est a Christo ipse diabolus, ut eleganter persequitur Aug. in psalmum. 54. Et Paulus eum, & satellites eius, principes, potestates, & mundi rectores appellat, siue ut significantius uertunt alij uerbū Græcū cosmocratoras. mundi dominos. Quod & Tertullianus ad uerbum dixit, mundi tenentes, & Hilarius non in eleganter est ficta una composita dictione mundi potentes. Neq; hanc, neq; priorem potestatem in totum perdidit dæmon, per aduentū Christi. Habet etiam nūc idem ius retrudendi in infernum uel lymbum decedentes in originali, aut mortali, & manentes in his peccatis captiuos tenet ad suam ipsius uoluntatem. Imminuta tamen est uehementer hæc secūda ipsius potestas per aduentum Christi. Eius quippe meritis factum est, ut non tanta, neque tot ei permittatur spiritualia nocumenta inferre præsertim fidelibus, quanta ante ipsius aduentum. Et cum prius maximam partem orbis sub tenebris ignorātie uinctam teneret, prędicatione Apostolorū factum, est ut maxima quoque pars orbis abnegato illius regno, in regnum Christi transuolarit. Detectæ enim sunt illius technę ad coruscationem Euangelij, manifestatæ nequitiæ, & præstigiæ. Et impletum est ex parte, quod Christus de deiectione illius, & de direptione suorum uasorum ante prædixerat. Vnde pulchre beatissimus papa Gregorius, in illa uerba Iob, Et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Cauernæ huius colubri corda sunt iniquorū. Quæ quia ad prauitatem propriam traxit, quasi in eorum habitatione requieuit. Sed obstetricante manu domini tortuosus coluber de proprijs cauernis expulsus est, quia dum nobis diuina gratia medetur, is qui nos tenuerat, antiquus a nobis hostis eijcitur, sicut incarnata ueritas dicit. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Vnde iam nūc sane nos omnes non tenendo possidet, sed tentando persequitur. Nam quia non in eis intrinsecus regnat, contra eos pugnat extrinsecus, & quia intus dominium perdidit, bella molitur foris. Et de Christo statim in eundem sensum exponit illa uerba Esaiæ. Delectabitur infans ab ubere super foramen aspidis, et in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Et tunc addit coronari dominum de cubilibus leonum secundum quod in canticis dicitur, quando creditur uicisse dæmones, et eos expulisse de cordibus hominum, quos ad fidem uocauit, & traxit. Diuus etiam Augustin. in epist. 107. hunc in modum ostendit nos ereptos de potestate & rectore tenebrarum harum. Intrat ipse mediator in domum fortis idest in hoc sæculum mortalium sub potestate diaboli, quantum ad ipsum pertinet, constitutum. De ipso quippe scriptum est, quod potestatem habeat mortis. Intrat

Greg.7. Mora.c.18 Iob.26. *Ioan.12.e.* *Esa.11.b* *Quādo dominus de cubilibus Leonū coronatur.* *Cant.4.c.* *Aug.*

in domū

A in domum fortis, id est, in suo dominatu habentis genus humanum, & prius alligat eum, id est, eius coheret & cohibet potestatem, potestatis suę fortioribus uinculis, & sic eripit uasa eius, quaecunque praedestinauit, arbitrium eorum ab eius potestate liberans, ut illo non impediente credant in istum libera uoluntate. Haec Aug. *Praedestinati uasa fortis.*

Quod non habuerit daemon potestatem aliquam supra electos, qui erant in sinu Abrahae. Cap. V.

SVperest tamen hic dubium non contemnendum, an praeter has duas potestates, quas super solos Dei inimicos habebat, decipiendi scilicet eos, & inclinandi in uitia, & retrudendi in loca suae ditionis in eorum obitu, habuerit etiam aliquam potestatem in electos, quam in totum perdiderit in aduentu Christi. Et posset quidem alicui uideri probabile, habuisse daemonem potestatem detinendi electos in sinu Abrahae, quousque Christus pateretur, & plene exolueret, & satisfaceret pro poenis, quas illi erant commeriti. Argumenta, quibus in hanc sententiam inclinari posset, quae quidem mihi occurrerint, sunt haec. Non fuerunt electi perfecte redempti uel liberati a potestate demonis, usque ad passionem Christi, sed indiguerunt semper ante illam redemptore, & liberatore, neque prima iustificatio aliquibus satis fuit ad perfectam ereptionem ab hoc tyranno. Quare soli Christo dictū est. Dedi te in foedus populi, ut suscitares terram, et posideres hęreditates disipatas, ut diceres his qui uincti sunt, exite, et his qui in tenebris reuelamini. Deinde. Non diripuit solum Christus a daemone aliqua uasa, q̄ hic habebat, sed diripuit etiam uasa aliqua, quae habebat extra hoc sęculum. Et alias non fuisset opus, ut portas ereas contereret, & uectes ferreos confringeret, sub quibus arctisime custodiebātur sancti patres. Insuper. Habuit diabolus ante mortem Christi, teste Paulo, mortis imperum. Ergo mortui omnes transibāt in eius ditionem. Qua.n. alia ratione, mortis, posit dici, habuisse imperiū, cū ille nō habuerit potestatē inferendi mortē? Et in hūc sensum uidenť patres usi hoc testimonio in hoc cōcilio Cano. 1. de peccato originali. Et nisi hoc dicamus, nulla erit potestas, quam in totum perdiderit dęmō p aduentū Christi. Et uidetur hoc sensisse Gregorius cū illa uerba, liberabit uos de manu Philistini, ad liberationem a dęmone p Christū factā transfert. Tale est, inquit ac si dicat. Liberabit uos de potestate spirituū malignorum, ut uelut fugatis de itinere crudelibus hostibus, dum mors carnis interuenit, ea quae cupitis, eterna gaudia securius adeatis. Et paulo post. O quam maximum, in uitę huius transitu potestatem cruentorum spirituum non incurrere. His tamen non obstantibus, quae non erit ualde operosum diluere, probabilius uidetur, nullam talem habuisse daemonē potestatem supra electos qui erant in sinu Abrahae. Et hoc ex presse fatetur Bernardus ubi supra, cuius sententiam possumus his argumentis firmare. Ratione peccati, uel originalis uel mortalis solum, constituimur sub potestate daemonis. Non enim alia ratione pateretur eum Deus cuiquam dominari. Et de

1. argumē. Electi ante pasionem Christi eguerunt redemptore. *Esa. 49.* *2. Arg. Quae Christus eripuit a daemone uasa* *3. Arg. Heb. 2. Quare dicitur diabolus habuisse mortis imperium.* *4. Argu. 1. Reg. 7.* *Nullā habuit daemō potestatem in electos manētes in sinu Abrahae.*

primis parentibus nostris uel ex his uerbis decreti, quæ modo exponi- C
mus, constat eos liberos fuisse ante lapsum a dominatu dæmonis, & per
peccatum introisse in mundum dominium, & ditionem ipsius. Ergo pecca
2. Arg. tis deletis, aut remissis, non amplius est dicendus quispiam sub potestate ip
Iustificatio sius positus. Deinde. Per iustificationem de potestate dæmonis eripimur,
eripit nos & transferimur in regnum Christi. Iustificatis enim omnibus loquitur
a dæmonis Paulus. Gratias agentes Deo, & patri, qui dignos nos fecit in partem sor-
potestate. tis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, &
transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Et non alio modo diripiebat
Christus prædicatione sua uasa dæmonis, quam adducendo ad fidem
Luc. 11. d ueram, & iustificando ipsa. Et qui dixit immundum spiritum reuerti in do-
mum suam unde exiuit, cum eam inuenit uacantem scopis mundatam, &
ornatam, & fieri nouissima hominis illius peiora prioribus, satis indicauit
exire dæmonem a peccatoribus, cum iustificantur, & redire ad eos redeun-
Chri. Ho. tibus dũtaxat peccatis. Vnde & Chry. de peccatoribus ait. Abiecto pec-
52. in Ioan. cato non sunt amplius serui. Et Basi. liberamur ab amarulenta diaboli ty-
Bas. lib. 1. rannide, dum liberati sumus a dominio peccatorum. Insuper. Nullus po-
de Bap. test simul esse sub potestate Christi & dæmonis. Neque stat quempiam si-
3. Arg. mul spectare ad regnum utriusque. Nam sunt regna longe inter se diuersa.
Colo. 1. b. Et Paulus cum dixit, nos ereptos esse de potestate tenebrarum, ut hoc ex-
plicaret, mox adiecit, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Et alibi di
2. Co. 6. c cit. Quę participatio iustitię cum iniquitate, aut quę societas luci ad tene- D
bras? Quę autem conuentio Christi ad Belial? aut quę pars fideli cum infi-
deli? Cum ergo iusti omnes, amici sint & filij dei, & ad regnum ipsius spe-
ctent, & sub dominio illius militent, nequaquam uerisimile est, eos etiam
4. Arg. esse sub potestate tanti tyranni, & tam sęui hostis glorię dei. Accedit his
Ioan. 12. c. quòd dęmon. appellatur princeps mundi huius, & rector tenebrarum sęcu
Colo. 1. b. li huius. Electi uero sicut docet Paulus sunt filij lucis, et filij diei, & Christus
1. The. 5. a clare asserit, eos non esse de hoc mundo. Non habet etiam dęmon potesta-
Ioan. 15. c. tem super animas purgatorij. Exaudit nanque Deus Ecclesiam orantem.
& 17. c. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. Et longe ille abest a purgatorio.
Animæ Et qui de hac uita cum gratia exierunt, uiriliter eum uicerunt, & gloriosum
purgatorij de illo triũphum reportarunt, nõ amplius illi subiecti esse existimãdi sunt?
liberæ apo Multo ergo minus potestatem aliquam habuerit dęmon super electos, qui
testate dæ erant in sinu Abrahę, & plene iam pro omnibus proprijs peccatis satisfece
monis. rant. Pręterea. Electi qui detinebantur in sinu Abrahę, non patiebantur ali-
5. Arg. quam pœnam, cui inferendę opus esset ministerio dęmonũ. Soli enim pœ-
nę damni obnoxij erant. Et ad eam satis erat, Deũ non se illis prębere uidẽ-
dum. Neque in ea pœna, uel inferenda, uel mitiganda, uel auferenda ullum
ius dæmon habuit. Superfluum igitur est talem ei & tantam tribuere pote
6. Arg. statem. Adhęc. Non dęmon, sed angeli iustorum animas in sinum Abra-
Luc. 16. hę deportabant, ut aperte constat ex historia Lazari mendici. Ergo ne-

A que ille erat, q̃ sanctos patres in sinu Abrahæ, detinebat. Nã si ius habuisset eos ibi detinẽdi, habuisset & eo deportandi. Itaq; in existẽtes in peccato originali uel mortali ius habuit dęmõ, & habet, & nõ utcunq;, sed tale ut uasa etiã, & arma ipsius, & possessio eius merito dicantur. Iusti tamẽ quandiu perseuerarũt in iustitia. neq; in hoc sęculo, neq; extra illud sub potestate illius fuerunt. Quare consulto nostrũ decretum non alios quã obnoxios peccato constitutos esse tradit per peccatum Adæ sub potestate diaboli.

De sexto incommodo secuto ex peccato Adæ. *Cap.* VI.

SExtum detrimentũ, quod per peccatum Adæ affirmamur incurrisse, est reatus ad mortem. Et hoc patet ex lege illa diuina. De ligno scientiæ boni, et mali ne comedas. In quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Quid est aliud, Morte morieris, quam quod periti phrasiũ Hæbraicarum apertius exponunt, certo certissimeq; morieris, & reatum incurres ineuitabilem mortis? In hæc autem mala omnia, & alia, quæ sub his cõprehenduntur, dicimur incidisse per præuaricationem Adę, quia peccante, Eua, & perseuerante in iustitia Adam, nullũ talium maloꝝ in nos redundasset. Non.n. cum Eua, sed cũ Adam factum est pactũ de nostra iustitia, si ille perseueraret in iustitia, & de nostra inimicitia, & peccato, siquidem ille pter grederetur mandatũ domini. Quod quidẽ satis potest ex uerbis Osee paulo antecitatis. Quia tamen non usq; quaq; est certũ inter doctores, an hæc mala in nos Adam transmiserit p superbiã suam, uel per nimiũ & immoderatũ amorẽ suę uxoris, uel p uolũtatem comedendi de ligno uetito, uel tandem per ipsam sumptionẽ, & manducationẽ illius, ut locus esset disputationibus scholasticis, neq; de rebus incertis certa usurparetur, aut ferretur sentẽtia, prudẽter usum est. Cõci. uerbo generali p̃uaricationis, ex quo tantũ possumus colligere, nõ fuisse in nos transfusum peccatum orig. p omisionem alicuius pręcepti aff. sed p transgresionem alicuius negatiui. Pręuaricatio.n. transgresio est positiua legis. Et in his imitati sunt patres Paulũ, qui ad Ro. huiusmodi, generalitate utitur, & ualidissime totã istã doctrinam cõfirmat. Et ex eo constare poterit Apostolos ita docuisse, & tradidisse nobis, sicut hic tradit sancta Syn. Ait ergo. Per unum hominem peccatum in hũc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Et paulo post. Vnius delicto multi mortui sunt. Et statim. Iudiciũ ex uno in condemnationem. Et mox. Vnius delicto mors regnauit per unum. Et rursus. Per unius delictum in omnes homines in condemnationem. Et iterum. Per inobædientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. Et paulo superius. Cum peccatores, & inimici essemus, reconciliatos nos dixerat Deo per mortem filij eius, ut iustificati sanguine ipsius salui essemus ab ira per ipsum. Ex quibus omnibus patet, Paulum non nisi generalibus uocabulis peccati, delicti, & inobedientiæ fuisse usum, & unius præuaricationi imputasse, quòd innocentiam perdidimus, q immundi facti fuimus, quòd iræ, & inimicitiæ diuinæ obstricti

Gen. 2. c

Phrasis Heb.

2. cap.

C *Cur nomine præuaricationis usi sunt patres.*

Rom. 5.

scimus,& potestati, & regno mortis addicti. Et concilium Mileuitanum C aperte asserit, paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos esse in remissionem peccatorum, ut regenerationis lauacro expietur macula originalis peccati, quam ex Adam trahunt. Et expresse asseuerat Ecclesiam catholicam ubique diffusam semper ita intellexisse hunc locum Pauli statim citatum, ut ex eo constaret, etiam paruulos, qui nihil peccatorum in se metipsis committere potuerunt, generatione traxisse, quod regeneratione mundetur. Et ibidē capite primo asseritur, ex peccato accessisse Adę reatus mortis, & nisi peccasset, nunquam eum moriturum. Et probauit hæc sancta Synodus et confirmauit per omnia utrunque istorum canonum in decreto de peccato originali. Et in hac tota doctrina nihil, quod sciā, a nobis dissentiūt lutherani. Cōstanter ubique et satis nobiscum consentanee illam docent Protestantes in suis confessionibus, apologijs, et libellis aliis. Dānati uero sunt in hac patrum diffinitione Pelagiani, Armeni, Albanenses, & alij si qui fuerunt, qui negarunt peccatum originale. Nemo tamen sub hac conclusione intelligat comprehensam esse Dei param uirginem. Ideo enim concilium in huius conclusionis assertione remisit se ad decretum aliud de peccato originali, quod in quinta sessione Ediderat, quia in illo clare explicuerat, non esse intentionis suæ comprehēdere eam sub lege illa uniuersali. Et propterea in hoc decreto generalem doctrinam de his tradidit, ut doceret, quid consecutum fuisset, quantum fuit ex ipso peccato Adę in omnibus eius posteris secundum naturalem propagationem, & omnes nos indiguisse misericordissima iustificatione. Quod & de beatissima uirgine uerum est. Quāuis enim D ut alias probabilius faciemus faciemus, non contraxerit peccatum originale, uerissimum tamen est eam indiguisse redemptione, & iustificatione non minus, immo magis, quam si uere contraxisset peccatū originale. Sed hæc satis poterunt esse ad primæ conclusionis, quam capite. 1. statuimus explicationem, et confirmationem. Et idonea abunde sunt ut agnoscentes quantis malis obnoxij concipiamur & nascamur, non superbiamus, non inflemur, sed humiliemur iugiter sub omni potenti manu dei, qui unus potest nos de tantis miserijs eripere, quemadmodum sequentes & communientes doctrinam patrum in secunda conclusione, quam in principio huius libri præmisimus, iamiam monstrabimus.

Conci. Mileui. c. 2. Paruulos Baptizandos inexpiationem originalis maculæ.

Hæretici negantes peccatum originale.

Caruit originali Deipara uirgo sed indiguit redemptore.

Inefficaces esse naturæ uires ad liberandum a malis ex peccato Adæ contractis. Cap. VII.

TAnta est & tam insanabilis plaga quam Adam sua pręuaricatione toti suę posteritati inflixit, tam graue iugū, quod ille nobis suis filijs imposuit, tam dura seruitus, cui nos addixit, ut mox patres subiecerint, neque per naturæ iures, neque per legis literam potuisse quempiam nostrū ab eis malis liberari, in quæ uenimus per illius peccatum. Et imbecillam esse naturam nostram, & eneruem, ac prorsus in efficacem ad liberandum a tantis miserijs duplici uia confirmare possumus. Primo quidem quia ad iusti-

Impossibilis naturæ erutio

C ficationem requisita est seruacio omnium mandatorum diuinorū, & post lapsum Adæ nemo nostrum ex solis uiribus naturalibus ea seruare potuit. Qua in re communiter semper cōuenerūt doctores Theologi, & antiqui, & Scholastici. Et falso eis oppositum imponit Philippus in Apologia confessionis Augustanę. Et hoc luculenter ostendimus in opusculo de iustificatione, tum apertis scripturæ testimonijs, tum ex Innocentio huius no. 1. In responsione ad Mileuitanum Concilium, & Carthaginense, & Celestino. 1. cap. 10. primę suę Epistolę, & ex Con. Mile. & ex quodam Carthaginen. ab eodem approbatis, & multorum doctorum sanctorum, sed præcipue Augustini & Hieronymi attestationibus, & non nullis ualidissimis argumentis. Secundo. Nulla opera nostra, quantuncunque præcellentia, & perfecta promereri possint remissionem peccatorum nostrorum. Indigna quippe sunt gratia, & iustificatione diuina, & tanto beneficio diuinæ misericordiæ longe inferiora. Et nisi gratis ille, et ex misericordia nos iustificet, & sibi reconciliet, & ad suam gratiam recipiat, quis nostrum, uim ei inferre queat? quis iure tantam gratiam postulare audeat? liber ille est ab omni lege, & neminem tenetur iustificare. Et peccatum quoduis uel originale, uel mortale dignum est perpetua ira, & inimicitia diuina. Et hoc est quod patres contra Pelagium, & Celestium in Concilio Palestino & Arausicano secundo prætenderunt, asserentes nemini dari gratiam, aut

D remissionem peccatorum secundum merita. Quod & nos apertissimis scripturæ locis, & ex Hieronymo, Ambrosio, Augustino, multisq; fortissimis argumentis perspicuum fecimus, & ab argumentis quæ cōtra fieri poterant, latissime defendimus in libello de iustificatione. Quemadmodum autem Paulus dicit, Si ex lege est iustitia, gratis Christus mortuus est, ita pulchre, & uerissime dicit Augustinus. Si per naturam iustitia, gratis Christus mortuus est. Et uel unum illum Pauli testimonium in huius ueritatis cōfirmationem satis esse potest. Si gratia iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Transeamus itaq; ad ostendendam legis ueteris infirmitatem.

[Margin: mādatorū. 1. arg. Calumnia Melanchthonis in scholasticos. q. 8. 2. argum. Indigna opera nostra gratia. q. 6. Gal. 2. 3. arg. Aug.]

De legis Mosaicæ insufficientia ad iustificationem. Cap. VIII.

Quod uero, ut patres simul asseruerūt, necq; antiquę legis littera quę quā iustificare potuerit, aut a prædictis malis liberare, his possumus cōfirmare argumentis. Paulus ad Romanos scribit, impossibile fuisse legi, ut præstaret iustificationem, & ea causa missum esse filium dei ad nos, ut quod lex non poterat, ipse concederet. Quod impossibile enim, dicit, erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus. Galatis etiam asseuerat neminem in lege iustificari, & sub maledicto esse, quicunq; ex operibus legis sunt. Cum ergo certissimum sit, multos fuisse in ueteri lege sanctos & iustos, & a Deo be-

[Margin: Ro. 8. Gal. 3.]

3.arg. ne dictos, relinquitur hoc unum his uerbis docuisse Paulum, neminem per C
1.Rom.4. legem potuisse iustificari, & eos omnes sub maledicto esse, & fuisse, qui ea
Gal.3. sola fecerunt, quae per legem efficere potuerunt, & ab ea iustificationem suã
D. expectarunt. Et hoc est, quod idem Paulus alibi dicit, Lex irã operatur. Et
2.D. rursus de ipsa lege, ut Augustinus multis in locis & Basi. lib. i. de baptismate exponit, Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Et alias. Si enim qui ex lege heredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Si data esset lex, quae posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia. Si ex lege est iustitia, gratis Christus mortuus est.
Scopus epistolarũ Pauli. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini. Et quidem si pro dignitate expendantur epistolae Pauli ad Romanos & ad Galatas, hic probabitur esse earum praecipuus scopus, ut ostendat neque per naturam, neque per legẽ
Rupertus. Exod.28. potuisse quempiam iustificari, sed per unum Iesum Christum. Ideoque illae satis possunt esse, ut constet, hanc conclusionem nobis esse tradit tam Christo, & ab Apostolis. Unde & pulchre Rupertus sacramenta uestium summi sacerdotis edisserens de duobus lapidibus Onychinis super humeralis ita inquit, Duo lapides duo sunt populi temporibus quidem disiuncti, sed causa, uel sacramento coniuncti, quorum Christus peccata in corpore suo pertulit. Neuter quidem aliter nisi per Christi gratiam saluari, & uter uno eodemque portitore indiguit. Haec Rupertus. Sed ut constet etiam perpetuo tenuisse Ecclesiam catholicam hanc legis Mosaicae inefficaciam adijciã
Can.16. his alia. In Concilio Arausicano secundo, sic legimus. Nemo ex eo, quod uidetur habere, glorietur, tanquam non acceperit, aut ideo putet se accepisD se, quia litera extrinsecus uelut legitur, apparuit, uel ut audiretur sonuit.
Can.21. Nam sicut Apostolus dicit. Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Et iterum. Eis, qui uolentes in lege iustificari, & gratia exciderunt, uerissime dicit Apostolus, Si ex lege est iustitia ergo gratis Christus mortuus est. Iam hic enim erat lex, & non iustificabat, iam hic erat & natura, & non iustificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum impleretur, qui dixit. Non ueni legem soluere, sed adimplere, & natura per Adam perdita, per illum repararetur, qui dixit uenisse se quaerere, & saluare quod perierat. Neque leuis habenda est horum canonum autoritas. Nam si bene inspiciatur acta illius concilii, potius censebuntur canones Apostolicae sedis, quam concilii alicuius Prouincialis. Et hanc eandem sententiam docuerunt uno consensu doctores catholici asserentes passim in suis scri-
Io.1. ptis cum Ioanne legem per Moysen datam esse, gratiam autem, & ueritatem per Iesun Christum factam, et peculiariter Aug. & Cyrillus in haec uerba. Et Cyrillus de differentia legis & gratiae Christi ibi multa disserit.

Obiectio apparens. *Diluitur obiectio apparens contra assertam infirmitatem legis ueteris* Cap. IX.

Dicet tamen aliquis. Si per legem nemo potuit iustificari, nullũ ergo ueteris legis sacramentum, nullus ritus praeceptus a lege conferebat gratiam, & ex consequenti omnes & paruuli, & adulti, qui uixerũt in ueteri testamento, fuissent in peccato mortui, uel mortali, uel certe originali.

A Nullum quippe huiusmodi peccatum deletum unquam est sine infusione gratiæ. Hoc argumentum adeo male urgebat quosdam patres Concilii, ut putarent haud quaquam uere posse dici, per legem ueterem neminem fuisse iustificatum. Si enim per sacramentum ueteris legis, quale fuit circūcisio, paruuli circuncisi consecuti sunt remissionem originalis peccati, & iustificati sunt, quomodo aiebāt, negari possunt, Iudæos potuisse per ueterem legē iustificari? Et tñ eorū autoritas ualuit, ut ne uideref præiudiciū fieri opinioni grauiū autorū dicentiū sacramentū circuncisionis potuisse iustificare paruulos, coacti fuerint tandē patres in eorū gratiā, sic tēperare sententiā, ut tm̄ dicerēt, per literā legis neminē potuisse iustificari, neq; abhorret hic modus loquēdi ab Au. qui in ep. quadā ideo dicit Apostolū, iustitiā, q̄ ex lege est, suā dixisse, quia lex p literā iubet, nō p spiritū iuuat. Sed si ego p legē credere potuisse Iudæos iustificari, crederē & p literā legis idem ipsum potuisse præstari. Litera quippe legis erat, q̄ sacramētū circūcisionis pro paruulis & fidem pro adultis præcipiebat. Et quanuis Paulus legis literam ab spiritu distinxerit, cū dixit. Litera occidit, spiritus autem uiuificat, & eum imitati patres potuerint ea forma loquendi uti, qua hic usi sunt, eundem tamē Paulum, & Concilium, Arausicanum in testimoniis iam citatis absolute uideo, & absque ullo scrupulo pronunciasse per legem neminem potuisse, iustificari. Neq; argumentum in contrarium factum tanti faciendū est, ut propter illud uereri debeamus asserere, neminem per legem ueterem fuisse iustificatum. Quod si testimonia iam inducta sufficere non uidentur, ut sic absolute

Respōsio.

Cur patres dixerint, neminē p literā legis potuisse iustificari.

Aug. ep. 106.

Potuerunt patres dicere neminē p legē potuisse iustificari.

B loquamur, certe poterunt ab hoc nos scrupulo liberare, quæ ad Hebræos Paulus scribit. Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam maginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Alioquin cessassent offerri, ideo, q nullam haberent ultra conscientiam peccati cultores semel mūdati. Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile est enim sanguine taurorū, & hircorum auferri peccata. Et Paulo inferius subdit. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata. In quibus manifestum est, eum asserere, neq; legē Moysi, neq; uetera sacrificia potuisse quenq; sic perfectū facere, ut auferrent ei peccata. Quod si hoc dixit de lege absolute, & de sacrificiis in particulari, q̄ ad remissionē peccatorū erat instituta, idē ipsum & de oībus aliis ritibus, & cæremoniis, & de ipsa circūcisiōe credēdū est eū sensisse. His q; accedit q Abrahā p fidē dicit iustificatū, & nō p circūcisionē, et circūcisionē illius, solū appellet signaculū iustitiæ fidei. q̄ est in pputio. Et alibi ueteres ritus infirma, & egena elemēta gña liter pnūtiat. Et quia prius tesīm culpa nō uacabat, ideo scdi locū inquisitū dicit. Nō est tñ necesse pp ista cōcedere, caruisse grā, et ī peccatis decessisse oēs & paruulos, & adultos ueteris testī. Impietas hæc est Armenorū, qui teste Guidōe Carmelita insūma de hæresib. asseruerūt. oēs hoīes mortuos añ passionē Chri, dānatos esse & infernū descēdisse Aliudq; ē aliquos iustificatos

Heb. 10. a.

B.

Ro. 4.

Gal. 4. b.

Heb. 8.

Error Armenorū.

esse. Aliud iustificatos esse per legem. Primum concedimus, secundum negamus. In circuncisione data fuit gratia paruulis, non tamen per eam, sed per fidem. Et in sacrificijs consequebantur per sæpe Iudei gratiam, non per ipsa tamen oblata, sed per fidem, & bonos motus ipsorum. Et hanc differentiam docuit nos Concilium Florentinum his uerbis, sacramenta nouę legis multum differunt a sacramentis antiquæ legis. Illa enim non causabãt gratiam, sed eam solam per pasionem Christi dandam esse figurabãt. Hęc uero nostra & continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt.

Concilio. Flo.

Et licet circuncisio non fuerit ex Mose, sed ex patribus, tamen cum non solum approbata, & recepta, sed præcepta etiam fuerit a lege ueteri, nescio cur non & inter sacramenta antiquę legis debeat computari. Sed qui tenẽt cum doctore subtili & plerisq; nominalibus circuncisionem ipsam contulisse gratiam paruulis, possunt & ad Paulum & ad ista uerba decreti nostri, & ad Concilium Florintinum, & Arausicanum, si generaliter intelligãtur, respondere dupliciter. Primo dicent, non habuisse circuncisionem hoc a se, neq; a lege, sed a Christi meritis pręuisis. Et sicut dicentes cum Paulo fidem iustificasse ueteres, non coguntur dicere, legem, quę illam pręcipiebat, quenquam iustificasse, non enim hoc fides habebat ex lege, sed a Christo, quem profitebatur, ita dicentes circuncisionem iustificasse, non est necesse ut dicant legem iustificasse. Et si bene perpendamus, quę in proximo capitulo huius decreti statim asserantur, apertum erit, tantum intendisse patres asserere, neq; per naturam, neq; per legem potuisse sola ipsorum uirtute absq; aduentu Christi cuiquam iustitiam pręstari. Huc enim tendunt omnia, quę his dicuntur, ut ostendatur mediatoris necesitas. Hic etiam unus scopus fuit Pauli. Itaq; si concedatur ab illo habuisse ueterem legem, ut per aliqua, uel sacramenta, uel opera quę pręcipiebat, homines iustificarentur, neq; Paulo, neque nostro decreto aduersabuntur, qui dixerint, circuncisionem potuisse gratiam conferre. Secundo euadere possunt dicentes, & in Paulo & in Concilijs allegatis sermonem esse de iustificatione perfecta, quę sufficeret ad faciendos beatos decedentes ex hac uita sine aliquo reatu propriorum delictorum, ideo asseri, neq; legem Moysi, neq; sacramenta uetera quenquam iustificasse, quia nulli ueterum tanta est gratia per illa pręstitã ut sufficeret ad regni cœlorum cõsecutionem antequam ipsius ianuã Christus passus referaret. Et quidem Concilium Florentinum sic esse exponendum, & sic etiam Paulum & alia prędentia Concilia interpretanda censuisse, possumus probare, quia dixit sacramenta ueteris legis non causasse gratiam, sed eam solum per pasionem Christi dandam esse figurasse. Gratia enim per pasionem Christi ueteribus danda erat, quę sufficeret ad consecutionem regni cœlorum. Et quia lex noua Christum complectitur autorem, & confirmatorem gratiæ, & paradisi fores referatas habet, & gratiã ex consequenti per sacramenta præstat, quę iustos decedentes sine reatu aliquo propriorum delictorum mox in regnum cœlorum introducit.

Circuncisio inter sacramenta ueteris legis debet cõputari.

Duplex euasio pro Scotist. et recentioribus scholasticis.

1. Euasio.

Rom. 3.

D

2 Euasio.

Lex noua iustificat.

A Ideo dicere nō debemus etiam de litera legis nouæ, quod hic patres uerissime differunt de litera legis ueteris, & de lege absolute potuerunt dicere. Explicemus ergo quæ patres de libero nostro arbitrio mox subiciunt.

De attenuatione liberi nostri arbitrij per peccatum. Cap. X.

DVo tradunt patres hoc loco de lib. nostro arb. Aiunt nanque attenuatum illud fuisse per peccatum, sed nō extinctū. Et quidē attenuatum illud fuisse, aperte diffinitum est in Con. 2. Arausi. tanq̃ conforme, & per omnia consonum sacris scripturis, & sanctis patribus. Nam si quis aiunt per offensam præuaricationis Adæ, non totum, id est secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo dicit corruptioni obnoxium Pelagii errore deceptus, aduersatur scripturæ dicenti, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et nescitis, quoniam ait exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis? Et a quo quis superatur, eius & seruus additur. Et can. 8. a recta fide docetur alienus qui non asserit omnium liberū arbitrium per peccatum primi hominis infirmatum. Et canon. 13. iterum dicitur arbitrium uoluntatis in primo homine infirmatum. Et cano. 25. subditur. Secundum supra scriptas sanctarum scripturarum sententias, & antiquorum patrum diffinitiones, hoc Deo propiciante, & prędicare, debemus, & credere, q̃ per peccatum primi hominis ita inclinatum, & attenuatum fuerit liberum arbitrium, & nullus postea aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum, & misericordia diuina præuenerit. Hęc ibi. Diffinitum etiam hoc fuerat ab hac sancta Synodo in decreto de peccato originali. Et frequenter generi humano aptant doctores, & peculiariter Aug. & magister sententiarum hominem illum, qui descendit ab Hierusalem in Hierico. Estq; illud iam uelut prouerbio iactatum, Expoliatum hominem gratuitis, & uulneratum, in naturalibus. Et in confirmationem huius sententię adduci possunt omnia illa, quę latissime disseruimus in opusculo de iustificatione, cum probauimus in hoc statu sine Dei speciali auxilio neq; omnia posse nos implere diuina mandata, neq; credere in Deum, sicut oportet, neq; diligere ipsum, aut dolere de peccatis propter ipsum, neque perseuerare in Dei gratia, neq; præcellentia aliqua opera facere. Quæ quidē oīa potuisset, homo siquidē permansisset in statu innocentiæ. Alias nō fuisset in eo natura nr̃a integra. Quamobrē diuus Augu. iure queritur de Pelagio, q̃ nō apte fateretur liberū arbitriū in nobis esse infirmū, et inualidū, donec sanent oēs languores aiæ. nō. n. inquit, ꝓ infirmitate corpis precabat, q dicebat. Miserere mei dn̄e, qm̄ ifirmus sum. sana me dn̄e qm̄ cōturbata sunt ossa mea. Nā ut ondēderet, ꝓ aia se rogare, secutus adiūxit. Et aīa mea turbata est ualde. Hęc Aug. Et si añcedētia, & sequētia cōsulamus, uidet qdē ille sensisse hūc errorē dānatū tū fuisse in cō. Pale. cū pr̄es coegerūt Pelagiū anathematizar̄ iter alios hūc errorē. Peccatū ipsum solū læsit, & nō genus humanū

can. 1. Eze. 18. a. Ro. 6. c. 2. Pet. 2. d. Can. 1. Aug. 3. Hypog. Mag. 2. d. 25. c. 8. a. q. 8. usque ad. 14. Aug. ep. 106. Psal. 6.

Quantum & quousque debilitatæ fuerint uires nostri arbitrij per peccatum. Cap. XI. C

NOn sunt tamen usque adeo imminutæ nostræ libertatis uires, ut nihil possimus boni facere cum sola generali influētia, nullum implere præceptum, nullum uitare peccatum, nullam uincere tentationem. Possumus etiam nū omnia ista, ut late disseruimus ubi supra, cum communi scholasticorum sententia contra Grego. Arimi. Imminutæ tamen in duobus sunt. Quia nec possumus modo cum solo generali dei cōcursu omnia seruare mandata, aut omnia uitare peccata. Neque ualemus quodcūque præceptum implere, aut quodcunq; bonum opus facere, sed ea duntaxat, quorum executio, neq; magnam habet difficultatem neq; eximiam laudem. Et leues quidem possumus uincere tentationes, non autem fortes, & uehementes, nisi Deus peculiariter adiuet. Sed cum naturalia, teste Damasce. manserint integra in dæmonibus, cur in nobis attenuatas dicimus arbitrij uires? Attenuatæ sunt arbitrii nostri uires in hoc statu, si conferantur ad perfectionem, quam habuerunt protoparentes nostri in statu innocentiæ per naturam, & donum iustitię originalis, non autem, si conferantur ad uires, quas haberet homo in solis suis naturalibus creatus. Et respectu earum perinde possent dici naturalia in nobis mansisse integra, ac in dæmonibus. Virium corporis imbecillitas, difficultas ad resistendum malis, & faciendum bona, quam in nobis experimur, et ipsa lex membrorum carnis scilicet rebellio ad spiritum ex conditione est naturę nostræ, & non ex aliqua mala qualitate transfusa in nos a parentibus nostris, ut communiter docent scholastici contra Grego. Arimin. & perinde, atq; in nobis, fuissent in hominibus creatis in puris naturalibus. Habet tamen hæc in nobis rationem pœnæ, quam non haberent in creatis in puris naturalibus; quia Deus hos defectus naturales reformauerat per iustitiam originalem, quam perdidimus per peccatum. Et quia illa tantum data est ad reformandum defectus naturales, donum naturæ censetur, & quæ ab ipsa in homine fuerunt, & fuissent, dicuntur naturalia. Nam gratuita, ut distinguuntur cōtra naturalia, ea duntaxat uocantur, quæ perficiebant in ordine ad supernaturalia, ut gratia, dona Spiritussancti & uirtutes infusæ. Quia uero istis omnibus expoliatus est homo propter peccatum, perfectiones uero naturales non omnino ei ablatę sunt, sed diminutæ, extenuatæ, nempe quantum ad illud, quod hebebant a iustitia originali, ideo expoliatus dicitur homo fuisse gratuitis, & uulneratus in naturalibus. In angelis autem nullus fuit defectus naturalis, cuius correctio, uel reformatio dono aliquo gratuito iustitiæ originalis indigeret, sed tota ipsorum perfectio circa naturalia a natura ipsius erat, neq; plus habuissent, neq; minus creati in puris naturalibus, eaq; causa illorum bona naturalia dicuntur integra mansisse, nostra autem diminuta esse, & inclinata. Et ex his possumus probare, liberum arbitrium non fuisse extinctum per peccatum. Quoniam illud tantum perdidimus, quod

Damasc. 1.q.

D

Nulla qualitas mala in nos ex Adā transfusa.

Iustitia originalis donum naturæ.

C A per iustitiam originalem habeamus. Non tota uero libertas nostra ab ea erat, sed partim a natura. Commodum tamen erit seorsum istuc differere, & altius rem totam repetere.

De erroribus libero arbitrio aduersantium, & de autoribus illud defendentibus Cap. XII.

CVm diffinierunt liberum arbitrium non esse extinctum per peccatum, manifeste damnarunt omnem hæresim negantium liberum arbitrium inesse hominibus. Et ne nouum quispiam autumet hunc errorem, quidem fuerint, de hac re damnati, quiq; modo eundem tueantur, pacis subnectam. Primo hanc hæresim, quod quidem scire potuerim, defenderunt Manichæi qui nullam ponebant in homine potentiam ad utrumlibet liberam, sed duas esse dixerunt in homine animas, alteram rationalem ex bono principio conditam, & ex necessitate quæ bona & honesta sunt, operantem, alteram malam sensualem ab altero malo principio quę pari necessitate mala perpetrat. Et contra horum errorem antiquissimi tam Græci quam Latini doctores scripsere. Et peculiariter contra eos Aug. librum ædidit de libero arbitrio, ubi copiose differit causam delinquendi a propria uoluntate nobis competere & non ab aliquo malo principio. Secundo uero liberum arbitrium nostrum negauit Priscili. pars uidelicet Manichæi, qui homines fatalibus stellis alligatos esse dicebat & damnatus est a Leone huius nominis primo in epistola. 71. quæ est ad Astoricensem episcopum, & in Concilio primo Braccarensi can. 9. Et Hiero. in epi. ad Ctesiph. dicit eum sęculi gladio & totius orbis autoritate damnatum. Et hunc errorē Priscilliani defendit etiam autore Aug. lib. de hære. c. 35. Bardasanes quidam qui omnia humana fato ad scribenda esse censuit. Tertio Petrus Abailardus tempore Innocentii. 3. omnia asseruit ex necessitate absoluta euenire neq; Deum ipsum aliter posse facere res quam facit. Quod quidem olim stupidi Stoici. Empedocles, Critolaus, Diodorus, & alii stulti philosophi docuerunt. Et secutus est Abailardum Ioannes Vuit cleuus dānatusq; fuit eius error in Concilio Constantiensi sessione. 8. Non tamen continuerunt ista Martinum Lutherum pestilentissimum nostræ ætatis hæresiarcham. Primo quidem asseruit liberum arbitrium non se habere actiue ad bonum, postea uero proficiens in peius negauit omnino liberum arbitrium. Et huius hæresis eum condemnauit Leo huius nominis decimus, ut patet ex bulla cōdemnationis ipsius articulo. 30. Porro eum secuti sunt in hoc errore Oecolampadius Philippus Melanthon, Carolostadius, Vrbanus. Billicanus, & plerique alii eiusdem factionis. Verba autem lutheri in responsione ad articulum illū, nequis nos criminetur errorē hunc ei falso imponere, sunt hæc. Liberū arbitrium post peccatum res est de solo titulo, & dum facit, quod in se est, peccat mortaliter. Et subdit. Immo simpliciter debui dicere liberum arbitrium est figmentum in rebus & titulus sine re. Quia nulli est in manu sua quippiam cogitare mali aut boni, sed om-

Hostes liberi arb.

B

nia, ut Vuitclefi articulus Constantiæ condemnatus recte docet, de necef C
sitate absoluta eueniunt. Hæc ille, & tandem nomen ipsum libertatis expū
gere & abolere pergens, librum scripsit de seruo arbitrio. Contra hunc er-
rorem scripsere olim, diuus ... Grego. Nazianzenus. Prosper, Ansel-
mus, Bernardus integros libros sub titulo de libero arbitrio, uel de gratia
& lib. arb. Et nostra tempesta te copiosissime eundem errorem confutarūt
nobiles autores. Roffensis in arti, 36. confutationis Lutheranarum assertio-
num, Ioannes Eckius iu Enchiridio ar tiulo. 32. Ioannes Cochleus in. 2. lib.
contra Philippum Melanchthonem. Ioannes Driedonis in libro de gratia
& libero arbitrio, frater Alphonsus de castro in libro. 9. suę summæ aduer-
sus omnes hęreses. Sed ut ueritas diffinitionis nostri decreti, & aliorum cō-
ciliorum, quæ citauimus, cunctis manifestissima sit, primo quidem testimo
niis scripturę, secundo testimonis sanctorum, tertio apertis luminis natu-
ralis argumentis eam confirmabimus. Et ut sub compendio aliquo habe-
re possit lector omnia, quę sparsim & diffuse in hoc argumēto legimus, testi
monia scripturę ad quinq; locos communes reducemus, & contenti eri-
mus loca sanctorum suppressis eorum uerbis citare.

Probatur libertas arbitrij nostri ex scriptura Cap. XIII.

1. *arg. pro lib. arb.* PRimo quidem potest liberum arbitrium nostrum conuinci, quia in
multis locis scripturæ datur nobis optio, & electio, & permittitur ut
Deu. 30. d utrunius ex duobus eligamus. In Deuteronomio, Moyses proponit
Iof. ulti. d. populo Israelitico, ut eligat benedictionem uel maledictionem. Iosue etiam D
Num. 20. proposuit eidem, an Deum sequi uellet nec ne. In lege optio datur marito in
Hie. 21. uoto uxoris. Dauid data est optio eligendi, unam ex tribus plagis. Hiere
2. Reg. 3 4 miæ pręcepit dominus, ut diceret, populo suo. Hæc dicit dominus Deus,
b. Ecce ego do coram uobis uiam uitæ & uiam mortis, qui habitauerit in ur
3. Reg. 3. be morietur qui egressus fuerit uiuet. Salomoni dixit Deus, ut postula-
Dani. 3. c. ret ut quodcunq; uellet. Susana fatetur, angustias sibi esse undiq;, & ignora
re quid eligeret, non dubitans utrumuis suę subesse potestati, & consentire
Ecc. 15. malis senibus, & non consentire. Ecclesiasticus aperte dicit, ante hominem
posuisse Deum uitam & mortem, bonum & malum, ut quod placuerit, de
q. 3. tur & illi. Quæ uerba etiam de homine post peccatum esse intelligenda, pro
2. arg. bauimus in opusculo de iustificatione. Adhęc multa dicuntur in scriptu-
ris uoluntaria, multa uoluntarie, & ex uoluntate, & sponte fieri, & nostrę
Exod. 35. relinqui uoluntati. In Exodo uocantur uoluntaria dona, quę obtulerunt
1. Par. 29. uiri & fœminæ Israel ad conficiēdum tabernaculum. In Paralipomenō pri
mo dicitur. Siquis sponte offert, impleat manum suam, & offerat quod uo
Psal. 118. luerit domino. Dauid dicit. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine.
34. Et alibi. Voluntarie sacrificabo tibi. Esaias. Si uolueritis, & audieritis me,
Esa. 1. e. bona terræ comedetis. Hieremias. Si pœnitentiā egerit gens illa. Ezechiel
Hier. 18. b Si impius egerit pœnitentiam Christus dominus & legifer noster in Euan
Ezec. 18. e gelio apertissime testatur nostrę subesse potestati obseruantiam mandato-
rum

A rum, sequelam ipsius, & perfectionem Euangelicam dicens. Si uis ad uitam ingredi. Si uis perfectus esse. Siqs uult uenire post me, abneget semetipsum. Paulus ad Philemonem scribit. Vt nõ ex necessitate bonũ tuũ esset, sed uoluntarium. Tertio. Multa dicuntur esse in nostra potestate. Ad Cayn ait dominus. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Ioan. dicit, dedisse Deũ potestatem credentibus, ut filij Dei fiant. Petrus Ananiç dixit, etiã precium agri uenũdati in sua fuisse potestate. Paulus asserit neminẽ habere necessitatẽ, sed potestatẽ potius uoluntatis suç, ut seruet uirginem suã. Quarto. Multa dicunt in scriptura fieri a peccatoribus contra uolũtatem & expectationẽ Dei de ipsis, & in multis dicũtur peccatores resistere Deo. In Exodo dicitur Pharao resistere Deo. In Act. dixit Stephanus Iudęis, semper eos restitisse spiritui sancto. In Prouerbijs. Vocaui inqt, & renuistis. In Esaia, Expectaui ut faceret uuas, fecit autem labruscas. Et p eũdem ad Israel dicit teste Paulo. Totã die expandi manus meas ad populũ non credentem, & cõtradicentem. Ad Hierusalẽ ait. Quoties uolui congregare filios tuos sub alis, & noluisti. Et in Apocalipsi de Iezabele. Dedi illi tps, ut pœnitentiã ageret, & non uult pęnitere. Quinto. Omnia docet scriptura facere cũ consilio, & ut passim in ea est uidere, aliqua pręcipit, alia prohibet, aliqua consulit, & suadet, ab alijs dehortat, aliqua laudat, alia uituperat, aliqua pręmiat, alia punit. Omnis etiam scriptura, sicut docet Paulus, utilis est ad docendũ, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut pfectus sit homo Dei ad omne opus bonũ instructus.

Mat. 16. d
Luc. 19. c
Marc. 8. d
3. Arg.
Gen. 4.
Ioan. 1. a
Act. 5. a
1. Cor. 7. g
4. Arg.
Exo. 10.
Act. 7.
Pro. 1. c
Hiere. 7. c
Esa. 5. a. et 65. a.
Rom. 10. d
Mat. 23. d
Apoca. 2.
5. Arg.
2. Tim. 3. d

B Cũ igitur necessaria, & naturalia, neq; optioni nostrę permittantur, neq; uoluntati nostræ, aut potestati subsint, neq; uoluntaria appellentur, aut ex uoluntate & sponte fieri dicantur, neq; laudem, aut uituperium, neq; præmium, aut pœnam mereãtur, & si omnia necessario euenirent, superuacuum sit docere, arguere, corripere, erudire, pręcipere, prohibere, consulere, dissuadere, intrepide possumus dicere ex uniuersa scriptura posse colligi libertatem nostri arbitrij.

Totã scriptura sacra testis libertatis.

Confirmatur libertas arbitrij ex testimonio Ecclesiæ catholicæ. Cap. XIIII.

NEq; tantum Christus, & prophetæ, et Apostoli hanc ueritatẽ nobis tradiderunt. Sed & eam semper tenuit spiritu sancto suggerente uniuersa Ecclesia. Et præter concilia, & diffinitiones Apostolice sedis, & integros libros de hoc iã citatos hanc ueritatẽ tradiderũt nobis Origenes libro tertio de principijs capite. 3. Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionẽ, & de Monogamia, Cyp. lib. 1. Epist. Epi. 3. et in tract. de simplicitate platorum Lactã. 2. Institu. ca. 9. Irenęus. 4. lib. aduersus hęreses ca. 17. Basi. in opusculo quo pbat Deũ non esse autorẽ maloR, & in serm. quodã de lib. ar. Chrys. homilia. 60. in ca. 18. Matthęi, & disertissime in hom. quadã de conuersione Pauli. Theophilatus in parobolã de filio pdigo, Ambrosius lib. 1. de Iacob & uita beata. Hierony. ad Edibiã, & in. 3. epi. ad Damasum. Aug. de uera religione ca. 14. & cõtra Fortunatũ Manichęũ in initio scdæ disputationis, & contra Cresconiũ Grãmaticũ lib. 3. ca. 51. & 11. de ciui. Dei ca. 6. & hom. 92.

Orige.
Tertul.
Cypr.
Lactan.
Iren. Basi.
Chrys.
Theo.
Amb.
Hier.
Aug.

super Ioãnẽ,& ep.duabus ad Valẽtinũ uidelicet.46.&.47. & ep. quadã ad C Paulinũ refert in cõcilio Palestino dãnatũ Pelagium,ꝙ diceret,nõ esse li.ar. si Dei indiget auxilio & controuersia erat cũ Pelagio de auxilio gr̃æ ad iu- stificationẽ.Docuere et eandẽ ueritatẽ Hilarius primo de Trinitate,Grego- rius.13.Moraliũ ca.9.sup illa uerba Iob, Cõuulnerauit lũbos meos.Isichius lib.1.in leuiticũ super illa uerba,Vesiculã uero gutturis,et plumas &c.Cyril lus lib.3.cõtra Iulianũ apostatam prope principiũ,et.6.lib.prope finẽ,&.4. sup Ioã.c.30.Athanasius in epis.ad Ro. Damascenus.2. de fide orthodoxa ca.25.&.27.Ansel.de conceptu uirginali ca.8.Magister sniarum, & uniuersi Scholast.in.24.d.2.Et his omnibus testimonijs,& alijs,q̃ studiosis hoꝝ sa- croꝝ auctoꝝ ubiq; in suis libris occurrũt,libet suis uerbis adijcere duo, ex qbus patebit,hanc fidẽ semper tenuisse Ecclesiã.Alterũ est Hieron.qui inter alia sic scribit ad Damasum papã.Liberum sic confitemur arbitrium,ut dica mus nos semper indigere Dei auxilio,& tã illos errare,qui cũ Manichęo di cunt,hominem peccatum uitare non posse,quã illos,qui cũ Iouiniano asse runt,hoiem nõ posse peccare. Vterq;.n. aufert arbitrij libertatẽ.Nos uero dicimus,hominẽ semper & peccare & nõ peccare posse,ut semper nos libe ri cõfiteamur arbitrij.Huc usq; Hier.Alterũ est testimoniũ Aug.in.3. Hyp. libe. arb.in esse hominibus certa fide credimus,& p̃dicamus indubitanter. Et tandẽ aperte subdit,nõ esse catholicũ,qui negauerit lib.arb.Patet his uer bis Aug.& Hier.ueritatẽ hãc ut certã totius Eccl.doctrinã tradidisse.Et Ge la.in cõ.70.epi.approbauit,q̃ de arb.lib.tradidit Hier. contra Ruffinũ. D

Grego. Isich. Cyri. Atha. Dam. Ansel. Magister sen. Hiero. Aug. Gelasius.

Ex lumine naturali ostenditur libertas nostra. Cap. XV.

SEd nihil profecto hic scripturis,aut testimonijs sanctoꝝ, aut concilio- rum opus est.Ipsa experientia & lumẽ nostrum naturale manifeste no bis libertatem nostram monstrat.Neq; ego apertius mihi uideo uide- re hos characteres,quos scribo,quã sentio,meę sub esse potestati,eos scribe re,uel non scribere.Et merito dicit Aristo.negantes liberum arbitrium nõ rationibus,sed uerberibus esse conuincendos.Et cõmodissimum esset per- tinaces hęreticos,ut resipiscerent ab hac insania,in pyram aliquam mittere, & rogare num possimus,eos inde extrahere.Si enim dicerent, hoc nõ esse in nostra potestate,nihil est,quod nos parum pios in se esse, querãtur,si ue ro hoc dicant nostrę subesse potestati, iam coacti pœna & tormẽtis agno- scent,nos habere liberum arb.Enimuero unicuiq; potentiæ cognoscitiuæ suum Deus accõmodauit eiusdem generis,& naturæ appetitum.Cum igi- tur intellectus noster natura sua ratiocinatiuus sit in utranq; partem, ut ipsi in nobis experimur erit & q sibi respõdet rõnalis appetitus noster, hoc est uoluntas,liber ad utrũlibet,& natura sua in utranq; partẽ contradictionis indeterminata.Et quidẽ,qui tollunt nobis lib.arb.quid nisi stipites, & trũ- cos nos faciunt?Vix profecto homines esse, aut dici, merent tam male de

Lumẽ naturale indicat nos esse liberos. 1.Arg. Arist. in Topi. Arg.2 Arg.3

g sua ipsorum natura meriti. Neque aliud agunt, quã omnia humana perturbare, et cõfundere. Quis est locus orationibus, legibus, consilijs, pœnis, premijs, exhortationibus, dehortationibus, cõsultationibus, si nullũ habemus lib. arbitriũ? Pulcherrime sanè Aug. Si nõ est gratia, quõ deus saluat mundum? & si nõ est lib. arb. quõ Deus iudicat mundũ? Si nõ erat morbus, cur frustra medicus? Si ex nobis possumus, q̃si ex nobis, cur dicit dñs, Sine me nihil potestis facere? Aut si nihil possumus, & nihil agimus, sed solus Deus agit, qd est ergo qd' ait Paulus, oĩa possum in eo qui me cõfortat? et quõ imperatur nobis, ut uelimus, et operemur, si nõ est in manu nostra quicq̃ penitus facere, aut scd'm mandatum, aut cõtra mandatũ? Cur laudamur quia fecimus? cur uituperamur, quia nõ fecimus? Et uehemẽtissimum oĩno pro nr̃a libertate argumẽtum est. Qd' si lib. arbi. non habemus, nullum opus quantuncunque prauũ & recte rõni dissonum peccatum erit. Quis. n. peccat in eo, qd' uitare nõ potest? Vnde & idẽ Aug. alibi. Vsque adeo peccatũ uoluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatũ, si non fit uoluntarium. Et paulo post. Si nõ uoluntate male facimus, nemo obiurgãdus est oĩno, nemo monẽdus. Quibus sublatis Christiana lex, & disciplina oĩs religiõis auferat necesse est. Hęc ille. Eadenque & ab illo in alijs multis locis, & ab uniuersa Eccl. ppetuo tradita inferius copiose docebimus. Ipsosque, qui lib. arb. negant, in testimonium illius cõpellare uelim. Equidẽ, siquę quotidie in se experiunt attendant, uolentes nolentes cogi possunt ueritati isti attestari. Cur aliq̃, uel in uobis uel in alijs dãnatis? cur aliqua reprehẽditis? cur aliq̃ carpitis? cur de famulis uestris? cur de amicis? cur de iniurijs, aut dãnis uobis illatis persępe q̃rimini? Si fieri nõ possunt, q̃ nõ fiunt, neque uitari q̃ fiunt, nemo utique uel in se uel in alio culpę quidque potest tribuere. Manifeste sanè repugnat sibi Luth. cum in art. 36. iã citato, adijciens errorẽ erroribus, subdit. Qũo potest homo se ad bonũ pparare, cũ neque in potestate sua sit uias suas malas facere? Nã et mala opa in impijs Deus operat. Si uię peccatoris male sunt, qũo insane non sunt in ipsius potestate? Potest cõtra Dei obędientiã esse, qd' nostrę nõ subest potestati? Quę rõ in obedientię, aut culpę potest esse in eis operibus ad q̃ Deus ipse nos cõpellit? Si igit uię peccatoris malę sunt, & in eius erunt ptãte. Tu tibi ipsi palã repugnas, cum & malas eas dicis, & tñ eius subtrahis potestati. Sed quid est, qd' addis. Nã & mala opa in impijs Deus operat? Nunquid Deus peccati autor est? Nũquid non oĩa Dei opera bona sunt? Potest Deus suæ ipsius uoluntati aduersari? Potest a lege, & regula bonorum operũ, q̃ ipse met est, deficere? Si ipse operat mala opera impiorum, et illi ea deuitare nõ possunt, mala igit nõ sunt. Si scribentis manus bene scribendi esset regula, quidquid scriberet, bonum esset. Si pictoris alicuius manus lex esset recte pingendi, omnia quæ ille pingeret, bona essent, neque habere possent defectum ullum, quẽ uel Momus posset reprehẽdere. Cum Deus ergo totius bonitatis lex, & regula sit, perspicua est contradictio, ea esse mala, quę ipse principaliter facit, nullo ipsi cooperãte, qui possit illa deuitare, aut impedire. Qui possunt

Augu. ep. 46.

Phili. 4. c

Arg. 4

Aug. de uera relig. c. 14.

Lib. 11. Arg. 5

Contradictio Luth.

Nequeunt esse, mala Dei solius opera.

Similia.

ab eo sic facta non esse consona, & conformia regulæ suæ? Si quę Deus pręcipit, aut consulit, longisśime a peccato sunt, quomodo possunt peccata, illa censeri, ad quæ Deus non tantum hortatur, & instigat, sed etiam adigit, & compellit? Iacobus ipsa Dei bonitate admonitus dicit. Nemo cum tentatur dicat, quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat, & tu non uereris dicere, Deum esse autorem malorum, & ad ea non tantum tentare, sed necesśitatem inferre? Hanc nimirũ contradictionem, uel stupidisśimi Manichei intellexerunt. Ideo certe malum principium commenti sunt, a quo uniuersa mala essent, quia intelligere non poterant, mala esse quæ fierent a bono principio, & regula totius bonitatis. Atq; ista de causa defecit Aug. ad Manich. ut ipse de se dicit, & in eorum errorem impulsus fuit. Non enim quæ illius pietas, & religio in Deũ erat, tantam ei impietatem tribuere ausus est, ut auctor esset malorum. Et in hoc errore permansit, quousq; sibi diuinitus illuxit, uniuersa nostra peccata in nostras ipsorum uolũtates esse referenda. Manifestisśimumq; prorsus est, si libertas nostra negetur, necessarium esse in aliquod horum triũ incidere. Aut enim omnia nostra opa erunt bona, aut Deus erit præcipua causa omnium malorum, & ipsi soli ea imputabuntur, aut erit tandem aliquod malum principium, unde omnia proficiscantur mala. Hæc autem omnia quæ. & impia, & absurdisśima sunt, facile uitabimus, si libertatem nostram constanter tueamur. Nam qua parte liberi sumus, ita Deo in nostris operibus cooperamur, ut labi, & deficere pro nostra libertate posśimus. Atq; ideo omnia operum nostrorum uitia, & omnes defectus iure nobis debent, & nullatenus Deo imputari. Nos quippe sumus, qui ad mala opera, illius generali concursu abutimur, cum ille perinde, immo multo magis paratus sit nobis ad bona cooperari. Et quemadmodum nemo imputat fabro homicidium patratum gladio ab ipso bona intentione facto, nemo angelo motori orbium cælestium, quod per eorum influxum multa mala faciamus, & uitium male ambulationis claudi in detortam tibiam reijcimus, & uitium scripturæ exaratæ ab optimo scriba, in malam papyrum, aut in male temperatum calamum, ita prorsus nostra peccata non debent imputari Deo, qui auxilio duntaxat generali ad ea concurrit, sed nobis, qui deflectimus, & claudicamus ab ipsius lege, atque influxum illius in malum detorquemus. Quamobrem licet nobiscum efficiat actus, qui intrinsecam, & inseparabilem habent maliciam, nequaquam tamen, ut antiquiores Theologi probe monuerunt, causa peccati, aut auctor peccati cẽseri, aut appellari debet. Idq; hoc argumento confirmari potest. Quia in moralibus ille alicuius operis causa iudicatur, qui lege, consilio, fauore, ope, aut persuasu ad illud mouet. Deus autem tametsi, ut plerięq; Theologi probabilius sentiunt, uoluntate, & concursu suo, uelit, ac faciat nostra nobiscum peccata, neq; præcipit tamen, neque consulit, neque suadet, neque præmiat, neque approbat illa. Atque ut castius, & reuerentius de Deo loquamur, neq; pias aures

Iaco. 1.

Aug. de libe. arb. c. 2. Cur. Augu. Maniche. errori assensit.

Similia.

Cur Deus non dicatur causa peccati.

In. 1. d. 47 & in. 2. d. 37.

C

D

A aures offendamus, imitandi nobis sunt prophetę, & doctores sancti, qui hęc ubiq; Dei efficientię, & uoluntati subtrahunt, etiam si non ignorarent, neq; folium arboris sine nutu eius cadere, & subsistere nihil posse, nisi ipse uellet. Mane astabo tibi, & uidebo, ait egregius psaltes Israel, quoniam non Deus uolens iniquitatem tu es. Et Salomon. Similiter odio sunt Deo & impius, & impietas eius. Et Abacuq. Mundi sunt oculi tui, ne uideas malū, & respicere ad iniquitatē nō poteris. Et p Oseam ipse dicit. Perditio tua Israel, tantūmodo in me auxiliū tuū. A nobis ipsis est, q deficimus: q erramus q perimus. Ille semp stat ad ostiū, & pulsat, semp uocat, semper allicit, semp hortat, & instigat ad bonū. Verissimeq; dicit Aug. Deo authore, aut uolēte nemo fit deterior. Et alibi. Ad peccādum nō adiuuamur a Deo, sed ut iusta omni ex parte agamus. Et receptissima est illa Fulgētij snia. Deus nō est auctor eius, cuius est ultor. Quis nanq;, nisi prsus in humanus, & crudelis, ea ulciscat, aut puniat ad q̄ ipse hortatus fuerit, uel opē, aut fauorē præstiterit? Atq; hinc patet, impia esse illa uerba. Melāct. in adnotationibus super epi. ad Ro. certū est, inquit, oīa a Deo fieri, siue bona, siue mala, nō solū permittendo, sed & principaliter, & effectiue. Quēadmodū igit confitemur, uocationē Pauli esse propriū opus Dei, ita & adulteriū Dauidis, & sæuitiā Manlij, atq; ēt proditionem Iudæ Dei esse propria opa oportet fateri. Et quanquam eūdem errorem secutus est Bucerus in illa uerba Pauli Tradidit illos Deus in desideria cordis eoꝝ, tamē impietas utriusq; potest etiānum acrius

Psal. 5. Sap. 14. Abac. 1. d. Osee. 13. c Aug. lib. 83. q. 2. de pecc. me. c. 5. Fulg. Impia melāct. uerba Rom. 1.

B sic reuinci. Ad adulterium Dauidis, sęuitiā Manlij, et proditionem Iudę cōcursu tantū generali concurrit Deus, atq;, ut ita dixerim, uelut duci se passus est, cum omnes eos multipliciter ab eis peccatis dehortaretur, et deterreret. Paulū autem per se solū uocauit, & ad opera spectantia ad religionem, & iustificationē, ut & ipsi fatent, peculiari sua gratia nos inuitat, adiuuat, & extimulat. Multo igit magis hęc, propria Dei opera dici, debent q̄ alia, immo hæc propria opera sunt Dei, illa proprie opera nostra. Quare summo iure sancta Synodus blasphemiam omnium istorum execrata, contra omnes illos pientissime sic in canon. 5. statuit. Siquis dixerit, non esse in potestate hominis uias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari, nō permissiue solum, sed etiā proprie & perse, adeo ut sit eius propriū opus, non minus proditio Iudæ, quam uocatio Pauli, anathema sit.

Impugnantur tres quædam mediæ opiniones aduersantes nostræ libertati. Cap. XVI.

Coacti istis, aut similibus argumentis quidā ex Lutheranis sic tēperarunt sententiā, ut asserant quibem libe. arbi. sed passiue tantum, & nō actiue dicant nos habere in opationibus libero arbitrio subditis. Et alij rursus cum fateantur, nos habere liberum arbitrium, dicunt tamen nos habere liberum arbitrium, sed ad malum, non ad bonum. Estque de horum numero Oecolampadius in ad notatione quadam in hom. Chry.

1. opi. 2.

3. de conuersione Pauli. Alij autem qui magis ab erroribus sui magistri resi- C
puerunt, concessere nobis libertatem arbitrij, sed ad bona naturalia, non ad
moralia, aut certe non ad bona spiritalia ad religionem & uerum Dei cul-
Impug. 1. opi. tum spectantia. Sed intelligere non possum, quomodo aliquid sit immedia
te in mea potestate, si respectu illius tantum me habeo passiue. Neque quisque
dicit in sua potestate esse, ut in præsentia solis lumine perfundatur, uel non
perfundatur, aut in præsentia ignis calefiat, uel non calefiat. Et hoc non ob
aliud, nisi quia respectu luminis, uel caloris in nobis producti, tantū nos ha
bemus passiue. Et si tantum nos habemus passiue in actibus liberi arbitrij,
quomodo Dei adiutores a Paulo dicimur? quomodo aliqua permissa esse
dicuntur nostræ optioni, & uoluntati? quomodo & deo dicimur in aliqui
Impug. 2. opi. & 3. bus resistere, ac plane contradicere? Quamuis autem sicut iam docuimus, nō
ad omnia bona meritoria, uel spectantia ad cultum Dei, & religionem, im-
mo neque ad omnia bona moralia nostrum liberum arbitrium sufficiat, sed
gratia Dei speciali ad multa eorum indigeat, non est profecto negandum,
nos habere in ea liberum arbitrium. Habemus enim libertatem respectu
illorum, in quæ non sufficimus sine generali influentia. Et merito in Conci
Augustinus Epi. 106. lio Palæstino coactus est Pelagius referente Aug. anathematizare hunc er-
rorem non est liberum arbitrium, si dei indiget auxilio Si nihil in ista posse-
mus, neque ullam partem sibi in huiusmodi uindicaret liberum nostrum ar-
bitrium, neque ista essent in nobis laudanda, neque digna præmio, neque ad ea
nos inuitaret, et exhortaretur scriptura, neque illa præciperet, aut consuleret, D
neque, nostræ subiecta esse uoluntati, indicaret, neque quisquam dignus esset
pœna, uel uituperio, quod uel ea omnia sponte sua intermitteret. Quorum
omnium contraria, manifesta iam fecimus ex scripturis. Quod si ex liberta
te nostra nō esset, ut quidā diuinæ motioni in suam ipsorū iustificationem
assentirentur, & cooperarentur, alij uero minime, cum Deus paratissimus
sit omnes conuertere & semper stet ad ostium cordis nostri, & pulset, cur
non omnes conuerterentur, & iustificarentur? Quæ causa etiam proxima
assignari potest, ob quam Deus uni peccatori pœnitenti maiorem gratiam
elargiatur quàm alteri, nisi quia unus feruentius se in deum conuertit & per
fectius, quàm alter? Hæc autem causa nulla est, si non ille feruoris excessus, ac
proinde & nostra conuersio nostræ subesset potestati. Equidem stultissimū
est credere, Deum dedisse nobis libertatem in opera naturalia, & ciuilia, &
non in opera gratiæ & meritoria, cum ea potissimum ratione homines, &
angelos liberos fecerit, ut essent, qui cum laude opera gratię exercerēt, & ad
suipsius beatificam fruitionem peruenirent.

Respondetur ad argumenta aduersantium libertati nostræ. Cap. XVII.

1. obiectio SEd non satis est nostra firmasse, nisi etiam & quę obijciunt nostri aduer
sarij, diluamus. Afferunt primo contra nos hæretici multa sanctarum
Scripturarum loca perperam intellecta, sed præcipua, & quæ aliquam

B habent apparentiam, sunt hęc. Non est hominis uia eius, neq; uiri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos. Non potest homo, accipere quicquã, nisi fuerit ei datum de coelo. Nemo uenit ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est. Quid habes quod non accepisti? Non est uolentis, neq; currentis, sed Dei miserentis. Perditio tua Israel ex te, tantummodo in me auxilium tuum. Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora, quid loquamini. Non. n. uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Verum omnia ista, & alia similia excepto ultimo, tantum probant non sufficere libertatem nostram ad ea, quæ ad nostram salutem necessaria sunt. Excipio autem testimonium ultimum, quia respectu scientiæ insusæ fidelibus ut tempore persecutionis sapienter, & constanter respondeant, non diffitemur pasiue se eos habere, Atq; idem fortasis nonnunq; erit & de eorum responsionibus. Secundo aduersum nos inducunt orationem Ecclesiæ, Deus uirtutum, cuius est totum, quod est optimum Et illud Aug. Dum Deus remunerat merita nostra, coronat dona sua, & Bernar liberum arbitrium tantum est capax salutis. Et alibi, idem ait. Initium reuertendi ad Deum pœnitentia est, quam sine dubio spiritus operatur, non noster, sed Dei. Quibus uerbis uidetur actiuitatem omnem respectu pœnitētiæ nobis abrogare. Cyprianus etiam, ut sæpe ex illo citat Augustinus. Gloriandũ, inquit, in nullo quia no-

Hier. 10. d
Ioan. 4.
.c.
Iaco. 1. c.
1. Co. 4. b.
Roma. 9. c
Osee. 13. c
Matt. 10. c
Responsio

2. obiectio
Aug. ad fælician.
Bern. lib. de lib. arb.
Idē ser. 1. de Pētecoste.

C strum nihil est. Si nihil nostrum, nullam partem ibi habet libertas nostra. Sed apertius pro eis militat Canon. 13. Concilij. 2. Arausicani, ubi sic legimus. Arbitrium uoluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam Baptismi non potest reparari. Quod amissum nisi a quo potuit dari, nō pōt reddi. Vnde ipsa ueritas dicit. Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Et urgēt uere illa uerba Aug. libe. arbi. prono ad nequitiã lapsu fluit, & cũ ad uirtutis idolē Dei auxilio deserēte nihil posit, ad genus omne peccati idonea fultũ uirtute subsistit. Et alibi ait. libe. arb. ad bene, pieq; uiuēdũ nō ualet. nisi uolũtas hoīs fuerit liberata. Et in Ench. c. 30. libe. arb. male utēs homo, & se pdidit, & ipsum. & li. 3. Hyp. Adã per uelle malũ, recte perdidit posse bonũ, qui per posse bonũ potuit uincere uelle malũ. Et de Spi. & lit. libe. arbi. sine gratia nō ualet, nisi ad peccandũ. Sed Ecclesia, Aug. Bern. & patres Cōcilij. Arausicani sic loquũtur, ut ostendant insufficientiã nostrã, & Deo pręcipue tribuenda esse bona nostra non nobis, et Deũ pręuenire uolũtatē nostram, non nos illũ, & bona Theologice nō censeri, q̃ ante acceptã gratiã facimus. Et Aug. ipse se exposuit, nō in aliũ sensum allegata dixisse, idq; copiose ostēdimus in opusculo de iustificatione. Arausicanũ uero Cōciliũ, de libe. arbitrio loquitur in ea pfectione, quã habuit in statu innocentiæ. Et amissum illud dixit, quia licet non fuerit extinctũ, sed tantũ infirmatũ, ut aperte ibi fatetur, tñ non amplius inuenitur, saltē ante acceptam gratiam in ea integritate. Quo modo sæpe dicimus amisisse nos iures nostras, quando nō manet

Cypri.
Cōc. Arausic a.
Ioan. 8. e.
Aug. de pred. Dei.
2. contra. 2 ep. Pel. c. 5
c. 3.
Respon.
q. 12.

pristinũ robur in sua perfectione, licet aliqua earum pars nobis supsit. Atq; C
Aug. de bono perse. Ecclesia uerissime dicit, totum quod est optimum Dei esse, sicut & Aug. alicubi ait. Viuimus recte si totũ Deo demus, nõ illi ex parte, & nobis ex parte. Nã dum Deus & nos p lib. arb. facimus aliquem actũ meritorium ipse quidem est pręcipua causa meriti, sed totũ meritum est ab utroque, & a neutro totaliter. Et hęc docent Physici euenire quotiescunq; a duobus agentibus simul producitur aliquis effectus. Cum uero Bernar. dicit, liberũ arbit.
Bernar. tãtum esse capax salutis, non negat, liberam nostram cooperationẽ necessariã esse ad salutẽ, sed duntaxat significat, nõ esse salutis capacia, nisi q̃ habent lib. arb. Sed ut pateat hunc esse germanũ sensum Bernardi, & nullibi magis pro nobis stare, quã hic, unde exultare uidentur aduersarij, ipsa illius uerba subijciã. Tolle, ait, lib. arb. & nõ erit, quod saluetur. Tolle gratiã, & nõ erit, unde saluetur. Opus hoc sine duobus effici nõ põt, uno, aquo fit, altero cui uel in quo fit. Deus auctor est salutis, liber. arbi. tantum capax. Quod ergo a solo Deo & soli datur lib. arb. tam absq; consensu esse non põt accipiẽtis, quã absq; gratia dantis. Et ita gratiæ operãti salutẽ, libe. arbi. dicitur cooperari, dum consentit, hoc est, dum saluatur. Proinde irrationalis spiritus salutẽ minime capit, eo quod illi uolũtarius consensus desit, quo Deo saluanti placide ob temperet, siue iubenti acquiescendo, siue pollicenti credẽdo, siue reddenti gratias agendo. Hęc Bern. Et si uerba hęc, quibus dicitur, libe. arb. tantũ esse capax salutis, & salutẽ a Deo solo nobis, uel in nobis fieri, referantur ad gratiã gratum faciẽtẽ, qua formaliter saluamur, uerissimũ est, nos pas- D
siue dũtaxat habere respectu salutis nostrę. Solus. n. Deus nobis eam infundit.
3. obiectio Fortius tamẽ instãt. 3. Si liberum habemus arbitriũ, frustrare possumus scientiã, & uolũtatem diuinã. Si. n. Deus me præsciuit celebraturum hodie missam, & uoluit me celebrare, & possum non celebrare, possum ergo frustrare scientiam, & uolũtatem diuinam. Quandoquidem possum facere oppositũ eius, quod Deus sciuit, & uoluit. Et satis est, ut possit Petrus, frustrare opinionẽ, & uolũtatem sui parentis de se, si possit ipse aliter facere, quã pa-
Responsi. rẽs suus eũ uoluit facere, & credidit facturũ esse. Sed qui hoc aduersum nos intorquẽt argumentũ, parum aduertunt, idẽ ipsum argumentũ contra libertatẽ diuinam ex ęquo militare. Nõ sane magis potest ipse frustrare scientiã, & uoluntatem suam quam nos. Si ergo quia sciuit, & uoluit me hodie celebrare, non possum non celebrare, neq; ipse poterit saluare, quem sciuit, & uoluit condemnandum, neq; potuerit non creasse mundum, quem ab ęterno & sciuerat se creaturum, & uoluerat in initio tẽporis creare. Itaq; si argumentum istud concludat quod uolunt, tollet, & a Deo, & a nobis, & a toto mundo magnam istam libertatis perfectionem, neq; Deus per totam suam potentiam poterit creare aliquam creaturam liberam. Necessariunque erit, omnia ex necessitate absoluta euenire. Quo quid dicit possit absurdius, aut in Deum contumeliosius? Dicendum igitur breuiter, optime stare, Deũ sciuisse nos aliquid hodie facturos, & uoluisse nos id facere,

A & tamen posse, nos illud non facere, quia Deus potest facere, ut nunquam id sciuerit, neq; uoluerit, sed prorsus oppositum. Verum hunc nodum multiplicius, & accuratius in. 1. senten. Deo dante enodabimus.

Aperitur uia conciliandi Protestantes cum catholicis. *Cap.* XVIII.

QVoniã uero studere omnes debemus concordiæ, & quacunque possimus uia, omni ui & ope nostra ueritati fauere, adiiciam hic uiam, qua nobiscum iam conciliari queant Protestãtes. Si enim fateamur nos non, habere sufficientem libertatem ad opera spiritalia, & spectantia ad religionem, nisi Deus adiuuet, & eos interpretemur hac ratione dixisse, non habere nos libertatem respectu talium operum, quia non habemus libertatem sine gratia dei ad illa sufficientem, inuenta erit prorsus ratio qua illi nobiscum, & nos cum illis in hoc articulo conciliemur. Et quidem ita illos uideo per dei gratiam a prioribus erroribus resipuisse, ut inter nos & illos nullam de hoc articulo iam esse putem controuersiam. Qnia ut est uidere in Apologia Philippi pro confessione Augustana & in libro Imperatori oblato Ratis ponę ad componendum discordias amplexati illi sunt mediam uiam, quam & nos in opusculo de iustificatione secuti sumus, & sequentes Augustinum, & Guillermum Parisiensem concedunt libero arbitrio facultatem ad iustitiam Philosophicam, & ciuilem, sed non ad spiritalem, & diuinam, hoc est ad opera externa legis, non autem ad ope

Cõciliatio Protestantium cũ catholicis.

q.12.

B ra interna legis, hoc est, ad opera spiritualia quibus implentur uere præcepta primę tabulæ. In quem sensum interpretor uerba illa Philippi in locis communibus. Et ego nego uim esse ullam in homine, quæ serio affectibus aduersari possit. Non. n. frustra adiecit uerbũ illud serio. Et ita Basi. per liberum arbitrium resistere nos posse diabolo asseuerat, sed non penitus, nisi inuicta dei potentia adiuemur. Neq; usq; uideo illos, quid quid alii sentiant, negare arbitrio nostro facultatẽ ad huius modi opera spiritalia, quia nullam uim in hæc habeat, sed quia non habet sufficientem. Attenuatum itaq;, & inclinatũ est nostrum liberum arbitrium per peccatum, sed extinctum esse, aut duntaxat passiue se habere respectu nullorum operum debet dici. Idq; magis patebit ex sequentibus aliquot capitibus, & canonibus. Agnoscentes itaq; tenuitatem, & imbecillitatem naturæ nostræ, & legis, & mala quibus addicti sumus per nostri primi parentis peccatum, studiose imploremus opem ueri medici nostri, clamantes iugiter cum Dauid. Adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus. Neq; tamen uelut degeneres nos ipsos abiiciamus, aut contemnamus. Extincta non est arbitrii nostri libertas. Et hæc quantulacunque antiquarum uirium particula, quę residua nobis est, magnos nobis potest cum dei gratia afferre prouentus, & eximia, & cunctis admiranda opera perficere. Nihil est, q̃ animum despondeas o homo. Nulla uis creata uim tuo arbitrio, tametsi attenuato, inferre potest, nulla potestas te ualet, ad peccatum

Bas. serm. de lib. arb.

cap.5.6. can.3.4.5. 6.

Psal.16.

compellere. Omnia poteris, si uelis in domino. Tantum ut uelis, opus est, C neq; tibi desis. Volenti nihil erit difficile. Paratus ille semper est, ac promptus, ait pulchre Chry. ad saluandum hominem non in uoluntariũ neque nõ uolentem, id quod sæpe dico sed uoluntarium & hoc eligentẽ. Et nulli unquam deest, qui pie ipsius numen, & fauorem requirit. Respicite filii nationes hominum, inquit Ecclesiasticus, & scitote, quia nullus sperauit in domino & confusus est.

Chry. ho. cõu.. Pau.

Ecc. 2.

DE DISPENSATIONE ADVENTVS CHRISTI LIB. III. IN II. CAP. DECRETI DE IVSTIFI. PROLOGVS.

NIHIL potest imbecilles & pusillos homines magis confortare, quam diuitiæ illæ ineffabilis amoris, quem pater cœlestis nobis ostendit, dum ad redimendos abiectissimos & ingratissimos seruos filium suum e cœlis in terrã misit. Appositissime igit sancta synodus post expositã naturæ ac legis imbecillitatem, ne quispiam desperet, sed omnes in spem suæ iustificationis accendantur, de dispensatione & mysterio aduentus Christi pauca quædã edisserit. Ipsiusq; benignissimi saluatoris misericordia freti, in eorũ explanatiõem & robur librum tertium ab eisipsis auspicabimur. D

De dispensatione & mysterio aduentus Christi. Cap. II.

2. cor. 1.

QVO factum est, ut cœlestis pater, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, Christum Iesum filium suum, & ante legẽ & legis tempore multis sanctis patribus declaratum, ac promissum cum uenit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit, ut & Iudæos, qui sub lege erant redimeret, & gentes quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorũ reciperent. Hunc proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Gala. 4. Ro. 9. 3. 1. Io. 2.

Exprimitur sub compendio sententia patrum, & indicantur causæ aduentus filij Dei in carne. Cap. I.

SEntẽtia huius capitis, una hac cõclusione potest facilime explicari. In tempore plenitudinis misit Deus filium suum, quem ante legem, & legis tempore multis sanctis patribus declarauerat, & promiserat, & eũ proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, pro peccatis totius mundi. Exprimitur tamẽ obiter causa aduentus filij Dei in carne. Et hęc causa, quæ patrem cœlestem mouit, ut filium suum mitteret ipsius misericordia, & nostra necessitas fuisse asseritur. Vnde & uelut corrolarium proximi capituli infertur hæc conclusio hoc modo. Quo factum est, ut pater

A misericordiarum & Deus &c. Cum enim neq; per legem, neq; per naturam possemus iustificari, Deus qui dives est in misericordia, cuiq; propriũ est misereri, & nunquam deficere in necessarijs, prouidisse nobis dicitur mediatorem filium suum, cuius meritis, & intercessione, ipsi reconciliaremur. Est quippe misericordia, sicut dicit Augustinus, quędam alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua utique si possumus, subuenire compellimur. Possumusq; ex obiter hic dictis colligere quatuor causas finales huius aduentus filii Dei in carne, Prima est redemptio nostra. Et hæc potest colligi ex illis uerbis huius decreti, Vt eos qui sub lege erant redimeretur. Redemit enim Christus precio sui sacratissimi sanguinis omnes nos a seruitute peccati, a captiuitate dæmonis, & a morte. Vnde & per quendã prophetam dixerat. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Et Iudęos peculiariter redemit de maledicto legis factus pro omnibus maledictus. Secunda causa est iustificatio nostra, seu sanctificatio. Et hæc explicatur illis uerbis, Et gentes quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent. Nam licet prima causa aptetur Iudæis, & secũda gentibus, ut respondeant ista textui Paulino, ex quo desumpta sunt, tamen utraq; earum omnibus conuenit. Quod ut exponeret Paulus, alibi nomine omniũ hominum de Christo Iesu dicit. Qui factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio. Tertia causa est adoptatio nostri in filios Dei. Et hæc exprimitur ibi, Vt adoptionem filiorum reciperemus. Cum enim uerbum esset filius Dei, factus est hominis, sicut dicit diuus Augustinus in illa uerba, Dedit eis potestatem filios dei fieri, ut filius hominis fieret filius Dei. Et in hac causa clauditur apertio regni cœlorum, & beatitudo nostra. Si filius ergo hæres, argumentatur Paulus. Quarta causa est propitiatio nostrorum peccatorum. Et hæc in fine capituli aperte ponitur. Cum enim ut iam explicuimus, omne genus hominum fecisset Adam sua præuaricatione inimicũ Deo, & reum mortis & multarum aliarum pęnarũ, statuit Deus sicut pulchre docet Anselmus, nullum mortalium reconciliare sibi, nisi ob merita, & iustitiam filij sui. Et licet reconciliatio nostra omnia ista in se claudat, merito tamen ista distingũtur. Distincta etenim sunt ratione, & si propitiatio perfectam reconcilationem, seu reparationem includat, separari posset reconciliatio a propitiatione. Et dum ista sic seorsum traduntur, quantũ sit beneficium redemptionis, melius agnoscimus. Multas enim & uehementer uarias in se gratias cõpræhendit. Merito etiam istæ causæ hic sunt expositæ, & aliæ de impletione legis, illuminatione secretorum mysteriorũ, confutatione erorum, exemplo & ædificatiõe nostra, extimulationeq; ad uirtutem & inflammatione ad amorem diuinum, quæ communiter assignantur, preteritæ sunt, immo etiam ipsa potissima ultimata finalis quæ est gloria Dei hic dissimulata est, quoniam ad propositum iustificatiõis quatuor expositæ satis erant, & ipsa ultimata finalis ex his satis innotescit. Magnæ quippe misericordię, & bonitatis, & benignitatis diuinæ gloria est, ut seruũ

Aug. 8. de ciui. Dei cap. 5.

4. causæ finales aduẽtus filij Dei.

1. causa redẽptio.

Oseæ. 13. d

2. iustificatio.

1. cor. 1. d.

3. adoptatio nostra.

B *Aug.*

Gala. 4. b

4. rem. peccatorũ.

Ansel. lib. 1. cur Deus hõ.

Aliæ sex cãæ aduentus filij dei.

redimeret, eunq; uilissimum, & ingratissimum, filium ipsum suum nobis C tradidisse. Vt tamen omnia, quæ in hoc capite dicuntur, aperta maneant, conueniens erit aliquot dubia circa ipsa seorsum tractare.

Quod tempus hoc gratiæ merito dicitur tempus plenitudinis. Cap. II.

1. Dubiũ. Respõsio. ET primo quidem rogabit hic quispiam, cur tempus aduentus Christi uocatur a Paulo & a patribus tempus plenitudinis. Quia in eo impleta omnia, & consummata, Vnde & pulchre August. illa uerba Apostoli. Quot quot enim promissiones Dei sunt, in illo est, sic exponit, idest in illo sunt exhibitę. Et alibi. In illo est, quidquid pro nostra salute firmatũ est. Hæc Augustinus. Et Petrus aperte dicit, per Christum maxima nobis & preciosa promissa esse donata. Et summo quidem iure, tempus plenitudinis hoc tempus dicitur. Impletæ quidem in eo prophetiæ, promissiones, figuræ aduentus, uitæ, & passionis Christi, impleta & in hoc tempore Ecclesia Deo ipso, qui inhabitare cœpit corporaliter in ipsa, nunquam illam usq; ad finem mundi deserturus. Et quia Deus omnia implet, & cum illo qui omne bonum est, omnia bona, quocunq; ille intrauerit, confluunt, impleta est per aduentum, & inhabitationem ipsius Ecclesia, & ditata scientia diuinorum mysteriorum, impleta gratijs, uirtutibus donis, impleta sacramentis, impleta stupendis & omnium admirandis miraculis, impleta multi tudine gentium, impleta sanctissimis, & prefectissimis uirtutum exemplis, caritatis, obœdientię, humilitatis, pœnitentiæ, paupertatis Euangelicæ, religionis, & aliarum uirtutum, impleta martyribus, doctoribus, uirginibus monachis, & magnanimis, honorum, diuitiarum, & uoluptatum omnium mundi cõtemptoribus. Et cum nihil olim ad perfectum adduxerit lex, data est Ecclesiæ perfectissima lex gratiæ & amoris, data & perfectissima potestas ligandi, & soluendi, ad regendum & perficiendum ipsam, data & admirabilis potestas transsubstantiandi panem in corpus, & uinum in sanguinẽ ipsius ut nũquam de esset nobis plenitudo ipsius. Apertisq; & reseratis paradisi foribus impleri cœperunt paradisi ruuine, & gratia uiæ consummata, & perfecta est, & esurientes, & sitiẽtes iusti repleti sunt omnium bonorum abundantia, & torrente uoluptatis potati per uisionẽ, & fruitionem Dei illis misericordissime collatas. Et quia omnia hęc bona tempore aduentus Christi nobis sunt præstita, summo iure non contenti fuere patres tempus hoc tempus plenitudinis cum Paulo appellare, sed & beatam appellauerunt plenitudinem temporis.

2.cor.1.d. Aug. 2.Pet.1. A. Plenitudo nostri tẽporis. D Heb.7.c. Io.2.

De causis dilationis aduentus filij Dei. Cap. III.

2. Dubiũ. Respõsio. Cur dilatus aduentus filij dei. SEcundo quæret aliquis, cur non ante hoc tempus uenit filius Dei ad liberandum, nos? Desiderari conueniebat, & magnis, & crebris gemitibus & suspirijs postulari rem tantam, ne uile esset tam grande beneficium. Et grauitatem peccati mortalis, & miseriæ in qua eramus, oportebat nos prius nosse, ut deinceps cautiores essemus, & diuinæ in nos benignitati gratiores

A ti gratiores. Deducenda etiam erat natura nostra de imperfecto ad perfectum. Et quanto maior iudex & præcellentior medicus ueniebat, tanto eum longior præconum series præcederet, par erat.

Quod æqualitas filij cum patre nihil præiudicat missioni filij. Cap. IIII.

Percontabuntur & nonnulli, quare in synodo asseritur pater misisse filiũ suum, cum æqualis sit illi? Non requirit missio, ut mittẽs superior sit, aut nobilior misso. Sed satis est autoritas originis, quę est in personis diuinis, ut pater dicatur mittere filium suum, & filius, & pater spiritumsanctum. Cum enim persona, quæ procedit ab alia, ab ea uelut a suo principio productiuo habeat, quidquid habet, merito potest dici, & ab ea mitti, quocunqꝫ ad nos uenit. Habet enim a suo principio uoluntatem ueniendi ad nos multo uerius, quam aliquis legatus habet a mittente ipsum uolũtatem ueniendi, quo mittitur. Quod si ista saltem autoritas originis necessaria sit ad missionem, ut probabilius faciemus Deo auspice in in. 1. senten. necesse erit in uerbis decreti, quibus dicitur, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis misisse ad nos filium suum, & patrem, & Deum notionaliter capere pro sola prima persona diuina, & non essentialiter pro omnibus personis diuinis, uel certe intelligendum erit decretum de filio Dei secundum suam humanitatem. Nam secundum eam certum est ab omnibus personis eum esse missum legatum ad nos. Vnde & ipse dicit. Et nunc dominus Deus misit me, & spiritus eius.

3. Dubium *Respõsio.* *Satis autoritas origi nis admittẽdum.* *Esa. 48. c.*

Potuisse aliter liberari, sed non conuenientius. Cap. V.

B Disquiri etiam, ualet, an potuerit aliter nostræ miseriæ subueniri? Non defuere sapientiæ, & potentiæ diuinæ multi alij modi. Nam ut alios modos taceamus, potuit profecto condonare nobis omnino gratis nostram culpam, nihilqꝫ suæ iustitię si id fecisset, præiudicasset. Liberrime nanqꝫ omnia, quæ ad extra sunt facit, & nulla eum ratio cogit suas offensas ulcisci. Absurdumqꝫ est eius potestati, qui summe misericors est, ea subtrahere, quæ cuiqꝫ nostrum subsunt. Neqꝫ tantæ fuisset misericordiæ ad uentus filij Dei ad redimendum nos, quantæ certo scimus eum fuisse, si nõ potuisset aliter pater æternus nostræ miseriæ succurrere sine præiudicio suę iustitiæ. Sed ut optime disserit Augustinus, nullus profecto modus fuit nostræ miseriæ sanandę congruentior. Nullo enim alio modo potuerunt nobis magis patere uiscera misericordię Dei in nos, nullo magis nobilitari natura nostra, nullo magis allici ad Dei, & proximorum amorem, nullo melius, & plenius omnium exempla uirtutum doceri, nullo potentius, & sapientius ab omni miseria nostra, & a potestate dæmonis liberari, neqꝫ denique aliter uerius, & copiosius pro oĩbus delictis nr̃is potuimus pr̃i ad cõdignũ satisfacere. Esto. n. pura creatura potuerit Deo ad cõdignũ pro nobis satisfacere, ut pleriqꝫ scholastici autores. & maxime Scotistæ cõtra beatum Ansel. & cõtra magistrũ. s. Tho, & . s. Bon. & alios disserunt, dubitari tñ nequit, quin uerius ad condignum, & plenius Christus pro nobis omnibus

4. Dubiũ. *Responsio* *Potuit Deus gratis donare delicta.* *Aug. 13 de Tri. c. 10.*

satisfecerit, quam potuisset ulla pura creatura, etiam concessa illi infinita gratia. G

De prophetijs & promissionibus aduentus filij Dei. Cap. VI.

5. Dubiũ. VErum illud exactius, & aliquãto diligentius necesse est, inquiramus, quibus patribus ante legem, & legis tẽpore declaratus est & promissus aduentus filii Dei in carne. Et ut altius, atq; ut aiunt, ab ouo rẽ istam ordiamur, primo illud uideo ab omnibus receptum, reuelatum fuisse aduentum filii Dei, & prædictum Adę ante lapsum, eo uidelicet tempore, quo cũ magno, & uehementi sopore opprimeretur, de ipsius latere formata est Eua. Et huius sententię aperte est diuus Hieronymus in illa uerba, sacramentum hoc magnum est. Vbi sic scribit. Primus homo, & primus uates Adam hoc de Christo, & Ecclesia ꝓphetauit, q̃ reliquerit dominus noster atq; saluator patrem suum Deum, & matrem suam cœlestem Hierusalem, & uenerit ad terras propter suum corpus Ecclesiam, & de suo eam latere fabricatus sit, cũ propter illam uerbum caro factum sit. Hæc Hieronymus. Et ex doctoribus scholasticis noĩatim. S. Tho. dicit, credibile non esse primum hominem ignorasse hoc sacramentum. Et id suaderi potest. Quod enim scriptura in Genesi dicit Adam dixisse, cum euigilauit a somno, hoc saluator Deum dixisse asserit his uerbis. Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ. Et qui tanto sopore tenebatur, ut neque senserit de suo latere ablatam costam, unde formaretur Eua, non uidetur potuisse nosse, Euam fuisse os de ossibus suis, & carnem de carne sua, nisi ex reuelatione diuina. Cum igitur prophetæ intelligant mysteria recondita in suis uerbis, ut scriptura & Ecclesia catholica contra Montanum aperte docet, & Paulus sub his uerbis sacramentum magnum Christi, & Ecclesię contineri expresserit, & tunc procul dubio reuelatus ei fuerit aduentus filii Dei in carne. Sed siue tunc reuelatus ei fuerit aduentus filii Dei, siue non, certe statim post lapsum, potuit illum nosse ex illis uerbis Dei ad serpentem. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, semen tuum & semen illius. Ipsum conteret caput tuum. Non enim alius quàm Christus contriturus hic prædicebatur caput serpentis. Quod & aliquanto nobis fecit apertius Ioannes in Apocalypsi. Et ipsum manifeste habet Hæbraicus textus non ipsa. Quanuis & si ipsa legeremus, idem posset apparenter colligi. Non quippe mulier per se, sed per semen suum conterere habuit caput serpentis. Vnde & quod sequitur statim, Et tu insidiaberis calcaneo eius, ad Christum referendum est, non ad Dei param uirginem. Et cum statim post lapsum necessaria fuerit fides saluatoris ad iustificationem hominum, ut multis testimoniis scripturæ, & Augustini docuimus in opusculo de iustificatione, & nemo absq; illius fide uel explicita, uel implicita iustificatus fuerit secundum communem opinionem Scholasticorum, necessarium est dicere statim post lapsum primorum pa-

Marginalia: *1. cõclusio.* — *Hierony. Ephe. 5. g* — *22. q. 2. ar. 7.* — *Gene. 2. d.* — *Mat. 19. a* — D — *Ephe. 5. g.* — *2. cõclusio* — *Gen. 3.* — *Apo. 12.* — *Fides mediatoris statim post lapsum necessoria. q. 1. con. 5. s. Tho. 2. 2* — *3. cõclusio*

A rentum nostrorum, aut certe Paulo post & omnino ante legem Mosaicã, reuelasse Deum hominibus hoc mysterium & constituisse aliquos uiros præcellentes, qui hominibus illud traderent, et bene sperare de sua salute do cerent. Nam alias non sufficienter prouidisset Deus hominibus necessaria ad eorum iustificationem. Et utcunque de his argumentis sit, apertissime hoc potest couinci ex illis uerbis cantici Zachariæ. Benedictus dominus Deus Israel, quia uisitauit, & fecit redemptionem plæbis suæ. Et crexit cor nu salutis in nobis in domo Dauid pueri sui, Sicut locutus est per os sanctorum qui a sæculo sunt prophetarum eius, neq; aliud est quod beatissima uirgo mirifico suo cantico expressit dicens. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius. Et hinc est, quod sanctus Iob quintus a Noe constanter se uisurum oculis in carne sua saluatorem suum asseruit. Et licet Prosper in illa uerba, Sacramentum hoc magnum est, aperte dicat, Adam promissum sperasse hoc sacramentum, tamen ante Abraham nemini legimus in scripturis Deum tantum beneficium proprie promisisse. Abrahæ uero promisit Deus, & quidem sub iuramento, cum ei dixit, Per me metipsum iuraui, dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & non pe percisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & uelut arenam maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, qa obœdisti uoci meæ. Et hæc promissio confirmata est Isaac in hæc uerba.

Luc. 1. f.

Iob. 19.

Ephe. 5.

Promissus Abrahæ Christus

Gen. 22. d.

B Tibi, & semini tuo dabo uniuersas regiones has, complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli. Daboq; posteris tuis uniuersas regiones has, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo q; obœdierit Abraham uoci meæ. Eandenq; pollicitationem confirmauit Iacob dicens. Ego sum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. Terram in qua dormis tibi dabo, & semini tuo, eritq; germen tuum, quasi puluis terræ. Dilataberis ad oriētem, & occidentem, & septentrionem, & meridiem, & benedicentur in te, & semine tuo cunctę tribus terræ. Et has promissiones de Christo intelligi, explicat Paulus, cum dicit Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Nõ dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, quod est Christus. Nam hæc eo tēdunt ut doceat de Christo intelligi illam promissionem, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Tempore legis manifestissimum est eandem promissionem factam esse Dauid. Vnde & ipse eam pollicitationem magnificat dicens. Iurauit Dominus Dauid ueritatem, & non frustabitur eum, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Et eandem promissionem confirmasse uidetur Deus Salomoni, cũ perfecto ædificio domus domini, apparuit ei secundo, & inter alia, hæc quoq; ei dixit. Tu quoq; si ambulaueris corã me, sicut, ambulauit p̃r tuus in simplicitate cordis, & æquitate, & feceris omnia, quę præcepi tibi, & iudicia mea, & legitima mea seruaueris, ponam thronũ regni tui super Israel

26. a.

27. c.

Gala. 3. c

4. conclu. Promissus Christus Dauid.

Psal. 131.

1. Paral. 17

3. Reg. 9

2. Parali. 7

in sempiternum, sicut locutus sum Dauid patri tuo dicens. Non auferetur C uir de genere tuo de solio Israel. Et uidetur Gabriel Angelus has, & similes promissiones de Christo docuisse exponere, cum Deiparæ uirgini dixit,
Luc.1 Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. Explicuit enim in his, p Christum filium Dauid futurum fuisse perpetuum regnum ipsius Dauidis super
Dan.7 Israel, & non alias. Nam solum regnum Christi prædixerant prophetæ, fu
Mich.4 turum esse sempiternum. Declarauit etiam, & promisit populo Israelitico
Act.10 pater cœlestis hunc aduentum filii sui per omnes prophetas. Quoniã Christo, sicut dicit Petrus, omnes prophetæ testimonium perhibent remissionẽ peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum. Et ipsa
Ro.1.4 tanta tanti beneficii reuelatio, promissio quædã illius erat. Vnde & Paulus
15 Euangelium dicit promissum a Deo per prophetas suos in scripturis sanctis. Et alibi ait, Christum Iesum fuisse ministrum circuncisionis propter ueritatem Dei ad cõfirmandas promissiones patrum. Et ipsas prophetias de beneficijs conferendis in aduentu Christi, promissiones idem Paulus ap
2.cor.1 pellat dicens. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est. Et Augu
Augu.in stinus populo Israel secundum carnem de semine Abrahæ uenienti multa
Psal.87 dicit fuisse prophetice promissa, & eum in hoc propagatum, ut in eo imple
Ser.de passiõe domini rentur promissa Dei. Et alibi dicit, illis uerbis, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, ostendisse Christum redditam esse Iudæis præsentiæ ipsius promissionem. Et notissima est illa promissio aduentus Chri
Deut.18 sti facta populo per Moysen. Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui &c. Stephanus enim docuit,
Act.7 de Christo esse ista dicta. Et cum uelut præmium illius, q bene omnia sunt locuti, ista fuerint prædicta populo, non est cur dubitemus, eam prophetiã & promissionem quoq; fuisse. Et alioqui omnis prænunciatio beneficii nobis conferendi facta ab eo, qui illud debet, & potest conferre, uel nomine, & mandato ipsius, merito promissio illius beneficii appellari potest. Nam utiq; si deus mihi reuelaret, beatum me futurum quomodocunq; hæc reuelatio ab eo fieret, uel asserendo, uel promittendo, & ea reuelatio promissio meæ beatitudinis censeretur. Et ita possemus exponere, quod supra
Expõ Prospe. ex Prospero retulimus, Adam promissum sperasse incarnationis sacramentum. Cum autem uel sic extenso uocabulo promissionis, uel etiam rigidis
Difficilia sime, et strictissime accepto, tam sæpe constet, deum patrem promisisse aduẽ
uer. Hieronimi in Mat. tum filii sui, non possum, non mirari, Hieronymum scripturarum peritissimum, ideo dicere Mattheum tantum Abrahæ, & Dauidis filium Christum appellasse, q eis tantum Christus promissus sit. Verba Hieronymi sunt hæc Ideo autem cæteris prætermissis horum filium nuncupauit, quia ad hos tantum facta est de Christo repromissio. Neque inuenio aliquid peculiare in pollicitationibus factis Abrahæ & Dauidi, quod non, & in pollicitationibus factis Isaac, & Iacob, & Salomoni liceat inuenire, nisi hoc duntaxat,

quod

A quòd Abrahæ,& Dauidi sub iuramento sunt illæ promissiones confirmatæ, & unicuique eorum propriis & peculiaribus meritis, cum cęteris, & uniuerso populo Israelitico non sub iuramento promiserit Deus, & magis parentum meritis quam propriis. Et ob hoc potuit, & debuit Mattheus solum illorum filium nuncupasse Christum, sicut & alibi sæpe in scripturis factitatum uidemus, quia celeberrimæ, & solennissimæ promissiones de Christo ad ipsos factæ sunt. Et huc fortassis respexit Hieronymus, cum his tantum repromissum dicit Christum. Sed, utcunque sit de uerbis Hieronymi, liquet ex iam dictis merito patres in hoc decreto asseruisse, & ante legem, & legis tempore declaratum esse, & promissum aduentum filii Dei. Licet enim præcipuę promissiones factæ fuerint Abrahæ ante legem, & Dauidi sub lege, tamen & alijs quoque declaratus ille fuit, & promissus. Et cũ nulla in his quòd meminerim, cõtrouersia nobis sit cum hæreticis, & ex testimoniis iã citatis, & communibus symbolis ecclesiæ satis liqueat doctrinam huius capitis esse christi & Apostolorum & totius Ecclesiæ catholicæ, his paucis contenti, ad expositionem tertii capitis properabimus.

DE DEPENDENTIA IVSTIFICATIONIS A CRISTO LIB. IIII. IN III. CAP. DECRE. DE IVSTIFI.

PRAEFATIO.

B

ENTE quidem, sed qua decet maturitate, & grauitate progreditur sancta synodus ad explicandam iustificationis gratiam. Et aptissime explanata incarnationis domini eæ necessitate, qui sint tantæ gratię participes, & neminem potuisse de lege iustificari, nisi per Christum, nunc exponit. Atque ut nos sententiam istam patrum, & quantum Christo debeamus pro tenuitate nostra explanemus, horum commentariorum librum quartum de iustificatis propter Christum, & de dependentia beneficiorum spiritalium ab ipso, ipsius Christi adiutorio confisi, hinc aspicabimur.

Qui propter Christum iustificantur. Cap. III.

ERVM *Et si ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamẽ mortis eius beneficium recipiunt, sed hi duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut reuera homines nisi ex semine Adæ propagati nunquam nascerentur iniusti, cum ea propagatione per ipsum, dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahant, ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur, cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semp agere, hortatur patri, qui dignos nos fecit in partẽ sortis san* Colo. 1.

D

ctorum, in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitque in regnum filij dile- C
ctionis suæ in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

De compendiaria, & literali capitis tertij expositione. *Cap.* I.

NOn est difficile sententiam huius capitis ad compendium aliquod redigere. Vna nanque conclusione huiusmodi, tota potest breuiter comprehendi. Christus pro omnibus mortuus est, soli tamen illi beneficium mortis eius participant, quibus meritum passionis eius communicatur. Et quanuis hæc uerba patrum ad omne beneficium mortis Christi referantur, meritum enim ipsius ad omnia beneficia spiritalia nobis exhibita se extendit, tamen quia propositum præcipuum huius capitis, & totius huius decreti de beneficio iustificationis est, peculiariter hic probantur, soli illi hanc tantam gratiam participare, quibus meritum passionis eius communicatur. Et hoc quidem ex Paulo suadetur dicente, in Christo nos habere remissionem peccatorum, & ex similitudine secundi Adę ad primum. Nam ut nemo nascitur iniustus, nisi per primum Adam, ita decuit, neminē renasci, nisi per secundum Adam. Quia sicut terrenus Adam pater est omnium hominum secundum carnalem generationem, ita cœlestis Adam pater est omnium iustorum secundum spiritualem. Et innititur hoc argumentum Paulo, qui ad Romanos & Corinthios sæpe primum Adam ad secūdum confert. Et pulchre Augustinus. Nemo ad mortem nisi per illum, nemo ad uitā nisi per istum. Porro similitudinē hanc inter propagationem ex primo Adam, & renascentiam, siue regenerationem ex secundo facile intelliges, si aduertas renascentiam distingui a gratia, sicut calefactio distinguitur a calore. Siquidem ut per calefactionem calor producitur, & necessario calefactio terminatur ad calorem, neque posset esse calefactio, quin per eam produceretur calor, ita per regenerationem producitur gratia, & regeneratio necessario terminatur ad gratiam, neque posset esse regeneratiō quin per eam produceretur gratia, uel constitueretur saltem regeneratus gratus, & acceptus Deo. Et sicut calefactio actiua quidem est actio transiēs, passiua uero est acquisitio caloris, calor autem est qualitas, & accidens permanens, ita regeneratio actiua est actio transiens, uidelicet collatio gratiæ, passiua uero, quæ et renascentia dicitur, est acquisitio gratiæ, gratia autem sicut postea clarius explicabitur, qualitas est, & accidens permanens. Neque tamen, quo ad omnia intelligenda est hæc similitudo inter generationē ex primo Adā, & regenerationē ex scdo. Spiritalis quippe regenerationis terminus formalis est gratia regenerato pstita, sicut et calefactionis est calor, & dealbationis est albedo. Generationis uero carnalis terminus formalis non est propria generati iniustitia, sed natura dūtaxat humana nobis per generationē cōmunicata. Quoniam uero ex cōi lege consequitur hanc cōmunicationem naturę, propria iniustitia, sicut ex natura rei, & cōmuni lege cōsequitur regenerationem gratia, & quia sicut nemo contrahit propriam iniustitiam, nisi propagetur ab Adā, ita nemo iustificatur, nisi regeeretur per

Ro. 5. b. *1. Co. 15. c* *Aug.* *Similitudo 1. Adæ ad 2.* *Lib. 7. c. 24* *Spiritalis regenerationis terminus formalis gratia.*

A Christum, ideo inter se conferuntur generatio ex Adam & regeneratio per Christum. Atq; hæc quidem hactenus pro literali expositione huius capitis. Videamus quæ in his potissimum maiori animaduersione sunt digna.

De tribus præcipuis punctis, quæ possunt ex sententia patrum colligi. Cap. II.

TRia occurrunt præcipua in hac patrum sententia notanda, quæ expositione non indigent, sed confirmatione, & corroboratione. Primum est, neminem iustificari, nisi propter Christum. Et hoc iterum infra diffinitur, cum & meritoria causa nostræ iustificationis Christus asseritur, & neminem posse esse iustum, expresse dicitur, nisi cui merita passionis ipsius communicantur, & anathema indicitur, ei qui dixerit, homines sine Christi iustitia iustificari. *Lib.7. & can.10* Et in hac patrum diffinitione confirmanda, & illustranda totum pene hunc librum expendemus. Secundum in hoc capite notandum est, propter Christum dici iustificari omnes iustos, quia merita ipsius illis communicantur. *Quō iustificamur pp.10* Non enim alia uia est, qua per principem dicatur Petrus reconciliatus regi, nisi quia gratiam, & merita principis communicat rex Petro. Et communicare dicitur rex merita sui principis Petro, quia communia illa ipsi facit, & ut eum sibi reconciliet, perinde uult ei
B prodesse, & amplius, quam si propria Petri essent. Qua de re commodius & fusius circa cap.7.&.16. disputabimus. Tertium quod ex capite potest colligi, est huiusmodi. Peccatum originale nō est solum peccatum Adæ filiis eius imputatum, sicut quidam alioqui pij, & doctissimi autores hoc tēpore uoluerunt defendere, sed est propria omnium filiorum ipsius iniustitia ex ipsius peccato consequens, & contracta. *Peccatum originale nō est peccatum in Adæ.* Et hoc quidem iam in hac synodo in decreto de peccato originali diffinitum fuerat. Quia uero nō ex professo patres de isto hic egerūt, satis erit id firmare hoc argumēto. Quod reus quidem potest quis esse duntaxat, ob delictum alterius, tamen peccator nequit esse aliquis, nisi a propria culpa. *Alb. Pixi. 9. & si Amb. Catha.* Nos uero Adædelicto mortui fuimus spiritualiter, & constituti peccatores, sicut diserte docet Paulus ad Romanos. *Rom.5.d* Et alias non dicerentur paruuli baptizari in remissionem peccatorum, sed tantum, ut non imputetur sibi peccatum Adæ. Quod manifeste est contra diffinita can.4. quintę sessionis huius concilij, & contra cano.2. concilii Mileuitani. Ostendamus igitur his intermissis, Christo ex asse, & solide debere acceptam referri omnem nostram iustificationem, & hanc Christi gloriā lucidissimis testimoniis comprobemus. Nam hoc unum proprium est huius loci. Differemusq; ad septimum librū exacte explicare modum, quo omnium bonorum sit causa.

Neminem unquam iustificari potuisse, nisi per Christi iustitiam. Cap. III.

Est Deus nimius, ut sic dixerim, suorum omnium amator, & cum C omnia iustissimis suis ponderibus libret, & statuat, tamen quo nos ad sui amorẽ prouocet, multis argumentis amare sese nos ōndit quodam modo sine modo. Præsertim uero & maxime filium suum unigenitum, non tantum ut Deum, sed etiam ut hominem amat. Et hũc amorem nobis ostendit, ꝙ non solum in cōparabilibus gratiarum donis eum exornauit, uerum ob ipsius gratiam, & iustitiam innumerabilia generi humano singulis pene momentis impartitur beneficia, & post lapsum Adæ neminem nostrum ad suam gratiam nisi propter illius iustitiam admittit.

Christi iustitia duplex. Porro pro eodem in proposito accipio iustitiam, & merita Christi. Neq; enim de iustitia illa Christi modo agimus, quæ immensa est plenitudo gratiarum & donorum, quæ ipsius animam, sicut quidam perfectissimi & fulgentissimi habitus a sua conceptione perpetuo exornarunt. Sed iustitiam Christi nunc dicimus, singularia illa, & omnino eximia ipsius merita, quibus dum totam legem, & uniuersa patris mandata tota uita sua mortali, et præsertim suæ passionis tempore, exactissime impleuit, & nos patri suo perfecte reconciliauit, & gratiam, & gloriam, & quę ad hæc necessaria sunt, omnibus abundanter meruit, & pro nostris omnibus debitis, & peccatis plenissime satisfecit. Et per hanc Christi iustitiam dicimus iustificatos esse, quicunq; post peccatum Adæ iustificantur. Et hoc fundamentum eorũ, quæ de Christi iustitia postea tractabimus, sic intellectum apertissime docet utriusq; testamenti pagina. Et illud uelut certam, & indubitatam fidei, D immo, ut totius nostræ fidei, & religionis basim Ecclesia toto orbe dispersa semper tradidit, & tradit suis fidelibus, & summorum pontificum diffinitiones, & sanctorum patrum concordes ubiq; sententiæ firmarunt.

Propter Christũ iustificati oẽs iusti post lapsũ Adæ.

Christi testimonia. Ipse quippe Christus de se testatur. Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Ego sum ostium. Per me siquis introierit, saluabitur. Ego ueni, ut uitam habeant. Nemo uenit ad patrem nisi per me.

Luc.19.b
Io.10.a.b
14.a
Cyri.9. in Io.c.42
7.c.1

Ex quibus uerbis sic colligit Cyrillus. Cum nemo ueniat ad patrem nisi per Christum, ut ipse ait, ianua & uia reconciliationis hominum ad patrẽ filius factus est, & gratiam una cum patre ipse distribuit. Et in illa uerba, Qui non intrat per ostium &c. Ostendit, inquit, ꝙ neq; sapientia, neq; obseruatio legis, neq; bona uita quicquam ualet nisi per eum, per quem solum datur aditus & accessus in salutem.

Apostolorum testimonia. Hisque accinit Paulus clarissimus nimirum Christi iustitiæ & gratiæ assertor. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et alibi. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, hoc est benignitate Dei in Christo, uel gratia, & beneficiis Christi. Vt enim ipse gloria est patris, ita & beneficia eius in nos, gloria sunt Dei, quia eximie suam nobis bonitatẽ commendant, & in eis, & per ea eximie ille glorificatur, & magnificatur. Et ut nomine gloriæ Dei, gratiam Dei & Chisti in nos intelligeremus, statim adiecit Paulus. Iustificati gratis per gratiam ipsius

1.Tim.1.c
Ro.3.d
Gloria dei

A sius per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Et quo apertius & confirmatius hoc esset, continenter addidit, quem proposuit Deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ, & ne propitiationem illius ad sola peccata præsentia uel futura pertingere quis existimaret, mox subiunxit, propter remissionem præcedentium delictorum. Quod & Ioannes aliquanto manifestius fecit his uerbis. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et alibi ideo agnum, qui abstulit peccata mundi, occisum dixit ab origine mũdi, quia ex tunc eius mors multis figuris adũbrata fuit, & sanctis pr̃ibus declarata, & in tantum accepta, & grata patri cœlesti, ut ob ipsius eximiũ meritum sibi præsentissimum condonauerit peccata protoparentibus nostris et postea temporis successu omnibus, qui ante ipsius aduentum fuerunt iustificati. Clarissime etiam hanc ueritatem docuit idem Apostolus Paulus, cum iustificatos nos dicit in sanguine Christi, cum peccatores essemus, & per mortem ipsius recõciliatos Deo, cum inimici ipsius essemus, & reconciliatos quidem, non a solo peccato, quod ex Adam contrahimus, sed & ab omnibus aliis delictis. Ideoq; tãdem ibi subdidit quod apertissimum est. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ. Et alias. Omnia ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum. Et subdit. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & non reputans illis delicta ipsorum. Et mox. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Et alio in loco. Factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ut, quem admodũ scriptũ est, Qui gloriatur in domino glorietur. Hoc est.n. in dño serio gloriari, nostrã ei tribuere iustitiã, sanctificationẽ, & redẽptionẽ, & ipsius meritis cognoscere, nos esse iustificatos. Pro oĩbus quidẽ mortuus est Christus, sicut idem alias dicit, ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Et ad Colossẽses scribit. In ipso nos habere redẽptionẽ, & remissionẽ peccatorũ, & in ipso cõplacuisse patri cœlesti omnẽ plenitudinẽ inhabitare, & per eũ recõciliari omnia in ipsum, & p sanguinẽ crucis eius pacificasse, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Et in ea cõcione, quã ad Antiochenos de salutis summa habuit. Notũ, inquit, sit uobis uiri fratres, ꝙ per hũc uobis remissio peccatorũ annũciatur ab oĩbus, a quibus nõ potuistis in lege Moysi iustificari. Et ad Corinthios scribit, hunc unũ esse fundamentũ totius structuræ nostræ spiritalis, quæ certe a iustificatione incipit. Et ad Hebræos lucidissime, et grauissime ostendit istam ueritatem adumbratam fuisse, ac uelut delineatam in uniuerso ueteris illius tabernaculi ministerio. Ideo omnia in sanguine secundum legem mundata esse dicit, quoniam sanguis Christi emundaturus erat cõscientiã nostram, & sine ipsius effusione, nullius delicti futura erat remissio, nulla diluenda macula, nullum auferendum peccatum, neque aliquis eri-

1. Ioan. 2. a — *Ioan. 1* — *Apo. 13. c* — *Christus occisus ab origine mundi.* — *Ro. 5. b* — *2. Cor. 5. d* — B — *1. Cor. 1. d* — *Hier. 9. g* — *2. Cor. 10.* — *2. Cor. 5. c* — *Col. 1. b* — *Act. 13. f* — *1. Co. 13. b* — *Heb. 9*

18 piendus erat a captiuitate diaboli. Propter ea necessarium fuisse ostendit, ut C
sacerdotes easdem saepe offerrent hostias, quia impossibile erat sanguine
taurorum, & hircorum auferri peccata, & necesse erat alicui Dei cultui intē
7.d dere, ut mitigaretur ira Dei, donec ueniret sanctus sanctorum, qui saluare in
perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum, et una sui ipsius obla-
tione multorum exhauriuit peccata, & destitutis peccatis, sanctificauit ge-
nus humanum, nostrorumque omnium sacrificiorū factus est consummatio
1.Ioan.1.c & perfectio. Et his concinit Ioannes dicens. Sanguis Iesu Christi filii eius
emundat uos ab omni peccato. Sed disertissime, & constantissime istam ue
ritatem statim post aduentum Spiritussancti annunciauit uertex ille, & cul-
Act.4.b men Apostolorum Petrus. Hic est lapis, dicebat Iudęis de Christo, qui re-
probatus est a uobis aedificantibus, & factus est in caput anguli, & non est
in aliquo alio salus. Neque enim aliud nomen est sub coelo datum homini-
bus, in quo oporteat, nos saluos fieri. Et quoniam ad omnes spectabat hęc
lib.3.c.6 ueritas, statim post lapsum Adae, eam nouerunt protoparentes nostri, ut su
pradocuimus. Eamque ab eis receptam ipsius posteri continua successione,
Testimo- uelut per manus, aliis tradiderunt. Et postea Iob Gentiles eandem docuit,
propheta- cum dixit Scio quod redemptor meus uiuit. Et prophetae omnes mirifico
rum. consensu illam in populo Israelitico propagarunt. Vnde Esaias, uelut
Iob.19. Euangelista quidam. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores no-
Esa.53.b. stros ipse portauit. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attri-
tus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum & liuo- D
re eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, & unusquis-
que in uiam suam declinauit, & posuit dominus in eo iniquitatem omniū
42 nostrum. Et statim eadem replicat nomine patris coelestis. Et alibi ipsum
datum nobis asserit ut aperiret oculos caecorum, & educeret de conclusio-
Zach.9 ne uinctum, & de domo carceris sedentes in tenebris. Et apud Zachariam
Deus Pater. Exulta Filia Sion, iubila filia Hierusalem, Ecce rex tuus uenit ti
bi iustus & saluator. Et conuersus mox ad eundem, subdit. Tu quoque in san
guine testamenti tui emisisti uinctos de lacu. Et cum frequentissime scriptu
ra eum appellet saluatorem mundi, & pro nobis omnibus ubique asserat es-
se mortuum, & mediatorem inter nos, & Deum constitutum, qui seipsum
dederit in precium, & redemptionem pro libertate, & salute nostra, neque
uerisimile sit ipsum pro nobis moriturum, nisi mors illius necessaria fuisset
Gal.2.c nobis, argumentum apertum est mortem illius fuisse uitam nostram, & nē
minem potuisse nisi meritis illius iustificari. Et sicut optime Paulus argumē
2.d tatur, si ex lege uel natura esset haereditas, non esset ex promissione. Et si lex
uel natura potuisset iustificare, ex illis esset iustitia, & Christus gratis mor-
tuus esset, neque a gratia exciderēt, qui in eis iustificarētur. Merito igitur patres
Ro.5.b loco asserunt, sicut per Adae ueteris delictum omnes morimur, ita per no-
Cōsen. ec- ui, & coelestis Adae meritum, & iustitiam iustificari quicunque redimus in
cle. conci. gratiam cum Deo. Et hoc ipsum iam olim uelut certum Ecclesia diffiniuit,

A cum in Nicæn. Symbolo, quod ubiq; solenniter in Ecclesia cantatur, propter nos homines, & propter nostram salutem filium Dei de coelis descendisse, & hominem factum, & crucifixum, & mortuū fuisse constantissime prædicat. Si enim propter nostram salutem hæc ille fuit perpessus, & nos ergo saluamur, & iustificamur merito passionis illius. Et eandem ueritatem manifeste diffiniuit Innocentius huius nominis primus in rescripto ad quoddam concilium Carthaginense suo tempore celebratum, & in epistola quadam ad Mileuitanum concilium. Et approbauit & confirmauit ipsius utranque diffinitionem Celestinus huius nominis primus in cap. 4. & 7. suæ primæ epistolæ decretalis. Eorumque uerba potest quis legere, uel in primo tomo Conciliorum, uel certe paulo post principium. 6. quæstiōis nostri opusculi de iustificatione. Et admirabili consensu omnes doctores Ecclesiastici hanc doctrinam tradiderunt, & ita passim suis in scriptis ea occurrit, ut superuacaneum prorsus existimarim aliqua eorum uerba hic subscribere. Neque crediderim, ullum fuisse scholasticum doctorem catholicum, qui asseruerit, sic bona opera propter suam bonitatem esse accepta Deo, & mereri remissionem peccatorum, & esse propitiationem, & prædum propter quod Deus nobis reconciliatur, & uincere terrores peccati, & mortis, & pacare conscientiam, ut non egeant misericordia, & propitiatore Christo. Immo uere omnes catholicos doctores existimo semper tenuisse quidquid eiusmodi habent opera nostra, siue ante iustificationem, siue post, habere ex misericordia diuina, & quatenus innituntur meritis Christi. B Et falso Philippus Melanchthon in Apologia confessionis Augustanæ sæpe imponit huius oppositum scholasticis doctoribus. Pergamus igitur ad alia.

Nicæ. cō. *Inno. 1.* *Celestinus* *Calumnia Melāctho nis in schol.*

Quod iustitiæ augmentum, & perseuerantia in ea, & consecutio beatitudinis nulli contingat, nisi propter merita Christi. Cap. IIII.

NOn solum oportet pro certo, & indubitato totius nostræ fidei, & religionis fundamento tenere, neminem unquam post Adæ peccatum potuisse de lege iustificari, nisi ob merita Christi, uerum & illud necesse est omnes fideles pro constanti, minimeque dubio sibi persuadeant, nullum unquam mortalium potuisse proficere in iustitia accepta aut in ea perseuerare, & beatitudinem obtinere, nisi ob eadem merita Christi. Itaq; non solam primam iustificationem exasse, & solide illi post Deum tribuere, & imputare debemus, uerum & iustificationem secundam, hoc est augmentum in iustitia, & ipsam perseuerantiam, & consecutionem beatitudinis, & breuiter quæcunque incrementa gratiarum, uel donorum ex Dei benignitate fuerimus assecuti. Ob illius enim gratiam, & merita apud patrē suum, ea omnia a Deo in nos defluunt, & eorum simus ab eo participes.

Propter Christū defluunt ad nos beneficia oīa spiritalia.

Et hęc tum ipse sacræ literę manifeste nos docent, tum ipsa mater nostra Ec C
clesia, et uniuersi sancti doctores ab ipsis usq; apostolis. Et uidetur hęc esse fides
quam pene cum lacte ipso a matribus nostris suggimus. Et de consensu
quidem doctorem, nemo, qui legerit eorum monumenta, dubitare pote-
Cur clau- dũtur oratiões eccl. uerbo illo p christũ. rit. Vbiq; in eis aperta occurrunt pro hac ueritate testimonia. Traditio au
tem Ecclesiæ uel illo argumento poterit nobis constare, q ipsa omnes pe-
ne orationes quibus aliqua dona spiritalia a Deo petit, claudit, ac uelut ob-
signat illis uerbis, Per dominum nostrum Iesun Christum. Quod & qui-
dem facit Ecclesia admonita, & freta illis uerbis Christi, Si quid petieritis
Io.16.e patrẽ in nomine meo, dabit uobis. Et ex Paulo idem ipsum potuit edisce
Heb.13 re, qui per Christum admonet nos hostiam laudis offerre Deo, & pro Hę
bręis Deum precatur ut aptentur in omni bono, & faciant ipsius uolunta-
tem per Iesun Christum. Verum enim uero consuetudinibus Ecclesiasti-
cis ad confirmationẽ huius ueritatis nihil indigemus. Vel unus Paulus uę
Eph.2.d ritatẽ hãc stabilire sufficit. In ep. ad Eph. ubi õndisset nos conuiuificatos, &
cõresuscitatos, & eo prouectos a p̃re p Christũ ut consedeamus in cœlesti
bus, ne ignoraremus omnẽ profectum spiritalẽ, & omnia gratiarum in-
crementa ei esse proprie tribuenda, subdidit. Ergo iam non estis hospites,
& aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, super ædificati su-
pra fundamentum Apostolorum, & prophetarum ipso summo angulari
lapide Christo Iesu. In quo oĩs ædificatio cõstructa crescit in templum san-
ctum in domino. In quo & uos coædificamini in habitaculum Dei in D
4.b Spiritusancto. Et aliquanto post addit, generaliter. Vnicuiq; autẽ nostrum
data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod di-
cit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona homi-
nibus. Quibus uerbis ostendit Christum causam esse meritoriam, & effi-
cientem omnium donorum, quæ nos participamus a Deo. Dicens, De-
Act.2.a dit dona hominibus, indicauit eum, efficientem eorum causam. Vnde &
paucis diebus post ascensionem suam misit super discipulos Spiritumsan-
ctum sub specie linguarum ignearum, & eodem uiuifico dono, & aliis nõ
paucis nunquam cessat irrorare, & enutrire, & communire suam Eccle-
siam. Dicens uero, illa nobis donari secundum mẽsuram donationis Chri
sti, monstrauit, eum esse causam meritoriam ipsorum, & eatenus nobis illa
applicari, quatenus ille meruit, & uoluit a nobis participari. Idem est
etenim dari nobis illa secundum mensuram donationis ipsius, quod com-
municari ea nobis, iuxta merita, & uoluntatem ipsius, & sicut ille meruit
& uoluit applicari nobis. Et ne ista quispiam referret ad solas gratias gratis
datas, de quibus statim subdit, Et ipse dedit, quosdam quidem Apostolos,
quosdam autem prophetas, alios uero Euangelistas &c. quanquam ea-
dem prorsus ratio erat de gratia gratum faciente, & de illis, tamen ne
de illis tantum locutus uideretur, subdidit statim. Vt iam non simus par
uuli fluctuãtes, & circunferamur omni uento doctrinæ, in nequitia homi-

A num, in astutia ad circunuentionem erroris. Veritatem autem facientes cre scamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus cõpactum, & connexum per omnem iũcturam subministrationis secundum operationem, in mensuram uniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate. Quibus uerbis nõ uideo, quid apertius dici potuerit, ut indicaretur, & in illo crescere, & proficere omnes, qui in aliqua gratia in Ecclesia proficerent, & ab illo uelut a radice dimanare, & originem trahere omnia nostra augmenta, seu incrementa spiritalia. Et non solũ de quouis profectu spiritali, uerum & de perseuerantia in gratia, & de consecutione beatitudinis hoc testatissimum fecit, his uerbis. Si unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ in uita regnabũt per unum Iesum Christum. Iniquum enim, ut plus possit iniquitas, quam gratia, plus Adam terrenus, quã Adam cœlestis. Et si Adam terrenus uno delicto suo, eoq; non grauissimo, mortis inducere potuit regnum, & filios suos etiam pœnis æternis, & condemnationi æternæ subijcere, multo magis profecto Adam cœlestis plurimis, & eximijs meritis suis, regnum uitæ comparauerit filijs suis, præsertim cum ille unus fuerit quiuis, nulla sanctitatis præcellentia, quod sciamus, tum, cum omnes perdidit, insignis, hic uero unus sit Iesus Christus, saluator utiq; omnium, & omnium gratiarum oleo a patre unctus, insignitusq; præ omnibus participibus suis. Et si qualis qualis delicti Adæ participatio damnatio ni æternæ satis est, multo magis abundantia gratiæ donationis, & iustitiæ B per Christum accepta, ad uitam, & beatitudinem eternam sufficiet. Vnde & constanter statim addidit Paulus. Vbi autem abundauit delictum, super abundauit, & gratia, ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam per unum Iesun Christum. Quibus uerbis aperte regnum gratiæ per iustitiam usq; ad perducendum nos ad uitam æternam attributum est Christo. Sed & aliquanto luculentius hæc eadem in epistola ad Hebræos. Et quidem, ait, cum esset filius Dei, didicit ex his quę passus est obœdientiam, & consummatus factus est obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Et iterum. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari. Et rursus. Saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum. Et alias. Noui testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum præuaricationũ, quæ erãt sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui uocati sunt æternę hæreditatis. Et rursus. Vna oblatione consummauit in sempiternũ sanctificatos. Et paulo post. Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis uiam nouam, & uiuẽtem per uelamen, i. carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum uero corde in plenitudine fidei. Possumus etiam, & hæc, & quę in proximo capite tradidimus, confirmare ex testimonijs Dauidis

Rom. 5. c
Hebr. 5. c
2. c.
7. d.
9. d.
10. c.
Ibi. d.

in Psalmo.71. quem necesse est secundum cōmunem doctorum expositionem ad literam de Christo exponere. Nam primo quidem ei iustificationē nostram attribuit his uerbis. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperem a potente, & pauperem cui nō erat adiutor. Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Quia iusti, & amici, & filij Dei cœperunt per ipsius redemptionem dici, qui antea peccatores, inimici, & abominabiles Deo erant. Deinde ut ostenderet & ipsi quoque adscribendam perseuerantiam iustitiæ, & beatitudinem, & incrementa omnia sanctorum spiritalia, adiunxit. Erit firmamentum in terra in summis montium, & super extolletur super Libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ. In uerbis illis, Erit firmamentum in terra in summis montium indicauit, ipsi esse adscribendam perseuerantiam, & firmitatem, non solum imbecillium, & eorum qui parū in uirtute profecerunt, sed & illorum, qui uitæ sanctitate, & præclaris bonorum operum meritis sic cæteris præstant, ut editissimi montes humilibus uallibus. Si enim horum sanctitas & firmitas, qui sibi magis uideri possent sufficere, ei tribuenda est, quid de aliorum sanctitate, & firmitate est credendum? In illis uero, Florebunt de ciuitate, ostendit meritis & auxilio Christi, iustificatos, ipsius opere & gratia in uirtutibus profecturos ac donis spiritalibus, & ab illo oportere agnoscere, se habere, quód proficiant, ac floreant gradientes de uirtute in uirtutem. Sed ipsam beatitudinem, quam adepti, supra omnes montes terræ attolluntur, & in cœlis collocantur, Christo deberi expressit, cū dixit. Super extolletur super Libanum fructus eius. Quid est enim aliud extolli super Libanum, qui altissimus mons est, quam attolli in cœlum, & ad sedes sanctorum editissimas deferri. Idem etiam significatū ab eodem propheta intellexit Augustinus in illis uerbis. Fiat manus tua super filium dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi, & non discedimus a te. Iste certe, ait, nō est Adam primus, in quo discessimus ab eo, sed Adam nouissimus super quem fit manus eius, ut nō discedamus ab eo. Et quoniam a Christo omnis iustitia nostra proficiscitur, tum prima, tum secunda, & consummatio totius iustitiæ, hoc est beatitudo, Paulus dicit factum esse nobis a Deo iustitiam, sanctificationem, & redemptionem, & illius fuisse figuram Melchisedech, qui interpretatur rex iustitiæ. Et Hieremias non contentus appellare eum iustum, appellat eum iustitiam nostram. Ecce, inquit, dies uenient, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et hoc est nomen quod uocabunt eum. Dominus iustus noster. Vltima hæc uerba septuaginta transtulerūt. Dominus iustitia nostra. Et sic etiam apertissime habet Hebraica litera. Quia uero ad beatitudinem usque, meritum Christi habebat pertingere. Daniel non contētus dicere consummandam esse præuaricationem Christi tempore, & finē accepturum peccatum, & delendam esse iniquitatem, addidit etiam ad du-

[Margin notes: C; D; Aug. de bono perseue. c.7.; Psal.79.; 1. Co. 1. d; Heb.7.c; Hier. 23.b; Dani. 9.]

A cendam iustitiam sempiternam. Vnde Hieron. tranctans illa uerba Christi, non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me &c. ponderans quae statim subduntur, & dilexisti eos sicut & me dilexisti, sic scribit. Vides ergo, quod in consortium substantiae eius assumimur, non naturae esse, sed gratiae, & ideo nos diligit, quia filium dilexit pater, & membra diliguntur, scilicet in corpore. Quotquot enim receperunt Christum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Haec Hiero. *Hiero. 2. con. Ioui. Ioan. 17. c Ioan. 1. b*

Christus ratio omnium benefitiorum spiritalium, quae hominibus collata sunt post lapsum Adae. Cap. V.

SVnt & praeter haec alia praecellentia Dei in nos beneficia, quae nobis propter Christum benignissime ille impartitur, de quibus, ne, si tacuerimus, ingrati uideamur bonorum omnium nostrorum autori, & cōsummatori, commodum erit seorsum aliqua disserere. Nam & auxilia specialia impartitur ad opera saltem praecellentia, per quae, & iustitiam acquirimus, & insigniter in ea proficimus, & graues uincimus tētationes, & in gratia perseueramus usque ad mortem. Quod luculenter probauimus in quaestionibus finalibus opusculi de iustificatione. Condonat etiam nobis Deus peccata uenialia quae, permanente in nobis iustitia & gratia sua, passim admittimus. Adhaec spiritum prophetiae, & gratiam miraculorū persaepe sanctis suis communicat, secreta scripturarum, & recondita sapientiae suae arcana
B misericorditer nobis plaerunque nota facit. Item opera nostra, & passiones, quae alias exigui, ac pene nullius ualoris essent, sufficientes facit ad consequendum ipsius gratiam, & gloriam. Verum haec, & alia quaecunque, & qualiacunque Dei dona, neque nos participamus, neque participauit unqnam post lapsum Adae quispiam mortalium, nisi ob merita, & iustitiam saluatoris nostri. Quare Bernar. mare quoddam dicit esse Christum, quod origo sit omnium fontium, omniumque riuulorum & fluminum. Et eleganter & sapientissime docet in de esse carnis continentiam, cordis industriam, uoluntatis rectitudinem, thesauros & sermones sapientiae & scientiae, eloquij nitorem, morum uenustatem, denique omnia dona, quae ex dei benignitate participamus. Quanquam autem haec ex testimonijs praecitatis colligi haud difficile possunt, tamen & nouis alijs testimonijs, & argumentis non grauabimur pspicua facere. Benedictus Deus, ait Paulus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in coelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in caritate. Qui praedestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesun Christum in ipsum, secundum propositū uoluntatis suae in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem omnium peccatorum, secundum diuitias gratiae eius, quae superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia, ut notum faceret nobis sa-

Ber. Ser. 13. sup cāt. Christus origo fontium. Eph. 1. a

cramentum uoluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod proposuit C
in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam nos sorte uocati sumus secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo. In quo & uos cum audissetis uerbum ueritatis, Euangeliũ salutis uestræ, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis uestræ, in redemptionem acquisitionis, in laudẽ gloriæ ipsius. Et utitur hoc testimonio Aug. usq; ad illa uerba, Qui operatur omnia. Et ex eo probat per Christum nos habere hanc gratiam, ut & ad Deũ accedamus, & a Deo nõ recedamus. Et pro eo quod nos legimus, In quo & nos sorte uocati sumus, ipse legit in quo & nos sortem consecuti sumus. Et hanc gratiam sortem eam intelligit. Sed aliquanto accuratius expendamus hęc Pauli uerba. Nam si bene, & pro dignitate ponderentur, abũde omnia, quæ uolumus, & mani feste comprobabunt. Primo quidem in his Paulus omni benedictione spiritali, quæ ad cœlestia conducat, asserit Deum nos benedixisse, & eam omnem attribuit Christo. Tantundem est in ipso, ac per ipsum iuxta phrasim Hębraicam, similecq; est de in quo, et per quem. Cum igitur omnia dona spiritalia, a patre luminum ad nos per benedictionem ipsius descendant, uel hinc constare poterit omnia ea adscribenda esse Christo. Quod & nobis uterq; princeps apostolorum, Paulus uidelicet & Petrus, manifeste exposuerunt, cum Christum esse semen illud præclarum, & benedictum manifestarunt, in quo Deus Abrahæ, Isaac, & Iacob pollicitus fuit, cunctas se tribus terræ benedicturum. Neq; enim hęc uerba ad unam benedictionem, qua iustificamur, coarctanda sunt, sed extẽdenda potius ad omnem benedictionem, qua Deus nobis confert beneficium aliquod spiritale. Sed & illud in citatis uerbis Pauli diligenter animaduertendum est, ut non dubitemus Christum esse rationem omnium beneficiorũ spiritalium, quæ homini post lapsum Adæ sunt exhibita. Adscribit quidẽ Paulus in eis ipsi Christo electionem & prędestinationem sanctorum, gratificationem, & redemptionem nostram, & remissionem omnium peccatorum nostrorum, instaurationem eorum, quę in cœlo & in terra sunt, uocationem, & adscriptionem eorum, qui ante sperauerunt in Christo, auditionem Euangelij, & tandem credẽtium signationem per spiritum promissionis sanctum. Nullum igitur est beneficium spiritale Dei in nos, quod nõ & meritis Christi adsignare, & imputare debeamus. His enim uel omnia aliquo modo complectuntur, uel certe de alijs maior ratio non est, quam de istis. Contra hanc tam perspicuam inuictissimę ueritatis tubam, quis homo sobrię uigilantisq; fidei, uoces ullas admittat humanas?

Aug. de bono pse. c. 7

In ipso & per ipsum idem.

Gala. 3

Act. 3.

D

De tribus beneficijs ad iustificationem collatis nobis propter Christũ. Cap. VI.

NOn contentus ero in genere ista probasse, nisi & peculiariter ea confirmem de tribus ex commemoratis beneficijs, quę magis ad nostram

A itram iustificationem spectant, nempe de efficacia nostrarum dispositionũ ad consequendum gratiam & gloriam, de remissione uenialium peccatorum, ac de auxilijs specialibus nobis benigne cõmunicatis ad aliqua precellentia opera. Et de efficacia nostrarum dispositionum, uel operationum ad consequendum gratiam & gloriam facilime hoc possumus suadere. Vnde nostra opera, quæ imperfecta ualde sunt, tantum habeant ualorem, ut per illa, tam eximia & tam præcellentia beneficia assequamur, nisi Deus benignissime eum ualorem impartiatur? Vnde uero ipse tãtum illa extulisset, nisi ob merita sui filij? Per quem reconciliare nos statuit, per eum & istam efficaciã operibus nostris dedit. Neq; alias uerum esset, nos iustificari propter Christum. Pientissime nimirum Bernard. ad Christum Iesum sic loquitur. De te domine suppleo, quod minus habeo in me. Idenq; agnoscunt ubiq;, & cõfitentur omnes sancti tribuentes Christo defectuum omnium nostrorum supplementum apud patrem. Et par est nobis persuadeamus omnem nobilitatem, & perfectionem nostrorum operum ad dona supernaturalia assequenda ab eo esse, qui ad hoc assumpsit naturam nostram, ut nos ac nostra omnia nobilitaret, perficeret, & grata Deo faceret. De remissione autẽ peccatorum uenialium idem probare possumus. Nam ad exprimendum uirtutem sanguinis Christi Apostolus dicit, sine sanguinis effusione non fuisse factam remissionem peccati alicuius in ueteri lege, & impossibile fuisse sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata, atq; adeo una Christi hostia, & oblatione placari potuisse Deum. Et a passione illius habent omnia sacra
B menta, & sacramentalia Ecclesiæ uirtutem ad remittendum peccata. Similisque est ratio de quibuscunq; alijs, ratione quorum Deus nobis ea benigne donat. Ipse quippe Christus unus est mediator pro nobis, & propitiatio omnium delictorum nostrorum. De auxilijs etiam specialibus communicatis nobis ad credendum, sperandum, diligendum, & pœnitendum, & ad alia eximia, & difficilia opera possumus idem firmare, quia Paulus, dum de iustificatione nostra per fidem ad Ephesios disserit, clare docet, & fidem, & iustificationem nobis contingere per Christum Iesum. Ipsius, inquit, sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Et paulo ante præmisit. Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam caritatem suã, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo. Eadem autem ratio est de fide & de alijs operibus, ad quæ Deus gratia sua, & fauore speciali nos adiuuat, ut conuiuificemur, & conresuscitemur a peccatis, & ius consedendi in cœlestibus acquiramus. Consentaneum quippe est, ut per eum habeamus auxilia cooperantia nostrę iustificationi, per quem unum Deo reconciliati sumus, & iustificati. Vnde & Paulus auxilia ad uincendum tentationes ei imputat dicens. In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potens est, & eis, qui tẽtantur, auxiliari. Atq; hinc consueuimus omnes, idq; exemplis, & scripturis sanctorum edocemur, gra

Efficacia dispositionũ nostrarũ ad gratiam est a Christo.

Ber. in ser. 1. de. Epiphania.

Remittuntur uenialia pp̃ter Christum.

Heb. 9. f 10. a.

1. Tim. 2. b
1. Ioan. 2. a

Auxilia specialia ad opa eximia dãtur propter Christũ.

Ephe. 2. b

Heb. 2. d

tias Christo agere de omnibus donis Dei, quæ uel in nobis, uel in alijs credimus, aut experimur, illiusq; merita ad ea omnia dona, & beneficia impetrandum, patri cœlesti repræsentamus, concludentes nostras orationes his uerbis per Christum dominum nostrum, ac per sui aduētus, & uitę mysteria eum iugiter, ut nostri misereatur obsecrantes. Et cū miracula in principio primitiuæ Ecclesiæ, facta fuerint in nomine Christi, satis indicatum est, & illa & alia opera superantia uires naturæ non fieri a Deo, nisi ob merita illius. C

Enodantur argumenta, quibus probantur auxilia specialia ad iustificationē, non semper conferri propter Christum. Cap. VII.

POssunt tamen contra hęc fieri aliquot apparentia argumenta. Et ea cō modum erit nunc diluere, ne aliquibus possint imponere. Hæc enim aut alia similia fortassis mouerunt uirum quendam bene doctum, ut in quadam Synodali congregatione assereret, ista auxilia nō dari nobis ob

1. *obiectio.* merita Christi, sed duntaxat ob misericordiam, & benignitatē Dei. Ac primo quidem potest quispiam sic quæ diximus, impugnare. Auxilium Dei generale non communicatur nobis ob merita Christi, ut in confesso est apud omnes. Nam debitum est ordini, & suaui dispositioni, & administrationi mundi; & superfluo applicata essent merita Christi ad illud obtinendum. Par autem ratio uidetur de speciali, cum & illud similiter uideatur debitum suaui hominum dispositioni, uel saltem a Deo ex æquo communicetur cum generali, omnibus eo uti uolentibus. Alioqui enim intermissio eorum operum, quæ speciale auxilium requirunt, nulli esset imputabilis. D

Resp. Quod manifeste est contra Scripturam. Sed grandis est distantia inter naturalia & gratuita. Et generale auxilium computatur inter naturalia, speciale inter gratuita. Quare cum per peccatum perdiderit homo gratuita omnia, non autem omnia naturalia, ad generalia auxilia habēda nō sic opus est no

2. *obiectio* bis meritis Christi, ut ad specialia. Sed dices. Seclusis meritis Christi, immo etiam si filius Dei non incarnaretur, habuissent omnes, qui non resisterent gratiæ Dei, auxilia specialia necessaria ad implendum omnia Dei mandata. Nam alias uel non esset necessarium auxilium Dei speciale ad ea seruandum, uel homo non esset ad ea obligatus, uel certè peccaret in eo, quod uitare non posset. Quorum quiduis dicatur, absurdum est, & ut tale abijciendum.

1. *Respon.* Verum tamen etiā si seclusis meritis Christi daturus Deus fuisset Adę, uel alijs eius posteris auxilia necessaria ad consequendum ipsius gratiā, non ideo consequens est, ut dicamus modo nō dari ea propter merita Christi. Si Adam nō peccasset, salui fuissent sine meritis Christi multi electi, qui modo saluantur per merita Christi. Quia quæ tunc sola sua benignitate fecisset Deus, modo uult facere ob merita sui filij, ut in omnibus illum laudemus;

2. *respon.* & glorificemus, & ei nos debere agnoscamus quęcunq; dona spiritalia participamus. Deinde. Quid Deus facturus fuisset, si filius eius non esset incarnandus, quis nouerit? Potuit quidem absq; iniustitia hominem damnare,

A uel statim post suum peccatum, uel nõ multo post, sicut damnauit & angelos. Potuit & sine remedio sufficienti ad suam salutem & reparationem eũ relinquere. Et siquidem subtraxisset, & obligationem ad illa, aut in eorum transgresione, uel intermisione peccasset homo, quia uoluntate, & culpa in eam se proiecisset imposibilitatem, sed ea peccata nõ fuissent, ad nouam aliquam pœnam imputata. Obijcientur tandem auxilia multa specialia cõmunicata infidelibus ad præclara quędam opera, quę nonnunquam in eis miramur. Quę concedendum non est, eos potuisse sine fauore Dei speciali, minimeq; uidetur ad eos pertigisse uirtus meritorũ Christi. Sunt enim extra corpus ipsius, quod est Ecclesia, & ad eum non uidentur spectare. Longe tamen errant, qui hæc obijciunt, neq; latitudinem caritatis Christi, neq; uiscera misericordię, quibus iustificauit nos oriens ex alto, assequuntur. Dedit ille nimirum animam suam in redemptionem pro omnibus, & omnes uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, & suę pasionis fructum participare. Sicut pro ipsis suis crucifixoribus orauit, ita iugiter extẽdit manus suas ad populum non credentem, & contradicentem sibi. Neq; est, qui se abscondat a calore suæ misericordiæ. In plateis exaltat uocem suã, & doctrinam quasi antelucanum illuminat omnibus, & enarrat illam usq; in longinquum. Per illum, ut ex Paulo docuimus, audiunt qui non ponũt obicem, prædicatum sibi Euangelium, & ipsius meritis, & precibus mitigatur sæpe ira Dei aduersus infideles, ac longanimiter Deus eos expectat, ut faciant pœnitentiam, & a multis grauioribus criminibus, in quę alias prolaberentur, custodit.

Obiect. 3. *Responsio* *1. Tim. 2. 4* *Prosunt et infidelibus merita Christi.* *Psal. 18.* *Proue. 1.* *Ecc. 24.* *Eph. 1. c*

B

De dependentia gratiæ gratum facientis a Christi meritis. Cap. VIII.

A Deo uerum est, omnia beneficia spiritalia, quæ a Deo accipimus, cõferri nobis propter Christum, ut et beneficia permanentia censenda sint pendere a meritis ipsius, & gratia, siue acceptione sua apud patrem, non solum in fieri, hoc est, in acquisitione sua, & communicatione, sed etiam in esse, & conseruatione sua. Et peculiariter hoc asseri debet de gratia, seu iustitia, quæ ex dono Dei permanet, & perseuerat in iustis. Sicut riuuli pendent a fonte, a quo manant, domus a fundamẽto cui innititur, lumẽ, uel radius potius solis a sole, ita proculdubio pendet iustitia nostra a iustitia Christi. Neq; habet aliquid decoris, aut fulgoris corã Deo nostra gratia, neque nos ei gratos efficit, nisi quatenus iustitiæ Christi innititur, & illius lucidisimis, & fulgentisimis meritis irradiatur, & illustratur, & participatio q̃dam est plenitudinis eorum. Omnia enim beneficia diuina ad nos a patre cœlesti defluunt, ut monstrauimus, ob merita Christi. Itaq; cum non sola gratię, uel iustitię infusio beneficium sit diuinum, sed etiam illius conseruatio, & perseuerantia in nobis, eademq; sit ratio de quocunq; Dei dono permanente, eorum omnium in nobis permansio tribuenda est meritis Christi. Vnde & Christus, non tantum iustificatio, & sanctificatio nostra, sed iustitia & sanctitas nostra dicitur ab Apostolo. Vt intelligamus uidelicet, nõ

Dependet gratia a meritis Christi ĩ esse et cõseruatione. *Probat. 1.*

tantum ei nos debere, ꝙ iustificemur, & fiamus iusti, sed etiam quod simus C

Proba. 2 iusti, & Deo placeamus. Et hoc docere nos potest analogia illa, qua sępe uti

1. Cor. 6. d tur Paulus, cum iustos appellat membra corporis Christi. Nam membra

Eph. 5. f corporis humani pendent a capite perpetua quadam ac iugi dependentia. Et uiuificus influxus spirituum uitalium a capite, uel a corde, qui facit mem bra humani corporis uiua, pendet ab eis, uel certe ab altero eorum, in fieri, & conseruari. Eoq́ ipso desinerent uiuere membra nostri corporis, quo ali quo obstaculo, uel impedimento, impediretur, aut interrumperetur ille influxus. Quam ob rem & gratia, quę nos uiuificat, & membra facit uiua cor poris Christi, pendebit a Christo, qui est cor, & caput Ecclesię in acquisitio ne sua, & conseruatione. Vt tamen ista & clariora sint, & firmiora, nõnullis ea argumentis impugnabimus.

De argumentis contra dependentiam gratiae a meritis Christi. Cap. IX.

Obiecti. 1. PRimo quidem obijci nobis potest. Merita Christi in rerum natura nõ sunt. Transierunt enim, ut transeũt cunctę uiatorum operationes. Gra tia etiam gratum faciens qualitas est absoluta, & cœteris destructis per

Respon. manebit in rerum natura, si modo maneat anima, cui inhęret. Sed merita Christi, licet in re iam transierint, tamen manent, & semper manebunt in di uina acceptatione. Et gratia nostra pendet a iustitia Christi, ut gratia est, & habentem facit gratum, tametsi non ita pendeat, ut qualitas est absoluta. Se

Obiecti. 2 cundo instabit aliquis. Quia ex natura sua, uel saltem ex lege communi ha bet gratia gratos facere, eos qui illam habent, neq́ ad id uidetur irradiatio D

Respon. 1. ne meritorum Christi egere. Valde tamen probabile est, & maxime ratio

Gratia fa- ni consentaneum, Deum, qui suauiter omnia disponit, & naturam, & pro

cit acce- prietatem cuiꝗ rei impartitur iuxta finem, ad quem eam destinat, talem na

ptos in or turam dedisse gratię nostrę, ut sicut Deus neminem habet acceptum, nisi in

dine ad ordine ad Christum, ita neq́ gratia nos faciat ei acceptos, nisi dependenter

Christum. a meritis ipsius. Et gratia quidẽ si maneret in homine seclusis meritis Chri-

Respon. 2. sti, faceret eum Deo acceptum, tamen manere non potest, nisi propter ipsa.

Obiecti. 3. Tertio argumentari quis potest. Gratia communicata alicui peccatori ob merita alicuius iusti, tantum pendet in sua acquisitione a meritis illius, non autem in sua conseruatione. Potest siquidem manere in Dei gratia, qui iusti ficatus fuerit ad preces alicuius, etiam si ille labatur in peccatum, cuius preci bus fuit iustificatus. Sicut & plęrunq́ manet in gratia regis, qui admissus est ob merita alterius ad illius gratiam, tametsi excidat a gratia regis, qui eum fecit regi esse gratum. Et iniuria uideretur Petro, exempli gratia, fieri, si exci deret a gratia regis, & beneficijs iam acceptis ob gratiam Ioannis, ea ratione expoliaretur, quia Ioannes in regem peccaret. Cum igitur firmiora sint beneficia diuina, & minus a Deo retractentur quam humana, non pendebit gratia nostra a meritis Christi in sua conseruatione, sed si per impossibile Christus excideret a gratia diuina, adhuc nos in Dei gratia permanebimus,

Respon. ex quo semel ad eam fuerimus admissi. Non pẽdet tamen iustitia, & gratia

nostra

A nostra a iustitia & gratia, quam modo Christus habet apud patrem semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Summa quidem illa est, & præcellentissima, ac nobis per multum commoda, non est tamen ea, cuius causa iustificamur. Iustitia, a qua pendet nostra iustitia, sicut & in sua acquisitione, ita & in sua conseruatione, est iustitia, quam in hac uita mortali Christus impleuit, hoc est singularia merita, quæ in hac uita habuit factus obœdiens patri pro nobis usque ad mortem crucis. Et nisi hæc iustitia, & hæc merita uiuerent in acceptatione patris, actum esset prorsus de nobis, & de nostra iustitia. Et quantum ad hoc, idem est de meritis cuiuscunque alterius, ratione quorum Deus alios iustificat, & de meritis, quorum causa rex aliquos reciperet ad suam gratiam. Nisi & ea quoque uiuerent, & integra permanerent in oculis regis, exciderent a gratia ipsius, qui propter illa admissi essent ad eius gratiam. Atque hæc satis sunt, ut intelligamus & iustificationem, & omnia beneficia spiritalia nobis a Deo exhibita, propter Christum nobis conferri.

A qua iustitia Christi depēdet iustitia nostra.

Quomodo uerum sit Christum mortuum esse pro omnibus, tametsi non omnibus prosit ipsius mors. Cap. X.

SVPEREST ad plenam intelligentiam huius capituli, ut & illud dubium, quod plerosque angit, diluamus. Cur, inquiunt, pro omnibus Christus dicitur esse mortuus, si non omnibus profuit ipsius mors? Nunquid frustrari potuit oblatio Christi, aut mortuus dici potest pro illis, pro quibus non ipse obtulit suam mortem? Neque frustrari potuit oblatio Christi, neque a patre non exaudiri filius, saltem de lege. Nam in eo sibi semper complacet, & complacuit. Itaque neque pro illis obtulit suam passionem, qui nunquam participauerunt ipsius merita, neque pro eis qui iustificati non sunt, ut iustificarentur, patrem orauit. Non pro mundo, inquit, rogo, sed pro eis, quos dedisti mihi. Dicitur autem mortuus esse pro omnibus, quia mors illius sufficiens fuit ad satisfaciendum pro omnibus omnium delictis, & pro innumerabilibus alijs, si essent, & ad perducendum omnes homines ad Dei gratiam. Sufficeret enim Baptismus ad iustificationem omnium paruulorum descendentium ab Adam, etiam si propagatio eorum duratura esset in infinitum. Et nemo est, qui si uelit ad gratiam Dei uenire, & suæ iustificationi operam sedulam exhibere, non uel ob merita Christi habere posit auxilia omnia necessaria ad eius assecutionem. Et sic obtulit Christus suam mortem patri cœlesti pro omnibus, & ut omnibus prodesset, orauit. Voluit quippe, et petijt atque obtinuit, ut sufficiat ad reconciliandū omnes Deo, & satisfaciēdum pro omnibus. Ad quorum omnium intelligentiam commodissima est illa peruulgata scholasticorum distinctio, quæ & diffinitione huius capituli cōfirmata est. Nā & mortuū, aiūt, Christū esse pro oībus quoad sufficiētiā, sed quoad efficientiā uel efficaciam solū pro illis, quibus meritum suæ passionis communicatur. Et fortassis nemo fuit unquā aut erit, cui nō aliquem fructū attulerit mors, quā ille misericor-

Bona q̄stio.

B

Respōsio.

Ioan. 17.

Nemo expers fructus passionis Christi.

dissime pro omnium commodo,& salute suscepit. Sed his principijs,ac ue C
lut certissimis omnium dicendorum fundamentis praeiactis, tempus appe
tit,ut ad explicandam ipsam iustificationis gratiam transeamus.

DE DESCRIPTIONE IVSTIFICATIONIS, & necessitate Baptismi Liber. V. in Cap. IIII. decreti de iustificatione.

PRAEFATIO.

OST nostrae imbecillitatis, & miseriae,remedijq; pro ipsis a Deo nobis concessi professionem, iustificationis gratiam,quam nobis suo aduentu Christus Iesus dominus noster obtinuit,perquàm commode,explicant patres. Et nos coeptum carpentes iter, quintum hinc incipiemus librum in expositionem eorum,quae de ipsa tradidere in Cap. 4. Quod hoc habet exordium.

INSINVATVR DESCRIPTIO IVSTIFICATIONIS *impij,& modus eius in statu gratiae.* Cap. IIII.

VIBVS uerbis iustificationis impij descriptio insinuatur,ut sit trāslatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adae, in statum D *gratiae,& adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum Saluatorem nostrum. Quae quidem translatio post Euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis,aut eius uoto fieri non potest,sicut scriptum est.*
Ioan.3.a *Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritusancto,non potest introire in regnum Dei.*

Breuis quaedam.cap.4.declaratio. Cap. I.

Colo.1. X uerbis proximo capite citatis, quibus Paulus dicit,iustos effectos esse a patre coelesti dignos in partem sortis sanctorum in lumine,& ereptos de potestate tenebrarum, & translatos in regnum filij dilectionis suae, collegerunt primo patres in hoc capite descriptionem iustificationis impij,& secundo necessitatem Baptismi tradiderūt. Et potest
1.con. eorum sententia his duabus conclusionibus comprehendi. Prima,Iustificatio impij est translatio ab statu in quo homo nascitur filius primi Adae in
2.con. statum gratiae,& adoptionis filiorum Dei.Secunda. Haec translatio post Euangelium promulgatum fieri nō potest sine lauacro regenerationis, aut eius uoto. Et pro harum expositione, & confirmatione,primo quidem,q̄ ad iustificationem impij spectāt,enucleabimus,deinde uerò,& pauca quaedam circa necessitatem Baptismi attingemus. Atq; ut completa sit hęc do-

A ctrina, connectemus sub priore huius libri parte, expositionem eorũ, quæ pro pleniori iustificationis impij cognitione infra capite. 7. adiecta sunt a patribus. Ita fiet, ut in huius capitis commẽtarijs omnia spectantia ad explicationem ipsius iustificationis, simul in unum habeamus, & in explanatione septimi ea duntaxat tractemus, quæ pertinent ad declarationem causarum iustificationis. Porrò sancta synodus sapientissime hoc loco, iustificationis gratiam ab ipsius descriptione explicare incipit. Omnis. n. teste Cicerone, quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, a definitione debet inchoare, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur. Et in descriptione iustificationis hoc loco tradita, expressa est essentia iustificationis, quæ consistit in quadam translatione, & mutatione reali, qua transfertur peccator ab statu culpe in statum gratiæ. Quæ tamen, & quanta bona ipsa iustificatio complectatur, expositum est inferius capi. 7. Et descriptio hæc non ad omnem iustificationem impij se extendit, sed solum ad primam omnium iustificationem. Cum enim iustificatur impius, qui iam semel iustificatus, iustificationem suam perdidit, non transfertur in filium Dei ab eo statu, in quo nascitur homo filius primi Adæ, sed ab eo potius statu, in quem seipsum sponte sua præcipitauit, efficiens se filium, & captiuum diaboli. Neq; ab re ad primã dũtaxat iustificationem hæc restricta est descriptio. De ea quippe sola, ante alia hic agendum erat. Et Paulus in uerbis, unde hæc descriptio colligitur, de ea sola agebat. Ad Colossenses nanq; recens conuersos, ea scribebat. Et ideo insinuasse dicitur huiusmodi descriptionem, quia qui digni

1. Offi.

Essentia iustificatiõis

B efficiuntur in partem sortis sanctorum, transferri dicuntur in regnum filij dilectionis paternæ, hoc est iuxta phrasim Hæbraicam in regnum filij patri suo dilectissimi. Non est autem dictum, iustificationem impij, translationem esse ex filio primi Adæ in filium Dei, sed dictum est, iustificationem esse translationem ab statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ in statum gratiæ, quia non opponuntur inter se, filius primi Adæ, & filius Dei. Nam beatissima uirgo, quæ nunquam fuit impia, & iusti, qui sunt in gratia, & Christus ipse, qui neque fuit, neque potuit esse extra gratiam Dei, filij primi Adæ uere dicuntur. Et cum Adam per pœnitentiam redierit in gratiam Dei, ut ex libro Sapientiæ aperte colligitur, absurdum profecto esset, solos eos filios Adæ uocare, qui fuissent, & perseuerassent in peccato. Hac igitur de causa non est dictum, iustificationem impij esse translationem ex filio Adæ in filium Dei, sed esse translationem ab statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ in statum gratiæ. Est autem status iste uere oppositus statui gratiæ, & filiorum Dei, quia est status inimicitiæ cum Deo, in quo Deo sumus exosi, & Deus est iratus aduersum nos, & in quo deformati, immundi, & filij iræ nati, serui peccati, & sub potestate diaboli, & mortis constituti perseueramus. Vocamur autem in hoc statu nominatim filij primi Adæ, non natura, sic enim & Christus, & beatissima uirgo, & omnes homines iusti filij sunt Adæ sed imitatione, & similitudine, quia

Adam per pœnitẽtiã in gratiam Dei reuersus. Sap. 10.

A tum, amicum suum faceret. Cur autem reconciliatio haec, & acceptatio ad amorem diuinum sanctificatio dicitur? Quia abluuntur per illam sordes spiritales filiarum Sion, & animae nostrae per eam mundantur, & a prophanis separantur, & Deo consecrantur, ut dicantur, & sint peculiaria spiritussancti templa. Et haec consecratio ad uidendum Deum disponit, & praeparat. In his autem potissimum significationibus usurpatur nomen sanctificationis in scripturis. Qua uero re Deus sic sanctificat animas nostras? Utique infusione gratiae. Nam dona, & uirtutes ad renouandum nos praecipue uidentur concedi. Per ea nanque reformantur prauae inclinationes contractae, uel consecutae ex peccato. Et gratiam uidetur Paulus lumen uocasse, cum dixit, iustos effectos esse dignos in partem sortis sanctorum in lumine. Ideo uero utrique beneficio iustificationis, sanctificationi uidelicet, & renouationi susceptio gratiae, & donorum adiuncta est, quia utrunque gratia fit, ac donis, & uirtutibus. Abluit siquidem gratia maculas peccatorum, & renouat, & nouas creaturas in domino facit eos, quibus illa infunditur, & dona ac uirtutes suo modo etiam nos mundant, & Deo uidendo nos praeparant. Ut quid tamen tacite sunt uirtutes, & gratiae tantum, & donorum facta est mentio? Nomine donorum comprehensae sunt uirtutes infusae. Dona quippe sunt Dei, & quidem praestantissima. Et noluerunt patres praeiudicare opinioni Scoti, & sequacium ipsius, qui credunt, dona spiritussancti non distingui a uirtutibus infusis. Quare ergo distinxerunt patres gratiam a donis, cum Scotus, & ipsius sectatores; & communiter etiam nominales

B gratiam eandem esse dicant caritati? Nullum praeiudicium factum est huic opinioni. Sunt enim ex sententia omnium catholicorum fides & spes infusae, dona Dei a gratia distincta. Non est autem hic facta caritatis mentio sub nomine caritatis, sed sub nomine gratiae, quia licet caritas, & gratia, una & eadem qualitas sit, sanctificamur tamen magis per illam, quatenus gratia est & nos gratos Deo facit, quam quatenus caritas est, & nos Dei amatores efficit. Qua ratione tandem adiectum est uerbum uoluntariam? An non sanctificantur paruuli in Baptismo per susceptionem gratiae, & donorum? Sufficit quidem ad sanctificationem cuiuscunque, qualiscunque Dei gratiae, & donorum susceptio. Sed hic de sola sanctificatione adultorum agitur. Et ut significaretur, neminem adultorum absque propria uoluntate sanctificari, adiectum est uerbum uoluntariam. Voluerunt etiam patres hoc loco stabilire ueritatem fidei aduersus dogma Lutheri asserentis, etiam nolentes, & reluctantes adultos iustificari. Docueruntque hoc uerbo, adeo uerum esse, neminem adultorum iustificari, nisi uolentem, ut ipsa etiam susceptio donorum iustificantium, quae totaliter sunt a Deo, nemini, nisi propria uoluntate contingat. Itaque cum multa Deus beneficia homini absque sua uoluntate, immo repugnante ipsius uoluntate elargiatur, beneficium iustificationis nemini, nisi praeuio ipsius assensu, & uoluntate impartitur. Et haec quidem satis esse possunt pro explicatione literali eorum, quae pa-

Dub. 1
Respōsio.
Dub. 2
Respōsio.
Colo. 1. b
Gratia lumen.
Dub. 3
Respon.
d. 34. 3
Dub. 4
Respon.
Iustificamur magis p caritatē, quatenus gratia est, quā quatenus caritas
Dub. 5
Respon.

tres tradidere circa descriptionem iustificationis. Verum altius ista repe- C
tenda sunt, ut & nomen, & rem iustificationis, & beneficia, quæ in se continet, plenius agnoscamus.

De significatione huius nominis iustificatio, & triplici acceptione eius. Cap. III.

QVoniam secundum doctrinam Philosophicam omnia multiplicia prius diuidenda sunt, quam diffinienda, & qui suo quidque ordine explicare cupit, statuere ante omnia debet certam aliquam, quantum fieri poterit, significationem, & acceptionem nominis rei, de qua agit, de nomine ipso iustificationis, & multiplici ipsius acceptione, pauca quædam, præmittemus. Quid significet nomen iustificatio, ipsa nominis etymologia docere satis nos potest. Trahit enim iustificatio originem a uerbo iustificare. Iustificare autem, quia ex iustum & facio componitur, aperte significat iustum facere, sicut sanctificare sanctum facere, & rectificare rectum facere. Et iustificari passiue idem est, quod iustum fieri, & sanctificari sanctum fieri, & rectificari rectum fieri. Itaque iustificatio nihil aliud est quam iusti effectio. Et tot modis opus est iustificationem accipi, quot modis accipiuntur iustificare & iustificari. Tres autem præcipuas, & magis frequentes huius uerbi iustificare acceptiones apud scripturas et sanctos doctores legi, & totidem consequens est esse huius nominis iustificatio. Aliquando iustificari idem est quod aliquem pronunciari, & ostendi iustum & innoxium. Et in hac significatione frequenter usurpatur a iurisconsultis, & pro uocabulo habetur forensi. Idemque est aliquem in foro iustificari, quod absolui a criminibus, de quibus accusabatur, innocentemque, & iustum a suo iudice diffiniri, & pronunciari. Et sic usus est saluator noster hoc uocabulo cum apud Matthæū dicit. Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Nam cum statim dixisset reddituros rationem omnes homines in die iudicij de omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint, istis uerbis, quæ mox subiecit, hoc uoluit profecto significare, ununquemque iuxta uerba sua pronunciandum uel iustum, uel reum, & ex consequenti, uel absoluendum esse, uel damnandum in die iudicij. Et in hunc sensum Pharisæis auaris improperauit, quod se iustificarent corā hominibus, hoc est, iustos ostenderent, pronunciarent, & iactarent. Et quendam legis peritum Lucas dicit, cum uellet iustificare seipsum, hoc est ostendere se iustum, rogasse Christum, quis esset suus proximus. Cunque Paulus dicit, eum, qui mortuus est peccato per Baptismum, iustificatum esse a peccato, hoc nimirum nos docuit, liberatum esse, & absolutum prorsus a peccato; quicunque in Christo Iesu Baptizatus est. Et apertissime Dauid accepit in hac significatione, cum dixit. Iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificate. Vtque in eo sensu hoc uocabulo se usum apertius faceret, subiūxit. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Notabat enim his uerbis iudices, qui cum diuites facilime absoluerent, & liberarent

Definitio quid nominis iustificationis. *Tres acceptiões iustificationis.* *Prima acceptio iustificationis.* D

Matt. 12.c *Luc. 16.d* *Luc. 10.e* *Rom. 6.d* *Psal. 81*

A a criminibus eis intentatis, tamen pauperes, a quibus nullum quæstum expectabant, diu patiebantur in carceribus, & compedibus esse, neq; eos iustos, & innocentes pronunciabant, & cito expediebant. Et in eundem sensum scripsit Salomon. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustũ, abominabilis est uterq; apud Deum. Et Esaias. Væ prænunciat illis, qui iustificant impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferunt ab eo. Iustificare impium pro muneribus, & iustitiam iusti ab eo auferre, eos utique intellexit, qui impium ob munera ab eo suscepta, iustum & innocentem pronunciabant, & iustum ab eis calumniose accusatum, uelut reum & nocentem condemnabant. De quibus statim dixerat. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Neque alium in sensum dixit Iob. Si iustificare me uoluero, os meum condemnabit me. Idem est etenim, si iustificare me uoluero, ac si apertius diceret: Si me uoluero pronunciare, & asserere iustum. Vnde & continenter addidit. Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Et alibi. Nunquid iustificari potest homo compositus Deo? Solus nanque Deus iustificabitur, & nullus poterit, uere pronunciari iustus, si conferatur ipsius iustitia ad diuinam. Et ideo in Euangelio publicani, & peccatores dicuntur Deum iustificasse, quia dum ad prædicationem Ioannis conuersi sunt, & illius Baptismo baptizati sunt. Deum multipliciter ostenderunt iustum. Primo enim, ut dicit Ambrosius in hoc

B declararunt Deum non ad indignos, sed uel ad innocentes, uel ad iustos, munera sua transferre, Secundo in hoc a peruenerunt, iustum esse Deum, tum in suis præceptis, tum in pœnis, quas a peccatoribus obstinatis reposcit, & merito agendam esse pœnitentiam de eorum transgresione. Tertio recipientes prædicationem Ioannis, hoc ipso probabant illum esse iustum & ueracem, qui iuxta pollicita sua talem & tam sanctum uirum ante se miserat. Et sicut bene dicit Eusebius Emissenus, ipsa confesio peccatorum nostrorum, ipsa fides, ipsa spes in Deum ostendunt, & prædicant non solum Dei misericordiam, sed & Dei iustitiam. In hunc etiam sensum iustificata dicitur sapientia ab omnibus filijs suis, quia absoluta est, & iusta pronunciata, & ostensa iudicio omnium filiorum suorum, id est, omnium electorum. Omnes quippe, se ei sponte subdentes recipit, & omnes perfidos abijcit nihilque ab ea prætermissum est, quod ad iustificationem nostram pertineat. Et sic Hierusalem dicitur iustificasse sorores suas, Samariam & Sodomam, quia magnitudine suorum scelerum ostendit eas iustas, siquidem ad eam conferantur. Præter hanc iustificationis acceptionem, secundo iustificare accipitur in scriptura, & apud sacros autores, pro eodem, quod est uere & reipsa facere iustum, sicut rectificare pro eodem, quod rectum facere, & purificare, seu mundificare, pro eodem quod facere purum, aut mundum. Et sic in scriptura dicitur Deus iustificare peccatores, quia illos iustos facit, & peccatores dicuntur iustificari, cum iusti fiunt. Et in hac si

Marginalia: *Prou. 17. c* — *Esai. 5. e* — *Iustificare impiũ pro muneribus* — *Iob. 9. c* — *Iob. 4. d* — *Luc. 7. e* — *Iustificatus Deus 4°. ab eis, qui recepe runt Ioan.* — *Amb.* — *Euseb.* — *Luc. 7. e* — *Ezec. 16. f* — *Secũda iustificationis acceptio.* — *Esa. 50.* — *Gala. 3. b*

gnificatione utuntur ut plurimum uerbo iustificandi doctores, cum agunt C
Rom.8.f de iustificatione. Et sic Paulus manifeste utitur hoc uerbo, cum de Deo di-
1.Co.6.c. cit. Quos prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustifica-
uit. Et paulo post. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat?
Et cum dixit Corinthijs, eos esse iustificatos in nomine domini nostri Iesu
Christi, & in spiritu Dei nostri, profecto tantundem uoluit dicere, ac si di-
xisset eos effectos esse iustos & per Christum, & per spiritumsanctum. Et est
ista acceptio magis cognata, & affinis etymologiæ huius nominis iam ex-
pressæ. Et quia quod sumus dicimur, & qui nos pronunciant iustos, faciũt
& iustos in conspectu aliorum, hinc natam priorem huius uocabuli acce-
ptionem crediderim, ut iustificare idem sit, quod ostendere, & pronunciare
iustum, seu quod idem est, a reatibus alicui obiectis, eum absoluere. Et fre-
quentia ista sunt in alijs similibus uerbis. Sanctificare quippe dicimus, quod
sanctum uel facimus, uel pronunciamus, & magnificare, quod dicimus, uel
Tertia acceptio iustificationis. facimus magnum. Præter has acceptiones, quæ magis consuetæ sunt, inue-
nio tertio acceptum in scripturis uerbum iustificari pro eodem, quod pro-
ficere, seu crescere in iustitia. Et sic Ioannes accepit in Apocalipsi cum dixit.
Qui iustus est iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Quid
Apo.22.c. est aliud iustificetur adhuc, quam fiat iustior, fiat sanctior, etiam postquam
Eccl.18.c. iustificatus est, detque operam, ut promoueat in sanctitate, & iustitia? Et ali-
bi scriptum est. Ne uerearis usq; ad mortem iustificari, hoc est ne uerearis us
que ad mortem pijs, & iustis operibus studere, dareq; operam, non obstante D
quocunq; periculo, & incommodo, proficere de uirtute in uirtutem, & de
die in diem magis secundum interiorem hominem renouari. Et sic ditari di
Iaco.2.d citur non is tãtum qui ex paupere diues fit, sed qui ex diuite ditior fit. Quo
Gen.22.b sensu et infra monstrabimus Iacobum dixisse, iustificatum esse Abraham ex
operibus, dum obtulit filium suum. Atq; hinc natum uidetur, ut qui profi-
cit in iustitia, uere dicatur iustificari, quia qui proficit in iustitia, aliquo in
gradu fit iustus, in quo ante non erat, & aliquem nouum gradum iustitiæ
acquirit, quem ante non habebat, ut merito ratione illius, nõ solum possit
dici fieri iustior, sed proprie iustificari. Itaq; & prima & tertia acceptio iusti-
ficandi ortum habent a secunda, quæ ut communior, & solennior, sic &
genuina magis est. Et si in hac tertia significatione inueniatur alicubi usurpa
tum actiuũ iustificare, idem erit sic iustificare quod augere alicuius iustitiã,
& eum efficere iustiorem. Cum autem iustificare & iustificari in quauis ista-
rum acceptionũ distinctas habeant, sicut actiuum & passiuum significatio-
nes, nomen iustificatio utranq; cõplectit, & nũc actiue nunc passiue accipit.
Sicut dealbatio, & calefactio, et similia, nunc actiue, nunc passiue accipiunt,
& nunc actionem, nunc passionem significant. Actiue capitur, iustificatio,
cum dicitur esse proprium opus Dei. Passiue accipitur, cum dicitur esse mu
tatio quædam dexteræ excelsi, qua quis de iniusto fit iustus, uel de iusto iu-
stior. Et iustificatio quidẽ actiue, si uolumus habere aliquã ipsius diffinitio-

A nem q̃d nominis, q̃ oẽs simul acceptiones complectat, est actio, qua Deus, uel aliquis alius pronunciat aliquem, seu facit iustum, uel iustiorem. Passiue uero iustificatio est passio, seu mutatio, qua aliquis pronunciatur, uel fit iustus, aut iustior. Quãuis aũt correlatiuorum eadem sit disciplina, & impossibile sit unum correlatiuum explicari, quin explicetur & alterum in proposito tamen magis de iustificatione passiue agemus, quam de iustificatione actiue. Nam de iustificatione actiue tractare ad septimum librum magis pertinet.

De multiplici iustitia, a qua potest dici quis iustus, & quæ sit proprie iustitia, qua homo iustificatur & a qua simpliciter appellatur iustus. Cap. IIII.

VErum quia iustificari iuxta nominis Etymologiam idem est, ut diximus, quod fieri iustum, iustus autem a iustitia quis dicitur, ut exacte intelligamus, de qua iustificatione in proposito sit sermo, multiplicitatem iustitiæ aperire operæpretium erit, & quæ sit iustitia explicare, qua iustificari quempiam nunc dicimus, & simpliciter iustum appellari. Et quidem cum uariæ accipiatur iustitia, & apud scripturam, & apud Ecclesiasticos, & Latinos autores, & nunc quidem pro integritate, & fide usurpetur nũc pro grã, & amicitia, nunc pro eleemosyna, in proposito generaliter iustitiam accipimus pro exhibitione, uel redditione alicuius debiti, & eos iustos appellamus, qui reddunt, quod cuiq; debent. Quia uero & alia aliis de- *Nouẽ diuisiões iustitiæ.*
B bemus, & diuersimode reddi possunt & redduntur, multiplicem inuenio apud doctores iustitiam. Est quędam iustitia interna, alia externa. Est iustitia Mosaica, siue legalis, & iustitia Christiana & Euangelica. Est iustitia fidei, & iustitia operum. Est iustitia Pharisaica hypocritica simulata, & est iustitia uerax syncera & simplex. Est iustitia philosophica seu moralis, & est iustitia Theologica siue supernaturalis. Et iustitia moralis duplex est, legalis siue uniuersalis, & particularis. Et particularis in politicam, & œconomicam diuiditur. Et tam philosophica quam Theologica, aut actualis potest esse, aut habitualis. Et habitualis iuxta sententiam communem doctorũ Theologorum, aut acquisita, aut infusa. Est autem iustitia externa ceremonialis *Iustitia externa.* quædam, & accurata exteriorum præceptorum obseruantia. Cui exacte obseruandæ, & explendę, quia uigilanter, & attente studebant Pharisęi, & hypocritæ; & student semper quicunq; non uere, sed simulate sunt iusti; seq; aliis ut iustos uenditare sunt solliti, eadem & Pharisaica, & hypocritica & simulata, & operum exteriorum iustitia dicitur. Interna uero iustitia ap- *Iustitia interna.* pellatur, quædam solicita exhibitio fidei, spei, caritatis, pietatis, & religionis, aliorumq; animi interiorum affectuũ, qui nobis partim in Deum partim in proximum præcepti sunt. Iustitiam Mosaycam, siue legalem dici- *Iustitia Mosayca.* mus obseruantiam præceptorum legis datæ Israelitico populo per Moysen. Iustitiam uero Euangelicam, siue Christianam uocamus, obseruantiam *Iustitia Christiana* præceptorum Euangelicorum, quæ nobis data sunt per Christum. Et qa

In lege Euangelica multa data sunt præcepta de fide, quia multa sunt credē- C
da, pauca uero data sunt præcepta de operibus, pręsertim exterioribus, cō
tra uero factum fuit in lege Moysi, ideo iustitia legalis dicitur ab aliquibus
Iustitia moralis. iustitia operum, iustitia autem Euangelica, iustitia fidei. Iustitia moralis uo-
catur iustitia quædam, qua quis bene se habet, & iuste secundum præcepta
Iustitia legalis. moralia, & naturalia. Et legalis siue uniuersalis ad omnium uirtutum ope-
ra, quæ legibus pręcepta sunt, se extendit. Est enim quædam adæquatio, et
Iustitia particularis. conformitas morum ad legem. Particularis autem proprie spectat, ut ius
suum unicuiq; tribuat. Et si quidem ciuibus tribuatur quod illis debetur,
Iustitia politica. iustitia ista Politica peculiariter appellatur, si uero domesticis tribuat, quod
illis debet, iustitia Oeconomica dicitur. Theologica uero iustitia non tan-
Iustitia oeconomica. tum secundum præcepta moralia, & naturalia mores nostros componit,
sed & secundum præcepta & præscripta supernaturalia iustos nos in nos
Iustitia Theolo. ipsos, & in proximos, & in Deum, & denicq; in omnes facit, & amicos, &
gratos, & amicos Dei, & acceptos ad uitam æternam, & hæredes ipsius
cōstituit. Nā ut Theologia, qua parte practica est, & nos, & proximos, &
Deum ipsum in primis respicit, & quę in nos, & proximos, & in Deum
seruare oportet, ut consequamur ueram, & beatam uitam exacte docet, ita
Theologica iustitia dici potest rectitudo sufficiens ad consequendum bea-
titudinem, uel obseruātia præceptorum, quæ Theologia ipsa docet, & tra-
dit. Et de hac una iustitia, siue ea actualis sit, siue habitualis, siue qualitas crea
ta, siue tantum fauor, & acceptio Dei, & assistentia ipsius specialis Theolo- D
gi Scholastici, doctores sancti, & ipsæ scripturæ loquuntur, cum aliquem
iustificari, uel iustum esse, & proficere in iustitia asseuerant. Et de ea una iusti
tia, intermissis reliquis, in præsenti agemus. Quoniam uero doctores
Scholastici eam in actum, & habitum partiuntur, & habitum in acquisitū
diuidunt, & infusum, ut illi intelligantur, necq; nos ista lateant, quæ conferre
possunt ad pleracq; digna intellectu clarius intelligenda, adijciam iam dictis
Iustitia actualis. & ista. Quando ista pręcepta uel moralia, uel Theologica, uel naturalia,
uel supernaturalia, actu pręstamus, ut per ea opera uel acquiramus ami-
citiam diuinam, & acceptionem, & ius ad uitam æternam, uel in istis pro
Iustitia habitualis. ficiamus, ipsa eorum executio iustitia actualis uocatur. Quando uero in
nobis est aliqua qualitas permanens, quæ nos promptos faciat, & expedi
Iustitia habitualis acquisita. tos ad ea exequenda, ea qualitas iustitia habitualis appellatur. Et habitualis
iustitia acquisita, siue ea moralis tantū sit siue Theologica, est habitus siue
consuetudo bonis operibus comparata, inclinans nos & pronos seu pro-
cliues efficiens ad similium bonorum operum exercitia his, ex quibus ge-
Iustitia habitualis infusa nita est. Infusa uero dicitur habitus a Deo infusus, quo nos sibi gratos, &
in ipsius oculis iustos facit, & ad ea, quæ sibi placent facilius, & lætius exe
quenda uirtutem, & facilitatem tribuat. Et quoniam, qui hæc habet, præ-
cepta omnia seruat, neque aliquid quod alicui debeat, præterit, & erga
omnes æquus, & rectus est, solos eos Theologus appellat iustos, qui

A hanc iustitiam habent. Quia uero iustitiam Theologicam, quidquid illa sit, Deus optimus maxi. donat nobis propter merita Christi & in gratiam ipsius, ea iustitia Dei, & Christi,& nostra dicitur. Dei quia meritis ipsius communicata, nostra, quia nobis inhæret. Et quia ea nulli unquam adulto contigit, nisi per fidem, & per merita Christi, eadem & iustitia Christiana, & Euangelica dicitur, & iustitia fidei dici posset. Et secundum hanc unam simpliciter iustificantur,& ab ea iusti sunt, & appellantur, quicunque iusti dicuntur. Deq; ea una nobis erit in toto hoc tractatu agendum. *Iustitia Theo. Dei est Christi, ac nostra.*

De illis quæ in se complectitur iustificatio nostra. Cap. V.

EXpressimus utcunq;, quę sit iustitia, de qua in pręsentia tractamus, & quid nomen iustificatio significet, & quam multiplex sit, siue actiue, siue pasiiue accipiatur. Sed nondum, quid in re iustificatio nostra sit, queq; iuxta diffinitionem patrum, complectatur, & comprehendat, attigimus. Hoc igitur dabimus nunc diligentem operam, ut perspicuum,& apertum omnibus faciamus. Sed ut presslius, & exactius, quid ipsa sit iustificatio intelligamus, prius quę in se concludit, exponemus, & confirmabimus. Et quidem, quo magis magisq; mecum expendo bona cuiuscunq; iustificati, quę quidem & multa, & eximia sunt, ad quatuor in summa, a patribus expressa, quę facilime memoria teneri poterunt, ea omnia non incommode reduci posse intelligo. Primum est reconciliatio

B cum Deo. Secundum est remisio peccatorum quo ad culpam, & quo ad pœnam, uel partem ipsius. Tertium est renouatio interioris hominis. Quartum ius & acceptatio ad gloriam ęternam. Sicut per peccata inimici simus Deo,& iram illius, & reatum ad pœnas graues incurrimus et bona interioris hominis pœne omnia deperdimus,et ius ad gloriã amittimus, ita cum iustificamur, redimus in gratiam Dei, liberamur a reatu pœnę ęternę, renouamur, secundum interiorem hominem, & acceptamur ad uitam ęternam, hęredesq; ipsius constituemur. Reparat enim pene omnia mala, quę per peccatum incurrimus, uel irritat potius, & quassat iustificatio, & reuocat, secunq; adducit omnia bona, quę per peccatum perdidimus. Neq; leuia, aut parui momenti bona ista sunt, quę in se complectitur iustificatio, sed magna, & omnino pręstantissima. Eaq; si pro meritis existimarent, & perpenderent apud se iusti, difficilime trahi possent in peccatum. Et uel eorum consideratio, & spes illa assequendi, emollire deberet, & inflectere omnes peccatores ad pœnitentiam. Vnde & Christus Episcopum Ephesi una memoria status, a quo ceciderat, per Ioannem Apostolum ad pœnitentiam hortatur dicens. Memor esto unde excideris, & age pœnitentiã. Sed ut melius beneficia ista, & eorum dignitatẽ, & ualorẽ agnoscamus, necq; in tacitã uideamur pterire, rei, de qua agimus, magnitudinẽ, libet singula istorũ bonorũ singillatim & seorsũ explicare, et ipsis scripturarũ sacrarũ *Quatuor cõplectit iusticatio.* *Apoc. 2. b*

oraculis, ne ficta, aut commentitia existimentur, ea omnia probare.

De primo bono iustificationis. Cap. V.

Primũ bonũ iustificationis. EST itaq; primum bonum iustificationis, reconciliatio cum Deo. Habet hoc omne letale peccatum, ut odibiles, & Deo exosos omnes peccatores constituat. Odio, inquit Salomon, sunt Deo & impius, & impietas eius. Et Alibi. Abominatio domini est omnis illusor. Et odisti, ait regius Psaltes Deo, omnes operantes iniquitatem. Et Ecclesiasticus inquit. Altissimus odio habet peccatores. Et sicut alias scriptura testatur, iniquitates sunt, quę inter nos & ipsum Deum diuidunt, quęq; nos separant, & elõgant ab ipso. Longe etenim dominus ab impiis, & cũ sit summa sanctitas, & iustitia perfectissima, respicere ad iniquitatẽ nõ potest, sed indicibili prosequitur odio omnes peccatores, & auertit, & abscondit oculos suos ab eis, neq; eorum foeditatem, & deformitatem uidere sustinet. Et quanquam pro suę misericordiæ immensitate iram suam, & odium in ipsos mirum in modum hic attemperat, & patienter, & longanimiter eorũ impietatem ad tempus fert, & cum iratus fuerit, misericordiæ suę recordatur, ut uelut grauate, & cum dolore de illis uideatur ultionem sumere, tamẽ tandem obstinatos, & pertinaces irremediabilibus addicit pro suis demeritis, poenis, & letatur disperdens eos. Hoc autem tantum, & tam graue malum, quodq; in primis & super omnia lugendum est in peccatis, aufert primo iustificatio. Reconciliantur enim Deo peccatores, cum ab eo iustificantur. Et hoc beneficium Paulus expressit dicens. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Et alibi. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quantum autem, & quam incomparabile sit istud beneficium, non solum ex malo, cui opponitur, quod grauissimum est omnium malorum, & ex bonis, quæ ex eo sequuntur, quę statim aperiemus, manifestum esse potest, sed ex seipso, si bene aduertamus, facile possumus perspicere. Quis non magni facit in gratia esse sui domini, sui parentis, sui prælati, sui ducis, sui principis, sui regis? Quid sunt autem omnes prælati, & principes, si ad regem, & dominum dominantium, & ad illum patrem misericordiarum, optimũ, sapientissimum, & potentissimum, ex quo omnis paternitas in coelo & in terra, conferantur. Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inanæ reputatæ sunt ei. Crescit uero hoc beneficium non parum ex eo, quod ingratis, & immeritis, & omnino indignis confertur. Nam quanto minus meretur aliquod beneficium, qui illud recipit, tanto probatur benignitas, & liberalitas illud conferentis esse maior. Auget & illud hoc beneficium, quod non solum redeunt peccatores, dum iustificantur, in gratiam cum Deo, sed in eam gratiam redeunt, quę proprie filiorum, & amicorum est. Recipit sic benigne Deus peccatores reuertentes ad se, & ita uiscera misericordię suę illis aperit, ut & filiorum, & amicorũ suorum nomine mox honorificet, neq; dedignetur, filios & amicos appel

Sap.14.b Pro.3.d Psal.5 Esa.59.a Prou.15.d Abac.1.d Ro.5.b 2.Co.5.d Eph.3.c Esa.40.d

A lare, qui paulo ante, ipso contempto, patrem alium sibi elegerant, & fœdus cum ipsius inimico pepigerant. Vos, ait, amici mei estis, si feceritis, quę pre cipio uobis. In quæ uerba pulchre Gregorius. O quanta est misericordia conditoris nostri. Serui digni non sumus, & amici uocamur. Quanta est di gnitas hominum, esse amicos Dei. *Greg. ho. 27. in euã.*

De secundo beneficio iustificationis. Cap. VII.

SEcundum beneficium, quod in se claudit iustificatio nostra, est remissio peccati quo ad pœnã totã debitã uel peccato uel satẽ quo ad pœnã ęter nã. Sequit̃ quodcunq; peccatũ mortale reatus ad pœnas dãni & sensus æternas, ut infra docebimus ex scripturis. Non est, n. inane, neq; parum formidandum odium Dei. Neminem odit sine magno ipsius damno. Et primo quidem, quia peccatores auertentes se a Deo propter inobędientiã, & ingratitudinem suam, atq; immunditiam & turpitudinem secutam ex peccato, indigni sunt, qui ad Dei cõspectum, & pulcherrimam, & mundis simã ciuitatẽ Hierusalẽ admittantur, miserando ac perpetuo exilio, dãnant̃ reiq; fiunt carendi in æternum & uisione Dei & societate sanctorum. Dein de uero, quia creaturas perperam amarunt, ut torqueantur a creaturis, & pugnet orbis terrarum contra insensatos, ad perpetua, & nunquam termi nanda Gehennalis ignis tormenta obligantur, quibus comparata quæcun que hic nos affligunt, picta potius sunt quam uiua tormenta. Et hæc seque tur uermis ille, qui non morietur, sed damnatorum omnium conscientias *beneficiũ. 2 iustificatio nis.* *Lib. 14*

B crudelissime semper ex carnificabit. Hisq; malis accedet, societas omnium malorum, & totius nequitiæ mundi, & habitatio supra quam dici potest pessima, ubi nullus ordo, nulla lætitia, nulla pax, nulla quies, sed sempiter nus luctus, sempiternus horror sempiternus dentium stridor, sempiterna iurgia sempiternę maledictiones, & blasphemiæ. Ab his autem omnibus tęterrimis, & grauissimis malis liberat hoc secũdum beneficium iustificatio nis. Quos enim in suam gratiam recipit Deus, ab horum omnium reatu eripit. Vnde & Paulus saluos esse ab ira per Christum, pronunciat omnes Deo reconciliatos. Et par profecto non erat, neq; omnino, saltem secun dum legem Dei, fieri poterat, ut alicui tantorum malorum, quæq; Deus in solos peccatores, & sibi inimicos parauit, obnoxius esset, qui iustificatur a suis peccatis, & in gratiam ipsius redit. Atq; ideo, mox, ut aliquem Deus iu stificat, & sibi reconciliat, uel ei omnem pœnam debitam pro peccatis con donat, ut in baptismo, uel certe a reatu pœnę æternæ absoluit, licet pp debi litatẽ, & impfectionẽ pœnitẽtię, q̃ ad ipsum plerũq; redeũt peccatores reos illos relinquat, & obnoxios aliqbus pœnis tẽporalibus, uel hic, uel in pur gatorio ab eis exoluendis. *Ro. 5*

De tertio bono iustificationis. Cap. VIII. *Beneficiũ. 3. iustificatio nis.*

TErtiũ beneficiũ annexũ iustificatiõi, est renouatio interioris hois. De turpãt animã peccata, maculãt, sordidãt, fragilẽ, et tardã ad bonũ insta bilem & pcliuẽ ad malũ, debilẽ ad resistẽdũ tentõnibus efficiũt. Et eã languere usq; ad mortẽ faciunt, ne currat p uiã mãdatorũ Dei, ne alacris sit *Dãna ex peccatis.*

ne hilaris, ne læta, ne quiescat, ne somnum dulcem unquam capiat, sed iugi- C
ter flamma suorum uitiorum exęstuet, ardeat, & sibi ipsi displiceat. Vnde et a sanctis doctoribus, nunc lepræ, nũc paralysi, nunc hydropisi comparantur. Et libertatē etiam spiritus peccata auferunt, & dæmoni, & mundo, & carni, & sibi ipsis, hoc est, ipsis nostris prauis affectibus nos subijciunt, & duris uinculis & compedibus misellas nostras animas constrictas, in seruitutem plusquam ferream, & Aegyptiacam, contradunt. Hebetant & aciem nostrorum sensum, ne audiamus uoces, & inspirationes Dei, ne uideamus mala, quæ nobis imminent, ne trahamur post dominum odore fragantissimorum exēplorum, quę nobis sancti præbuerunt, ne gustemus quam suauis est dominus, ne sentiamus flagella, quibus excitamur ad pœnitentiam. Expoliant insuper nos peccata diuitijs spiritualibus donorum, & uirtutũ expoliant honore, decore, & bona fama, nudos nos, pauperes, uiles, abiectos, infames, & steriles bonis operibus constituunt. Aurum tollunt sapientiæ, colorem optimum caritatis exterminant, lapides preciosos uirtutum dispergũt, aut certe obnubilant & obscurant. Pacem conscientiæ, & lætitiam expellunt, calorem, & seruorem spiritus eliminant, & horrendos nos reddunt, & fœtidos in conspectu Dei, & sanctorum suorum. Et tandem

Thren. 4

impletur illud, quod olim lugebat Hieremias. Filij Sion inclyti, amicti auro primo, reputantur in uasa testea. Qui uescebantur uoluptuose, interierũt in uiis, & qui nutriebantur in croceis, amplexantur stercora. Candidiores niue nitidiores lacte, & rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. D
Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum. Cunque tot & tam grauia mala nobis concilient peccata, quando nos Deus iustificat, non contentus est pro sua incomparabili benignitate, & humanitate, nobis peccata remittere, & ad suam gratiam tot malis obnoxios recipere, nisi etiam misertus incommodorum, quæ nobis attulerunt peccata, interiorem nostrum hominem renouet, & reformet. Simul igitur cum iustificatione nostra languores, & uulnera nostra sanat, sordes abluit, uincula peccatorum tollit, dominium prauorum affectuũ disrumpit, & seruitute, et captiuitate dęmonis liberat. Horrorem & fœtorem peccati adimit, uitia fugat fomitem mitigat, uitam, & libertatem reddit, decorem, ac diuitias, gratiæ & uirtutum restituit. Pacem, ac lætitiam conscientiæ reddit, collapsas animæ uires reparat, & communit, debilitas sensus exacuit & corroborat, pronos in bonum facit, tardos & difficiles ad malum, fortesque, & constantes ad resistendum tentationibus, ac & fœcundos bonis operibus. Fidem, & spem uiuificat, charitatem accendit, prudentiam, sapientiam, & sciētiam largitur, religionem, & pietatem tribuit, iustitiam præbet, fortitudinē affert, temperantiam, humilitatem, impartitur. Denique sic omnia interiora innouat, ut merito Paulus baptizatos omnes, renouatos dixerit, nouamque creaturam appellarit. Et eadem causa iustificationem per baptismum natiuis

Renouationis interioris bona.

Heb. 6. 4
Ro. 6

A tatem Christus uocauit, & Ioannes, & Iacobus generationem, et ipse Paulus regenerationem. Qui & ipsi Christi resurrectioni, eam comparauit. Et Dauid olim sub nomine creationis, & renouationis omnem iustificationẽ expressit. Neq; qualiscunq; est ista renouatio interioris hominis, quæ fit in iustificatione nostra, sed ita iustificatos omnes, pulchros, nitidos, diuites fortes, constantes, sapientes, nobiles, & omnibus uirtutibus ornatos facit, ut si omnem pulchritudinem corpoream, omnes diuitias terrestres, omnẽ gratiam naturalem, omnes honores mundanos, omnem sapientiam, & nobilitatẽ, & gloriam huius sęculi, immo etiam omnes uirtutes studio, & diligentia humana partas, ad pulchritudinem, & diuitias, sapientiam & gloriam, quam iusti hac renouatione assequūtur, conferamus, sicut flores agri, marcescant, quantuncunq; præcellentia sint, ac magnifica, suumq; nitorem & splendorem perdant, & præ nimio iustificati hominis decore, & fulgore obnubilentur, & obscurentur. Sicut enim cœlum terram, spiritus corpus, æternitas tempus, sic uita gratiæ, uitam antecellit naturalem, pulchritudo animę pulchritudinem corporis, diuitiæ interiores diuitias exteriores, libertas spiritus innatam libertatem uoluntatis, & fortitudo & fœcunditas spiritalis fortitudinem & fœcunditatem uirium naturalium. Nam fortitudo, & fœcunditas, & pulchritudo, & uita corporis, & diuitiæ exteriores limitatæ, & temporariæ, & oculis duntaxat corporeis appetibiles sunt, & ad ea concursus generalis satis est. Ad uitam autem, decorem, fortitudinẽ, libertatem fœcunditatem, & diuitias spirituales concursu speciali, & supernaturali dei opus est, & infinita est suo modo eorum uirtus. Ad æternitatem enim parant, & perducunt, & non in oculis duntaxat hominum, sed & in oculis spirituum, & ipsius Dei, nitida, & pulchra, & speciosa, & preciosa adeo sunt, ut & cor illius uulnerent, & ad nostri amorem inflectant, et quod dictu quoq; admirabile est, nutui, & uoluntati iustorum subiiciant. Obędiuit nanq; dominus Iosue, dum ad uocem ipsius solem, & lunam stare fecit. Et ad Moysen dicit dimitte me, ut irascatur furor meus. Atq; hinc Paulus confidenter dicebat. Omnia possum in eo, qui me confortat. Et rursum. Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? ab periculum? an persecutio? an gladius? Et mox certum se subdidit, q̄ nulla creatura posset eū separare a caritate Dei. Et hinc quoq; nata sunt illa axiomata inter Theologos. Minima gratia sufficit ad resistendum omnibus tentationibus. Minimum opus bonum iustorum, ualorem habet uitæ æterne apud Deum. Quę supernaturalia sunt prestantioris sunt, & præcellentioris ordinis quam naturalia, & spiritualia, quam corporalia, & infusa quam acquisita. Et ubi hæc non sufficerent, quę quidem sufficientissima sunt, uel illud unum abunde potest omnia ista confirmare, q̄ hac renouatione assequimur esse quoddam diuini ordinis, ratione cuius ita perficimur, et supra nos tollimur, ut sicut Petrus explicuit, diuinæ fiamus consortes naturę, et sicut Ioannes asseruit, filij Dei nominemur, et simus

Ioan. 3. a *1. Io. 5. d* *Iaco. 1. c* *Tit. 3. b* *Ro. 6.* *Psal. 1. 3* *Pulchritudo iustorũ* B *Iosue. 10. c* *Exod. 32. b* *Philip. 4.* *Ro. 8. c* *2. Petr. 1. a* *1. Ioan. 3. a*

uerecꝫ participatione quadam a doctoribus sanctis dij appellemur. Neque C
dissimulandum est hic unum, ex quo & istud beneficium uehementer uide
tur augeri. Cum potuisset Deus ista omnia absq; aliquibus habitibus infu-
sis per peculiarem tantummodo suam assistentiam, & cooperationem in
nobis perficere, quo iustificati perfectiores, & potentiores essent, & in se ha
berent, unde facilius, & promptius præstare, & exequi possent, quæ ipsi pla
cent, infundit eis omnibus, præcellentes uirtutes, & præcellentia dona. Ne-
que his contenta est largitas & munificentia diuina. Recedēte Deo per pec-
catum incipiunt in animabus nostris commorari uiperæ, colubri, serpen-
tes, dracones, & uenenosa alia & pestilentissima animalia. Fiunt siquidem
ob peccata animæ nostræ habitationes, & domus dæmonum, sicut ex-
Matt. 12.d presit Christus in Euangelio, & Cyrillus. 10. super Ioan. c. 5. Atque his te-
terrimis, & alijs similibus pestibus dæmones comparantur in scripturis.
Illapsus gratificus. Cum uero iustificamur, effugatis omnibus ipsis, & procul pulsis, illabitur
animabus nostris illapsu quodam intimo & omnino admirabili tota trini-
tas, & ita se nobis unit, & coniungit, & mansionem in nobis facit, templa-
que nos sua cōstituit, ut & nos in ipsa, & ipsa in nobis longe aliter, & mul
to intimius, & præcellentius sit quam in cæteris creaturis. Et hoc commu-
d.14. pri. niter tuentur Scholastici doctores post magistrum. Distingunt etenim in-
ter communicationem Spiritussancti & communicationem donorum ip-
sius. Et asserunt, iustis non tantum conferri in sua iustificatione dona spiri-
tus, sed & ipsum spiritumsanctum. Et ante illos hæc docuerunt, ut diligenter D
Ath. Am. notaui, Athanasius in ep. ad Serapionem. Amb. de spiritusancto. Augu. 15.
Aug. leo. de trini. & 19. de uerbis domini. Leo in sermone quodam de Pentecoste,
Greg. Grego. in hom. 30. super Euangelia. Et Augustinus contendit spiritū sanctū
Psal. 67. dictū esse dona, & a Dauide, & ab Apostolo, quia cum ipsum sit donum
Eph. 4. commune membris Christi, ab eo multa dona, quæ sunt quibusque pro-
Ioan. 14.c pria diuiduntur. Et hanc eximiam & præcellentem gratiam, quæ nobis fit,
dum iustificatione nostra renouamur, expresit Christus, cum dixit. Si-
quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, &
1. Cor. 3.c ad eum ueniemus, & mansionē apud eum faciemus. Confirmauit & sæpe
1. Co. 6.d eandem Paulus. Nescitis, inquit, quia templum Dei estis, & spiritus Dei ha-
bitat in uobis? Et rursus. An nescitis, quia membra uestra templum est spiri
Rom. 8.b tus sancti, quem habetis a Deo, & non estis uestri? Et alibi. Siquis autem spi
2. Co. 6.d. ritum Christi non habet, hic non est eius. Et iterum. Vos enim estis tem-
1. Ioā. 4.c plum Dei uiui. Et de eadem Ioannes. Qui manet in caritate in Deo manet,
& Deus in eo. Quia uero posset Deus absq; ista gratuita, & intima sua præ-
sentia iustificare, & renouare interiorem nostrum spiritum, & a collatione
reliquorum donorum, & uirtutum eam seiungere, posset & hic illapsus
totius trinitatis gratuitus seorsum ab alijs, quæ in se claudit nostra iustifi-
catio, computari. Non est autem hoc uisum conuenire, quia per hunc
illapsum præcipue renouamur, & ab eo crediderim prouenire quęcunque

iusti

A iusti habent spiritalia dona, aut certè ad illum ordinari. Affert quippe Spiritussanctus secum sua dona, & templa sua ipse mundat & decorat, quasque sibi despõsat animas his, uelut iocalibus, & muneribus exornat, uel saltem, ut habitaculum ibi habeat non indecorum, neque omnino se indignum, cum statuit eò uenire prius natura his illas ornamentis decorat. Non.n. nisi mundatam, & congrue ornatam domum inhabitare dignatur Spiritussanctus. Vnde August. dicit. Vt habitet Spiritussan. nonne ubi uult spirat, & caritas Dei sine qua nemo bene uiuit, diffunditur in cordibus nostris? Porrò neminem uisitat sine magno commodo ipsius, & ubicunque recipitur, uberem facit hospitis sui mercedem. Neque ociose, & sine fructu manet. Cum uiuus ignis, sit intellectũ illuminat, affectum inflammat, memoriã commonefacit, & ad orationis, & alia fidei, & pietatis, & reliquarum uirtutum opera, iugiter quos inhabitat, hortatur, excitat, extimulat, adiuuat. Et hanc utilitatem mansionis Spiritussancti explicuit Apostolus, cum alibi, tum uero disertissime ad Romãos. Si spiritu, ait, facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Qui spiritu Dei aguntur hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Et paulopost. Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret spiritus, quoniam secundum Deum postulat pro sanctis. Et ad hoc beneficium crediderim & illud aliud posse reduci, quod & pro distincto fortassis posset computari, nempè omnes, qui iustificantur, uiua effici membra Christi. Est nempè hæc peculiaris, & non infima gratia omnium iustorum hominum, quod membra sint uiua Christi. Et Vos estis corpus Christi, ait Paulus, & membra de membro. Et ni fallor, hæc gratia non est pro eadem habenda cum ea, quæ iustis fit, dum merito Christi iustificantur. Sed separabilis est ab illa, & incrementum illius. Posset quidem Deus iustificare nos merito Christi, & non efficere membra ipsius uiua. Verũ qui nostræ humanitatis dignatus est fieri particeps, tantopere amat, & diligit nos, cum sumus grati suis beneficijs, & suę redemptionis fructu gaudere uolumus, ut uelut coniuncta, & insita sibi membra habeat nos, & ut talia nutriat, foueat, diligat. Et habet ista gratia nouas peculiares, & pręgrandes pręrogatiuas, quęque multum conferant ad interioris hominis renouationem. Solicitam enim Christus habet curam omnium iustorum suorum, & multo maiorẽ, quàm nos corporis nostri, & uelut caput in membra iugiter in eis uirtutem influit, quę ipsos renouet, & magis ac magis perficiat, & de uirtute in uirtutẽ in dies singulos proficere faciat. Et hac ratione opera iustorum, & magis meritoria, & magis satisfactoria esse crediderim, quàm alioqui essent etiam cæteris omnibus paribus. Placent nanque suo modo opera bona iustorum hominum patri cœlesti propter istam eo

Aug. epi. 105.

Vtilitas illapsus gratifici.

Hebr. 12. g

2. Tim. 1.

Gal. 4. b

Rom. 8. c

Rom. 8. e

B

1. Co. 12. d.

Gratiæ mẽbrorũ christi.

rum unionem,& connexionem ad Christum,sicut opera Christi,& ab eo C
Galat.2.d uelut sui ipsius filij quodãmodo censentur,& acceptantur. Sicut enim Paulus dicit, Viuo ego, iam non ego,uiuit uero in me Christus, ita iusti dicere possunt,mereor ego,iam non ego,meretur uero in me Christus. Satisfacio ego, iam non ego, satisfacit uero in me Christus. Et alioqui nihil in re responderet huic tam frequenti metaphorę, & in Scripturis, & in doctoribus sanctis, neque ex ea excitari debuissent iusti ad seruandum, & tuendum suam iustificationem, & agendum pro ea iuges gratias, sed dundaxat ex hoc quod sunt in gratia merito Christi. Et re uera si ita esset, neque uere incorporaremur Christo spiritualiter per fidem, neque cum iustificamur, uere ut prædicant Scripturæ, & tota Ecclesia, efficeremur spiritaliter uiua membra ipsius, neque ipse esset proprie nostrum caput spiritale.

De quarto beneficio iustificationis. Cap. IX.

4. beneficium iustificationis. QVartum beneficium, quod in se continet, nostri iustificatio, uel sextum potius, si cui magis placeat seiungere ab alijs illaspum gratuitum, & unionem uiuificam cum Christo, est acceptatio, uel ius ad uitam ęternam. Propensissimus nanque Deus noster ad misericordiam, ad beneficentiam, ad benignitatem, sicut omnes peccatores reos esse uoluit ęternarum pœnarum, ita omnes iustos ius uoluit habere ęternę uitę, & gaudiorum ęternorum. Et cum potuisset remittere libere hominibus peccata, immo & iustos facere illos, & in amorem suum recipere, quin ad uisionem sui, & fruitionem acceptaret, noluit remittere pecca- D ta, quin iustificatos amaret, noluit amare, quin amicos faceret & filios, & ex consequenti uitę ęternę hęredes. Et hęc est spes, quę exhilarare debet omnes iustos, & in omnibus suis angustijs, & tribulationibus uehementer eos consolari. Quantuncunque enim uiles, abiecti, & despecti sint mundo, quantuncunque grauibus angustijs, ęgritudinibus, laboribus, penurijs, persecutionibus, passionibus, & tentationibus obnoxij, tamen grati sunt, & cari Deo, amicique, & filij ipsius, & ius habent certissimum, & non impedibile, ut cum hac uita defuncti fuerint, angelorum intersint choris, cum
Gregor. beatissimis spiritibus glorię conditoris assistant, pręsentem Dei uultum cernant, & incircunscriptum lumen uidentes, nullo mortis, aut alicuius alterius mali metu soliciti, incorruptionis, & felicitatis perpetuę munere lętentur. Et hoc tantum ius consequi iustificationem nostram, aperuerunt
Ioan.1.b nobis Ioannes, & Paulus. Ioannes declarauit, datam nobis potestatem
Ro.8.c per fidem, ut fiamus filij Dei. Paulus uero subinfert. Si filij, & hęredes, hęredes quidem Dei, cohęredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & cõ glorificemur. Existimo enim quod non sunt condignę passiones huius tempo
2.Cor.4.d ris ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Et alibi ait. Id enim, quod momẽtaneum est, & leue tribulationis nostrę supra modum in sublimitate
2. Cor.5.a ęternum glorię pondus operatur. Et mox subdit. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ędificationem habemus

A ex Deo domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Et in Euangelio sub nomine uitę ęternę sæpe nobis eãdem gratiam Christus expresserat. Est forsan Deus noster, ut aliqui tepide, & parũ amãtes, quos amant parce, atq; inuide honorantes, quos sciunt dignos honore? longe ista sunt a diuina bonitate & caritate. Omnes profecto iustificatos ad præmia æterna & incomparabilia amat, omnes sui participes, & sibi arctißime familiares uult facere, nihil illis inuidet, nihil eis subtrahit, se totum, & uidendum, & fruendum ipsis cum tota sua curia benignißime, & amãtißime impartiri gestit. Potest scripturarum studiosus non obscure ista omnia adumbrata perspicere in illis quę olim Deus per Moysen promisit Israelitico populo, si quidem seruaret mandata ipsius. Et quia ista tam grandia, & tam magnifica beneficia in se claudit iustificatio, merito Augustinus in illa uerba Ioan. & maiora horum faciet, iustificationis opus creationi cœli, & terrę antefert. Et nisi ita esset, nõ ei tantis laboribus nostra iustificatio extitisset, non pro ea tãtos sudores, & angustias tolerasset, nõ sanguinem pro ea effudisset proprium, qui uno uerbo mundum hunc condidit, neq; nos deberemus ei maiores gratias pro redemptione, & reparatione nostra quàm pro creatione.

Io.3. Mat. 19. Lu. 22.

Deute. 28.

August. Ioan. 14.

Peccati incommoda, & bona iustificationis expressa in parabola filij prodigi. Cap. X.

VT tenacius ista omnia beneficia iustificationis, quæ statim explicuimus, memorijs nostris hęreant, & apertius poßint ab omnibus intelligi, libet ea, ceu in tabula aliqua descripta, & depicta in parabola filij prodigi monstrare. Mirifice nanque in illa, ea omnia nobis Christus expreßsit, ac uelut digito demonstrauit. Cum ille dicitur relicto patre peregre profectus esse in regionem longinquam, ibique dißipasse substantiam cum meretricibus, & coactus egestate, & fame, miserabili se seruituti addixisse, ut pasceret porcos, neque ea seruitute obtinere potuisse sibi uel siliquas, quas porci pascebant, quibusque ipse maxime saturari cupiebat, miseria utique peccatoris nobis delineata est. In recessu filij a patre ex uoluntate, & petitione ipsius filij, agnosce discessum liberum, & uoluntarium peccatoris a patre cœlesti, & separationem illius ab eo, qui neminem deserit, nisi prius ipse deseratur. In profectione in regionẽ longinquam, quęque maxima diuexata est fame, cognosce reatum multarum miseriarum, & potißimum perpetuę carentię uisionis Dei in terra horroris, & uastæ solitudinis, ubi diues epulo neque aquam potuit habere, qua refrigeraret linguam suam. In dißipatione substantiæ, egestate, seruitute, fame, deturpatio interioris hominis, & mala, quę eam sequuntur, nobis significantur. Vbi uero in se reuersus filius hic prodigus, & miserię in qua erat, contemplatione, & abundantiæ domus paternæ recordatione permotus, deliberasse describitur, ad patrem redire, & illius misericordiam implorasse, quid aliud, quàm conuersio peccatoris redeuntis ad Deũ nostris oculis subijcitur? Sed quę statim post hæc subduntur, graphice profecto docent quemadmodũ Deus peccatores ad eũ reuer

B

Luce. 15.

Reuersio in se.

tes iustificet,& quę illis beneficia elargiatur. Vidit, inquit illum pater ipsius, C
Visio patris. cum adhuc longe esset. Vidit oculis misericordiæ, Vidit aspectu illo, quem petebat Dauid dicens. Aspice in me, et miserere mei. Vidit quem nihil fallere
Psalm. 118 potest, quique solicitudinem filiorum suorum, etiam cum ab eo errant, nō prorsus abijcit. Vidit in se reuersum, & surgere, & ad ipsum reuerti deliberātem. Neq;.n. ille in se reuerti, & tam sancta uota concipere potuisset, nisi eū
Mat. 26. g ille aspexisset, qui intuitu suo Petrum ad amaram suæ negationis pœnitentiam, excitauit. Sed uidit adhuc longe agentem, quia non sufficiunt conatus omnes nostri, ut nos iustificent, et Deo reconcilient. Verum quod deest no
Paterna misericordia. bis, ipse benignißime supplet. Subditur. Et misericordia, motus est. Ab ipsius misericordia, & non a iustitia profluit nostra iustificatio. Sustinere non potuit pater misericordiarum tantam sui filij amaritudinem. Et accurrēs ce-
Sedulitas patris. cidit super collum eius. Accurrens dicit, quia non est lenta, neq; tarda diuina misericordia ad subueniendum compunctis corde. Mox u t tacti dolore de peccatis nostris, eum inuocamus, exaudit, & sinum suæ misericordiæ aperit, ut recipiat confugientes ad se, & redeat in gratiam nobiscum, & re-
Reclinatio conciliet nos sibi. Et in signum reconciliationis, reclinat se supra collum nostrum, & ut perfectam intelligas reconciliationem, quæ & a reatu æternæ pœnæ liberet, & amicitiam ipsius restituat, & adoptionem in filium largia-
Osculum. tur, adijcitur. Et osculatus est eum. Osculum signum pacis est. Osculum signum amoris. Osculum sponsis, cognatis, amicißimis, & filijs impartitur.
Gen. 27. d Osculum petijt sanctus patriarcha Isaac à Iacob in signum amoris paterni. D
Canti. 1. a Osculum petiit sponsa ab sponso in canticis in signum amoris ardētis, quo in eum afficiebatur. Et reuertentem hic ad se filium pater misericordißimus osculatur in signum perfectę reconciliationis cum ipso, & condonationis omnium delictorum, & absolutionis a reatu æternæ pœnæ. Et ut renouet perditum, & deformatum filium, & miseranda nuditate, & egestate, & fame pressum, cito inquit, proferte stolam primam, & induite illum, & date anulum in manu eius, & calciamenta in pedibus eius, & adducite uitulum sagi-
Vestimenta. natum, & occidite. In uestimentis, & ornamentis dona interiora indicātur, quibus Deus interiorem hominem reformat. Stola prima, quæ totum ho-
Stola prima. minē tegit, caritas est, quæ operit multitudinē peccatorū, & uestis nuptialis a doctoribus appellatur. Anulus quem sponsi solent dare sponsis, fides
Anulus. est, qua Deo desponsamur, iuxta illud, despōsabo te mihi in fide. Calciamē-
Oseæ. 2. ta, quę pedes tegunt, & ad percurrendū uiam præmuniunt, spē significant,
Calceamēta. per quā ambulamus in uia mandatorū. Et in his uelut pręcipuis reliqua sunt dona cōprehēsa, quibus Deus renouat iustos. Q͂d aūt adduci uult uitulū sa-
Vitulus. ginatū, & occidi, incorporationem adūbrat, qua pater cœlestis iustos uniri uult suo filio, oībus gratiis, & donis sine mēsura refertißimo, & pro nobis
Filij nomen. in cruce occiso, & ipsius mortis fructu gaudere. Quoniam uero non renouat Deus iustos in hac uita, nisi ut transferat in alteram uitam, & in illa eos perficiat, ut omnia se restituere illis cōmōstret, quæ perdiderāt per peccatū,
& ut

B & ut ius ad beatam uitam illis misericorditer communicatum apertius faciat, honorat mox nomine filii, & lętabundus ad epulas, & gaudium blandissime, & mollissime, & affectu plusquam paterno familiares suos hortatur dicens. Manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Et mox omnes ibi manentes cœperunt gaudere. Gaudium enim est in cœlis super cuiusuis peccatoris iustificatione. In misericordiæ igitur affectu, in accursu ad subueniendum, in reclinatione super collum & osculo, reconciliatio Dei cum peccatore, & cōdonatio delictorum ipsius designantur, In indumentis & ornamentis renouatio interioris hominis exprimitur. In mactatione uituli saginati incorporatio in Christum, & fructus passionis ipsius ostenditur. In nomine filii, & in epulis, & gaudio, hæreditas uitæ ęternæ & ius ad sempiterna gaudia indicatur. *Epulum.*

Quid in re ipsa iustificatio. Cap. II.

EX dictis facile est colligere, quid sit in re ipsa iustificatio. Sed quo apertiora sint omnia, distinguenda est duplex iustificatio a doctoribus posita. Intermittunt enim doctores primam acceptionem iustificationis supra positam tanq̃ parum necessariam proposito. Et cum quis iustificatur secundo modo, hoc est, ex iniusto fit iustus, illam iustificationem uocant primam. Cum autem quis iustificatur tertio modo, hoc est, ex iusto fit iustior, eam iustificationem uocant secundam. Et iustificatio quidem prima passiue capta, sic potest apte & breuissime definiri, seu describi. *Duplex iustificatio Prima, & secunda.*

B Iustificatio prima est mutatio quædam supernaturalis, qua quis ex iniusto fit iustus, iustificatio uero prima actiue capta, est actio quædam admirabilis, & supernaturalis, qua Deus aliquem ex iniusto facit iustum. Fieri autem ex iniusto iustũ dicimus, ut ex præcedentibus patet, cum quis ex inuiso, et ingrato Deo fit ei carus, & amabilis, ex inimico amicus, ex impio pius, ex prauo, & peccatore rectus, & sanctus, ex immundo, & inquinato mundus, & purus, ex seruo peccati, & filio dęmonis, & reo ęternarum pœnarum, seruus iustitię, filius Dei, hęres regni cœlorum. Iustificatio uero secunda passiue accepta, sic breuiter potest definiri, est mutatio supernaturalis, qua quis ex iusto fit iustior. Hoc est, qua quis ex grato Deo, & amico fit gratior, & amicitior ipsi, & ex recto, pio, mundo, & sancto & accepto ad uitam ęternam, fit rectior, mundior, sanctior, & magis pius, & acceptus ad maiorem gloriam. Actiue autẽ accepta iustificatio, est operatio, qua ista in nobis Deus perficit. Siue autem hoc fiat per augmentum gratiæ, & uirtutum, siue etiam sine illo per uoluntatem Dei, & peculiariorem, & maiorem, & intimiorem illapsum spiritussancti, nihil refert ad propositum diffinitionum, & obscurare illas posset uerius quam perspicuas facere. Ac propterea his contenti pro expositione descriptionis iustificationis ad explanandam necessitatem baptismi, quam patres in secunda parte huius. 4. cap. tradiderunt, transibimus. *Definitio qd rei iustificationis primæ.* *Definitio quid rei iustificatiōis secundæ.* *Iustificatio actiue.*

Baptismus non solum necessarius sed etiam praeceptus. Cap. XII.

QVia primum remedium exterius iustificationi nostrę a Deo prouisum, & sicut communiter dici solet, prima tabula post naufragium, misero homini derelicta, baptismus est, prudenter sancta synodus post expressam descriptionem iustificationis, mox ad eam necessarium esse exposuit baptismum in re, uel uoto. Et ex hac diffinitione tria digna notatu possumus colligere. Primū est baptismū omnibus esse non solum necessarium, sed etiam praeceptum. Secundum est, iustificari posse adultos, immo etiam saluari absq; baptismate in re, si quidem uotum illud suscipiendi habeatur. Tertium est, non posse tamen paruulos iustificari sine baptismo in re uel martyrio. Quoniam uero tria haec non parum fuerūt hoc tempore controuersa, placet de eis aliquanta seorsum differere, & sententiā patrum firmissimis argumentis munire. Et quidem primum horum nempe Baptismum non solum esse necessarium, sed esse etiam in praecepto, sicut quibus idonee est praedicatus, si non baptizentur, cum possunt, non ob alia tantummodo condemnētur peccata, sed etiam quia non baptizantur, his possumus argumentis docere. Primo. Nisi baptisma esset in pręcepto. saluari possent sine i'lo, & sine illius uoto, qui ante susceptū baptismum iustificati essent, siue sanctificati fuissent in utero suarū matrum, siue iustificati essent per sacramentum circuncisionis, aut per aliquem bonum motum in Deum. Nemo quippe acquisitam iustificationis gratiam perdit, nisi ob trāsgressionem, uel omissionem alicuius praecepti. Et nemo excluditur a regno coelorum, nisi propter peccatum. Itaq; si non est in praecepto, ex consequenti dicendus est neq; esse omnibus necessarius. Illa etiam uerba Christi, nisi quis renatus fuerit &c. aptissime hoc idem ostendunt. Vbicunque nanq; scriptura similem poenam comminatur, doctores omnes intelligūt sub esse praeceptum. Et alias neq; poenitentia actualis, neque sacramentum confessionis erit in praecepto, immo nulla prorsus erit uia probandi aliquod esse pręceptum, uel prohibitum. Qua ratione enim quis dixerit, baptismum non esse in praecepto, non obstantibus istis uerbis, dicet & alius neq; poenitentiam esse in praecepto, etiam si Christus dixerit. Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis, & confessionem non esse necessariam, etiam si Christus dixerit. Quorum retinueritis, retenta erunt, & opera carnis non esse prohibita, etiam si Paulus de illis absolute dixerit. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non assequentur. Quod si ex illis uerbis Genesis, Anima cuius praeputii caro circuncisa non fuerit, peribit. de populo suo, optime colligitur, ex pręcepto domini fuisse circuncisio conferenda tam paruulis, quam adultis, cum non minus generaliter, & indistincte, neq; sub minori pęna indicatur omni sexui, & aetati baptismus iu his uerbis, etiam illa debent conferi, esse praeceptum domini. Et hoc argumento utitur Innocentius tertius in cap. Maiores de baptismo, &

Tria notā da de bap. *Baptismus est in praecepto.* *arg. 1.* Io. 3. *arg. 2.* Io. 20. f Gala. 5 Ephe. 5 1. cor. 6 *arg. 3.* Gen. 17 Inno. 3

D

A eius effectu, ut probet, baptismum esse, & paruulis, & adultis conferendum. Ad hęc pœna mortis temporalis adiecta legibus ueteris testamenti indicabat, ut communiter dicunt doctores, eas esse præceptiuas, & obligare sub mortali. Et idem modo communiter sentiunt doctores de legibus ciuilibus. Idem etiam omnes intelligimus in pręceptis Ecclesiasticis, quando eis adiicit pœna sententiæ excommunicationis ipso facto, uel latę sententiæ. Ergo pœna mortis æternę, & exclusio a regno cœlorum adiecta his uerbis. Nisi quis reatus fuerit ex aqua, & spirituſancto, multo magis indicabit, baptismum esse in præcepto. Præterea. Si dixisset Christus, Si uis ad uitam ingredi, suscipe Baptismum, hoc satis esset, ut intelligeremus, baptismum esse in præcepto. Et alias inualide omnes, & hæc etiam sancta synodus inferius probaret necessitatem mandatorum ex illis uerbis, si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Ergo cum apertius significetur istis uerbis, Nisi quis renatus fuerit, &c. necessitas baptismi, quam illis, Si uis ad uitam ingredi, Baptizare, etiam hæc censenda sunt indicere pręceptum. Insuper. Ista uerba aperte indicant necessitatem baptismi ad consequendum regnum cœlorum. Ergo etiam necessitatem pręcepti. Omne. n. quod est necessarium ad consequendum salutem & uitam ęternam, necessarium etiam est necessitate præcepti. Et alias pręcepta domini non sufficerent ad perducendum nos ad beatitudinem.

Arg. 4.

Arg. 5

Matt. 19. c

Arg. 6

B Quod est contra illud, Si uis ad uitam ingredi, serua mãdata. Et si id quod est necessarium ad euadendum mortem corporalem, est necessarium, necessitate præcepti, & qui illud non sibi applicaret, cum commode posset, censeretur homicida sui, & nouo peccato peccare, quanto magis hoc est credendum de illis, quæ necessaria sunt nobis ad euadendum mortem æternam, & assequendum uitam sempiternam? Non magis, neque tantopere cõmendata nobis est a Deo salus corporalis, ac spiritalis, neque magis tenemur, ad tuendum, & quęrendum salutem corporalem, quam spiritalem. Quod si, ut paulo ante diximus, non potest necessarius esse omnibus baptismus ad consequendum regnum cœlorum, nisi etiam sit in pręcepto, cũ ex his uerbis clarũ sit: necessariũ esse omnibus baptismũ ad consequendum regnum cœlorum, neque in hoc uel minimus sit tergiuersandi locus, constabit utique ex eisdem esse illum omnibus in præcepto. Sũt quidem ista argumenta meo iudicio adeo fortia, & firma ad probandum ista uerba Euangelica pręceptum inducere, ut non dubitem, uel hoc uno argumento, potuisse patres diffinire aperte & incunctanter, baptismum esse in præcepto. Et uel hoc unum satis esse potuit, ut inquisitores hæreticę prauitatis merito in nostra Hispania coegerint quendam uirum alioqui doctũ retractare, quod publice asseruerat, & prædicauerat, nempe baptismum necessarium esse omnibus, sed nemini esse in præcepto, neque quenquam damnari, quia non fuerit baptizatus, sed duntaxat propter alia peccata. Et quanquam ex hac patrum diffinitione satis idonee confu-

tari poteſt hic error, tamen ex ſuperabundanti poſſumus cõtra illũ induce- C
re canonẽ quintũ de Baptiſmo in ſeptima ſeſſione huius Synodi promulgatũ, qui ſic habet. Siquis dixerit, Baptiſmũ liberũ eſſe, hoc eſt, non neceſſariũ ad ſalutẽ, anathema ſit. Quibus uerbis ſatis indicarũt patres, Baptiſmũ eſſe in præcepto. Liber. n. erit, ſi non ſit in præcepto. Neq; obſtat, quod ſtatim adiecere, hoc eſt, non neceſſariũ ad ſalutẽ. Nã iſta minime adiecta ſunt, ut ſub diſputatione relinqueretur, an Baptiſmus liber eſſet, an potius in præcepto. Sed addita ſunt, qm̃ ſatis eſt, Baptiſmũ eſſe neceſſariũ, ut credatur, Baptiſmus nõ eſſe liber, ſed in præcepto. Et uel inde hoc ipſum cõfirmare poſſumus, Quia nõ minus tenetur quiſq; ſibi in ſpiritalibus q̃ aliis. Paſtores uero, & prælati Eccleſiæ tenentur, Baptizare paruulos non Baptizatos in articulo mortis cõſtitutos. Et patet hoc ex Pelagio Papa ad Gaudẽtiũ. Et Baſil. expreſſe dicit præceptũ dñi fuiſſe illa uerba. Baptizantes eos, &c. Parẽtes etiã tenẽtur curare, ut filiꝫ ſui Baptizẽtur. Immo quilibet, qui poſſet, ad hoc obligatur, ubi alias paruulus moriturus eſſet ſine Baptiſmo. Vnicuiq; enim mãdauit Deus de proximo ſuo. Et ſicut qui uideret paruulũ fame pereũtẽ, teneretur ſub mortali, eũ paſcere, iuxta illud Amb. Paſce fame morientẽ, ſi nõ pauiſti, occidiſti, ita reus eſſet uitæ illius ſpiritalis, qui nõ eũ Baptizaret in tali caſu. Vetus ſentẽtia eſt, dicit Hiero. homicidã eſſe eũ, q cũ poſſit hoiem de morte liberare, non liberet. Et tãdẽ, Correctio fraterna eſt in præcepto, ut oẽs fatentur, qñ illa eſt neceſſaria proximo. Ideq; eſt de conſilio, & de doctrina aliis neceſſariis ad ſalutẽ ipſius ſpiritalẽ. Nõ minus aũt quilibet teneť ſe diligere in ſpiritalibus q̃ proximũ. Cũ ergó Baptiſmus neceſſarius ſit ad conſequẽdũ uitã ęternã, ut perſpicuũ eſt ex illis uerbis. Niſi quis renatus fuerit &c. iure naturali & ex præcepto caritatis, quam nobis debemus, teneremur dare operã, ut illũ ſuſciperemus, etiã ſi ex iure diuino poſitiuo tm̃ eſſet neceſſarius, & non præceptus. Quare merito Aug. de Cornelio ita ſcribit. Si iam Spirituſancto accepto Cornelius Baptizari noluiſſet, contemptu tanti ſacramẽti reus fieret. Et ſtatim ex uerbis Chriſti. Niſi quis renatus fuerit etc. colligit etiam bonis catechumenis deeſſe Baptiſmum ad regnum cœlorum. Et Bernardus in epiſtola. 77. aperte dicit unum & præcipuum ex præceptis eſſe præceptum Baptiſmi. Et Hugo. 2. de ſacramentis parte 6. c. 5. & ſan. Thom. & communiter ſcholaſtici ut certum tradunt eſſe præceptum. Atque hanc poſſumus inferre contra Magiſtrum d. 2. 4. omnes baptizatos ſolo baptiſmate Ioannis obligatos fuiſſe ad ſuſcipiendum Chriſti Baptiſmum, ſiue crediderint tunc in ſancta trinitate, ſiue non. Et eadem eſt ratio de omnibus ſanctificatis. Atque etiam de beatiſſima Virgine, ut alias Deo dante indubitatum faciemus.

Argum. 7 — *C. Multi de conſe. d. 4.* — *Baſ. lib. 1. de Bap.* — *Ecc. 17. b* — *Matt. ult.* — *Ambroſ.* — *Hu. 3. in Pelag.* — *Arg. 8.* — D — *De conſe. d. 4. Non dubito.* — *S. Thom. 3. p. q. 68. art. 1. in d. 4. 5.*

De tempore, quo Baptiſmus cœpit eſſe in præcepto Cap. XIII.

CVm tamen dicimus oĩbus fuiſſe neceſſariũ, & in præcepto Baptiſmũ intelligendũ hoc eſt, cũ ea limitatione, quę adiecta eſt huic cõcluſiõi, ũꝫ poſt Euãgeliũ ꝓmulgatũ. Nulla qppe lex poſitiua añ ſuã ꝓmulgationẽ

A quenquam obligat. Et cum ista limitatione tradit hoc ubi supra Bernar. his uerbis. Porrò in maiori ętate quisquis post uulgatum ubiq; Baptismi remedium renuit iam Baptizari, originali maculæ addit, & ex proprio crimen superbiæ duplicem secum portans iustißime damnationis causam, si sic de corpore exire contigerit. Hæc Berna. Dubitari tamen hic merito potest de qua promulgatione intelligenda est hæc conclusio, de publica et solenni, an etiam de priuata, & si de solenni, an de solenni in toto orbe, an de solenni in unaquaq; ciuitate. Et quidem ante solennem promulgationem huius præcepti factam in die Pentecostes, non uidetur quisquam fuisse obligatus ad suscipiendum Baptismū. Et ita pro constanti, & certo tradunt doctores scholastici in. 4. d. 3. uel. 4. Absurdū quippe est, ut quod sciri non poterat anteq; audiretur, prius exigeretur q; notū fieret. Dicebat quidā tempore Bernar. ab eo tempore pręceptum Baptismi necessarium fuisse, & obligasse omnes, quo Christus dixit. Nisi quis renatus fuerit. Sed eum optime redarguit ubi suprą Bern. Si enim ita fuisset, ferisset iudex anteq; minatus esset, & nocuisset uehementer hoc præceptum mundo, atq; illum implesset peccatoribus, & condemnatis prorsusq; infelicißima fuissent illa tempora, quia sine Bapt. saluari non poterant, & tamen eum suscipere nemo pene ualebat, quare omnes ferme illum ignorabāt. Itaq; necesse est illa uerba nisi quis renatus fuerit, &c. & illa. Oportet uos nasci denuo, ad tempus solennis promulgationis sub præcepto, referre. Neque uidentur Apostoli sic solenniter Baptismum promulgasse ante diem ascensionis dominicę, quo iussi sunt ire per uniuersum mundum, & Baptizare omnes gentes. A die uero Pentecostes, quo solenniter cœpit prædicari Baptismus, ut necessarius ad salutem, cœpit quoq; esse in præcepto. Et ex eo die tenebantur, eum suscipere omnes ciuitates, omnia oppida, omnes uici, ubicunq; sic solenniter, & ea autoritate prædicabatur, ut audientes tenerentur adhibere fidem prædicantibus, & omnibus illis necessarius fuit in re uel in uoto. Illis autem apud quos non sic solenniter innotescebat, non erat interim in præcepto secundum doctorem subtilem. Ex quo consequens est, sicut & ipse infert, nō simul omnibus fuisse in præcepto, sed prius quibusdam, & posterius alijs perinde ac progressu temporis prius in uno loco, & posterius in alio prædicabatur, & propagabatur lex Euangelica. Et uidetur ualde probabilis hæc sententia ante solennem promulgationem factam in toto orbe. Lex quippe lata ab imperatore pro omnibus suis regnis non censeretur obligare quodcunq; regnum ei subditum, quia solenniter esset promulgata in uno. Non enim obligat ante solennem promulgationem. Et non uidetur solenniter esse promulgata in omnibus regnis, quia sit promulgata in uno. Post solennem tamē promulgationem Baptismi in toto orbe, quanuis quæstio sit de nomine, non uidetur tamen negandum quin omnibus sit in præcepto, licet illi excusentur p ignorantiā inuincibilem, quibus nondum est solennitate debita promulgatus & pręcicatus. Et ipse doctor subtilis generaliter alibi dicit, omnes tene-

Bernar. *1. proposi.* *Act. 1* *2. Propo.* *3. proposi.* *Sco. in. 4. d. 3. q. 4. arg. 2.* *4. propo.* *Sco. d. 2. q 2. & d. 4. q. 6. 4*

ri ad Baptismum post uniuersalem promulgationem. Quare quod paulo C ante ex eo citauimus, intelligendum est ante solẽnem promulgationem in toto orbe. Et ne quispiam dubitet, probari potest nũc omnibus esse in prae-

Pri. ratio. cepto, etiam illis quibus nondum innotuit. Primo. Omnibus est modo ne cessarius in re, uel in uoto, ut supra ex uerbis Christi, & ex ista patrum diffi nitione collegimus. Secundo. Tenentur omnes dare operam modo, ut

.2. sciant hoc praeceptum, neq; excusantur, sicut ante solennem promulgatio-

.3. nem, qui non conantur illud scire. Tertio. Excusari dicimus per ignorantiam inuincibilem, qui non Baptizantur, quia nondum audierunt, se ad id esse adstrictos. Excusatione uero non indiget, nisi qui praetermittit id, ad

.4. quod tenetur. Quarto, Alias nullo tempore, nisi prope finem mundi obli garet omnes praeceptum Baptismi. Non enim ante id temporis praedicabitur Euangelium regni in uniuerso orbe, ut colligunt doctores ex illis uer

Matt. 24. bis Christi apud Matthaeum. Et praedicabitur Euangelium hoc regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet consumma-

.5. tio. Quinto. Praecepta positiua, & ciuilia, & Ecclesiastica obligant omnes subditos, etiam illos, quibus non innotuerunt, quiq; ea ignorant incul pabiliter, postquam sunt solenniter promulgata in terris illis, quibus indicuntur. Et alias nunquam ignorantia in uincibilis quenquam excusabit a transgressione eius, ad quod tenetur. Et solennem quidem Baptismi promulgationem toto in orbe factam intelligimus, cum in praecipuis orbis ci uitatibus & prouincijs ab Apostolis & eorum discipulis annunciatus & D idoneis testimonijs confirmatus fuit. Et ea facta est anno ab aduentu spiri-

Ho. 76. in Matthaeũ. tus sancti uigesimo aut ad summum trigesimo ut asserit Chrysostomus. Atque haec sufficiunt ad necessitatem Baptismi confirmandam.

Adultis nonnunquã sufficere ad salutem uotum Baptismi. Cap. XIIII.

CVm patres in hoc capite dixerunt translationem ab statu peccati in statum gratiae fieri non posse sine lauacro regenerationis aut eius uo to, satis his uerbis, aut eius uoto, innuerunt non esse necessariam ad salutem susceptionem Baptismi in re, sed satis esse susceptionem Baptismi in uoto, quando non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit susceptionem in re. Quia uero quidam de hoc subdubitare uisi sunt, & illud submurmurabant in Concilio, in Euangelio nihil scriptum esse de uoto, sed tantum de re Baptismi, diffinitionem istam concilij cõsonam esse scripturae, & traditioni uniuersalis Ecclesiae, & sanctorum, his possumus ap

Aug. 8. de probare. Ambros. de Valentiniano scribit. Quem regeneraturus eram, ami

ciuit, et su sit. Veruntamen ipse gratiam, quã poposcit, non amisit. Idem docuit ex au-

p leuit. q. toritate Cypriani Augusti. de unico Baptismo lib. 4. contra Donatistas &

84. saepe alias. Et in quendã qui asseruit neminẽ posse saluari sine Bapti. idẽ & ua

Apostoli. lidis argumentis comprobãt sep. 77. Bern. & Hug. 2. de sac. p. 6. c. 7. Et hoc

de presb. i. d. 4. magister pro indubitato asseuerat. Et sequutur Scholastici Theologi.

non bap. Idem diffiniuit ex autoritate Ambrosii & Augustini Innocentius .3. Et tex

A tus ipse Euangelicus hoc nobis satis insinuauit. Tametsi enim dixerit Christus. Qui crediderit, & Baptizatus fuerit, saluus erit, non adiecit tamen. Qui uero non fuerit Baptizatus, condemnabitur, sed tantum addidit, Qui uero non crediderit, condemnabitur. Quo uerborum temperamento insinuatũ est nobis, subesse posse aliquam necessitatem, qua intermissio Baptismi nihil officiat saluti. Vnde & Pau. Corde, ait, creditur ad iustitiam, ut ostendat solã fidem & conuersionem in deum posse sufficere, ubi Baptismum, non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Sed cum Deus neminem obligauerit ad impossibile, quanuis in Euangelio, nihil esset expressum de uoto Baptismi, lumen ipsum naturale satis nos docet, ꝙ ubi Baptismus ipse non est possibilis, uel iure differtur, nihil impediet nostram iustificationẽ defectus illius. Si.n. uoluntas prompta est, secundum id, quod habet, accepta est, ut ait Paulus, non secundum id, quod non habet. Hoc est. Non exigit Deus, ut acceptet uoluntatem nostram, id quod nõ habemus, aut non possumus, sed ubi uoluntas prompta est, Deus ununquenꝙ iuxta modum sui affectus, & facultatem, acceptat. Affectum pensat magis, quam effectum, & cor respicit se in eum conuertentis, neꝙ opus requirit, quod p̃stari non potest. Volũtas pro facto reputatur, ait ubi supra Bern. ubi factũ necessitas excludit. Etsi hoc in malis in dubitatum est multo magis certum debet esset in bonis, apud Deum, qui summa caritas & summa misericordia est. Quod ne quispiam timeret ex aliquo tali defectu, uel Baptismi, uel aliarum rerum, quę sunt in praecepto, impediendam esse suam iustificationem,

Mar. ult. d

2. Cor. 8. b

B iam olim per Ezechielem prophetam, nobis praenunciauit. Cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, et fecerit iudicium, & iustitiã, ipse aĩam suam uiuificabit. Et Dauid eandem Dei misericordiã nobis explicuit illis uerbis. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Noluit clęmentissimus Deus ex alia re mundi iustificationem nostram pendere quam ab eo & nobis. Et si olim in lege naturę & Mosaica, nullus erat ritus, nulla ceremonia sic necessaria, ut defectus illius impedire posset iustificationem hominum, ubi ea propter articulum necessitatis intermitteretur quanto minus est hoc credendum de tempore legis gratiae, in quo Deus multo beneficentior in nos est, & interiora magis requirit, & acceptat, quam exteriora? Non enim qui in manifesto Iudaeus est, teste Paulo, neꝗ quae in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudaeus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in littera. Porrò si uotum Baptismi sufficere nõ posset ad salutem, nunquam Ecclesia auderet catechumenis postulantibus Baptismum & iam idoneis ad eum recipiendum, differre illum in statuta usꝗ tempora. Possunt enim occurrere multa, & occurrunt passim in uita, quae illius susceptionem impediunt. Neꝗ intelligendum est, necessarium esse ad iustificationem Baptisma in re, uel in uoto formali. Nam sic necessarium nõ est, neꝗ ad iustificationem, neꝗ ad beatitudinẽ. Iustificari etenim quis potest, immo etiam saluari, prius

Eze. 18. et 33.

Psal. 31.

Rom. 2. b

quam nouerit necessarium esse ad salutem baptisma. Satisq; est ad salutem C baptisma in uoto uel formali, uel uirtuali. Sicut autem formale habetur, quotiescunq; distincte quis uult baptizari, ita uotum uirtuale est uel martyrium pro Christi fide, uel dilectio Dei super omnia, aut propositum seruãdi omnia mandata diuina. Virtute enim continent baptismum, siue nãque quia uirtutem ipsius habent, sicut martyrium, siue quia ad illum suscipiendum inducerent, si suscipi posset commode, ut dilectio Dei super omnia, & propositum seruandi omnia mandata. Itaque nihil derogat haec patrũ diffinitio priuilegio martyrij, neq; paruulorum, neq; adultorum.

De argumentis pro necessitate baptismi. Cap. 15.

1. Obiectio. OBijci tamen contra haec possunt uerba cap. 74. lib. de Eccle. dogmatibus. Nullum catechumenum quãuis in bonis operibus defunctũ uitam æternam habere, excepto martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur.

Respon. s. Tho. Sunt, qui pie ista interpretãtur in hunc sensum, ut non negetur, sine baptismo, & martyrio posse quempiam saluari, sed hoc duntaxat asseratur, neminem absq; illis statim in cœlum euolare. Sed cum simpliciter pronuncietur nullum talem uitã æternam habere, neq; addatur mox, neq; statim, aut aliquid quod huic piæ interpretationi ansam præbeat, mallem dicere, in hoc sicut in nonnullis alijs manifeste errasse Gennadium, qui autor est illius libri, ut & sanctus Thomas in quodlibetis docet, quãuis sæpe falso inscribatur Augustino.

Obiectio. 2. Act. 11. Quare igitur Cornelio, antequã quidpiam nouisset de fide Christi, dicitur ab angelo, Mitte in Ioppem, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi uerba, in quibus saluus eris tu, & uniuersa domus tua? Si his, quæ Petrus prædicat, saluatur ipse, & domus ipsius, nondum ergo, sicut apparenter argumentatur Chry- (Chry. ser. de fide, et le na. et. s. s.) sost. habuerat suis operibus salutem, sed tunc iustificatus est, cũ Petrus ei fidem Christi tradidit, & eum baptizauit.

Responsio Iustificatus Cornelius ante fidẽ Christi Aug. in leuit. q. 84. Acto. 11. Acto. 10. Aug. c. 7. de præde. sanct. Act. 10. Habuit, quidem Cornelius gratiã, & uere iustificatus est, ante quã baptizaretur, sicut exp̃sse asserit Augu. in expositiõe inchoata super epistolam ad Roma. & super leuiticũ, immo uere antequã quidpiam audisset de Baptismo. Dũ. n. Petrus annũciaret illi, & ipsius domesticis Christũ, neq; quicquam de baptismo attigisset, quod quidẽ ex textu eluceat, cecidit spiritussanctus super eũ, & oẽs qui ei concioni intererant, & eandẽ gratiã dedit illis Deus, sicut dicit Petrus, quã & his, qui crediderant, iam dederat. Neq; solam habuit gratiam ante euãgelizatũ sibi baptismum, uerum habuit illam, antequam Petrus ei Christum annũciauerit. & prius quam ad eum uenerit. Et sic etiam uidetur Aug. sensisse. Et id satis persuaderi potest, quia dicitur ab Scriptura religiosus & timẽs Deũ cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deũ semper. Et angelus dixit ad eum. Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Et Petrus ubi uidit religionẽ illius, & probauit obædientiam, & audiuit, quæ ei dixisset angelus, hinc orationẽ ad illum auspicatus est. In ueritate comperi, quia non est personarum acceptor

D

ptor

A ptor Deus, sed in omni gēte, qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi. Quibus uerbis satis indicabat, acceptum fuisse Deo Corneliū, & ex consequenti iustificatum, antequam quidquam ab eo audisset, & satis esse timere Deum, & operari iustitiam, ut quicunq; gratiam inueniat corā Deo. Et cum nemini facienti, quod in se est, Deus neget suam gratiam, neq; negauerit profecto Cornelio, quem ex prędictis testimonijs satis constat, fecisse totum quod in se fuit ad consecutionem gratiæ diuinæ, neq; negabit alicui, qui uere, & ex corde se ad eum conuerterit, & omnia ipsius mandata proposuerit obseruare, etiam si nihil nouerit de Baptismo. Et angelus Corne. saluū futurum cum domo sua dixit per ea, quæ auditurus esset a Petro, non q̃ ante ea audita, & opere completa, gratus Deo futurus non esset, quid.n. absurdius? sed quia illa, quæ a Petro auditurus erat, talia nouerat, ut salutem ei, totiq; domui ipsius præstare possent, ac uere allatura essent, necessariaque essent ad salutem. Vnde etiam scire possumus, perseueraturum Cornelium fuisse in gratia iustificationis iam accepta, si non ei accessisset gratia fidei Christi, & Baptismi?

Mortuos in ætate infantili saluari non posse sine Baptismo aut martyrio. Cap. XVI.

CVm autem Concilium asseruit necessarium esse ad iustificationem Baptismum in re uel in uoto, satis insinuatū est damnari paruulos, si moriantur sine Baptismo, siue in uteris matrum, siue etiam extra uterum. Nam ipsi, neque uotum formale Baptismi habere possunt, neque uirtuale. Et quanq; hic de iustificatione impij habetur sermo, & impij non dicuntur paruuli, quę enim posit esse impietas in eo, qui nondum rationis est capax? descriptio tamen iustificationis hic posita æque conuenit paruulis, ut adultis peccatoribus. Et generaliter, & absq; ulla restrictione conclusio ista posita est. Translatio ab statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei, fieri non potest post p̄mulgatum Euangelium sine lauacro regenerationis, aut eius uoto. Neque uacat suo pondere quod hęc conclusio statim firmat̄ ex uerbis Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto &c. Quæ uerba generalia sunt, & omnes comprehendūt, & paruulos, & adultos, & de paruulis etiam exposita sunt a patribus in hoc eodem Concilio in decreto de peccato originali. Ac perinde ea intellexit Innocentius. 3. & ex eis collegit & paruulis & adultis conferendum esse sacrum Baptisma. Verum enim uero Vuitclefus referente Vualdensi, de hac doctrina dubitauit. Et tempore Concilij constantieñ. Gerson, his uero temporibus Caietanus, pium putauerunt credere saluari paruulos decedentes sine Baptismo, siquidem uel parentes eorum pro ipsis orent, uel aliquas benedictiones eis adhibeant, cum adhibere nequeunt Baptismum. Et nominatim Caietanus dicit, sub correctione tamē, Baptismum in uoto parentum cū aliquo exteriori signo, quale esset benedictio, seu oblatio ipsius cum inuocatione trinitatis, sufficere posse paruulis

B

Ioan. 3
Can. 4
Inno. 3
Com. 3. p. s. Tho. q. 68. arg. 2. & 11.

periclitantibus in uteris maternis. Neque desunt uiri & docti & catholici, C qui eorum sententias pio quodam affectu tueantur, parum quidem attendentes, quid scriptura sacra, & Ecclesia catholica de his iam statuerint. Ideoque & nos ne latius serpat hic error, sententiam patrum firmissimis com-

Arg.1. muniemus argumentis. Et primo quidem Christus ipse manifeste docuit, saluari non posse secundum legem communem paruulos, nisi suscipiant Ba

Ioan. 3 ptisma. Ait enim. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto &c. certe Christus regenerationem ex aqua hic requirit. Et cum aquam spiritui sancto coniungit, regenerationem ex. s. s. nemini ostendit, conuenire concedi, nisi re, uel uoto regeneretur ex aqua. Certe Christus generatim, & in uniuersum loquitur, neque quenque excipit, sed paruulis, et adultis legem statuit communem, & qua ratione ab ea paruuli exciperentur excipi, possent adulti. Quod si adultos, ut manifestum est, nullo modo licet excipere, neque licebit & paruulos. Vtrosuis enim quis excipiat, cogetur concedere, aliquem nō renatum ex aqua &. s. s. posse secundum legem communem uidere regnū

Arg.2. Dei. Quod clare cōtradicit, & aperte repugnat uerbis Christi. Accedit his, quod cum Baptismus loco circuncisionis substitutus sit a Christo, ut communiter tradunt Ecclesiastici doctores, uerisimile non est ad solos adultos referenda esse hæc uerba Christi, cum ad paruulos clarissime referantur uerba il

Gene.17 la explicantia necessitatem circuncisionis, Anima cuius præputij caro &c.

3. argu. ex Bis etiam & conclusa, & diffinita est hæc doctrina in Concilio Florentino.

Conc. Flo. Quo magis miror Caietanum, qui illud legerat, contrarium huius, quod modo stabilimus, tenuisse. Sed ne quispiā de eo, quod dicimus, dubitet, ipsa D uerba concilij hic subscribam. In instructione data Armenis de sacramentis

Ioan. 3 sic legimus. Cum propter hominem mors introierit in uniuersos, nisi ex aqua &. s. s. renascamur, non possumus, ut inquit ueritas, in regnum cœlorum introire. In diffinitione etiam de libris canonicis adhuc apertius. Circa pueros uero propter periculum mortis, quod potest sæpe contingere, cū ipsis non possit alio remedio subueniri, nisi per sacramētum Baptismi, per quod eripiuntur a diaboli dominatu & in Dei filios adoptantur, admonet non esse per. 40. aut. 80. dies, seu aliud tempus iuxta quorundam obseruantiam sacrum Baptisma differendum, sed quam primum fieri potest, debet conferri, ita tamen quod mortis imminente periculo mox sine ulla dilatione baptizentur etiā per laicos. Et iā olim hoc diffinierāt Concilia Episcopalia

Aug. Epi. approbata a sede Apostolica, ut refert Augustinus. Sunt autē uerba Innocē

ad optatū. tij, & Zozimi papæ, quæ refert Augustinus ista. Mortis transmissæ ab Adā Chirographo nullus omnino natorum ante quam per Baptismum liberetur, non tenetur obnoxius. Et ut agnoscas, quanto in precio fuerint Augustino diffinitiōes sedis Apostolicæ, illis positis ita subdit. In his uerbis Apostolicæ sedis tam antiqua, atque fundata, certa, & clara est catholica fides, ut nephas sit de illa dubitare. Et libro. 2. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 4. refert hæc uerba Innocentij in epistola rescripta Concilio Carthagi

A nēsi, & Mileuitano. Illud uero quod eos fraternitas uestra asserit prædicare, paruulos æternæ uitæ præmijs etiam sine Baptismatis gratia posse donari, persatuum est. Et subscribens his uerbis Augustinus addit præuaricatorem esse Ecclesiæ Romanæ quicunq; ab illa sententia deuiat. Et libro. 3. contra Iulia. cap. 1. & 12. commemorat, Pelagium timore suæ damnationis damnasse eos, qui dicunt, infantes, etiam si non Baptizentur, habere uitam æternā, et asseuerat Ecclesiastici iudicij, hoc est Palestini Concilij, condemnationem non potuisse aliter euadere. Inducunt & quidam Innocentium. 3. Et quidē licet ille tantum diffinierit, paruulos non habere uerum Baptismum, qui, p- pter aquæ penuriam, & absentiam sacerdotis a quibusdam simplicibus sali uæ liniebantur aspersione, cum essent in articulo mortis constituti, tamen cum ea diffinitione respondeat quærentibus, an eiusmodi paruuli habendi sint pro Christianis, liquet profecto constantissimum fuisse, non solum Innocentio, sed etiam alijs eo tempore, neq; Christianos, neq; saluos fore censendos paruulos, qui decedebant sine Baptismo. Leo etiam huius nominis primus, inter cęteros errores Pelagianorum & Celestianorum hunc quoque computat. Paruulos sine Baptismo decedentes sine cunctatione ad regnum cœlorum, uel ad uitam æternam uenire. Præter has sedis Apostolicæ, & cōciliorum sacrorum diffinitiones comprobare et idem possumus ex consensu totius Ecclesiæ catholicę. Nunquam enim illa ad se spectare credidit paruulos decedentes sine Baptismo, nūquam pro eis aliquas preces, uel laudes, aut gratiarum actiones fudit, nunquam admisit ad ecclesiasticam sepulturam, & semper putauit necessarium esse paruulis Baptismum, ne perirent. Neq; recepisset infantes ad Baptismum, ut teste Dionysio, ex institutione Apostolorum recepit, nisi periclitarentur de salute, qui discederent sine Baptismo. Religiosius nanq; alias erat expectare tempus, quo ipsi uterētur ratione, ut sua se sponte, & arbitrio subijcerent legi, quā solenniter profitentur in Baptismo. Potest etiam hic perpetuus Ecclesiæ consensus constare ex testimonijs sanctorum doctorum, quæ hic subiecimus. Aug. in epistola. 105. de Pelagianis dicit. Ipsi quoq; autoritate Euāgelica terriri, uel potius Christianorum populorum concordia, fidei conspiratione perfracti, sine ulla excusatione concedunt, q̄ nullus paruulus nisi renatus aqua & spiritu intrat in regnum cœlorum. Licet ergo paruulis sine baptismo decedētibus uitam promitterent æternam, nequaquam tamen promittebant cœlestem. Itaq; Caietanus & qui eum sequuntur, audaciores hac in parte sunt, & peius errant, quàm Pelagiani. Et alibi. Quisquis dixerit q̄ in Christo uiuificabuntur paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de hac uita exeunt, & contra Apostolicam prædicationem uenit, & totam condemnat Ecclesiam. Vbi propterea cum paruulis baptizandis festinatur, & curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo uiuificari non posse. Et alias ex sententia Cypriani ostendit hoc ab initio creditū esse, et intellectū in Ecclesia, exitiabile esse, & mortiferum paruulis sine salutari sacramento baptismi exi

Innoc. 3 c. Non ut apponeres de Bap. & eius effec.

Leo. Epi. 84.

Arg. 4

B

Dio. ulti. Ecc. Hiera.

5. Arg. Aug.

idem.

re de hac uita, & firmum, certumq; & illis, & aliis Episcopis fuisse, animas in C
fantium saluti æternæ perituras, si hanc uitam sine baptismi consecutione fi
nirent, & certum eos laturos esse exitium, si cum sint in articulo mortis, dif
feratur eis Baptismus. Et cap. 30. ex illis uerbis Christi. Qui non habet filiū,
non habet uitam, sic colligit. Non igitur regnum cœlorum, sed neq; uitam
paruuli habebunt, quem nisi per Baptismum eius habere non possunt. Et
Tit. 3. b allegans illud Apostoli, saluos nos fecit per lauacrū regenerationis, sic sub-
dit. Sine ergo regeneratione saluos in æternum posse paruulos fieri, quis
audeat affirmare? Et constare dicit testimoniis diuina luce clarissimis, diui-
na ueritate certissimis, nō solum in regnum Dei non Baptizatos paruulos
intrare non posse, sed neq; uitam æternam posse habere. Et ut intelligas pe-
culiariter illum hæc eadem tradidisse de paruulis in utero matrum morien
tibus, ex illis uerbis, Nisi quis renatus fuerit, &c. sic infert. oportet ergo na-
sci, priusquam quis renascatur. Ad finem etiam. 6. libri Hypognosticon ex
pressissime dicit, paruulum fraudandum gratia saluatoris, qui in parentum
manibus moritur sine Baptismo, cum deferretur ad eum. Idemq; epistola
105. affirmat. Et hāc eandem doctrinam, ut certam, & indubitatam tradit. 6.
contra Iulianum Pelagianum cap. 10. & primo de peccatorum meritis & re
missione, cap. 23. & 27. & lib. 3. cap. 4. & in libris contra duas epistolas Pela-
gianorum, & in epistola ad Renatum de origine animæ, & de bono perse-
uerantiæ. c. 12. & in aliis plærisq; locis. Si Vincentium Donatistam ferre, ille
non potuit, quod hos paruulos assereret saluandos, sed non ante iudicium D
si Pelagium hæreticum credidit, quod assereret, eos habituros quidem uitam
æternam, sed non regnum cœlorum, quod iudicium putamus cum laturū
fuisse, si nunc uiueret, contra eos, qui etiam regnum cœlorum non uerent,
statim his paruulis concedere post discessum ex hac uita, præsertim cum in
eis agnoscāt uulnus peccati originalis, quod Pelagiani negabant? Si ab Au
gustini sententia cum debita modestia, & reuerentia quis decedat, non con-
tinuo obiurgandus, aut abiiciendus est. Ipse sibi Augustinus tantam autori
tatem deferri recusauit. Verum ubi ille aliquid tanquam certum, & indubi-
tatum Ecclesiæ catholicæ dogma tradit, ab eo discedere ferendum non est.
Non enim uerisimile est, eum ignorasse, quid Ecclesia catholica constanter
teneret, aut incerta pro certis tradidisse. Docuit & hæc eadem Gregorius. 15.
Gregorius Moralium cap. 22. & in libro. 7. Registri epi. 53. ita scribit. Illud incertum nō
est, quia nisi sacri Baptismatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima ori
ginalis peccati uinculis est obstricta. Et ibidem hoc probat, quia non alia ra
tione dicit Christus, Nisi quis renatus fuerit &c. nisi quia qui mundatus aqua
Isi. li. 1. Sē. Baptismatis non fuerit, mūdus non est. Isidorus etiam, ut & renarrauit Gra
c. Qui in tianus, regenerari secundum Christum non posse, affirmat, quem generatio
maternis & non præcessit. Et quanuis de Baptismo ibi tantum agat, tamen cum omnis
cōse. d. 4. primo iustificatus regeneretur secundum Christum, qui negauit regenera-
tionem eiusmodi competere nondum genito, negauit & iustificationem.

Et

A Et hos eximios doctores secuti sunt, magister, sanctus Thomas, diuus Bonauentura, Ricardus de media uilla. Et addit Bonauentura expresse paruulum, qui dum defertur ad Baptismũ, casu aliquo moritur, sine illo non consecuturum beatitudinem. Et Ricardus etiam paruulis intra uterum matris mortuis nihil profuisse fidem parentum distincte affirmat. Tho. Vualdẽsis li. de sacramentis hoc certum esse, & ex fide tenendum probat, & Hugonẽ de sancto Victore in hanc sententiam allegat. Echius in centurijs laudat quidem opinionem Gersonis, & proclamatam eam refert in Concilio Constantiensi, neq; tamẽ damnatam. Et quis scit, inquit, si forte exaudiat Deus, immo quis non sperare ualeat ꝙ orationem humilium & sperantium in se exaudiat. Veruntamen in Enchiridio titulo de Baptismo puerorum cõtra errores Zuinglij ter asserit, pueros mortuos sine Baptismo damnari de lege communi. Deniq; omnes scholastici, quos mihi cõtigit legere, exceptis Caietano, & Gersone, stant pro hac sententia. Ne uero authoritatibus duntaxat pugnemus, ostendamus & id ipsum ualidisśimus alijs argumẽtis. Ac primum sit hoc. Paruuli decedentes sine Baptismo non possunt assequi gratiam per uiam sacramenti. Baptismus enim ut diffinitũ est, ianua omnium sacramentorum est, & omnia sacramenta ueteris legis, & legis naturę iã cessarũt, & nõ sunt modo plura quã septem. Neq; possunt assequi ex merito offerentium eos, aut benedicentium illos, aut orantiũ pro ipsis. Nullus siquidem purus homo potest mereri alteri primam gratiam immediate, hoc est sine aliquo bono motu, ope, aut affectu ipsius. Alias amẽs existens in mor-
B tali posset reconciliari Deo sine ulla pœnitentia sua. Quod est contra. c. Maiores, & contra illud Christi. Nisi pœnitentiam egeritis &c. Et si quis posset paruulo mereri primam gratiam immediate, posset etiam mereri augmentum illius, & ita paruulus non Baptizatus posset habere maiorem gratiam quam Baptizatus. Nulla igitur est uia, qua isti paruuli possint saluari, si sine Baptismo decedant, quia neq; per uiam sacramenti, neq; per uiã meriti. Deinde. Si paruuli Baptizati saluari possent, cõmunis esset hęc gratia paruulis fidelium, & infidelium sicut & modo est gratia Baptismi. Quia par est ratio de utrisq;, & idem utrorunq; peccatum, neq; peius illi de Deo sunt meriti, quã nostri, neq; maius impedimentũ gratiæ apponunt, & ita illis ut nostris adhiberi possunt & sacramẽta, & oblationes, & benedictiones, & pro utrisque ex ęquo possunt esse efficaces orationes iustorũ. Quod si ꝓpter hęc argumenta cõcedantur, posse saluari paruuli infideliũ, extra Ecclesiam esset salus contra. c. Firmiter de summa trini. & fi. ca. & cõtra. c. Vnam sanctam de maioritate, & obædientia. Nã & illi censentur ab Ecclesia, esse extra ipsam, sicut et ipsorum parentes. Et quod rogo priuilegium est sanctificatorum in utero, si tam multi paruuli propter preces, oblationes, & benedictiones parentum ex communi lege in uteris matrum iustificantur? Si potest etiã hac uia subueniri periclitantibus paruulis, cur non etiam eadem uia iustificari poterunt, quando non periclitantur? Certe periculum, aut mors eorũ, neq;

Mag. d. 4. 4. Tho. 3. par. q. 68. ar. 2. Bon. Rica. di. 4. Tho. Vualdẽ. c. 99. Hugo. Echius.

Argu. 6 Cap. Veniẽs de presbi. nõbap. ca. Maio. de Bap. & eius effe.

Argu. 7

Arg. 8

sacramentum potest efficere, quod non est sacramentum, neque efficaciam C orationibus præbere, quam ipsę non habent. Cum igitur semper orent parentes boni pro paruulis suis, & ubi illi negligentes sint, Ecclesia nunquam cesset orare pro omnibus, quibus suæ orationes ꝓdesse possunt, nullus periret ex his paruulis, immo & ante Baptismum iustificarentur, neq; unquã

Argu. 9 primam gratiam per illum acciperet. Illud insuper deterrere omnes deberet a sententia Caietani, quod nunquam Ecclesia usa est illo benedictionum, & precũ remedio, quod ipse adinuenit, sed ritus est nouus, quem ipse sibi ex suo capite confinxit, neq; nouus duntaxat, sed periculosus, & speciem habens sacrilegij. Vt sacramentũ nanq; uidetur usurpari, quod nunquã a Deo

Argu. 10 aut ab Ecclesia ad sanctificandum institutũ est. Præterea, Nulla lege firmatũ est uel per eũ ritum, uel per solas parentũ, aut Ecclesię orationes huiusmodi paruulos saluari. Meritum quippe ex congruo non semp̃ habet effectũ. Ergo neq; hac uia assequũtur, quod uolũt, uidelicet paruulos de lege commu

Contra hæsitantes de condemnatione puerorum decedētiũ sine Bap. ni saluari. Neq; mihi placet, quod quidã dicunt, ex lege communi non posse hos paruulos saluari, sed ideo incertos nos esse debere de eoꝶ cõdemnatione, neq; pręcipitare sententiam, quia potest Deus eos saluare pręter legẽ ob pias preces, & affectum parentum, uel alioꝶ iustoꝶ pro eis orantium. Siquidem & contra hanc pietatem, ac uelut mediam sententiã apertũ est argumentum, quia de unaquaq; re iudicandum est secũdũ legem communẽ, quidquid pręter legem a Deo fieri possit. Et sicut pro certo credimus, hęreticum mortuum in sua hæresi, condemnatũ esse, & male perisse, etiam si pręter legem, & miraculose possit a Deo saluari, ita proculdubio, cum nobis D non constet, Deum præter legem sanctificasse aliquem ex his paruulis, credendi sunt & perire, si moriãtur sine Baptismo. Quod si cessãte periculo tã diu extra gratiam Dei esse credũtur, quandiu nõ suscipiunt Baptismũ, neq; est, qui censeat, sanos, & incolumes pueros iustificari ante Baptismum quia pro eis, aut super eos orationes, uel ceremonię fiant, neq; dubitãdũ est, eos perire, si moriantur sine Baptismo, cũ eadem de utroq; sit lex, et perinde cõtra legẽ communem sit eos saluari, cũ ante Baptismum moriuntur, ac eos

Obiec. 1 iustificari ante Baptismum susceptum, cum sani sunt, et incolumes. Obijciet tñ aliquis, ꝙ teste Augu. & consentiente tota Ecclesia, iustificari possunt par

Responsi. uuli, si moriãtur pro Christo. Sed eoꝶ martyrium uotum uirtuale Baptismi dici potest, ut supra disseruimus. Et regulæ generales non derogant specialibus priuilegijs. Speciale aũt hoc est priuilegiũ, & gratia peculiaris martyrij, ut etiã ætatem infantilem possit iustificare. Neq; par est illi cuiusquam

Obiect. 2 mortalis p̃ces exęquare. Quid ergo? Relinquemus sine remedio paruulos, qui sic concipiuntur, ut intra maternum uterum moriantur? et quibus non potest subueniri aqua Baptismali? Si hoc dicamus, potentius fuerit contra

Roma. 5 totum Pauli discursum ad Rom. peccatum Adę ad inficiendum totã ipsius posteritatem, quam gratia Christi ad subueniendũ. Et mitior fuerit lex Mosaica, quàm lex gratiæ. Siquidem peccatum Adæ ad omnes suos posteros

A peruenit, & in lege Mosaica subueniri potuit cuicunque paruulo quocunque die post natiuitatem periclitanti, eo modo quo & puellis subueniebatur. At nunc in lege gratiae nullum est remedium, quo subueniri possit paruulo, qui non potest Baptizari. Absit tamen ut quenquam nunc destitutum omni remedio credamus. Possunt paruuli siue in uteris maternis periclitantes, siue alibi ubi eis conferri nequit Baptismus, per sanguinis Baptismum saluari. Et hactenus ualere apud Deum possunt parentum preces, & aliorum iustorum, ut qui secundum naturalem cursum morituri erant sine Baptismo, siue intra uterum matrum, exeant in hanc lucem, & superuiuant quousque gratiam Baptismi participent. Et in hunc finem religiosissimum esset admonere parentes, ut pro filijs adhuc in uteris maternis inclusis iugiter orent, & sanctis, & pijs uiris, amicisque spiritualibus id ipsum obnixe commendent. Nullam enim Deus sanxit legem, ut moriantur aliqui sine Baptismo intra matrum suarum uterum. Quin potius & hoc antecellit lex Euangelica legem ueterem, quod sacramentum habet, quo possit periclitanti paruulo certo, & facilime subueniri, quacunque die, & hora, uel secundum minimam sui corporis particulam egressus fuerit in hanc uitam. Stat igitur firma, & inconcussa sententia patrum, quod nemo iustificari possit sine Baptismo in re uel in uoto. Quare ad exponenda alia festinabimus, quae patres in c. 5. & 6. necessaria ad iustificationem adultorum explicarunt. *Responsi.*

B

DE PRAEPARATIONE ADVLTORVM AD IVstificationem lib. 6. in. 5. & 6. cap. decreti de iustificatione.

PRAEFATIO.

AGNAM exigunt diuina sacramenta reuerentiam, ut non in iudicium contrectentur. Mundamini, inquit, qui fertis uasa domini. Ideo Oza morte subita percussus est a domino, quia affectu tametsi pio, tamen immundus cum esset, non ueritus est arcam domini tenere, quae minabatur ruinam. Et cum Christus suos admonuit, ne sanctum porrigerent canibus, aut margaritas ante porcos mitterent, hoc ipso docuit non canes esse debere neque porcos, sed mundissimos, & mansuetissimos agnos, qui sancta Dei suscepturi essent sacramenta longe omnibus margaritis potiora. Atque ideo sancta Synodus non sat habuit fidelibus tradere uiam ad iustificationem necessariam, uidelicet Baptismum, sed et ea docuit, quae ex parte Dei, et ex parte nostra necessaria sunt, ut & digne ab adultis suscipiant sacramenta, & siue per eum siue alias iustificationis gratiam obtineant. Et quia de his disserit. 5. & 6. ca. in utriusque expositionem, et confirmationem, sextum lib. de praeparatione adultorum ad iustificationem, elucubrauimus, eumque Dei benignitate freti, a compendiaria eorum declaratione exordiemur. Sed utrunque ante omnia praemittemus. *Esa. 52. c* *2. Reg. 6* *Matt. 7*

ECLARAT *praeterea ipsius iustificationis exordium in adultis a Dei per Christum Iesun praeueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius uocatione, qua nullis eorum existentibus meritis, uocantur, ut qui per peccata, a Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se, ad suam ipsorum iustificationem, eidē gratiae libere assentiendo, & cooperando disponantur, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritussancti illuminationem, neq; homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam abijcere potest, neque tamen sine gratia*

Zach. 1 *Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua uoluntate possit. Vnde in sacris literis, cū*

Thrē. ult. *dicitur, Conuertimini ad me, et ego conuertar ad uos, libertatis nostrae admonemur. Cum respondemus, Cōuerte nos domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia praeueniri con-*

Rom. 10. *fitemur.*

MODVS PRAEPARATIONIS. CAP. VI.

D*isponuntur aūt ad ipsam iustitiā, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidē ex auditu cōcipientes, libere mouētur in Deū, credentes uera esse, quae diuinitus reuelata, & promissa sunt, atque illud in primis, a Deo iustificari impiū per gratiā eius, per redemptionem quae est in Christo Iesu & dum peccatores se esse intelligentes, a diuinae iustitiae timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tanquam omnis iustitiae fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam poenitētiam, quam ante Baptismum agi oportet. Denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare nouam ui-* D

Heb. 11 *tam, & seruare diuina mandata. De hac dispositione scriptum est. Accedentem ad Deum*

Matt. 9. *oportet credere, quia est, & quòd inquirentibus se remunerator sit. Et confide fili, remit*

Eccl. 1 *tuntur tibi peccata tua. Et. Timor domini expellit peccatum. Et. Poenitentiam agite, &*

Act. 2 *Baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in remißionem peccatorum ue-*

Matt. ult. *strorum, & accipietis donum spiritussancti. Et. Euntes ergo docete omnes gentes, Bapti-*

1. Reg. 7 *zantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritussancti docentes eos seruare, quecunque mandaui uobis. Denique. Praeparate corda uestra domino.*

DE ERRORIBVS DAMNATIS IN. V. ET. VI. *cap. & summa quadam eorum.* Cap. I.

N his capitulis traditur a patribus doctrina ex diametro opposita errori Lutheranorum negantium omnem dispositionem, & praeparationem ad gratiam. Exosum enim habent dispositionis, & praeparationis nomen, quia ut ex eorum assertionibus, colloquijs, & apologijs constat, inde existimant extenuari gratiam Christi. Et praeparationes omnes ad gratiam, quae quidem eam antecedunt, damnant. Vnde et Lutherus in arr, 6, suarum assertionum ad Leonē ita scribit. Contritio, quę paratur per

A tur per discusionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suę ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amisionem æternæ beatitudinis, & acquisitionem æternæ damnationis, hæc contritio facit hypocritam, immo magis peccatorem, & in art. 6. Liberum, inquit, arbitrium post peccatū res est de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccat mortaliter. Quomodo igitur, inquies, secundum illum iustificamur? Nolentes & reluctantes Deum, ait, ad se conuertere, quos uult. Et Philippus in Apologia confessionis Augustanæ terrores illos, quibus perterrefiunt peccatores & a Deo, & a prædicatoribus uerbi Dei, ut confugiāt ad fidem, peccata dicit esse, antequam uincantur per fidem. Et Bucerus in illo libro, quo nititur controuersias componere, generalius dicit, peccata esse omnia opera præparationis, etiam contritionem ipsam, antequam adsit fides, hoc est, antequam adsit gratia. Sed quid ipsi dicant, uel sentiant contemnamus. Mirandum non est si præparationis nomen abhorreant, & præparationes omnes damnēt, qui non modo non se rite præparant ad gratiam, sed & ei semper resistunt, & obluctantur, & se uolentibus ad eam præparare, impedimento sunt. Persequamur potius, ut cœpimus, partes nostras, & quid patres nostri diffiniant, auidisimis, & attentisimis auribus audiamus. Quo uero doctrina hęc peccatoribus uel in primis necessaria, apertior omnibus esse posit, quinq; statuemus conclusiones, quibus summa quædam utriusq; capituli haberi

B poterit. Prima cōclusio. Duo concurrunt, & necessaria sunt, ut adulti ad suā iustificationem se præparent, libertas ipsorum, & gratia diuina. Confirmata est hæc conclusio ad finem cap. 5. his plentisimis, & diuinis uerbis. *Conclusi. 1* Vnde in sacris literis, cum dicitur conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus, conuerte nos domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur. Et in hac conclusione triplicem refellerunt patres errorem. Primus est Manichæorū, Priscillianistarum, Vuitcleuistarum, & Lutheranorum negantium libertatem nostram. Secundus est Lutheranorum negantium necesitatem nostrę dispositionis, & præparationis ad iustificationem. Tertius est Pelagianorum, & Celestianorum negantium necesitatem gratiæ ad præparandum nos ad nostram iustificationem. Secunda conclusio. Non ex æquo concurrunt ad præparationem nostram libertas nostra & gratia diuina, sed priorē, & potiorem partem sibi uendicat gratia diuina. Hęc cōclusio satis innitit illis uerbis, q̄ habentur in principio huius capitis, quibus dicitur, iustificationis exordium a Dei gratia pręueniente sumendum esse. Neq; minus illis, q̄ ad finē ca. legimus. Cum respondemus conuerte nos dn̄e ad te, & cōuertemur, Dei nos gratia pręueniri confitemur. Tertia concl. Gratia diuina p̄ueniens communicat peccatoribus absq; ullis eorū meritis. Hęc conclusio ex illis uerbis colligenda est, quibus asserunt, peccatores nullis eorū existētibus meritis uocari, Sed ut explicet, quę sit ista gratia, qua a Deo pręuenimur, &

Zach. 1
Thren. ul.
Conclu. 2
Conclusi. 3

adiuuamur, ut iustificemur, & quemadmodum illa nobiscum, & nos cũ illa C
nostram iustificationem operemur, colligi potest ex illis q̃ mox subijciunt
Conclu. 4 quarta conclusio huiusmodi. Peccatores a Deo auersi per peccata, per Dei excitantem, & adiuuantem gratiam, libere eidem gratię assentiendo, & cooperando disponuntur ad suam iustificationem, neq; possent etiam gratia diuina præuenti, sine ipsius adiutorio se ad ueram iustitiam mouere. In hac cõclusione, quod peccatores dicunt a Deo per peccata auersi, cõmune est, & frequentissimum in scripturis. Auertunt. n. se peccatores a Deo conuertendo se ad ea, quæ Deus illis prohibuit, & Deus quoq; se ab eis auertit, neq; oculis suæ misericordiæ uult eos respicere. Et hac ratione ipsa quoq; peccata auersiones dicuntur sæpe in scripturis. Porrò his quatuor cõclusionibus ad. 5. cap. spectãtibus exposita est a patribus præparatio adultorũ in genere ad suam iustificationem. Explicatumq; est, duabus in genere rebus eos præparari, gratia nimirum diuina, & libertate sua, & declaratæ sunt utriusq; partis munera. Quia uero non satis hoc est ad instructionem fidelium, mox in 6. cap. de dispositionibus, & præparationibus nostris in specie agitur. Et ut intelligamus, quæ sint peculiaria opera quibus per gratiam Dei, & libertatẽ nostram ad iustificationem paramur, colligemus ex eo quintam huiusmodi
Conclu. 5 di generalem conclusionem. Sex sunt opera, quibus adulti ad iustitiam disponuntur, fides, timor, spes, dilectio Dei, pœnitentia, uotum Baptismi & nouæ uitæ, siue obseruationis mandatorum Dei. De horum quolibet aliqua particulatim traduntur a sancta Synodo, & nos de ipsis, & de qualibet D
harũ conclusionũ singillatim suo ordine aliqua dicemus, ut cõstet totã hãc doctrinã a Chr̃o esse, & Apostolis, et ꝑpetuo creditã a tota Eccl. catholica.

Cooperationem nostræ libertatis necessariam esse ad nostram iustificationẽ. Cap. II.

NE segnes simus, et in illis, q̃ saluti nostrę necessaria sunt, nobis ipsis deficiamus, illud in primis intelligere, et nosse oportet, inter alia eximia beneficia a Deo nobis collata & hoc quoq; nos ab eo accepisse, ut nostræ potestati subsit nostra ipsorũ iustificatio. Et qm̃ nostrę illam Deus subiecit facultati, neminem ex adultis iustificat quin & ipse suę cooperetur iustificationi. Atq; ideo sancta Synodus merito expressit in. 5. ca. necessariam esse nostræ libertatis cooperationẽ ad nostram iustificationem. Et optimũ est Synodi argumentũ pro hoc. Non. n. requireret Deus in sacris literis, ut nos ad ipsum cõuertamur, si nõ subesset nostrę potestati nostra conuersio. Quis nanq; ab aliquo requirat, qđ ipse pręstare nõ potest? Neq; in solo testi
Ioel. 2 mõio Zacharię inducto a patribus nostrã a nobis exigit Deus cõuersionẽ.
Esa. 31. 45 Frequentissimũ hoc est in scriptura. Cõuertimini, inquit, ad me in toto cor
Hiere. 3. 15 de uestro, cõuertimini sicut in ꝓfundũ recesseratis, cõuertimini ad me, & sal
Eze. 18. 33 ui eritis, cõuertimini filij reuertẽtes. Si cõuerteris, cõuertã te, cõuertimini, &
Oseæ. 14 agite pœnitẽtiã, cõuertimini a uijs uestris pessimis, cõuertere Israel ad dñm
Prouer. 16. Deũ tuũ, & apertissimũ est illud testimoniũ Salomonis, Hois est anima pręparare.
Apoc. 3 parare. Et alibi Deus dicit se stare ad ostiũ aię nostrę, & pulsare. Et alias tener

A rime,& blādissime postulat ingressum ad nos dicēs. Aperi mihi soror mea *Cant.5*
&c.Nemini qppe uult uim inferre,necq; obsequia ulla habet grata nisi uolū
taria.Et cū effringere posset obices ferreos nostri pectoris, & nostras ad se
potēter cōpellere rebelles uolūtates,tñ ne libertati gratuito concessę p̄iudi-
cet,neminē ad se trahit,nisi uolentē.Peruulgata sunt illa uerba Aug.Qui p̄- *Augu.in*
destinauit te sine te,nō saluabit te sine te.Et pulcherrime Chry.hom.9. sup *Psa.144*
Ioan.ita scribit.Deus neminē cogit,sed suadet,ut recte faciamus, & quicūq; *Chry.*
ipsi assentiunt,& allicit,& trahit.Propterea cū ueniret in mundū,alij eū rece
perūt,alij neglexerunt.Nullū seruorū Deus uult inuitum,nullū coactū, sed
eos tantū qui spōte sua ipsum optāt,ipsum amplectunt,et gratiam se Dei,et
uirtutis habere intelligūt.Homines.n.utpote quibus necessario seruorū opa
& seruitio opus est,improbos,& dicto nō audiētes seruos, possessionis iu
re cohercēt.Deus aūt cū sibi ipsi sufficiat,& nullius indigeat,nostrę dūtaxat
salutis gratia oia operat,nosq; ipsos nostri arbitrij,et iuris esse libere permit
tit.Qđ si nolentes ad seruiendū traheret,nō secus eis deberet, ac si nullū p̄-
stitissent seruitiū.Hęc Chry.Et nisi nostrę libertatis coopatio necessaria esset
ad nostrā iustificationē,non dixisset Paulus,cū metu, & tremore uestrā salu *Philip.2*
tē opamini.Deus est.n.qui operat in uobis & uelle,& pficere pro bona uo
luntate.Qm̄ ut sapienter adnotauit Aug.tantundē hęc sunt,ac si apertius di *Augu.de*
ctum esset.Quanuis Deus sit,qui uoluntatem nostrā mouet,& uos nihilo- *gratia &*
minus debetis per libe. arbi.cooperari.Hęc Aug.Et ideo operationis diui *li.ar.c.9*
B nę meminit Paulus,ut uel ex hoc stimulos adijceret ad cooperādum Deo,
& merito indicaret timendū esse non operanti suā salutē,qñ ex benignitate
diuina nihil deest nobis,necq; ad incipiendū,necq; ad perficiēdū. Quis homi
nū est,uel Iudęorū,uel gentiliū,ait Chry.quē non sufficienter spiritalibus & *Chry.Ho.*
corporalibus sensibus adornauit?cui nō dedit scientiā boni & mali? cui nō *54.i Mat.*
dedit posse fugere malū,& apprehēdere bonū,si uult?Sicut.n. nullus est ho *Prouer.1*
mo,cui aliquid corporis membrorū minus sit ad usum corporalem,sic nō
est,cui minus sit aliquid sensus aut potētiæ ad intelligentiā boni & mali, &
ad omne opus bonū faciendū,quodcunq; uoluerit.Hæc ille. Quod si non
esset requisita nostræ libertatis cooperatio ad nostrā iustificationē,non que
reretur Deus,q̄ uocauit,& renuimus, extendit manus suas, neque fuit qui
aspiceret. Nulli etiā peccatori probro daret sua obstinatio in peccato, ne-
que obstinatis peccatoribus diceret Paulus. An diuitias bonitatis eius, & *Roma.2*
patientiæ,& longanimitatis contemnis?Ignoras,quoniam benignitas Dei
ad pœnitentiam te adducit, secundum autem duritiam tuam, & impœni-
tens cor thesaurizas tibi iram in die irę,& reuelationis iusti iudicij Dei, qui
reddit unicuiq; secundū opera eius. Vsusq; est hoc testimonio Pauli Grego *Greg.ho.*
rius ut ostenderet,& crescere,et augeri culpam ex perseuerantia in peccato. *11.super*
Et ex his liquet toto cœlo errare, qui cum fateantur nos ad alia habere li- *Ezech.*
berum arbitrium, negant tamen nostræ subesse potestati,quæ ad iustifica-
tionem nostram spectant.Constat etiam ex his meritissimo in Canone.4. *Cano.4*

in dictum esse anathema negantibus, nos nostræ iustificationi cooperari, C
neq; dissentire posse Deo excitanti, & uocanti nos ad pœnitentiam, & asserentibus mere passiue nos habere, & nihil omnino agere in nostra cõuersione. Si enim passiue tantum nos haberemus in his actibus, quibus ad Deum cõuertimur, non essent in nostra potestate, neq; ob eos laude aliqua, aut prę
Li.2.c. mio digni essemus, sicut supra dilucidum iam fecimus.

De necessitate diuinæ gratiæ, ut præparemur ad iustificationem. Cap. III.

NOn est autem sufficiens liberum nostrum arbitriũ ad dispositiones, quæ ex parte nostra requisitæ sunt ad nostram iustificationem. Diuinæ profecto gratiæ fauore, & adiutorio egemus, ut opera adeo prę cellentia faciamus. Et efficacissima hoc ratione stabilierunt patres in.5. cap. ex eo quod sacræ literæ docent nos a Deo postulare nostram iustificationẽ. Nõ enim hoc facerent, si per solas nostrę libertatis uires hoc possemus, neq; Dei indigeremus adiutorio. Quandoquidem ab illis precari non solemus quę per solos nos ipsos præstare possumus. Quid stultius, ait pulchre
Aug. de na Augu. quam orare, ut possis, quod in potestate habes, ut facias? Et hoc ar-
tura et gra gumento usi sunt patres in quodam Concilio Carthaginensi contra Pela-
tia. gium & Celestium, ut docerent necessariam esse gratiam Dei ad nostram iu
Aug. 2. de stificationem. Eodemq; argumento sæpe usus fuit Augu. post Cyprianum
Bap. paul. ad idem confirmandum, & Innocentius huius nominis primus approba-
& de pfe. uit idem argumentum in epistola ad concilium quoddam Mileuitanum.
iust. & de Quorum testimonia legere poterit, qui uoluerit in nostro opusculo de iu- D
gratia et li stificatione. q.8. Et a Deo petendam esse nostram conuersionem prẹter testi
be. ar. c.13 monium ex Threnis a patribus inductum docere nos possunt hęc testimo
& de cor- nia, & similia passim occurrẽtia in scripturis. Sana me domine, et sanabor,
rect. et gra saluum me fac, & saluus ero. Conuerte me, & conuertar, quia tu dominus
tia. c.3 Deus meus. Deus uirtutum conuerte nos, conuerte nos Deus salutaris no
Hiere. 17. ster. Et propter hoc Aug. de contritione cordis. c.8. per letale peccatũ in
Psal. 31. 79 abyssum irremediabilẽ, & sine fundo nos incidere affirmat, quia nisi Deus
84. iuuet, surgere inde nemo potest. Et Greg. 16. Mo. c.11. ita scribit. Si saluari qs
Aug. que hic mundicia manuũ suarum creditur, ut suis uiribus innocens fiat, pro
Greg. culdubio erratur. Et hoc probat ex uerbis Moysi. Nullus apud te per se in-
Bern. nocens est. Et Bern. ser. 81. in cantica. Surgere, inquit, anima per se iam non
serm. de tri potest, quę per se cadere potuit. Et alibi. Difficilis prorsus res, & soli diuinæ
plici. no- uirtuti possibilis, susceptum semel peccati iugum a ceruicibus excutere, quo
stra. niam qui facit peccatũ, seruus est peccati, neq; est iã liberari, nisi in manu for
Beda. ti. Et Beda in illa uerba, Facies quinquaginta ansulas in ora sagi unius ita ait,
Exo. 26. Donũ pœnitentię non nisi. s.s. largiente conceditur, donum ueniç pœnitẽti
bus nõ nisi eadẽ. s.s. gratia administrãte tribuit. Et in hoc propositũ seruire
q.8.9.10. possunt oĩa quibus in citato libello ꝓbauimus ad fidẽ, dilectionẽ Dei super
& 11. oĩa, et pniam necessariũ esse Dei auxiliũ speciale. Et ex eis poterit cõstare, nõ
iniuria patres in can.3. indixisse anathema asserẽtibus sine p̄ueniẽte. s.s. inspi

A ratiõe,et adiutorio posse hoiem credere,sperare, diligere, & pœnitere sicut oportet,ut iustificef,& eam doctrinã a Christo,& Apost.habuisse, & retinuisse semper Eccl.catholicam, quanuis nonnulli scholastici contrariũ huius canonis docuerint,siue quia ignorarunt testimonia ibi a nobis inducta, siue quia ea non pro dignitate expenderunt. Neque oportet hic tergiuersari. Necessitas siquidem gratiæ diuinæ ad præparandum nos ad nostram iustificationem, iam olim stabilita est ab Ecclesia catholica. Damnatique sunt Pelagius & Celestius eam negantes ab Innocentio primo in ep.ad quoddã Concilium Carthaginense,& a Celestino primo in epist.decretali canon.1. & a Concilio Mileuitano can.4. & a Concilio Arausicano.2. canone.4.5. 6.8.& 25. Et eorum errorem apertis testimoniis Scripturæ, & sanctorum, & irrefragabilibus argumentis, ubi supra reuicimus, quæ superuacaneum uisum est hic repetere.

Dispositiones ad iustificationem magis esse tribuendas gratiæ diuinæ quàm nobis. Cap. IIII.

NEque solum oportet concedere necessarium esse nobis diuinæ gratiæ adiutorium,ut ad iustificationem præparemur, sed & illud constanter asserendum est, quod ex cap.5.in.2.conclusione collegimus, & prius,& principalius Deum ipsas efficere quàm nos ipsos, & ei præcipue esse adscribendas. Et hanc doctrinam ut certam amplectuntur omnes scholastici doctores,quos legerim,post magistrum in.2.d.27.c.4. Quam etiam B diserte tradidere antiqui doctores. Aug.In omni opere sancto prior est uoluntas Dei, posterior liberi arbitrii, idest, operatur Deus, cooperatur homo.Chrysostomus.Deus semper in beneficiis priores partes sibi uendicat. Gregorius.Si superna gratia nocentem non præuenit, nunquam profecto inueniet,quem remuneret innocẽtem.Et statim. Superna ergo pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, ut subsequente quoque nostro libero artrio bonum quod iam appetimus, agat nobiscum. Et hoc probat ex Paulo his uerbis. Quia diuina nos bonitas,ut innocentes faciat præuenit, Paulus ait.Gratia autem Dei sum id,quod sum. Et quia eandem gratiã nostrum liberum arbitrium sequitur,adiungit. Et gratia eius in me uacua non fuit,sed abundantius illis omnibus laboraui.Et mox.Mundicia itaque manuum suarum innocens saluatur, quia hic præuenitur dono, ut innocens fiat,cum ad iudicium ducitur, ex merito remuneratur. Isidorus. A Deo nobis omnia bona gratia præueniente donantur. Et confirmari potest hęc sententia patrum nostrorum, quia præparationem ad iustificationem principalius tribuit scriptura Deo,quam nobis.Sępius.n.uocat præparationes nostras opa Dei, quam opera nostra.Et frequentius docet ad illas obtinendũ humiliter postulare auxiliũ Dei speciale, & pro illis adeptis Deo gratias agere,& sępe gloriã opeꝝ nostroꝝ nobis interdicit,docetq; nõ nobis, sed Deo potius oĩa bona nr̃a tribuere,ut patebit ex testimoniis capite ꝓximo citandis.Item.Quęcunque ad aliquem effectum concurrunt causa uniuersa-

Aug.3.Hypog.
Chry. hom.3.in Io.
Greg. 16. Mora.c.11
Isid. de sũmo bo.lib. 2.c.5.
Arg.1.
Argum.2.

lis, & particularis, prius, & principalius est ille effectus a causa uniuersali, C quam a particulari. Plus enim influit in effectum causa uniuersalis quam particularis, ut etiam philosophi fatentur. Causa quippe uniuersalis mouet ad agendum causam particularem, & facit suo influxu, & applicatione, ut illa operetur. Non habet autem hanc uim causa particularis in uniuersalem. Et hac ratione ex consensu omnium philosophorum in operibus, quæ Deus facit nobiscum concursu suo generali priorem & potiorem partem sibi ipse uendicat. Quare & idem multo magis asserendum est de operibus, quæ
Argum. 3. facit concursu suo speciali. Nam hæc propria opera Dei appellatur. Quod nisi ita esset, non esset omnino certum, omnes peccatores præueniri a Deo ad suam conuersionem, neque fuissent citra omne dubium recepta, quæ cō
Argum. 4 muniter de gratia præueniente inferius ab omnibus catholicis concessa mōstrabimus. In dispositionibus etiam ad iustificationem primum locum tenet uocatio diuina. Hæc autem uel solum est a Deo, qui stat ad ostium conscientiarum nostrarum, & pulsat, ut ei aperiamus, uel certè multo prius, & principalius ab illo est, quàm a nobis, ut infra docebimus. Merito igitur tribuere debemus gratiæ diuinæ priores, & potiores partes in præparationibus nostris.

Respondetur hæreticorum obiectionibus contra necessitatem cooperationis nostræ ad iustificationem. Cap. V.

NOn satis est hæreticis nostri temporis, si necessarium asseramus diuinæ gratiæ adiutorium, & primatum ei, & principatum tribuamus, D sicut fecimus in nostra præparatione ad iustificationem, nisi etiam, ut cap. 1. retulimus libertatem nostram ad eam rem conuellant, & quantum in ipsis fuerit, ostendant uelut inanime, & brutum animal nos habere in illis, quæ præuia sunt nostræ iustificationi, & coactos nolentesque ad eam trahi, ac mere passiue nos habere circa ipsam. Ne uero tantum errorem cuiquam persuadeant, commodum erit, antequam ulterius progrediamur, ex
Obiectio. 1 plicare argumenta, quibus ad hoc suadendum utuntur. Non trahitur, inquiunt, sed ducitur, qui uolens fertur in aliquem locum. Trahimur enim nolen
Ioan. 6. tes, ducimur autem uolentes. Et hoc interest inter trahi & duci. Sed Christus dicit. Nemo potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Non ergo uolentes, & assentientes ad Christum uenimus, sed nolentes, & reluctantes trahimur, neque necessaria est nostræ uoluntatis cooperatio, ut
Responsio ad Christum ueniamus, & iustificemur. Sed hoc argumentum iam olim di
August. luit. Aug. Non enim ideo usurpatum est uerbum traxerit, quia Deus quempiam ui trahat, aut nolentem cogat, sed quia ex nolente facit uolentem, & nostram ipse præuenit uoluntatem. Et ne occasio daretur suspicandi, quod nos prius uelimus, & diuinum concursum præueniamus, non est usurpatum uerbum duxerit. Et tantum abest diuus Aug. ab eo dogmate, quod ei
c. 32. ex hoc libro imponit Lutherus in articulo 36. ad Leonem, uidelicet ꝙ nolentes Deus conuertat, & reluctantes, ut expresse ibidem dicat, non posse fie

A ri,ut nolentes credant,sed Deum facere in cordibus hominum,ut ex nolentibus uolentes fiant. Et in Enchiridio Nolentem,ait,præuenit,ut uelit. Neque semper uerbum trahere uiolentiam indicat apud Latinos. Trahimur enim plerunque in sententias aliorum non demonstrationibus, sed persuasionibus probabilibus. Et Maro proprietatis obseruantissimus. Trahit, inquit,sua quenque uoluptas. Et ita intellexit uerbũ traxerit diuus pater Cyrillus. Gratia,inquit,cognitionem sui haberi ostendit, cum dicat, neminem ad se uenire posse,qui patris monitionibus non trahatur. Et ut iam olim ad uersaretur Lutherano dogmati subdit. Non enim cum dicit neminem posse ad se uenire,nisi pater traxerit ad eum,ui quadam cogi, trahique credentes putandum est,sed monitione,doctrina,reuelatione ineffabiliter facta. Et statim probat Christum ipsum sic explicuisse uerbum traxerit, quia mox subiunxit. Omnis qui audiuit a patre,& didicit,uenit ad me. Vbi auditus, ait,disciplina,doctrinaque adest, ibi fides non ui,sed persuasione oritur. Patrocinio igitur Dei patris,quod ex caritate dignis præstatur, non ui Christum fideles agnoscunt. Hæc Cyrillus. Et Chrys. perinde exponit uerbum trahere. Deus enim inquit,nolentes non cogit,sed uolentes trahit. Nam si ipse uult, nos autem non uolumus, ad nostram salutem nihil proficiunt, quæ alioqui efficacia sunt,non quia infirma sit eius uoluntas, sed quia cogere neminem uult. Hęc ille. Secundo obiici nobis possunt multa loca scripturæ,quibus iustificatio nostra sic uni Deo adscribitur,ut excludi uideatur cuB iusque alterius in eam rem cooperatio, idque non minus quàm in redemptionem, & glorificationem, in quarum gloriæ participationem certo scimus,nullum neque angelum,neque hominem a Deo admitti. Et loca quidem scripturę,quibus hoc uidetur fieri duplici in ordine contemplor. Quãdoq; enim sic uidetur Deo nostra opera scriptura imputare, ut & nostram cooperationem expresse uideatur excludere, quandoque uero Deum solum eorum inducit autorem, ac proinde nostram cooperationem uidetur excludere, licet hoc expresse, & aperte non faciat. Primi ordinis sunt illa. Non uos me elegistis,sed ego elegi uos. Non est uolentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis. Dei enim donum est. Perditio tua Israel ex te,tantum in me auxilium tuum. Secundi uero ordinis sunt illa. Gratiam,& gloriam dabit dominus. Quid habes,quod non accepisti? Gratia Dei sum,id quod sum. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis,quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Nemo potest uenire ad me,nisi pater qui misit me, traxerit eum. Vobis donatum est pro Christo, non solum,ut in eum credatis, sed etiam, ut pro illo patiamini. Deus est,qui operatur in nobis,& uelle,& perficere pro bona uoluntate. Qui cępit in uobis opus bonum,perficiet. Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad uitam. Timorem meum dabo in cor eorum. Ego auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor nouum. Gratias agentes Deo,& patri, qui dignos nos fecit, in partem sortis sanctorum. Et

Maro. *Cyr. 4. in Io. c. 5. c. 6. c. 7.* *Chrys.* *Obiect. 2.* *Ioan. 15* *Rom. 9* *Ephe. 2* *Osee. 13* *1. Cor. 4* *2. Cor. 3* *Ioan. 6* *Philip. 2* *Philip. 1* *Act. 11* *Ezec. 36* *Col. 1.*

Psalm. 50 quasi solus Deus sit causa conuersionis nostrę, Dauid orat. Cor mundum C crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Et statim. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Et sexcenta alia huiusmodi passim occurrunt in scripturis. Quanuis tamen aliqua *Responsio* opera spectantia ad iustificationem nostram a solo Deo sine nostro concur *Proposi. 1* su fiant, non ideo tamen & idem licet colligere de omnibus operibus ad eam requisitis. Triplicia enim sunt opera Dei concurrentia ad nostram iustificationem, & magnum inter hoc & illa discrimen est. Primi generis opera sunt illa quę antecedunt etiam tempore nostram iustificationem, & sic Deo sunt propria, ut nullam in eis partem libertas nostra habeat, scilicet, neque consensum, neque cooperationem. Et talia sunt praedestinatio, seu electio, uocatio, pulsare ad ostium, & aliquando admonitio, & inspiratio. Secundi generis opera sunt productiones qualitatum supernaturalium gratiae scilicet, & uirtutum, quibus completur nostra iustificatio, & formaliter iustificamur. Et quia ad producendum tam praecellentes qualitates natura nostra pertingere non potest, habet se homo respectu earum passiue, sicut aer respectu luminis, cum illuminatur a sole. Sunt tamen inter haec opera, quibus incipitur, & perficitur nostra iustificatio, alia media opera tertij generis, quae Deus in nobis non exercet, nisi nos assensum praebeamus. Cuius generis sunt fides, spes, dilectio, poenitentia, & omnia breuiter opera concurrentia ad nostram iustificationem, quae affectum liberum cordis nostri designant. Et haec sola sunt, ad quae nos dicimus coo D perationem nostram requisitam, quia uidemus scripturã haec a nobis requirere, cum neque primi generis opera, neque secundi a nobis immediate exigat. Et cum alia, operationes Dei duntaxat significent, haec ex ui suę significationis, opera nostra designant. Quanquàm autem iustificatio nostra per *Proposi. 2* infusa dona, & uirtutes a Deo solo fit, & solius Dei munera sunt gratia, & uirtutes infusae, non est tamen asserendum, iustificationem nostram a Deo fieri, nobis neque consentientibus, neque cooperantibus. Deus enim haec munera non elargitur, nisi ope sua dispositis, & uocationi suae sanctae libenter obtemperantibus. Et in hoc decipiuntur, et offendunt quidam, qui cum uideant, nos mere passiue nos habere respectu gratiae, & uirtutum, quibus iustificamur, inde consequens esse putant, ut iustificari asseramur sine assensione, & cooperatione nostra, neque uident, fieri posse, sicut & re uera fit, ut nihil quidem operemur ad productionem gratiae, libere tamen consentiamus illius receptioni, & illis cooperemur actibus, qui prędiij sunt ipsius infusioni, & receptioni. Porrò ex testimonijs secundi ordinis statim citatis *Proposi. 3* quibus Deus solus inducitur autor nostrę iusificationis, non recte colligas, nos nihil operari in nostra iustificatione. Hoc enim perinde esset, ac siquis uelit, efficientiam omnium causarum secundarum tollere, quia omnia opera quę fiunt in mundo, scriptura Deo attribuit. Quod quidem diligenter ca *Gene. 7* uit scriptura, cum in Genesi aliqua dicit producta a creaturis, quę ibidem & a Deo

A a Deo producta asseuerat. Et ne in tantum errorem quis incideret, ipsa eadem scriptura quæ Deo soli quibusdam in locis nostram conuersionem imputat, in alijs, etiam nobis tacito Deo, adscribit. Clamamus Deus uirtutum conuerte nos. Et ipse contra reclamat. Conuertimini ad me, & ego cõ uertar ad uos. Precatur Dauid. Domine labia mea aperies. Et alio in Psalmo nomine Dei dicit. Aperi os tuum, & ego implebo illud. Postulat sponsa a Deo in Canticis Trahe me, post te. At ipse uicissim, ut ad eum ueniamus, in Euangelio nos admonet dicens. Venite ad me omnes qui laboratis &c. Sicut igitur ex his, quibus nostri arbitrii concursus exigitur, perperam excludebant Pelagiani necessitatem diuinæ gratiæ, ita & Lutherani non recte excludunt efficientiam nostram ex illis, quibus deus solus inducitur author nostrorum bonorum operum. Et testimonia primi ordinis, quæ deo soli nostram iustificationem adscribere uidentur, exclusa nostra cooperatione, uel ad ea opera referenda sunt, quæ a Deo solo fieri diximus, uel propterea deo soli nostram iustificationem tribuere exponenda sunt, quia Deus, ut iã explicuimus, prior, & principalior operum nostrorũ causa est. Inde enim proficiscitur, ut quia primo mouenti tribuendæ sunt actiones, quæ ab eo essentialiter pendent, uerissime dictum sit, Nõ uos me elegistis, sed ego elegi uos. Non est uolentis, neq; currentis, sed dei miserentis. Et quamuis nos deum eligamus in deum & dominũ nostrum, & ad consequendam ipsius misericordiam, ipse noster concursus, & assensus requisitus, sit, quia tamen

Psal. 79 *Zach. 1* *Psal. 50* *Psal. 80* *Cant. 1* *Matth. 11* *Propositio. 4*

B hoc non possumus, nisi ipso prestante, & preligẽte nos, & prius miserẽte, uerissime dicitur non nos deum eligere, & dei esse miserentis, nostram salutem, non nostri, & tantummodo in illo esse auxilium nostrum, & fidem non esse ex nobis, quasi ex nobis. Et sic solemus cõmuniter pacem ciuitatis uni primo authori tribuere, & non aliis, qui cum ipso quidem, sed post ipsum ad eam pacificandam concurrerunt. Et Cypria. hunc morem scripturę imitatus recte admonet in nullo nobis gloriandum, quia nostrum nihil est. Sed si ita est, inquies, possemus & nostram nobis iustificationem imputare, perinde ac gratiæ diuinæ & æqua lance nobis tribuere, quæ uni deo sacra eloquia ubiq; constanter uindicant. Et sicut ipse ait, Sine me nihil potestis facere, & alibi, Nemo potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eũ, & alias, Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat, qui custodit eã, ita & nos possemus uicissim dicere domino, Sine nobis nihil potes in nobis facere, & nemo potest trahi a patre ad Christum, nisi uelit, et frustra deus uigilat ad custodiendum nos, nisi nos custodiamus. Hoc autem absurdissimum esse, & procul ab ore, & mentibus christianorum relegandum, ex se, & ex scripturis satis liquet. Estq; hoc argumẽtũ Aug. Ait enim. Si propter ea dictũ est. Non est uolentis, neq; currentis, sed dei miserentis, quia ex utroque fit, id est, uoluntate hominis, & misericordia dei, cur, non econtrario dicitur, Non miserentis est dei, sed hominis uolentis, quia id misericordia dei sola non implet? Quod tamen addit nullus christianus dicere auderet.

Cypria. *Obiecti. 1* *Ioan. 15* *Psal. 126* *Aug. in eucha. ca. 32*

Respon. Verum hæc neq; in totum abiicienda, neq; in totum recipienda sunt. Quia C deus secundum ordinariam & præscriptam legem neminẽ ex adultis absq; ipsius cooperatione iustificabit, sicut uere dicimus neminẽ uenire ad Christum, nisi patre eum trahente, & neminem conuerti sine auxilio gratiæ diuinæ, ita & uere quoq; possumus dicere neminem uenire, neq; trahi ad Christum, nisi ipso consentiente, & neminem in deum conuerti, nisi spõte & uoluntate sua, & nisi uelimus, nos nostram salutem operari, frustra deum nos custodire, frustra & ad se trahere conari, frustra & pro nobis mortuum esse. Quia tamẽ quidquid ei placuerit potest in nobis sine nobis efficere, & iustificare nos posset præter legem absq; nostro concursu, nos autem sine auxilio gratiæ ipsius hoc assequi non possumus, nequaquã nobis aut debemus aut ualemus illa usurpare. Sine nobis nihil deus potest efficere. nemo potest trahi ad Christum nisi sponte sua. Non potest cuiusq; peccatoris misereri Deus, nisi uelit ipse peccator. Et multo minus illa. Non est dei miserentis, sed hominis uolentis, Non est sufficientia nostra ex Deo, sed ex nobis. Omnia.n. ista omnipotentiæ diuinę derogant, & nos supra nostra merita extollunt, & diuinam in nos gratiam extenuant, principatuiq; ipsius supra libertatem nostram, multũ detrahunt. Poteritque de his uideri Aug. q.2. lib.1. ad Simplicianũ.

Obiectio. 4 Quarto obiici potest nobis canon. 4. concilii Arausicani, qui sic habet. Deus, ut a peccato purgemur, uoluntatem nostram non

Responsio expectat. Verum hoc ad gratiam præuenientem referendum est, non ad iustificantem. Ideo enim dictum est, deum uoluntatem nostram non expecta D re, quia ut iustificemur, ipse nos prçuenit, ut uelimus, et assentiamus, & cooperemur suç uocationi.

Obiect. 5 Aug. de bono perseu. Sed si ad iustificationem nostram, & deus pariter, & nos concurrimus, cur Augustinus dicit. Viuimus recte, si totum deo demus, non illi ex parte, & nobis ex parte? At uero Aug. Pelagianis hæc obii

Responsio cit, qui dicebant saltem initium salutis nostrę esse a nobis, nempe fidẽ. Quo contra ille contendebat, & initiũ, & progressum, & profectũ iustitię nostrę

Philip. 3. a 1. b Deo eẽ tribuendũ. Ipse est enim teste apostolo, qui operatur in nobis & uelle & perficere,

Obiect. 6. Augu. lib. de gratia & libero arb. ca. 17 Magis tamen urgere uidentur illa uerba Augustini. Deus quod operando incipit, cooperando perficit ipse ut uelimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens. Ex his uidetur, deus iuxta ipsum saltem sine nobis exordiri beneficium salutis nostrę, & quo ad prępa rationem primam ad nostram iustificationem non requiri nostrę libertatis cooperatio. Et aptius hoc põt colligi ex his, quę statim subdit. Vt ergo uelimus, sine nobis operatur, cum autem uolumus, & sic uolumus, ut faciamus, nobiscum operatur. Hæc August. At uero expositio istorum a distinctione gratię operantis & cooperantis pendet, & si hęc nomina ad gratiam habitualem transferantur apertũ est, quo inter se dissepaerentur operans et cooperans gratia. Siquidem gratia gratum faciens operans dici potest, ut facit nos formaliter deo gratos, cooperans uero ut nobiscũ ad opera bona concurrit. Dei autem adiutorium quando operans gratia dicatur,

A & quando cooperans ambiguum est. Quidam dei adiutorium ad actus interiores operantem gratiam dicunt, ad actus uero exteriores cooperãtem. Verum hi parum aduertunt uerba Augustini. Qui, ut statim citauimus, Deum ait, nobiscum operari, cum sic uolumus, ut faciamus. Nimium etiã derogant uoluntati nostræ sic has gratias discernentes. Tollunt quippe ei efficientiam suorum actuum. Alius diuinum adiutorium ad intentionem finis operantem gratiam uocat, ad electiones autem cooperantem. Et ideo putat Augustinum dixisse, Deum in nobis sine nobis operari, quæ sunt a gratia operante, nobiscum uero facere, quæ sunt a cooperante, quia intentio Deo tribuenda est, electio autem, & opera inde sequentia, uoluntati. Ad hæc nanque uoluntas se per seipsam mouet, sed ad intentionem, ab extrinseco, hoc est, a Deo ipso mouetur. Quoniam cum uoluntate alicui malo hæremus, non potest uoluntas nostra, ut Aug. insinuat, moueri in bonum nisi ab alio moueatur. Omne enim quod mouetur ab alio mouetur, teste philosopho. Derogat tamen & hæc sententia libertati nostræ uoluntatis. Cur enim & ipsa seclusis omnibus aliis dimouere se nequeat a malo cui inhæret? Cur non & ipsa præstituere sibi possit finem, in quem tẽdat, ex quo iam ab intellectu per Dei gratiam, quo se ferre debeat, illustrata est? Profecto intentio ita potest esse aliquando a uoluntate, & sic iure ei tribui, ac electio. Neque semper intentio finis boni diuellit uoluntatẽ a peccato, sed nonnunquam etiam timor malorum imminentium, & horror, &

Opinio. 1. Impugna. Augu. de lib. arb. cap. 2. Physi. 7. Impugna.

B turpitudo peccati, uel infamia inde secuta. Et durum omnino uidetur, sic distinguere gratiam operantem a cooperante, ut operans tantum sit respectu finis, cooperans autem respectu mediorum. Nam in intentionibus, & in electionibus oportet rationẽ inuenire gratiæ operãtis & cooperãtis. Cũq; intẽtio finis libere a nobis, ut fatetur, proficiscatur, a gratia illa erit cooperãte secundũ Aug. Siquidẽ ille ea duntaxat a gratia operante esse concedit, quæ in nobis sine nobis operatur. Et quidem uel ipsa uerbi cooperandi significatio admonere nos potest, ut credamus Augustinũ a gratia cooperante ea dimanare credidisse, quæ Deus in nobis nobiscum operatur. Dicerem igitur breuius, & facilius, gratiam operantem esse adiutoriũ quo Deus facit, ut interius uel exterius, siue circa finem, siue circa media bene operemur, cooperantem autem esse concursum ipsum Dei specialem ad bonas operationes. Et ideo Augustinus asseruit a Deo esse sine nobis, quæ sunt a gratia operãte, quia ipse solus facit, ut ea faciamus, siue aliquibus bonis inspirationibus, quas in nobis per se solũ ꝓducit, siue alio ignoto nobis modo applicãdo, & inflectẽdo uoluntatẽ ad operandũ. Nã & hoc solo adiutorio posse aliquãdo peccatores fideles subito ĩ Deũ cõuerti, paulo post nitemur cõprobare. Sed cũ Aug. expresse affirmet, Deum nobiscum operari, cũ sic uolumus, ut faciamus, manifestũ est, eũ nostræ libertatis cooperationẽ nũquam negasse. Explicemus itaq;, si possimus, queadmodũ & diuina gratia, & nostra libertate ad iustificationẽ præparemur. Nã utriusq; cooperatio-

Vera distinct. gratiæ operãtis, & cooperantis. Cap. 7.

nem,& præcipue gratiæ,diuinę necessariã in eam rem esse,dubium non est. C

Quid sit gratia præueniens & quotuplex Cap. VI.

VT intelligamus quemadmodum a Deo ad iustitiam præparemur, ab explicatione gratiæ præuenientis, & multiplicitatis ipsius exordiũ uidetur sumendum. Et quidem uiri al qui docti perinde philosophãtur de huiusmodi gratiis spiritalibus,ac si essent aliquæ qualitates in nobis permanentes,per quas possimus uere resurgere a peccato. Sed hoc fictitium, & commentitium est, neque fundamentum ullum habet in scripturis,neque in sacris doctoribus,immo aduersatur utrisque. Quia sacræ literæ,& doctores sancti docent,necesse esse humiliter implorare auxilium diuinum,& de eo nobis impenso gratias agere. Non esset autem hoc necessarium,si essent auxilia diuina dona in nobis permanentia,& iam ante orationes nostras nobis collatas. Fieret etiã ad præparationes ad iustitiã tanta gratia a Deo peccatoribus obduratis,& ĩpœnitẽtibus,quãta pœnitẽtibus. Quod quidẽ minime conuenit cum recta scripturarũ, & sanctorũ autorũ doctrina. Est igitur gratia præueniẽs nostrã iustificationẽ,ut in genere prius hoc explicemus,omne illud,quo misericorditer trahimur peccatores ad iustitiam. Per gratiam quippe præuenientem adiuuamur ad præcedentia iustificationem,per subsequentem ad opera eam sequentia,per operantẽ & cooperãtẽ ad opera ipsi iustificationi coniuncta. Præuenit,inquit Augustinus, ut sanemur,subsequitur,ut sanati uegetemur. Præuenit,ut uocemur, subsequitur,ut glorificemur. Et alibi. Ipse ut uelimus,operatur incipiens,qui uolentibus cooperatur perficiens. In specie uero gratia prȩueniens est concursus ipse specialis,quo Deus peccatores prȩparat,& disponit ad suã gratiam. Sed & gratia prȩueniens possunt dici omnia illa,quibus Deus nos uocat et trahit ad se. Et ita sancta Synodus gratiam prȩuenientem uidetur accepisse in principio capitis. 5. Ait enim iustificationis exordiũ in adultis sumendũ esse a Dei per Christum Iesum prȩueniente gratia,hoc est, ab eius uocatione. Et merito inspirationem,qua a Deo uocamur,gratiam prȩuenientẽ appellauit. Siquidem beneficia gratuito exhibita frequenter dicuntur gratia in Scriptura,& in communi consuetudine, & apud latinissimos autores. Et inspirationes,quibus Deus nos ad se uocat,primum locũ tenent inter beneficia,quibus nos disponit ad nostrã iustificationem. Itaq; cũ Deus ad se nos paulatim trahat,nunc bonis cogitationibus,uel mortis,aut grauis ȩgritudinis instantis,uel iudicii diuini,uel Gehennę imminentis,nunc recordatione gratię,a qua excidimus,uel glorię,quã perdidimus,nunc admonitione ipsius ingratitudinis nostrę,seu turpitudinis nostrorũ peccatorũ,nunc spe regni cœlorũ,uel timore pȩnarũ nunc afflictionibus,tribulationibus, obiurgationibus,nũc amicabilibus suasionibus,& blandis exhortationibus,oĩa ista gratię prȩuenientis noĩe possunt appellari. Et oẽs huiusmodi bonę cogitationis,& pulsationes diuinę,uocationis noĩe comprȩhensæ sunt a patribus,eoq; noĩe communiter appellantur. Siue autẽ gratia prȩuenins dicatur D

Gratia præueniẽs in genere

Aug.

Gratia præueniẽs in specie

concursus

A cōcursus ipse, quo Deus p̄uenit nos, siue inspirationes & impulsus, quibus extimulamur ad pœnitētiā, illud serio, & magna attētione aduertēdū est, duplicē asseruisse patres in .5. cap. gratiā, qua disponimur ad iustificationē, excitātē, & adiuuātē. Excitat nanq; Deus uocatione sua sancta, & illuminatione, ut surgamus a p͞ctō. Neq; cōtētus excitare, quadā nobis ignota, suę uirtutis applicatione & n͞rae uoluntatis mirifica inclinatione & inflexione benigne nos adiuuat, ut cōsentiamus, & obædiamus uocationi suæ. Et cōcursus ipse Dei, uel ipse actus, quo uocamur, & excitamur, ut euigilemus a somno peccati, gratia est excitās. Cōcursus uero diuinus, quo adiuuamur ad actus qui bus acquiescimus diuinæ uocationi, q̄les sunt, fides, spes, dilectio Dei p͞nia, g͞ra uocaꝰ adiuuās. Et de utraq; istarū gratiarū seorsum pauca uidebimus.

Posse p͞ctōres p solā gratiā adiuuantē resurgere, sed ut plurimū etiā excitātē requiri. C. VII.

CONcurrit quidē cōmuniter Deus ad præparandū p͞ctōres ad suā ipsorū iustificationē, & p gratiā excitātē, & p adiuuātē. Et utriusq; exēplū uidemus in cōuersione Pauli. Nā et primo obiurgatione illa Saule Saule quid me p͞sequeris, & luce, q̄ circūfulsit eū de cœlo, & in terrā prostrauit, excitatus est, ut ad Christū cōuerteref. Secūdo, uero & misericorditer adiutus est, ut uocationi suæ obædiret, & diceret. D͞ne quid me uis facere? Et causa pp quā utriusq; g͞rę adiutorio ut plurimū indigemus, ex ipsa natura n͞ra est. Vt.n. experiētia nos docet, nō nisi ex nouis occasionibus incipimus nolle, q̄ antea uolueramus. Tāta uero est nostrę libertatis, & adiuuantis Dei gratię potestas, ut in eo qui ex malicia manet in p͞ctō, neq; ignoratione teneꝰ aliquorū, quibus retrahiꝰ a p͞seuerantia, sola gratia adiuuās sufficere possit, ut p͞fecte se p̄paret ad suā iustificationē. Si.n. possumus subito odisse, quos amamus, & amare, quos odimus, nulla noua suborta occasione, sed duntaxat ex libito nostrę uoluntatis, cur non peccatores, neq; uocati, neq; excitati a Deo nouis aliquibus inspirationibus, possint subito p ipsius gratiam adiuuantem dolere de peccatis, in quibus ante sibi complacebant, & proponere illa emēdare, eaq; una gratia ad Deū cōuerti? Profecto hoc, deo nos adiuuāte, facilius uideꝰ q̄ illud. Et nisi hoc dicamus, nullus erit modus, quo possimus tueri, Deū nō t͞m p̄parare, sed & facere, ut & illi p͞ctōres se ad iustitiā p̄parent, qui absq; ulla tūc imissa diuina excitatione, subito q͞nq; uel suscipiunt fidē, uel faciūt suorū p͞ctōrum p͞niam. Q͞d si necessaria esset semper præuia uocatio diuina ad conuersionē p͞ctōris, & absq; excitantiæ gratiæ adiutorio, nullus posset a p͞ctō resurgere, nūq; immediate subesset potestati alicuius p͞ctōris conuersio sua in Deū. Vocatio quippe diuina, ut mox dissemus, aut excitātis gratiæ adiutoriū nō ı̄mediate subest potestati n͞ræ, ut auxiliū speciale, quo adiuuamur ad fidē, spē, caritatē, p͞niam, & alias dispositiones ad iustitiā. Q͞d quidē sic in n͞ra p͞tāte ē, ac generale. Ideo uero patres hic asserunt iustificationis exordiū a Dei uocatione sumendū esse, & p͞ctōres excitante, & adiuuante Dei gratia cōuerti, atq; utranq; esse necessariā in ca.5. firmarunt, quia hęc est cōis, & pro trita uia cōuersionis, & p͞niæ p͞ctōrū, & in

Act. 9. g

B

illis, qui nō essent uel fide iā illuminati, uel certe aliqua excitante gratia pūcti oino uidet̃ utraq; gr̃a esse necessaria. Neq; nos solā adiuuātē posse sufficere contendimus in alijs quam in fidelibus, uel in eis, qui iam aliquando beneficio gratiæ excitantis ad fidem aut conuersionem suam extimulati sunt. C

Opera excitantis gratiæ a Deo solo in nobis fieri, & certe libertati nostræ non subiacere, sicut opera gratiæ adiuuantis. Cap. VIII.

VErū illud diligenti examinatione dignū est, an excitantis gratiæ opa, q̃ a Deo i nobis fiūt, nostrę quoq; libertati subsint, & a nobis ex parte sint, siue opa intellectus sint, ut uocationes, illustrationes, & inspirationes, siue appetitus, ut spes, dolor, timor, alijq; impulsus, quibus ad Deū trahimur. Et nobis quidē certū uidet̃, posse Deū uel se solo, uel nostrę aię potētis oēs actus causare, quibus nos ad iustificationē nostrā excitat. Quidqd pōt cū causa. 2. pōt utiq; se solo. Supplere ualet ille oēm causę. 2. actiuitatem, quippe qui oēm creaturaꝶ efficientiam eminentissime i se cōtinet. Neq; recipiēdę sunt quorūdam scholasticoꝶ, qui cōtra cōem philosophoꝶ, & Theologoꝶ s̃niam asseruerūt, intellectus nostros intelligere nō posse, nisi p cognitiōes ab ipsis ex parte ꝓductas. Quia cū eiusdē oīno naturę, & speciei possit esse notitia Petri a Deo totaliter ꝓducta, cū notitia Petri ꝓducta a Deo & a Michaele, cur nō posset Michael ita bene p illam intelligere, ac p eam, quam ipse cū Deo ꝓduceret? Certe cū ex doctrina Ph̄i intelligere sit quoddam pati, & eodē mō unam atq; alteram intellectus Michaelis in se recipiat, poterit ex ęquo per utrāq; itelligere. Nō est t̃n oīno certū utrū hoꝶ modoꝶ Deus seruet in uocatione pctoꝶ. Et fortassis nūc uno nūc altero nos uocat. Veꝶ tandem pensatis oībus, ꝓbabilius uidet̃ a Deo totaliter, uel per se ipsum, uel per angelos suos, et semper sine nobis ꝓduci uocationes, illuminationes, inspirationes, seu bonos affectus, quibus Deus nos per se uocat, & excitat ad pniam. Qđ in Con. 2. Arauf. uidet̃ diffinitū. Ita. n. in eo lego. Multa in hoīe bona fiūt, q̃ nō facit hō. Maxime aūt uident̃ hæc dici ꝓpter uocationes, illuminationes, & inspirationes diuinas. Nam hęc ipsa noīa uident̃ īnuere, & significare eiusmodi oīa a Deo solo nobis īmitti, & gratuito cōmunicari. Idē & inuit Gennadius, cū dicit. Initiū salutis nr̃æ Deo miserante habemus. Vt acquiescamus salutari inspiratiōi nostrę ptātis est. Sed & aperte hoc pōt colligi ex uerbis Xp̄i ad angelū Laodiciæ. Ecce sto ad ostium, & pulso. Siquis audierit uocē meā & aperuerit mihi ianuā, itrabo ad illū, & cœnabo cū illo, et ipse mecū. Cū. n. his uerbis clare explicuerit Xp̄s se hr̃e instar pulsantis ad ostiū, cū uocat ad se pctores, & pulsatio totaliter sit a pulsante, neq; sit libertas in dn̄o domus, nisi ad audiēdū, uel obturandū aures, aut ad aperiendum ianuam, uel non aperiēdū, erit & uocatio pctoꝶ totaliter a Deo, neq; libertas eoꝶ se extendet, nisi ad hoc, ut possint attente audire uocem dn̄i, & aperire ei ianuam suæ uolūtatis cōsentiendo, & obsequendo suę ipsoꝶ uocationi. Vn̄ & quidam mox ut uocant̃, dicūt cū Psalmista. Audiam quid loquat̃ in me dn̄s Deus meus. Alij cū Paulo. Dn̄e, quid me uis facere? Alij obturant D

Propo. 1 — Caie. cōm. 2. 2. — Aliaco — Prop. 2 — Prop. 3 — can. 20 — li. de Ecc. dogm. — Apo. 3 — Psalm. 54 — Actu. 9 — Psalm. 57

A aures suas instar Aspidis surdæ, ut non exaudiant uocē incantātis sapienter, Rom. 2
sed secūdm duritiā suā, & impœnitēs cor thesaurizāt sibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Esaias etiā cū dicit. Dñs aperuit mihi aurē, ego aūt Esa. 50
nō cōtradico, retrorsum nō abij, Deo soli apertionē auris tribuit, sibi autē non contradicere, neq; retrorsum abire. Deniq; ubicunq; hæ illuminationū, uocationū, aut inspirationū meminit scriptura, eas soli Deo imputat. Et Prop. 4
propterea illud saltē tanquā certū hic habēdū est, nullā in huiusmodi siue excitationibus, siue impulsibus partē habere libertatē nostrā. Sunt.n. repētini motus instar naturaliū coruscationū præuolātes, & anteuertentes oēm nostræ libertatis consensum. Et sicut motus naturales, quibus tētamur, & inflectimur in malū, in ptāte nostra nō sunt, neq; in illis aliqua culpa est, nisi iudicio, & libera uolūtate foueātur, sic neq; huiusmodi uocationes diuinæ, aut inspirationes in ptāte nostra sunt, neq; laudē ob illas meremur, nisi cū libere illas in nobis nutrimus, & eis acquiescimus. Et in hoc latissima est, & manifesta dria inter excitātē, & adiuuātē gratiā. Sūt etenim & ex parte a nobis, & nostræ libertati semp subiacēt, quæ p gratiā adiuuātē Deus in nobis facit, ut credere, sperare, diligere, pœnitere. Neq; credit quisquā, neq; sperat, neq; diligit, neq; a suis peccatis p Dei gratiā auertitur, quin hęc oia libere operetur. Præiudicare Deus non uult prærogatiuæ libertatis nr̄æ. Et i hoc potius suā nobis potētiā, sapiētiā, & bonitatē magis cōmēdat, q ad hæc sic adiuuat, ut et nos quoq; ipsi cooperantes aliqua simus laude digni in nostra iustificatione. Et hoc excitantis, & adiuuantis gratię discrimen insinuarūt patres, cum utriusq; opera commemorantes, nunquam in toto hoc decreto affirmarūt libere nos habere nisi in assentiēdo, & cooperando nostrę uocationi, & qđ idem est in mouendo nos ad iustitiā, postquā a Deo sumus gratuito uocati.

De duabus alijs gratiæ excitantis & adiuuantis differentijs. Cap. IX.

EST & duplex alia hoc loco nō dissimulāda iter has gratias distātia. Primo.n. excitātis grę adiutoria sępe pp libertatē nostrā frustramus. Vocaui, inqt, & renuistis. Ver: adiuuās grā semp habet effectū imediatū, Pro. 1
ad quē dat. Si Deus adiuuat nos ad credēdū, credimus, si ad diligendū, diligimus, si ad pœnitendū, pœnitemus. Sed si ad hæc uocat, aut excitat, frequenter illis caremus. Quia.n. Deus suauissime oia administrat, & unanquanq; rē pro modulo suæ naturæ ad suas operationes mouet, permittit nobis, ut suis uocationibus, & excitationibus resistamus. Et licet concursus diuinus semper sit efficax, neq; frustrari possit, ut tñ priuilegio libertatis nostræ nihil deroget, concedit etiā ut & adiuuantē suā gratiā quadātenus frustremus, dū ultimatas dispositiones ad iustitiā intermittimus, ad quas habendas ordinatur auxiliū gratiæ adiuuantis ad alias dispositiones ipsis præuias. Habitis tanq; per gratiā adiuuātē fide, & spe, pniam, & caritatē negligimus, ad quas ię ordinabātur. Secūda, inter excitātem & adiuuātē gratiā dria, eaq; magis præcipua est. Nō oēs, qbus Deus excitāte grā magis fauet, melius in ipsum uertunt, oēs tñ illi melius, & feruētius cōuertit, quibus Deus magis fauet

gratia adiuuante. Et non oẽs, quibus Deus magis fauit suã excitante, melius C
Daniel.3 esse conuersos, ex scripturis manifestũ est. Nabuchodonosor mitius a Deo
Exod.9. punitus est, quã Pharao, & tñ ad minora flagella deposuit suã amẽtiam, Pha
10.11.12. rao uero neq; maioribus flagellis diuulsus est a sua duritia. Bethsaidæ & Co
& 14. rozaim dixit Christus. Si in Tyro, & Sydone factę essẽt uirtutes, quæ factę
Matt.11 sunt in uobis, olim in cilicio, & cinere pniam egissẽt. Et scribis & phrisæis.
12 Viri Niniuitę surgẽt i iudicio cũ generatione ista, et cõdẽnabũt eã, qa pniam egerũt in prædicatione Ionę, & ecce plusquã Ionas hic. Ex qbus patet maiora auxilia præueniẽtis gratiæ cõmunicata fuisse Betsaidę & Corozaim, quã Tyro & Sydoni, & scribis & pharisæis quã Niniuitis, & tamen neque Bethsaidam & Coroazim, neq; scribas, & pharisæos plus, sed minus omnino profecisse. Quod uero illi melius semper conuertantur, quibus Deus benignius impartitur gratiæ adiuuantis auxiliũ, ratio naturalis ostendit. Mouere. n. & moueri correlatiua sunt. Neq; fieri potest, immo neq; intelligi, ut Petrũ & Paulũ uehementius mouerit Deus ad pniam gratia ista secundi generis, quin & ipsi ardentius, & perfectius fuerint cõuersionẽ suã operati. Et in naturalibus hoc uidemus. Nã quo celerius Deus primũ orbẽ cœlestẽ mouet, quàm infimũ, eo & primus orbis celerius mouetur. Atq; hæc satis fuerint, ut intelligamus, quemadmodum Deus se habeat in dispositionibus nostris ad iustificationem.

Gratiam præuenientem iustificationem nullatenus mereri possumus. Cap. X.

Gratiæ præuenientis nulla merita.

NE uero dũ cooperatioẽ nostrã ad iustificationẽ necessariã defẽdimus, D plus libertati nostræ quàm par sit, tribuere & in Pelagianoꝝ partes inclinare arguamur, gratiam præuenientẽ cõmunicari nobis a Deo absq; ullis meritis nostris, ut patres in. 5. cap. tradiderunt, autoritate Pauli, & sedis Apostolicę, Cõciliiq; Arausicani, & sacrorum doctorum, ac Theologica ratione comprobabimus, liberauit nos Deus, inquit Paulus, & uoca-
2.Tim.1 uit uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundũ propositum suum, & gratiam. Vides ut uocationẽ nostram, & liberationem operibus nostris abrogat, & uni gratię Dei adscribit? Et alibi ait. Deus aũt, qui di-
Ephe.2 ues est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo. Hic rursus conuiuificatio nostra tribuitur nimię caritati diuinę, & diuitiis misericordię ipsius in nos. Quę quidem longe dissona sunt meritis gratię pręuenientis iusti-
Psalm.58 ficationem. Quod bonum meritum habere posit mortuus, ut uiuificetur? Vnde et Dauid agnosceus se nõ posse pręuenientẽ hanc gratiã mereri, Deus meus, inquit, misericordia eius pręueniet me. Quod est dictu. Nõ ego Deũ meũ pueniã, sed ipse pueniet me, idq; nõ meo merito, sed sua misericordia.
Ro.3.et 4 Sępe etiã Paulus nos iustificatos dicit gratis, & nõ ex opibus. Et alias. Si gra-
Ephe.2 tia, ex opibus, iã gratia nõ est gratia. Quãuis aũt ista ad gratiã gratumfaciẽtẽ
Rom.11 cõmuniter referanť, tñ de gratia etiã gratis data, qua uocamur, & trahimur ad amicitiã diuinã sunt intelligẽda, Nõ. n. gratis, aut ex gratia iustificaremur,

si ipsa

C si ipsa gratia præueniens nos, daretur ex meritis. Quin uero ab hac gratia magis uidetur Paulus exclusisse omnia merita, quã a gratia gratũ faciẽte. Celestinus primus in quadã epi. Nõ dubitemus, inquit, a Dei gratia oĩa hoĩs merita præueniri. In cõcilio Arausicano. 2. can. 17. ita legimus. Caritas Dei diffusa est in cordibus nr̃is, nõ p uolũtatis arbitriũ, sed p. ss. q datus est nobis nullis meritis grãm pueniẽtibus. Et can. 25. Hoc etiã salubriter pfitemur, & credimus, qd̃ ĩ omni ope bono nõ nos incipimus, & postea p Dei misericordiã adiuuamur, sed ipse nobis nullis pcedẽtibus bonis meritis, & fidẽ, & amorẽ sui prius inspirat, ut & Baptismi sacramẽta fideliter requiramus, & post Baptismũ cũ ipsius adiutorio ea, q̃ sibi sunt placita, implere possimus. Hęc ibi. Et can. 6. asserit dicẽtẽ misericordiã Dei cõferri, sine gr̃a Dei credẽtibus, uolẽtibus, conãtibus, q̃rẽtibus, petẽtibus, et nõ ut credamus, uelimus, uel hęc oĩa sicut oportet agere ualeamus, diuinitus nobis concedi, resistere Apo. dicẽti. Quid habes, qd̃ nõ accepisti? Et gr̃a Dei sum, id qd̃ sũ. Diuus Aug. ex pfesso hãc ueritatẽ, ut certã, et ĩdubitatã tradit ĩ multis locis, sed peculiariter eã cõfirmat in. 3. Hyp. ex multis testimoniis scripturę. Et inter cętera ita dicit. Nõ ergo hõ uolũtate sua adhuc ĩ uitio libe. arbit. claudicãte puenit Deũ, ut cognoscat, & q̃rat eã gratiã tãquã p meritis accepturus, sed pcedit, ut iã dixi, misericordissima gr̃a sua hoĩs ignorãtis, & nõdũ se q̃rẽtis, uolũtatẽ liberi arbitrii, ut eũ se scire, & q̃rere faciat. Obiicit & ibidẽ sic sibi in psona hæreticoꝝ. Cur nõ Deus oẽs puenit, ut ĩ eũ credere possint, si nõ unusquisq; p sua uolũtate,

D quã inq̃rit Deũ, accipit gratiã, sed uolũtatẽ nostrã puenit ipsius gratia? Et ut hãc obiectionẽ diluat, nõ recurrit ad ulla merita, neq; dicit cãm esse, q quidã mereãtur aliquo mõ suis bonis opibus hãc gratiã, nõ aũt alii, sed recurrit ad hoc unũ, q Deus nemini quicquã debet. Et cũ induxisset p eadẽ ueritate illa uerba Apostoli. Cũ aũt benignitas, & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, nõ ex opibus iustitię &c. ita subdit. Quid ad hæc respõdebis hæretice? Quid inimice gratię Dei, adhuc cõtra gratiã tãto magistro gẽtiũ teste, q nullis hoĩm meritis det, cogitabis opponere? Et in. 4. cõtra Iulianũ Pelagianũ, & in de pdestinatione sanctoꝝ, & in Enchiridio ita męre gratis, & nullis antecedentibus meritis dicit nos uocari, ac mære gratis, & absq; ullis meritis pręcedẽtibus humanitatẽ suã sibi filius Dei uniuit, & quosdã paruulos ueni re facit ad Baptismũ & nõ oẽs. Et ad Syxtũ presbyteꝝ sic scribit. Quid est meritũ hoĩs ante gratiã, cũ oẽ bonũ nostrũ nõ in nobis faciat, nisi gratia? Isidorus etiã idẽ tradit his uerbis. Hoĩs meritũ supna gratia nõ ut ueniat inuenit, sed postquã uenerit facit, atq; ad indigna mẽtẽ ueniens facit in ea meritũ, qd̃ remuneret, quæ solũ inuenerat, qd̃ puniret. Et Bern. in cãtica, cũ ostẽderet idẽ dixisse sponsam his uerbis. Dilectus meus mihi, & ego illi, qd̃ & Psalmista prius dixerat illis uerbis. Expectans expectaui dñm, & intendit mihi, subdit tamen in cõmendationẽ sponsæ. Cæteꝝ sponsa rectius locuta est, & non prætendens meritũ, sed præmittẽs beneficiũ, & se præuentã dilecti gratia cõfitẽs. Recte oĩno. Nã quis prior dedit illi, & retribuet ei? Et paulo infe-

Celestin. 1
Cõ. Arau.
1. Cor. 4 b
15. a
Aug.
Tit. 3
cap. 8.
cap. 15. 38
Ep. 105
Isi. de summo bono libro. 2. c. 5
Bern. ser. 67
Cant. 2. d
Psal. 39. a

rius fatuā appellat synagogā, qa cōtemnēs iustitiā Dei suā uoluit statuere. Et C
Osee.2 hoc ob, inqt, misera repudiata est, & iā nō est spōsa, sed Ecclesia, cui dicit. Despōsaui te mihi ī fide. Despōsaui te mihi ī iudicio, & iustitia. Despōsaui te mihi ī misericordia, et miserationibus. Neq; tu me elegisti, sed ego elegi te, neq; ut te eligerē, tua inueni merita, sed pueni. Et statim in hac despōsatione dicit, nō interuenisse meritū Ecclesię, sed placitū diuinū, & quę uere spōsa est agnoscere ista, & utranq; gratiā, & præuenientē, & subsequentē cōfiteri. Accedit ad hęc, q̄ nulla lex est statuta, secundū quā Deus aliquos peccatores uocare, & prœuenire debeat. Et ipsi pc̄tores sunt indigni tāta gratia. Et gratia diuina, ut supra monuimus priores partes tenet in nostris prępreparationibus, quā libertas nr̄a. Quare nulla est uia, qua nos gratiā prœueniētē possimus mereri.

Satis fit argumentis pro meritis gratiæ præuenientis Cap. II.

DIcet aliquis forte. Concludunt argumenta facta, nulla esse merita simpliciter respectu gratię præueniētis. Pōt tamē cū hoc stare, ut aliqua sint ipsius merita ex congruo. Siquidē & nōnulli, qui gratiā gratūfacientē dari peccatoribus absq; meritis, fatentur, concedunt eā dari ob merita ex congruo. Et quanquā manifestum est, non posse quenquā gratiam gratis datā prœuenientē ipsum, mereri per actus eā cōsequentes, quia priora mereri nō possumus p posteriora, neq; intelligi potest, per fidē mereri quēpiā uocationē, aut tractum, quo trahitur ad fidē, uerū cum his potest stare,
Act.10. ut aliis bonis opibus eā mereatur. Et sic Cornelius per bona opera, quę fecerat, ante quā quicquā audiret de Christo, uidetur meruisse, ut traheretur ad fidē Christi. Vnde & angelus exauditas dixit a Deo orationes ipsius, & eleemosynas, cū ei prœcepit, accersere Petrū, ut disceret fidem Christi. Sicut enim faciēti, quod in se est cū gratia gratis data Deus nō denegat gratiā gratūfacientē, ita faciēti, quod in se est per uires naturales Deus nō denegat gratiā gratis datā, qua eū excitet, & adiuuet ad faciēdū necessaria ad suā iustificationē. Itaq; si probabile ē mereri posse pc̄tores ex cōgruo gratiā gratū faciētē p opa facta cū gratia gratis data, nō minus erit pbabile mereri eos posse gratias gratis datas per opa bona facta ex uiribus nālibus. Prœterea. Ita congruū est, Deū uocare, & trahere ad fidē infidelē declinātē a malo, & uacantē opibus bonis misericordiæ, & iustitię, presertim si in nullo trāsgrediatur legē naturalē, sicut cōgruū est, Deū adducere ad suā gratiā, & recōciliare sibi fidelē suorū peccatorū pœnitētē. Insup. Licet Deus aliquādo forte, ut cōmēdet nobis magis misericordiā suā, trahat aliquos ad suā gratiā, dū nulla bo-
Act.7.& 9 na opa, sed potius multa mala merita in eis inueniūtur, sicut patuit in Paulo, tn̄ oēs infideles, q habēt bona opa, & declināt a malo, cōmuniter trahit
Cyri.4. in 10.cap. 25 ad fidē, & fideles plerosq; pc̄tores uacātes bonis aliqbus opibus misericordię, & religiōis trahit ad pn̄iam. Vñ et Cyr. admonet, eos ex Iudęis suscepisse Xp̄m, q bonis moribus erāt, eos uero q erāt improbi, malicia sua execęcatos fuisse, neq; ad tantū bonū peruenisse. Cognitio, inquit, ueri non datur impuris, neque in sordido uasculo pretiosa immittuntur unguenta. Et fir-

A mari poteſt hæc doctrina Cyrilli ex uerbis Chriſti. Siquis uoluerit uolũtatẽ eius facere, cognoſcet de doctrina utrũ ex Deo ſit. Sed enim hæc aut ſimilia argumẽta probare quidẽ ualent, peccatores poſſe bonis ſuis opibus ꝓuocare, & inclinare diuinã bonitatẽ, & benignitatẽ, ut eos ad fidẽ, etſi iã habent fidẽ, ad gratiã ſuam trahat. Condecet hoc diuinã bonitatem, & perinde a Deo fieri, experiẽtia ipſa uidetur docere. Quare oẽs peccatores ad monendi ſunt bonis ſemꝑ operibus incũbere, nullaq; alia rõne certius obtinere poſſe, ut ad Dei gratiã miſericorditer trahantur. Et maxime ſane diuinam largitatẽ inuitant ad prçueniendũ eos ſua gratia ad ultimas diſpoſitiones ad iuſtitiã opera illa, in quibus bene utuntur alijs gratijs ſpecialibus prius ipſis communicatis. Nam quæ bona opera per ſolas uires naturales poſſunt facere, leuiſsima ſunt, ac nullius penè precij. Verum nullis argumẽtis ſatis approbari poteſt, aut hçc, aut illa opera, aliquo modo eſſe gratiæ præuenientis iuſtificationem meritoria. Quia ad meritũ de condigno requiritur, ut & opus ſit dignũ tali p̃mio, et lex ſit ſtatuta de ipſius cõſecutione, ad meritũ uero ex cõgruo ſaltẽ alterꝫ horꝫ neceſſariũ eſt. In opibus aũt factis a pc̃toribus neutrũ repitur reſpectu grç p̃uenictis. Et ſaltẽ reſpectu grç diuinæ adiuuãtis ad fidẽ, hoc neceſſe ẽ tueri. Fides nãq; ẽ initiũ uitç ſpiritalis, & ab illa incipiũt bona merita, ſicut docet Aug. Et de illa dicit expreſſe Apoſtolus. Grã eſtis ſaluati p fidẽ, & hoc nõ ex uobis. Dei.n.donũ eſt, nõ ex opibus, ut neqs glorieſ. Q̃d ſi fidẽ haberemus ex meritis, ſalus p fidẽ ex nobis eſſet, & ex operibus nr̃is. Hilarius etiã illa uerba Pſalmi. Dñe q̃d eſt hõ quia innotuiſti ei &c. manifeſte oĩa fidei merita negat his uerbis. Nõ differẽter in. 8. quoq; Pſalmo proclamat. ss. Quid eſt hõ q̃d memor es eius, aut filius hois, q̃m uiſitas eũ? Cõfeſsio iſta pulcherrima eſt, ut indignũ ſe hõ tãto munere ipſe teſtetur. Et cũ ſe indignũ cõfitetur, gratiã eius, q̃ ſibi hæc largiatur extollit. Quod.n.meritũ homini eſt, ut ei ſe cognoſcibilẽ Deus præſtet, & incognoſcibilis natura cognitioni noſtræ ſeſe ipſa ſubmittat? Hçc Hilarius. Quia uero de his latius diſputaui in opuſculo de iuſtificatione, hæc ſat ſit in præſenti monuiſſe.

Reſponſio — *Au. guſt. 2 Hyp.* — *Ephe. 2* — B — *Hilarius pſalm. 142* — *queſt. 7.*

De quatuor diffinitis a ſancta Synodo de fide, qua diſponimur ad iuſtitiam. Ca. XII.

POſſumus ex illis, quæ hactenus diſſeruimus, intelligere qualis eſt in genere prçparatio adultorꝫ ad ſuã iuſtificationẽ, et quç ad illã, & ex parte Dei, & ex parte noſtra neceſſaria ſunt. Tractemus ergo & in ſpecie, & ſingillatim de ſex illis diſpoſitionibus, quarꝫ meminere patres in. 7. cap. & ea quæ de ipſis tradidere, enucleemus, & firmemus. Vnũ hoc tñ pro oĩbus illis ante oĩa monuerim. Nõ ita patres harꝫ ſex diſpoſitionũ hoc loco meminerũt, ut aſſerere uoluerint, eas oẽs neceſſarias eſſe, & neminẽ uel una earũ deficiẽte iuſtificari. Neq; eo aio eas, ordine ſtatim expreſſo, numerarunt, ut eũ ordinẽ ſemper ſeruari a Deo, aut a nobis crediderint in præparando nos ad gratiã. Nouerãt nũc ordinẽ hũc, nũc illũ a Deo ſeruari, & nunc pluribus, nũc paucioribus diſpoſitionibus trahi peccatores, & uenire ad gratiã Dei. Cũ ſit ille ſapientiſsimus, & ſtudioſiſsimus nr̃ç ſalutis artifex, pro unius

Adnotatio p toto. c. 6 decreti neceſſaria.

cuiusq; cõplexione, natura, modo, & affectu, uaria quoq; aptat, & adhibet C
pharmaca ad sanandũ nostras ęgritudines spirituales. Atq; aliqui ita subito,
& prõpte, & perfecte diuinæ uocationi respondent, ut prius in gratiã Dei
Luc. 15 ueniant, quam ullo Dei timore fuerint concussi. Quod & manifeste nobis
Christus expressit in parabola filij prodigi. Non. n. timore concussum, sed
spe una excitatũ cõmemorat ad patrem misericordiarũ rediȷsse. Alij etiam
non prius spem ueniæ concipiunt, quam remissionem peccatorum; assequantur.
Et quosdam fortassis ante pœnitentiam, propter feruentem dilectionẽ
uel orationẽ recipit Deus ad suam gratiam. Propterea uero hæ sex dispositiones
hęc sunt expressi, & is potius, quẽ uidemus, quã alius ordo est expositus,
quia istę sunt potissime dispositiones nostræ, & ut plurimũ impij, &
infideles hac uia & ordine ueniunt ad iustitiam, & ubi aliqua peculiaris causa
non interueniret, hoc quoq; ordine a nobis trahẽdi ad eam sunt, & inducendi.
Quæ omnia apertiora fient, cum de singulis speciatim agemus. Prudẽtissime
uero a fide explanare incipiunt dispositiones quibus ad iustitiam
Cyrillus 4. de fide diffinita. præparamur. Vt. n. Cyril. inquit in Io. c. 9. ianua, & uia in uitã fides est & recursus
quidam atque reductio a corruptione ad immortalitatem. Quatuor
autem de illa hic tradunt. Primo explicant, a diuina illam esse gratia excitan
Primum te, & adiuuante nos ad credendum. Et concinẽtes sibi per omnia anathema
indicunt can. 3. asserenti, nos posse sine præueniente. ss. inspiratione, atque
Ad fidẽ nõ sufficiũt uires naturæ eius adiutorio credere, sicut oportet. Quare nullus post hac debet esse locus
opinionibus quorundã scholasticorum;, qui asseruerunt ad actum fidei sufficere D
posse uires nostras naturales. Quia uero ista tũ quidẽ supioribus capitibus,
tũ uero copiosissime in opusculo nr̃o de iustificatione cõsona esse do
q. 9. 10. 11. 12. ctrinæ Chr̃i, & Apost. et totius Ecclesię, luculẽtũ fecimus, ab eis cõfirmãdis
hic supsedebo. Scdo asserũt, fidẽ ex auditu cõcipi. Sic. n. uoluerũt stabilire,
2 fidẽ a diuino pẽdere auxilio, ut tñ nõ ignoraremus etiã humanã doctrinam
3 ad eã requisitã. Tertio, affirmãt, libere nos in Deũ moueri p fidẽ. Vt intelligamus
uidelicet liberã esse fidẽ nostrã, neq; per illam quicquam credere, nisi
quia reuelatum est a Deo. Diuina est enim, sicut pulchre dicit Leo, autoritas
Leo. serm. de natiuitate domini. cui credimus, diuina est doctrina, quam sequimur. Atq; hac potissimum ratione
fides Theologica a fide humana distinguitur, q per hanc hominibus,
per illam Deo uni credimus. Ideo. n. credimus, quæcunq; credimus, quia a
Deo reuelata esse, non dubitamus. Vnde & fides nostra infallibilis est, sicut
4 & Deus ipse. Quarto, aperiunt patres, qualis sit ex parte sui obiecti, siue materię,
circa quã uersat, fides, qua ad iustitiã pparamur, hoc est, qd p eã credimus.
Aiũtq; nos p eã credere, uera esse, q diuinitus reuelata sunt, & promissa,
atq; illud i primis a Deo iustificari hoiem ipiũ p gratiã eius, p redẽptionẽ
q ẽ i Chr̃o Iesu. Itaq; ut scholasticorum; uerbis hęc tradamus, sicut ueritas pria
uel reuelatio diuina obiectũ est formale fidei, & rõ pp quã credimus, ita ueritates
qcũq; diuinitus reuelatę, & pmissiones nobis factę obiectũ sũt mãle fidei
nr̃ę. Verum; age, pbemus, hãc totã doctrinã & xpi eẽ, & apo. & totius ecc.

A *Ad fidem necessaria est doctrina hominum, non autem fides humana.* Cap. XIII.

QVod fides ex auditu concipiatur, sicut secũdo loco hic tradidit sancta Synodus, Paulus dilucide tradit. De Iudæis enim et gentilibus, *Roma. 10*
& de omnibus in uniuersum hominibus sic scribit. Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Et ex illis uerbis Esaiæ, Domine quis credidit auditui nostro? statim colligit. Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbũ Christi. Cornelio etiã præcepit angelus, ut accerseret Petrum, ut ab eo disceret fidem Christi. Et Christus ipse doctrinam suam, & per se & per Apostolos suos orbi tradidit, neque ipsius fidem ante eius prædicationem exegit. Et ad hoc doctores constituit in Ecclesia, & usque in finem mundi seruabit, ut semper sint, a quibus audiri, & edisci possint mysteria fidei. Vnde & articulus resurrectionis, neque ab Apostolis prius fuit creditus, quam eum Christus reuelauit partim per se, partim per angelos, partim per suscitatos mortuos. Et cum fides nostra de super naturalibus sit mysterijs, perspicuum est a nobis illam haberi non posse nisi aliorum reuelatione innotescant. Assentiri ignotis non possumus. Neque paruulus etiam fidem habens infusam per Baptismum, alicui nostræ fidei mysterio si nutriatur in nemore, fidẽ adhibebit, priusquam illi ab aliquo angelo, uel homine, uel a Deo ipso illud proponat. Alioqui & omnibus nostræ fidei mysterijs ex æquo crederet, cuius contrariũ & in nobis
B experimur. Neque satis est, utcunque nobis proponi mysteria fidei, ut continuo illis credamus. Proponãtur sic opus est, ut euidens sit uel saltem nimiũ probabile, ea esse merito credenda. Alias non est possibile, uel saltem non erit laudabile ea firmitate illis credere, qua oportet nos eis assentiri. Quanuis autem aliqui per reuelationem a Deo, uel per se, uel per angelos ipsis factam, citra hominum instructionem crediderint, non sunt ad auditum spiritalem uerba patrum referenda. Traditur hic uia communis percipiendæ fidei, quam dubium nõ est, per instructionem esse hominis. Et Paulus in uerbis citatis, ad quę patres in suis alluserũt, aperte de auditione per sensum corporeum loquitur, et instructionem hominum necessariam ad fidem docet. Quomodo, inquit, audient sine prædicãte? Quomodo uero prędicabunt, *Rom. 10. c*
nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium *Esa. 52. b*
pacem, euangelizãtium bona. Et statim. Sed dico. Nunquid non audierũt? *Nah. 1. d*
Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrę uerba eorum. *Psal. 18*
Quæ omnia de predicatiõe exteriori, & sensibili manifestum est dici, non de spiritali, et inuisibili. Neque tamen ex his quispiam recte colligat, fidem acquisitam, seu humanam mysteriorum nostrę fidei necessariam esse, ut credamus sicut oportet. Requisitum quidem est, ut credamus, proponi nobis credenda. Et ut plurimum actualem fidem mysteriorum nostrę fidei, antecedit actus fidei humanæ, quo ipsis credimus propter autoritatem humanam, uel quo credimus ueraces esse, qui ea nobis proponunt, aut ea me

Marginal notes: *Esa. 53* (beside "statim colligit"); *Act. 10. a* (beside "Cornelio etiã").

rito credēda esse, aut deniq; uera esse testimonia, uel argumenta pro illis inducti, sed cum his stat, aliquos firmiter credere incipere mysterijs fidei nostrae, mox ut eis fuerint proposita. Motiua igitur humana, & authentica propositio credendorum, necessaria sunt ad credendum mysterijs fidei nostrae, fides tamen Christiana & Theologica praecedere potest omnem humanam, & acquisitam fidem, & actualem, & habitualem respectu eorundem mysteriorum. C

Fides libera.

Fidem liberam esse, & omnium subesse potestati. Cap. XIIII.

CVm patres tertio loco asseruerunt, per fidem libere nos moueri in Deum Luthero aduersati sunt dicenti, coactos nos trahi ad fidem, & acceptata est communis scholasticorum sententia asserentium contra Olcoth actum fidei liberum esse. Nam quanuis fides actus sit intellectus, & intellectus potentia sit naturalis, & non libera, tamen quia ad fidem requiritur pius uoluntatis affectus participatione quadam fides libera est. Et hinc est illa peruulgata Augustini sententia. Coetera potest homo nolens, credere non nisi uolens. Et alibi ait. Audiamus dominum dicentem Petro, Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, ne sic existimemus, fidem nostram esse in libero arbitrio, ut diuino non indigeat adiutorio. Audiamus & Euāgelistam dicētem, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et Hugo de s. Victore. Credere uoluntatis est, & fides credere uolenti deesse nō potest. Et nisi fides libera esset, nullum esset meritum nostrum in credendo. Quod est contra diffinita in concilio Lateranēsi sub Innocentio. 3. ut patet ex ultimis uerbis cap. Firmiter de summa trinitate & fide catholica. Nulla etiam esset laus fidei, si libera non esset, & iniusta essent pręconia fidei, quae in Paulo, & Iacobo, & in tota scriptura legimus. Quin neq; culpabiles essent, q non credunt Euangelio. Quorum omnium contraria quis nesciat perpetuo docuisse, & tenuisse Ecclesiam catholicam? Falso item Christus dixisset, nullam excusationem habere de peccato suo eos, qui illi non credebant, & ab s. s. mundum arguendum esse de peccato, quia non credidit in ipsum, et tolerabilius fore terrae Sodomorum & Gomorreorum in die iudicij, quam ciuitati, q̃ non reciperet praedicationem Apostolorum. Si nō subest potestati nostrę ut credamus, quorsum & frequenter queritur in ueteri testamento de populo suo, q ei non ex corde crederet, etiam uisis prodigiosissimis, & stupēdis miraculis, & acceptis eximijs ab eo beneficijs, si illi non poterant credere? Vsque quo non credent mihi, ait ad Mosen. Et ut Paulus ex Esaia commemorat ad Israel dicit. Tota die expandi manus meas ad populum nō credentem, sed contradicentem mihi. Neq; opus est pluribus hic pugnare scripturarum testimonijs. Nemo est fidelium, qui non experiatur ita libere se credere, & in potestate sua habere, ut non credat, ac in potestate sua habet facere, uel non facere alia, quae manifesto experimur nostrę subesse potestati. Argumentum est fides non apparentium, sicut dicit Paulus. Et nulla ratio naturalis cōuincit, intellectus nostros, ut supernaturalibus, & occultissimis D

Aug. Serm. 5. in Io. 4. Luc. 22. d Ioan. 1 Hug. 2. de sac. par. 6. c. 7 Rom. 4 Heb. 11 Iaco. 2 Ioan. 15. d & 16. b Matt. 10 Nu. 14. b Rom. 10. d Heb. 11

A mysterijs credamus. Sponte igitur nostra subijciamus illos oportet, & captiuemus in obsequium fidei. Obiectonem Lutheri ex uerbis Christi, Nemo potest uenire ad me &c. supra cap. 5. luculenter dissolui. Explicemus igitur cur Ioannes dicit de Iudæis. Propterea non poterant credere, quia iterũ dixit Esaias, Excæcauit oculos eorum? Si fides libera est, & cuiusuis nostrũ subest potestati, quõ ille asseuerat Iudæos non potuisse credere? Hunc nodum erudite admodum dissoluit Cyrillus in hæc uerba. Sed quare non poterant credere? adhibenda est responsio, quia nolebant. Sicut.n. quod Deus negare seipsum non potest, laus est uoluntatis diuinæ, ita quod illi non poterant credere, culpa est uoluntatis humanæ. Hoc autem loquendi genus, & in communi usu obseruatur, ut cum quis dicit non possum amare illum, aut obliuisci illatæ iniuriæ, aut ueniam dare offensioni in me factæ. In quibus omnibus non omnino designatur imposibilitas, sed difficilis ad id animi in flexio propter uehementem ad oppositum inflexionem & propensionem, atq; procliuitatem. Et paulo inferius in eum sensum ait nos dicere de homine diutius uitijs assueto. Non potest ad bonum conuerti, & consuetudine diuturna contractam maliciam relinquere, iuxta illud scilicet Hieremiæ. Si mutare potest Aethiops pellem suam &c. Et potestatẽ pro uolũtate frequenter poni in scripturis probat, quia Christus dicit. Qui potest capere capiat. Et alibi, Non potest mundus odisse uos. Sensus autem priorum uerborum est. Qui uult capere capiat. Neminem præcepto ad rem tã arduam adstringo, sed in arbitrio cuiusq; eam relinquo. Posteriorum uero, homines nolle odio prosequi eos, qui sæcularia sectantur desideria. Augu. B item, & Chrysostomus in hæc uerba Ioannis, Propterea non poterant credere, ideo aiunt, Euangelistam dixisse, Iudęos non potuisse credere, quia nolebant. Et Chrysostomus peculiariter ob id dicit, Euangelistam maluisse uti uerbo non poterant, ut intelligeremus, fuisse impossibile mẽtiri prophetã, qui eorum incredulitatem prædixerat. Nihil est igitur in scripturis, quod fidem nostram nostræ abroget potestati.

Obiectio. Ioan. 12 Responsio Cyrillus Hiere. 31 Potestas p uoluntate. Matt. 19. b Ioan. 7. a Augus. Chry.

De illis quæ oportet credere ut iustificemur. Cap. XV.

VEhementer fuit hoc tempore controuersum, quæ esset fides, & qualis, cui sacræ literæ nostram iustificationem attribuunt. Et ideo sancta Synodus ut huic controuersiæ finẽ imponeret, quarto loco adiecit, sicut cap. 12. monuimus, fide qua paramur ad iustificationem, nos credere, quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt, atq; illud in primis à Deo iustificari impium per gratiam eius, & redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Quibus uerbis primo obuiam iuit sancta Synodus errori Lutheranorum contendentium, fidem qua iustificamur, esse fidem, qua certo credimus nobis esse remissa peccata propter Christum. Et meritissimo in can. 14. hanc doctrinam firmauit, & anathema indixit asserentibus hac fide homines iustificari. Commentum quippe hoc est absurdissimum, & portentosissimũ ab arrogantissimo eorum capite præter autoritatem scripturæ, Ecclesiæ, &

facrorum doctorum confictum, neq; unquam ante hæc tempora auditum C
in Ecclesia, & ut alias ostendi, sibi ipsi repugnans, & contrarium. Secundo uero in his explicuere patres, fidem disponentem ad iustitiam, neq; habitualem esse, neq; formatam. Verbum nanq; credētes actum dicit credendi, qui & informis, & formatus esse potest. Et ante iustificationem neq; fides habitualis nobis infunditur, neq; formata est. Itaq; neutra aliquo modo dispositio esse ad iustitiam potest. Tertio & in his uerbis significata est nobis uia cōmunis, qua homines per fidem disponuntur ad iustitiam. Hęc autem est credendo uera esse, quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt, & peculiariter nō contingere alicui iustificationem, nisi ex gratia Dei, et unius mediatoris Iesu Christi. Neq; fine causa fidei huius articuli meminere hic patres. Hæc quippe est fides, quę maxime erigere potest nos in spem nostrę iustificationis, ac proinde & in eam perducere. Atq; huic ut plurimum, & præcipue tribuūt sacræ literæ, & sancti doctores nostram iustificationem. Quod quidem la-
Aug. tissime docet Augustinus epi. 157. & nos ex testimonijs scripturę, & alijs ipsius Augustini locis id ipsum perspicuum fecimus in opusculo de iustifica-
.q.1. tione. Sic tamen fide mediatoris asserendi sunt iustificari homines, ut tamen neq; huius neq; alicuius alterius articuli fides explicita requisita existimetur ad iustitiam. Potest nanq; ad id explicita fides aliorum articulorum siue spe-
Heb. 11 culabilium siue moralium sufficere. Vnde & Paulus in testimonio a patribus statim inducto, solum requirit ad placendum Deo, credere illum esse, & q inquirentibus se remunerator sit. Et Noe & Abrahæ & alijs sanctis patri D
bus fidem diuersissimarum ueritatum imputatam docet ad iustitiam. Cor-
Act. 10 nelius etiam exauditus a Deo est, & iustificatus, antequam audiret aliquid de Christo. Et nisi citra hanc fidē explicitam iustificari homines potuissent, plerosq; de communi lege impossibile fuisset gratiam iustificationis assequi, nisi multa prius miliaria confecissent, ut uenirent ad doctores, ex quibus discere possent hanc ueritatem. Et hoc est, quod Theologi in. 3. sen. dis. 25. cōmuniter docent, cum aiunt ad iustitiam sufficere fidem explicitam, uel implicitā unius mediatoris. Atq; hanc omnes illi habuisse censendi sunt, qui Deū crediderunt ueracem esse in omnibus uerbis, & promissis suis, & benigne exhibiturum omnia necessaria ad salutem. Neq; patres maius aliquid requirere in uerbis, quæ nunc exponimus, sed uiam communem apperuerunt, qua & nos & alios disponere debemus ad iustitiam.

De utilitate, & necessitate fidei, ut disponamur ad iustitiam. Cap. XVI.

POssunt, quæ hactenus de fide tradidimus, firma, & dilucida facere, quæ de illa statuta sunt hoc loco a patribus. Verū illud exactius, & aliquanto diligentius disquirēdum superest, an fides necessaria sit dispositio ad nostram iustificationem. Et quidem, fidem esse dispositionem ad iustitiam ex sacris literis, & ex prędicatione, & doctrina Ecclesiæ tam promptum, & perspicuum est, ut disputatione non egeat. Maxime nanque & in primis & Christus & Apostoli, & uniuersa per orbem Ecclesia, fidem Euangelij sem

per

A per exegit ab illis, quos ad iustitiam promouere uoluit. Et disertissime Paulus ad Romanos, ad Galatas, ad Ephesios, ad Hebręos, & pene ubique iustificationem nostram attribuit fidei. Augustinus etiā de natura & gratia. c. 69. admonet ante omnia excitādos esse infideles ad fidem, si uolumus eorum animos ad recte uiuendum accendere. Et quis locus potest esse doctrinæ Christianæ, non iacto prius fundamento fidei? Sed an præter fidem fuerint aliqui iustificati, aut posint esse, hic opus, hic labor est, Et quāquam de hoc nihil satis hic expresserint patres, tamen proximo statim capite uidetur partem negatiuam statuisse. Instrumentalis, aiunt, causa nostræ iustificationis est sacramentum Baptismi, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli unquam contingit iustificatio. Et in octauo capite aliquanto asseuerantius, & manifestius, Fides inquiunt, est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Et stabiliri potest hæc doctrina ex testimonio Pauli, quod hoc loco citatum est a patribus, ut docerent, fidem esse dispositionem ad iustitiam. Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Et quæ statim idem Apostolus pręmiserat, ita uidentur rem totam istam explicare, ut nullus posit esse disceptationi alicui locus. Sine fide, inquit, impossibile est placere Deo. Quin uero Christus ipse hanc ueritatem uidetur nos docuisse. Ait quippe. Qui nō credit iam iudicatus est. Et rursus. Qui uero non crediderit, condemnabit. Ro.4. & 5. Gal.3. Ephe.2. et 3. Heb.11 Aug. Rom.3 Heb.11. ibidem Ioan.3.c Mar.ult.d

B Extant etiam multa sanctorum doctorum testimonia, quæ hanc ueritatem uidentur confirmare. Gregorius in illa uerba Psal.50. Exultabit lingua mea iustitiam tuam. Si iusti uita, inquit, fides ęst, consequens est eandem fidem esse iustitiam, sine qua quisque iustus esse non potest. Bernardus in illa uerba, Recti diligunt te. Neque opera, dicit, quanuis recta, rectum cor efficere sufficiunt sine fide. Quis enim rectum dicat hominem non placentem Deo? Sine fide autem impossibile est placere Deo. Et Augustinus 1. contra. 2. epist. Pelag. c. 21. & de gratia & lib. arb. c. 3. & epi. 89. & 157. non solum fidē, sed fidē Christi uel unius mediatoris, necessariam sæpe tradit ad salutem, & iustificationem. Ac primo contra Iulianum Pelagianum in eandem sententiam citat sanctum Irenæum Episcopū Lugdunensem. Et Chry. hom. 40. in Matthæum expresse ait. Non iustificatur aliquis, nisi per fidem Christi, maxime post aduentum ipsius. Denique pro his stare uidentur omnia illa testimonia, quibus doctores anqtiqui asseuerant, fidem esse fundamentum, & initium uitæ spiritualis, Quorum aliqua ex Origene, Ambrosio, Augustino, infra citabimus. Greg. Ber. cāt.1 Aug. Chry. Lib. 8

De sex probabilibus circa fidem necessariam ad iustitiam. Cap. XVII.

VT tamen exactius sciamus, quæ, & qualis fides ad salutem, & iustitiā sit modo, & fuerit olim necessaria, altius nobis ista uideo esse repetenda. Cunque sępe mecum, et quidem multis annis de hac quæstione cogitauerim, & cum uiris doctissimis de illa frequenter contulerim, huc usque

duntaxat profeci, ut sex probabilissima esse credam, sub iudicio tamen sa- C
1. pientiorum. Primum. Haberi potest fidei Christi ignorantia inuincibilis.
2. Secundum. Fides explicita Christi in præcepto est omnibus, sed iustificari
3. possunt etiamnum adulti, immo et saluari citra illam. Tertium. Idem ipsum concedendum esset de illis, siqui fuerint, qui ignorantiam inuincibilem fidei unius Dei habuerunt, et uel prorsus eum ignorauerunt, uel tantum per demonstrationem ex lumine naturali, aut opinione quadam, aut fide humana
4. ex relatu aliorum eum nouerunt. Quartum. Semper fuit fides, & est modo
5. communiter necessaria ad iustificationem. Quintum. Nulli unquam conti-
6. git iustificatio sine fide. Sextum. Iustificantur aliqui modo absq; fide Christi explicita, sed nemo saluatur præter illam. Itaq; fides Dei semper necessaria fuit ad iustitiam, sed fides Christi in præcepto quidem est omnibus, & nemo saluatur absq; illa, tamen & iustificari, & saluari queunt homines sine ipsa explicita. Verum hæc singillatim approbemus.

Fidei Christi haberi posse ignorantiam inuincibilem. Cap. XVIII.

Nobiles quidem ante nos autores tradidere, fidei Christi haberi posse ignorantiam inuincibilem. Nempe sanctus Thomas, sanctus Bonauentura, Armachanus. Et uerisimile est eam habuisse Indos occidentales nostra hac tempestate, industria & opera nostrorum Hispanorum repertos. Nulla quippe apud eos inueniuntur satis apparentia uestigia, ut credamus illuc ante hęc tempora peruenisse Euãgelium. Et siue peruenerit, siue non, perinde profecto est de illis sentiendum, ac si nunquam eo peruenisset. Nam apud eos nunc nulla prorsus opinio Christi erat, non maior sanè, quam si nunquam fuisset ibi prędicatus. Enimuero manifesta ratio suadet, & eos, & quoscunq; alios similes ignorare Christi fidem inuincibiliter. Non enim potest culpæ obnoxium esse, quod ineuitabile est. Ignorantia uero fidei Christi ineuitabilis est illis, quibus Christus prædicatus non est. Quomodo credent ei, quem non audierunt? Aut quomodo audient sine p̃dicante? ait Paulus. Et quæ alia est ignorantia inuincibilis, quam ea, quã uincere non possumus, faciendo omnia, quæ ad eam uincendum solent, & debent probi homines efficere? Quicunq; igitur fuerint, aut etiam modo sint, ad quos non peruenit Euangelium, cum nulla uia humana consequi potuerint fidem Christi, tãdiu inculpabilem illius ignorantiam habere, uel habuisse existimandi sunt, quãdiu caruerint doctoribus, ex quibus eam potuerint discere Et hoc est, quod de Iudæis Christus aiebat. Si non uenissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Nam ut ipse contextus indicat, & Augustinus ibi exponit, apte ista dixit de peccato infidelitatis, cui nullus est obnoxius priusquam credenda sic ei fuerint annũtiata, ut merito debeat eis assentiri. Qua ratione & mox, ut planiora cuncta essent, subiecit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et Augu. alicubi sic scribit. Si non fuit a quo quis disceret, neq; ad eum aliquo modo rumor do-

Marginal notes: Tho. 22. q. 10. art. 1 — D — Ignorari potest inuĩcibiliter fides Christi. — Roma. 10 — Ioan. 15. d — Aug. — In q. noui test.

A ctrinę peruenerit, tunc non aliquo uitio ignorat, & immunis est a condem natione. Itaq; qui nihil audierint de Christo, damnabuntur quidem, si alia peccata commiserint contra legem naturalem, sed non damnabūtur ex eo, q̄ fidem Christi non habuerunt, etiam si propter eorum mala merita Deus eis subtraxerit pluuiam doctrinæ Euangelicæ. Quia ut uincatur ea ignorātia, non obligauit Deus ad præcepta legis naturalis, sed duntaxat ad audiēdum, & non obturandum aures Euangelio, cum eis fuerit annunciatum. Vnde & alias omnes ignorantias communiter docent scholastici tractatores, non culpabiles, quia Deus aliquos ob sua peccata permittat ipsis laborare, neq; quia possent uinci cessando ab omnibus peccatis, sed propterea quod uinci possent facile, uel audiendo, uel inquirendo, aut deniq; adhibendo eam diligentiam, quam homines probi, ut sciant, quæ ad se spectant, solent præstare. Neq; enim sunt confundenda pręcepta Neq; dandum est Hadriano, necessariam esse conuersionem in Deum, ut inuincibilis sit ignorantia. Tam peccatores quam iusti multis possunt laborare ignorantijs absque culpa. Neq; est unde probetur tam graue præceptū. Et merito ipse in quod lib. 4. refellit opinionem Guillermi Parisiensis & Altisidoren. in. 3. par summæ, & Hug. 2. de sac. par. 6. c. 5. & Gersonis in lectione. 4. de uita spiritali asserentium non dari ignorantiam inuincibilem iuris diuini, neq; Deum permissurum, ut aliquis absq; culpa sua decipiatur in aliqua ueritate fidei. Nusquam Deus etiam iustis tale priuilegium concesßit. Et nescio sanè, an hi do-
B ctores præcellentes, ita rigide & generaliter doctrinam istam defenderint. Nam ignorantiam puræ negationis manifestum est de multis ueritatibus fidei a plærisq; haberi sine culpa, & par est ratio de ignorantia quam uocant prauæ dispositionis.

Iustificari, & saluari posse etiam num homines absque fide Christi explicita. Cap. XIX.

ATq; hinc persuaderi potest, non solum iustificari posse homines, sed & saluari sine fide Christi explicita. Siquidem licet omnes Christus adstrinxerit ad credendum Euangelio cum præcepit Apostolus, ut illud per uniuersum mundum nunciarent, & eos qui eis non crediderint, damnandos esse pronunciarit, tamen cum haberi posßit ignorantia inuincibilis Euangelij, nullum hac ex parte impedimentū erit, quo minus qui alia præcepta naturalia seruauerint, & iustificentur, & saluentur. Posse autem homines absq; fide Christi iustificari uel unus Cornelius nos docere potest, quem supra ostendimus iustificatum fuisse, cum angelus ei dixit exauditas esse a Deo, & orationes, & eleemosynas illius, & quia nō habebat fidē Christi iusßit, ut accerseret Petrum. Quod si in primitiua Ecclesia statuto iam, & firmato, immo etiam ex parte euulgato præcepto credendi, iustificari potuerunt, & iustificati sunt, & salui facti per multi homines absq; fide Christi explicita, cur non & nunc idem ipsum eis contingere posse fateamur, qui similem ipsis habuerint ignorantiam? Eadem nimirum fides est hoc et illo tē

Marci ult.

Iustificari possunt homies & saluari sine fide Christi explicita.

lib. 5. ca. 15

pore, idem Euangelium, eadem lex, & eadem prorsus ratio de utrisq;. Neq; C promulgatio Euangelij, duriorem fecit legem Christi, aut difficiliorem nostram iustificationem. Acceptor personarum non est Christus. Et maxime consentaneum est, ut quam indulgentiam concessit huic orbi nostro, ut sine fide illius explicita iustificari, & saluari possent homines ante promulgationem Euangelij, eandem & orbi nunc reperto concedat, & neminem a sua gratia, & beatitudine repellat quia careat fide Christi, si per eum non steterit quo minus illam habuerit. Fecit quidem promulgatio Euangelij ut difficilior sit & rarior ignorantia Christi inuincibilis, & ut grauius sit peccatū nō assentiri doctrinæ Christi quàm fuisset ante tantam, & tam solennem promulgationem. Sed cur putemus illos, ad quos non peruenit, neq; peruenire potuit hæc promulgatio, magis nūc esse per illam exclusos a gratia Dei, & beatitudine, quam fuerint, qui simili laborarunt ignorantia tempore primitiuæ Ecclesiæ? Equidem uehementer miror aliquot scholasticos autores partim in. 3. d. 25. partim alibi in eam incidisse sententiam, ut crederent iustificari nunc posse homines sine fide Christi explicita, nequaquam autem saluari, cum neq; Ecclesia, neq; scriptura, neq; quod sciam, doctor aliquis antiquus hanc maiorem seueritatem, aut rigorem pro hoc tempore, quā pro illo doceat. Nonne omnis qui est in hac uita, mori potest, & si moriatur in gratia, saluabitur? Scio frequentissime solere in scholis responderi huic argumento, mori non posse de lege, qui iustificatus fuerit sine fide Christi explicita, nisi uel admittat nouum peccatum mortale, uel perueniat ad fidē Christi. Sed ubi est rogo ista lex? Vbi Deus hoc sanciuit? Vnde hoc approbare D possumus, ne nostro illud ex capite comminisci uideamur? Cur prohibemus in cœlum intrare, quos Deus nusquam prohibuit? Cur eis immortalitatem quodammodo pollicemur, quos Deus ubiq; obnoxios mortis periculo esse statuit? Priuilegium hoc, ut mori quis non possit, nisi peccet mortaliter, non huius est status, sed innocentiæ. Et plura Deum nunc requirere, ut iustis det beatitudinem, quàm ut peccatores admittat in suam gratiam, profecto non est uerisimile. Extra Ecclesiam igitur dices, erit salus, contra

Obiecti. 1 cap. Firmiter de sum. tr. & fide cat. Absit. Intra Ecclesiam est omnis iustifica-

Respon. tus. Sed cur Christus non credentes Euangelio a salute repulit, & Athana-

Obiecti. 2 sius in Symbolo damnandos asserit, qui fidei catholicæ non crediderint?

Respon. Quia nimirum, ut circuniacentia indicant, de illis loquuntur, qui in infidelitate sua permanent, cum eis Euangelica fides prædicatur. Vnde et Baptista, ut ostenderet, non in ignorantes, sed in dissentientes condemnationis sentē-

Ioan. 3. d tiam esse prolatam, aperte dixit. Qui incredulus est filio, non uidebit uitam

Obiecti. 3 sed ira Dei manet super eum. Quid uero Petrus ait, non esse in aliquo alio a

Actu. 4. c Christo salutem, neq; aliud nomen esse sub cœlo datum hominibus, in quo

Responsi. oporteat nos saluos fieri? Ostendere uoluit præceptum credendi Christo, oibus datum esse, & necesse esse, ut omnes ipsius fidei iugo colla submittāt. Et saluantur per meritum Christi qui saluantur absq; fide illius explicita, sicut &

A cut & iustificantur per illum, qui iustificantur sine illa.

Sine actu fidei iustificari possent, qui eam inuincibiliter ignorarent. Cap. XX.

VErum illud magis urget. Si.n. possunt nunc homines & iustificari, et saluari sine fide Christi explicita, potuerint olim, & nunc quoque poterunt gratiam, & gloriam consequi, qui & aliorum quorunuis articulorum fidei, immo & qui Dei ipsius ignorantiā inuincibilem habuerint. Par siquidem de omnibus est ratio, si par eorum, & similis ignorantia contigerit, neque minus fides Christi, quā fides Dei omnibus est nunc ad iustitiā necessaria. Ego uero & id quoque uel isto argumento concesserim, & simpliciter absque aliquo actu fidei iustificari posse adultos crediderim, siquidem talis ignorantia omnium credendorum cōtingat. Facere nanque potest, quod est in se, ut iustificetur, qui tametsi fide careat, tamen legem naturalem, quantum sibi nota est, proponit seruare, & de admissis contra ipsam dolet quatenus uitiosa sunt & recte rationi dissona. Neque siqui tales essent, pbare possem, quod sanctus Thomas absolute asseruit, pœnitentiam non posse illos reconciliare Deo. Repellere quippe a iustitia eum, qui facit, quod in se est, ut eam assequatur, prorsus contra Dei est misericordiam. Quod si iustificari non posset, qui uel Dei fide inculpabiliter careret, & uel Deum omnino ignoraret, uel tantum opinionem quandam, uel certe euidentiam per lumen naturale de ipso haberet, nec posset quiuis uiator quouis in tempore uitæ huius secundum legem communem assequi Dei gratiam. Eritque aliquod & non omnino breue tempus, in quo quidquid uiator faciat, manebit extra gratiam Dei, & si moriatur, condemnabitur. Etenim si Deus miraculose fidem ignorantibus non reuelet, cū fides per auditum ingeneret, neque credere posit quisquā sine prædicante, sicut ex Paulo iam ostēdimus, non modicum tempus requisitum est, ut fidem et unius Dei queat adipisci, qui in terris est longe dissitis ab eis, qui eum possint docere. Dices forsan. Deus faciētibus, quod in se est, largietur statim fidem, & illuminabit eos, ne errent, aut ignorent necessaria ad salutem. Nemini quippe Deus deest in huiusmodi absque culpa sua. Sed unde hoc inquam tibi constat, cum Paulus dicat, Quomodo audient sine prædicante? Et si Deus ei qui facit quod in se est, miraculose dat fidem, cur non et simul largiatur gratiam, cum & ad eam idonee sit dispositus? Cur differat? cur expectet? Quæ legis uiolatio cogit præstolari & inspirationem fidei ad iustitiam? Neque quærimus, quid miraculose Deus sit facturus, sed quid secundum legem communem. Porro eiusmodi esse legem diuinam, ut secundum eam iustificari per multi nequeant citra miraculum, derogat suauissimæ Dei prouidentiæ, & incomparabili ipsius misericordiæ, & eximijs Christi meritis, & manifeste est contra rationem uiæ. Pronior est Deus ad miserendum quā ad puniendum. Et putabimus posse iustos secundum communem legem iustificationem suam toto tempore huius uiæ perdere, & non posse iniustos citra miraculum eam

Posset iustificari absque actu fidei, qui credēda ignoraret inuincibiliter.

Argu. 1

S. Tho. 2. 2. q. 1. 13. 4 art.

B

Arg. 2

Rom. 10

Arg. 3

Arg. 4

Arg. 5 acquirere? Si ut infra ostẽdemus contra Lutherum, neq; impoſsibilia a nobis quiſquam exigit, neq; poteſt iure exigere quomodo Deum, qui ditiſsimus eſt in miſericordia, tam durũ, tam rigidũ, tã inhumanum credamus ut quę exhibere non poſſumus ad noſtrã iuſtificationem requirat? An non idem eſt requirere illa, quę licet poſsibilia ſunt, tamẽ quo exiguntur tempore, pręſtari nequeunt, et requirere ſimpliciter impoſsibilia? Si uis inquit, ad uitam ingredi, ſerua mandata. Et iterum. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meũ leue. Et quenquam a uita et amicitia ſua repellet, qui facit totum quod in ſe eſt, ut ei reconcilietur? Finis omnium legum eſt auferri peccatũ. Et lex diuina talis erit ut etiam ſi nullum ipſius mandatum uioletur remiſsio tamẽ peccatorũ per eam obtineri non poſsit? Equidem ſi cognitio, quam habere nõ poſſumus uia humana, neceſſaria eſt ad iuſtificationẽ, requiret, quod qdẽ et dictũ eſt abſurdiſsimũ, lex diuina a nobis, ut prophetæ eſſemus. Nã prophetas perſpicuum eſt eſſe oportere ut ſciamus, quę captũ noſtrum exuperant. In aliis certe pręceptis diuinis nullus ſimilis inuenitur rigor. Si opere pręſtari nequeunt ſatis eſt uotum illa implẽdi, etiam implicitum. Neq; quiſquã aut gratia Dei, aut uita æterna carebit, quia illa nõ impleuerit, ſi modo paratus fuerit facere, et fecerit omnia, q̃ ſibi noſſe potuit eſſe facienda. Hoc in baptiſmi pręcepto ſupra oſtendimus. Hoc in pœnitentia inferius oſtendemus. Et nullum omnino eſt neq; grande, neq; paruum pręceptũ, in quo non idem cõmuniter tueantur doctores. Cur unum pręceptũ credendi rigidius cęteris facimus? Cur durius quam cętera interpretamur? Cur exigimus, aut neceſſaria putamus, quæ Deus benigniſsimus nunquam exegit?

Mat. 19. b *11. d* *Arg. 6* *Arg. 7* *Lib. 5.* *Lib. 13*

Diluuntur obiectiões duæ. Maxime omnium neceſſaria eſt fides. Fateor. Sed pręceptum credendi nullo rigore maiori eſt nobis traditum quam cætera. Principium omnis boni eſt fides. At tanto clementius, et ſuauius pręceptum fidei interpretari cõuenit. Difficiliora quippe omni in re principia. Et ſuſcepta fide faciliora, & procliuiora ſunt reliqua. Quodq; omnibus impoſitũ eſt, et doctis et idiotis, et barbaris et politicis, mitius, et benignius eſt accipiendum.

Fidem unius Dei communiter eſſe et fuiſſe omnibus neceſſariam et nullum abſque illa iuſtificatum. Cap. XXI.

Neq; fidem unius Dei cõmuniter et eſſe, & fuiſſe neceſſariã negamus, ſed tantũ quid ſentiendũ eſſet, ſiquos eũ ignorare contingeret, hactenus tradidimus. Et fidem unius Dei ſemper fuiſſe neceſſariã, uel hinc ſatis poterimus perſuaderi. Vix quippe poterit aliquis ſeruare legem naturalem, aut de illius preuaricatione dolere, qui unum mundi dominũ, et gubernatorem, ac legiſlatorẽ ignorauerit. Et quanuis iſta lumine naturali poſſint nota eſſe, tamẽ magno temporis diſcurſu, & pręcellentibus ingeniis indigent, ut cognoſcantur. Quare ne deeſſet orbi tam neceſſaria ad ſalutẽ notitia, requiſita ſemp fuit doctrina Theologica, ut partim ex illa, partim etiã ex lumine naturali intelligerent homines, ac omnino perſuaderentur Deũ eſſe. Fuitq; ſemper adeo ſupra merita noſtra, prouida maieſtas diuina circa

A ista, ut uerisimile non sit quenquam absq; culpa ignorare potuisse Deũ esse. Atq; ideo prouidentia, & inspiratione diuina factũ arbitror, ut omnes patres, qui interfuerunt Concilio, nulla habita, uel certe modica hac de re discussione, tanquam rei indubitatæ consenserint, ac diffinierint, nulli prorsus absq; fide iustificationem contigisse. Diceret fortasse aliquis, uerba patrum de fide infusa posse intelligi, aut legem tantum, & uiam communẽ ab eis esse expositam. Et uerba illa sine fide impossibile est placere Deo, ita posse accipi, ut non necessitatem fidei simpliciter, sed tantum necessitatẽ præcepti credendi significent, sicut illa Nisi quis renatus fuerit ex aqua &. ss. &c. aut certe fidẽ pro quacunq; Dei cognitione, et ab ipsis, & a Paulo esse acceptã. Sed nobis nulla istarũ euasionũ, immo tergiuersationũ, placet. Si propositũ patrũ, & circũstantia oĩa bene expendamus, apertissime uidebimus, fidẽ actualẽ proprie ab eis diffinitã semper necessariã fuisse ad iustificationẽ. Et id qdẽ, ut nostra fert opinio propterea secuti Paulũ, ac doctores, quos citauimus, uerissime asseruerunt, quia ante oĩa ad uerã iustitiã nobis necessariũ est, ut captiuemus intellectus nostros in obsequiũ unius Dei, et legislatoris nostri, et ita omni tpe, & loco suæ diuinitatis opinionẽ propagauit Deus in orbe, ut nullus ea fide absq; culpa sua caruerit. Neq; mentes aliquorũ philosophorũ, quãtacunq; fulserint cognitione diuinitatis, p luminis naturalis demõstrationes, ita subiectos legi naturali fuisse, est credẽdũ, ac ad ueram iustitiam opus fuit, nisi eo aĩo fuerint, ut ẽt cessantibus illis demonstrationibus, crederent, Deum esse. Quod si uel lege stãte inuincibiliter ignorari potuisset Deus, uel B uera iustitia absq; ista mẽtis subiectione cõtingere, neq; dubitassent utiq; patres, quin iustificari absq; fide ualuissent, q̃ in cęteris facerẽt, quod in se est.

Nullus habuit Dei ignorãtiã ĩ culpabilẽ.

Expositio eorum que de fidei necessitate patres statuerunt.

Ioan. 3

Iustificari aliquos ẽtnũ absq; fide Christi explicita, sed neminẽ sine ipsa saluari. Ca. xxij.

QVoniã uero nõ sic sparsa fuit per totũ orbẽ unius opinio mediatoris, potuerũt, ut iã diximus absq; ipsius fide explicita iustificari, & saluari, & qui in lege naturali uixerunt, & qui sub tpe primitiuæ Eccle. fuerunt, ac deniq; oẽs, ad quos promulgatio Euang. nõ peruenit. Et de illis, q̃ uixerũt sub sola lege naturali, nemini hoc debet esse ambiguũ. Ideo. n. & sub sola lege naturali uixisse affirmanť, quia neq; credere erãt adstricti, nisi q̃ innotescere poterant ex lumine naturali. Vnde & Paulus non alia asseruit necessaria fuisse credere, ut accedereť ad Deum, quã ea, q̃ lumine naturali docuerat Rom. manifesta fuisse philosophis Gentilibus. Neq; patres absq; fide Chrĩ diffinierũt, neminẽ iustificari potuisse, sed tantũmodo absq; fide. Et uerisimũ quidẽ uideť, iustificari ẽtnum permultos, anteq; habeant fidẽ Chrĩ explicitã, & exẽpli gratia eos, qui legẽ naturalẽ, cũ ueniunt ad usum rõnis, p ponũt seruare. Sed. n. cum post coruscationẽ Euãg. & ipsius propagationẽ in orbe nullam sectã, aut nationẽ nouerimus, immo neq; aliquẽ hoĩem immunẽ ab errore, & pctõ aliquo cõtra lumẽ naturale, quin uel fidẽ Chrĩ tota animi deuotione cõplexus fuerit, uel breui ad eã peruenerit, argumentũ eqdẽ nobis est nõ leue, neminẽ saluari absq; fide seu Christi seu Euãg. explicita. Et

Heb. 11.

Rom. 1

ſpectare uidetur hoc ad prouidentiã diuinã, ut ſeruantes legẽ naturalẽ ꝑtrahat C
ad fidẽ Chriſti. Et quidẽ tã clara, et tã illuſtris ꝑdicatio Euãg. ꝑ totũ hunc no
ſtrũ orbẽ facta eſt, ut nullos, q nomẽ Chriſti audierint, ꝓbabile ſit fidẽ Chri
inuincibiliter ignorare. Veriſimilimunq; eſt dãnari, dãnatoſq; fuiſſe oẽs qui
mortui ſunt ſine illa, & multo magis, q cũ ipſius diſſenſu. Et uel hac rõne cõ
ſtare põt merito dãnatã eſſe illoꝝ hęreſim, quos optime reprobat Cardina
Lib. 1. c. 11 lis Turrecremata ĩ ſumma de Ecc. quia aſſeruerũt unũquẽq; poſſe ſaluari in
ſua ſecta. Nulla ſanè eſt ſecta, q̃ nõ aliquid tueatur, & ſectetur cõtra legẽ naturalẽ.
Et ſi hoc nõ ita eẽt, q̃ eximia Dei miſericordia eſt, & ſtudiũ patris cœleſtis ꝓ
pagãdi gloriã ſui filiȷ̃, breui traherentur, q illã ſequuntur, ad nrãm fidẽ. Et hoc no
bis Deus oñdit, cũ & Corne. & plęroſq; alios qui ſeruauerãt legẽ naturalẽ,
adduxit ad fidẽ Chri. Atq; hoc modo pie interpretari poſſumus autores, q
negarũt, poſſe ſaluari hoĩes ſine fide Chri explicita. Dicemus ſiquidẽ id illos
aſſeruiſſe, nõ quia legi alicui id obuiaret, ſi fieret, ſed quia uerisimile eſt, nunq̃
id cõtingere. Atq; hęc de fidei neceſsitate ad iuſtificationẽ, diſſeruiſſe ſuffici
at. Videamus, quæ patres de timore in cap. 6. ſubnectunt.

Confirmantur duo diffinita a patribus de timore. Cap. XXIII.

SEcũda diſpoſitio ad iuſtitiã, cuius patres meminere in. 6. ca. timor eſt di
uinę iuſtitię. Et de illo duo ſtatuunt. Alterũ ẽ, hũc timorẽ inde in nobis
ꝓficiſci, ꝗ nos ĩtelligimus eſſe pctõres. Alterũ eſt, eo timore utiliter nos
cõcuti. Et ꝗ cauſa timẽdi diuinã iuſtitiã ſit, intelligere nos eſſe pctõres, mani
feſtũ eſt, neq; id quiſpiã negauerit. Nihil eſſet utiq;, cur dei iuſtitiã timeremus D
ſiquidẽ innocẽtes eſſemus, & id nobis certo cõſtaret. Innocẽtes Deus nõ pu
Gen. 18 nit, ne. ꝗ affligit, niſi ad eoꝝ meritũ, & ꝓfectũ. Nũquid pdes iuſtũ cũ impio?
dixit Abrahã dño. Abſit a te, ut rẽ hãc facias, & occidas iuſtũ cum impio, ſi
atq; iuſtus ſicut impius. Non eſt hoc tuũ, qui iudicas oẽm terrã. Nequaquã
facies iudiciũ hoc. Merito aũt timẽda ẽ Dei iuſtitia peccatoribus. Nullũ ma
lum Deus impunitũ relinquit. Vlciſcitur in hoſtes ſuos, et iraſcitur inimicis ſuis,
& illius iræ nemo reſiſtere põt, Nihil illũ latere ualet. Nequit ullis ꝑcibus uel
muneribus a iuſto deflecti. Nullo impediente, & aĩam & corpus gehennali
bus põt flammis addicere. Quod uero diuinę iuſtitię timore utiliter cõcutiã
tur peccatores id nobis cõtrouerſum eſt cũ Luthero. Is nanq; adeo nõ cre
didit Gehennæ metu utiliter concuti peccatores, ut & peccatum eum eſſe aſ
ſeruerit, & peccatores peiores facere. Et hic eſt articulus. 6. de quo damna
tus eſt a Leone. 10. ut patet in bulla condemnationis ipſius. Cui errori ut
Can. 8 expreſsius aduerſaretur ſancta hæc Synodus, anathema indixit can. 8. cui
cunq; eum aſſerenti. Probatur autem utilitas huius timoris hoc loco a pa
Eccle. 1 tribus, ex uerbis Eccleſiaſtici. Timor domini expellit peccatum. Et ſapiẽter
nimirum teſtimonium hoc inducitur in approbationẽ timoris, quo diſpo
nimur ad iuſtitiam. Subnectitur enim ſtatim. Nam qui ſine timore eſt, nõ po
terit iuſtificari. Quia licet timor, ut diximus, nõ ſit neceſſaria diſpoſitio ad iu
ſtitiã, tamẽ qui contrariam ei diſpoſitionẽ habet, & iuſtitiam, & irã Dei cõ
temnit,

A tênit nunquã poterit iustificari. Timor uero diuinæ iustitię uocatur hic timor gehennę uel aliarũ pœnarũ, quas Deus iustissime irrogat peccatoribus pse-uerãtibus in peccatis suis. Et hic timorẽ cõiter uocãt Scholastici seruilẽ, eoq; distinguũt a filiali, seu casto timore, q seruilis est fuga pœnarũ, q̃ sunt pscriptę peccãtibus, sicut filialis seu castus fuga est offensionis Dei, quatenus pater noster est, & sponsus aĩarũ nostrarũ. Caueamus quidẽ p utrunq;, & uitamus peccata, & utriusq; effectus est deuitatio peccatorum. Per seruilem tñ, sicut serui tamus peccata horrore dũtaxat pœnarũ & uerberũ quas solẽt timere serui, p filialẽ uero, seu castũ declinamus pctã, ut liberi, & fideles, & obsequẽtes filij, horrore uidelicet offensę Dei, quẽ ut patrẽ reueremur, & colimus. Neq; noua ẽ hæc distinctio. Aug. sup Io. ita distinguit hos duos timores, & Glossa in illa uerba Apostoli, Non accepistis spiritũ seruitutis, utrunq; dicit fieri ab Spiritu sancto. Verum enimuero timorem diuinæ iustitiæ esse utilem, et illa nos possunt docere q̃ idem Ecclesiasticus paulo ante citata uerba pmittit, Initium sapientiæ est timor dñi. Nam quãuis hæc de timore filiali uel casto possint secundum. S. Thomam utcunque intelligi, quia primus effectus sapientiæ est timor Dei filialis, maxime tamen uidentur ad timorẽ seruilem pertinere. Subdit nanq; Eccl. Radix sapientiæ est timere Deum. Et alibi ait Timor Dei initium dilectionis. Non est autem radix, neq; origo dilectionis timor filialis, sed a sapientia procedit, & cõsummatio est, & perfectio ipsius, & ut. s. Tho. et communis opinio cõtra Durandũ tuetur, crescit cre-

B scente caritate, ac de illo proprie dicitur. Ecce timor domini, ipsa est sapientia. Et alibi. Omnis sapientia timor Dei. Apud Esai. etiã iuxta translationẽ. 70. legimus. A timore tuo domine, concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Quis autem alius timor est, a quo concipiamus & parturiamus spiritum salutis, quam timor diuinæ iustitiæ? Nec longe ab hoc sensu abest translatio cõmunis, quę ueritati Hebraicę per oĩa respondet. Nã a facie domini concipit, & parturit suam iustificationem, qui illã a timore diuinę iustitiæ auspicatur. Vnde et diuus Hiero. in idem recidere dicit utranq; expositionem. Et uerba quæ precedũt satis indicant bene redditum sensum a. 70. Pręcedũt. n. hęc. Dñe in angustia requisierũt te, & in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut q̃ concepit, cũ appropinquauerit ad partũ, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. Ex quibus uidentur sequẽtia statim. A facie tua dñe cõcepimus &c. de cõceptione p timorẽ a facie, et pręsentia dñi acceptum, esse intelligẽda. Vnde & Hiero. ibidem. Sicut ad partum mulier appropinquãs dolore cogitur exclamare, sic nos angustia requirimus te, & a facie fortitudinis tuę cõcepimus, & parturiuimus, & peperimus nõ carnis liberos, sed spiritus. Hęc ille. Et si dolores parturiẽtis quãtuncunq; eã discruciẽt, mali non censentur, quia uiã edẽdo fœtui aperiunt, neq; terrores si ue timores iustitię diuinę, qui uiã pœnitentie pstruunt, damnari debent, sed pbari, & laudari, & tãto magis, quãto eorum maior est fructus. Et hoc ipsum luculẽter firmari põt exẽplo & autoritate Christi & Apost. & cõsuetudine

Distinctio timoris seruilis a filiali.

Antiqua ẽ distinctio timoris in filialem et seruilem.

Arg. 1. pro doctrina patrum

2. 2. q. 19. art. 6

Eccle. 25

S. Tho. 2. 2 q. 19. art. 10.

Iob. 28. d

Arg. 2

Esa. 26

Hiero. in com. Esa.

Arg. 3.

totius Eccl. Enimuero prędicatio Euāgelij a pœnitētia et incußione metus C
gehennæ cœpit. Vtiliter cōcutiebat, & pterrefaciebat peccatores ad pniam
Matt. 3 Ioā. Bap. cū Pharisęis et Saducęis uenientibus ad Baptismū suū dicebat. Pro
genies uiperarū, quis demōstrauit uobis fugere a uētura iræ? facite ergo fru-
ctū dignū pœnitētię &c. Et statim. Iā. n. securis ad radicē arboris posita est.
Oīs ergo arbor, q̃ non facit fructū bonū excidetur, & in ignē mittetur. Idē
Luc. 13. a Christus factitauit, cum dixit quibusdā peccatoribus. Nisi pniam habueri-
tis, oēs similiter peribitis, sicut illi decem et octo supra quos cecidit turris Si
loe, & occidit eos. Et rursus discipulis suis. Ostendā uobis, quē timeatis. Ti
12. a. mete eū, qui postq̃ occiderit, habet potestatē mittere in Gehēnam. Et alibi.
Matt. 5 Esto cōsentiēs aduersario tuo cito dum es cū eo in uia, ne forte tradat te ad
uersarius iudici, & iudex tradat te ministro, et in carcerē mittaris. Amē dico
2. Reg. 12 tibi nō exies inde, donec reddas nouißimū quadrantem Et sub lege ueteri,
Nathā propheta, ingentiū afflictionū cōminatione, Dauidē regem ad pœni
tentiam homicidij, & adulterij cohortatus est. Et adeo nō displicuit Deo pę
nitētia ex earū timore subsecuta, ut dicente ipso, Peccaui, statim subiūxerit
propheta. Dñs quoq; trāstulit peccatū tuū a te. Et ipse regius propheta hoc
Psal. 7 timore prudēter extimulabat peccatores ad pœnitētiā dicens, Nisi cōuersi
fueritis, gladiū suum uibrauit, arcum suum tetēdit, & parauit illū. Et in eo pa
rauit uasa mortis. Et uicinos Iudæę, et eos q lōge erāt ab illa, eadē uia ad pœ
Esa. 33. b nitentiā inducere nitebat Esa. cū dicebat. Quis poterit habitare de uobis cū
igne deuorante, aut qs habitabit ex uobis cū ardoribus sempiternis? Et quā
plurimis ueteris testamēti historijs cōstat, hostiū incusso pauore et pœnarū D
cōminationibus, alijsq; flagellis Deū cohibuisse populū Israeliticū durū &
Psal. 77 incōstantē a uijs suis malis, & in suā obędientiā reuocasse. Qđ & Dauid ex-
106. plicuit dicēs. Cū occideret eos, q̃rebant eum, & reuertebantur, Et iterū. Cla
Ione. 3 mauerunt ad dñm, cum tribularētur. Neq; aliā ob causam Niniuitis terribi
le subuersionis iudiciū ex p̄cepto diuino Ionas ꝓpheta denunciauit, quam
ut terrore illo eos disponeret ad pęnitentiā. Et hos pręcellentes prophetas,
uel Deū potius in illis imitatus mirificus ille Euā. pręco, fideles oēs a pecca-
Heb. 10 tis deterret, et ad pniam accēdit formidabili illa admonitiōe. Volūtarie pec-
cātibus uobis post acceptā notitiā ueritatis, iā non relinquit ꝓ peccatis ho
stia, sed terribilis qđā expectatio iudicij & ignis ęmulatio, q̃ cōsumptura est
Deut. 17. b aduersarios. Irritā quis faciēs legē Moysi, sine ulla miseratiōe duobus uel tri
Matt. 18. b bus testibus morit, quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiū
2. Co. 13. a Dei cōculcauerit & sanguinē testamēti pollutū duxerit in quo sanctificatus
Deut. 32. e est, & spiritui gratię cōtumeliā fecerit? Scimus. n. qui dixit, mihi uindicta, &
Ro. 12. d ego retribuā. Et iterū. Quia iudicabit dñs populū suū. Horrēdū est incidere
Heb. 6 in manus Dei uiuētis. Et alibi idem Apo. terribiliter inclamat. Terra sępe ue
nientē supra se bibēs imbrē, & germinans herbā opportunā illis, a qbus co
lit, accipit benedictionē a Deo, proferēs aūt spinas, ac tribulos reproba est,
& maledicto ꝓxima, cuius cōsummatio in cōbustionē. Et cum paulo ante

A ista admonuit, eos qui ad pfectionē ferrenť, non oportere rursus iacere fundamentū a timore iudicij ęterni satis indicauit, sicut & ante nos pclari autores adnotarūt, eo timore excitatos fuisse catechumenos i primitiua Eccl. ut cōuerterenť in Deū. Et idē Paulus hac uia Felicē ad fidē trahere nitebať, cū corā illo de iustitia, castitate, et iudicio futuro disputabat. Et ab eo, & cęteris Apost. & prophetis atq; in primis ab ipso Chro didicit Eccl. hoc, qd ubiq; uidemus a doctoribus ipsius sactitari, ut quoscunq; peccatores siue fideles, siue infideles, nūc spe pmissoꝝ pmioꝝ, nūc imminentiū supplicioꝝ timoribus ad gratiā Dei ptrahere satagāt. Adde q̄ natura insitū est oibus hominibus, immo et oibus aialibus horrere, & fugere pœnas, et earum metu auelli ab illis, q̄ male placebāt. Naturales uero inclinatiōes bonę sunt, eo psertim, q̄ et naturę integrę cōuenissent. Cū ergo dānas o Luthere omnē Gehēnę timorē, et peiores nos p eū fieri cōtendis, ipsam naturā profecto nostrā, imo autorē illius cū Manicheo condēnas. Nā si mali sunt hmōi timores, mala est natura, q̄ naturaliter ea timet, & timēda esse docet, & malus erit, q eiusmodi prauā & peruersam naturā nobis est largitus. Cōsiliū et diuinū, et omniū sapiētiū legis latoꝝ, uel nō aduertere uel negligere, & dānare uidenť, qui timorē Gehennę & aliarū pœnarū cōdemnāt. Vt.n. sępe legimus apud Chry. & cęteros patres, nō eo potissimū supplicia inferni Deus parauit, ut pditos homines & dæmones cruciaret, sed eo potius fine, ut inferni timore a delictis oēs arceret, et in peccata lapsos ad pœnitentiā reuocaret. Eadenq; intētione ciuiles pœnę a prudētibus legislatoribus cōstitutę sunt. Qd' si mali sunt huiusmodi timores, mala est pœnitentia eo timore suscepta, malæ oēs eiusmodi pœnarū cōminationes, malę oēs promissiones liberationis, uel euasionis a malis pœnalibus, neq; minus oēs castigatiōes maloꝝ eo fine factę, ut timore earum pœnarū, uel spe ea euadendi corriganť. Mala nanq; sunt oia, quę alios inducūt ad peccatū. Hoc aūt si cōcedať, quid aliud erit, quā prophetas apostolos, & sapiētes legis latores, immo Christū, et Deū ipsum iniquitatis accusare? Nā his artibus, et uijs, utilissimis sępe usi sunt, ut peccatores ad pœnitentiā ptraherent. Et in sacris literis, et in alijs sanctis libris, ut eisdē utamur nō semel admonemur. Et quo iure, obsecro est prohibitus timor Gehēnę? Quā habet repugnātiam ad rectā rōnem? Nōne gehenna de se fugiēda, & timenda est? Si igiť obiectū est proportionatū timori, et nulla extrinseca circūstātia uitiať, cur timor eiusmodi censeať malus? Estq; optimū ad hæc oia cōfirmanda argumētū, quo usi sunt patres ad indicendū anathema dicētibus, gehennę metū peccatū esse, aut peccatores peiores facere. Experiētia siquidē uidemus, hoc timore plerosq; peccatores ad pniam trahi, & illos & iustos eodē timore se a multis peccatis cohibere. Et i hūc sensum debēt exponi illa uerba canonis. *Siquis dixerit Gehēnæ metū, p quē ad misericordiā dei de peccatis dolēdo cōfugimus, uel a peccādo abstinemus, peccatū esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit.* Claudiť nanq; in relatiuo p quem, sicut & frequētissime alias apud Græcos & latinos autores, causa, pp quā merito damnenť, qui eum timorē

[Margin notes: Act. 28. g — Arg. 4 — Arg. 5. — *Cur supplicia infer in constituta.* — B — Arg. 6 — Confir. 7 — Cano. 8. expositio.]

dãnant. Et idẽ est dicere, p quẽ ad misericordiã Dei &c. ac si apertius diceret C
cũ p ipsum et doleamus de peccatis, & ab eis abstineamus. Possunt alij uerba
ista, Per quẽ ad misericordiã Dei &c. sic interpretari, ut p quẽ sit limitatio cõ
dẽnationis factæ a Synodo. Quasi noluerit Synodus damnare oẽs dicẽtes
gehẽnę metũ peccatũ esse, sed eos dũtaxat, qui metũ illũ damnarẽt, p quẽ ad
misericordiã Dei cõfugimus dolẽtes de peccatis, aut ab eis abstinentes. Sed
ego simplicius arbitror exponere ista in sensũ priorẽ. Intẽtio. n. Synodi fuit
damnare errorẽ Lut. & uerbis illius ex directo aduersari. Neq; in hmõi diffi
nitionibus spectari solet, quid p accidẽs cõtingere possit. Possunt quippe &
sanctissima opa ab extrinseco uitiari. Sed ea simpliciter asserẽtibus esse pecca
ta, simpliciter & esset indicendũ anathema. Vtcunq; tñ de his sit, patet iã ex
dictis, uerissimũ esse, & doctrinæ Christi, & Apostolorũ, & prophetarũ, et
ipsi lumini naturali cõsonũ, utilẽ esse, neq; uitupabilẽ timorẽ diuinę iustitię.

Ex cõsensu doctorum firmatur utilitas timoris diuinæ iustitiæ. Cap. XXIIII.

VT firmũ sit & indubitatũ, hanc doctrinã ppetuo tenuisse uniuersam
Eccl. adiungã aliquot sanctoꝝ testimonia, q timorẽ diuinę iustitię, &
gehẽnę, q̃ peccatoribus est parata, bonũ, & utilẽ ad assequẽdũ iustitiã
Cyp. ser. 4. de mortalitate. docuerunt. Cyp. Ad oĩa te facere paratũ timor Dei & fides debẽt. Et lib. 3.
ad Quiri. can. 20. fundamẽtũ, & firmamentũ spei, et fidei, timorẽ esse probat
Psal. 110 Ecc. 1. Prouerb. 25 Esa. 66 ex his testimonijs, Initiũ sapiẽtię timor dñi. Initiũ sapiẽtię metuere dñm. Bea
tus est hõ, qui uerẽ oĩa p metũ. Et super quẽ aliũ respiciã, nisi super humilẽ,
& quietũ, et trementẽ sermones meos? Amb. ser. 15. sr. Ps. 118. ut pmaneat spi
Amb. ritus Dei in nobis carnes aĩæ. i. carnales cogitationes docet oportere cruci D
affigere, clauis timoris dni, & iudicioꝝ eius. Et subdit. Ille Chro dignus est,
q habet Christi timorẽ, ut crucifigat carnale peccatũ, hũc timorẽ sequit cari
tas. Hæc ille. In qbus palã indicat timorẽ iudicioꝝ Dei in peccatore, esse bo
nũ timorẽ, & p eũ induci caritatẽ & expelli peccatũ. Et in principio offõrũ
Aug. clare dicit timorẽ initiũ esse sapientiæ, & effectorẽ beatitudinis. Aug. trac. 9.
in primã Ioã. cũ doceret uerba illa Ioã. Timor nõ est in caritate, nõ esse intel
ligenda de inchoata caritatę, sed de ea, de qua statim subdit idẽ Ioã. Perfecta
caritas foras mittit timorẽ, sic tãdem subijcit. Ergo incipiat timor, qa initiũ
sapientiæ timor dñi. Timor qsi locũ pparat caritati, cũ aũt cęperit caritas ha
bitare, pellit timor, q ei pparauit locũ. Quãtũ. n. illa crescit tãtũ ille decrescit,
& quãtũ illa fit interior, timor pellit foras. Maior caritas, minor timor, mi
nor caritas maior timor. Si aũt nullus est timor, nõ est, qua intret caritas. Si
cut uidemus p setã introduci linum, qñ aliquid suit, seta prius intrat, sed nisi
exeat, nõ succedit linũ: sic timor primo occupat mentẽ, nõ aũt ibi remanet
timor, qa ideo intrauit, ut introduceret caritatem. Hæc Aug. Et cũ hęc non
possint intelligi de timore casto, seu filiali, qui crescit crescente caritate, neces
se erit fateri de timore diuinæ iustitiæ ea intellixisse ac, pinde eũ timorem bo
nũ cẽsuisse. Nõ. n. uia esset ad caritatẽ, neq; caritatem introduceret, si pecca
Psal. 57 tũ esset. Et, q. 2. li. 1. ad simplicianũ, illa uerba Psalmistę, Iustus manus suas la

A uet in sanguine peccatoris, sic exponit .i. mūdet ab opibus malis p timorē Dei, cū uidet supplicia pctōrū. Basi. in Ps. 33. copiose docet, timorē horrēdi iudicij saluatoris deducere ad sanctitatē, & quodā q̄si freno a prauis cōcupiscētijs aīam cohibere, & de eo dixisse Dauidē. Venite filij, audite me, timorē dñi docebo uos. Greg. hom. 34. in Euan. Praua mens si non prius p timorē euertit, ab assuetis uitijs non emundat. Euersa ergo domo inuenit dragma, quia dū perturbat conscientia hominis, reparat in homine similitudo conditoris. Et. 28. Mo. c. 10. primam soliditatis causam post fidem timorem futuri iudicij affirmat, et eum diuinitus peccatori iam credenti infundi, ut bonae uitae surgat aedificium Bern. lib. de praecep. & dispen. sic scribit Bonus quidem obaedientiae gradus est, si iuxta magistri nostri sententiam propter metum gehennae, siue propter professionem sanctam, quam professus est, quispiam obaedierit. Melior tamen cum ex Dei amore obaeditur. Ricardus de sancto Victore in Beniamin minore. c. 8. & 9. timorem poenae statutae pro peccatis dicit esse initium sapientiae, & primam uirtutum prolem, & sine ea caeteras haberi non posse. Et utilitatem timoris explicat, quia quanto quis uehementius metuit poenā, quā meruit, tanto acerbius plangit culpam quā fecit. Et illud, cor contritum, & humiliatū Deus non despicies, exponit de corde humiliato per timorem, & contrito per dolorem. Magister aperte dicit. Poenitentiae uirtus timore concipitur. Et ei per omnia consentiunt uniuersi scholastici, quos mihi contigit legere exceptis Gregorio Ari-

Basi. *Greg.* *Bern.* *Ricar.* *d. 14. 4.*

B minensi in. 2. d. 26. & Hadriano quodlibet. 4. q. 2. sine argumētis, Qui tametsi alia ratione quam Lutherus, tamen in hoc quoque grauiter, ut ille hallucinati sunt, asserentes, ea opera esse culpabilia, quae quis ob solum metum poenarum faceret. Danda uero eis uenia est, quia absque pertinacia id asseruerunt, ignorantes, aut certe parum aduertentes, consentire mirifice in contraria doctrina & scripturas, & sacros doctores. Quod quidem & ante nos doctissime probarunt sanctus episcopus Roffensis in art. 6. contra Lutherum, Iacobus Latomus in opere, quod pro assertione uniuersitatis Louaniensis contra eundem scripsit, & reuerendus pater ac magister meus frater Alphonsus de Castro in summa aduersus omnes haereses in uerbo contritio, & in uerbo Timor. Et ante hos. 50. annis paulo plus uel minus frater Stephanus Burliser tractatum de timore seruili scripsit contra quendam, qui eo tempore eadem docuit, quae de hoc timore Lutherus.

Cur patres usi sunt hoc loquendi genere, quo & protestantes, asserentes diuinae iustitiae timore peccatores utiliter concuti. Cap. XXIIII.

NEque mirari quis debet, si patres hoc in loco dicentes timore diuinę iustitiae utiliter concuti peccatores eo modo locuti fuerint, quo & protestantes in confessione Augustana. Nō ut eos imitarentur, hoc factum est. Sed ea potius ratione hac forma loquēdi usi sunt, quia sancti doctores inuenti sunt, longe ante illos sic locuti. Augustinus de catechiza. rudibus. c. 5. sic loquitur cathecumenis. De ipsa etiam seueritate Dei, qua cor- *August.*

da mortalium saluberrimo terrore quatiuntur, caritas ædificanda est, ut ab C
eo, quem timet amari se gaudens, eum redamare audeat eiusque in se dilectioni, etiam si impune posset, tamen displicere uereatur. Rarissime quippe accidit, immo uero nunquam, ut quisquam ueniat uolens fieri Christianus,
3.par. pasto. admo. 14. qui non sit aliquo Dei timore perculsus. Gregorius. Admonendi sunt, qui flagella metuunt, ut si malis ueraciter carere desiderant, æterna supplicia perhorrescant, neque in hoc suppliciorum timore permaneant, sed in amoris
Bern. gratiam nutrimento caritatis excrescant. Bern. epist. 107. Sic ad ortum solis iustitiæ sacramentum absconditum a sæculis de prædestinatis, & beatificandis emergere quodammodo incipit ex abysso æternitatis, dum quisque uocatus per timorem, iustificatus per amorem præsumit se quoque esse de numero beatorum, sciens nimirum, quia quos iustificauit, illos & magnificauit. Quid enim? Audit se uocari, cum timore concutitur, sentit & iustificari, cum amore perfunditur, & de magnificatione diffidet? Initiatur, prouehi-
Eccl.1 tur, & de sola consummatione desperabit? Nempe si initium sapientiæ timor est domini in quo dicta est esse nostra uocatio, quid nisi prouectus in sapientia est amor Dei, is duntaxat, qui interim ex fide est, ex quo & nostra est iustificatio? Quid item nisi consummatio in sapientia est, ipsa, quam in fi-
Psalm. 41. nem speramus de diuina illa & deifica uisione glorificatio? Sic abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarum suarum, cum in terrore iudiciorum suorum immensa illa æternitas, & æterna immensitas, cuius sapientiæ non est numerus, cor hominis prauum & inscrutabile mira sua bonitate & poten- D
tia educit in admirabile lumen suum. Hactenus Bernardus.

Dissoluuntur obiectiones hæreticorum contra utilitatem & bonitatem timoris pœnarum. Cap. XXV.

Obiect. 1. 1. Ioan. 4. SEd si hæc ita se habent, cur Ioannes absolute asseuerat, Timor non est in caritate? Si utiliter timore diuinæ iustitiæ peccatores concutiuntur ad pœnitentiam, cur non etiam utiliter concutientur illo iusti, ne extendant manus suas ad iniquitatem? Si utilis est, & non malus huiusmodi ti-
Augu. ubi supra mor, cur non eum admittat secum caritas? Respondet August. non de omni caritate hoc dici, sed duntaxat de perfecta. Et ut hoc explicaret, adiecisse
Respon. putat statim Ioannem. Sed perfecta caritas foras mittit timorem. Et hanc expositionem cōmuniter sequuntur Scholastici doctores, qui & pro eodem accipiunt perfectam caritatem & caritatem perfectorum. Neq; ab re. Sequitur enim statim. Qui autem timet non est perfectus in caritate. Sed dum aliquanto attentius hæc uerba Ioannis expendo, & ad alia loca eiusdem epistolæ confero, non possum in totum probare hanc expositionem. Ioannes enim absque ulla restrictione absolute, & generaliter dicit. Timor non est in caritate. Et quancunque caritatem, quæ in nullo uiolat dilectio-
1. Ioan. 2 nem Deo & fratribus debitam, perfectam uocat. Si diligamus inuicē Deus,
De timore mūdano lo inquit, in nobis manet, & caritas eius in nobis perfecta est. Et rursus. Qui seruat uerbum eius, uere in hoc caritas Dei perfecta est. Dicerem ergo liben-

A tius, Ioannis uerba esse intelligenda de timore mundano, hoc est de timore, *quitur Io.*
quo timemus laboriosa & grauia, quæ pro Christo oporteret contemne- *cum eũ se-*
re. Hic est enim timor qui in caritate non est, sed ab ea procul abijcitur. Hic *parat a ca*
est timor qui pœnam habet & non solum anxietate plenus est, sed a Deo *ritate.*
seuere punietur. Hunc decebat Ioã. a cordibus fidelium expellere satagere,
quippe qui ad caritatẽ exhortabatur, quę omnia dura, & immania propter
Christum leuia facit. De hoc timore exposuit hæc uerba Ioannis Tertullia-
nus, non longe a fine libri de fuga in persecutione. Et pro illis uerbis. Quo- *Tertul.*
niam timor pœnam habet, ita legit. Quia timor supplicamentum habet,
utique ignem stagni. Et subdit. Qui autem timet nõ est perfectus in dilectio
ne, Dei scilicet. Porrò quis fugiet persecutionem, nisi qui timebit? Quis ti-
mebit, nisi qui non amauit? Hæc ille. Ambrosius etiam huic timori uerba
Ioannis sic aptat. Maior caritas, quia fidem, spemque complectitur. Hanc *Ambro.*
caritatem habens nihil timet, quia caritas timorem excludit foras. Et ideo *in fine epi.*
ablegato, & exuto timore omnia suffert, omnia sustinet. Qui ergo per ca- *74*
ritatem omnia sustinet, non potest timere martyrium. Et ipse Augustinus
in illa uerba Ioannis, Et uos testimonium perhibebitis, de hoc timore mun *Augu. 92*
dano exponit hæc uerba. Timor non est in caritate, sed perfecta caritas *tractatu.*
foras mittit timorem. Hunc timorem seruilem appellat, & per eum dicit Pe *Ioan. 15. b*
trum a fœmina seruitutis, compulsum esse Christum negare. Vt quid tamẽ
Aug. dicit, & inter regulas iuris recipitur. Qui timore facit præceptum, ali- *Obie. 2.*
B ter quàm debet, facit? Si bonus est timor hic, non uitiabit impletionem
præcepti, neque qui timebit, aliter quàm debet, faciet. Timore dicitur imple
re, qui alias non impleret, nisi sibi immineret pœna, quam timet. Et qui sic *Resp. 1*
præceptum exequitur, aliter, quam debet, facit. Vitiosa, & præcepti præua
ricatrix est hæc uoluntas, Nollem implere, nisi immineret pœna. Nunquid
uero & uitiosus erit tum timor pœnarum? Multi sane catholici doctores
tradiderunt, tunc quidem uitiosum esse timorem seruilem. Sed ego eorum
sententiæ subscribere non possum. Nam ex obiecto bonus est, ut diximus.
Et nulla apparet circunstantia ex qua uitietur. Non enim huius male uolun *Timor pœ*
tatis causa est, sed facit potius, ut tandem impleatur præceptum. Et imple- *narum ne-*
tio ipsa tunc posset esse non mala, quia non uitiatur, neque a timore, neque *que in eo,*
ab affectu non implendi alias præceptum. Non ergo qui timore implet prę *q alias trãs*
ceptum, aliter quàm debet, facit, neque in timore Gehennæ, neque in ipsa *grederetur*
præcepti impletione, sed in eo duntaxat affectu, quo nollet alias implere. Et *præceptũ,*
hic duntaxat culpandus est, & ad eum referenda sunt, quę doctores dicunt, *malus est.*
cum aiunt in sic affectis, & seruiliter timentibus libertatem spiritus non esse.
Vnde & diuus Gregorius cum dixisset. Ignorat mens gratiam libertatis,
quam ligat seruitus timoris, ut explicaret, qui sunt ea seruitute compediti, et *Greg.*
propter quem affectum libertate spiritus careant, subiecit. Qui propterea *3. par. pa-*
bonum facit, quia tormentorum mala metuit, uult non esse quod metuat, *sto. admo.*
ut audacter illicita committat. Vnde luce clarius constat, quod coràm Deo *14.*

innocentia amittitur, ante cuius oculos desiderio peccatur. Hæc Greg. Et C
summo quidem iure hos solos ligatos seruitute timoris asseruit. Nam qui
etiam cessantibus pœnis ab illicitis se contineret, non omnino seruit pœnis.
Resp.2 Possemus etiam dicere, aliter facere, quam debet quicunque timore implet
præceptum, quia licet non peccet neque in timore, neq; in executione præ-
cepti, neque in aliquo alio affectu, tamen non implet sicut deberet. Ex amo-
re siquidem & non ex timore debemus omnes præcepta nobis imposita
Gre. ibid. perficere. Bona propter semetipsa amanda sunt, ait Gregor. & non pœnis
compellentibus exequenda. Neque uerbum debet semper requirit præce-
ptum. Debemus enimuero semper laudare Deum, & omnia quæ facimus
in ipsius gloriam referre, neque tamen ad hæc ita stricte sumus obligati, ut
omnis horum eiusmodi intermissio nobis imputetur in peccatum. Et bo-
nos filios solemus dicere multa debere sponte sua in obsequium suorum
Obiect.3 parentum facere. Verum instat Hadrianus ex eo quod philosophus Eth. 3.
inter quinque modos apparentis fortitudinis, & non ueræ secundum asse-
rit esse eorum, qui metu pœnarum subeunt pericula. Quod si honor, diui-
tiæ, & uoluptas non sunt apti, neque decentes fines uirtutum, neque erit,
ait, uitatio pœnæ. Atque hac ratione putat confici, non quidem esse mala
omnia opera, quæ spe uel timore inducti facimus, sed ea, quæ ob uitandas
pœnas operamur, & in quibus ipsa pœnarum euitatio ex parte obiecti se
tenet, & non tantum ex parte causæ efficientis. Quodque Aug. ait. Qui ex
timore facit præceptum, aliter quam debet facit, ad facientem sic ex timore D
limitat, ut timor non sit tantum causa efficiens impletionis præcepti, sed etiã
finalis. Eadenque causa timorem hunc pœnarum damnauit Greg. Arimi-
Resp. nen. quia putauit ad bonitatem actus requiri, quod sit propter Deũ. Aliud
tamen est, quod ad perfectionem actuum nostrorum necessarium est, & ut
illi sint laudabiles, aliud quod ad eorum bonitatem sufficit. Fortis non est,
neque perfectus, addo etiam neque dignus laude, qui metu duntaxat pœna
rum pericula subit, aut præcepta implet. Verumtamen sicut ex omnium
consensu bonum est, quæ necessaria sunt uitæ tuendæ, operari, ut comede-
re, & bibere, cum opus est, ita bonum est mortem, ægritudinem, & incom-
moda alia naturalia fugere, horrere, timere, & pro uirili deuitare. Et quæ fa-
cimus, ut ea mala deuitemus, bona sunt, & finem habent bonum, quantum
satis est ad bonitatem moralem. Neque relatio in Deum ad bonitatem mo
ralem requisita est, sed sufficit uirtualis. Eanque habent omnia opera qui-
bus, aut prosequimur bona, aut fugimus mala nobis proportionata. Tran
seamus igitur ad ea, quæ de spe subnectuntur.

De tribus insinuatis a patribus de spe. Cap. XXVI.

Tertia dispositio commemorata hoc loco a sancta Synodo spes est. Et
sapienter illa timori subiecta est. Concussos enim suppliciorum timo
re peccatores, spe conuenit, ne animum despondeant, confortare. Vn
Ecc.2.b de & Ecclesiasticus, Metuentes dominũ sustinete misericordiam eius, & ne
deflectat.

A deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominum credite illi, & non euacuabitur merces uestra. Qui timetis dominum, sperate in illum, & in oblectationem ueniet uobis misericordia. Et regius psaltes utrunque coniunxit, cum dixit. Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Cum autem sancta Synodus peccatores, ait, a diuinæ iustitiæ timore ad considerandum Dei misericordiam se conuertendo in spem erigi, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, tria mihi uidere uideor nobis esse non omnino obscure insinuata. Primum est, causam spei nostræ esse considerationem diuinæ misericordiæ. Secundum est, non utcunque ab ea consideratione causari spem, sed erigendo animos nostros. Tertium est ea consideratione sic erigi animos nostros, in spem, ut fidamus eum nobis fore propitium propter Christum. Considerationem uero diuinæ misericordiæ causam esse nostræ spei, manifestum est. Vnde nanque aliunde speret homo, qui filius iræ natus, tam multis postea deliquit, & iram in se Dei, & indignationem promeruit? Certe spei remissionis peccatorum nostrorum hæc potissima, & fortassis una causa est, quod illum & ex scriptura, & ex lumine naturali pium scimus esse, ac benignum, & diuitem in misericordia, ac præstabilem super malicia. Vnde & Basilius de humili Dei seruo sic scribit. Cum reputauerit secum sua opera praua, timet quidem supplicium, & formidat pœnas. Vt autem ne absorbeatur præ mœrore, bona spe præditus est ad miserationes, & benignitatem Dei respiciens.

Psal 5.d *Ecc.1* *Eph.2* *Ioel.1* *Basil. in psal.32*

B Hac uero diuinæ misericordiæ consideratione erigi animos nostros in spem, quo modo Augustinus loquitur in de catechizandis rudibus, ex eo possumus approbare, quod ut ira, terrores, comminationes, timores animum deijciunt, sic clementia, misericordia, et promissio beneficiorum eum attollunt, & subleuant. Et quemadmodum timor deprimit, humiliat, prosternit, & tristitiæ causa est, ita spei alacritas deiectos animos in altum subuehit, roborat, confortat, & exhilarat. Spe, inquit Paulus, gaudentes. Et rursus. Quæ uere uidua est, & desolata speret in Deum. Atque hinc fiducia propitiationis diuinæ proficiscitur. Quamuis enim sæpe inter se confundantur, & una pro altera ponatur, nonnihil tamen inter se distinguũtur. Spes, sicut clari autores tradunt, desiderium est boni, quod credimus, nos assecuturos. Fiducia spem consequitur, & uicinior est consecutioni boni sperati, atque ut sanctus Thomas crudite tradit, motus quidam est appetitus consequens ex persuasione de illo consequendo. Vnde & Paulus domos nos dicit esse Christi, si fiduciam, & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Et omnibus iustis dicitur. Cum te consumptum putaueris, orieris, ut lucifer, & habebis fiduciam proposita tibi spe.

Rom.12. c *1.Tim.5.a* *Sco.d.26. 3. Caie.in com.22.q. 18.ar.1* *Tho.12.q. 40. ar. 2. ad 2.* *Heb.3.b* *Iob.11. d*

De utilitate, & necessitate spei ad obtinendam remissionem peccatorum. Cap. XXVII.

Spes dispositio ad gratiam.

CHristus seruator noster luculenter nos edocuit, spem esse dispositionem ad iustificationem. Nam ut paralyticum idoneum faceret,

Matt. 9. a qui acciperet remiſsionem peccatorum, quam ei miſericorditer eſt impartitus, præmiſit. Cōfide fili. Et cum illius animum ad ea uerba ſpe iam erectum ſentiret, ſtatim ſubiecit. Remittuntur tibi peccata tua. Et concinit Chriſto clariſsima illa Euangelij tuba dicens. Spe ſalui facti ſumus. Atque idem olim nobis dominus explicuerat illis Dauidicis uerbis. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum. Et filium prodigum ſpes nimirum ad pœnitentiam induxit. Plena ſunt illa uerba ſpei, quæ in ſe reuerſus dixit, quibuſque ſe ad pœnitentiam erexit, & accendit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic ſame perco. Surgam & ibo ad patrem meum &c. Et promiſsiones regni cœlorum, ac remiſsionis peccatorum, quibus & Chriſtus, & Ioannes Baptiſta, & Apoſtoli, & uniuerſa per orbem Eccleſia peccatores cohortatur ad pœnitentiam, eo profecto ſpectant, ut ſpe tanti præmij proſtratos, & deiectos eorum animos ſubleuent, & attollant. Spes promiſſa beneficia reſpicit, & maxime poteſt non omnino male natos, aut pertinaces homines ad conuerſionem in Deum prouocare. Sed an ſit neceſſaria diſpoſitio ad gratiam, & non tantum commodiſsima, profecto non ſatis conſtat. Verum tandem penſatis omnibus, pœnitentiam quidem ſufficere poſſe crediderim ad conſequendum remiſsionem peccatorum, ſiquidem illam contingeret ueram eſſe abſque ſpe, & abſque deſperatione. Sed communiter nunquam eſt uera, neque aliquis ſe conuertit in Deum ex corde, niſi actu, uel uirtute ſperet, Deum ſibi fore ob eam conuerſionem propitium. Et ideo ſancta Synodus in can. 3. eam uidetur neceſſariam ſtatuiſſe. Nam cum diffinit, neminem poſſe abſque Spiritusſancti numine ſperare ſicut oportet, ut iuſtificationis gratiam aſſequatur, ſatis indicat ſpe ad eam rem opus eſſe. Et habemus pro hac Syn. ſententia ſanctos patres & doctores, qui ſimpliciter, & abſolute tradunt, ſpem eſſe neceſſariam diſpoſitionem ad iuſtitiam. Ambroſius. lib. 2. de pœni. c. 1. Nemo poteſt bene agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam. Chryſoſtomus. hom. de fide, & lege, & Spirituſſancto. Neceſſarium eſt ut præcedat uitam noſtram ſpes in Chriſtum, quæ poſtea paſcenda eſt bonis operibus. Bern. ſerm. 3. de Annunciatione. Sola nimirum ſpes apud te miſerationis locum obtinet, neque oleum miſericordiæ niſi in uaſe fiduciæ ponis. Et infra. Dicat quiſque in pauore ſuo. Vadam ad portas inferi, ut iam non niſi in ſola Dei miſericordia reſpiremus. Hæc uera hominis fiducia a ſe deficientis, & innitentis domino ſuo. Hæc inquam uera fiducia, cui miſericordia non denegatur propheta atteſtante. Quoniā beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius. Huc uſque Bern. Lumen etiam naturale neceſsitatem ſpei palàm nobis demonſtrat. Ut enim teſte Paulo, & qui arant, & qui triturant, in ſpe hoc faciunt fructus percipiendi, neque quiſpiam eos labores unquam ſubiret, niſi ſpe fructus, uel præmij alicuius inuitatus, ita profecto nemo pœnitentiæ amaritudini ſe ſubderet, & Dei miſericordiā imploraret, niſi ea uia ſperaret ſe poſſe illum ſibi

Marginal notes: *Rom. 8. e* — *Pſalm. 90* — *Luc. 15* — *Prop. 2* — *Can. 3* — *Amb.* — *Chry.* — *Bern.* — *Pſal. 146* — *1. Cor. 9. b*

C

D

A reconciliare, aut certe mala euadere, quibus se addixit per peccata. Transeamus igitur ad illa, quæ de dilectione Dei continuo subnectuntur.

Dilectio Dei ad iustitiam disponit, & illam antecedit. Cap. XXVIII.

QVarto loco cõnumerarunt patres inter dispositiones ad iustitiam dilectionem Dei, ut fontis omnis iustitiæ, & eam causam esse asseuerarunt odij, & detestationis peccatorum. *Illumque, inquiunt, tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod & detestationem.* Sapientissime uero post timorem, & spem, dilectionem Dei commemorarunt. Ita enim Spiritussancto inspirante Ecclesiasticus, ubi timentes Deum ad spem hortatus est, subiunxit. Qui timetis dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda uestra. Et natura sic comparatum est, ut spes dilectionem generet, & eos continenter diligamus, quos in nos benignos fore confidimus. Ideo autem dilectionis Dei duntaxat meminere sub ea ratione, qua per eam Deum diligimus, ut omnis iustitiæ fontem, quia ut plurimum ita contingit, ut qui se per dilectionem Dei ad iustitiam disponunt, eum ut fontem omnis iustitiæ diligant, & sic in illum amore ferantur, ut in eum, a quo uno se iustificari posse intelligũt, & iustificandos confidunt. Sed posset ad iustitiam disponere dilectio Dei sub alijs etiam rationibus, nempe sub ratione iusti uel misericordis, uel remuneratoris, aut denique sub ratione summi boni, & omnium amore dignissimi. Et sub quacunque omnium istarum rationum causare potest detestationem peccatorum. Siquidem cuiuscunq; dilectio, causa esse ualet doloris de offensa ipsius. Porrò sancta Syn. nõ statuit hoc loco, an dilectio Dei, quę disponit ad iustitiã, sit dilectio Dei super oïa. Temperatũ prorsus est a uerbo super oïa, tantũque est diffinitũ, dilectione Dei disponi pctõres ad iustitiam. Et in can. 3. tm̃ adiectum est ad diligendum Deum, sicut oportet ad assequendum iustificationis gratiam, opus esse præueniente. ss. inspiratione, atque ipsius adiutorio. Qua ex diffinitione colligi non potest, dilectionem Dei super omnia antecedere iustificationis gratiam. Potest quippe dici, & minorem illa sufficere ad obtinendum gratiam, & solum inde colligitur, ad quancunque sufficientem opus esse auxilio Spiritussancti speciali. Quia tamen & dilectionem Dei super omnia communiter credunt scholastici doctores disponere ad iustitiam, & uerissimum id apparet, atque ad eam potissimum uidentur sua uerba retulisse patres, adnitar & illam etiam dispositionem esse ad iustitiam probare. Et quidem dilectionem Dei esse dispositionem ad iustitiam doctrina est Christi, & Apostolorum, & sanctorum Ecclesiæ doctorum. Cum Magdalenæ Christus dixit, Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, ostendit profecto dilectione Dei se illam disposuisse ad iustitiam. Non enim eius dilectio alio modo quam ut dispositio, causa potuit esse remissionis peccatorum. Et cum alias discipulis suis dixit. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum, & paulo post, Siquis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater

[Marginal notes: *Ecc. 2* — *Spes amoris causa.* — B — *Can. 3.* — *Dilectio Dei dispositio ad iustitiam.* — *Luc. 7* — *Ioan. 14. c*]

meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus C
aperte indicauit, dilectionẽ sui esse causam, ut a patre, & ab ipso diligamur, & ut ad nos ueniant, & mansionem apud nos faciant per gratiam, & ut tandẽ se nobis manifestẽt. Quod Paulus nobis significauit illis uerbis. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neque praeputium, sed fides, quae per caritatem operatur. Ideo nanque fidem per caritatem operantem, ualoris alicuius apud Christum Iesun asseruit, quia fides tum uiuificat hominem, cum ei adiungitur dilectio. Nam si posset uiuificare peccatorem fides sine dilectione, & dilectio dispositio ad iustitiam non esset, ualeret aliquid apud Christum etiam illa fides, quae non operatur per caritatem. Vnde Augustinus epist. 106. Fides quae per dilectionem operatur, nihil operaretur, nisi ipsa dilectio Dei diffunderetur in cordibus nostris per Spiritũ sanctũ. Et 21. de ciui. Dei. c. 26. Tunc itaque uicta uitia deputanda sunt, cum Dei amore uincuntur, quem nisi Deus ipse non donat. Et alibi absurdum existimat, ut sine amore Dei quis consequatur ueniam suorum peccatorum. Et in libro de uera & falsa poenitentia, si tamen ipsius est, aperte dicit, sine caritate non esse in nobis ueram poenitentiam. Bernardus etiam in illa uerba cãticorum. Recti diligunt te aperte dicit, fidem etiam rectam non facere hominem rectum, nisi operetur ex dilectione, & rectum esse non posse, qui Deum non diligit. Adiecit & his calculum suum Innocentius. 3. absolute affirmãs, non nisi p caritatẽ, & in caritate crimina dimitti. Quod si per caritatem, & in caritate crimina dimittunẽ, est ergo & dilectio Dei dispositio ad obtinendũ remissionem peccatorum. Et si poenitentia, & propositum seruandi manda- D
ta diuina, dispositiones sunt ad iustitiam, ut paulo inferius probabimus, erit & dilectio Dei. Quandoquidem & haec, dilectio quedam Dei sunt, aut certe non sunt sine illa. Atque ex his firmare possumus, dilectionem Dei super omnia dispositionem esse ad iustitiam assequendam. Cum enim per multae dilectiones Dei posint esse, ac uere sint in peccatoribus, quae non sufficiunt ad perducendum eos ad iustitiam, non est credendum minoribus dilectionibus attribui remissionem peccatorum. Et cui alij dilectioni imputat Christus remissionem multorum peccatorum Magdalenae? Equidem dilectio multa, dilectio est Dei super omnia, neque dilexisset illa multum, nisi dilexisset Deum super omnia. Et dilectio est super omnia, quae causa esse potest ob seruantiae sermonum Christi, & aduentus patris & filij ad nos. Quare necesse est uerba Christi statim citata, Siquis diligit me. sermonem meũ seruabit, de huiusmodi dilectione intepretari, & eam fateri dispositionem esse ad iustitiam, & ex consequenti gratiam gratum facientem antecedere. Ac proinde uerissime doctor subtilis ad dilectionem Dei super omnia dicit, sufficere uires nostras naturales sine aliquo prorsus habitu supernaturali. Non. n. gratiam specialis auxilij negauit requisitam esse ad dilectionem Dei super omnia, sed duntaxat contendit ad eam saltem in statu naturae institutae, non esse necessarium aliquem habitum supernaturalem. Et hoc in opusculo de iustifi-

Galat. 5. a 6. d

August.

Ber. serm. 24. super cant.

c. Maiores de Baptismo et eius effectu.

Dilectio Dei super omnia dispositio est ad iustitiã.

q. 10.

A iustificatione luculenter docuimus. Vehemẽterq; deceptus est,& manifeste ostendit se parum uersatum in doctrina illius, recẽtissimus quidam Thomista, qui ausus est docere, nunquam Scotum meminisse gratiæ specialis auxilij. Nam in.q.unica.di.44. primi litera.E. expresse meminit gratiæ præuenientis,& docet quenlibet peccatorem posse de lege saluari, quia Deus eum potest sua gratia præuenire. Et in.4.d.22.in fine.2. art. dicit perfectioribus, cum in peccata cadunt, Deum citius dare gratiam ad resurgẽdum quã alijs, & uelocius eos resurgere a peccatis propter Dei benignitatem merita ipsorum præterita ad hoc aliquo modo acceptantem, & inspirantem ipsis pœnitentiam. Et statim in.3.art. subdit necessariã esse præseruationem diuinam ad cauendum peccata. Nisi uero dilectio Dei super omnia antecedere posset saltem natura gratiam gratũfaciẽtem, perplexus esset peccator, si tempore, quo est in peccato mortali, occurrat præceptum diligendi Deum super omnia. Quia implere illud non poterit, nisi ante omnem bonum ipsius motũ Deus gratiam ipsi gratũfacientem benigne largiatur. Quod quidẽ Deus secundũ legem cõem nunquam faciet. Requirit nanq; conuersionẽ nostrã in ipsum, ut ipse se conuertat in nos gratiam gratũfacientem infundendo. Sed uideamus quibus argumentis contẽdant quidam dilectionẽ Dei super omnia sequi,& nullatenus antecedere nostram iustificationem. Quoniam & eorum enodatio magis confirmabit propositum nostrum.

Soluuntur argumenta contendentium dilectionem Dei super omnia non disponere ad iustitiam, sed eam consequi. Cap. XXIX.

B MElanchthon in Apologia confessionis Augustanæ sic nobis obijcit. *Obiect.1* Nõ põt Deus diligi sup oĩa, nisi prius credamus eũ nobis esse placatũ. Placatus uero nõ est pctõribus ante infusionẽ gratiæ. Quanta uero hæc est,& theologiæ,& philosophiæ ignorantia? Quis adeo desipiat, ut *Respon.* neget ad amorem Dei super omnia sufficere posse eam cognitionem, & fidem, quam de Deo habet quicunque fidelis, etiam si eum maxime sibi iratum credat? Agnoscit nimirum fidelis Deum esse summum bonum, autoremq; & fontem omnis boni. Agnoscit creatorem, seruatorem, redemptoremque suum, neq; posse, nisi ipsius misericordia habere quicquam boni. Agnoscit maxime misericordem,& pręstabilem super malicia, neque obliuiscentem unquam suæ misericordiæ. Agnoscit se ab eo inuitari, allici, extimulari, erigi, adiuuari, ut a peccatis suis surgat,& ad eũ conuertatur. Agnoscit maxime conuenire, ut eum summe, uehementissime, & præ omnibus diligat,& hac uia posse si uelit, illum sibi placatum,& propitium facere. At hæc cuius non uoluntatem ad amorem Dei super omnia possint inflectere? Minora certe his nonnunquam eo nos pertrahunt, ut creaturas Deo anteponamus. Neque una iræ, aut indignationis diuinæ persuasio impedire potest uoluntatem nostram, quominus amet, si uelit eum, in quo tot,& tantæ rationes concurrunt amoris. Si satis est, ut iudicem aliquem pro dignitate amemus, iustum illum,& bonum,& beneficum in nos credere, etiam si ob

delicta nostra iratum illum nobis esse sentiamus, quomodo non satis erunt C
ad amandum Deum super omnia tam multa egregia, & eximia cuicunque
fideli peccatori de Deo credita, & persuasa, quantuncunque illum sibi sen-
Obiect.1 tiat iratum? Quid ergo, inquiet aliquis, sibi uult Paulus, cum dicit caritatem
Rom.5 Dei diffundi in cordibus nostris per Spiritumsanct. qui datus est nobis? Si
est dilectio Dei super omnia in nobis ante gratiam gratumfacientem, erit &
ante illapsum gratificum, & non per Spiritumsan. illa nobis diffundetur, sed
causa potius erit, ut nobis ille donetur. Quod quidem aduersatur Grego-
Gre.hom. rio dicenti. Qui ergo mente integra Deum desiderat, profecto iam habet,
30.in euā. quem amat? Posset ne quisquam Deum diligere, si eum quē diligit, non ha-
August. beret? Augustinus etiam tractatu. 75. in Ioannem in eundem sensum dicit.
Quomodo diligimus ut Spiritumsanctum accipiamus, quem nisi habea-
Respon. mus, diligere non ualemus? Verum hæc facile est diluere. Multa bona no-
bis cōmunicat, & impartitur Spiritussanct. ante suum illapsum gratificum.
Et dum ad dilectionem Dei adiuuat, iam aliquo modo eum intra nos habe
mus nobis cooperantem, & nostram infirmitatem adiuuantem. Gratiam
uero gratis datam ad huiusmodi dilectionem necessariam non negamus.
q.10. Quin eam necessariam esse copiose ostendimus in opusculo de iustificatio-
ne. Bona uoluntas qua diligitur Deus, in homine non potest esse, ait Augu
Obiect.3 stinus, nisi in quo operatur, & uelle. Adhuc tamen urgeri possumus, quia
1.Io.4.b Ioannes dicit. In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quo
Respon.1. niam ipse prior dilexit nos. Si enim dilectio ipsius nostram antecedit, prius D
igitur ipse nos iustificat, quam nos eum diligamus, quia non diligit non iu-
stificatos. At enim Ioannes non hæc dicit de dilectione, qua nos Deus iu-
stificat, sed de dilectione, qua pater misericordiarum ante omnia nostra me
Respon.2. rita, et ante omnem dilectionem nostram nos ita amauit, ut filium suum, ad
nos redimendum mittere decreuerit. Vnde & statim adiunxit. Et misit fi-
lium suū propitiationem pro peccatis nostris. Et prior quidem est dilectio,
qua Deus adiuuare nos uult ad se diligendum, quam dilectio nostra, prior
etiam est dilectione nostra, dilectio, qua ab æterno uoluit Deus iustificare,
quencunque iustificat, sed prior est dilectio nostra quam illa Dei æterna dile-
ctio habeat actum in nobis sibi respondentem, hoc est iustificationem no-
stram. Quemadmodum cum Deus auget nobis gratiam propter dilectio-
nem nostram in ipsum, aut tandem largitur beatitudinem, quia nos eum di
ligimus, prior quidem est dilectio, qua Deus nobis uoluit augere gratiam,
& conferre beatitudinem, & prius ad se sic diligendum nos iuuat, sed prior
est nostra dilectio augmento gratiæ, & collatione beatitudinis, ita prorsus
cum nos iustificat, quia nos eum diligimus, prior est nostra dilectio iustifica
tione nostra licet non sit prior uoluntate iustificandi nos, neque prior auxi
lio Dei communicato nobis ad ipsum diligendum. Verum illud superest
inquiramus, an dilectio Dei connumeranda ueniat inter dispositiones ne-
cessarias ad iustificationem.

A *Iustificari possunt homines absque dilectione Dei super omnia, non tamen absque dilectione Dei.* Cap. XXX.

Dilectionem Dei necessariam esse ad nostram iustificationem apud omnes Theologos tractatores, quos legerim, receptissimum est. Et id quidem testimonia Pauli, Augustini, & Bernardi statim citata manifeste efflagitant. Quodque fidem & praeclarissimas alias uirtutes Paulus asserit nihil esse, & nihil nos posse iuuare sine caritate, potissimum uidetur ad eã retulisse, qua parte sub se dilectionem Dei comprehendit. Nam ex ea duntaxat parte caritas maior est coeteris uirtutibus, & longo illas interuallo antecellit. Et cum Deus saepe in scriptura conuersionem nostram in ipsum a nobis exigit, ut se uicissim ad nos conuertat, aperte dilectionem sui a nobis requirit. Amore quippe nos in eũ conuertimus, & in ipsum tendimus. Confirmataque est doctrina ista a patribus, cum in can.3. statuerunt, necessarium esse Spiritussanct. auxilium, ut diligamus Deum sicut oportet, ut iustificationis gratia nobis conferatur. Siquidem haec uerba aperte docent, necesse esse diligere Deum, ut iustificationis gratia nobis conferatur. Et qui Deum agnoscunt nostris peccatis offendi, nunquam certe ad ipsius gratiam peruenient, nisi & de ipsis doleãt, quatenus offensae illius fuerunt, & amore in ipsum redeant, a quo se male per ea auerterunt. Non tamen perinde certum est, & in controuersum, qualis, & quanta debeat esse haec dilectio Dei, quam necessariam esse affirmamus ad iustificationem nostram.

Argum.1.
Argum.2.

B Sed cum diuinę in nos miserationis uiscera attentius mecum perpendo, tuto, & indubitanter affirmare nos posse crediderim, eam Dei dilectionem ad gratiam necessariam esse, & sufficere, quae satis est, ut de laetalibus eius offensis doleamus, & mandata ipsius seruare proponamus. Et ubi tantum in aliquo affectum in Deum deprehenderimus, illum hac ex parte ad gratiam idonee se praeparasse, minime haesitemus. Neque sanctos doctores maius aliquid uideo requisisse. Et ne sine autoritate re in tanta loquamur, possumus hoc colligere ex uerbis Christi. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, &c. Haec uerba palàm indicant, illam dilectionẽ Christi satis esse, ut diligamur a patre coelesti, & in ipsius gratia simus, quae satis est, ut sermonẽ illius seruemus. Et quidem talis omnis dilectio, ut ipse existimo, actu uel uirtute est dilectio Dei super omnia. Quia qui omnia ipsius mandata seruare proponit, nimirum Deum super omnia, & illum omnibus antefert. Sed uerbum hoc super omnia in doctoribus antiquis non lego, cum exigunt amorem Dei ad iustificationem. Et siue sit ea dilectio, dilectio Dei super omnia, siue non, parum refert, modo sciamus hoc quod planissimum est, quodque omnibus possumus secure tradere, sufficere ad iustitiam diligere Deum sic, ut de ipsius offensis doleamus, & mãdata illius uelimus seruare. Quare ad exponendum ea, quae de aliis dispositionibus tra duntur, operaepretium erit migrare.

Ioan.14.

De poenitentiae necessitate ad suscipiendum sacrum baptisma. *Cap.* XXXI. C

QVinta ad iustitiam dispositio praescripta hoc loco a sancta Synodo poenitentia est. Et illius quoque Ecclesiasticus meminit post timorem, spem, & dilectionem. Qui timent dominum, inquit, praeparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas dicentes. Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei. Duo uero diffinita de poenitentia hic uideo a patribus. Primum est, poenitentiã esse odiũ, & detestationem peccatorum propter Deum. Qua in re aduersantur errori Lutheri damnato a Leone. X. sub uerbis illis. Optima poenitentia, noua uita. Secundum est, oportere poenitentiam agi ante baptismum. Et quia de primo istorum infra libro. 13. commodius uidebimus, hoc duntaxat secundum contenti erimus in praesenti firmare, Optime uero id probatur a patribus ex testimonio Actorum Apostolicorum. Poenitentiam agite. Et Petrus enim, & alij Apostoli praedicantes baptismum, pręedicabant & non baptizatis etiam poenitentiam, atque utrunque requirebant, ut acciperetur remissio peccatorum, & baptismo poenitentiam praemittebant. Quin potius ad poenitentiam principalius, & frequentius, & magis ex professo exhortabantur. Sequebanturque in hoc magistrum omnium Christum, & Ioannem, qui a poenitentia suas auspicati sunt praedicationes. Et Ecclesia ab eis edocta hanc perpetuo seruauit consuetudinem. Quod & ex ipsis patere potest catechismis. Idenque summo consensu tradunt doctores Ecclesiastici. D Augustinus de catechizandis rudibus catechumenos sic alloquitur. Ergo interim nunc, si qui forte assunt ex eo numero, qui baptizari disponũt. Credimus enim eos adesse tanto ad uerbum studiosius, quanto ad indulgentiã uicinius, hos primum paucis alloquimur, ut erigant mentes in spem, amẽt fieri quod non sunt, oderint, quod fuerint. Nouũ hominem, nascituri, iam in uoto concipiant. Quidquid de uita praeterita remordebat, quidquid angebat conscientiam, quidquid omnino uel magnũ, uel paruum, uel dicendũ, uel non dicendũ, non dubitẽt posse dimitti, ne forte quod uult Dei miseratio dimittere, contra se teneat humana dubitatio. Haec ibi. Et ad Vincentiũ ita scribit. Neminẽ putes ab errore ad ueritatẽ, & a quocũq; seu magno, seu paruo peccato ad correctionẽ sine pęnitentia posse transire. Idenq; refert Gratianus ex eodẽ in epist. ad Felicianũ. Et in lib. de util. pnię. c. 1. ita, inquit, Neq; ad baptismũ in quo omnia peccata delentur, quisquam bene accedit, nisi agendo pęnitentiam de uita pristina. Nemo enim eligit uitam nouam, nisi quẽ ueteris pęnitet. Basilius accedentes ad baptismum monendos esse asseuerat, ut peccata relinquant, dominum sequantur, & crucem suam tollant, atq; ab omni peccato abstineant, & ut digne suscipiant, necesse esse, ut odio habeant & abominentur iniustitiam. Subscribit Bern. his uerbis. Initium reuertendi ad Deum pnia est, quam sine dubio spiritus operatur, non noster, sed Dei. Et cũ iam cępisset praedicari baptismus Christi, quando ipse dixit,

Eccl. 2. d | *Argum. 1.* | *Act. 2.* | *Argum. 2.* | *August.* | *De poeni. d. 1. Neminem. Ibidem. c. Tres sunt, et. c. Quis aliquando.* | *Basil. 1. de bap. c. 1.* | *Ber. serm. 1. ss.* | *Argum. 3.*

A dixit, nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, uel his uerbis satis indicabat, etiam ad suscipiendum suū baptismum necessariam esse pœnitētiam. Non est.n. uerisimile illos omnes tunc baptizatos fuisse baptismo Christi, cum hæc ad eos loquebatur. Quod si in amicitijs humanis reconciliandis, ut lumen naturale, & ipsa experientia docet, necessaria est in primis pœnitentia illatæ iniuriæ, uel damni, in eo, qui intulit, quō credamus posse eum in gratiā Dei redire, quem patratæ in ipsum culpæ non pœnitet? Hisq; accedit, q quandiu non displicēt, quæ male placuerunt, actu uel uirtute manet eorum complacentia. Deus autem non ad gratiam, sed ad supplicium potius imputat accessum ad baptismū, & ad quodcunque aliud sacramentum, cum complacentia lætalium peccatorum. Quia hoc est, uere obicem effectui sacramentoꝝ ponere. Neque Deus se conuertit ad nos, cōmunicando nobis suam gratiam, nisi nos in eum conuertamur. Sicut sol auersos a se oculos nunquam lumine suo directe perfundet, nisi in eum conuertantur. Insuper. Ad quid Baptismus institutus est, nisi ut nouam in illo profitentes uitam, commoriamur peccatis, regeneremur spiritu, efficiamur noui homines, atque adeo uiua mēbra Christi? Nonne hoc luculenter Paulus edisserit cum ad Romanos & ad Galatas scribit, peccata non perimi nisi displicētia, & noui homines, aut uiua Christi mēbra dici non posse, quibus non displicent prius admissa? Nulla siquidē est participatio iustitiæ cum iniquitate. Et pœnitentiæ præceptum, quod ad omnes peccatores se extendit, ut inferius

Argum. [4] — *Argum. 5* — *Argum. 6* — *Argum. 7* — *Rom. 6.* — *Gal. 3.* — *2. Cor. 5.* — *Argum. 8* — *Lib. 13.*

B probabimus, maxime uidetur tempore illo militare, & obligare, quo uel Baptisma recipiendum est, uel quodcunque aliud sacramentum. Itaque ex Christo, Apostolis, & consensu Ecclesiæ catholicæ, & ex ipsa ratione, & institutione Baptismi, atque ex lumine naturali constat, pœnitentiam, sicut diffinierunt patres, etiam ante baptismum agi debere.

De sexta dispositione ad iustitiam per propositum seruandi mandata. Cap. XXXII.

Asseruntur tandē disponi peccatores ad iustificationē per propositū suscipiendi baptismū, inchoandi nouā uitā, & seruandi diuina mādata. Et propositū quidē seruandi diuina mandata indudit propositū suscipiendi baptismum, & inchoandi nouam uitam. Inchoatur.n. noua uita obseruatione diuinorū mandatorum, & susceptio baptismi in præcepto est. Cōmode tamen ista distincta sunt, ut apertius sit, quemadmodum impij disponi debent ad iustitiam. Nam in illis, quibus baptismus sufficienter promulgatus est, propositum suscipiendi baptismum explicitum, & distinctum sit oportet. Et qui baptismum proponunt suscipere, nouam uitam debent aio concipere. Quia baptismus professio quædā est religionis Christianæ, & qui eū suscipiunt, uouæ se uitæ consecrāt, & noīa sua ea susceptione dant. Et quanuis oēs hoīes ex æquo ad præcepta decalogi obligemur, tamen aliqua sunt peculiaria præcepta religionis nostræ propria, ad quæ soli baptizati sunt adstricti. Eisque se subijciunt, qui sacro baptismate initian-

Propositū bap. & nouæ uitæ, dispositio est necessaria ad iustitiā. tur. Porrò susceptionis baptismi uotum dispositionem esse ad iustitiam, & commodissimam & necessariā Petrus ostendit. Rogantibus quippe Iudæis ab Apostolis, quid facerent ad consequendum remissionem pctōrū, pœnitentiam ille & baptismum in nomine Christi consuluit. Et hoc ipsum Christus Nicodemum iam docuerat, cum admonuit, oportere nasci denuo, & introire, in regnū Dei non posse, qui non esset renatus ex aqua &c. ss. Cūq; omnes in Christo baptizati, teste Paulo Christum induerint, & ipsa susceptio baptismi, inchoatio sit nouæ uitæ, erit etiam propositum inchoandi nouam uitam dispositio necessaria, ut impij renouentur in domino per gratiam. De proposito uero seruandi mandata diuina idem probatur a patribus ad finem huius. cap. 6. quia Christus, dum præcepit Apostolis, ut prædicarent omnibus baptismum, & oēs baptizarent, adiecit etiam, ut docerent seruare, quæcunque mandauit illis. Et huc tendunt multa loca scripturæ, quibus Deus requirit a peccatoribus, ut se ad illum conuertant, ut ipse conuertat se ad eos. Sicut. n. auertimur a peccatis nostris per pnīam, ita conuertimur ad Deum per propositū seruandi mandata illius. Sane apud Ezechielem inter dispositiones ad gratiā hoc quoq; propositū uidetur sicut & pnīam cōputari. Ait. n. propheta Dei nomine. Si impius egerit pnīam ab oībus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit oīa præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiā, uita uiuet, & non morietur. Et paulo post. Cū auerterit se impius ab impietate sua, quā operatus est, & fecerit iudiciū & iustitiā, ipse aīam suam uiuificabit. Hæc autem uerba, Custodierit præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, non aliud requirunt ab impio, ut iustificetur, quā propositum efficax seruādi oīa mandata diuina, & obseruationē eorū, ad quæ tum, cū eum pœnitet suorū pctōrū, adstrictus est. Alioqui iustificari nemo posset per pnīam, nisi obseruatis etiam alijs præceptis diuinis, ad quæ eo tempore adstrictus non est. Quod quis non uideat, quam absurdum, & stultum sit? Ne tamen quispiam sic hallucinetur, prouidentissime ibi cauit scriptura. Inter præcepta siquidem necessaria, ut quis iustus sit, uel ut impius iustificetur, neq; paulo ante citata uerba, neque inferius, cum pene eadem repetuntur, computantur alia, quam præcepta negatiua, quæ semper, & pro omni tempore obligāt, & præceptum illud affirmatiuum, ad quod omnes habentes substantiam huius mundi perpetuo adstricti sunt, panem suum esurienti dare, & nudum operire uestimēto. Et paulo post citata uerba hoc aliquāto dilucidius factum est, cum ait. Proijcite a uobis omnes iniquitates uestras in quibus præuaricati estis, & facite uobis cor nouū, & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel? Certe cor nouum, & spiritum nouum habet, qui cum prius in transgresione mandatorū diuinorū, suę immemor salutis permanserit, iam nouo spiritu concepto, tota animi deuotione libenter, prōpte, & constāter proponit illa seruare. Atq; ut nemini esset ambiguū hoc esse, cor nouū nobis facere, & spiritū nouū, cum per eundē prophetam dixisset dn̄s, Dabo uobis cor nouum & spiritum nouum in me-

Act. 2
Ioan. 3
Gal. 3. d
Votum seruandi mandata necessaria dispositio ad iustitiam.
Ezec. 18. g
36. c.

A dio uestri, adiectum est continuo. Et faciam, ut in præceptis meis ambuletis & iudicia mea custodiatis, & operemini. Et hoc est, quod Christus a muliere adultera exigebat. Non. n. sicut bene expendit magister, dixit ei, Vade, et ne amplius pecces, sed, Vade, & iam amplius noli peccare. Neque Petrus, cũ exhortatus est Iudæos ad pniam, hanc prætermisit dispositionẽ. Illis quippe uerbis, saluamini a generatione ista praua, uel sicut Aug. aliquanto apertius legit, eripite uos a sæculo hoc prauo, docuit, ut & ille colligit damnare opa mortua, quæ nequiter faciunt huius sæculi dilectores, & ea proponere in posterum pro uirili sua deuitare. Cumque ad baptismum idonee recipiendũ, ut iam docuimus, necessaria sit pœnitẽtia, & ea perfecta non sit, nisi actu uel uirtute coniunctum habeat propositum seruandi mãdata, erit igitur & hoc propositum saltem uirtualiter ad iustificationem necessarium. Atque huic doctrinæ suffragantur doctores, qui communiter sequuntur, & approbant, et in hunc sensum interpretantur protritam illam diffinitionem Gregorij. Pœnitentia est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Quia uero & hoc propositum seruandi mandata diuina, dilectio Dei super omnia uidetur, aut certe non esse sine illa, commodum erit hic uidere, an dilectio Dei super omnia tanti sit apud Deũ ualoris & pretij, ut uel sola, supposita fide, sufficere posit ad iustificationem nostram.

Ioan8..a; d.14.4; Act.2; Aug.; c.30.

Dilectio Dei super omnia a peccato originali mundat, & iustificari potest eum, qui per ignorantiam obnoxius esset mortali. Cap. XXXIII.

B ENimuero, dilectionem Dei super omnia, quæcunque illa sit, iustificare posse peccatorem soli peccato originali obnoxium, dubium nemini esse debet. Pœnitentia opus non est, ut deleamus culpam, quam aliena duntaxat uoluntate contraximus. Erit ergo satis ad eam remouendam uoluntas seruandi mandata. Si potuit inobædientia protoparentis nostri, culpæ nos & iræ diuinæ subijcere, multo magis poterit Deo clæmentissimo nos reconciliare prompta nostra seruiendi illi in omnibus obædientia. Neque aliud datum est ab eo remediũ, quo posint homines, mox ut ueniunt ad usum rationis, statum iustorum, & gratiam apud ipsum adipisci, quam si proponant uiam mandatorum Dei tota uita tenere, & quantum sibi innotuerit fore necessarium, a malo declinare, & bonũ uirtutis ubique & semper excolere. Conuertimini, inquit, ad me, & ego conuertar ad uos. Cum igitur toto se corde in Deum cõuertant, qui principiũ uitæ rationalis tam pio proposito auspicãtur, eo ipso proculdubio iustitiã, & gratiã Dei assequent. Et non tñ potest dilectio Dei super oĩa iustificare hoiem solius peccati originalis reũ. Potest profecto, ut pie crediderim, & eũ iustificare, qui ob ignorãtiã aliquã, aut obliuionẽ humanã lętali alicui pctõ subiacet. Et sicut. s. Tho. distincte concedit sufficere hanc dilectionẽ ad remissionẽ peccati, cuius quis oblitus esset post diligẽtem inquisitionẽ, atque ideo nec illius haberet pniam, ita crediderim sufficere posse ad remissionẽ illius pcti, qd quis per ignorantiã admisisset, atque ideo neque de illo doleret. Et quamuis dispar sit quidem

Prop. 1; Dilectio Dei tollit originale.; Zac. 1.a; Prop. 2; 3. par. q. 83 a. 1

ratio, quia oblitus sui peccati post diligentem inquisitionem ignorare illud C
uidetur inculpabiliter, & moraliter non posse illud scire, qui uero per ignorantiam peccauit, nisi illa ignorantia fiat inuincibilis, posset humano more illud nosse, & ad illud cognoscendum, & faciendum ipsius pœnitentiam adstrictus est, tamen & utriusque peccati uidetur hæc dilectio pœnitentia uirtualis, & utroque in casu supplere posse uices pœnitentiæ, quia qui illam habet tam huius quam illius peccati pœnitentiam ageret, si ea cognosceret. Et ut hac uia deleri potest peccatum ignoratum inuincibiliter, ita uidetur & posse aliquando fieri eadem uia inuincibilis ignorantia, quæ alioqui esset uincibilis, & incipere posse non imputari negligentia sciendi illud, ob cuius ignorantiam peccauit. Si enim diligens inquisitio ad recordandum peccati, quod a memoria excidit, & propositum inquirendi diligenter, quę scitu necessaria sunt, potest facere uel obliuionem, uel ignorātiam alicuius peccati inculpabilem, ita ut ex tunc haberi queat remissio illius peccati per solam istam dilectionem absque pœnitentia, cur non & utrunque posit simul hæc dilectio, cum uirtute in se contineat & inquisitionem illam, & propositum illud diligentius inquirendi? Profecto nisi hac uia iustificari ualeāt, qui præter suam conscientiam alicui sunt obnoxij peccato, non quocunque uitę momento uenire possent ad gratiam, sicut possibile ipsis communiter tradunt doctores, quia ignorantiæ nequeunt uinci subito. Quare tanto eis tempore impossibilis erit iustificatio, quantum fuerit necessarium ad
Obiect. 1 uincendum, quibus subiacent, ignorantias. At enim dolor, inquies, in generali, quo quis nollet se ullum peccatum commisisse, sufficiet, ad omnia D
Resp. ista sicut & ad delendum peccata, quorum sumus obliti. Sed cur non tantundem posit hæc tanta, & tam perfecta in Deum dilectio, præsertim cum annexum habeat actu uel uirtute propositum dolendi de quocunque peccato, quod ei constaret? Vbi manifestius est priuilegium pro eo dolore, quā pro dilectione Dei super omnia? Si hic dolor non est necessarius ad delendum peccata oblita post diligentem inquisitionem, cur erit necessarius ante illam? Et si sufficere potest ante illam, cur non sufficiat & ante eandem dilectio Dei super omnia, quæ sua quidem ex ratione multo magis quam dolor habet facere obliuionem aut ignorantiā inculpabilem, quia est propositum seruandi mandata? Accedit ad hoc, ꝙ eum dolorem necesse est esse ualde imperfectum, cum nullius nos peccati reos esse agnoscamus, neq; apud homines maioris esset momenti, quā propositū dolēdi, quod dilectio Dei
Obiect. 2 in se claudit. Ergo hęretici, instabis, & infideles, si nullum aliud admiserint peccatū quā hæresis, uel infidelitatis, erunt persæpe in gratia. Habent quippe ipsi & non raro huiusmodi dilectionem. Testimonium perhibeo illis, di
Ro. 10. 4 cit de Iudæis Paulus, ꝙ ęmulationē quidē habent, sed non secundū scientiā.
Ioan. 15. 4 Et Christus de illis, qui persecuturi erant Apostolos dixit, Venit hora, ut
Resp. omnis, qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Veruntū & hoc argumentum de dolore & peccatoꝝ in generali fieri potest, Qū

A quidem & is quoque sæpe est in hęreticis & infidelibus. Et sicut communiter dicitur, eorum dolorem, aut pœnitentiam neq; satis ueram esse, neq; efficacem, & ideo minime sufficere ad ipsos Deo reconciliandos, quia non est eiusmodi, ut pertingat ad omne ipsorum peccatum, nam si pertingeret, deponeret eorum pertinaciam circa hæresim, uel infidelitatem, ita & nos possumus dicere, neq; ueram esse in eis dilectionem Dei super omnia, neq; satis efficacem, atq; ideo non eos reconciliare. Quod siquis dixerit, dolorem de peccatis in generali sufficere ad iustificationem, nisi apponatur obex, sicut apponitur ab hæreticis, & infidelibus, et huius signum esse, quod ubi illi cessarent a sua hæresi uel infidelitate per solum illum dolorem acquirerent gratiam, quanquam hoc satis ambiguum est, tamen similiter posset dici nostra dilectio sufficere, sed ei apponi impedimentum in hæreticis, & infidelibus. Sed ego nunquam concesserim ueram dilectionem Dei super omnia in ipsis esse. Nam si esset, uale dicerent utiq; suę perfidiæ, & inquirerent, quæ ad suam salutem necessaria sunt. Mentiri nequit summa ueritas, quæ dixit, Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Et rursus. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Quibus uerbis certos nos fecit, non esse ueram dilectionem sui, in eis, qui perseuerant in transgreßione uel minimi ipsius mandati. Et luculentum hoc fecit Paulus illis uerbis. Siquis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. Nam cognitum Deo more scripturarum sæpe uocat probatum & gratum. Quomodo etiam quis tueri poßit, dilectionem Dei stare cum peccato mortali, cum omnis, qui in illo est, Deũ

Dilectio Dei super oĩa nõ est in peccatoribus.

Ioan. 14. c

1. Cor. 8

B infra se formaliter, uel uirtualiter diligat, & aliqua creatura fruatur, ut communiter tradunt doctores in primo. d. 1? Quanuis itaq; sufficere poßit dilectio Dei ad reducendum a peccatis ignotis ad gratiam, nunquam tamen neque illa, neq; dolor in generali hoc poterit, nisi remouendo uoluntatem ab eorum complacentia, & faciendo eorum ignorantiam inculpabilem. Sed uolunt, dices, plærunq; multi peccatores, immo etiam hæretici, & infideles placere Deo in omnibus, & in nullo displicere; & adhuc tamen permanent in suis peccatis. Quando igitur, aut quomodo per hanc dilectionem fiet eis inculpabilis sua ignorantia? Quid & nos faciemus amplius, ut hac uia desinant nobis imputari, si quibus laboramus ignorantijs? Verum est, & hæreticos, & infideles uelle persæpe Deo in omnibus placere, & in nullo displicere, si sermonem referamus ad ea, in quibus ipsi credunt, se placere, aut displicere. Sed dilectio Dei super omnia augustior est, & potentior, maiorisq; prorsus ambitus. Extendit se ad omnia pręcepta diuina, & omnia Dei mãdata complectitur, & omnia exequitur, nihil præterit, nihil detrectat, nihil negligit eorum, quæ præscripta nobis sunt. Quam se late Deus porrigit iubendo, tam uasta, & ampla illa est, ac prompta, & expedita ad obædiendum. Qui illam habet, in omnibus ad quæ tenetur, uere & ex animo uult placere, et in nullo eorum, quę prohibita sunt, displicere. Ac proinde uel seruat omnia, uel certe facit, ut ea, qua alicuius eorum tenetur ignorantia, sit in

Obiect. 3

Responsi.

ipso inuincibilis,& sibi non imputetur. Neque fieri ullo pacto potest, ait C
Orig. Orig. super illa uerba Pauli, Qui diligit proximū, legem impleuit, ut qui ex
Rom. 13.c toto corde,& ex totis uisceribus diligit Christum, faciat aliquid, quod non placeat Christo. Et ex professo contendit, uoluisse Paulum ibi docere nos,
10.d. eum totam legem implere, qui diligit Christum. Finis enim legis Christus
Aug. 8.de ad iustitiam omni credenti,& Aug. ait. Qui diligit Deum, consequens est,
tri.c.7 ut faciat quæ præcepit Deus,& intantum diligit, inquantum facit. Neque alio sanè inter se differunt dilectio Dei, quæ sufficit nonnunquam ad remissionem peccati commissi per ignorantiam,& quæ est in hæreticis,& infidelibus, neque tamē sufficit ad eorum iustificationem, q̄ ex parte obiecti. Nā in hæreticis & infidelibus non pertingit ad placendum Deo, sicut tenētur, in depositione sui erroris,& pertinaciæ,& in assentiendo oppositis ueritatibus. Cum autem sufficit in eis, uel in alijs ignorantibus, pertingit profecto ad hoc, ut faciat eos uel uincere suos errores, uel certe deponere pertinaciā circa illos,& inquirere uel saltem proponere inquirere omnia, quæ necesse est eos scire. Et hanc differentiam ex parte obiecti, oportet omnes ponere inter dolorem de peccatis in generali, qui sufficit ad iustificandum hæreticū recedentem a sua perfidia,& dolorem similem existentem in eo, qui in illa perseuerat. Nam si quoad omnia essent similes, similia etiam, immo eadem possent. Et uel inde comprobari potest hæc differentia, quia si hæreticus meminisset suæ hæresis, quando habet hanc dilectionem, non doleret de illa. Qui autem per dilectionem Dei suam obliuionem, uel ignorantiam inculpabilem faceret,& consequeretur remissionem peccatorum, quorum conscius sibi non est, mox ut admoneretur, uel recordaretur eorum, doleret de ipsis,& nulla pertinacia alicui errori adhæreret. Quod quidem nunquam ea dilectio faceret, nisi ad ea quoq; pertingeret,& animos ignorantium ab D
Vera Dei dilectio sup omnia. omni pertinacia,& negligentia longe remoueret. Itaq; si uolumus, ut hic dilectionis Dei affectus talis sit in nobis, qualis non est, neq; in hæreticis, neq; in infidelibus, neq; in his qui perseuerant in suo peccato, faciamus, ut ad omnes animorum nostrorum affectus se extendat,& omnes uires animæ nostræ,& omnia studia,& uota nostra plenissime Deo subijciat. Nulla maneat in nobis proteruia, nulla obstinatio, nulla incredulitas, nulla negligētia, nulla tarditas, nullus torpor, nulla ignauia. Toti,& ex toto corde,& ex tota
Ps. 34. 72 mente, atq; anima,& uiribus nostris dicamus Deo, Domine quis similis ti-
Act. 9 bi? Pars mea Deus. Extra te quid uolui in cœlo, aut in terra? Domine quid
Psal. 118 me uis facere? Paratus sum,& non sum turbatus, ut custodiam mādata tua. Et ubi soliciti unius uoluntatis Dei sic promptos,& expeditos,& alacres nos Deo tota animi propensione,& deuotione obtulerimus ad oīa & faciendū,& patiendū, quæ ipse a nobis requirit, nihil excipiendo, nihil subtrahendo, nihil nobis reseruando, tum demum dilectionem habebimus, quæ omnes ignorantias nostras, uel uincat, uel inculpabiles faciat,& remissionē peccatorum nobis ignotorum obtineat.

A *Dilectio Dei super omnia sufficit ad remissionem peccati mortalis non ignorati, si eius sit tamen uirtualis pœnitentia, non alias.* Cap. XXXIIII.

MAior uero, & implexa magis quæstio est, an dilectio Dei super omnia, & eum quoq; Deo reconciliare ualeat, qui sciens, & uolens admisit aliquod peccatum mortale, neq; ipsius actu habet aliquā pœnitentiam. Et de hoc bipartita fuit hactenus scholasticorum sententia. Sanctus Thom. 3. par. q. 86. ar. 2. expresse asserit, impossibile esse, ut peccatum tale sine pœnitentia remittatur. Et id ipsum. q. 87. ar. 1. confirmat excipiens sola peccata oblita post diligētem inquisitionem. Et idem tenet Maioris in. 4 d. 14. q. 1. Scotus tamen in. 4. d. 14. q. 1. Gregorius Ariminensis, in. 1. d. 17. Hadrianus quodlib. 7. q. 4. & Caietanus in com. 3. partis. q. 83. art. 1. affirmant per feruentem aliquem actum dilectionis Dei super omnia posse peccatum mortale dimitti sine actu pœnitentiæ. Et perspicuum quidem est, neq; huiusmodi dilectionem, neq; alium aliquem actum, quantuncunq; eximium, & præcellentem iustificare posse perseuerantem actu, uel uirtute in complacentia alicuius peccati mortalis. Quoniam Deus, cum sit summe bonus, odio habet omnem iniquitatem, & neminem perseuerantem in peccato iustificat, sed auersionem a nostris peccatis, & conuersionem ad se requirit, ut se ipse conuertat ad nos. Itaq;, si dilectio Dei super omnia, uel alius aliquis actus transferre potest aliquem a peccato mortali ad gratiam, necesse est, ut saltem uirtualis sit displicentia ipsius peccati. Quam ob rem cum illa Dei dilectio, quam maxima pars fidelium peccatorum habet, dum ei uult omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, iustitiam, misericordiam, & gloriam supra omnes, non sit peccatorum displicentia, manifestum quoq; est, eam ad gratiam non sufficere. Idenq; omnino sentiendum uidetur de dilectione illa qua quis uellet in posterum Deo placere in omnibus, & in nullo displicere. Quoniam hæc satis non est, ut displicere censeantur peccata semel admissa. Sæpe nanq; uidemus gaudentes de offensa alicui illata, uelle in posterum ab illius se offensione continere, Ideoque Leo. 10. meritissimo damnauit illam Lutheri assertionem. Optima pœnitentia noua uita, quia huius adagij approbatione inuehere fidelibus nitebatur hanc pestiferam doctrinam, q̄ satis esset ad pœnitentiam proponere in posterum seruare diuina mandata. A quo errore longe scholastici citati absuerunt. Non enim tam imperfectā Dei dilectionem tanto priuilegio donatam credidisse putandi sunt, præsertim cum eam, palam dixerint, pœnitentiam esse uirtualem. Quod illi quidē dilectioni non conuenit, quæ tantum respicit futurum tempus, & duntaxat est affectus deinceps placendi Deo. Et Hadrianus profecto diserte explicuit, dilectionem, cui hanc tantam ad iustificandum prærogatiuam tribuebat, eiusmodi esse, ut non solum impletiua sit omnium mandatorum, sed et in Deum nos transformet, & sic unum cum illo spiritū faciat, ut supra omnia illum amemus, & nihil nisi in ordine ad ipsum neq; in cœlo, neq; in terra diligamus. Quod si talis sit, ut & præteritum & futurum respiciat, & per

Proposi. 1

B

Proposi. 2

Proposi. 3

Hadri.

Propo. 4.

eam sic uelimus & seruare & seruasse in omnibus mandata diuina, ut cum C
illa non stet complacentia alicuius peccati mortalis, immo ex ea, si memine
rimus, continuo sequatur omnium lætalium peccatorum pœnitentia, suffi
cere quidem poterit sine alia pœnitentia ad iustificationem. Quin & ei po
tius quam pœnitentiæ tribuenda est remissio peccatorum nostrorum, si
Arg. 1 utrunq; simul habeamus. De Magdalena Christus dixit. Remissa sunt ei pec
Luc. 7 cata multa, quoniam dilexit multum. Et quanquam dilectioni potuit sicut
& fidei iustificationem ipsius imputasse, quia causa est pœnitentiæ sicut fides
dilectionis, tamen nunquam ille uni dilectioni, tacita in totum pœnitentia,
remissionem peccatorum adscripsisset, nisi dilectio ipsius tantæ fuerit uirtu
tis, & pretij apud ipsum, aut certe potiores partes in iustificatione ipsius te
Greg. ho. nuerit. Agnouit hanc uirtutem amoris diuini Gregorius qui tractans hæc
3. i Euāg. uerba scribit. Quid fratres mei esse dilectionem credimus, nisi ignem? & qd
culpam nisi rubiginem? Vnde nunc dicitur. Remittuntur ei peccata multa,
quia dilexit multum. Ac si aperte diceretur. Incendit plene peccati rubiginē,
quia ardet ualide per amoris ignem. Tanto nanq; amplius peccati rubigo
consumitur, quanto peccatoris cor magno caritatis igne cōcrematur. Hæc
Arg. 2 Grego. Et si bene expendamus uerba illa, siquis diligit me, diligetur a patre
Ioan. 14. c meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum, & illa, Siquis diligit
me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum uenie-
mus, & mansionem apud eum faciemus? clare intelligemus, per dilectionē
Christi assequi nos posse, ut diligamur a patre cœlesti, & ut ipse & filius ad D
nos ueniant, & in nobis maneant per gratiam. Enimuero non hic tantum,
impletionem omnium mandatorum Christus commendauit, neque bene
quidam hinc colligunt, dilectionem Dei uocari in scriptura impletionem
mandatorum. Neq; enim, Christus confudit uocabula, uel a cōmuni sua
significatione unquam alienauit. Neq; exponebat idem peridem, cum aie-
bat. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Et iterum Qui habet man
data mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Et rursus, Si præcepta mea serua
ueritis, manebitis in dilectione mea. Eam igitur commendabat dilectionē,
atq; adeo eam solam, dilectionem sui docebat esse existimandam, quæ face
ret impleri mandata, & eorum obseruationem uirtute in se contineret, &c.
quæ eiusmodi esset dilectio sufficere adsuam gratiam obtinendam ostende
Arg. 3. bat. Atq; hoc nimirum exigunt illa dulcissima uerba iam olim ad nostram
Prouer. 8 consolationem per Salomonem pronunciata. Ego diligentes me diligo.
Arg. 4 Quod si apud homines nō humanus haberetur, sed ingratus, et peruicax,
qui non solum non redamaret, sed & odio prosequeretur eum, qui ipsum
amaret supra se, & sua omnia, uerisimile non est Deum, qui nimius amator
est hominum, ad suam gratiam non solum non admittere, sed & odio pro
sequi, eum a quo amatur super omnia. Odit nanq; omnes impios, & ini-
Ber. epist. quos. Quare Bernardus confidenter dixit. Nemo se amari diffidat, qui iam
107. amat. Libenter Dei amor nostrum, quem præuenit, subsequitur. Nam quo
modo

A modo redamare pigebit, quos amauit necdum amantes? Et Augustinus au *Aug.*
dacius in illa uerba Pauli Iustificati gratis per gratiam ipsius, Si Deus, inquit, *Rom. 5*
non reciperet confugientes ad se, esset in eo iniquitas. Plurima etiam sunt in *Arg. 5*
scriptura, & quidem apertissima loca, quibus Deus pollicetur, se conuersurum ad nos, si nos in illum conuertamur, & cor nouum, & spiritum nouũ nobis faciamus. Qua uero uia nos ad eum uerius conuertamur, aut fiducia lius in ipsum confugiamus, & nouum nobis cor, & spiritum nouum facia mus, quam amando ipsum supra nos ipsos, & supra omnia? Nonne potest esse in nobis tantus aliquis affectus, ut nos ab omnibus aliis auferat & auer tat, & in eum unum transformet? Nunquid si tanto, fauente Deo, conuerteretur peccator in Deum amore, quanto eum amabant martyres in tormentis, aut etiam perpetuo beata Virgo, ne ille quidem amor satis esset, ut Deũ in ipsum conuerteret? Nimium profecto durum Deum facimus, nimium rigidum, nimium inclæmentem, nimium obstinatum in odio peccatorũ, si neq; tanto amore ad redamandum irritetur. Equidem in Pauli conuersio *Arg. 6*
ne nihil aliud, uel certe nihil magis expressit scriptura, quam amorem ni- *Act. 9*
mium, & promptissimum ad Deo seruiendum, ex quo impulsus est, ut diceret toto corde. Domine quid me uis facere? Ad hęc. Qui diligit Deum su *Arg. 7*
per omnia, implet utiq; Dei præcepta. Qui enim habet mandata mea, & ser *Ioan. 14. c*
uat ea, hic est, ait, qui diligit me. Et rursus. Si præcepta mea seruaueritis, ma- *15. b*
nebitis in dilectione mea. Obseruatio autem præceptorum aditum patefa- *Matt. 19*
B cit ad uitam iuxta illud. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Non igitur *1. Timo. 1*
expers est gratiæ, qui uere diligit Deum super omnia. Finis præcepti teste *Arg. 8*
Paulo caritas est. Et attingentem finem præceptorum omnium extra statũ salutis ponemus? Præceptum diligendi Deum ex toto corde, præceptum *Arg. 9*
est amicitię debitę Deo, & qui implet illud, quantum humana fragilitas sinit extra Dei gratiam erit? Pręstantissima omnium uirtutum est caritas, & uin *Arg. 10*
culum perfectionis ac glutinum, quod nos Deo arctius, & intimius potest iungere. Et perfectissimo ipsius actui abrogabimus, quod tribuimus omnes pœnitētię? Quomodo maxima uirtus est, si pręstantissimus illius actus non maxime a Deo respicit, ut nos iustificet, si non maxime nos Deo unit & conciliat? Sanè Hieronymus potissimas partes caritati in omnibus tri- *Hiero in*
buit. Et quę alia, dicit, inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi ca- *com. c. 5*
ritas, sine qua uirtutes cęterę non reputantur esse uirtutes, & ex qua nascun *ad Gala.*
tur uniuersa, quę bona sunt? Siquidem & in lege, & in Euangelio ipsa obtinet principatum. Et concinit Aug. in quodam serm. de caritate his uerbis, *Aug.*
Respice ad munera Ecclesię, & uniuersis excellentius caritatis munus agnosces. Causa est & mater omnium uirtutum. Quę si desit, frustra habentur cętera, si autem adsit, habentur omnia. Causa est meritorum bonorũ, ex qua, quidquid est boni operis, uiuit, salus morum, finis præceptorum, mors criminum, uita uirtutum. Subscribit & his pręstantibus Ecclesiæ doctoribus Hugo in tract. de laude caritatis. Omnem, inquit, animę languorem sanat. *Hug.*

Omnium uirtutũ est origo. Via est hominis ad Deum,& uia Dei ad nos. C
Et ibidem affirmat, neque illum, neque nos, nisi per ipsam ad alterutrum uenire posse,& per ipsam nos currere,& apprehendere Deum, et frui eo, illamque esse cursum,& peruentionem,& mansionem,& beatitudinem. Videamus uero quibus argumentis quidam hanc prærogatiuam caritatis ad obtinendam iustitiam sine pœnitentia, eneruare & labefactare contendant.

Dißoluuntur argumenta contra efficaciam dilectionis Dei ad iustificationem. Cap. XXXV.

Obiecti. 1 PRimo obijci nobis possunt uerba saluatoris. Nisi pœnitentiam habue
.2. ritis omnes similiter peribitis. Secundo induci etiam possunt contra nos uerba illa nostri decreti, quibus asseritur, ut paulo ante exposui-
.3. mus, pœnitentiam agi oportere ante Baptismum. Omnia etiam, quę in eorum corroborationem adduximus, uidentur in nos stare, potissimum uero uerba Augustini Nemo potest nouam uitam inchoare, quin eum pœ-
.4. niteat prioris. Et cum in canone.3. statutum est, neminem absque. ss. fauore posse pœnitere sicut oportet, ut iustificationis gratia ei conferatur, innuisse
Responsi. uidentur patres necessariam esse pœnitentiam ad iustificationem. Hęc tamẽ omnia simul possunt exolui. Quia sicut iam admonuimus uera dilectio Dei super omnia. pœnitentia quędam est. Respicit namque etiam prętęritum, & animum actu uel uirtute reuocat, ab illis, quę male placuerunt. Et regulę generales,& communes neque derogant, neque prędiudicant specialibus priuilegijs. Post adeptam uero gratiam per dilectionem Dei super omnia, fatemur necessariam esse pœnitentiam,& eam quidem agi oportere ante susceptionem Baptismi, sicut post habitã gratiam per contritionem necessarium est non Baptizatis Baptisma,& lapsis a gratia Baptismali confessio. Non enim sic ista ad obtinendum gratiam pręcepta sunt, ut ea obtenta necessaria non sint. Si ita esset neque circuncisio, neque Baptismus fuisset in pręcepto sanctificatis. Pręcepta generaliter seruũtur, neque perdũt suam uim, quia ob specialem aliquã causam desinant esse alicui necessaria. Et uel hinc possunt pęnitentia, Baptismus,& confessio etiã post obtentam gratiam ostendi necessaria, quia neque ipsa gratia data fuisset nisi propter uotũ eorũ formale, uel uirtuale. Et quemadmodũ, cũ in canon.29. diffinierũt patres, non posse lapsos a gratia Baptismali amissam iustitiam recuperare sine sacramento pęnitẽtię, non derogarunt uirtuti contritionis, sed ostenderunt,& iustificatis per eã necessariũ esse sacramentũ pęnitentię, atque eos non immerito posse dici iustificari per sacramentũ pęnitentię, quia per partem illius,& in uirtute illius iustificantur, ita prorsus cum pęnitentiam statuerũt agendam esse ante Baptismum, non derogarunt uirtuti dilectionis Dei super omnia, sed uiam communem ad iustificationemque aperuerunt,& pręceptum magis quam necessitatem pęnitentię ad obtinendam gratiam declararũt. Et hoc etiam obiectioni ultimę ex can.3. responderi potest. Quoniam uerbum oportet aliquando quidem necessitatem indicat, aliquando uero tantũ pręceptũ, Neque ad

A ueritatem canonis requiritur, ut necessaria sit pęnitentia ad iustificationem, sed satis est, numine. ss. opus esse ad quancunque pęnitentiam, per quam acquireretur iustificationis gratia. Porrò Augustinus de inchoatione nouæ uitæ per susceptionem Baptismi loquitur. Cur uero, inquies, ad obtinendum ueniam peccatorum frequens est in scriptura, & in Ecclesia exhortari peccatores ad pœnitentiam, & non ita ad dilectionem Dei super omnia? Ioannes certe, & Christus, & Apostoli post aduentum. ss. a pœnitentia auspicati suas sunt prædicationes, neque ad dilectionem Dei, sed ad ipsam peccatores hortabantur, ut haberēt remissionem peccatorum. Neque alia uia nos adnitimur ad gratiam Dei reducere peccatores, licet eos uideamus obstinate, & pertinaciter suis peccatis hærere, & difficilime ad eorum odium posse inflecti. Difficilior quam pœnitentia est dilectio Dei super omnia, quam asseruimus posse sufficere ad iustificationem, & prouectiores, & exercitatiores in obsequio diuino requirit. Habet difficultatem quam pœnitentia, quoniam eam uirtute in se claudit, & ultra eam aliquam etiam aliam. Plus nos a nobis ipsis alienat, plus nos supra nos ipsos tollit, Deo arctius nos unit, & coniungit, & multo magis ipsum & nobis & nostris omnibus præponit. Vnde & rariores multo sunt, qui formaliter Deum diligant supra omnia, quam qui habeant pęnitentiam. Est etiam uia per pęnitentiam apertissima, & certissima apud omnes catholicos, non ita, ut monuimus, uia per dilectionem Dei super omnia. Vt recedant item peccatores a peccatis, & ea cautius postea deuitent, commodissima est amaritudo pęnitentiæ. Et habita dilectione Dei necessaria est nihilominus pęnitentia. Itaque prudentissime scriptura, & Ecclesia his omnibus de causis, non a dilectione, sed a pęnitentia, ut a medio faciliori, certiori, & magis necessario mederi peccatoribus auspicatur. Neque tamen in totum exhortari intermittunt peccatores ad dilectionem Dei super omnia, ut obtineant suorum peccatorum ueniam. Siquidē cum hortētur ad pęnitentiam de prȩteritis peccatis, quatenus offensȩ fuerūt Dei, & ad propositum seruandi mandata propter Deum, hoc ipso ad dilectionem Dei supra omnia hortātur. Nam hęc, ut iam diximus, uirtute in se claudunt aliquam dilectionem Dei super omnia. Dicet quispiam. Nunquā igitur per pęnitentiam obtinebitur remissio peccatorum, sed semper per dilectionem antecedentem pęnitentiam. Verum hoc ex dictis non sequitur. Quia dilectio Dei requisita & præuia ad ueram pęnitentiam, non tanta, neque tam perfecta est, atque ista dilectio, quam sufficere ad gratiam contendimus. Et potest quiuis fidelis cum minori, quam illa sit, dolere de peccatis, ut offensæ fuerunt Dei, & proponere illa semper uitare, & tunc per pęnitentiā primo habebitur remissio eorum. Vrgent & aliqui. Dilectio Dei super omnia non est extra gratiam. Quia qui sic diligit Deum, diligitur ab ipso, & tā perfectus actus non potest haberi sine caritate infusa, alioqui nulla esset eius necessitas, & saltem præceptum diligendi Deum ex toto corde requirere uidetur ad sui obseruationem, ut impleatur ex caritate. Aliud uero est, dile-

Obiect. 5 · *Respon. 1* · *Respon. 2* · *Respon. 3* · B · *Obiecti. 6* · *Responsi.* · *Obiecti. 7* · *Responsi.*

ctionem Dei super omnia non esse sine caritate infusa, & aliud, ipsa esse posteriorem, & eius prioritatem requirere. Fatemur, dilectionem huiusmodi non esse sine caritate. Mox nanque ut illa habetur, Deus, qui piger nõ est, sed promptissimus ad amandum, habentem illam redamat, & caritate infusa, et alijs præcellentibus donis exornat, ut facilius, libentius, & feruentius possit amari. Sed caritatem infusam præcedere hanc dilectionem, neque posse absque illa haberi cum Dei adiutorio speciali, hoc negamus. Neque probare possumus, quod sanctus Thomas. 1. 2. q. 100. ar. 10. concedit, ad implendum mandatum diligendi Deum prærequiri caritatem infusam. Quomodocunque. n. quis diligat eum ex toto corde, facit, quod hoc præceptum omni rigore intellectum requirit. Neque alius modus caritatis includitur sub hoc pręcepto, quã quod diligatur ex toto corde. Et absurdũ uidetur dicere, ad implendũ hoc præceptum necesse esse, ut qui in peccato sit, prius faciat pniam, neque posse abeo immediate impleri absque præuia pœnitentia, cum potius Dei amor pręcedere debeat, ut fiat uera pœnitentia. Dicet aliquis, posse quidem & ante habitam pœnitentiam impleri hoc præceptum, sed ut impleatur dari a Deo caritatem, & ipsam dilectionem causari a caritate, & posteriorem ipsa esse. Scio hoc ultimum nobiles autores de contritione defendisse. Mihi tamen, ut cum uenia eorum dixerim, inintelligibile apparet, dari a Deo caritatem propter dilectionem, uel contritionem, & tamen caritatem esse dilectionis, & contritionis causam, & ex consequẽti ipsis priorem. Sed si hoc dicatur, nihil equidem morabor. Sint per me omnia protinus alba. Sequatur quisque quod placet, ubi liberum ei est per scripturam, & Ecclesiam. Nos saltem iam inde habebimus, aliquos uenire ad gratiam sine pœnitentia formali. Et cum Deus non det gratiam suam sine præuia dispositione, neque alia tũ sit quam dilectio Dei, sufficiet, ut pertendimus, dilectio Dei uel sola, nonnũquam ad gratiam. Instabit tãdem aliquis. Volitio ferendi pro Christo martyrium non sufficit ad iustificationem. Est etenim in multis fidelibus peccatoribus. Atque hæc omnes alias uidetur exuperare Christi dilectiones. Maiorem quippe, ut ipse ait, caritatem nemo habet, quam ut animã suam ponat quis pro amicis suis. Multum tamen interest inter opus & propositũ. Multi mirabilia proponimus, & cũ uenitur ad opera, exigua præstamus. Enim uero Christus, qui hæc interualla optime nouerat, non tribuit primatum caritatis proposito moriendi pro amico, sed morti. Neque dixit, Maiorem caritatem nemo habet, quam ut uelit quis animam ponere pro amicis, sed quam ut pónat. Probatio dilectionis exhibitio est operis, ait Gregorius. Et opere nihil maius possumus amicis pręstare, quam uitam. Quiduis aliud eis largiamur, quiduis pro ipsis toleremus, quantocunque illos affectu prosequamur, semper minorem caritatem in eos habebimus, quam qui pro eis mortem patiuntur. Neque Christus caritatem morientiũ pro amicis, caritati morientium, & alia etiam contemnentiũ pro ipsis prætulit. Potest & amor & opus aliũde crescere, et si ad mortis perpessionem peruenerit. Tantunque

Dilectio Dei super oĩa. non indiget præuia caritate.

Tho. 12. q. 112. arg. 2. Hẽ. qdli. 5. q. 23. Maio. in. 4. d 24. q. 1

D

Obiecti. 8

Ioan. 15

Responsi.

Grego.

A praepoſuit Chriſtus caritatem morientium pro amicis caritati,quę eò non peruenit,ut uitam contemnat pro amicis.Nam & ſic comparationes ſimiles communiter intelligimus.Et manifeſtum eſt uirginem beatiſsimam maiorem habuiſſe caritatem in Deum quàm habuerint multi martyres. Et ex ipſis martyribus quidam fuerũt alijs feruentiores,& arctius,& pręcellẽtius Deum amauere.Et cui dubium ſit,maiorem in Deũ caritatem eſſe dilectionem Dei ſuper omnia quàm uoluntatem moriendi pro ipſo?Sanè dilectio Dei ſuper omnia compati ſecum non poteſt peccatum mortale ſaltem ſcitum,& cognitum.Voluntas autem moriendi pro Chriſto, & ferendi oĩa tormenta pro fide manifeſte in multis fidelibus poteſt eſſe cũ peccato mortali.Et ſi dilectionem Dei ſuper oĩa comparemus uoluntati moriẽdi ne illũ offendamus,manifeſtus etiam apparet exceſſus dilectionis Dei ſuper oĩa.Si quidẽ per ipſam pręferimus eum uitę,ſanitati,famę,honori,& bonis oĩbus ſimpliciter mundi.Per uoluntatẽ aũt moriendi ne eũ offendamus, ſoli uitę. Oportunũ tamẽ hic erit conſequenter tractare,an martyriũ,& uolũtas moriendi,ne Deum uel paululum offendamus,ſufficere poſsit ad iuſtitiam.

Martyrium ſine pœnitentia ad iuſtificationem ſufficit. Cap. XXXVI.

RAro quidem,ac fortaſſe nunquam contigit,ut ex peccatoribus ſpõte quis ſua mortem pro Deo,aut Chriſto tolerauerit, quin ſuorum eum peccatorum,uel in genere pœnituerit.Qui ſe ſibi negat, & tantam naturæ,ipſe ſuę ultro pro Dei amore uim facit,multo magis profecto,

B quas in eum admiſit,offenſas oderit,& damnabit. Sed ſi uel ob memoriæ noſtrę fragilitatẽ,uel ob ſubitum aliquem tyrannorũ & hoſtium Chriſti furorẽ Chriſtianus peccator ſic opprimeretur,ut ante omnẽ ſuorũ peccatorũ pœnitentiam,ex hac uita pro Chriſto interfectus migraret,martyrium ipſius ad iuſtitiam ſatis eſſet,& fortis illa ac conſtans mortis tolerantia efficax haberetur ad gratiam diſpoſitio.Qui tribuit pęnitentię uirtutem reconciliãdi nos ſibi,ipſe non minus clare,neq; minus generaliter martyrio eandem prærogatiuam conceſsit.Omnis,ait,qui confitebitur me corã hominibus, confitebor & ego eũ corã patre meo,qui in cœlis eſt.,Omnem dixit, ut & iuſtos & peccatores huius gloriæ participes eſſe poſſe intelligas.Omnis, ait Aug.teſte Gratiano,hoc eſt,quãtuſcunq; & quotieſcunq; peccator,et cuiuſcunq; ordinis.Ipſe ſe oĩum,qui eũ confeſsi fuerint,non tantũ remuneratorem,ſed et encomiaſten fore pollicetur et buccinatorem eorũ uirtutis,idq; apud patrem ſuum cœleſtẽ,& ut Lucas & Marcus expreſſerunt,etiam corã angelis Dei.Vtq; mortem pro quacunq; fidei ueritate,hoc priuilegium habere conſtaret,non dixit ſolum,teſte Marco Qui me cõfeſſus fuerit,ſed adiecit & uerba mea.Ad hæc.Martyrium,teſte Cypriano de ſingularitate clericorum,tam Baptiſma appellatur,quàm corona,quia baptizat,& coronat. Si ergo Baptiſmi intermiſsio nemini unquam ex mortuis pro Chriſto impedimento fuit,quo minus coronam martyrũ obtineret, ut uel ex ſancta Emerẽtiana conſtare poteſt,q̃ catechumena cũ eſſet,ſuo in ſanguine bapti-

Con. 1. Arg. 1 Matt. 10. d De pœni. d. 3. adhuc Luc. 12. b Mar. 8. d Arg. 2 Cyp.

A sicut in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus legimus, in eo tota Baptismi sacramenta complentur, & peccata non tãtum dimittuntur, sed & extinguũtur. Et, qui duo nouit media sufficientia ad aliquem finem, prætermisso uno potest altero contentus esse. Cumq; Christus generaliter, et absq; ulla exceptione dixerit. Omnis qui confitebitur me coram hominibus &c. trepidare sane uidentur, ubi nullus est timor, qui tum solum putant martyrium ad salutem posse sufficere, cum locus non est pœnitentię, neque occurrit memoria peccatorum. Quasi uero aut debilitas nostræ memoriæ, aut inopinata sæuitia inimicorum, efficaciam possit, & uirtutẽ martyrio tribuere, uel augere. Et possunt ista firmari ex illis, quæ supra induximus, ut hanc eandem uirtutem dilectioni Dei super omnia assereremus. Etenim qui dixit Maiorẽ caritatem nemo habet, quã ut animam suam ponat quis pro amicis suis, ipsis his uerbis communes fecit martyrio omnes prærogatiuas caritatis. Quam obrem quæ pro illius gloria statim respondimus, eadem & hic pro martyrij gloria dicta, uelim, censeantur. Nam & eadem pene contra utranq; afferri possunt, & eodem omnino modo explicari habent. Sed quædam peculiaria, quæ contra istam uirtutẽ, quam martyrio tribuimus, induci possunt, commodum erit seorsum diluere. c.74. Mat. 10.d Ioan. 15. b

Respondetur argumentis contra prærogatiuam martyrij ad obtinendum iustitiam. Cap. XXXVII.

PRimo argumentantur quidam. Non sufficit ad iustificationẽ peccatoris B uolũtas quantũcunq; feruens, & efficax moriendi pro Christo. Siquidẽ & hęc esse potest, & est in multis Christianis perseuerantibus in suis peccatis. Neq; igitur sufficiet mors. Nã actus exterior, ut cõior, et probabilior habet Theologorũ opinio, nihil addit ad bonitatẽ interioris. Et apud Deum uolũtas facti uicẽ habet, in eo, qui si opportunitas esset, eam mãdaret executioni. Grande tñ, ut diximus, interstitium est inter opus, & operis uotum. Neq; raro fieri uidemus, ut qui eximia facere & perpeti pro Dei gloria, desiderare se aiebant, ac uere desiderabãt, oblata opportunitate, neq; minima pferent, sed ipsa operum illorum difficultate & periculo uicti, ac perterriti turpiter succumbant. Et ideo Christus non hoc tantum iustificationis nostræ priuilegium, uoluntati martyrij, sed duntaxat martyrio cõcessit, neq; dixit, omnis qui uoluerit me confiteri, sed omnis, qui confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eũ &c. Et quamuis actus bonus exterior de per se bonitatẽ interioris non augeat, tamen habere potest aliqua priuilegia quæ non habet interior. Datio eleemosynæ sufficit ad obtinendum aliquã indulgẽtiam, quã impetrare non potest uoluntas dandi. Susceptio sacramẽtorum satis est ad consequendum aliquam gratiã, quam non assequitur uolũtas suscipiendi. Et martyriũ ipsum aureola remuneratur, qua nõ potitur uolũtas illius perferendi. Nihil ergo absonũ si & apud Deũ hanc quoq; inter alias gratias habere credatur, ut uel solũ iustificare possit pctõres, quos iustificare neqt sola illius uolũtas. Neq; sine causa Deus tãtopere martyrium a uolũtate & Obiecti. 1 Responsi. Exteriorũ actuũ sunt aliqua priuilegia, quibus carent interiores.

desiderio ipsius dissluxit, & eximia hac gloria illud p̄ aliis exterioribus ope C ribus insigniuit. Apud hoies & hęc sunt perinde discreta, & lōgissimo inter uallo admonēte ipsa nostra natura seiūcta. Et uoluntas quidē moriendi ꝑ Christo pnīa uirtualis omnium peccatorꝝ dici non potest. Qñquidem & in perseuerantibus in peccato inuenitur, & cōplacentiā in eis ualet admitte-

Martyriū pœnitentia uirtualis. re. Martyriū uero pro Christo nunquā cōpatitur, neq; moraliter profecto potest illā compati. Tantę est uirtutis & laudis, pręsenti nos morti pro Dei gloria, uel fide obiicere, ut is affectus, si occurrerēt peccata memorię, dolorē de ipsis mox efficeret, uel certe cōplacentiā in ipsis non admitteret. Qūo hę reat affectu peccatis, qui uitā pro Dei honore contēnit? Qui se sibi pro illo abnegat, qñ in eius offensa sciens, & uolens pmanebit? Habet nescio quam energiā, & uirtutē, tanto nos periculo immo detrimēto & damno ꝑ Deo ultro exponere, ut nullam queat, neq; actu neq; uirtute admittere uolūtatē perseuerandi in ipsius inimicitia. Et uel ex hoc posset cōfirmari propositū totū nostrum. Qm̄ uere pręsente morte sic in Deū affici, pnīa quædā est uirtualis. Et pnīa oīs, uel formalis, uel uirtualis, ad remissionē peccatoris satis

Obiect. 2 est. Scdo potest nobis obiici, quia hęretici & schismatici, ēt si pro Chro cō-stātissime patiant̄, remissionē suę hęresis, uel schismatis nō habebūt. Et hoc

Cyp. d simpli. præla. Cyp. diserte tradit in hęc uerba. Tales ēt si occisi in confessione nominis fue rint, macula ista neq; sanguine abluit̄. Inexpiabilis & grauis culpa discordię nec passione purgat̄. Esse martyr non potest, qui in Eccl. nō est, ad regnū pꝰ uenire nō poterit, qui eā, q̄ regnatura est, derelinquit. Et paulo inferius. Cū Deo manere nō possunt, q esse in Eccl. Dei unanimes noluerūt. Ardeāt licet flāmis, & ignibus traditi, uel obiecti bestiis aīas suas ponāt, nō erit illa fidei corona, sed pęna pfidię, nec religiosę uirtutis exitus gloriosus, sed desparatio nis interitus. Occidi talis pōt, coronari nō pōt. Hęc ille. Eadēq; prorsus do

Aug. cet Aug. c. 9. li. 1. cōtra Donatistas, & in li. de patiētia. c. 26. & 27. & in ser. 50. de uerbis dñi. Neq; opus est hac in re testimoniis sctōꝝ. Ipsum electiōis uas

1. Cor. 13 Paulus inter elogia caritatis hoc quoq; adiecit. Si tradidero corpus meū, ita

Respon. 1 ut ardeā, caritatē aūt nō habuero, nihil mihi ꝓdest. Magna uero ē distātia īter hęc, & alia pctā. Hæc extra Eccle. nos faciūt qđ nō faciūt alia pctā ēt grauia. Extra Eccl. aūt neq; martyriū, neq; alius aliquis actus tātū aliq đ priuilegiū habent. Nam Eccl. ista sunt donata, q̄ unica est Christi sponsa, & extra illam

Respon. 2 sicut Cyp. & Aug. docent, ueri sacrificii locus non est. Adhæc. Qui hæresi uel schismati obnoxii sunt, tanta, ut experimur, sunt pertinacia, ut neque si mors sit illis iam iam oppetenda ab eis actu uel uirtute diuellantur. Et ideo illis non prodest martyrium etiam pro Christi nomine, uel pro aliqua fidei ueritate susceptum, quia semper in suis peccatis perseuerant. Quod si actu,

Elogia martyrij. uel uirtute ab eis discederēt, absq; ulla pnīa uel solū martyriū posset illos ad iustitiā perducere. Est. n. martyrium teste Aug. ser. 49. de sanctis, indulgētia criminum, uirtutū caput, occasio iustitię, passionis dñicę imitatio, & ad regnū cœloꝝ statim cū exultatione trāsfert, neq; mors est, sed hęreditas uitę.

Sed

A Sed si sufficit martyrium in uigilante, quare nō sufficiet, inquies, etiā in dormiente peccatore, qui dum uigilaret, uoluit absolute mori pro fide Christi? Nam uoluntatē actualem ad martyrium non requiri, uel innocentum martyriū potest comprobare. Quia tamen Inno. 3. expresse diffiniuit, non posse peccatū mortale absq; actu peccatoris dimitti, & in peccatore, q dormiēs interficitur, cōplacētia in peccato usq; ad mortē perseuerat, neq; uia est, qua in eo pœnitentiam ponamus uirtualē, non crediderim, quidquid alīj probabile senserint, posse in eo sufficere martyrium ad remißionem peccati mortalis. Originalis sane, quod aliena uoluntate contrahitur, potest et martyriū absq; ulla patiētis uoluntate remißionē obtinere. Sed mortale deleri nō potest absq; propria eius, qui illud admisit, uel formali uel uirtuali pnīa. Et qn̄ tandē, petes, remißionem peccati obtinet martyriū, cū martyrium non fit ante mortē? Nunquid habebit aliquis gratiā in termino, quā nūquā habuit in uia? Sed hunc nodū omnes habemus dissoluere in paruulis. Neq;.n. dubitamus posse eos per martyriū consequi remißionem peccati originalis. Quin constanter oēs cū Aug. & clarißimis alīјs doctoribus, immo cū tota Eccl. cōtra Armachanū tuemur, iustificatos fuisse oēs paruulos, qui ꝑ Christo ab Herode occisi sunt, etiā siqui forte fuerint inter illos nondū sacramēto circūcisionis, aut alio aliquo remedio a peccato originali mundati. Pēsatis aūt oībus, ne ponamus aliquos saluari, qui in hac uita semper fuerūt extra Dei gratiam, probabilius in utrisq; apparet, Deum, qui omnia nouit ante quam fiant, tunc largiri gratiam, quæ danda est ratione martyrīј, quando B lætalia sunt uulnera infixa, ex quibus naturaliter necesse sit mori.

Respon. Maiores, de bap. & e. ess.

Obiecti. 4

Responsi.

Gratia. 1 datur martyribus, qn̄ uulnera habēt lætalia.

Oratio commodißima est dispositio ad iustitiam, sed non necessaria, & iustificationis gratiam posset nonnunquam impetrare. Cap. XXXVIII.

PRæter eas dispositiones, quarum hic meminere patres, est ēt oratio utilißima dispositio ad obtinendam iustitiam. Quæ ideo hic sicut & martyriū, silentio p̄terita est, φ utraq; fideliū magis sit, neq; ad impīј iustificationē, de qua una hic agebaṫ, spectare uideaṫ, sed ad eā potius, q̄ conuenit lapsis a gratia Baptismali. Vt tn̄ completus sit hic tractatus de p̄paratione adultoꝝ, & qm̄ ea posset ad primam iustificationem impīј concurrere, pauca q̄dam & de illa hoc loco adīјciemus. Et quidē orationem utilem esse cuicūque peccatori ad assequendā iustitiā, ut tenet Hadrianus quodlibet. 8. conclusione. 2. uel exemplū publicani laudati a Christo docere abūde nos pōt. Descendit. n. iustificatus a tēplo, cum humiliter postulauit ueniā sui peccati dicens. Dn̄e propitius esto mihi peccatori. Vnde & Aug. super Ioan. dicit. Si Deus non exaudiret peccatores, frustra publicanus diceret, Dn̄e propitius esto mihi peccatori. Et pius latro, qui Christi meruit esse comes in passione, oratione sua ueniam obtinuit peccatoꝝ. Vbi sensit Christi sanctitatē et diuinitatē, conuersus in eum orauit, Dn̄e memēto mei &c. Ac mox benignißimū illud Christi responsum meruit. Hodie mecū eris in paradiso. Et qm̄ talem esse dispositionē, Niniuitæ uel ipso lumine naturali admoniti in-

Propo. 1
Had.
Luc. 18. c
Aug.
Luc. 23. f
Ioa. 3

tellexerunt, ex ore regis, & principũ eius hoc edictũ inter cætera exĳt, cũ C subuersionẽ eorũ Ionas prædixit, ut clamarent oẽs ad dominũ in fortitudi-
Propo. 2 ne. Neq; necessaria tñ est hæc dispositio ad iustitiam, neq; in infideli, neq; in fideli. Et uehementer hallucinabat quidã episcopus sanctitate, & doctrina uenerandus, qui dũ hæc tractarentur in concilio, contrariũ huius nitebatur suadere. Nam pœnitentia secundũ omnes sufficit ad salutẽ, ad eam uero oratio non requirit, sed satis omnino est auersio a peccatis, et conuersio in Deũ
Act. 2 per amorem & propositũ non peccandi. Neq; Petrus neq; cęteri Apostoli amplius aliquid a Iudæis requirebãt, ut obtinerent remissionẽ peccatorũ,
2. Reg. 12 quã Baptismum & pniam. Et Dauid sola confessione sui peccati, ueniã me-
c. 24. b ruit, ut inferius latissime suo in loco demonstrabimus. Vnũ uero aliud grauius, & diligẽtiori inquisitiõe dignũ hic est, an sufficere possit oratio ad obti
Propo. 3 nendũ remissionẽ peccatorũ. Et qñ in peccatore affectus esset peccandi, aut pseuerandi in peccato, neq; actu uel uirtute ab admissis offensis animũ reuocaret, manifestũ est, orationem pro uenia peccatorũ inutilem, & inanẽ esse.
Psal. 65 Si iniquitatẽ aspexi in corde meo, ait Psalmista, nõ exaudiet dñs. Sed si iam
Propo. 4 actu displicet, q̃ male placuerunt, adhuc tñ imperfecte, & quantum satis non est ad gratiã, uel siquis ideo non dolet de suis peccatis, quia illa memoria exciderunt, aut alia aliqua ratione ea ignorat inculpabiliter, posset superueniẽs
Propo. 5 oratio impetrare ueniam peccatorũ. Immo si commissa peccata actu non displiceant, sed uirtute duntaxat, & subito aliquo mortis periculo quispiam præuentus, conuersus toto corde ad dñm, feruenter clamet, Dñe miserere D mei, tantã esse uirtutẽ orationis persuasus sum, & tantũ de incõparabili Dei misericordia prẹsumo, ut & tũc uel solã orationẽ credã posse satis esse ad remissionẽ peccatorũ. Et dico uirtute displicere peccata illi, q ita esset affectus, ut de illis doleret, si uel eorũ meminisset, uel locũ haberet pœnitẽtiæ. Vix sanè crediderim posse ita feruidam orationẽ contingere absq; pniæ actu. Ipsa nanq; cordis compunctio est, q̃ sic cogit exclamare, & implorare Dei mise-
Arg. 1 ricordiam. Sed si id contingat, orationẽ habere uirtutem hãc, ostendisse no
Matt. 7. a bis uidet Christus, cũ dixit. Petite, & dabit uobis. Quẹrite, & inuenietis. Pulsate, & aperiet uobis. Et ne iustis tantũ hẹc dici putaremus, continuo subiecit. Omnis. n. qui petit, accipit & q quẹrit, inuenit, et pulsanti aperiet. Et hoc
Chry. Chry. in Matthẹũ aliquãto dilucidius fecit his uerbis. Oĩs, qui petit, accipit siue iustus sit, siue peccator. Et ipse Christus, ut & ad petitionẽ iustificatiõis,
Luc. 11. b & remissionis peccatorũ, hẹc intelligeremus referri, testante Luca, mox addidit. Si ergo uos, cũ sitis mali, nostis bona data dare filĳs, uestris, quanto ma
Arg. 2 gis pater uester cœlestis dabit spiritũ bonũ petẽtibus se? Vtq; ista orationis
Matt. 18. d uirtus nobis manifestior esset, in parabola illius, qui debebat decẽ milia talẽ
Arg. 3 ta, regem commemorauit dixisse. Serue nequã. Omne debitũ dimisi tibi, q̃a
1. Ioã. 5. c rogasti me. Atq; ex his edoctus est Ioãnes, quod postea uniuersẹ Eccl. tradidit dicẽs. Et hæc est fiducia, quã habemus ad Deum, quia quodcunq; petierimus secundum uoluntatẽ eius audit nos. Quid autem magis secundũ uo-

A luntatem eius possumus petere, quã nostram iustificationem? Omnes uult 1. Timo. 2
saluare, & neminem uult perire. Et uoluntas ipsius, sicut ait Paulus, sanctifi- 1. Thess. 4
catio nostra est. Eccl. item hanc potentiam orationis nobis olim expresse- Eccle. 21.d
rat. Fili, ait, peccasti, non adijcias iterum, sed & de præteritis deprecare, ut ti
bi dimittantur. Nunquã ille ad orationem hortatus esset, ea presertim adie-
cta particula, ut tibi dimittanť, nisi certus fuisset, orationẽ eius esse ualoris,
& meriti apud Deũ, ut & ueniam queat peccatorum impetrare. Et qui om Arg. 5
nes ad se confugientes benigne recipit, quomodo credatur despicere eos, q
subitis mortis periculis præuenti ad unius ipsius clæmentiã pia & humili
oratione cõfugiunt? Ipse sanè dixit, cõuertimini ad me, & ego conuertar ad Zach. 1
uos. Neq; dubitari potest quin & conuersio ad ipsum sit feruens & deuota
suæ misericordiæ imploratio. Si apud homines clẹmentes & benignos hãc Arg. 6
uim habeat humilis petitio remissionis offensæ sibi illatę, multo magis pro
secto, & apud Deum cuius miserationum non est numerus, hanc gratiam
oratio habere est censenda. Et si homines, ut iniurias sibi irrogatas condo-
nent, magis humilem petitionem ueniæ, aut certe non minus quam earum
pœnitentiam respiciunt, & eam petitionem ueniæ, pœnitentię loco habẽt,
ne q amplius requirunt, non est cur credamus expertem esse huius uirtutis
apud Deum orationem humilem, qua nostrorum peccatorum remissionẽ
petimus. Sed quid est, inquies, quod beatus ille cœcus Euangelicus ait. Sci- Ioan. 9
mus quia peccatores Deus non exaudit? Cœci nõdum illuminati dicit Au Aug.
gustinus fuisse hæc uerba. Et de perseuerantibus in peccatis ille loquebatur,
B non de actu uel uirtute illorum pœnitentibus, ea uerba esse intelligenda do
cte admodum probat Cyril. ex Esa. 1. & Threno. 3. Verisimumq; est, Deum Cyri. 6. in
non exaudire peccatores, ut testimonium eorum sanctitati per miracula ex Ioan. c. 19
hibeat. Quare cũ miracula illa eximia, de quibus cęcus & pharisęi tum age-
bant, in testimonium diuinitatis & sanctitatis Christi fierent, optime cœcus
potuit & ex inde sanctitatẽ Chrĩ tueri, q pctõres Deus nõ exaudit.

Non omnia opera facta extra gratiam Dei, sunt peccata. Cap. XXXIX.

IAm uero ex hactenus dictis manifestũ cuiuis esse põt, longissime deuiaſ
se a ueritate catholica & Lutherũ, et Philippũ & Bucerũ, qui ut in primo
capite huius libri retulimus, oĩa opa facta in peccato, uitiosa, & culpę ob
noxia asseuerant. Si oĩa ea opera peccata essent, nulla ꝑfecto ex ipsis ad gra Arg. 1
tiam disponerent. Auerterent potius a gratia, quã ad eam nos præpararẽt.
Et fides certe, & spes, & timor, q̃ manifestum est persæpe inueniri in pecca- Arg. 2
to, & gratiam præuenire, si peccata essent, cum sint in peccatoribus, illis
laudibus minime digna essent, quas ab scriptura & sanctis doctoribus eis
tribui docuimus. Non commendat scriptura peccata, non laudat, non pal
pat, sed obiurgat, carpit, reprehendit. Neq; hortaretur tota Ecclesia etiam Arg. 3
perseuerantes in peccato, ut per eam uel similia bona opera se præparent
homines ad gratiam, si non esset certum, hæc omnia procul a culpa esse.
Sed mirandum non est, si Lutherus omnia opera peccatorum damnet,

cum & idem ausus fuerit, ut in libro. u. uidebimus, peccata asseuerare om- C nia opera iustorum. Neq; soli Philippus & Bucerus secuti Lutherũ damnarunt omnia opera peccatorũ. Idem faciunt uniuersi protestãtes. In Apologia enim confessionis Augustanę sic lego. Falsum est & hoc, & contumeliosum in Christum, quod non peccent homines facientes praecepta Dei sine gratia. Et paulo inferius. Vere peccant homines et cum honesta opera faciunt

Ro, 14. d sine. ss. quia faciũt ea impio corde, iuxta illud. Quidquid non est ex fide, peccatum est. Et ex uerbis primo cap. huius libri citatis, & ex his quę subnectunt, satis indicant se de gratia, qua iustificamur, haec dicere, & non de sola gratia auxilij specialis. Sed hoc cum Protestantibus hic expostulare uelim.

Arg. 4 Nonne uos compulsi iam argumentis uobis obiectis, conceditis terrores, pauoresq; conscientiarum necessarios esse, ut emersi homines a suis peccatis, ad diuinam misericordiam confugiant? Si necessarij sunt, quomodo peccata esse asseritis? Nunquid necessaria sunt peccata ad obtinendam gratiam

Arg. 5 iustificationis? Ad haec. In confessione Augustana & in reliquis colloquijs, & eas nobis fatentur etiam post lapsum, libertatis uires suppetere, ut ualea-

Aug. 3. Hyp. mus, sicut Augustinus dicit, agros colere, plantare uineas, conuersari cum amicis, & cõsequi naturalem quandam iustitiam, quam appellant rationis, quae posita est in usu rerum secundum rationem, neq; ignota fuit philoso-

Aristo. 5. Ethi. phis. Et Philippus in Apologia, neq; hesperum, neq; luciferum ea pulchriorem, cum Aristotele asseuerat. Quin & ea a Deo ornari corporalibus praemijs asserit, licet non sit meritum iustificationis. Quid igitur & illa, quae du- D cente ratione facimus, quaeq; uestris & omnium laudibus digna ducitis, & a Deo praemiari contenditis, peccata erunt? Et uitio dabitis honorem parẽtum, subuentionem pauperum, administrationem iustitiae, & obędientiã subditorum, deniq; ipsum Dei cultum & fidem & spem in ipsum, si fieri ista contingat in peccato? Quid potest esse in naturam nostram, immo in Deũ autorem naturae, & orbis iudicem contumeliosius? Mundi sunt oculi tui,

Abacuq. 1 ne uideas malum, & respicere ad iniquitatem nõ poteris, ait Deo Abacuq. Et uos non pudet, Deo tantã impietatem tribuere, ut peccata remuneret,

Arg. 6 quae ubiq; auersatur, & prohibet? Quid uero bonum est, si & ea, quae sunt consona rationi, peccata sunt? Necesse est, quae facimus, aut consona esse rationi aut dissona, aut certe, ut multum demus, mediũ locum inter utraq; tenere. Si ergo & quae consona sunt rationi, peccata sunt, nihil potest ab homine fieri, quod non malum & peccatum sit. Multo enim magis peccata erunt, quae consona non sunt rationi, sed uel dissona, uel indifferẽtia. Quod si ita est, mala utique natura nostra erit, & figmentũ non Dei, cuius perfecta sunt opera, sed cacodaemonis potius, uel alicuius mali principij. Omnia siquidem, quae perfecta suo in genere sunt, & bene aliquid iuxta uirtutem &

Arg. 7 naturam suam possunt operari. Et manifesta sanè est contradictio asserere,

Leuit. 22 peccare homines facientes praecepta sine Dei gratia. Deus dicit. Ego sum Dominus. Custodiant praecepta mea, ut non subiaceant peccato. Et uos

dicitis, etiam facientes præcepta peccare? Qui peccant, non faciunt quidem præcepta, sed ea transgrediuntur. Qui seruant præcepta, non peccant. Peccatum, autore Ambrosio, cælestium est inobædientia mandatorum, & iuxta Augustinum, dictum uel factum, uel concupitum contra legem Dei. Amb. August.
Quid etiam aut magis impie, aut magis absurde dici potest, quam quod Lutherus nõ ueritus est, ut iam citauimus, asserere liberum arbitrium, dum facit, quod in se est, peccare mortaliter? Quam legem prævaricatur, qui facit, quod in se est? Qui potest, non dico mortale, sed uel minimum peccatum esse, facere quod quis potest, ut Deo obædiat, & legem, cui adstrictus est, seruet? Peccatum mortale dirimit utique gratiam Dei. Si ergo & qui faciunt, quod in se est, peccant mortaliter, nullus erit, neque esse poterit in hac uita in gratia Dei. Tu itaque tibi testimonio es, quòd sis extra illam, dignus nimirum, qui ad eam nunquam peruenias, cum adnitentes ad eam uenire, quantum in te est, impedias. Argum. 8. Sed qui ita infesti sunt omnibus peccatoribus, ut nihil ab eis boni fieri posse, existiment, dent, quod præceptum prætereãt, qui in peccato cum sint, præcepta seruant, honorantes pro mediocritate sua parentes, alentes filios & familiam, dantes eleemosynam pauperi, reddentes unicuique quod debent, audientes diuina officia, cum tenentur, aut si dare, ut certum est, non possunt, cum hæc omnia sint uerissimæ obseruationes præceptorum, ut & ipsi consentiunt, agnoscant, longissime se & a ueritate, & a se ipsis esse, cum peccare aiunt, qui hæc faciunt. Argum. 9 Merito profecto
B sancta nostra Synodus canone. 7. asserentibus ista indixit anathema his uerbis. Siquis dixerit, opera omnia, quæ ante iustificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, uere esse peccata uel odium Dei mereri &c. anathema sit. Can. 7.
Et quanuis res ipsa satis perspicua sit, neque testimonijs ullis uideatur egere, ad pleniorem tamen confirmationem adijciam pro ista diffinitione testimonia Christi, Apostolorum, & doctorum Ecclesiæ. Argu. 10 Docuit quidem magister omnium Christus ueritatem istam, sponsam suam Ecclesiam, idque non semel, aut bis, sed sæpe. Eleemosinam factam bona intentione omnibus absque ulla prorsus exceptione remunerandam pollicetur. Quicunque, inquit, potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. Matt. 10. d Remittere offensas nobis illatas, & diligere inimicos, & benemereri de ipsis utile esse exprimit ad consequendum remissionem peccatorum nostrorum. Si dimiseritis, ait, hominibus peccata eorum, dimittet, & uobis pater uester cælestis peccata uestra. .6. b.
Non enim sicut bene in hæc uerba notauit Chrysostomus, prius Deus dimittit nobis, & postea nos debitoribus nostris, sed uult Deus, ut prius dimittamus, & postea petamus dimissionem. Chrys. Vnde & alibi ait. Diligite inimicos uestros, benefacite, & mutuum date nihil inde sperantes, & erit merces uestra multa. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur uobis. Luc. 6. Scribas etiã ac pharisæos, quòd decimarent mentam & anetum & cyminum, non improbat, sed ait. Hæc oportuit facere, & illa non ommittere. Matt. 23. c Tametsi nanque

hypocritæ illi erant, ac fortasfis, ut Chryfoftomus in hæc uerba dicit, etiam minimarum illarum rerum decimas oftentandæ religionis gratia offerebant, tamen hæc bene poterant fieri ab illis, qui effent in peccato, & quæ grauiora funt legis, intermitterent. Et dum plæraque alia facta a peccatoribus commemorauit, neque tamen reprehendit, hoc ipfo bona quidem illa in fuo genere fuiffe oftendit, quanuis non fufficientia ad iuftitiam, quæ omnium mandatorum obferuationem requirit. Et imitatus fuum magiftrum Paulus Corinthijs, inter quos fciebat effe plærofque peccatores, nulla facta inter eos & iuftos diftinctione fcribit. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccafti. Et aliquanto poft. Si diftribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & fi tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem nõ habuero, nihil mihi prodeft. Quibus uerbis demonftrat, hæc quidem bona effe opera, fed ad uitam æternam minime fufficere, nifi caritati fint coniuncta. Nam fi hæc quoque mala opera funt, & non potius illis, quæ iam expreffferat, longe anteferẽda, quorfum attinebat ea attingere, cum eorũ commemoratio necefsitatem caritatis nihil faceret manifeftiorem? Petrus etiã cõmemoratis aliquibus bonis operibus, quorũ ftudiũ feruare pofsit iuftos in gratia, ut ea & in iuftis & in peccatoribus procul effe a peccato oftenderet, generaliter fubdidit. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Habemus & teftimonium angelorum pro hac ueritate. Nam & Cornelio dixit angelus exauditas fuiffe ipfius eleemofynas, & orationes in confpectu Dei, ut adduceretur ad fidem Chrifti, & faluus fieret cum omni domo fua. Non autem exaudit dominus opera, aut orationes malas. Et in ueteri teftamento legimus obftetricibus Pharaonis ædificaffe Deum domos, quia timuerunt Deum, neque ad præceptum Pharaonis aufæ funt pueros Hebræorum interficere, neque tamen habemus, unde illas probemus in gratia Dei tum fuiffe, quinimmo uerifimile eft ut alios Aegyptios peccato idolatriæ obnoxias nihilo fecius fuiffe. Agnouerunt item hanc doctrinam doctores Ecclefiæ. Auguftinus Nihil profunt impio aliqua bona opera, fine quibus difficilime uita cuiuslibet pefsimi hominis inuenitur. Et in lib. de patientia. c. 26. dicit, nullomodo effe culpandam, fed potius laudandam patientiam, qua fchifmaticus timore Gehennarum & ignis æterni mala aliqua tolerat, aut etiam mortẽ, ne neget Chriftum. Et. c. 27. & 28. patientiã hanc & fidem, qua credit ille fupplicio æterno fe fore puniendum, fi neget, bonas effe, & inter dona Dei computandas affirmat. Hieronymus in illa uerba Pauli ad Gala. 5. Sed fides, quæ per caritatem operatur. Quomodo iuxta Apoftolum Iacobum fides abfque operibus mortua eft, fic abfque fide, quanuis bona opera, mortua computantur. Vides ut non folum abfque gratia, fed etiam abfque fide crediderit Hieronymus poffe inueniri bona opera quanuis mortua. i. ad uitam æternam inutilia. Et idem alibi fic fcribit, referente Gratiano. Siquando uideris inter multa mala opera facere peccatorem quenquam aliqua, quæ iufta funt, non

Marginalia: C; 1. Cor. 7. c; 1. Pet. 1; Act. 11; D; Exo.; Auguft. de fpi. & lit. c. 28.; Hiero.; De pœni. d. 3

A est tam iniustus Deus, ut propter mala multa obliuiscatur paucorum bono rum. Chrysost. hanc putat esset causam, propter quam aliqua prospera suc cedunt malis, & aliqua aduersa bonis. Est, inquit, & alia ratio, quia non po test uel malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona, neque bonus in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Gregorius ideo existimat Abraham dixisse diuiti epuloni, Recepisti bona in uita tua, quia habuit ali quod bonum, quod in præsenti sæculo erat remunerandum. Scholastici do ctores consonantissime hanc doctrinam, ut certam tradunt, & opera facta in peccato mortali docent prodesse non solum ad faciendum nos prom ptiores ad bonum, & tardiores ad malum, & ad disponendum nos, & per ducendum ad Dei gratiam, & uitandum peccata, ac proinde & ad tolerabi lius extremi iudicij supplicium subeundum, sed etiam ad impetrandum a Deo bona aliqua temporalia. Et Scotistæ & aliqui ex nominalibus addunt ea utilia esse ad remissionem peccatorum uenialium, & ad satisfaciendum pro peccatis mortalibus iam dimissis. *Ibidem.* *Quid ergo.* *Greg. ho. 40* *In. 4. d*

Responsio ad argumenta damnantium omnia opera pec-catorum. Cap. XL.

OPeræprecium tamen erit uidere, quibus argumentis tantum hunc errorem nitantur suadere. Huius inquiunt ubi supra, nostræ senten tiæ testimonia habemus non solum in scripturis, sed etiam ex patri bus. Nam Augustinus copiose disputat contra Pelagianos, gratiam non B dari propter merita nostra. Et de natura & gratia, inquit, si possibilitas natu ralis per liberum arbitrium, & ad cognoscēdum quomodo uiuere debeat, & ad bene uiuendum sufficit sibi, ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatum est scandalum crucis. Cur non etiam ego, addit Melanchthon, hic exclamem? Immo exclamabo, & istos increpabo dolore Christiano. Euacuati estis a Christo, qui a natura iustificamini, a gratia excidistis. Dupli citer tamen in hoc argumento, & quidē turpissime labuntur. Primo. Ope ra bona præcedentia gratiam iustificantem possunt esse a gratia auxilij spe cialis, neque a solis uiribus naturalibus proficiscuntur. Deinde collectio ista nulla est. Præcedunt gratiam aliqua opera bona, ergo illa datur secundum merita. Bonitas moralis tanta non est, ut sit meritoria iustificationis. Ne que aliquis ex nostris concessit unquam absolute gratiam dari secundum merita, aut rationem aliquam iustitiæ in operibus nostris constituit respe ctu iustificationis. Sed uniuersa, instant, opera nostra inficit, & commaculat concupiscentia originalis, cui obnoxij semper sumus, quādiu hic uiuimus, & multo magis, cum sumus in peccato. Vnde uero precor, quæ a natura nobis inest concupiscentia, neque iam imputatur in peccatum, inficere pos set opera, quæ non oriuntur ex ea, sed ex intentione boni, & honesti? Cer te nullum opus ex genere suo bonum inficitur etiam a peccato mortali ei coniuncto, nisi fiat ex intentione illius, sicut contingeret, cū quis intentione fallendi daret eleemosynam, uel studeret. Cur tamen, dices, Christus dixit. *Obiect. 1* *August.* *Respon.* *Obiect. 2.* *Respon.* *Obiecti. 3*

Ioan.3 Quod natum est ex carne, caro est. Et iterum. Non potest arbor mala bonos fructus facere. Et rursus. Sicut palmes non potest ferre fructum, nisi manserit in uite, sic neque uos nisi in me manseritis. Si peccatores, qui arbores malæ sunt, & carnales, neque in Christo manent, facere aliqua bona opera possunt, poterit, quod natum est ex carne caro non esse, & arbor mala, & præcisus a Christo palmes ferre ualebunt fructum bonum. Possunt quidem hæc testimonia facile retorqueri in hæreticos. Sed id commodius libro undecimo faciemus. Nolo hic litem lite resoluere. Esto itaque caro sit, quod natum est ex carne, neque spiritualium nomine censeantur opera nisi, quæ fiunt per inhabitantis spiritus auxilium, inde quidem non recte colligis, ea esse mala. Caro nanque mala non est, quanuis eam longe antecellat spiritus. Et licet bona meritoria facta a iustis, præcellentiora sint, & superioris ordinis, quam bona facta a peccatoribus, non inde tamen consequitur, mala esse, quæcunque fiunt a peccatoribus. Est caro medium inter spiritum & malum. Et bona facta a peccatoribus media quędam bona sunt inter bona meritoria iustorum & peccata. Et propterea hæc media bona fructuum nomine indigna Christus censuit, quia ad uitam ęternā nihil prosunt. Quid rursus, inquies, Paulus ait, Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum? Si operantur peccatores aliqua bona, erit & in eis aliquid mundum. Ipse tamen Paulus se aperuit, cum statim addidit. Sed inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. Vnde Chrysostomus ibi. Sed nunquid inquinata sunt omnia? Absit, non hoc ille dixit. Mala tantum uoluntas immunda est, non alia quæ sunt Dei opera. Denique obijcietur, omnium opera infidelium falsē esse peccata. Quia Paulus dicit. Omne enim, quod non est ex fide, peccatum est. Et Augustinus libro. 4. contra Iulianum cap. 3. & in psalmū. 32. & 3. Hypognosticon, & cap. 10. de prædestinatione sanctorum expresse dicit, in infidelibus nulla esse bona opera. Et idem Chrysostomus asserit in sermone de fide & lege & Spiritussanct. Sunt qui hunc errorem Greg. Ariminen. inurere uelint. Sed si bene expēdantur, quæ ille in solutione argumentorum. q. 1. d. 26. 2. asseruit, perspicuum erit de solis illis infidelibus id eum sensisse, qui neque Deum nossent esse ullum. Et in eam opinionem incidit, quia testimonijs quibusdam Augustini male intellectis persuasus est, ad bonitatem moralem necessariam esse relationem in Deum. Sed illius opinio summo quidem iure explosa est ab scholis, & prævalidis in eum argumentis ostensum est, & eos quoque infideles bona aliqua posse operari. Quia & disponi possunt ad gratiam, ad quam nemo uenit per peccata, & ad implenda bonis operibus præcepta legis naturalis obligantur, neque peccant, aut inducunt ad peccata, qui illos hortantur ad ea seruanda, neque præstat eis dormire, quam illorum obseruationi uacare. Et quod Paulus ait, Omne, quod nō est ex fide, peccatum est, aut contrarie debet intelligi in hūc sensum, ut omne illud peccatū sit, quod ex infidelitate procedit, & sic sanctus Thomas exponit. 22. q. 10. ar. 4. aut certe, ut præclari au-

Margin notes: Ioan.3 | Matt. 7. | Ioan.15. | Respon. | Obiect. 4. | Tit. 3. | Respon. | Chrys. | Obiect. 5. | Rom. 14. | August. | Chrys. | Respon. | S. Thom. | C | D

A ri autores edisserunt,& circuniacentia uidentur postularet fides ibi capitur pro conscientia. Sensusque est. Omne quod est contra conscientiam,peccatum est, siue, ut communiter dicitur, ædificat ad Gehennam. Augustinus uero & Chrysostomus & alij sancti, cum dicunt, nullum esse bonum extra fidem,illud solum bonum appellant, quod uel meritorium est beatitudinis,uel ad ueram pietatem & iustitiam conducit. Et ita Augustinum locutum de bono,multis ipsius testimonijs ad finem.q.12. opusculi de iustificatione,manifestum fecimus. Idemque liquere potest ex libro de perfectione iustitię, ubi concedit Celestio,posse hominem per uires liberi arbitrij uel le nubere, & in eo non peccare. Et Chrysostomus in loco citato concedit in Cornelio fuisse aliqua bona opera ante fidem Christi etiam si ante eam contendat,non fuisse illum iustificatum. Et cum homilia.29. in Matthæum dicit,ueritatem confiteri,& iustitiam facere proprium opus esse sanctorum, atq; eis tantummodo competere, iustitiam uocat plenam obseruationem mandatorum,quæ nulli peccatorum contingit. Nulla itaque culpa accedit dispositionibus ad gratiam a patribus expositis, neque ex hoc quod fiant extra gratiam,neq; ex hoc q fiant absque fide,neq; peccatum etiam infidelitatis, siquidem in eo non persistatur, impedimento erit, quominus illę ad gratiam nos præparent. Aug. Chry. Chrys.

Non eo peccant grauius peccatores,quo se feruentius ad gratiã disponunt, sed eo potius maiorem gratiam assequuntur. Cap. XLI.

B ERrant igitur uehementer hæretici quidam nostri temporis, qui asseuerant eo peccatores magis peccare,quo flagrantius se ad gratiam disponunt. Nam si aliqua opera fiunt a peccatoribus, quæ omni culpa uacent, illa maxime talia sunt, quibus se ipsi ad gratiam præparant, & bona tanto meliora sunt,quanto maiori studio,& affectu fiunt. Vnde sancta Synodus can.7.iustissime anathema indixit asserentibus,peccatores tanto grauius peccare,quanto uehementius nituntur se ad gratiam disponere. Neq; opus est, ut hanc patrum sententiam testimonijs aliquibus Scripturarum comprobemus. Tota scriptura pro illa pugnat. Vbi non & Christus, & Apostoli,& prophetę peccatores exhortantur ad pœnitentiam? Vbi non, ut se ad Deum conuertant? Vbi non,ut in eum credant, & sperent,ut eum timeant,& ament,& mandata illius seruent? Quid autem hæc sunt alia,quã dispositiones ad gratiam? Hic est omnis fructus,ait Esaias,ut auferatur peccatum. Quomodo uero auferatur peccatum,nisi nos disponamus ad gratiam? Neminem teste Chrysostomo homil. 14. in Matthæum ad regnum suum recipit, nisi ipse uoluerit, neque operatur in aliquo uoluntates suas, nisi ipse consenserit. Et quæ ista amentia est? Mitto scripturas. Quis ita delyret insanus? Nunquid ambire amicitiam Dei peccatum est? Et cuius ergo ambire amicitiam liceat, si Dei non licet? Si laude dignum est concessam gratiam tueri,& tanto quisque sanctior est,& ampliori dignus gloria habetur,quanto maiorem solicitudinem,operam,& diligentiam gratiæ seruan- Conclusio Can.7 Arg.1 Esa.27.c Chrys. Arg 2

dæ adhibet, erit & sanctum, Dei quærere, & curare habere gratiam, & tanto C
to melius, & sanctius peccator quisque operabitur, quanto studiosius, &
Arg. 3 magis obnixe operam suam ibi collocauerit. Quo item præcepto prohibi
tum unquam fuit hoc? Quæ circunstantia dici, aut fingi potest, quæ uitier,
aut aggrauet rei usque adeo necessariæ, solicitudinem omnem nostram, &
curam, & diligentiam adhibere? Profecto eiusmodi sunt plæreque hæreses
nostræ tempestatis, ut non nisi stipitibus, & truncis, & ab omni ratione alie
nis suaderi queant. Quis potest esse sanctior conatus? Quod religiosius stu
dium, quàm summa ui & ope niti, & satagere, ut redeamus in gratiam cum
Deo? Quis zelator, aut prædicator Euangelij non eo præcipue spectat, ut
Reuinci peccatores excitet, & extimulet ad disponendum se feruenter ad Dei gra-
tur alter er tiam. Eisdenque penè argumentis reuinci potest, quod in capitulo primo
ror Luthe huius libri ex Luthero retulimus, contritionem, quæ paratur per collectio
ri. nem, & discußionem, & detestationem peccatorum facere hominem hypo
Argum. 1. critam, & magis peccatorem &c. Quid peccabat Ezechias recogitando an
Esa. 38. nos suos in amaritudine animę suę? Quid Dauid ponderando grauitatem,
multitudinem, & turpitudinem suorum peccatorum? Nonne & hac uia
inuenit misericordiam apud Deum, & omnibus sæculis admirandum exē-
Argum. 2. plum pœnitentiæ sese exhibuit? Certe ad considerandum grauitatem no-
Hiere. 2. d strorum peccatorum exhortatur Deus per Hieremiam dicens. Scito & ui-
de, quàm malum est dereliquisse te dominum Deum tuum, & timorem
eius non esse apud te. Et ad considerandum a quanta gloria excidisset, ex- D
Apoc. 2. d hortatus est præpositum angelum Ephesi Deus per Ioannem dicens. Me-
Argum. 3. mor itaque esto, unde excideris, & age pœnitentiam. Et quoties uel Chri-
stus, uel Apostoli, uel Prophetæ æternam condemnationem comminati
sunt peccatoribus perseuerantibus in suis peccatis, toties ad considerandas
impendētes ipsis pœnas eos induxerunt. Neque nisi impientißime potest
quis dicere, hoc fuisse peccatum. Fuisset uero, si induxisset homines ad pec-
Melior di cata sua aggrauandum. Adeo uero falsum est, eum grauius peccare, qui ue-
spositio im hementius nititur, se disponere ad gratiam, ut contra uerißimum sit, eo ma
petrat ma- iorem, & augustiorem gratiam peccatores obtinere, & tanto plenius, &
iorem gra prçcellentius a Deo iustificari, quanto se illi melius, & feruentius ad gratiam
tiam. disposuerint. Atque hanc ueritatem diffiniuit hæc sancta Synodus. in. 7. ca.
his uerbis. *Demum unica formalis causa, nostræ. s. iustificationis, est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua uidelicet ab eo donati renouamur spiritu mentis nostræ & non modo reputamur, sed uere iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes unusquisque suam, secundum mensuram, quam Spiritussanctus partitur singulis pro ut uult, & secundum propriam cuiusque dispositionem.* In his uerbis, *secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem*, non tantum confirmata est ueritas de necesßitate dispositionis nostræ, & cooperationis ad iustitiam, quam in principio huius libri contra hæreticos huius nostræ tempestatis firmauimus, sed & damnatus est error Martini Lutheri asserentis,

A ut infra docebimus, omnes iustos æquales esse in gratia, & gloria, & confir *Lib.10.*
mata est cõis scholasticorum opinio affirmantiũ, pctõres non resurgere ad æqualem gratiam, sed ad maiorem & maiorem pro modo & mensura suæ contritionis. Et si uerum esset, ut antiqui theologi tradunt, non totam gratiam deperditam reparari per quanuis pœnitentiam, consequenter ad diffinita hic a patribus deberet, dici tanto plus ipsius reparari, quanto se peccatores perfectius in Deum conuerterint. Neque suo ex capite ista diffiniuit *Arg. 1*
sancta Synodus. Tradiderunt & hæc nobis concorditer patres nostri. Cy *Cypr. ep. 2*
prianus de gratia diuina sic ait. Manat iugiter, exuberat affluenter, nostrum *lib. 2.*
tantum sitiat pectus, & pateat. Quantum illuc fidei capacis afferimus, tan- *Hiero. 2.*
tum inde gratiæ inundantis haurimus. Hieronymus cum uellet suadere cõ *con. Ioui.*
tra Iouinianum ex uerbis illis Pauli, Vnicuique data est gratia iuxta mensuram gratiæ Christi, non æqualia esse iustorum merita, neque ex æquo communicari omnibus gratiam, ita subdit. Non quod mensura Christi diuersa sit, sed tantum gratiæ eius infunditur, quantum haurire ualemus. Hæc Hieronym. Quid est, quantum haurire ualemus, nisi quantum bonis conatibus & dispositionibus nos disponimus, & ut eam participemus, & assequamur, laboramus? Tanto enim quisque plus illius particeps efficitur, quãto plus adnititur, & contendit, eam participare. Augustinus tractans illa *August. de*
uerba, De plenitudine eius omnes accepimus, ita scribit. Ex eius itaque ple- *gratia, &*
nitudine accepimus pro modulo nostro, tanquam particulas nostras, sicut *li. arb. c. 9.*
B Deus partitus est mensuram fidei. Et tractatu. 74. super Ioannem, declarat illa uerba Ioannis Baptistæ. Non ad mensuram dat Deus Spiritum, de solo filio Dei esse intelligenda. Et addit. Cæteris autem ad mensuram datur, & datus additur, donec unicuique pro modo suę perfectionis propria mensura compleatur. Et hoc probat ex uerbis Apostoli. Et unicuique, sicut Deus partitus est mensuram fidei. Et qui sic tradidit talenta seruis suis, ut uni daret *Arg. 2*
quinq;, alij uero duo, alij autem unum, & unicuique secundũ propriam uirtutem, satis indicauit, se ita gratiam distribuere seruis suis, ut uni det maiorem & alij minorem, perinde ac se quisque ad eam recipiendam disposuerit. Nam talentum cum quo iubemur negociari, & merita regni cœlorum acquirere, gratia est, & nunquam Deus tam inęqualiter diuisisset talenta, nisi ad gratiam se unus melius quàm alter disponeret. Non enim spectat Deus in gratię communicatione uirtutem futuram, sed prę sentem. Alioqui nullum dedisset talentum ei, qui illud abscondit in terra. Vnde & Chrysost. su- *Chrys.*
per hęc uerba. Non inuidens alij plus dedit, alij minus, sed considerans diuersitatem fidei eorum. Neque quasi acceptor personarum fecit differentiam gratiarum. Quodq; non personas aspexerit, sed uirtutem, statim probat, quia remunerauit laborem seruorum iuxta uniuscuiusque meritum. Et *Arg. 3*
uel hoc argumentum indubitatam istam patrum sententiam deberet omnibus efficere, quia ut infra certissimis utriusque paginæ testimonijs docebimus, & ex ista parabola constat, tanto Deus cumulatiora beatitudinis prę- *Lib. 10.*

IN CAP. VII. DECRETI DE IVSTIFI.

PRAEFATIO.

Rogreditur sancta Synodus quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Et cum pulcherrima de gratia iustificationis, & de praeparatione ad ipsam tradiderit, nunc grauissima, & omni animaduersione digna de ipsa iustificatione, & de caussis eius filios suos edocet. Quoniam uero quae de iustificatione ipsa hic adiecit, iam libro quinto cum his, quae eadem de re tradita erant, in quarto capite copiose exposuimus, ea praecipue hic persequemur, quae ad causas iustificationis spectant. Eoque nomine librum hunc 7. de caussis iustificationis praenotabimus. Atque eũ, Deo opt. max. totius iustitiae fonte & autore cõsili, ab ipsa sanctae Synodi diffinitiõe inchoabimus.

Quid sit iustificatio impij, & quae eius causae. Cap. VII.

Anc dispositionem seu praeparationẽ iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remißio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per uoluntariam susceptionem gratiae, & donorum. Vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, ut sit haeres secundũ spem uitae aeternae. Huius iustificationis causae sunt. Finalis quidem, gloria Dei, & Christi, ac uita aeterna. Efficiens uero misericors Deus, qui gratuito abluit, & sanctificat, signãs, & ungens spiritu promißionis sancto, qui est pignus haereditatis nostrae. Meritoria autem, dilectißimus unigenitus suus dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici propter nimiam caritatem, qua dilexit nos, sua sanctißima paßione in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit. Instrumentalis item, sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli unquam contigit iustificatio. Demũ unica formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua uidelicet ab eo donati renouamur spiritu mentis nostrae, & non modo reputamur, sed uere iusti nominamur, & sumus iustitiã in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram quã Spiritussanctus partitur singulis pro ut uult, & secũdum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. Quanquam.n. nemo poßit esse iustus nisi cui merita paßionis Christi Iesu domini nostri communicãtur, id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctißimae paßionis merito per spiritumsanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorũ, qui iustificãtur, atque ipsis inhaeret. Vnde in ipsa iustificatione cum remißione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christũ, cui inseritur, fidem, spem, & caritatem. Nam fides, nisi ad eã spes accedat, & caritas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis eius uiuum mẽbrum efficit. Qua ratione uerißime dicitur, fidem sine operibus mortuã, & ociosam esse, & in Christo Iesu neque circuncisionem aliquid ualere, neque praeputium, sed fidem, quae per caritatem operatur. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione ca-

[Margin: 1. Cor. 6; Tit. 3; B; 1. Cor. 6; Ephe. 1.; Rom. 6.; Iacob. 2; Gala. 5]

techumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem uitam æternam præstantem, quã sine spe, C
Matt. 19 *& caritate fides præstare non potest. Vnde & statim uerbum Christi audiunt. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Itaque ueram & Christianam iustitiam accipientes, eam ceu primam stolam, pro illa, quam Adam sua inobœdientia sibi, & nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, candidam, & immaculatam, iubentur statim renati conseruare, ut eam perferant ante tribunal domini nostri Iesu Christi, & habeant uitam æternam.*

De decem nostræ iustificationis causis reducibilibus ad quatuor. Cap. I.

T apertiora, & magis perspicua sint, quæ patres hoc loco de causis nostræ iustificationis tradidere, de multiplici causa nostræ iustificationis paucula quędã ante omnia differemus, atque in eis summã quandam, & compẽdium totius huius libri, ob oculos lectori ponemus. Porro ex philosophis, qui præstantissimi habentur, quatuor duntaxat genera causarum statuere, finalem, efficientem, formalem, & materialem. Atque ad hæc reduci facile possunt, quæ recentiores nonnulli, causa maioris explicationis aliqñ adijciunt. Et quod illi in genere de oĩum causis docuere, hoc nos de nostræ iustificationis causis intelligere debemus. Enimuero Finalis causa nostræ iustificationis, ultimata quidẽ Deus ipse est, nõ ultimata uero Xpĩ gloria, & nr̃a uita æterna. Formalis uero, gr̃a ipsius, uel acceptatio passiua, qua iusti nominamur, & sumus. Materialis, siue ut alij uocãt subiectiua, aĩa nr̃a, uel nos ipsi. Efficiens aũt, non una, sed multiplex est. Concurrunt enim ad nostram iustificationem efficiendam per multa, nempè Deus, Christus, sacramẽta, sacerdotes, nos ipsi, actus nostri. Et in istis inuenire licet omnia genera causarum, quæ neoterici philosophi recensent. Nã ea omnia sub efficiente cõputari possunt, & ad eam reducuntur. Efficiens causa principalis, Deus est. Efficiens minus principalis, seu instrumẽtalis Christus, & sacramenta. Præparatoria nos ipsi, & qui nos ad ea exhortãtur, & inflãmãt, quę a nobis requirũtur, ut iustificemur. Meritoria causa & exemplaris Christus est, Dispositiua, actus nostri, Ministerialis, sacerdotes, qui administrãt nobis sacramenta. Itaq; si libeat decem causas nostræ iustificationis cõputare, facile patet, quemadmodũ possint reduci ad quatuor illa præcipua capita & genera causarum, quorũ tantũmodo meminisse uidentur antiquissimi quique philosophi. Exponamus igitur, quæ sancta Synodus circa hęc decreuit. D

Causæ iustificationis. Finalis Formalis. Materialis Septuplex causa efficiens. Efficiens pricipalis. Minus pricipalis. Præparatoria. Meritoria Dispositiua. Ministerialis.

De quinque præcipue hic diffinitis a Concilio. Cap. II.

QVinque pręcipua uideo, a patribus esse in hoc capite diffinita, pręter illa, quę ad explicationem iustificationis spectantia, iam exposuimus. Primo, quidem stabilitur quintuplex causa nostrę iustificationis. Et finalis asseritur esse gloria Dei, & Chrsti, ac uita ęterna, efficiens, Deus ipse, meritoria, Christus, instrumentalis, baptismus, formalis, unica iustitia nobis infusa. Et non sine causa contenti fuere patres causam fina-

Primũ diffinitum. Cur. s. tan

Alem, efficientem, meritoriam, instrumentalem, & formalem nostrę iustifi- cationis hoc loco duntaxat exponere. Sunt hae quidem praecipuae causę iustificationis, & de illis praesertim hoc tempore certatum est, atque autoritate Concilij oportebat his concertationibus, & controuersijs finem aliquando imponi. Nā quod causa materialis, seu subiectiua nostrę iustificationis, nos ipsi simus, qui iustificamur, uel animę nostrę, nullum unquàm dubium fuit. Et scholis relinquendum erat, an iustitiam ipsam, qua formaliter iustificamur, animę nostrę per se suscipiant, an potius per uoluntatē, aut alias ipsarum potentias, Christum etiam esse causam exemplarem nostrę iustificationis, & sacerdotes, qui ministrant nobis sacramenta, causam esse ministerialem, nos uero ipsos, & eos, qui nos ad pœnitentiā, & bona opera exhortantur, esse causas pręparatorias, nemo est, qui ambigat. Et ministerialis ad instrumentalem reducitur, exemplaris uero, meritoriaque, & pręparatoria, & dispositiua ad efficientem, ut iam explicuimus. De dispositiua item quę quidem actus sunt nostri, satis in proximo capite dictum fuerat, & in hoc eodem capitulo, ut ultimo c. lib. 6. docuimus, ea ipsius mentio statim fit, quę sufficiat ad elidendum errorem eorum, qui putant pręparationes nō stras nullo modo esse causas gratię. Ideo autem neque efficiens causa nostrę iustificationis, neque instrumentalis dictus est Christus, sed duntaxat meritoria, quia non satis certum est, an quatenus homo aliter effecerit nostram iustificationem, quàm merendo illam, & satisfaciendo. Sed causa instrumentalis solus baptismus est dictus, non quòd huiusmodi efficientia soli baptismo peculiaris sit. Habent eam omnia nouę legis sacramenta, licet unum alio maioris gratię productiuum sit. Propterea tamen solius baptismi hic est mentio facta, quia ianua ille est omnium sacramentorum, & principium exterius & uisibile nostrę iustificationis. Sacramentumque fidei perquam commode est appellatum. Nam per baptismum incipimus esse membra & partes Ecclesię, quę est congregatio fidelium, & uirtute illius primo datur hominibus fides, & in eo primo fit professio fidei, immo ipse professio quędam fidei est. Adulti uenientes ad fidem, ibi primo nomen suum fidei dant, & se ad eam obseruandam adstringunt. Paruuli uero fidem per uerba gestantium profitentur, sicut Augustinus dicit ad Bonifacium & capite. 19. lib. 1. de peccatorum me. & re. Vnde & capite. 26. subdit. Quis nesciat credere esse infantibus baptizari? Quare tam paruuli quam adulti, ubi baptismum susceperint, cogi possunt ad obseruantiam fidei, & siquidem ab ea recesserint, ut hęretici & apostatę puniri. Idque diffiniuit Innocentius. 3. & cōfirmauit hęc sancta Synodus sesione. 7. can. 14. de baptismo, Didicerunt uero patres sic baptismum appellare ex August. lib. 1. contra Donatisto. ca. 8. Qui & alibi ait. Quid est paruulos habere fidem, nisi fidei sacramentum? Et in quadam Niceni Concilij pręfatione legimus, dominicum fidei signaculum appellatum a quodam seniore episcopo, qui in conspectu totius illius sacri Concilij, admirabili ac planè diuina uirtute philosophum quen-

Tum causarum iustificationis meminerit S. Synod.

Quare christus nō sit dictus causa efficiens, neq; instrumentalis.

B

Quare solus baptismus causa instrumentalis est dictus.

August.

Maiores de baptismo et eius effectu.

August.

dam ad fidem conuertit, & ut sacramentum baptismatis susciperet, mox C
Ambro. persuasit. Et Ambrosius super illa uerba Pauli, sed sanctificati estis &c. uocat baptismum fundamentum Euangelicæ ueritatis. Secundo, diffinitum
2. diffinitũ est a patribus, & capite octauo statim repetitur, iustificationem nulli sine fide contigisse. Quod quia in sexto, & octauo libro fusissime prosequuti
.3. sumus, hic intactum præteribimus. Tertio, diffinitum est, non æqualem esse omnium iustorum iustitiam, sed quosdam esse alijs præcellentiores, & iustiores. Et hanc inæqualitatem partim ex diuina uoluntate partim ex nostra proficisci, explicuere illis uerbis. *Secundum mensuram quam Spiritussanctus partitur singulis pro ut uult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem.* Verum hæc luculenter in proximi libri capite ultimo firmauimus.
.4. Quarto, diffinitum est in ipsa iustificatione simul cum remissione peccatorum accipere hominem fidem, spem, & caritatem. Ex quo insinuari uidetur, ut postea docebimus, uirtutes has connexas esse quo ad infusionem.
.5. Quinto, diffinitum est, Fidem sine operibus mortuam esse & ociosam. Sicut enim ociosus est, qui nihil operatur, ita fides ociosa est, cum nullos ex se gignit bonorum operum fructus. Et sicut mortuum corpus censetur, quod anima est destitutum, quæ uita ipsius est, ita fides & cœteræ uirtutes mortuæ censentur, cum a caritate seiunctæ sunt, quæ forma est, & uita ipsarum. In his autem, & quæ sequuntur usque ad finem capituli, aperte damnatur error præcipuus hæreticorum nostri temporis, qui fuit olim
August. de Eunomij & aliorum hæreticorum, qui teste August. etiam tempore Apo- D
fide et mo. stolorum docuerunt, solam fidem sine operibus sufficere ad iustitiam ac-
c.14. quirendam, & seruandam. Qua de re latissime egimus in opusculo de iu-
q.2. stificatione, & infra libro nono nonnihil adijciemus. Neque mirari quis debet, patres hoc loco ueritatem fidei ex ritu baptismi seruato ab Ecclesia
can.2. ostendisse. Olim idem factitauerunt patres in Concilio Mileuitano cum ex forma baptismatis paruulorum probarunt contra Pelagium, paruulos
Aug. epi. ex Adam trahere originale peccatum. Et Augustinus ex antiquitus tradi-
105. to, & retento Ecclesiæ ritu exorcizandi uidelicet paruulos in baptismate eos a dominatione Diaboli per eum liberari confirmat. Nam utique, ut idem in epist. 89. asseuerat, in Diaboli potestate esse non possunt, nisi ob originalis obligationẽ peccati, a quo immunes esse nequeunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum eripiantur, & resoluantur. Cunque illa quæ uerbotenus Apostolos tradidisse Ecclesiæ constat non minoris sint autoritatis, quam ea quæ scripto ipsam docuerunt, ita potuit efficax argumentum sumi ex illis, ac ex ipsis eorum scriptis, quia perpetuus Ecclesiæ ritus docet, illa ab eis emanasse. Siquis autem cupiat scire, an omnis fides peccatoris ociosa debeat censeri, & an sola fides iustorum per caritatem operetur, legat propositionem 2. q. 1. opusculi nostri de iustificatione.

De duo-

A *De duobus alijs quæ probabiliter uideri possunt diffinita in postremis huius capitis uerbis.* Cap. III.

DVo etiam alia notanda uidentur patres diffinisse circa finem huius capitis. In illis quippe uerbis. *Itaque ueram & Christianam iustitiam accipientes &c.* diffinitum uidetur, non esse Christianam iustitiam unam aliquam uirtutem, sed potius has, fidem, spem, caritatem. Itaque sicut benedictus. 12. in quadam extrauagante, quæ incipit, Benedictus Deus, diffiniuit beatitudinem esse uisionem Dei & fruitionem, & non esse solam uisionem, neque solam fruitionem, ita hic uidentur patres diffinisse, iustitiam Christianam non esse solam fidem, neque solam spem, neque solam caritatem, sed omnes tres simul. Et hanc fuisse sanctorum patrum sententiam, potest ex subiectis testimonijs constare. Ambrosius. Tria sunt maxime in uiro Christiano fides, spes, caritas. Augustinus. Quæ est uirginitas mentis? Integra fides, solida spes, syncera caritas. Et in sermone. 29. de uerbis domini eleganter exponit has tres uirtutes nobis esse designatas in tribus panibus, quos instanter, & feruenter a Deo petere docuit Christus, ut eum habeamus con uiuam nobis in hac uia, & in pane, pisce, & ouo, quæ adiecit patrem misericordiarum elargiri suis filijs. Et hæc postulare uidetur ratio Theologica. Quippe iustus non est, nisi qui recte credit, recte sperat, recte amat. Et qui recte & secundum quod oportet, credit, sperat, & diligit, is demum apud Deum & hoies iustus est & habetur. Neque de Christiana iustitia magnifice & pro

Christiana iustitia, fides, spes, caritas.

Amb. epi. 74.

August. in quodam serm.

B dignitate sentit, qui ad eam hoc tantum putat spectare, quod nos liberat a reatu peccatorum, & amicos Dei, & hæredes regni cœlorum constituit. Latius sese illa tendit, & porrigit, neque his, quanquam magnis illis quidem, & illustribus officijs contenta est. Renouat, ut supra tradidimus, animos nostros, & intellectum & affectum nostrum perfecte Deo subijcit, & facultatem ad bene & sancte operandum concedit. Hęc autem omnes hæ tres uirtutes facile pręstabunt, nulla tamen earum seiuncta præsertim ab alijs, præstare ullo pacto poterit. Neque debet quenquam mouere, si legat in Augustino, Gregorio, aut alijs doctoribus Christianam iustitiam esse fidem uel caritatem. De prima uel potissima parte iustitiæ Christianæ ea uerba sunt intelligenda. Sic etenim & ipsi nonnunquam dicunt, beatitudinem esse uisionem Dei, alias uero fruitionem Dei siue amorem beatificum. Et si de iustitia sit sermo, quæ non inchoatiue tantum, sed formaliter nos iustificat, nonnunquam concesserim, quod quidam magister doctissimus & ualde religiosus & plus sæpe concedit Lutheranis, Christianam iustitiam esse fidem, modo addant per caritatem operantem. Fides nanque etiã operans per caritatem non est gratia, ut recte ille disputat contra Melanchthonem & alios, neque formaliter nos iustificat, nisi forte sicut spes, & quæuis alia uirtus dici potest nos iustificare, quia facit habiles, & potentes ad operandum iusta. Christiana uero iustitia non hoc modo duntaxat debet iustificare, sed & formaliter constituendo gratos, & amicos Deo, & cõdonando peccata.

Diluitur tacita obiectio.

Fides non est christiana iustitia.

& nouos nos homines constituendo. In illis autem uerbis. *Eam, ceu primam* C
Rom.5. *stolam, pro illa quam Adam sua inobedientia sibi, & nobis perdidit, non est sané diffinitum, Adam habuisse gratiam ante lapsum.* Possunt hæc ad iustitiam originalem referri. Vbi.n. abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et a diuina in nos beneuolentia, & benignitate alienum non est, ut pro minori dono in
.2. Adam deperdito maius aliquod nobis meritis sui filij largiatur. Videtur uero his uerbis diffinitum esse, aliquod, uel aliqua dona fuisse in Adam, quæ eum iustum facerent ante quam sua inobædientia nobis & sibi ea perdidisset. Et quidem opinio asserentium Adam creatum in gratia, uel certe habuisse gratiam ante lapsum, uidetur his uerbis magis consona, & alijs quibus sessione quinta, canone primo & secundo, tradidit hoc conciliũ Adam in sanctitate, & iustitia creatum, & eam sibi, et nobis perdidisse. Quam sententiam constanter tradit Cyril. lib.1. in Io. c.15. & lib.2. c.3. & in fine lib.9. Et Augu. sæpe eandem sententiam innuit prẹsertim lib. de correp. & gratia. c.10. & .11. Quod si Adam ante lapsum non habuisset gratiam gratũfacientẽ pro se, & sua posteritate, nunquã natura nostra habuisset in eo ius regni cœlorũ, et ex consequenti, neque Adã sua inobædientia illud pro se & nobis perdidisset, neque propter peccatum Adæ excluderẽtur a regno cœlorum paruuli, qui moriuntur in peccato originali, neque in eis esset pœna magis illa exclusio, quam in illis, qui decederent in puris naturalibus. Quẹ quidem uidentur repugnare Paulo dicenti. Iudiciũ quidem ex uno in cõdemnationẽ. Et mox. Per unius delictũ in omnes homines in condemnationem. Condẽnatio.n. D potissimum significat & prẹ se fert expulsionẽ a regno. Verũ hæc sufficere possunt ad expositionẽ aliquã sententiæ patrũ, & confirmationẽ eorũ, quæ obiter ab eis sunt tradita. Redeamus unde digressi sumus, ac singulas quasq; nostræ iustificationis causas seorsum & singillatim exponamus, & quæ in eis præcipua sunt dubia & difficilia, pro exiguitate nostra enodemus.

Adam habuit gratiã ante lapsũ

Cyril.

August.

Solum Deum esse causam efficientem principalem nostræ iustificationis. Cap. IIII.

VT a certioribus, & minus dubijs, & a potissima causa nostræ iustificationis, quæ sint ipsius causæ, exponere incipiamus, illud nobis in primis persuadeamus, par est, Deũ solum esse causam efficientem principalem nostrẹ iustificationis, eiq; uni eam ex asse tribuẽdam. Ipse.n. prima est & præcipua omniũ causarũ, ipse primũ oĩum actionũ principium, ipse fontalis causa & origo primaria totius boni. Ei innitũtur quæcũq; sunt causæ in uniuerso, ab eo oẽs illæ pendent in esse, & in operatione sua, neq; subsistere aliqua earũ posset, neq; aliquã uim, aut efficiẽtiã habere, nisi ipse eas oẽs manu teneret, & uirtutis suæ & potentiæ quodãmodo participes faceret. Maximeq; hoc uerũ est, de causis, quẹ benignitate ipsius attolluntur & exaltantur ad opera supernaturalia, & uires naturæ excedentia, quale est nostra

Solus Deus causa est principalis iustificationis.

A iustificatio. Quãobrẽ sacræ literæ diserte & aperte Deo illã tribuunt & uindicãt. Quos uocauit, inquit, Pau. de Deo, hos & iustificauit. Et rursus. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? Et Psalmista dicit. Gratiã & gloriam dabit dominus. Et Iob. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Et per Esaiam ait. Non est absque me saluator. Et per Oseam. Saluator non est præter me. Et his oraculis edocti, & freti uidentur, qui referente Matthæo dixere. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Et ne quisquam putaret uel Christo uel alicui alij conuenire hoc nomen, nisi ratione diuinitatis, aut benigna ipsius communicatione, ut plurimum uideo adiungi in scripturis nomini saluatoris nomen Dei. Iob dicit. In carne mea uidebo saluatorem meum. David. Ipse Deus meus, & saluator meus. Ecclesiasticus. Collaudabo Deum saluatorem meum. Esaias. Ecce Deus saluator meus. Micheas. Expectabo Deum Saluatorem meum. Paulus. Apparuit gratia Dei, & saluatoris nostri. Et iterum. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Et alibi. Paulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei saluatoris nostri. Et rursus. Hoc est bonum, & acceptum coràm Saluatore nostro Deo. Et præter scripturas manifesta est ratio, quæ possit conuincere, Deum solum esse præcipuum autorem iustificationis nostræ. Quis enim alius ab ipso, offensam in eum commissam condonare queat? Quis peccatores ab eo auersos in ipsius gratiam reducere, & eos illi ualeat præter

Rom.8.f *Psalm.83* *Iob.14* *Esa.43* *Osee.13* *Mat.9* *Cur adiungitur nomini saluatoris nomen Dei.* *Iob.19* *Psalm.61* *Eccl.51* *Esa.12* *Mich.7* *Tit.2* *1.Tim.1.*

B ipsum reconciliare? Quis nisi ipse, uel ex ipsius gratia renouare possit interiorem hominem, ea præsertim renouatione, quæ est per illapsum specialem totius trinitatis, & uiuificam coniunctionem cum Christo, & donorum diuini ordinis communicationem? Quis nisi dono & ope ipsius, & a reatu pœnę ęternę absoluere, & a seruitute peccati liberare, & captiuitate dęmonis, cui non est potestas, quę comparetur super terram, eripere? Denique. Quis adoptet in filium Dei, & consortes facere diuinę naturę, & hęredes uitę ęternę constituat, nisi Deus ipse? Excedunt profectò ista uires omnium creaturarum naturales, neque satis intelligeret quantum, & quàm eximium opus sit iustificatio, qui eius aliam causam efficientem principalem, quam Deum ipsum sibi persuaderet. Si nemo potest, nisi rex, uel ipsius autoritate, & gratia fungentes, regis condonare offensam, aut inimicos ipsius ei reconciliare, aut adoptare ei aliquos in filios, & hęredes ipsius regni constituere, quanto minus est hoc credendum de remissione offensarum Dei, de reconciliatione cum ipso, de reditu in gratiam ipsius, de adoptione in filium Dei, denique de iure, & hęreditate regni cœlorum? Ita quidem hoc apertum est, & ex scripturis, & ex lumine ipso naturali, ut quantuncunque in rebus persępe manifestis delyrauerint, qui fidei filum & ductum secuti non sunt, tamen Deum esse causam pręcipuam nostrę iustificationis, omnes, quibus illa innotuit, constantissime & uno omnino ore semper asseuerarint.

Solum Deum causam esse finalem ultimatam nostræ iustificationis. Cap. V.

C

NEque minus certum est, Deum solum esse causam finalem ultimatam nostrę iustificationis. Habent omnia, quę a Deo fiunt hanc pręcellentem, & admirabilem naturam, ut commendare suum factorem desiderent, & sicut ab illo fluunt, ita & in illum tendant, & illum suo modo appetant, ipsiusque gloriam & manifestare, & illustrare percupiant. Ipse est alpha & o mega, hoc est, principium & finis omnium creaturarũ. Et ut omnia per eum, ita & omnia sunt propter eum, & ipsius glorię seruiunt, & quę inuisibilia sunt illius, uisibilia & nobis nota faciunt. Eanque ob causam Ecclesiasticus dicit. Gloria domini plenum est opus eius. Omnia enim opera Dei, & sicut ait Psalmista, omnia ossa nostra dicunt. Domine, quis similis tibi? Nec solum ex ordine quodam naturali rebus omnibus diuinitus indito, Deus est omnium earum ultimatus finis, est etiam ex ipsa sui ipsius relatione, & ordinatione. Omnia siquidem propter seipsum, teste Ecclesiastico operatus est dominus. Et Dionysius dicit, omnia in se Deum conuertere, utpote omnium causam. Atq; hoc Deus facit, non quia bonorum nostrorum, aut ullius glorificationis nostræ indigeat. Nihil ei addi potest, neque minui, nihil accrescere, aut decrescere. Sed hoc facit, ut creaturas suas nobilitet. Magna quippe gloria earum est, ut & ex natura sua, & ex uoluntate, & relatione diuina, in Deum, & in ipsius gloriam ordinentur. Peculiariter uero ipsum, & ipsius gloriam finem esse nostræ iustificationis, possumus probare. Prædestinauit enim electos, sicut Paulus asserit, in adoptionem filiorum per Iesun Christum in ipsum, uel sicut apertius Græce legimus εἰς αὐτόν, hoc est, in seipsum. Quod & statim Paulus exposuit subdens, in laudem gloriæ gratię suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Et paulo post. In quo etiam nos sorte uocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo.

Apoc. 1. Rom. 1. Eccl. 42. Psalm. Eccl. Dio. 4. de diui. no. Ephe. 1

D

Christum multipliciter esse præcipuam secundum Deum causam nostræ iustificationis. Cap. VI.

QVanquam autẽ solus Deus principalis causa est, & primaria nostræ iustificationis, cum nihil suis creaturis inuideat, sed omnia quorum eas cõueniat esse participes, benignissime illis cõmunicet, quo et in hoc opera manuum suarum nobilitaret, & supra se attolleret, & amabiliora nobis faceret, uoluit nonnullas creaturas, & ei ad hoc clarissimum opus nostræ iustificationis suo quodã modo cooperari. Et inprimis in hoc elegit, & hac gratia, & prærogatiua honorauit humanitatem Christi. Voluitque eam esse, sicut Damascenus dicit, organum quoddam coniunctum diuinita-

Damas. in 3. orthod. fid.

A tis ad opus nostræ redemptionis. Vnde et in scripturis nunc brachium domini, nunc dextera, nunc manus absolute nominatur. Neq; uno tantū modo uoluit Deus Christi humanitatem, uel Christum potius, quatenus homo est, nostræ iustificationis causam esse, sed multipliciter, & diuersimode. Est enim, ut patres hoc capite diffinierunt, causa ipsius meritoria. Et præter hoc etiam causa ipsius efficiens, seu instrumentalis. Præparatoria item, et ministerialis, ac tandem & exemplaris, & finalis. Et q fuerit præparatoria, & ministerialis nullam habet difficultatem. Fuit nanq; sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & nonnullos peccatores sua autoritate, & ministerio absoluit multo efficacius, & præcellentius, quam alij sacerdotes. Et uerba illius, & opera, & passiones, ac deniq; tota ipsius uita, eximia quædam, & præcellens fuit præparatio nostri ad gratiam iustificationis. Quēadmodum uero alijs etiam quatuor modis causa ipsius fuerit, non est omnibus satis perspicuum, neq; desunt aliqua in ipsis dubia, quæ explicatione & enodatione indigeant. Et propterea de ipsis singillatim suo ordine deinceps agemus.

Christus ut homo quī que modis est causa iu stificatiōis

Heb. 7. c

Christum fuisse causam meritoriam nostræ iustificationis. Cap. VII.

QVod primo de Christo statuerunt patres in hoc capitulo, est nimirum, ipsum esse causam meritoriam nostræ iustificationis. Et hoc quidem in cōfesso uideo esse apud omnes catholicos, neq; scio ab aliquo hæretico unquam negatum. Causa uero, propter quam ita constanter id asseritur, non obscura est. Precioso ille sanguine suo pro nobis plenissime patri cœlesti satisfecit, & dum exactissime mādata omnia ipsius in hac
B uita seruauit, ea omnia uoluit nobis ad iustificationem nostram prodesse. Quo factum est, ut præcellentibus suis operibus, & perpetua totius uitę suę grandium dolorum, & laborum tolerantia, ac beneficentissima sua in nos uoluntate, non solum pro nostris debitis cumulatissime satisfecerit, sed & nos Deo reconciliauerit, & iustificationem nostram meruerit. Intuitu quidem Christi reconciliauit nos sibi Deus, ut copiose lib. 4. docuimus, non solum, quia ob gratiam ipsius nos admisit in suam gratiam, sed quia uere ille hoc promeruit. Non enim propter Christum sumus in gratiam cęlestis patris admissi sicut intuitu fratrum aut amicorum nostrorum possunt aliqui in nostram gratiam esse admissi, tametsi neque fratres, neque amici hoc sint promeriti, sed nostram reconciliationem iuste Christus suis meritis obtinuit, & fuit illa præcellentiæ ipsorum debita. Et cum patres asseruerūt, Christum causam esse meritoriam nostræ iustificationis, hoc uoluerūt cunctis fidelibus constare, non utcunq; intuitu Christi nos iustificari, sed propter merita ipsius. Vnde & c. 3. eos asseruerunt duntaxat iustificari, quibus merita Christi communicantur. Et nisi hoc modo nos Deus iustificaret propter Christum, non diceret scriptura, ut supra quam plurimis testimonijs ostendimus, Christum nos iustificasse, & sanctificasse. Nam uti neq; amicus meus posset dici fecisse, quicquid ego intuitu quidem ipsius, sed præter

Lib. 4

dus meritum fecissem. Porro cum dicimus, Christum non tantum satisfecisse pro nostris peccatis, sed & nostram iustificationem meruisse, satis insinuamus potuisse patri cœlesti exolui quidquid debebamus, quin ab eo iustificaremur. Potest quippe Deus de potentia sua absoluta, sicut & quilibet nostrum, remittere offensas in se patratas, necq; tamen offendentem, ad amicitiam, & perpetuam familiaritatem admittere. Ne tamen unum absq; altero fieret, Christus singularibus suis meritis impetrauit. Ideo uero peculiariter profitemur, cum meruisse iustificationem nostram, quia suis præcellentibus operibus, & feruentissimis orationibus tria impetrauit, & paruulis, & adultis necessaria ad eorum iustificationem. Meruit siquidem primo ipsam iustificationem, qua & in gratiam redimus cum Deo, & peccata nobis remittuntur, & spiritu renouamur, & in filios Dei, & hęredes uitæ ęternę adoptamur. Meruit secundo duo ipsam iustificationem antecedentia. Nam & sacramentis impetrauit uirtutem iustificandi, & opera, quæ requiruntur ad iustificationem adultorum, sufficientia in eam fecit. Et meritis ipsius fit tertio, ut adulti habeant auxilia necessaria ad ea opera, & ut baptizent, uel baptizari faciant infantes. Et q; hæc omnia propter Christum fiant lib. 4. satis monstrauimus. Nisi autem ob merita Christi hæc nobis contingerent, & eiusmodi sufficientiam, quam expressimus, haberent, non omnino iustificari diceremur ex meritis Christi, sed tantum ex lege, & gratia Dei, qui pro sua immensa misericordia hæc nobis remedia salutis, gratis statuerit, cum nós nihil tale potuissemus uiribus, aut meritis nostris acquirere. Sed cum extra controuersiam sit, Christum satisfecisse pro nobis, & nostram iustificationem meruisse, non est tamen apud omnes citra ambiguitatem receptũ, an ex condigno, & de iustitia satisfecerit pro nobis, & nostram iustificationẽ meruerit. Quare ad id explicandum progrediemur.

Tria nobis Christus meruit spectãtia ad iustificationẽ

C

D

Quod Christus ex condigno satisfecerit pro nobis, & nostram iustificationem meruerit. Cap. VIII.

Dubitent uero de hoc, qui uolent, mihi certe indubitatum est, eritque semper, quod docent in .3. sententiarum communiter scholastici doctores contra Durandum, satisfecisse Christum pro nobis ad condignum, & meruisse iustificationem nostram ex condigno, & ex rigore iustitiæ. Dedit enim plus quam debebamus pro peccatis nostris, quia melior fuit uita ipsius, & maius multo bonum, quam mala fuerunt peccata nostra. Nam uita ipsius uita Dei erat, & hominis infinite grati Deo. Et petiuit ille iustificationem nostram, & omnia ad eum necessaria, dum reuerentissime, & feruentissime postulauit remissionem peccatorum nostrorum, sanctificationemq;, & consummationem, & beatitudinem nostram, & ut unum essemus per amorem cum ipso, & cum patre cœlesti. Et dignissimus ipse erat, qui a patre exaudiretur, quia innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, excelsior cœlis, & unice ab eo dilectus. Dignissima etiam erant his prę mijs obsequia, quæ ipse patri pro eis impetrandis exhibuit. Vnde & Pau-

Christus meruit ex iustitia iustificationẽ & satisfecit pro nobis ad cõdignum.

Arg. 1

Ioan. 17. c

Heb. 7

.5.

A lus exauditum eum dicit pro sua pietate, et reuerentia, cum in diebus carnis suæ preces, & supplicationes pro nobis patri offerret, & autorem eum appellat salutis nostræ, & sanctificare nos asserit, & per passionem consummatum, constanter affirmat factum esse obtemperantibus sibi causam salutis æternæ, & per proprium sanguinem æternam redemptionem inuenisse, atque una sui corporis oblatione cõsummasse in sempiternum sanctificatos, per uelamenq; carnis suæ initiasse nobis uiam nouam, & uiuẽtem in ipsum cœlum, in quod præcursor pro nobis introiuit. Et Esaias hoc futurum esse præmium meritorum mortis, orationis, & laborum ipsius olim prædixerat his uerbis. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen lõgæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, uidebit, & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispartiã ei plurimos & fortium diuidet spolia, pro eo q̃ tradidit in mortem animam suã, & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Equidem aut nullus potest satisfacere pro culpa alterius ex condigno, uel quidpiam mereri apud alium de condigno, aut Christus sua morte satisfecit pro nobis, & iustificationem nostram meruit de cõdigno. Nullum enim obsequium tam iuste potest mereri aliquod præmiũ, quam iuste merebatur mors illius nostram iustificationem. Et nulla potest satisfactio magis condigna esse, & æquiualens alicui debito, quam passio Christi fuit ęquiualens omnibus debitis nostris. Quippe uita illius multo maioris uirtutis, & ualoris, & maiori præmio digna fuit, quam fuerit liberatio a pęnis, quas debebamus pro peccatis, & quam sit nostra omnium iustificatio. Et magis placuit Deo oblatio, qua se Christus ei obtulit in cruce, quam displicuerant peccata nostra. Nam seipsum Deus obtulit pro nobis. Per incarnationem enim inuenta est uia, qua homo posset offerre filium ipsum Dei, patri cœlesti. Hac autem oblatione, quid esse, aut dici, aut cogitari potest uel maius, uel augustius, uel ipsi patri cœlesti carius, aut magis acceptum? Profecto propter hoc psalmista copiosam dicit fuisse apud Deũ nostram redemptionem. Quod si tantum ex congruo meruisset Christus nostram iustificationem & satisfecisset pro nobis, non sanè copiosa illa fuisset, sed pauper & imperfecta, atq; in multis diminuta. Et quid necesse fuit Dei filium incarnari, & pro nobis pati, si neq; ipse pro nobis satisfecit ad condignum? An non fuisset satis ad satisfactionem, & redemptionem nostram ex congruo pura creatura? Possent etiam hæc confirmari omnibus argumentis, quibus in nostro opusculo de iustificatione probauimus, iustos mereri gloriam ex condigno. Dignior enim fuit Christus, & digniora multo ipsius opera omnibus præmijs, quæ nobis meruit quam iusti sint digni gloria. Et ita ea Deus erat Christo pollicitus, & ex lege saltem ei debebantur, neq; poterant negari, ac gloria debetur iustis ex promissione diuina, et multo magis. Sed & Paulus a nobis stat, cum ait. Sicut, per unius delictum in

[Margin notes: Esa. 53 · Arg. 2 · B · Arg. 3 · Psal. 129 · Arg. 4 · Arg. 5 · q. 5. A · Arg. 6 · Rom. 5]

omnes homines in condemnationem, ita & per unius iustitiam, nẽpe Christi, in omnes homines in iustificationem uitæ. Sicut enim per inobedientiã unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obœditionem iusti constituentur multi. Si peccatum Adæ, ut in cõfesso est apud omnes catholicos, ex iustitia fecit omnes suos posteros peccatores, & condemnationis perpetuæ reos, obtinuerit nobis iustitia & obœdientia Christi, ex iustitia, & ex condigno nostram iustificationem. Alioqui nulla similitudo, neq; proportio fuisset inter delictum Adæ & iustitiam Christi, & incommode illa inter se Paulus cõtulisset. Sed apertius & ualidius est, quod statim ab eodem subnectitur. Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donũ in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et nõ sicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, donationis & iustitiæ accipientes, in uita regnabũt per unum Iesun Christum. Et paulo post. Vbi abundauit delictum, super abundauit & gratia, ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiã in uitam æternam per Iesun Christum dominum nostrum. Quid his potest clarius, aut efficacius pro nobis requiri. Diserte nimirum his uerbis asseritur potentior multo fuisse iustitia Christi ad iustificandum q̃ peccatum Adæ ad condemnandum, et plenius Christus satisfecisse pro nobis quam nos rei eramus, & obnoxij per peccatum Adæ. Non enim alias abundasset gratia supra delictum ipsius Adæ, neq; ad plures, neq; ad plurium delictorum remissionem se gratia Christi extendisset, neq; magis ad uitam, & regnum Christi perduceret, quam delictum Adæ ad mortem, & condemnationem. Si ergo Adã ex iniustitia subiecit nos morti & peccato, & Christus multo magis ex iustitia nos iustificauit. Et si pleniorem ille exhibuit pro nobis satisfactionem, q̃ nostra exigebant delicta, non tantum ad condignum, sed & supra condignũ pro nobis ille satisfecit.

Satisfit argumentis contra satisfactionem & meritum Christi ex condigno. Cap. IX.

QVoniam tamen non infirmis neque prorsus contemnendis argumentis conãtur quidam suadere, Christum non satisfecisse pro delictis nostris ad condignum, neq; proprie ex condigno iustificationem nostram meruisse, commodum erit, ea prius diluere, quam ad ulteriora procedamus. Ac primo quidem sic pro se argumentatur Durandus.

1. Arg. Dur. Non potuit Christus ut homo reddere æquiualens beneficijs sibi a Deo collatis. Deo. n. parentibus, & magistris æquiualens reddi non potest secundũ Philosophũ. Et beneficia diuina, ipsa gratiarum actione, & relatione crescunt, & maiora fiunt, quia ab eo accipimus, ut ei gratias agamus, & pro uirili nostra referamus. Satisfactio aũt ad condignum est redditio æquiualẽtis alias

A tis alias indebiti. Qui non potest reddere æquiualens ijs, quæ accepit, multo minus poterit ad condignum satisfacere pro alijs. Nam satisfactio ad cōdignum, redditio est ęquiualētis alias indebiti. Quid etiam potuit Christus offerre patri cœlesti pro nobis, quod non esset summo iure ipsius, quodque non ei arctissime deberet? Dominus omnium est pater cœlestis, et Christus ut homo seipsum, uitamque suam strictissime ei debebat, tantoque strictius, quāto maiora multo, & plura beneficia a Deo acceperat, quam reliqui omnes. Multa uero intersunt inter satisfactionem pro culpa, & satisfactionem pro beneficijs acceptis, seu gratiarum actionē, uel relationem. Et hoc ante nos prudenter admonuerūt sanctus. Tho. in. 3. d. 20. q. 1. ar. 2. & Capreolus ibidē. Satisfacere quidem posset regi pro Petro Andreas, quanuis nequeat ei reddere gratias pares beneficijs acceptis. Quoniam potest multo minus esse Petri debitum, quam sint beneficia, quæ Andreas acceperit a rege. Atque eadem ratione, quia multo minora erant, quæ nos Deo pro peccatis nostris debebamus, quam quæ Christus in sua humanitate a Deo accepit, quanuis reddere ille non potuerit paria beneficijs a se acceptis, potuerit quidem pro nobis etiam ad æqualitatem satisfacere. Adhæc. Satisfactio pro culpa, ipsa redditione uel perpesione eius, quod debetur, resoluitur, uerum debitum gratias agendi, uel referendi Deo pro beneficijs acceptis, ipsa gratiarū actione; & relatione excrescit, quia ipsa gratiarum actio, seu relatio, beneficium nouum est. Dein. Potest esse creatura, quæ nihil debeat pro culpa, non autē quæ nihil Deo debeat pro beneficijs ab eo acceptis. Quanto enim innocē- *Respon. 1 Latū discrimē inter satisfactionē pro culpa & pro beneficijs.*

B tior, præcellentior, aut maioribus Dei donis insignita, tanto ei plus obæra ta est & deuincta. Itaque quanuis Christus, neque agere potuerit patri suo, neque referre pares gratias beneficijs a se acceptis, neque nos quidem possimus satisfacere beneficijs nobis collatis, poterat tamen & ipse, & nos possumus ipsius satisfactioni innixi, pro nostris delictis Deo satisfacere ad condignum. Neque ut Christus satisfecisse censeatur ad condignum pro nobis, opus est, ut nos perduxerit ad statum, in quo nihil deberemus Deo, sed satis est, ut reparauerit nos ad æqualem statum ei, a quo excideramus. Et tāto melius, & copiosius pro nobis satisfecerit, quanto nos plurium beneficiorum debitores constituerit. Et ad condignam pro nostris delictis satisfactionem nihil opus erat, ut offerret Christus Deo, quę non erant ipsius Dei. Fieri enim hoc non poterat. Nam absolutum ille, et plenissimum habet rerum omniū dominium. Sufficiebat autem, ut toleraret mortem, quam nō debebat pro suis peccatis, & ut uitam illis laboribus, & doloribus afflictam, quorum ipse minime erat debitor, offerret patri pro nobis, quatenus quę erant ipsius per uniuersale omnium dominium, essent etiam ipsius per uolūtariam oblationem factam ei pro nostris peccatis. Possemus etiam adijcere, ut plenius huic argumento satisfaciamus, & pręcellentia satisfactionis Christi magis innotescat, non solum ad condignum satisfecisse pro nostris peccatis Christum, dum se obtulit, uitamque suam patri in cruce, sed & ęquiualens reddidis *Respon. 2* *Respon. 3*

se beneficijs omnibus,& sibi,& nobis a Deo collatis. Fuit etenim oblatio C
sua in cruce infinitę sufficientię,non solum ad satisfaciendum pro peccatis,
sed etiam ad gratias agendum,& referendum Deo pro se, & pro nobis.
Quod nanq; tūc obtulit Deo,infiniti ualoris fuit.Obtulit quippe se ipsum,
uitanq; suā,& quidquid ipse erat,& quidquid in ipso erat, quod offerri pos
set a Christo secundum humanitatem suam.Et ubi non nisi uitam humanā
obtulisset quia illa erat uita Dei, & uita hominis infinite quodam modo a
Deo dilecti,infiniti precij,& ualoris erat.Et quod Aristoteles dicit,Deo pa
rentibus,& magistris reddi non posse æquiualens,intelligendum est de per
sonis finitis.Non enim meruit ille agnoscere,aliquam personam humanam
posse esse,quæ ualeret & Deo tantū reddere,quantū ab ipso acceperat,quę
que in ipsa relatione gratiæ,uel nullum beneficium acciperet, uel certe ipsa
Obiect. 2. relatione etiam pro ipso,& pro alijs omnibus plenissime satisfaceret. Secū
do potest aliquis contendere,Christum non satisfecisse pro nobis patri suo
ad condignum,quia non tenebatur pater cœlestis acceptare satisfactionem
sui filij pro nobis,immo poterat eam non acceptare. Nihil enim ad extra
necessario amat,seu acceptat, sed omnia contingenter iuxta beneplacitum
Responsio uoluntatis suæ. Sed hoc argumentum infirmo nititur fundamento. Non
Satisfactio requiritur ad satisfactionem condignam pro aliquo debito, uel offensa, ut
condigna. eam teneatur acceptare,cui illa exhibetur,sed satis prorsus est, si illa æqualis
sit debito,& maiorem satisfactionem iure exigere non posit is, cui ea de-
betur.Si Petrus debeat centum aureos ducales Ioanni,& Petrus eos ei red-
dat,satisfaciet profecto ipsi ad condignum,siue Ioannes eam teneatur, aut D
uelit satisfactionem acceptare,siue non. Sufficit enim Petrum reddere,quā-
tum debet,& Ioannem non posse plus ab eo exigere. Atq; ideo,cum Chri
stus,dum exhibuit patri cœlesti uitam suam pro nobis,tantum,immo cer-
te plus ei reddiderit,quam nos debebamus,satisfecerit nimirum pro nobis
ad condignum.Et impertinens omnino est,neq; ad propositum nostrum
quicq; refert,an obligatus fuerit pater cœlestis,satisfactionem ipsius accepta
re,& an potuerit illam non acceptare,nec ne.Quidquid circa hæc dicatur,
stabit firmum,& immobile,Christum satisfecisse pro nobis ad condignū,
hoc est,ad iustum,& ad ęqualitatem,ita ut iure a nobis nihil ualeat amplius
Obiectio.3 exigi.Sed dices.Non potuit Christus pro nobis satisfacere, nisi supposita
aliqua liberalitate, & beneficentia diuina, nempe q humanitas ipsius Deo
esset grata.Requiritur enim,ut quis ad condignum satisfaciat Deo,ut sit ac-
ceptus ei secundum eam naturam,secundū quam debet satisfacere. Et siue
humanitas Christi fuerit grata per gratiam gratum facientem, siue & absq;
illa,potuerit ei esse grata propter unionem hypostaticam ad uerbum,eguit
illa absq; dubio gratia aliqua,& benignitate diuina, ut esset ei grata. Nam
Deus nullam creaturam necessario amat, & non poterat nisi ex beni-
gnitate diuina fieri, ut uel infunderetur ei gratia, uel uniretur ea hipostati-
ce uerbo,ut a Deo amaretur. Cum igitur nemini satisfieri posit ad condi-

A gnum pro eis, quæ ipsi quomodocunque debentur, nisi posset ei satisfieri etiam seclusa omni liberalitate ipsius, neq; potuerit Christus patri ad condignum satisfacere. Quandoquidem satisfacere ei non potuit, nisi supposita liberalitate ipsius. Et alias etiam creatura pura potuisset patri satisfacere pro nobis ad cōdignum. Potuisset siquidem satisfacere, ubi gratiam ei Deus dedisset summam, & legem benigne sanxisset, secundum quam ipsius mors esset pro redemptione humani generis accepta sibi ad idem præmium, ad qd fuit acceptata mors Christi. Non minuit tamen de condignitate satisfactionis liberalitas, quæ nihil minuit de debito, sed eum qui debet, potentem facit ad exoluendum totum debitum. Vere gener Petri satisfacere dicetur ad condignum Petro, si ei soluat mille scuta quæ ei debebat, tamet si eos non habuisset, nisi benigne Petrus tradidisset in uxorem, suam filiam, & pro dote ei assignasset bis mille, unde ille potuisset resoluere debitum mille scutorum. Quare licet homo non potuerit Deo reddere, quātum ei debebat pro peccatis, nisi Deus suum filium benignissime nobis dedisset, & naturę nostræ coniunxisset, non inde consequitur, ut non ei potuerit ad condignum satisfacere. Ea enim gratia diuina supposita, homo potuit etiam amplius reddere, quam deberet, ac uere reddidit. Deinde. Esto magna gratia fuerit facta humanitati Christi per hoc, ꝙ Deus eam summe amauerit, & sibi in unitate suppositi eam uniuerit, tamē filio Dei, qui uerius, & magis proprie pro nobis satisfecit, quā sua humanitas, sicut nulla gratia facta est per hoc, ꝙ unitas ei fuerit nostra humanitas, ita nulla etiam gratia facta est per hoc, quod eius humanitas Deo accepta fuerit. Debebatur nanq; hoc ipsi, & debetur, ut quęcunq; natura ei fuerit coniuncta, eo ipso Deo sit grata. Potuit igitur Christus, uere pro nobis satisfacere ad condignum absq; ulla in se facta liberalitate. Et in hoc satisfactio illius eximie superauit omnem satisfactionem, quę exhiberi potuisset a pura creatura supposita aliqua gratia, et largitate diuina. Tandem obijcietur. Si Christi humanitas peccasset, non potuisset ad condignum pro se satisfacere. Ergo neq; nunc potuit pro nobis sic satisfacere. Verum consecutio ista nihil ualet. Potest iustus plus alijs prodesse, quā peccator sibi. Et quanq; humanitas Christi quandiu fuerit unita uerbo, peccare nullo modo potest, ut antiquiores & grauiores Theologi post Augustinum defendunt, si tamen extitisset in rerum natura antequam uerbo uniretur, & ex infirmitate aliqua peccasset, qui potuit satisfacere, & uere satisfecit pro alijs ad condignum, potuisset utiq; & id ipsum multo magis pro sua ipsius humanitate, si sibi eam dignatus fuisset coniungere. Nulla itaque causa relinquitur, ut dubitare quispiā debeat, quin Christus satisfecerit pro nobis ad condignum, & iustificationem nostram meruerit ex condigno.

Marginal notes: Respon. 1 (at "Non minuit tamen"); B (at "tas ei fuerit"); Respon. 2 (at "Deinde"); Obiect. 4 (at "Tandem obijcietur"); Responsi. (at "Verum consecutio")

De uarijs scholasticorum opinionibus circa iustificatiuam Christi uirtutem. Cap. X.

CVm extra controuersiam sit, Christum secundum suam humanitatem, causam esse nostrę iustificationis, quia et plenissime satisfecit pro

peccatis nostris,& iustissime illam meruit,disquiri tamen merito potest,an C
etiam secundum eandem humanitatem fuerit, & sit causa efficiens eiusdem iustificationis alia aliqua ratione, ita uidelicet, ut etiam seclusis suis eximijs meritis,uere ei conuenerit,efficere nostram iustificationem,& cum patre ad eam effectiue concurrere. Quod quidem si uerum sit, multis ille & magnis interuallis,& quod Græci dicũt,δὶς διὰ πασῶν,antecelluerit eos,qui causa sunt iustificationis aliorum,quia illam merentur ex congruo. Non enim tã tum illos ipse uicerit,quia ex se & ex condigno ille meruit, quod illi tantũ ex congruo & ex gratia ipsius,sed & in hoc superabit,quod cum patre cœlesti effectiue operatus fuerit nostrã iustificationem. Et quidem apud omnes certum est,humanitatẽ Christi neq; fuisse,neq; esse potuisse causam principalem efficientem nostræ iustificationis,immo nec respectu ipsius ualuisse habere aliquam efficientiam,nisi ex dono & concessione Dei. Idq; supra diffuse monstrauimus cap.4. Illud tamen ambiguum est inter doctores, an ex Dei concessione subleuata fuerit Christi humanitas, & supra suam naturam ad hoc exaltata,ut instrumentaliter saltem coeffecerit cum Deo nostrã iustificationẽ. Qua de re duę sunt celebres opiniones inter doctores Scholasticos. Quidã humanitatẽ Christi,seu Christũ ut hominem asserunt nullam efficientiam aliam habuisse respectu nostræ iustificationis,nisi quia illam meruit,& impetrauit. Et hanc opinionem omnes illi iudicio nostro, tuerentur, qui asserunt gratiam a solo Deo creari, neq; ullam creaturam posse aliquo modo concurrere cum Deo ad ipsius creationem, cuius opinionis aperte D
sunt Henrricus Gidensis quodli.5.q.23.& doctor noster subtilis in.2.d.37. &,in 4.d.1. q.1. Alij uero magnificentius aliquid cogitantes de humanitate,quam Deus sic dilexit,& exaltauit, ut eam sibi in unitatem suppositi uniuerit,dicunt eam fuisse causam instrumentalm nostræ iustificationis, & non tantum meritoriam. Et huius opinionis aperte sunt sanctus Thomas, 1.2.q.112.art.1.& Cardinalis Caietanus,com.3.partis.q.14.ar.2.et alij uiri doctissimi,sectatores doctoris angelici. Varie tamen,& non uno dũtaxat modo hæc opinio a suis autoribus defenditur. Quidam sic eam tuentur,ut dicant humanitatem Christi non concurrere ad productionem gratiæ gratum facientis,sed ideo dici eam concurrere instrumentaliter ad iustificationem nostram,quoniam Deus hominibus,quos iustificat, infundit gratiam quia Christus passus est pro illis. Alij uero,ut Caietanus ubi supra,uere, & proprie defendunt,Christum secundum suam humanitatẽ instrumentaliter concurrere ad nostram iustificationem, & attingere ipsam productionem gratiæ. Videamus quæ opinionum istarum probabilior sit, & certa ab incertis,& probabiliora a minus probabilibus distinguamus.

Duplex opinio de efficacia humanitatis Christi ad iustificãdũ

Henr.

Sco.

Tho.

Caie.

Christum secundum suam humanitatem esse & fuisse causam efficientem instrumentalem nostræ iustificationis, aut certe ministerialem. Cap. XI.

Proposi. 1 AC primo quidem illud ab omnibus catholicis recipi uideo,& certũ esse nihil ambigo,Christum secundum suam humanitatem potuisse

iustificare

C A iustificare quencunque hominē uoluisset, & iustificasse Paralyticum, Magdalenam, et latronem, eo modo saltem, quo sacerdotes nouæ legis absoluūt a peccatis pœnitentes, & uere ministerialiter iustificare possunt immediate p. sacramenta. Fuit enim Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech & pleniorem habuit, & multo augustiorem potestatem absoluendi a peccatis, quā omnes sacerdotes nouæ legis. Dedit nimirum ei pater cœlestis singulari prærogatiua clauem Dauid, ut cui ipse aperiret, nemo posset claudere, & cui clauderet, nemo posset aperire. Et sacerdotes nouæ legis ab eo participant suam potestatem. Et quam illi habent limitatam potestatem, ipse illimitatam, & in omni plenitudine habuit. Et hæc est potestas excellentiæ, quam communiter docent Theologi in eo fuisse. Ac ratione huius potestatis, in multis exuperauit omnes sacerdotes nouæ legis. Potuit ipse sine sacramentis, & cum sacramentis, sine dispositionibus debitis, & cum illis iustificare perfecte, & absoluere ab omni culpa, & ab omni pœna quos uoluisset, & ad quancunque distantiam. Sed sacerdotes gratiam conferre sine sacramentis non possunt, & per solum baptismum condonare ualent totam pœnam pro peccatis debitam. Neque frustra habuit Christus hāc tantam & tam admirandam potestatem. Vsus est & illa, cum iustificauit sine ullo sacramento Paralyticum, Magdalenam, & latronem suæ comitem passionis, atque eos ab omni culpa & pœna plenissime absoluit. Et quod eis præstitit, potuit absque dubio & quibuscunque uoluisset præstare. Neque impediri poterat ulla terrarum distantia. Omnia nuda sunt & aperta oculis eius, etiā secundum humanitatem, ad omnes se illius extendebat potestas, & omnia ei tradiderat cœlestis pater in manus. Itaque si sacerdotes nouæ legis sunt uere causæ instrumētales gratiæ, & eorum character potestas est, ex qua ipsi possunt iustificare, multo magis hoc habuerit Christus secundum suam humanitatem. Sed parum hoc est, si prærogatiuas spectes, quibus Deus sanctissimam suam humanitatem exornauit. Adijciam ergo his probabilius etiam esse, Christum, quatenus homo est, habuisse uim, & potestatem instrumentaliter iustificandi omnes homines. Et hoc nobis ille ostendit, cum dixit paralytico cuidam, Cōfide fili, Remittuntur tibi peccata tua. Nam cū quidam de scribis Iudæorum dixissent intra se, ut refert Matthæus, Hic blasphemat, uidens Iesus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Et ut ostenderet, non se usurpasse potestatem, quam non habebat, sed potius illis uerbis functum se fuisse autoritate sibi concessa, subiecit. Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge, & ambula? Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et ut testatissima esset hæc potestas, & uirtus Christi, confestim sicut refert Lucas, surgens ille coram omnibus, tulit lectum, in quo iacebat, & abijt in domum suam magnificans Deum. Si Christus ut homo non habuisset potestatem remittendi peccata, & ex consequenti etiam iustificandi,

Esa.22.f
Apoc.3.b
Potestas excellentiæ Christi.
Concessit Christus aliquibus plenissimā indulgētiā
B *Heb.4.d*
Ioan.13.a
Propo.2
Arg.1
Matt.9.a
Lu.5.e

nunquam dixisset. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem C
in terra dimittendi peccata, &c. neq; ad confirmationem eius potestatis sa-
nasset paralyticum. Indicabat enim illis uerbis, & eo facto, eam potestatem
se habere, etiam quatenus homo erat, neq; blasphemare se, etiam si, ut illi in
tellexerant, secundum q͂ homo sibi eam uindicaret potestatem. Et q͂ hoc
uoluerit Christus illo tanto miraculo confirmare, satis nobis demonstrant
Mat.9.a uerba, quae subiecit Matthaeus statim. Videntes autem turbae, timuerunt, &
Arg.2 glorificauerunt Deũ, qui dedit potestatē talē hoibus. Deinde. Ipse diserte di
xit post resurrectionem suam apostolis suis, datam sibi esse omnem pote-
statem in coelo, & in terra. Ergo ab eo saltem tempore potestatem habuit
iustificãdi. Non enim ut & Glo. ordinaria bene admonet, haec de se dicebat
secundum diuinitatem. Nam secundum eam nihil ei poterat nouum conce
Arg.3 di. In illis autem uerbis manifeste nouam aliquam gratiam sibi factam signi
Tho.3.p ficabat. Item habuit Christus potestatem ad faciẽdum miracula, & sicut do
q.13.ar.2 cent celebres autores extendebat se illa ad omnes actiones miraculosas or
Caie.ibid. dinabiles ad finem incarnationis, qui fuit instaurare omnia. Atq;, ut hęc po
Dur.in.3 testas nota esset nobis ex potestate fecit uel omnia, uel certe plurima miracu
dis.14.q.5 la ex his, quae patrauit, fuitq; ipsius humanitas instrumentum & sicut Da-
ar.3 mascenus dicit, organum diuinitatis, ad ea perficiẽdum. Vnde & Cyrillus,
Dam.3 propter hoc dicit, non tantum uerbo, & imperio eum fuisse usum in exsu-
Orth.fi. scitandis mortuis, sed etiam tactu sui corporis, ut uel sic ostenderet efficacē D
Cyr.4.in propriam carnem ad praestandum remedia. Et si sancti homines, non tantũ
Ioan.c.15 merito, & precibus faciunt miracula, sed plaerunq; etiam ex potestate, sicut
Greg.2 Gregorius tradit in Dialogis, quanto magis hoc est credendum de Chri-
Dial.c.30 sto? Equidem illi non est datus spiritus ad mensuram. Neq; solam gratiam
Ioan.3 miraculorum, sed omnes alias gratias, omnia dona, omnes uirtutes, quae
beatis conuenire possunt, habuit ille cumulatissime & perfectissime. Quod
si ad alia inferiora, quęq; ad nostram iustificationem ordinabantur, tantã ille
habuit & tam efficacē potestatem, multo magis & ad ipsam iustificationem
habuerit. Quare & ipse Christus perinde ostendebat, se hanc habere pote-
statem, sicut & potestatem ad alia miracula, neq; minus admirabãtur homi-
Luc.7.g nes de illo, q͂ dimitteret peccata, quã q͂ faceret alia miracula. Vnde & apud
Arg.4 Lucam, aiunt quidam de illo. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Pręte-
rea. In Christo scd͂m humanitatem fuit gratia capitis, neq; tãtũ, ut peculiaris
p̄sona habuit sũmã gratiã, sed ẽt ut caput totius Eccle. Si ergo quia caput est
nostrum scd͂m scientiam, illuminare nos potest, ac uere illuminat, & docet,
cũ similiter sit caput scd͂m gratiam, & cõicare nobis poterit gratiã & cõmu
Ioa.3.&.1 nicatam augere. Vere siquidem Ioan. ait. De plenitudine eius nos omnes ac
cepimus gratiã pro gratia, q͂m ab eo, sicut a capite defluũt ad nos omnes ri-
Arg.5 uuli, & incrementa gratiarũ. Insuper. Sacramẽta nouae legis sunt uerae causę
gratiae. Continent nanq;, & efficiunt gratiã, sicut diffinitũ est in concilio Flo
Cõci.flor. rentino sub Eugenio.4. & in hoc Concilio sessione.5. &.7. Et hãc sententiã

A tuetur maxima & optima pars Scholasticorum post Augu. Hugo. & Ma Aug.
gistrum sententiarum. Quod si sacramentis non deest ista tanta & tā eximia Hug.1.de
uirtus, quomodo deesse credatur ei, qui etiam secundum q homo uim re- fac. mag.i
generatiuam contulit aquis teste Beda? Ipse quidem omnia sacramenta secū 4.d.1
dum suam humanitatem instituit, & efficacia illa fecit ad gratiā. Ab eo, sicut
a fonte quodam uiuifico, uberrimo, & salutifero deriuatur & manat iugiter
omnis uirtus sacramentorum. Neq ulla est creaturarum, quæ uirtutem ali-
quam ad iustitiam habeat, quā non liceat in illo inuenire plenius, perfectius
& eminentius. Oratio fidei saluat infirmum in extrema unctione, sicut testa Iaco. 5
tur Iacobus. Et caruerint hac uirtute orationes Christi quę efficaciores mul
to, & potentiores sunt quam oratio totius Eccl. quę omnem quā habet uir
tutē, ab eis sumit, & participat? Paulus dicit Timotheo. Noli negligere gra-
tiam, quæ in te est, quę data est tibi per impositionem manuum presbyterij,
Et credemus, manus illas Christi sanctisimas in efficaces ad conferendum
gratiam? Sacerdotes nouę legis uerisime habent potestatem remittēdi pec
cata per sacramētum confesionis. Neq aliter possunt, nisi ualde uiolēte ex-
poni testimonia Euangelica, quæ pro ista potestate sunt, ut postea docebi- Lib.15.
mus. Et sanctus sanctorum, & gloria sacerdotum omniū, unctus a patre su-
pra omnes participes suos selectisimo & omnino admirādo oleo lętitiæ,
expers fuerit huius potestatis? Exaltanda profecto est humanitas Christi,
præsertim a nobis, quantum maxime potest. Omnia credenda sunt ei con- Arg. 6
B cessa a Deo, quæ ornatiorem & illustriorem ipsam possunt facere. Maior il
la est omni laude, & exaltatā supra omnia & dilectam a Deo nouimus. Cū
igitur potestas ista uehementer illam ornet & illustret, & in ea absq ullo in
commodo, ut statim uidebimus, poni posit, nullatenus credere debemus
tantum ei & tam insigne ornamentum a Deo negatum, qui ei alia & maio-
ra & præstantiora benignisime concesit. Atq hæc nobis satis innuūt scri Arg. 7
pturæ, cum Christum autorem, & causam salutis nostræ, & sanctificatorē
nostrum appellant. Non enim illis titulis ornarent eos, qui solum merito-
rie, uel satisfactorie obtinerent salutem aliorum. Sed omnem tandem hanc Arg. 8
litem dirimere nobis uidentur uerba Cyrilli in epistola ad Nestorium, quæ Cyril.
approbata fuit a Cōcilio Ephesino primo. Ibi. n. aperte asseritur caro Chri
sti uiuificatrix esse, non quidem ex natura sua, sed ex unione ipsius ad uer-
bum. Sunt aūt uerba Concilij ista. Ad mysticas benedictiones accedimus,
& sanctificamur, participes sancti corporis, & ptiosi sanguinis Christi om-
niū redēptoris effecti, nō ut cōem carnē percipientes, quod absit, neq ut ui
ri sanctificati, & uerbo cōiuncti scd'm dignitatis unitatē, aut sicut diuinā pos
sidētis habitationē, sed uere uiuificatricē, & ipsius uerbi propriā factā. Et in
his, q statim addit, manifeste indicat, uiuificatricē se carnē Christi appellasse,
pp uirtutē, quā habebat ad iustificādū animas nostras. Vnde in. 4. lib. in Io.
c. 12. sic scribit. Dedit pro uita omniū, corpus suū dn̄s, et per illud rursus uitā
nobis imittit. Et ibidem, et. c. 14. et. 15. ostēdit hoc carni Christi cōuenisse ex

coniunctione admirabili ad uerbũ Dei, quod in ipsa habitabat. Ac tandem C
c.13. subdit. Si mel, cũ naturaliter dulce sit, ea dulcia facit, quibus immiscetur nonne stultũ erit, uiuificam uerbi naturam non dedisse homini, in quo habitat, uiuificandi uirtutẽ? Et mox uni Christi humanitati hanc prærogatiuam asserit. Facitq; hoc idẽ Aug. super illa uerba Ioan. Super quem uideris spiritum descendentem. Et quia Aug. proprium Christo fuisse dicit, ut baptizaret interius, magister. in. 4. d. 5. tradit, eũ solum iustificasse interius, eamq; potestatem potuisse quidẽ alijs communicare, sed uni tamẽ sibi seruasse.

Aug. *Ioan.* 1

Respondetur argumentis duobus contra iustificatiuã Christi uirtutem. Cap. XII.

NOn satis est tñ, hanc Christi prærogatiuã, p tenuitate nostra firmasse, nisi ẽt ea argumenta enodemus, q̃ contra illam fieri possunt. Curabimus igitur hoc ipsum, & tanto accuratius, quãto eis enodatis probabiliorẽ uidendã speramus nostram sñiam, uel hoc nomine, quod ea magis attestetur laudi & gloriæ Christi. Primo quidem obijci nobis possunt multa Scripturæ & sanctorũ testimonia, q̃ reconciliationẽ sanctificationẽ, gratificationẽ, uiuificationẽ, & iustificationẽ nostram tribuunt uni Deo. Qm̃ uero scripturarũ oracula supra satis multa citauimus, hic sola sacrorũ doctorũ testimonia, quæ nobis in speciem uidentur aduersari, subijciemus. Ambrosius, ut renarrat Gratianus, spiritũ sanctum dicit latenter in sacramẽtis operari, & effectus sacramentorũ fieri a sola uirtute diuina. Et alibi ita scribit. In Baptismo inuocatˀ trinitas, ut inuisibiliter ibi operetur p se. i. sine alio, sicut uisibiliter p ministrum. Aug. super Ioã. Solus Deus est doctor, solus Deus baptizat interius. Hierony. & Chry. uerba illa Christi ad Paralyticum. Remittuntur tibi peccata tua, ad autoritatem, & potestatẽ diuinam referũt, & in illis Christum, aiunt, ostendisse se Deũ & æqualẽ patri. Verum ista dicũt sancti doctores, & utriusq; testamẽti scripturę, qm̃ solus Deus est causa principalis iustificationis nostræ, neq; humanitas Christi uel instrumentalem habet uim ad eam perficiendum, nisi ex concessione diuinitatis, & ut organũ ipsius coniunctum. Sicut enim cum dicimus, solum summum pontificem posse in aliquibus casibus dispensare, non excludimus his uerbis eos, qui ex ipsius concessione hoc possunt, ut pœnitentiarius maior & uicarius ipsius, & similes, ita qui dicunt, solum Deum pósse iustificare, neq; sacramenta, neq; sacerdotes Christi excludunt, & multo minus ipsius humanitatem. Et sicut dñ distingunt sancti doctores, & nominatim Leo huius nominis primus, opera diuinitatis in Christo ab operibus humanitatis, & diuinitati tribuit miracula, humanitati uero, quæ infirmitati nostræ attestabãtur, nõ negat humanitatem concurrisse ad ea opera ex uirtute diuinitatis, sed duntaxat asserit, illa non potuisse fieri ab humanitate Christi ex propria uirtute, quemadmodum & alia, ita Hieronymus, & Chrysostomus tribuentes diuinæ potestati remissionem peccatorum paralytici, negant quidem, eam fuisse factam ab humanitate Christi ex uirtute propria, non autem uirtute, & concessione diuinitatis. Et Hierony. quidem ita esse exponendum D

Arg. 1
Lib. 6. *c.* 5 *De conse. di.* 2. *c. Spiritus sctũs*
Amb. li. 1. *de. ss.*
Aug super Ioan. 1
Hiero. & Chry. in Matth. 9
Responsi.
Leo. 1. *epi.* 10. *c.* 5

A ponendum, manifestum est, quia etiam diuinitatis potentiæ ibi tribuit, quod uideret Christus cogitationes scribarum. Quod tamen, nullus ex catholicis, quod sciam, abrogauit Christi humanitati. Atque ista ratione uere putat Cyrillus potuisse Christum dicere, Caro nõ prodest quicquam, tametsi, uiuificantem carnem suam paulo ante asseruerat, quia neque caro ipsius per se et ex natura sua uiuificare poterat, Quid enim maius ait, natura deitatis haberet? Secundo induci contra nos potest ipsa præcellentia gratiæ, qua iustificamur. Ordinis quippe est super naturalis, & diuini, & participatio quędam diuinę naturæ, & per eam Deiformes efficimur, Deo cari, Dei filij, hæredes regni cœlorum, & sicut dicit Petrus, diuinæ consortes naturæ, ac proinde & supra omnem naturalem dignitatem creaturarum, constituimur. Vnde fit ut minima anima cum gratia precioslor sit, & pulchrior in oculis Dei perfectissimo Seraphim, siquidem solam ipsius perfectionem naturalem spectemus. Itaque cũ tantopere præcellat gratia, qua iustificamur, neque effectus possit excedere suam causam, non uidetur ea posse ab alio, quam a Deo communicari. Si solus ignis, uel aliquid eo superius potest aliqua in naturã ignis uertere, uel igneæ naturæ participes facere, quomodo alius quã Deus possit aliquem naturæ diuinæ participem, & consortem facere, & ut sic dicamus, Deificare? Accedit ad hæc, quod gratia, quemadmodum postea monstrabimus, qualitas est spiritalis; & humanitas Christi quid corporeum. Spiritalia autem suo genere distant à corporeis, & ipsa exuperant, neque possunt in eis eminenter contineri, sicut effectus in causa. Ad iustificationem etiam uel B consequens est, uel pręuius, uel certe necessarius Spiritussancti gratificus illapsus, qui creaturæ potestati subesse non potest. Quam ob rem non uidetur quoquam modo posse conuenire humanitati Christi, ut ipsam gratiæ productionem attingat. Debet enim similitudo aut proportio aliqua esse inter causam & effectum, uel saltem effectus in causa eminenter contineri, neque exuperare illam. Et qui dat formam, sicut philosophi dicunt, dat consequentia ad formam, & qui potest in aliquem effectum, potest in omnia ad ipsum necessaria. Possuntque ista omnia aliquanto magis explicari. Quia si Deus iustificaret iustos sine alicuius qualitatis infusione, & gratia non esset qualitas, sed duntaxat acceptatio passiua, qua quis carus esset, & acceptus Deo ad uitam ęternam, humanitas Christi nullam haberet uim iustificandi neque habere posset, ut uidetur. Consequeretur nanque gratia ex amore diuino, in quem nullam potest habere efficientiam creatura. Cum igitur nunc non minus sit iustificare aliquem, quam tunc esset, neque nunc poterit Christi humanitas quenquam effectiue iustificare. Verum hec omnia duntaxat probant, nullam creaturam, pręsertim corpoream posse esse causam principalem tanti, & tam pręcellentis effectus, quantus est iustificatio. Neque ostendunt, quin Deus, qui ignem inferni facit, uere agere in spiritum, & cruciare dęmones, & animas rationales, possit etiam pro sua benignitate, & singulari amore in creaturas, eas supra se ipsas ad effectum pręcellentiorem, & ama

Obiect. 2

Respon.

biliorem extollere, & uti aliqua ex ipsis, ut organo, & instrumento ad pro C
ductionem gratię, ut etiam sic constet magis quantum nos ille amet, & no-
strę̨ dignitati, & honori per omnia uelit consulere. Et quanuis nulla creatu-
ra possit esse causa amoris diuini, tamen bene potest esse aliqua causa acce-
ptationis passiuę, quę ex illo consequitur. Sicut enim potest esse causa
donorū consequētium ex amore diuino quatenus a nobis participantur,
ita & potest esse causa acceptationis passiuę consecutę ex amore diuino,
quatenus a nobis ille participatur, & ad nos terminatur. Et quemadmodū
quando Ioannes meretur Petro iustificationem suam, ideo dicitur eam me
reri, quia in causa est, ut Petrus gratus, et acceptus sit Deo, nō qd amoris di
uini in Petrū quatenus in Deo est, causa ulla sit, sed qa causa est ipsius, quate
nus ad Petrū terminat, ita si iustificaremur per solā acceptationē passiuā, ad
huc humanitas Christi instrumētaliter posset, nos facere Deo gratos, & ac
ceptos, quia causa esse posset amoris diuini, quatenus ad nos terminatur.

De argumento alio difficili contra iustificandi uirtutem in Christo assertam Cap. XIII.

3. obiectio — Tertio contra eādem Christi iustificatiuam uirtutem argumētari quis
potest. Quod nulla creatura potest creare, & gratia nō est producibi-
S. Tho. 1. p. q. 45. ar. 5. — lis, nisi per creationē. Et φ nulla creatura possit creare, quod quidē
axioma fuit commune apud doctores antiquos, probatur. Omne instru-
Sco. in 4. d. 1. q. 1. — mentum habet aliquam operationem propriam pręuiam operationi par
ticipatę a principali agente, cui deseruit. Quod autem creatur, producitur
ex nihilo, & nullo subiecto pręsupposito. Quare circa illud non poterit in D
strumentum aliquod habere aliquam propriam operationem, & ex conse
quenti neq; Deo deseruire ad creationem. Quod uero gratia non sit pro-
ducibilis, nisi per creationē, uel hinc suaderi potest. Supernaturalis quippe
est, & diuini prorsus ordinis, neq; naturaliter produci potest, sed pręstantio
rem aliquē & maiorem Dei concursum requirit, quam accidentia, quę na-
turaliter producuntur in subiectis sibi proportionatis, neque educibilis
est de potentia alicuius creaturæ. Et quanuis producatur in subiecto,
hoc non impedit, quominus dicatur creari. Alioqui neq; anima rationalis
crearetur, quę non producitur a Deo extra corpus, sed ab eo creando in-
Resp. 1. — funditur corpori, & infundendo creatur. Hoc argumentum frequens est
in schola, & uarie dissoluitur a doctoribus Scholasticis. Quidam uicti isto
argumento dicunt humanitatem Christi esse causa m instrumentalem iusti
ficationis nostrę, non quidem, quia ipsa attingat eam, sed quia ista causalis
Impugnatio. — est uera. Deus iustificat nos, quia Christus passus est. Sed ad ueritatem istius
causalis satis esset, Christum fuisse causam meritoriam nostrę iustificationis.
Et nisi aliquid amplius dicatur, hoc non satis est ad ostendēdū, eū fuisse cau-
sam efficientem nostrę iustificat ionis, nā efficiens aliquid maius dicit, quàm
Resp. 2. — meritoria, uel satisfactoria. Alii dicunt attingere quidē humanitatem Chri-
sti iustificationem nostram, quia causa est, ut Deus gratiam infundat homi-
ni, sed non attingere productionem gratię. Et exemplo docent fieri posse,

A ut humanitas Christi sit causa iustificationis nostrę, licet non sit causa gratię, quia homo generat hominē, & connectit animā rationalem corpori, licet non producat animam, quæ a solo Deo creatur. Sed ego satis non assequor, quomodo aliquid possit, aliqua duo inter se coniungere, nisi habeat super utrūq; potestatem. Itaq; si uere humanitas Christi attingit cōiunctionem gratię cum homine, cum ipsa coniunctione producatur gratia, immo & coniunctio ipsa sit ipsius productio, quia non producitur nisi in subiecto, cur non & pari ratione, dicatur, attingere productionem gratię. Ideoq; alii constantius, & consequentius dicunt humanitatem Christi, causam esse iustificationis nostrę, & gratię, qua iustificamur. Vt tamen euadant argumētum factum, aiunt, gratiam neq; creari, neq; fieri proprie, sed nos creari per illam, qa ex nihilo, & sine meritis nostris ex inimicis simus amici. Quod autem gratia non creetur, probant. Creari est proprie subsistentium. Gratia autem non subsistit, sed accidens est inhęrens subiecto in quo est. Item gratia pendet a subiecto in quo est, neq; potest esse sine eo, & secundum plerosq; autores, anima rationalis est susceptiuū ipsius naturale. Quod creatur uero, non pendet, nisi a suo efficiente, pro momento suę creationis. Si enim eo momento a subiecto penderet, educi uideretur de potentia illius. Adde. Quod cum tollitur ab aliquo gratia, nō uidetur ea ad nihilari. Deus siquidem nihil adnihilat, sed diligit omnia, quę sunt. Cuius uero corruptio non est adnihilatio, neq; productio est proprie creatio. Alienum uero a ratione est, ut nobiles sentiunt autores, asserere, formam adeo pręcellentem B non produci a Deo per creationem, eo saltem modo, quo creatio potest conuenire accidentibus. Quare simplicius, & liberius nos respondeamus cū nonnullis recentioribus scholasticis creaturā posse esse per potentiā diuinam instrumentum creationis, & eam potestatem esse communicatam Christi humanitati. Quod quidem & ad id consequitur, quod probabile credit Magister sententiarum, dum humanitati Christi communicatā esse dicit omnipotentiam respectu aliorū a se. Quę & nobis sententia uel hoc nomine probabilior apparet ꝙ magis profecto exaltat humanā illā naturam, quam Christus beneficientissima & omnino admirabili despensatione pro salute omnium sibi uniuit. Quod si necessarium esset eā exercere aliquam propriā & preuiā operationē, ut Deus ipsa uteretur ad productionem gratiæ, cum gratia producatur in subiecto, posset quidem ex hac parte Deo deseruire ad productionē illius causādo in nobis dispositiones ad eam requisitas, ut dolorem de peccatis, propositum seruandi mādata, & similia. Sed productio istarum dispositionum non esset operatio naturalis humanitatis Christi, & ad hęc faciendum perinde opus esset, eam a Deo supra naturā suam extolli, sicut & ad productionē gratiæ, & absq; illis poterat humanitas Christi iustificare, quos uoluisset. Quare qui existimant, necessarium, eā habere aliquam naturalē operationem propriā pręuiā productioni gratię, ut ad eā efficiendā Deo ut instrumentū deseruat, pręuiā hāc, p-

Impugnatio.

Resp. 3.

Tho. 1. p. q. 45. ar. 4 1. 2. q. 110 ar. de hæ. 2 con. gent. c. 21. Caie. 1. 2. q. 112.

Gratia secūdum aliquos non creatur.

Arg. 1.

Arg. 2.

Sco. 1. q. Prolo. & sui,

Arg. 3.

Hēr. Gandquo. 5. q. 23 Sco. in. 2. dis. 37.

Creatura pōt esse instrumētum Dēi ad creationē.

Mag. in. 3. d. 14.

Caie.cõ.3. p.q. 13. ar gu.2.post. Tho. ibi. q.62.ar.2. priã humanitatis Christi opationẽ ad iustificationẽ nostrã, et ad alia miracula fuisse dicũt orationẽ, qua semper, uel manifeste, uel occulte utebat̃ in omnibus actionibus miraculosis, quas faciebat, aut certe uolũtatẽ, qua uolebat eas fieri. Ea nanq; oratione, uel uoluntate deferebat̃, inquiunt, imperiũ diuinũ ad creaturã, circa quã debebat fieri miraculũ, & cõtactu saltẽ uirtuali, iungebat̃ humanitas Christi illi creaturæ, ut posset Deo in miraculosa illa operatione deseruire, sicut & cũ Deus utit̃ aqua baptismali uelut instrumẽto ad productionẽ gratię in Baptizato, aqua habet operationẽ ꝓpriã pręuiã productioni gratię. Prius.n.tãgere intelligit̃ baptizatũ, quã Deus illa utat̃ ad productionẽ gratię. Verũ ego quo magis magisq; de hac re cogito, quãuis humanitate Christi crediderim nunq; Deũ fuisse usum ad operationẽ aliquam miraculosam, quin præcesserit aliqua opatio ꝓpria ipsius, ut oratio, uel uoluntas, quia nunq; Deus ea usus est, nisi ut instrumẽto uolũtario et libero, tñ dubitare nõ possum, quin potuerit ẽt illa uti absq; ulla operatione propria ipsius. Nõ sunt quidẽ oĩbus actionibus oĩa instrumẽta idonea, sed alia his, alia illis magis cõgruũt, uerũ de ratione instrumẽti nõ est, ut uerissime dicit doctor subtilis, q̃ sit actiuũ, sed põt quodcunq; agens principale uti aliquo instrumẽto ad aliquã operationẽ, quin instrumẽtũ ipsum habeat aliquã operationẽ propriã pręuiam opationi participatæ a principali agente. Licet.n. qñ faber lignarius serra scindit lignũ, ut faciat sedẽ, pręuiũ quidẽ sit, serra scindi lignũ ad faciendũ sedem, magisq; serræ sit propriũ, scindere lignũ, quã facere sedẽ, tñ ne hoc qdẽ propriũ est serrę, ut scindat lignũ, sed id habet a principali agẽte, & si aliquis ea utat̃ dũtaxat ad scindendũ, nulla erit operatio ꝓpria ipsius, q̃ antecedat scissionẽ ipsam ligni, q̃ est opatio participata a principali agente, & ad quã ẽt serra ei seruit, ut instrumẽtũ. Dein. Opationes ꝓpriæ, & ꝑuiæ nõ dant aliquã efficientiã instrumẽto respectu actionis supnaturalis, ad quã Deus illo utit̃, et siquã darẽt, Deus eã posset supplere. Nã põt quidquid facit ꝑ causam scdam, ꝑ se solũ ẽt efficere. Neq; assequor profecto, quã maiorẽ cõmoditatẽ oratio uel uoluntas humanitatis Christi in ipsa efficiat, ut ꝑ eas aptior illa et cõmodior cẽseat̃ ad deseruiendũ Deo ad opa miraculosa. Vt mereret̃ qdẽ, & impetraret ea, poterat oratio illius, siue uolũtas multũ ualere, ac fortassis erat necessaria, sed ut istrumẽtũ illa esset, quo Deus uteret̃ in eorũ executione, cur credant̃ tales operationes necessariæ? Et fictitia sanè uidet̃ esse delatio illa imperij diuini, q̃ ponit̃ ꝑrequiri ad actionẽ miraculosam, in quã Deus sua humanitate utit̃ ut instrumento. Cõtactus etiã per uoluntatẽ, aut orationẽ metaphoricus est, neq; necessarius ad operationes reales, præsertim ab omnipotente Deo exercendas.

Potuit Christi humanitas instrumentũ esse Dei in iustificatione sine aliqua opatione sua prævia.

Ratio. 1 *Sco. in.*4. *d.*1.*q.*4.

*Arg.*2

C D

Explicantur quædam dubia occurrentia circa uirtutem iustificandi, quam Christi humanitati tribuimus. Cap. XIIII.

Dubiũ.1 Responsi. Propo.1

QVęri tamẽ hic potest, & merito, an necessarius fuerit aliq̃s cõtactus realis, & physicus inter Christi humanitatẽ, et pctõres ut Deus sua humanitate uteret̃, ut instrumẽto, ad eos iustificãdũ. In utranq; par-

A tem posset meo iudicio de hoc disputari. Sed sicut sol potest agere, ubi nõ est per se, sed per suum instrumentum, uidelicet per lumen, ita proculdubio, humanitas Christi potuit instrumentaliter iustificare eos ad quos suis tantum actionibus realibus pertingeret, nempè eos qui illius uocem audirent. Vel hic contactus inter agens, & passum satis est ad quancunque actionem. Præter hæc tamen probabile crediderim, eam potuisse iustificare ad quancunque distantiam eos, quibus cum, nec per se, nec per aliquam suam actionem realem iungebatur. Neque absurdum uideri debet, si omnipotentissimus Deus utatur aliqua creatura ad efficiendum aliquid, ubi non sit illa, neque per se, neque per suum effectum. Nobiles autores defendunt posse hoc fieri per uirtutem naturalem, idque tam in actionibus realibus, quam in intẽtionalibus. Et cum media actio, qua humanitas Christi iungeretur Petro realiter, non tribueret aliquam efficientiam ad producẽdum in eo gratiam, si illa posita Deus ea potest uti ut instrumẽto, ad iustificandũ Petrũ, cur non & idem ualeat ea semota? Porrò quẽadmodũ humanitas Christi Deo cooperata est ad resuscitationem eorũ, quos ille a mortuis suscitauit, cum tamen uox eius naturaliter peruenire non potuerit ad loca, ubi detinebantur eorum animę, & Deo deseruiuit ad obtenebrandum solem in cruce, nulla naturali ipsius o peratione præuia, qua pertingeret ad eum obscurandum ita neque opus profecto fuit, ut aliqua actione reali pertingeret ad omnes, quos uoluisset iustificare. Quin uero sicut ad omnipotentem spectat posse quodcunque factibile, & ad quancunque distantiam, producere, ita nimirũ eximium illud atque adeo coniunctum diuinæ omnipotentiæ instrumentum, ueri similimũ est, sic a Deo supra suam naturam exaltatum, ut ad quæcũque, & ad quancunque distantiam, & absque ulla operatione prę̃uia possit Deo deseruire, neque illis coarctetur limitibus, aut regulis, quibus cœteræ crea turæ. Sed nunquid habuit Christi humanitas potestatem utendi cũ uellet ista uirtute? Si ea potuit uti, cum uoluit, non instrumenti tantum rationem habuisse uideretur, sed etiam principalis agentis, neque tantum instrumentalis, sed & principalis causa fuisse iustificationis nostræ. Instrumenta non se ipsis utuntur, cum uolunt, sed principalia agentia eis utuntur, cum placet. Ambiguum tamen non est, posse Christi humanitatem & potuisse uti ista uirtute sua pro uoto & uoluntate sua. Nam & sacerdotes pro libito possu nt suo, uti potestate sacerdotali, quam habent. Neque agenti libero communicauit Deus aliquam potestatem supernaturalem, quam non & ipsius subijceret libertati. Et si illa non potuisset uti Christus, cum uoluisset, neque proprie d iceretur Christi humanitas habuisse uirtutem iustificandi. Ea enim pro priæ habere dicimur, quibus uti possumus, cum uolumus. Et in pot est ate sibi data in alia miracula, hoc idem explicant Euangelistæ, cum eum docent uoluntate sua, & sponte illa fecisse. Quod nisi hac potestate humanitas Christi potuisset uti, cum uoluisset, in nullo quo ad hoc excessisset illa cęter as creaturas. Quippe Deus illis pro uoluntate sua semper

Prop. 2. Potuit christus ut homo iustificare quantũ libet distantes.

B

Dub. 2

Responsio

Subiecta fuit potestas iustificandi libertati Christi.

Dub.3 uti poteſt ad noſtram iuſtificationem. Quid autem eſt hæc uirtus iuſtificandi, quam in Chriſto tam conſtanter defendimus? Non fuit profecto hæc uirtus, aliqua qualitas inhærens, quæ Chriſti humanitatem idoneum fecerit organum diuinitatis ad noſtram iuſtificationem. Nulla poteſt eſſe qualitas tantæ dignitatis, & uirtutis, quæ natura ſua faciat aliquam creaturam efficacem cauſam gratiæ. Deique ſolius proprium uidetur natura ſua aliquē iuſtificare, ſicut & beatificare. Et ſi natura ſua non id haberet illa qualitas efficere, fruſtra illa in eum finem poneretur. Fuit igitur hæc uirtus, peculiaris quædam Dei aſsiſtentia, lege uel promiſsione diuina firmata, qua ſic diuinitas humanitati Chriſti aſtitit, & nunc quidem aſsiſtit, ut eo ipſo quo uelit Deus, ea utatur ad cuiuſcunque iuſtificationem. Et in hoc ſimilis eſt hæc uirtus uirtuti, quam habent ſacramenta reſpectu noſtræ iuſtificationis. Siquidem baptiſmalis aqua non dicitur ab Auguſtino, habere uirtutem obluendi cor, quia habeat aliquam qualitatem ſibi inhærentē, qua hoc poſsit, nulla talis poteſt eſſe, neque naturalis, neque ſupernaturalis, neque corporalis, neque ſpiritalis, neque ſucceſsiua, neque permanens, ut egregie probat doctor ſubtilis in.4.d.1.q.5. & ſequuntur eū Theologi recentiores ibidē. Ideo uero dicitur efficax ad abluendum cor, quia ubi ſuper illam dicuntur uerba ſacramentalia, diuina ei uirtus ex lēge communi ſic aſsiſtit, ut illa utatur ad abluendum cor. Quoniam autem Deus dona ſua cuique rei impartitur, iuxta modum, ſuæ naturæ, humanitati Chriſti, quæ libera, & permanens eſt, uirtutem iſtam ſic perpetuo cōmunicauit, ut ipſa ea pro uoluntate ſua ſemper uteretur, cum uellet, ſacramentis uero, quæ naturales res ſunt, & excepta Euchariſtia, ſucceſsiuę, hanc uirtutem duntaxat largitur, cum nos eis utimur. Nunq́ enim alias Deus p ipſa nos iuſtificat. Neque in ſacerdotibus eſt aliqua talis uirtus, ratione cuius Deus eis utatur, ut organis immediate deſeruientibus noſtræ iuſtificationi. Sed ideo illi uirtutem dicuntur habere, & autoritatem ad ſoluendum, & remittendum peccata, quia autoritatem habent, ut efficiant ſacramenta, quibus Deus utatur immediate ad noſtram iuſtificationem. Non eſt tamen uſquequaque certū, quando Deus uſus fuerit & utatur ſua humanitate in iuſtificationem noſtram. Poſſet quidem ille, ut iam explicuimus, ea etiam in cœlis exiſtente uti ad omnium iuſtificationem. Verum quemadmodum nō in omnes actiones miraculoſas uſus eſt, aut utitur ſua humanitate, tametſi ei pleniſsimam poteſtatem in eas omnes conceſſerit, ſed in eas duntaxat, quas ſcimus uel ex Euangelio, uel ex fide dignis hiſtorijs per ipſius humanitatem effectas, ita quãuis ipſius humanitas habuerit poteſtatem illimitatam iuſtificandi, quos uoluiſſet, non tñ reſpectu oīum ea uſus eſt ille ptāte, ſed reſpectu eaꝝ dūtaxat, quibus p ſe remiſit pctā nēpe reſpectu Paralytici, Magdalenę, latronis, ac fortaſsis etiā reſpectu Pauli. Et cum non niſi ex magna cauſa ſoluat Deus legem cōmunem agentiū, & inſtrumentorum naturalium, quæ non agunt, neque deſeruiunt alicui actioni circa paſſum, cui non ſunt coniuncta, ueriſimile eſt, nunc ſolum uti ſua hu

Dub.3 / Reſponſio / Prop.1 / Virtus iuſtificādi nō fuit qualitas Chriſto inhærens, ſed aſsiſtentia Dei ſpecialis lege firmata. / Prop.2 / Auguſt. / Non omnes iuſtificantur per Chriſti humanitatem efficienter. Iuſtificauit Chriſtus Paulū per ſuam humanitatem, et iuſtificat digne recipientes Euchariſtiam

A manitate ad iustificationem eorum, qui iustificantur per sacramentum Eucharistiæ, & per se immediate nullos alios regulariter iustificare..

De uirtute, quam habuerunt operationes & passiones Christi secundum opinionem S. Tho. Cap. XV.

SVperest tamen & circa hæc unum aliud dubium seorsum ab alijs examinandum, an etiam operationes & passiones Christi causæ fuerint, & sint efficientes nostræ iustificationis. Et quidem apud S. Thomã & ipsius sectatores celebre est, & receptissimum, passionem, mortem, sepulturam, descensum ad inferos, resurrectionem, & ascensionem Christi ad coelos, & generaliter omnes ipsius actiones, & passiones, & quidquid circa corpus Christi usque ad resurrectionem contigit, salutiferum nobis fuisse, & efficienter esse operatum nostram salutem. Et quoniam celebris est, & ualde pia hæc opinio sancti Thomæ, placet eam antequam ulterius progrediamur declarare, & confirmare. Atq; ut melius possimus mentem ipsius colligere, ponam in primis ob oculos lectori multa loca, in quibus hanc tuetur opinionem. In tertia igitur parte quæstione.48.arti.6. expresse dicit, Deum quidem esse causam principalem nostræ salutis, instrumentalem autem passionem Christi. Habet enim, ait, spiritalem uirtutem ex diuinitate, cui erat coniuncta humanitas, & sicut medicina adhibita infirmo instrumẽtali et eum sanat, ut instrumentum naturæ infirmi, ita passio Christi adhibita nobis, & spiritali contactu coniuncta nobis per fidem, uel fidei sacramenta, specialem efficaciam sortitur, ut sanet nos, ut instrumentum Deitatis. Et B ibidem generaliter, hoc ipsum omnibus actionibus, & passionibus Christi humanitatis attribuit. Et in responsione ad tertium explicans hæc aliquanto magis, addit, passionem Christi relatam ad diuinitatem efficienter causare salutem nostram, relatam uero ad uoluntatem humanam Christi, duntaxat per modum meriti, & secundum quod consideratur in carne, agere quidem per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur a reatu poenæ, per modum autem redemptionis, in quantum per eam eripimur a seruitute culpæ, per modum uero sacrificij, in quantum per eam reconciliamur Deo. Et ibidem articulo quinto quæst.50. idem dicit de morte Christi in fieri, quod hic dixerat de passione. Et de morte Christi in facto esse, i. de corpore Christi mortuo subdit, causasse illud efficienter nostram salutem, & salutiferum nobis fuisse ex uirtute diuinitatis ei unitæ, quidquid contigit circa carnem ipsius, etiam anima separata. Et idem repetit ad secundum & ad tertium. Et in.q.51.art.1.ad.2. asserit mortem, & sepulturam Christi efficienter esse operatam nostram salutem. Et in.q.52.ar.1.ad.2. dicit, passionem Christi fuisse uelut causam uniuersalem humanæ salutis uiuorum, & mortuorum, & uirtutem eius applicatam esse mortuis per uirtutem descensus Christi ad inferos, uiuis uero applicari per sacramenta configurantia nos ipsius passioni. Et in art.4.ad.1. ait. descensum Christi ad inferos non fuisse satisfactorium, sicut sacrificium missæ, operatum tamen circa eos in uirtute

Opinio s. Thom. de uirtute operationum Christi.

passionis Christi, quæ fuit satisfactoria. In.q.etiam.53.art.1. indicat necessa- C
rium fuisse Christum resurgere propter complementum nostræ salutis. Et in respon.ad.3.addit passionem Christi operatam esse nostram salutem proprie quantum ad remotionem malorum, resurrectionem uero quantum ad inchoationem, & exemplar bonorum. Et in.q.56.ar.1. resurrectionē Christi causam esse ait resurrectionis corporum nostrorum. Et in artic. 2. causam esse resurrectionis animarum. Et ad.4.cum dixisset, & passionem, & resurrectionem Christi causare iustificatioem nostram quo ad remissionem culpæ, & nouitatem uitæ, addit, quo ad exemplaritatem tamen proprie passionem, & mortem Christi causare remissionem culpæ, resurrectionem uero causam esse nouitatis uitæ per gratiam. Et tandem in.q.57.art.6. subdit ascensionem Christi causam esse efficientem salutis nostræ, & ascensionis nostræ in cœlos.

Probatur opinio sancti Thomæ. *Cap.* XVI.

INductus est autem sanctus Thomas ad tribuendum hanc uirtutem iustificandi nos operationibus, & passionibus Christi partim ex testimonijs scripturę, partim ex uerbis sanctorum doctorum, partim ex pietate, qua meditari solitus erat actiones, & passiones Christi, ut utilissimas nobis, & saluberrimas. Exaltare ille uoluit quantum potuit, quidquid in carne filius Dei pro salute nostra uel egit, uel pertulit. Neque iniuria sic animatus fuit. Sic uisum est sapientissimo omnium artifici, ut quibus plurimum concessit dignitatis, eadem & utilissima & commodissima nobis efficeret. D
Atque hinc factum est, ut sicut eximium illud & omnino stupēdum incarnationis dominicę miraculum nobis saluberrimum fuit, ita & præcellentia omnia opera & passiones Christi plurimam utilitatem nobis attulerint, eaque omnia uehementer nos deceat omni amore reuerentia, gratitudine, pietate, exosculari & complecti. Atque hæc quidem omnia consequi uidentur ad ea, quæ ex mente ipsius, & aliorum doctorum superius tradidimus de Efficacia humanitatis Christi in iustificationem nostram. Quam enim humanitas Christi ex coniunctione ad diuinitatem specialem uirtutem, & efficaciam consecuta est ad iustificandum nos, eandem eadem omnino ratione & ipsius actiones & passiones acquisiuisse sibi iure existimari queunt. Nam ea non aliter usurus Dei unigenitus fuit ad operandum nostram salutem, quàm per ipsius operationes, uel passiones. Debet quippe instrumentum propriam aliquam habere operationem, ut deseruiat principali agenti in operationem ipsius perfectam. Et quidem, passionem Christi causam fuisse, & esse efficientem iustificationis nostræ, suaderi potest. Sacramenta enim proprie sunt efficientes causæ gratiæ, ut supra probauimus. Ea uero totam suam efficaciam habent ex uirtute passionis Christi. Ab omnibus etiam conceduntur proprijssime hæ propositiones. Passio Christi reconciliauit nos Deo. Passio Christi iustificauit nos, liberauit a seruitute peccati, effecit salutem nostram. Hæc autem, & similia ueram & propriam efficientiam

Passio christi causa est efficiens iustificatiōis

Argum. 1.

Argum. 2.

A efficientiam requirunt. De sepultura item idem probatur. Hieronymus dicit. Sepultura Christi resurgimus. Et Glossa illa uerba Esaiæ, Dabit impios pro sepultura, sic exponit. Dabit gentes, quæ sine pietate erant, Deo & patri, quia mortuus & sepultus eos acquisiuit. De resurrectione uero apertum est argumentum ex illis uerbis Pauli, Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et Petrus aperte dicit Deum secundum misericordiam suam magnam regenerasse nos in spem uiuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, & Ecclesia in præfatione resurrectionis, canit Christum uitam nostram resurgendo reparasse. Et de resurrectione & ascensione idem possumus insimul probare, quia hæ causales ueræ sunt. Quia Christus resurrexit, & nos resurgemus. Quia Christus ascendit in cœlum, & nos ascendemus. Deinde. Secundum philosophum, primum in quolibet genere est causa omnium, quæ sunt post ipsum. Et naturalis ordo rerum diuinitus institutus hoc habet, ut quælibet causa primo operetur in id, quod est sibi propinquius, & per illud operetur in alia magis remota, Quemadmodum ignis primo calefacit aerem sibi propinquum, & per illum corpora distantia, & Deus iuxta Dionysium primo illuminat substantias sibi propinquas, & per eas illuminat remotas. Quamobrem cum Christus per resurrectionem suam sit quatenus homo primogenitus ex mortuis, & per ascensionem suam, primus eorum, qui ex nobis in cœlum ascenderũt, Deus, q humanitatẽ Christi suscitauit, & deduxit in cœlũ, per resurre-
B ctionẽ ipsius causa erit nostræ resurrectionis & p ascẽsionẽ suã causa nostræ ascensionis. Cunq; anima Christi fuerit a sua morte extra statum merẽdi, & corpus ipsius p se nũquã potuerit mereri, si uulnus Christi lateris, & mors ipsius, & sepultura, & descensus ad inferos, & resurrectio, & ascensio nõ fuissent efficienter operata nostra salutem, cum meritoria non fuerint, neque fuissent nobis salutifera, aut utilia. Quod cui non uideatur absurdum?

Sepultura Christi cã iustificationis. Hieron. Esa. 53 Resurrectio Christi causa iustificatiõis Rom. 4. 1. Pet. 1 Arist. 2. Meta. Diony. 13. Cœl. Hie.

De uarijs modis defendendi sancti Thomæ opinionem. Cap. XVII.

VArie tamen uideo piam istam. S. Thom. sententiam ab ipsius sectatoribus explicari. Quidam ideo putant, cum dixisse, passionem Christi causam esse remissionis nostrorum peccatorum, quia causalis ista uera est, quia Christus passus est, nobis remittuntur peccata, & resurrectionẽ Christi causam esse resurrectionis nostræ, quia ista causalis uera est, Quia Christus resurrexit, nos resurgemus, & ascensionẽ ipsius causam esse ascensionis nostræ in cœlos, quia ista causalis uera est, Quia Christus ascendit in cœlum, & nos ascendemus. Statuit enim Deus neminem resuscitare, aut in cœlum deducere, nisi quia resurrexit Christus, & ascendit in cœlos, neque quempiam resuscitasset, aut deduxisset in cœlum, nisi Christus resurrexisset, & ascendisset. Vnde & ad hoc resuscitabit homines sanctos, & deducet in cœlos, ut Christus habeat similes aliquos in resurrectione, & ascensione, qui ei corpore uiuo, & immortali, & eximijs gloriæ dotibus ornato in cœlis assistant, & ad nutum deseruiant. Sed ista haud quaquam satis esse ui-

Expositio 1. Thomæ Impugnatio.

dentur pro his, quæ retulimus ex angelico doctore. Enimuero ad harum C
omnium causalium ueritatem nulla humanitatis Christi uera & propria ef-
ficientia ad hæc in nobis efficiendum necessaria est, satisque prorsus est eum
& satisfecisse ad plenum pro nobis, & nobis hæc omnia sanctissimis suis &
passionibus & operibus meruisse. Nam & uere dicimus Paulum iustifica-
Oratio Stephani meritoria iustificationis Pauli. tum esse, quia orauit pro eo Stephanus, neque tamen oratio Stephani aliā
habuit efficientiam respectu ipsius, quàm meritoriam. Et uerissimum est Pe-
trum tantam perpetuo habiturum gloriam, quantam habet modo, quia
tanta habuit merita in hac uita, quanta ea erant gloria condigna, neque ta-
men ipsius merita dicuntur causæ efficientes suæ gloriæ aliter, quàm per
uiam meriti. Et si Deus statuisset iustificare homines propter susceptionem
sacramentorum, & non alias, essent quidem sacramenta causæ sine quibus
non iustificationis nostræ, sed haud quaquam dicerentur proprie causæ ef-
ficientes ipsius, nisi & aliquo modo in ipsam uel instrumentaliter attinge-
rent. Neque dixisset sanctus Thomas actiones, & passiones humanitatis
Christi habuisse quandam specialem, & spiritalem uirtutem ex diuinitate,
cui erat unita, si nihil maius prætendisset quàm ueritatem prædictarum cau
salium. Poterant quidem illæ causales esse ueræ etiam si Christi humanitas
caruisset tali uirtute. Neque aliam efficientiam habuisset passio Christi relata
ad diuinitatem, quàm relata ad ipsius, uel uoluntatem, uel carnem. Cuius
contrarium ex articulo. 6. q. 48. 3. partis supra allegauimus. Ideoque alij pe-
Caie. com. 3. p. q. 56. art. 1. nitius intelligentes, & penetrantes sensum diui Thomæ asserunt, eum uerā, D
& propriam efficaciam ad iustificandum nos, actionibus & passionibus
Christi tribuisse. Quomodo autem illæ efficiant iustificationem nostrā du-
Expositio s. Thom. & ea bipartita. pliciter potest explicari, primo quidem, quia uere illam attingunt, secundo
uero, quia per eas humanitas ipsius constituta est efficax, & idoneum instru
mentum nostræ iustificationis. Et si hoc secundo modo eum exponamus
ex consequenti dicemus, propterea eum passioni Christi attribuisse efficien
tiam remissionis peccatorum, & resurrectioni Christi efficientiam resurre-
ctionis nostræ, & ascensioni ipsius efficientiam ascensionis nostræ, quia cū
humanitas Christi ex coniunctione sua ad diuinitatem sit uniuersale quod
dam Dei filij instrumentum ad miracula omnia facienda, quæ ad nostram
iustificationem, & glorificationem spectant, determinatur ad hoc, uel illud
miraculum faciendum per hanc, uel illam operationem, seu passionem, aut
conditionem ipsius. Vnde & per passionem appropriata sibi uidetur uir-
tus seu efficacia ad remissionem nostrorum peccatorum, per resurrectio-
nem uirtus ad cooperandum resurrectioni nostræ, & per ascensionem effi-
S. Thom. 3. par. ar. 1 q. 56. cacia ad cooperandum ascensioni nostræ, in cœlum. Et hanc fuisse, suam
mentem. S. Thom. indicauit, cum resurrectionem Christi probauit esse cau
sam resurrectionis nostræ quia Dei uerbum primo tribuit uitam immorta
1. Co. 15. b lem corpori sibi naturaliter unito, & per ipsum operatur resurrectionem in
q. 50. ar. 5. omnibus alijs. Et alibi cum dixisset, mortem Christi etiam in facto esse, ope

A ratam fuisse nostram salutem, declarat hoc ideo fuisse, quia corpus Christi etiam mortuum fuit instrumentum diuinitatis sibi unitæ ad operandum nostram salutem. Ex quibus uidetur non alia ratione efficientiam aliquam tribuisse humanis Christi operationibus, uel paßionibus respectu nostræ iustificationis, nisi quia per humanitatem suam Dei filius nos iustificat propter actiones, uel paßiones, quæ in ipsa fuerunt. Sed hęc satis pro pietate, quam in Angelicum hunc doctorem & à primis nostrorum studiorum annis gerimus. Videamus quid & nos pro nostra exiguitate probabilius de his esse sentiamus.

De uirtute humanarum Christi operationum ad iustificandum. Cap. XVIII.

POrrò quidquid Christus uel egit, uel passus est a conceptione sua usque ad ascensionem fuisse nobis salutiferum, & multis nominibus utile, certum & extra controuersiam est. Non enim sine magno commodo nostro inter nos manebat, & reditum ad patrem suum procrastinabat. Fuerunt omnia ipsius opera adeo sancta, perfecta, & omni ex parte absoluta, atque oraculis prophetarum ita mirifice responderunt, ut in illis exemplar habeamus singulare omnium uirtutum, certißima argumenta nostrę fidei, expositionem utriusque testamenti mirificam, denique uberrimam ac plenißimam doctrinam omnium penè, quæ necesse est nos scire. Et de gestis quidem Christi ante mortem paßim occurrunt, & in scriptura & in sanctorum monumentis, testimonia, quæ nos hoc luculenter docent, sed & de B illis, quæ a morte usque ad ascensionem uel gesßit, uel pertulit magno consensu idem nobis tradūt sancti doctores. Augustinus in sermone quodam paschali. Pascha Christi fratres carißimi, regnum est cœlorum, salus mundi, occasus inferni, gloria supernorum, uita credentium resurrectio mortuorum, testimonium miserationis diuinæ, precium redemptionis humanæ, contritio mortis abolitæ. Et paulo post. Dies resurrectionis Christi, defunctis uita, peccatoribus uenia, sanctis est gloria. Et in sermone alio de ascensione dominica. Resurrectio domini spes nostra est. Ascensio domini glorificatio nostra est. Et alibi generaliter. Omnis Christi actio nostra fuit instructio. Et in epi. 106. refert coactum fuisse Pelagium in quodam Concilio anathematizare inter alia peruersa dogmata & hoc quoque, quod neque per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat. Et Cyp. lib. 3. epist. 8. asserit, ideo octauo die fuisse pueros sub lege ueteri circuncisos, quia primus post sabbatum futurus erat dies, quo dominus resurgeret, & nos uiuificaret. Leo in sermone quodam de ascensione domini. Non ergo hi dies dilectißimi, qui inter resurrectionem domini ascensionenque fluxerunt, ocioso transiere discursu, sed magna in eis confirmata sacramenta, magna reuelata mysteria. Cyrillus. Ad omnem naturam humanam, resurrectionis Christi mysterium peruenire credimus, & in ipso primo totum humanum genus liberatum didicimus. Omnes enim resurgent propter eum, qui prius resurrexit, & omnes ut homo in se continebat. Et sicut in primo homine

Augus. Cyp. Leo. Cyr. 4. in Ioan. c. 11.

omnes mortui sumus, sic rursus in eo, qui primogenitus propter nos, & C
Greg. 21 mortuus est, omnes reuiuiscent. Gregorius. Ad hoc dominus apparuit in
Mo. c. 6 carne, ut humanam uitam admonendo excitaret, exempla prębendo accen
deret, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Vulnus etiā lateris, quod
Christo iam mortuo illatum est, usque adeo nobis fuisse utile credunt do-
ctores, ut inde cōmuniter credantur fluxisse sacramenta Ecclesiæ. Et de ba-
Cum Mar ptismo, et de Eucharistia hoc distincte asserit Innocen. 3. Et Augustinus inde
thæ. de ce- ait. 2. de Gen. contra Manich. c. 4. & alias non semel, ædificatam Ecclesiam,
leb. miss. sicut Eua formata est de latere Adæ dormientis. Latissimum tamen fuit di-
Prop. 2. scrimen inter opera, & passiones Christi usque ad mortem, & opera seu paf
siones a morte usque ad resurrectionem, & a resurrectione usque ad ascen-
sionem. Vsque ad mortem omnia ea fuerunt nobis meritorie, & satisfacto-
rie causa nostræ iustificationis. Erat enim in statu merendi, & satisfaciendi, et
quidquid agebat, uel patiebatur, liberum in eo erat, & uoluntarium, ac ex
maximo Dei amore procedebat, & in nostra commoda ab eo ordinaba-
tur. Proindeque non tantum gratiam, & omnia ad ipsam necessaria, sed &
August. 4 gloriam & resurrectionem, & ascensionem nostram, pro fine tamen mun-
de trini. di nobis promeruit. Vnde Augustinus. Mors Christi, utrique nostræ mor
1. Cor. 15. ti, animæ scilicet & corporis, profuit. Et Paulus. Per hominem mors & per
Amb. hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur,
ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Quod idcirco dictū putat ibi Am-
brosius, quia Christus omnibus, qui sunt ex eius corpore acquisiuit uitam, D
idest resurrectionem, sicut Adam per suum peccatū inuenit mortē. Quod si
delictum Adæ utrique nos morti subiecit, & a paradiso exclusit, multo ma
gis obœdientia Christi, quæ infinite, aut saltem summe grata fuit patri, libe-
rationem ab utraque morte, & ascensionem in cœlum, atque omnia quæ
cadere potuerunt sub merito, nobis commeruit. Quæ uero a passione
usque ad resurrectionem ab eo gesta uel perpessa sunt, meritoria quidem
Thom. 3. non fuerunt, ut sanctus Thomas & alij Theologi communiter docent.
par. q. 57. Nam iam extra statum merendi erat anima, & corpus mortuum capax
art. 7. meriti esse nequit. Fuerunt tamen satisfactoria. Quia fuerunt uoluntaria
omnia illa a uoluntate qua Christi anima, & prius & tum illa uolebat
pro salute nostra perpeti & facere, & status satisfaciendi, sicut patet in ani-
mabus purgatorij, non tantum protenditur usque ad mortem, sed etiam
usque ad beatitudinem, & quoad aliquid usque ad resurrectionem suam uo
luit esse Christus propter nos uiator. Quoniam autem post resurrectionē
neque in statu merendi, neque in statu satisfaciendi amplius fuit, nihil post
Prop. 3. eam gestum meritorie aut satisfactorie fuit causa iustificationis nostræ. Ve-
Rom. 5. runtamen non tantum exemplaris causa nostræ resurrectionis fuit resurre-
ctio Christi, & ascensio ipsius ascensionis nostræ, quod in proximo capite
explicabimus, sed & habuerunt illæ nonnullam efficientiam, tametsi me-
diatam, respectu iustificationis, resurrectionis, & ascensionis nostræ. Resur-
rexit

A rexit, ait Paulus propter iustificationem nostram. Et hoc ideo dicit, quia si Christus nō resurrexisset, nulli uel certè paucissimi recepissent ipsius fidem. Vnde & idem. Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra. Et statim. Si Christus non resurrexit, uana est fides uestra. Adhuc enim estis in peccatis. Et ascensionem suam nobis necessariam Christus explicuit illis uerbis. Expedit uobis, ut ego uadam. Si enim non abiero, paraclettus non ueniet ad uos, si autem abiero, mittam eum ad uos. Sanè absque aduentu Spiritussancti mundus conuersus non fuisset ad Christum. Sunt etiam resurrectio & ascensio Christi causa, quæ patrem cœlestem mouent ad resuscitandum nos & deferendum in cœlum. Vult enim pater cœlestis, ut unigenitus suus consortes habeat suæ gloriæ etiam in corpore, qui ipsi iugiter assistant. Quare Paulus incunctanter dicit. Si Christus resurrexit & nos resurgemus, & nos possumus eum imitantes addere: Si Christus ascendit, & nos ascendemus. Quod si Christus neque resurrexisset, neque ascendisset in cœlum, quæ spes esse nobis potuit nostræ resurrectionis, uel ascensionis? Nunquid Deus eam gratiam nobis faceret, quam negasset proprio filio? Neque ista uero satis sunt, ut uel passio Christi, uel mors, uel aliæ ipsius actiones uel passiones credantur fuisse instrumenta, per quæ Deus nos iustificet aliter quàm tanquam per merita uel satisfactiones pro peccatis nostris, quæ adhuc uigent, & retinent suum ualorem, & precium in conspectu ipsius. Neque resurrectio Christi causa erit instrumentalis immediate attingens resurrectionem nostram, neque ascensio Christi nostræ ascensionis. Estque huius opinionis diuus Bonauentura in.3.d.19.q.2. Quam & his possumus argumentis suadere. Quod non est in rerum natura, neque potest uere & proprie instrumentum esse alicuius actionis, neque principali agenti deseruire. Illæ autem operationes uel passiones Christi iam transierunt, neque unquam amplius erunt. Vt aliquæ operationes nostræ per uiam meriti sint causæ alicuius beneficij nobis collati a rege, satis est, licet iam non sint, earum meritum uiuum esse, & permanere in conspectu regis. Vt sint autem instrumenta, per quæ rex conferat illud beneficium, necesse est ut actu existant. Et huius signum clarum est, quod cum per nota sit instrumenti, non dicitur rex nobis conferre aliquod beneficium per nostras operatiōes, sed propter nostras quidem operationes, per suæ tamen manus uel distributionem, uel syngrapham, aut sigillum. Deinde. Eodem modo iustificamur per passionem Christi, qui spectamus ad nouum testamentum, ac iustificati sunt sancti ueteris testamenti. Sed respectu iustificationis eorum non fuit passio Christi instrumentum, neque aliam efficientiam habuit, quàm meriti uel satisfactionis. Quippe ex benignitate diuina acceptata est ab origine mundi, ut meritum & satisfactio, & quod nondum est, sed certissime futurum est, potest hac ratione habere uim aliquam, quatenus meritum uel satisfactio iam aliquo modo ut præsens acceptatur, non potest autem habere propriam & ueram

Marginalia: 1. Cor. 15 — Ioan. 16. — Prop. 4 — B — Argum. 1. — Argum. 2.

Argum.3. efficaciam ad agendum. Nam agere præsupponit esse. Insuper. Non utitur Christus in iustificationem nostram omnibus actionibus, & passionibus suis. Nam in unā & eandem actionem nunquam utitur agens principale pluribus instrumentis, quorum quodlibet sit sufficiens in eam actionem. Igitur cum quælibet actio, uel passio Christi, immo & ipsius humanitas sine illis sufficiens fuerit, & idoneum instrumentum ad iustificandum nos. Neque utetur aliqua sua actione uel passione Christus, ut instrumento nostræ iustificationis. Qua ratione enim una uteretur, uteretur & reliquis.

Argum.4 Præterea. Nihil est necesse ut uera sint testimonia scripturæ, & sanctorum, aliam efficientiam salutis nostræ tribuere actionibus Christi, & passionibus usque ad resurrectionem suam, quàm meritoriam, uel satisfactoriam. Siquidem ea satis est uel sola, ut & illæ, & ipsa præsertim mors Christi, causa dicatur salutis nostræ, & libertatis nostræ, & saluasse, & liberasse nos. Quemadmodum & Petrus si suis precibus, uel obsequijs apud regem, uel certè suis expensis redemisset Ioannem captiuum, & damnatum ad mortem, uere profecto ab omnibus diceretur causa libertatis, & salutis illius, & saluasse, & liberasse illum, etiam si nullam aliam efficientiam respectu illius habuisset, quàm meritoriam, uel satisfactoriam. Et pro illis testimonijs, quibus uidetur tribui efficientia aliqua resurrectionis nostræ resurrectioni Christi, & ascensionis nostræ ascensioni Christi, satis nimirum est, Deum ita disposuisse, ut nullum resuscitaret, aut deduceret in cœlum, nisi Christus resurrexisset, & ascendisset in cœlum. Si enim rex statuisset milli aliquorum nobilium dare equum, & arma, neque permitteret quenquam egredi ad præliandum, nisi princeps ipsius filius egrederetur in prælium, & ipso exeunte faceret multis eam potestatem, & eis omnibus equum, & arma tribueret, uere diceretur egressus principis in prælium causa esse egressionis nobilium, & collationis equorum, & armorum, quæ eis essent a rege distributa, neque tamen id satis esset, ut in ista censeretur egressus principis ad præliandum, habere aliam causalitatem, uel efficientiam, quàm causæ sine qua non, uel motiuæ potius uoluntatis regis. Et si rex statueret uinctos omnes liberare a carceribus, & magnis onerare muneribus regrediente ad se principe, & non alias, regressus principis ad regem, causa proprie diceretur liberationis uinctorum, & collationis eorum munerum, non esset tamen aliter causa eorum, nisi quia motiua uoluntatis regis ex pacto, uel statuto ipsius. Atque his argumentis & exemplis, possemus ostendere, neque illa etiam ratione tribuendam esse operationibus uel passionibus Christi efficientiam instrumentalem respectu iustificationis, resurrectionis, & ascensionis nostræ, quia per eas operationes uel passiones humanitas ipsius fuerit facta idoneum, et

Simile. (margin, beside "rexisset, & ascendisset in cœlum")

Argum.1. efficax instrumentum ad ista. Siquidem ne hoc quidem satis est, ut illæ censeantur instrumenta proprie. Non enim instrumenta nostra dicuntur operationes, quibus faber ferrarius aptauit nobis gladium, quo tēperamus calamum, licet illis factus sit gladium idoneum nobis instrumentum. Deinde.

Argum.2.

A Ante illas operationes habuit Christi humanitas uirtutem ad hęc faciendū. Habuit quippe eā, ut etiā S. Tho. fatetur, ex coniunctione ipsius, ad diuinitatē, quę fuit facta in incarnatione. Et ubi passio christi potuerit impetrare meritorie hāc uirtutē suæ humanitati, & hac ratione saltem potuerit dici fecisse passionem Christi suam humanitatem, efficax instrumentum in ista, qua tamen ratione idem possit dici de resurrectione & ascensione ipsius, profecto nō uideo. Non enim fuerunt istæ operationes meritoriæ. Et quod efficitur per humanitatem Christi glorificatam, potuisset effici per eam non glorificatam, neq; aliquid potuerunt in eam efficere, aut derelinquere, ratione cuius efficax sit nunc instrumentum in istos praecellentes effectus. Neque satis est, ut Deus neminem statuerit resuscitare, aut in cœlum deferre ante resurrectionem & ascensionem Christi, ut istæ operationes dicantur fecisse humanitatem Christi efficacem ad similia in nobis efficienda. Alioqui & peccatū causa proprie fuerit attingens incarnationē, si teneamus, sicut tenet. S. Thomas, filium Dei incarnandum non fuisse, si Adam non peccasset. Quid igitur? No'nne per aliquas operationes suas humanitas Christi nostram salutē operata est? Si per nullas suas operationes hoc fecit, quomodo stat, quod supra constanter defendimus, efficacem causam instrumentalem eam fuisse nostræ iustificationis? Operata quidem illa est salutem nostrā in medio terræ meritorie & satisfactorie, per omnia quæ gessit & pertulit usque ad resurrectionem, sed efficienter, seu instrumentaliter proprie tātum per illas actiones quibus significauit, se condonare peccata hominibus, & quibus ipsos iustificandos realiter attigit. Sicut. n. dedit sanitatem infirmis, illis solis operationibus, quibus expressit se uelle eos sanare, & quibus tactu carnis suæ salutiferæ eos attigit, ita illis solis peccatores iustificauit, quibus expressit se eos iustificare, et quibus uel per baptismum, uel per aliquod aliud sacramentum eos attigit. Et quia morte sua illos uidetur attigisse, qui ad uocē illam Christi, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & ad miracula, quæ tum facta sunt, conuersi sunt, fortè & illos per ipsam efficienter iustificauit, & eadem ianuas cœli nobis aperuit, & non tantum meritorie & satisfactorie sed etiam uere efficienter uidetur reconciliasse humanum genus cū Deo.

Diluitur lata obiectio.

Obiectio.

Responsio

B Quod si nunc omnis iustificatio fieret a Deo per operationes Christi quatenus homo est, humanitas ipsius concurreret ad collationem sacramentorum, & largiretur dispositiones, quibus iustificamur, & istis solis operationibus & applicationi suæ humanitatis ad nos in susceptione Eucharistiæ cōueniret hęc tanta & tam eximia uirtus. Ad eundenque modum, si per Christum, ut homo est, resurrectio omnium fiet, erit humanitas ipsius causa resurrectionis nostræ, per coniunctionem, qua ut instrumentum diuinitatis, connectet animas hominum cum proprijs corporibus. Nam aliæ operationes suæ humanitatis, quæ iam transierunt, & desierunt esse, quomodo propriam rationem instrumenti habere possint in iustificatione, aut resurrectione nostra, non intelligo. Cunque facta resurrectione, gloriosa corpora

O 2

sanctorum habitura sint propriam uirtutem, ut possint conscendere in cœlum, nihil opus est dicere, humanitatem Christi causam fore ascensionis eorum, uel sua aliqua operatione eos secum relaturam esse in cœlum.

Christus secundum humanitatem causa exemplaris iustificationis. Cap. XIX.

POterunt quæ iam diximus, satis esse, ut intelligamus, quam efficientiam habuerit humanitas Christi respectu nostræ iustificationis. Verum qui eam supra omnes creaturas exaltauit, & admirabilibus prærogatiuis insigniuit, non contentus fuit, si meritoria, & instrumentalis causa esset nostræ iustificationis. Hanc siquidem prærogatiuam etiam aliis creaturis, licet non cum tanta gloria, impartitus est. Voluit itaque, ut humanitas Christi causa esset exemplaris iustificationis omnium hominũ. Et huius laudis nullam aliam creaturam participem fecit. Vocamus autem causam exemplarem alicuius effectus, causam illam, ad cuius exemplar, & similitudinem fit ille effectus. Et generaliter omne illud quod agens principale uelut prototypum suarum operationum spectat, uel cui assimilare intendit quod facit, dicitur causa exemplaris earũ operationum. Et hac ratione imagines, quas subinde respiciunt pictores, ut inde alias extrahant, & delineent, causæ dicuntur exemplares earum, quas denuo depingunt. Et essentia diuina causa dicitur exemplaris, siue idea omnium creaturarum, quia in eam, quæ omnium ipsarum distinctissima, & perfectissima similitudo est, Deus respiciēs, mundum, & omnia, quæ in ipso, sunt creat, & creauit. Et quia Deus teste Paulo, quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, uel hoc uno argumẽto possumus suadere Christum secundum suam humanitatem sanctissimam, & unice a Deo dilectam, causam fuisse exemplarem nostræ iustificationis. Ei enim assimilare uult Deus omnes, quos iustificat. Et ipse est omnium prædestinatorum primus, & caput, ac uelut initium omnium eorum. Et uel hoc nomine possemus eum, ut homo est, primogenitum omnis creaturæ dicere. Nã de eo Paulus interpretatur uerba illa Psalmistæ. In capite libri scriptum est de me. Quæ ad librum prædestinationis, & præscientiæ diuinæ non immerito cõmuniter referuntur. Et de eodẽ quatenus homo est, alibi ait. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principiũ, primogenitus ex mortuis. Quãobrem sicut effectus oẽs participatio quædam sunt suarum causarum exemplariũ, sic tota nostra iustitia, participatio q̃dã est plenitudinis iustitiæ Christi. De plenitudine.n. eius oẽs accipimus, gratiã pro gratia. Et ipse unctus est a patre cœlesti oleo lætitiæ, & exultationis p̄ cõsortibus, & participibus suis, sicut Paulus, & Dauid testantur. Filiatio etiam naturalis exemplar est filiationis adoptiuæ. Cum igitur iustificatio nostra adoptatio quædam sit in Dei filios, causa illius exemplaris Christus erit, qui solus est filius patris naturalis. Item resurrectio Christi causa dicitur esse exemplaris nostræ resurrectionis. Paulus enim apertè dicit. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori

Exemplaris causa. — *Christus secundũ humanitatem cã est exẽplaris iustificationis.* — Rom. 8. — Argum. 1. — Heb. 10. — Psalm. 39. — Col. 1. — Argum. 2. — Ioan. 1. — Psalm. 44 — Heb. 1. — Argum. 3. — Argum. 4 — 3. Tho. 3. p q. 56. ar. 2. — Philip. 3.

A corpori claritatis suæ. Et alibi. Si enim complantati facti sumus similitudini Rom. 6. mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Beatitudo etiam Christi causa 5. argum. est exemplaris nostræ beatitudinis. Idem enim Paulus dicit. Ipse spiritus te- Rom. 8. stimonium reddit spiritui nostro quod simus filij Dei. Si autem filij, & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & cõglorificemur. Preterea secundum principia Philosophica, pri- 6. argum. mum in uno quoque genere, metrum est & mensura omnium quæ continentur in eo genere, & beatitudo animæ Christi, & gloria corporis sui sine dubio primæ sunt, & prestantissime omnium gratiarum, & beatitudinum. Erunt igitur & causæ exemplares nostræ gratiæ, & nostræ gloriæ animæ, & corporis, & earum metrum, & mensura, & tãto aliquis gratior erit Deo, & beatior, quanto ipsius gratiæ, & beatitudini fuerit uicinior, & similior. Verum obijciet aliquis, Deum solummodo spectare suam essentiam, ut fa- Obiect. ciat quidquid siue ad intra, siue ad extra operatur, atque ideo solam eam esse posse respectu Dei causam exemplarem, etiam respectu nostræ gratiæ, & gloriæ. Si causa exemplaris, illa sola est, quam respicit agens principale in Respon. operando, equidem nulla alia potest Deo esse causa exemplaris quam sua essentia. Ideo tamen gratiam Christi dicimus causam esse exemplarem nostræ gratiæ, quia Deus dum nos iustificat pertendit assimilare nos Christo in gratia. Quod quidem satis esse uidetur ad causam exemplarem. Nanque effectus perinde assimilatur formæ, cui ex intentione fit similis, ac forme quam respicit agens in agendo. Quod si tandem dicatur hoc non satis B esse, ut sit iustitia Christi respectu Dei causa exemplaris ad iustificandum, erit saltem exemplaris respectu ipsius gratiæ.

Christi gloriam causam esse finalem, non ultimatam tamen nostræ iustificationis. Cap. XX.

HAbet insuper humanitas Christi aliam prerogatiuam ad hoc spectantem propositum, & dignissimam illam quidem, quæ silentio non prætereatur. Ea autem est, ut ipsius gloria, & exaltatio, causa sit finalis nostræ iustificationis. Causa enim finalis alicuius operationis ea dicitur, cuius gratia eiusmodi operatio fit. Siue, in quam ea operatio, uel natura sua, uel ab agente principali ordinatur. Cum igitur in gloriam, siue exal- *Gloria* tationem humanitatis Christi nostra iustificatio a Deo ordinetur, ut statim *christi cau* monstrabimus, erit illa proculdubio causa finalis nostræ iustificationis. Sic *sa est fina-* tamen hoc est intelligendum, ut Deus quidem, siue ipsius gloria, ut iam di- *lis iustifica* ximus, causa sit finalis ultimata, & potissima nostræ iustificationis. Christi *tionis.* autem humanitas, siue gloria ipsius causa sit finalis extrinseca, & non ultimata, sed subordinata ei. Cum enim ipse sit finis ultimatus omnium, in hoc uoluit pro sua singulari bonitate exaltare humanitatem, quam secum uniuit, & suæ gloriæ magnificentissime consortem fecit, ut & ipsa quoque finis esset non ultimatus nostræ iustificationis. Itaque sicut per Christum secundũ diuinitatem sunt omnia iuxta illud Pauli, Decebat enim eum, pro- Heb. 2

pter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari, ita per eundem Christum secundum suam humanitatem, & propter ipsum est tota nostra iustificatio. Et quamuis hoc difficile creditu uisum fuerit nonnullis uiris doctissimis, qui causa Concilij conuenerunt Tridentum, uerum hęc sententia & pluribus, & doctioribus probabilior uisa est, & tandem communi patrum consensu, ut iam uidimus, in hoc capite est probata. Et argumentum, quod mihi illam persuadet, est hoc. Gloria & exaltatio humanitatis Christi, siue Christi quatenus homo est, consequitur ex iustificatione nostra ex intentione Dei & nostra. Et iustificatio nostra ordinatur, & a Deo, & a nobis, & ipsa natura sua in gloriam Christi, quatenus homo est. Ergo ipsa, causa est finalis, seu finis iustificationis nostræ. Illud siquidem, ut diximus, causa est finalis cuiuscunque actionis, cuius gratia illa actio fit, uel in quam ea actio ordinatur, uel suapte natura, uel saltem a principali agente. Quod autem exaltatio humanitatis Christi consequatur ex iustificatione nostra, & in eam suapte natura iustificatio nostra ordinetur, perspicuum est. Redundat enim nostra iustificatio in suam gloriam, & attestatur suæ gloriæ, eanque nobis magnifice commendat, sicut & unum quodque electum opus redundat in gloriam sui factoris, & eum commendat, & illius gloriæ seruit, & suapte natura in eam ordinatur. Quis ambigat, tanto Christum gloriosiorem fore, quanto plures de potestate dæmonis eripuerit, & in maiorem honorem & gloriam suis præcellentibus meritis prouexerit? Tanto certè quisque uel Dux, uel Imperator gloriosior, & illustrior habetur, quanto plures è suis de captiuitate hostium redemerit, & plurium bonorum, maiorisque gloriæ participes eos fecerit. Neque obscurum est Deum, ut glorificetur Christus, nos iustificare. In omnibus enim exornare, & magnificare cupit pater cœlestis suum filium, etiam quatenus homo est, & pro nimio suo in eum amore ab omnibus uult eum coli adorari & honorari. Quare & multo magis ipse iustificationem nostram in ipsius gloriam ordinabit, quam ipsa sit suapte natura ordinata. Quod quidem & Paulus uidetur innuisse, si tamen uerior sit, quæ communior est lectio exemplarium Græcorum, cum dicit, patrem cœlestem benedixisse nos omni benedictione spiritali in cœlestibus, Christo. Quid est aliud nos benedixisse Christo, quam benedixisse nos in gloriam, & laudem Christi? Hoc etiam innuunt illa uerba paulo ante citata. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Nanque his uerbis significari uidetur Deus, cum prædestinauit multos conformes filio suo, id spectasse, quod erat gloriosissimum Christo, ut & ipse haberet multos fratres, & eorum ita esset primus, ut illi eum & uenerarentur, & honorarent & illustriorem cunctis facerent. Quippe habuisse se pater cœlestis in his uidetur sicut rex, qui ut honoret principem filium suum, multos alios nobiles, equites facit, & uestibus & armis, & nonnunquam titulis, & priuilegijs exornat insi-

Margin notes: Argum. 1. — Ephe. 1.

A gnibus, ut comitentur, & honorent magis suum filium, ac tanto ille gloriosior incedat, quanto nobilioribus, & illustrioribus processerit comitatus assectis. Atque exaltatio, & glorificatio nominis Christi, unum est, & non infimum ex præmijs, quæ pater cœlestis retribuere statuit singularibus meritis Christi. Humiliauit semetipsum, ait Apostolus de Christo, factus obœdiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Et ipse Christus de se ipso secundum humanitatem dicit apud Ioannem. Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et ut pateret de se ipso quatenus homo est, ista dixisse, adiecit statim. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Et hæc est claritas, seu gloria, qua se petijt apud Ioannem, clarificari a patre, & quam ei præstiturum Spiritussanctus aduentu suo prædixit his uerbis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Dubium itaque esse non potest, quin pater cœlestis conuersionem mundi ad fidem, & totam iustificationem nostram ex proposito ordinet, & referat in hoc, ut glorificetur Christus quatenus homo, quippequi & illam meruit, & pro ea obtinenda mirifice laborauit. Quod nisi ita esset, nec esset præmium mortis Christi iustificatio nostra. Nullum enim aliud bonum ipsi accedit ex ea, nisi gloria, & exaltatio nominis sui. Præmium autem esse suæ mortis nostram iustificationem aperte explicuit Esaias, cum ait. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum. Quamobrem & nos quidem uehementer decet, & mille nominibus debemus, ipsius gloriam & exaltationem in iustificatione nostra & in omni profectu spiritali præcipue spectare. Quando enim ille per omnia quæsiuit nostram gloriam, neq; labori ulli, immo neq; uitę suę, quo nos exaltaret, & glorificaret, pepercit, & nos quoque uicissim omnia in suam gloriam faciamus, par est, & uel ideo iustificari, & insigniter proficere in iustitia uelimus, ut & ille magis inde, & a nobis, & a cœteris magnificetur, & exaltetur. Pro omnibus mortuus est Christus, teste Paulo, ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Et hoc fuisse semper uotum, & propositum suum, & sanctorum omnium aperte testatur idem Paulus in hęc uerba. Nemo nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus domino uiuimus, siue morimur domino morimur. In hoc enim ille mortuus est, & resurrexit, ut mortuorum & uiuorum dominetur. Si hoc est, & esse debet fidelium seruorum uotum, ut in omnibus domini sui gloriam, & exaltationem quærant, iustum quidem est, ut & nos Christi sanguine redempti, & maiori multo iure ipsius serui facti, quam ulli alij sint serui dominorum suorum, ipsius gloriam, & exaltationem ubique, & in omnibus nostris

Marginalia: Philip. 2. a (beside "Humiliauit semetipsum"); Ioan. 5. d (beside "Neque enim pater iudicat"); 17. a (beside "Et hæc est claritas"); 16. c (beside "Ille me clarificabit"); B (left margin, beside "stra. Nullum enim"); Esa. 53. d (beside "Si posuerit pro peccato"); 2. Cor. 5. c (beside "Pro omnibus mortuus est"); Ro. 14. b (beside "Nemo nostrum sibi uiuit").

queramus, sitiamus, & totis præcordijs desideremus. Et cui secundum C Deum iustius aut commodius optemus seruire omnia bona nostra, quàm cui omnia illa, & solide, & ex asse debemus, cuique omnibus illis seruiendo, & nobis & ipsis maximam gloriam comparamus? Atque ut hoc diligentius & studiosius faciamus, ipsa ratione capitis & membrorum admonemur. Decet membra uitam, & gloriam sui capitis pro sua quodque parte quærere. Vnde & manum uidemus natura sua se exponere, uel certè a nobis exponi naturaliter, ut defendatur caput. Si ciues bene instituti gloriam sui regis suæ anteferunt, si subditi prælatum sibi anteponunt, si discipuli magistrum, si milites ducem, quanto æquius est nos, qui sub Christo rege, duce, magistro, & pastore uiuimus, & militamus, ipsius gloriam ubique, & in omnibus in primis quærere, & spectare? Finis legis Christus est, teste Paulo ad iustitiam omni credenti, & omnes ceremoniæ, & omnes prophetiæ ueteris testamenti in hoc ordinabantur a Deo, ut prædicarent, significarentque, & commendarent nobis gloriam Christi, multo ergo profectò iustius est, ut et nos qui pluribus, & maioribus nominibus ei sumus deuincti, omnia nostra bona in laudem illius referamus. Sicut igitur finis intrinsecus iustificationis nostræ beatitudo est nostra, extrinsecus uero ultimatus est Deus, & ipsius gloria, & ad hoc Deus nos iustificat, ut beati simus, & ipsius gloriæ perpetuo seruiamus; ita extrinsecus finis nostræ iustitiæ, non ultimatus tamen, Christus est quatenus homo, & ipsius gloria, & exaltatio, & ad hoc Deus nos iustificat, ut Chri- D sti gloria per nostram iustificationem augeatur, crescat, & maiora in dies incrementa laudis suscipiat. Et quemadmodum non sequitur, quidquam extrinsecum esse causam uoluntatis diuinæ, quanuis beatitudo nostra formalis, & intrinseca dicatur causa finalis iustificationis nostræ, ita neque diuinæ uoluntatis causa extrinseca erit gloria, & exaltatio nominis Christi, licet ea sit causa finalis nostræ iustificationis. Progrediamur igitur ad explicandum causam formalem, quà iustificamur.

Diluitur tacita obiectio.

De nouis quorundam opinionibuus asserentium Christi iustitiam causam esse formalem nostræ iustificationis. Cap. XXI.

TRactaturi de causa formali nostræ iustificationis, illud in primis uidebimus, num Christi iustitia uel Christus ipse defendi possit ipsius esse causa formalis. Vocamus autem causam formalem alicuius effectus, uel denominationis, formam, quæ eam denominationem tribuit, sicut albedo causa est formalis, qua sumus albi, & sapientia causa formalis, qua sumus sapientes. Albedo enim tribuit subiecto, in quo est, denominationem albi, & sapientia tribuit rei in qua est, denominationem sapientis. Itaq; hoc

A nunc disquirimus, an sicut per albedinem sumus formaliter albi, & per sapientiam sapientes, & albedo denominat nos albos, & sapientia sapientes, ita & per iustitiam Christi simus formaliter iusti, & ea sit, quæ nos coram Deo faciat, & denominet iustos. Et de hoc noua quædam opinio, & quod quidem scire potuerim, nostris patribus ignota, cœpit his temporibus ab aliquibus defendi, asserens nos iustificari per iustitiam Christi, uelut per causam formalem, & essentialem, & ab ea proprie, & præcipue habere nos, q̄ simus iusti coram Deo. Sed ne uideantur absurde loqui, dicentes, nos iustificari formaliter, & proprie per illud, quod in nobis non est, dicunt, non iustificari nos per iustitiam Christi, quatenus in ipso est, sed quatenus nobis imputatur ad meritum, & remissionem peccatorum, & renouationem mētis nostræ, & acceptationem ad uitam æternam. Et potest exemplo isto declarari ista opinio. Si Petrus esset inimicus regi ob crimina aliqua, quibus eum offendisset. Et princeps ipsius filius ex mandato suo præclarum aliqđ obsequium regi præstaret ad satisfaciendum pro Petri criminibus, & ob illud obsequium princeps a suo patre postularet, ut Petrum reconciliaret sibi, petitioniq; filij rex acquiesceret, Petrus diceretur esse acceptus, & reconciliatus patri per iustitiam, seu meritum illud principis, non quidem, quatenus illud meritum erat quædam actio, uel passio principis, sed quatenus a rege ob gratiam sui filij imputaretur Petro ad remissionem criminum suorum, & ad recipiendum eum in suam gratiam. Cum nos igitur inimici essemus Deo propter peccata nostra, et reconciliati fuerimus ipsi per mortem,
B quam filius Dei ex mandato patris sui pro nobis subiuit in cruce, eaq; morte iustitiam omnem impleuerit, & pro nobis copiosissime satisfecerit, per iustitiam Christi, sentiunt isti autores nos iustificatos esse, & iustos esse formaliter, nō quatenus illa in ipso fuit, sed quatenus a patre misericordiarum benigne nobis imputatur ad iustificationem nostram, & redemptionem a peccatis nostris, & reconciliationem cum Deo, perinde ac si nostra ipsorū esset, & nos ipsi pro nobis satisfecissemus. Sed inter hos qui hanc tuentur opinionem, quidam sic eam tutati sunt, ut crederent, excepta fortassis fide, nullam prorsus esse aliam iustitiam, qua simus formaliter iusti, alij uero sic quidem receperunt istam opinionem, ut tamen pręter eam assererent, & nobis inhęrere aliam iustitiā creatam, quę uel gratia, uel caritas est, qua formaliter dicimur iusti. Et hinc nata est diuisio illa modo frequens in ore theologorum, insolita tamen antiquis temporibus, de duplici iustitia, inhęrēte, scilicet, & imputatiua. Primus uero, ex his quos scire potuerim, autor huius opinionis, q̄ nos iustificemur formaliter per iustitiam Christi imputatam nobis, fuit Martinus Lutherus in commentarijs epistolę ad Galatas cap. 2. ubi sic ait. Fides apprehendit Christum, qui est forma, quę fidem ornat, & informat, ut color parietem. Est ergo formalis nostra iustitia, non caritas informans, sed fides, & nebula cordis, hoc est, fiducia in rem, quam non uidemus, hoc est, in Christum. Et paulo inferius subdit. Sicut Sophistę dicunt,

Diuisio noua iustitiæ in inhærentē et imputatiuam.

Error Lutheri de iustitia imputatiua.

caritatem formare,& imbuere fidem,sic nos dicimus,Christum informare & imbuere fidem,uel formam esse fidei.Ergo fide apprehensus, & in corde habitans Christus est iustitia Christiana, propter quam nos Deus reputat iustos,& donat uitam ęternam. Ex quibus uerbis liquet,eum sensisse unum Christum esse nostram iustitiam formalem,& eum esse formam fidei,& pter eum nullam aliam esse in nobis iustitiam,excepta fortasis fide. Et in eũ sensum uidentur protestantes in confessione Augustana, & Philippus in Apologia ipsius,defendere,nos iustificatos per iustitiam Christi. Pasim.n. irrident habitum iustitię inhęrentis,quem scholastici ponunt, & per iustitiã Christi fide apprehensam & imputatam nobis, asserunt nos iustificari. Et sequitur hanc sententiam nouus quidam autor Margaritę Theologicę. Ponunt uero & hanc iustitiam imputatiuam,& alteram inhęrentem ad nostrã iustificationem concurrere Colonienses canonici autores illius libelli uulgo uocati Antididagma. Nam capite illo,quo tractãt de causis per quas iustificamur,ubi explicuissent per solum Deum nos iustificari tanquam per causam efficientem,& operantem,& per solum Christum tanquam p causam meritoriam,& per fidem,& poenitentiam,seu contritionem,et alia gratię pręuenientis opera,tanquam per causas dispositiuas,pręparatiuas,& susceptiuas,quibus partim pręparamur,& disponimur,partim iustificationẽ ipsam recipimus,addunt hęc uerba. Eodem modo iustificamur a Deo iustitia duplici tanquam per causas formales,& essentiales. Quarum una prior est,consummata Christi iustitia, non quidem quomodo extra nos in ipso est,sed sicut,& quando eadem nobis,dum tamen fide appręhenditur,ad iustitiam imputatur. Hęc tamen ipsa ita nobis imputata iustitia Christi pręcipua est,& summa iustificationis nostrę causa,cui principaliter inniti,& fidere debemus. Aliter uero iustificamur formaliter per iustitiam inhęrentem, quę remissionem peccatorum simul cum renouatiõe Spiritus sancti,& diffusione caritatis in corda nostra secundum mensuram fidei uniuscuiusq; nobis donatur,infunditur,& fit propria. Hęc ibi. Et inclinasse uidentur in hãc sententiam autores etiam libelli oblati a Cęsare collocutoribus in comitijs Ratisponensibus. Capite enim quinto inter cętera bona nobis communicata in iustificatione nostra computant imputationem iustitię Christi,& fide eatenus dicunt nos iustificari,idest,acceptari,& reconciliari Deo,quatenus apprehendit misericordiam,& iustitiam,quę nobis imputatur propter Christum,& eius meritum,non propter dignitatem, seu perfectionem iustitię nobis in Christo communicatę,& fidelem animam,aiunt, non inniti iustitię sibi inhęrenti,sed soli iustitię Christi nobis donatę, sine qua nulla est omnino,neq; esse potest iustitia,& addunt eos, quos suorum peccatorum uere poenitet,semper fide certissima oportere statuere,se propter mediatorem Christum Deo placere,quia Christus est propitiator, & pontifex, & interpellator pro nobis,quem pater donauit nobis,& omnia bona cum illo. Licet igitur non utantur uerbo formaliter,neq; dicant iustitiam Christi

Protestantes.

Colonienses.

A causam formalem nostrę iustificationis, sicut Colonienses, tamen eandem cum illis uidentur secuti sententiam, quia prçter iustitiam inhęrentem, alteram iustitiam, nempe Christi, communicari nobis asseruerunt, qua præcipue fiamus iusti, cuiq; soli debeamus inniti. Et hanc eandem opinionem q dam doctissimo illi hęreseos Lutheranæ impugnatori Alberto Pigio cam pensi attribuunt. Neq; omnino sine causa. Nam in secunda sua controuersia, quæ de fide est, & iustificatione, cum explicuisset, nostram iustitiam multum deficere a regula diuinæ iustitiæ, etiam quatenus nostræ infirmitati attẽperata est, neq; nos unquam exacte respondere rectitudini diuinæ legis, addit nobis succurrisse Deum misericorditer per iustitiam Christi, eaq; nos induisse, & nostram iniustitiam cooperuisse, & sub ea uelut sub umbone, & clypeo a sua, quam commerueramus, ira nos abscondisse, ac protexisse, & iure amicitiæ, quæ communia bona amicorum facit, ita nobis Christo unitis, insertis, & incorporatis, illius iustitiam impartitum esse, ac nostram fecisse, ut ea tecti, ornatiq; audacter, & secure diuino nos sistamus tribunali, & iudicio, iustiq; non solum appareamus, sed etiam simus. Nobis enim ei cõiunctis illius obædientia sic accepta fertur, ait, ac si nostra esset, ita ut ea ipsa etiam nos iusti habeamur. Et uelut ille quondam Iacob, qui cum natiuitate primogenitus non esset, sub habitu fratris occultatus, atq; eius uestem indutus, quæ odorem optimum spirabat, se ipsum insinuauit patri, ut sub aliena persona benedictionem primogeniturę acciperet, ita & nos sub Christi primogeniti fratris nostri preciosa puritate delitescere, bono eius odore fragrare, & eius perfectione uitia nostra sepeliri, & obtegi, ut pientissimo patri nos ingeramus, & iustitiæ benedictionem ab eo assequamur. Ea nanq; una, ait, est, quæ ut uera, & perfecta, Dei sustinere conspectum potest, eanq; unam p nobis sisti oportet tribunali diuini iudicij, & uelut causę nostræ intercessorẽ eidem reprçsentari. Ipsa enim subnixi, & hic obtinemus remissionem peccatorum, & ipsius puritate uelantur nostræ sordes, & imperfectionũ immunditiæ, ne in iudicium Dei ueniant. Vę enim hominum uitæ quantuncunq; laudabili, ut libera, & uerissima uoce pronunciat Augustinus, si remota misericordia iudicetur. Hæc ibi. Aduertendum et illud, ut non omnino immerito uideatur ei tribui ista opinio, eodẽ modo illum ibi uelle, nos per Christi iustitiam constitutos esse iustos, ac sumus peccatores constituti per inobædientiam Adæ. Quare cum ipse in prima cõtrouersia tenuerit peccatum originale nihil aliud esse, quam inobædientiam Adę imputatam nobis, uidetur hac comparatione innuere, nullam aliam se credere in nobis iustitiam quam iustitiam Christi imputatam nobis, & communicatam. Auget item hanc suspicionem quod post multa alia, quibus hanc eandem sententiã subindicat, tandem adijcit, se derogare omnibus Adę filijs, propriam, quę ex suis operibus esset, coram Deo iustitiam, & docuisse, una Dei in Christo niti nos posse iustitia, & una illa iustos esse coram Deo, uacuos, & destitutos propria, atq; ideo hanc sententiam aliquãto se diligentius astruxisse, ne scho

Alb. Pigi.

Gen. 27.

B

lastici aliqui fortasis eam damnarent, & abijcerent, si nudam eam legerent, C & non perinde fultam, & communitam.

Quod Christi iustitia neque sit, neque posit esse causa formalis nostræ iustificationis. Cap. XXII.

Iustitia Christi nõ ē causa formalis iustificationis nostræ.

SEd utcunq; sit de autoribus huius uel illius opinionis, nos antiquam, & communem opinionem tuebimur, & quo intermißis nouitatibus plenis uotis omnes amplectantur antiquam doctrinã Ecclesię & nunc recens hic a patribus, ut statim ostendemus, probatam, non iustificari peccatores per iustitiam Christi, uelut per causam formalem suę iustificationis, & iustitiam Christi neq; in se, neq; ut communicatam nobis, & suo modo nostram factam, esse causam formalem nostrę iustificationis, apertis argumẽtis docebimus.

Arg. 1 Primo. In omnibus iustis est iustitia formalis ipsis inherens, ut cap. 24. probabimus. Vnius autem effectus tantum est unica causa formalis. Non sunt duę formę necessarię, ut nos simus sapientes. Vna hoc potest prębstare & uere prębstat sapientia. Non sunt duę formę necessarię, ut corpus quantum fiat album. Vna satis ad hoc est albedo. Et idem est uidere in omnibus effectibus formalibus. Omnis enim forma, siue absoluta, siue respectiua sufficit ad denominationem formalem concretiuam sibi respondentẽ. Albedo sufficit facere suum subiectum albũ, nigredo nigrum, dulcedo dulce, lętitia lętum, & sapientia sapientem, neq; ulla potest exceptio huic regulę dari. Sufficiet itaq; uel sola iustitia inhęrens ad faciendum homines iustos, & superfluum prorsus est & ab omni philosophia alienum ad hoc ipsum D ponere aliam aliquam iustitiam, uidelicet, iustitiam imputatiuam Christi. Et hoc eodem argumento poßemus probare, superfluam esse iustitiam inhęrentem, siquidem a iustitia Christi, ut sentiunt Colonienses, essemus formaliter iusti. Si enim iustitia Christi imputatiua hoc pręstat nobis, ut simus iusti, necessaria non est alia iustitia, quę hoc ipsum efficiat, pręsertim cum prius natura nobis iustitia Christi imputetur, quam communicetur iustitia inhęrens, ut postea ostendemus. Quare cum ipsi non negent iustitiam inhęrentem, uel hoc argumento debuissent moueri, ne crederent, iustificari quempiam per iustitiam Christi ut per causam formalem.

Arg. 2 Secundo. Neq; angeli, neq; protoparentes nostri antelapsum fuerunt iusti iustitia Christi imputata eis, sed duntaxat iustitia inhęrente. Neq; hoc, quod sciam, uertit aliquis in dubium. Ergo etiam modo iustificati per Christum, non iustitia Christi imputata sibi, sed iustitia inhęrente sunt iusti. Reparantur enim per Christum

Arg. 3 ad statum, a quo ceciderunt, & fiunt similes angelis Dei in cœlo. Tertio. Quod non inest alicui subiecto, neq; potest ipsum formaliter denominare, pręsertim denominatione absoluta. Non potest album me facere albedo, non sapientem sapientia, non bonum bonitas, nisi insint & mihi. Iustitiam uero Christi, etiam quatenus imputatur nobis, dilucidum est non inesse nobis.

Arg. 4 Quarto. Non dabitur, neq; potest dari in naturalibus una, & eadẽ causa efficiens, & formalis unius, & eiusdem effectus. Sed imputatiua iustitia

A Christi, ut uerbis loquar eorum, quos impugno, causa est efficiens, propter quam nos sumus iusti. Per ipsius enim iustitiã, & merita, ut per causam meritoriam, & suo modo efficientem iustificamur. Quinto. Multo magis essentialis, & principalis causa est nostræ iustificationis misericordia, & caritas patris coelestis, quam iustitia Christi. Et tamen nemo unquam ita delyrauit, ut diceret eam esse causam formalem nostræ iustificationis. Sexto. Cum Deus iustificat aliquem ob merita alicuius sancti, qui illius iustificationem postulat, sicut iustificauit Paulũ, ex sententia Augustini, ob merita, & preces Stephani, causa formalis sic iustificati non est iustitia merentis uel impetrantis eam iustificationem, immo illa iustitia solum habet rationem causæ efficientis. Cõfirmare etiam omnia ista potest quod sancti doctores, ut proximo capite ex parte ostendemus, efficientem quidem causam nostræ iustificationis Christum dixerunt, nunquam autem formalem. Et sunt hæc quidem argumenta tam aperta, tam fortia, & tam consona lumini naturali, tanq; absurda, & ab omni philosophicá ratione aliena uisa est sanctæ Synodo noua opinio, quam impugnamus, ut nullis quod scire potuerim prolatis uel scripturæ, uel sanctorum testimonijs, uno animo & ore consenserint in sententiam antiquam & communem patres nostri, neq; dubitauerint hanc esse fidem, quam Spiritus sanctus per Christum, Apostolos, & alios doctores, & pastores tradiderit Ecclesiæ, & ipsa perpetuo constanter & indubitanter tenuerit. Vtq; omnes hac de re cessarent post hac contentiones, placuit cõmunem Ecclesiæ fidem aperire & declarare his uerbis. Demum unica formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit. Et ne locus esset alicui prauæ interpretationi, mox adiecerunt, ununquenq; iustorum suam recipere iustitiam, & eam eis inhærere. Quę manifestum est, non posse Christi iustitiæ conuenire. Et tandem sub anathemate hoc idem statuerunt in canone. 10. Vbi sic legimus. Siquis dixerit, homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit, iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustificatos esse, anathema sit.

Arg. 5 | Arg. 6 | Aug. | B | Cano. 10

Respondetur argumentis probare nitentium Christi iustitiam esse causam formalem nostræ iustificationis. Cap. XXIII.

Non tamen satis est nostram, immo communem totius Ecclesiæ firmasse sententiam, nisi etiam & inania esse ostendamus argumenta q bus inniti potuerunt, qui partes cõtrarias sectantur. Primo quidem obijci possunt nobis uerba illa Pauli de Christo. Qui factus est nobis sapiẽtia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Nec non & illa Ioannis. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Vnde & omnes fideles pleno ore confitemur, eum unum esse reconciliationem nostram. Et Bernardus in epistola quadam ad Innocentium Papam sic scribit. Iustum me dixerim, sed illius iustitię. Quae nam illa? Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Deniq; qui factus est nobis, inquit, iustitia a Deo patre. Quae ergo mihi iustitia facta est, mea non est? Si mea traducta culpa, cur non & mea indulta iustitia? Hæc

Obiecti. 1. | 1. Cor. 1. d | 1. Ioan. 2. a | Bern. 1 ep. 191. | Rom. 10 | 1. Cor. 1

Responsi. Bernardus. Sed hæc obiectio ex imperitia Scripturarum procedit. Factus C quidem dicitur Christus esse nostra iustitia, non quod ille sit nostra formalis iustitia, sed quia per illum iustificamur meritorie, & efficienter. Nam ipse fecit iustitiam inter nos & Deum, & autor est, & consummator nostræ iustitiæ, rectissimaque regula, & amussis optima iustitiæ, ad quam collimare, & aptare se debeant, qui uere, ac serio uolunt esse iusti. Quo modo & sapientia dicitur nobis esse Christus factus, quia in illo & per illum discimus, & obtinemus ueram sapientiam. Donat enim eam nobis ipse cum patre & Spiritu sancto, & in illius uita tanquam in quodam uitæ, & sapientiæ libro, uiuoque speculo documenta ueræ sapientiæ, & pietatis licet legere. Vnde & Ambrosius in hæc uerba ideo Christum factum esse nobis a Deo sapientiam, iustitiam, sanctificationem, & redemptionem explicat, quia per ipsum uere sapientiam discimus, & sanctificati, hoc est, ab opere carnis, & idolorum immundicia purgati, & iustificati ac redempti sumus. Et paulo ante in illa uerba, Christum Dei uirtutem & sapientiam. Christus, inquit, uirtus Dei est, quia per ipsum omnia fecit. Sapientia autem idcirco, quia per ipsum cognitus Deus. Neque alio tropo ab eodem Paulo dicitur ipse Christus esse pax nostra, nisi quia omnia pacificauit, & in ipso, ut exponit Cyrillus, superiora inferioribus coniuncta sunt. Creaturam creatori reconciliauit, homines angelis, terram cœlo, & sicut statim ipse Paulus, ut explicaret tropum, adiecit, Iudæos & Gentiles inter se uniuit, faciens ex utroque populo, Gentili & Iudaico unum, uidelicet Christianum. Et eadem figura in collecta post cōmunionem, feria tertia hebdomadę pentecostes Spiritus sanctus dicitur ab D Ecclesia remissio omnium peccatorum, quia per eum nobis illa cōceditur. Frequensque est, sicut & in philosophis & in sermone uulgari, ita et in scriptura prędicatio identica pro causali ad exprimendum, uel excitandum magis affectus. Moyses dixit suo populo de Deo. Ipse est uita tua & lōgitudo dierum tuorum. Dauid dicit Deo. Tu es patientia mea. Explicabantque hoc tropo ipsum esse uerissimam causam nostrę uitę, nostręque patiētię, neque nobis, sed illi imputanda huiusmodi omnia, ac per eum & propter eum, illa nos habere. Et doctores sancti hoc sensu & tropo intelligunt, Christum dixisse Marthę. Ego sum resurrectio & uita. Sed ex omnibus eorum testimonijs unum tantum ex Cyrillo subijciam Dominus uero, inquit, uim suam uiuificam, & resuscitatiuam enucleatius expromēs dixit. Ego sum resurrectio & uita. Ac si diceret. Quare dubitas nunc fratrem posse resurgere, cum ego, qui sum resurrectio & uita illum resurrecturum promittam? Per quem resurget, quando resurrecturi sunt & cœteri homines, per eum potest & modo resurgere. Ipse ergo resurrectio & uita, quia per eum etiam resurgimus a peccato, ut uiuamus iustitię. Per eundem etiam resurrecturi sumus in consummatione sęculi ad uitam immortalem. Et statim uirtutem in utranque resurrectionem probat ex uerbis ipsius apud Ioannem. 5. c. Idemque copiose prosequitur lib. 10. c. 13. ex analogia uitis ad palmites. Ex quibus ꝓbabilis

Quō Christus iustitia nostra.

Christus sapiētia nostra.

Ambro.

Ephe. 2. c

Christus pax nostra

Cyri. 9. in Ioan. c. 24

Prædicatio identica pro causali.

Au. Chry.

Cyr.

Cyr. 7. in Ioan. 6. 18

A potest fieri opinio Nicolai Lyrani, qui in hęc uerba asserit, uirtutem Christi uocantis mortuos ad iudicium, faciendam esse omnium resurrectionem. Neq; est simile de redemptione, uel reconciliatione, & de iustitia. Nam redēptio, siue reconciliatio nostra, cum sit quid extrinsecum, potest conuenire Christo formaliter. Quemadmodum et precium datum pro redemptione captiui dicitur illius redemptio, & preces seu merita Petri reconciliātis nos regi, possunt dici recōciliatio nostra. Sed iustitia nostra est ex sua ratione aliquid nobis intrinsecum, & uere nobis inhærens. Et ideo non potest nisi figurate, neq; Deus, neq; Christus, neq; aliqui Dei, aut Christi actus dici nostra iustitia formalis, sed oportet eiusmodi omnes propositiones causaliter interpretari. Et Bernardum non alio sensu Christum dixisse iustitiam nostram potest constare ex eo, quod ante uerba citata & post illa satis explicat se hoc duntaxat contendere, quod iustitia nostra non sit innata sed donata a Christo. A primo, inquit, homine manauit delictum, a summo coelo egressio gratię. Vtrunq; à parente, illud a primo, ista a summo. Et mox ostendit absurdum esse, Christum ostendisse iustitiam & non dedisse, docuisse caritatem, & non infudisse. Vtq; nullus reliquus sit tergiuersandi locus, audi, qd in sermo. 22. in Cantica scribit. Quod erat angelis, factus est nobis. Quid? Sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Sapientia in prædicatione, iustitia in absolutione peccatorum, sanctificatio in conuersatione, quā habuit cum peccatoribus, redemptio in passione quam sustinuit pro ipsis. Quia tamen in communi sermone utriq; causæ, efficienti uidelicet & formali, efficiētiam respectu sui effectus tribuimus, & ita dicimus, albedinem facere album seu albefacere, sicut ignem calefacere, Hieronymus in expositione illorum uerborum, Nunc autē in Christo Iesu uos, qui aliquando eratis longe &c. subdit. Quomodo sapientia sapientes facit, & iustitia iustos, & sanctificatio sanctos, sic Christus pax, nos facit esse pacatos. Et alibi Christum dicit esse omnes uirtutes, quia omnes illas suo exemplo docuit. Et in epistola quadā ad Amandum nunc dicit nō esse Christum omnia in omnibus, sed partem in singulis, & in quodam esse uirginitatem, in alio zelum, in alio fortitudinē &c. sed in fine mundi futurum esse omnia in omnibus, quia sancti omnes, ex ipsius scilicet gratia & benignitate, omnes uirtutes habebunt. Cunque Aug. in epi. 89. dixisset, sicut ille homo, uidelicet Adam, uitiauit posteritatē suam, ita iste Deus homo iustitia sua saluauit hæreditatē suam, & ne quispiā hoc perperam intelligeret, mox adiecit. Ille traijciendo carnis immundiciā, quod non poterat impius diabolus, iste donando spiritus gratiam, quod non poterat Abel iustus. Hæc uerba palam indicant iustitia sua Christum nos saluare non formaliter sed efficienter. Sed dices. Amor Dei potest esse causa formalis, qua Deo simus cari. Nam & ab amore Petri in me ego sine ulla alia qualitate dicor, & sum uere & formaliter ei carus. Et misericordia Petri soluētis pro me decem aureos ducales creditori meo, est causa formalis nostrę iustitię in creditorē. Et solutio illa imputata nobis satis est, ut uere

Christus formaliter est redemptio nostra

Expositio Bernardi.

B

Hiero. Ephe. 2. c

Aug.

Obiecti. 2

Cōfirmat.

ius.

Responsio dicamur & simus iusti apud illum. Grande tamen est interuallum inter ista, C quæ obijciuntur, & denominationem iusti. Potest quidem Petrus carus esse Deo ab amore Dei absq; aliqua qualitate sibi inhærēte. Et ita est carus hominibus ab amore, quo eum illi prosequuntur, sicut, & notus ipsis a notitia, quam illi de eo habent, & inuisus ab odio. Idemq; in quibuscunq; alijs respectiuis denominationibus posset facile ostendi. Potest etiam Petrus uere dici satisfecisse suo creditori per actum misericordiæ Ioannis soluentis pro ipso sua debita. Et genus humanum uere potest concedi soluisse patri cœlesti sua debita per iustitiam, quam Christus pro nobis expleuit in cruce. Sed iusti denominatio multo plura, ut supra docuimus in se includit, & denominatio absoluta est non respectiua, & ideo requirit aliquid intrinsecum. Quod si ab amore Dei propter Christi iustitiā, diceremur Deo cari, & hoc satis esset, ut essemus iusti, adhuc nō essemus dicendi a Christi iustitia formaliter iusti, sed ab ipso amore Dei propter Christi iustitiā, & si id esset, faceret

Obiecti. 3. quidem illa efficienter nos Deo caros, & iustos, nō tamen formaliter. Adijciunt & illud qui tuentur partes oppositas, magis exaltari iustitiam Christi, & deprimi superbiam nostram, si dicamus, Christi iustitiam esse nostram iu-

Responsio stitiam formalem. Non exaltant Dei, aut Christi iustitiā, nisi quæ uera sunt. Mendacijs nostris nihil eget commendatissima ipsa per se Dei, & Christi iustitia. superbia nostra nō falsis, sed ueris persuasionibus deprimenda est. Et quamuis Christi iustitia imputata nobis esset nostra iustitia formalis, nescio quid ei laudis ex hoc accederet, aut cur nostra magis deprimerē superbia. Satis ad commendationem Christi iustitiæ, q ab illa integre, & solide con- D fitemur omnē nostram proficisci iustitiam. Satis ad deprimendā nostram superbiam, si agnoscamus ut par est, ei nos debere totam nostram iustitiā, neq; nisi ob eius merita potuisse unquam iustificari, & pro nostris debitis per ipsius unam iustitiam patri cœlesti satisfecisse. Equidem si posset Christi iustitia esse nostra formalis iustitia, & uere esset, magis hoc magnificare nos posset, & in superbiam erigere, quam deprimere. An non præcellētior multo est iustitia Christi quam nostra? Cunq; iustitia Christi per quam iustificamur, non sit illa eximia iustitia quæ in eo nunc est, sed præcellentia iustitiæ opera, quæ fecit, cum illa iam transierint, neq; actu sint, quomodo ab ea iustitia possit quispiam intelligere, nos formaliter iustificari? Adeo profecto uidetur mihi hoc absurdum, & absonum, ut neq; ab ipsis, qui contrarium asseuerant, crediderim id posse intelligi, ut eorum uerba sonant, sed contentionem esse prorsus inter nos & illos de nomine magis quàm de re. Et ea contentio inde forte exorta est, q illi a uia regia antiquorum Ecclesiæ doctorum, & recentiorum se separantes, nouiter, & præter usum philosophorum & theologorum, & in aliam prorsus significationē, quàm ipsi, uoluerunt uti uocabulis istis, formalis iustitia, iustitia informās, forma informās, & similibus. Sed quid illi senserint, parū refert. Nos qđ cœpimus, persequamur, & quæ sit nostræ iustificationis, uera causa formalis, inquiramus.

Causas

A *Causa formalis nostræ iustificationis, qualitas est inhærens iustis, sicut albedo albis.* Cap. XXIIII.

MAgna fuit iam ab aliquibus retro sæculis inter nonnullos doctores concertatio, quæ esset nostræ iustificationis causa formalis. Et quibusdam quidem placuisse uidetur, nullam esse iustitiam creatam, à qua formaliter homo esset iustus, sicut ab albedine est homo albus, sed per inde esse hominem iustum, & amicum, & gratum Deo ab amore, quo Deus illum amat, & ad gratiam suam, & beatitudinem acceptat, ac Petrus est Ioanni amicus, & gratus ab amore, quo Ioannes Petrum prosequitur. Ac plærique in hac sententia crediderunt magistrum sententiarum fuisse. Vnde & articulus primus, de quo Parrhisiis damnatus est, hic fuit. *d. 17. primi.* Caritas non est aliquid creatum in animo, sed ipse Spiritus sanctus. Et Thomas Vualdensis præclarus hæreseos Vuidcuisticæ impugnator, dicit Pelagium catholicum in hoc fuisse, & sine causa damnatum, siquidem, ut opinatus est Vuicleuus, solum negauerit gratiam, quæ esset qualitas creata. *Tit.1. de sacramentalibus. c.1* Alij uero, quorum ut communior ita & probabilior semper uisa est sententia, causam formalem nostræ iustificationis asseruere esse aliquã qualitatem creatam informantem animas iustorum ac in eis permanentem perinde ac permanet habitus, & eam supernaturalem esse, ac diuini prorsus ordinis. Et ab ea tradiderunt hominem esse iustum, & amicum Deo formaliter, sicut ab albedine homo est albus, & a sapientia sapiens, & a temperantia temperatus. Et hæc opinio acceptata est ab Ecclesia in Concilio Viennensir, ut probabilior, & sanctis, & recentioribus doctoribus magis consona. Atque eam summa concordia post magistri tempora defenderunt scholastici doctores, neq; solum ut probabilem, sed ut quidam eorum diserte tradiderunt, ut certam, & indubitatam, & ab omnibus propter autoritatem scripturæ, & sanctorum amplectendam, ut ueritatem fidei. Et sanctus Thomas, & doctor subtilis sic magistrum interpretantur, ut non negauerit omnem habitum supernaturalem, sed præter spiritunsanctum inhabitantem iustos, posuerit in eis esse aliquam qualitatem permanentem, & aliquod donum Dei creatum, ratione cuius ipse spiritus sanctus animas iustorum & paruulorum, & adultorum dici posset inhabitare. Et si bene perpendamus uerba magistri, liquidum sanè erit ad actus caritatis illum existimasse spiritunsanctum nobiscum immediate per se, & absq; ullo habitu cõcurrere, sed nunquam potest satis ex eo constare, an etiam crediderit per ipsum spiritum immediate, & absque ullo habitu nos esse iustos, & Deo acceptos ad uitam æternam. Porro sobrij fuisset ingenij, quicquid magister ante diffinitionem Viennensis Concilij sensisset, ei adhærere sententiæ, quam tanta solennitate tantum Concilium approbasset. Cum tamen insolencia quædam, & superba ingenia non se continerent ea Concilij censura, neque solum probabilem, oppositam partem asseuerarent, sed & multo probabiliorem, quam sit hęc communis, & hanc communem, figmentum

B *Cle.1. de summa tri. & fide ca. Sco. in 3. d. 23. Gab. ibi dem. Tho.1.2.q 110. art. 2 Sco. in. 1. d.17. q. 1. ar.3. & in 2.d. 26 In.1.d.17. & 37. et in 2.d.26*

Scholasticorum putarent, ad imponendum finem huiusmodi controuer- C
siis uisum est huic sanctæ Synodo, acceptare sententiam istam simpliciter, & absq; ulla limitatione, immo & credenti, & asserenti oppositum, anathema indicere. Intellexit nanque hanc fuisse communem Ecclesiæ fidem, tametsi non sub nomine habituum, neque potuisse a catholicis doctoribus diuersissimorum temporum, summa concordia hanc sententiam tradi, nisi esset ab Spiritu sancto, & digna, quæ ab omnibus reciperetur. Eanque ob causam primo quidem in hoc capite diserte asseruere patres, singulos quosque iustorum suam propriam recipere in sua iustificatione iustitiam. Quod ne intelligi quidem potest, si non sit aliquid creatum nostra iustitia. Et paulo post asseuerant inhærere iustis caritatem diffusam in cordibus eorum per Spiritumsanctum, ut cum sciremus, inhærentiam proprium quid esse accidentium creatorum, non dubitaremus caritatem esse accidens quoddam creatum. Adiecerunt etiam post hæc in iustificatione cum remissione peccatorum simul infusa accipere hominem hæc tria, fidem, spem, caritatem, ut intelligeremus has uirtutes esse habitus infusos. Infusio siquidem, habituum est, aut certe non nisi rei creatæ. Et in his

Fides habitus. damnarunt obiter errorem Lutheri negantis fidem esse habitum aliquem in animo quiescentem. Et tandem ut omnem dimouerent ambiguitatem, sic in Canone.11. statuerunt. Siquis dixerit hominem iustificari uel sola im-

Canone.11 putatione iustitiæ Christi, uel sola peccatorum remissione exclusa gratia, & caritate, quæ in cordibus eorum per Spiritumsanctum diffunditur, atque illis inhæret, aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorem D
Dei, anathema sit. Quibus uerbis perspicuum est, nullum plane locum relictum iam esse, neque asserentibus nos esse iustos formaliter a sola iustitia Christi nobis imputata, neque contendentibus id esse tantum ab amore, quo Deus nos diligit. Merito uero hæc diffinita esse a patribus, & doctri-

Antiqua Ecc. doctrina, q. iusti tia seu gratia sit habitus. nam hanc non nouam esse, sed antiquam, hæc possunt argumenta docere. Primo. Semper fuit in Ecclesia receptum, ut iam supra ostendimus, Sacramenta nouæ legis continere & causare gratiam, ac per ea iustificari omnes, & paruulos, & adultos, qui ea absque obice aliquo receperint. Sed hæc uera esse non possunt, nisi gratia, uel iustitia nostra sit aliquid creatum inhærens nobis, ad cuius productionem instrumentaliter attingere queant sacra

Arg.1.c.11 menta. Nam neque iustitia Christi, neque imputatio ipsius, neque amor, quo Deus nos amat, sunt, a sacramentis, aut contineri uel effici possunt ab ipsis. Secundo. Omnes iustificati uere dicuntur, & sunt iusti, & merito tales crediti semper fuerunt in Ecclesia. Omnes enim eos appellat scriptura iustos quantuncunque nullam sibi comparauerint iustitiam, sed contra pessimos habitus iniustitiæ, & aliorum uitiorum habuerint. Non autem dicitur quis iustus, nisi in se habeat iustitiam. Neque Philosophus admitteret, quempiam dici iustum, nisi haberet habitum iustitiæ, præsertim si prauos aliquos habitus uel iustitiæ uel aliis uirtutibus oppositos, diuturna ma

A lorum operum consuetudine firmatos in se habeat. Vt igitur qui diu grauibus peccatis assueuerunt, & in eis inueterati sunt, mox ut a Deo per pœnitentiam iustificantur, uere posint dici iusti, sicut & ab scriptura & ab uniuersa Ecclesia catholica dicuntur, necesse est credere statim eis a Deo infundi aliquam super naturalem qualitatem, qua iusti formaliter efficiantur. Ipsa enim iustorum nuncupatio hoc requirit. Neque iniuria sancta Synodus potuit intelligere hunc semper fuisse sensum, immo fidem Ecclesiæ, cum constans & perpetuum fuerit apud omnes fideles, per Baptismum uel pœnitentiam subito fieri, & euadere iustos, etiam qui prius corruptissimis, inquinatissimis, ac deprauatissimis fuerunt moribus. Quod quidem, nisi eis diuinitus concedatur iustitia, non modo fieri, sed ne intelligi quidem satis potest. Tertio. Iustificati quicunque habent fidem infusam, quæ habitus est permanens, reddens eos pronos, & promptos ad credendum reuelatis a Deo. Nam si non infundatur eis talis aliquis habitus, non erit neque in paruulis ante usum rationis, neque in adultis dormientibus aliquid, unde posint dici, aut esse fideles. Ergo etiam habebunt iustitiam, uel gratiam, aut caritatem infusam sibi, a qua iusti, & cari Deo, & amantes ipsum dici posint. Cur enim qui omnia disponit suauiter, daret adiutorium permanens ad credendum, & non ad amandum? Confirmant & plerique scholastici fidem infusam esse ponendam ex illis uerbis Pauli. Sine fide imposibile est placere Deo. Quia cum paruuli baptizati placeant Deo, & in eis non sit actus fidei, ut manifestum est, erit ergo in eis fidei habitus. Et corroborant hoc ex uerbis Christi. Qui non crediderit, condemnabitur. Nam cum paruuli baptizati non credant actu, si neque habitu crederent, condemnarentur, dum morerentur ante usum rationis, & inefficax in eis esset Baptismus. Quanuis autem non desit, qui durum putet, sub secundo testimonio non esse paruulos comprehensos, & credere ibi existimet idem esse ac Euangelium solenni aliqua professione suscipere, tamen Innocentius huius nominis tertius optima ratione statuit de solis adultis esse intelligendum totum illud testimonium. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit qui uero non crediderit, condemnabitur. Non enim ad alios prima, ad alios secunda clausula est referenda. Neque uerisimile est, unum & idem credendi uerbum aliter, & aliter in orationibus adeo coniunctis esse acceptum. Et ex antecedentibus & consequentibus satis constat hæc testimonia de solis adultis intelligi. Ideoque nos nullo eorum ad confirmandum rem istam utemur. Verum illud apparens & efficax pro hac ueritate testimonium est. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ad omnes quippe iustos retulit Paulus hæc uerba. Et nos, ipsius imitatione incunctanter possumus affirmare, cuilibet iusto diffusam esse Dei caritatem in corde ipsius per spiritumsanctum ei datum. Cum ergo hæc, ut in aperto est, neque adultis dormientibus, neque paruulis Baptizatis conuenire ualeant,

Arg. 3 · *Heb. 11. a* · B · *Marc. ult.* · *c. Maiores de Bap. & eius effectu.* · *Arg. 4* · *Rom. 5*

si intelligantur de actu caritatis, necesse erit, ut omnibus iustis uere, & proprie conuenire, & aptari posint, ponere aliquem habitum caritatis, qui dif fundatur iustis in sua iustificatione per Spiritun sanctum eis benigne collatum. Et ita in hoc capite intellexerunt patres nostri hunc locum Pauli, cum & caritatem diffusam per spiritunsanctum in iustificatione asseruerunt, inhærere, & infundi iustis. Quæ uerba non nisi pro habitibus conueniunt omnibus iustis. Et firmare hæc omnia possumus ex Paulo ad Corinthios. Nam & nihil esse homines sine caritate luculenter docet, & caritatem ait nunquam excidere, & nunc manere tria hæc, fidem, spem, caritatem. Hæc autem non possunt in uniuersum uera esse, neque ita clare exponi de actu caritatis. Siquidem & iusti dormientes, immo etiam uigilantes multum sunt, & ualent apud Deum, etiam sine actu caritatis. Et actus caritatis, quem habent iusti in uia, desinit passim esse, neque permanentiam habet, sed transit. Neque doctoribus Ecclesię hęc doctrina fuit ignota, neque, ut iam ex dictis patet, quidquid quidam dicat, usque ad tempora magistri semper dubia. Tametsi enim doctores antiqui non ita frequenter ac scholastici ipsius meminerint sub nomine habituum, contenti quippe fuerunt nominibus gratię, donorum, & uirturum, quibus utitur scriptura, sub nomine tamen uirtutum, gratiarum, donorum, & ornamentorum spiritalium sępe hęc eadem docuerunt. Et hoc quidem constare hinc omnibus potest. Primo in Concilio Viennensi consona illis hęc sententia asseritur. Secundo. Innocentius. 3. in. c. Maiores hanc sententiam, ut communem sequitur. Tertio. Omnes doctores catholici asseruerunt, gratiam, & uirtutes nobis per sacramenta Ecclesię pręstari. Quarto. Frequens est in illis, ornari animas nostras in sua iustificatione preciosis monilibus & spiritalibus ornamentis, & perseuerantes in iustitia gratiam & uirtutes .ss. in habitante seruare, & per peccatum expoliari animas gratuitis Dei donis, & speciem & pulchritudinem suam spiritalem amittere. Quinto de uirtutibus a Deo datis perinde loquuntur, ac philosophi de acquisitis, neque secus illi nos tradunt per eas confirmari & promptos fieri & expeditos ad bonum, q̄ hi per uirtutes morales nostro usu & exercitio comparatas. Aug. uirtutem infusam sic diffinit. Virtus est bona qualitas mentis, quā Deus in nobis sine nobis operatur. Et alibi. Caritas est perfecta uirtus animi, q̄ coniungit nos Deo, qua ipsum diligimus. Hiero. cū multo plus lugendum esse lapsum animę fidelis, quā ruinam tēpli Salomonis ostenderet, ita scribit. Nō auri, & argenti metallo, sed uirtutibus anima radiabat. Habebat. n. arcam intra se, et duo cherubin, id est fidē patris, & filij, & spiritus sancti sitā. Sed nūc nihil eorū apparet. Ablata sunt hęc cūcta, nuda ita est domus Dei oībus ornamētis suis, cūctisq; q̄ diuinitus cōsecuta fuerat, expoliata muneribus, remāsit deformis, ac turpis, perijt ab ea omne munimē, omnisq; custodia. Cyr. 2. ī Io. c. 3. de Adā sic loquit. Fuit in paradiso, quousq; gratiam creatoris spiritu sancto inhabitāte seruauit. Et lib. 1. c. 15. de eodem dixerat, gratia illū denudatū, spiraculum uitę amisisse,

1. Cor. 13

Sub qbus nominibus meminerīt antiqui doctores iustitiæ infusæ.

Aug.

Hiero. in prolo. in Thren.

Cyril.

A tæ amisisse, idest, spiritum eius, qui dicit. Ego sum uita. Cyp. in epi. 8. lib. 3. dicit baptizatis gratiam &. ss. dari. Et quãuis, ut Sco. in. 3. d. 26. Gab. in. 1. d. 17. Almay in Mora. 1. cap. de caritate, Caie. com. 2. 2. q. 171. art. 2. & alij nobiles autores sentiunt, nulla sit ratio naturalis, quę conuincat huiusmodi habitus nobis a Deo infundi, posset enim Deus quicquid per illos facit, suo diuino auxilio in nobis efficere, ualde tamen congruit lumini naturali, Deum illos nobis impartiri. Disponit quippe sapientia diuina omnia suauiter, & cuilibet agenti naturali qualitates dat suæ naturæ congruentes, per quas perfecte, & commodissime suas possit operationes exercere. Neq; uerisimile est negare illum hanc gratiam eis, quos admittit ad suam amicitiam, præsertim cum multis illi impediantur a debito uirtutum exercitio, partim quidem ex prauis naturalibus inclinatiõibus, partim ex deprauatis habitibus, quos sibi tempore, quo fuerunt in peccato, acquisiuerunt. Cum itaq; opus perfectum non sit sicut philosophi, & experientia docent, quousque procedat ex habitu, maxime est profecto rationi naturali consentaneum, Deum benigne perficere iustos omnes aliquibus donis seu uirtutibus, quibus possint cum uelint, commode & perfecte, quod iustos decet, operari. *Ratio naturalis suadet habitus infusos.*

Gratiam & caritatẽ esse idem re, & sola ratione distingui. *Cap.* XXV.

B VEruntamen, cum extra controuersiam iam sit propter hanc Cõcilij diffinitionem, causam formalem nostrę iustificationis esse aliquã qualitatem creatam permanenter inhęrentem nobis, ambigi non immerito potest, quæ sit illa qualitas creata, quę tantum in nobis bonũ efficiat, ut nos iustos, & amicos Dei formaliter efficiat, sicut & albedo albos, & sapiẽtia sapientes. Porro hanc qualitatem esse gratiam, quæ decor est animæ, in confesso est apud omnes catholicos, sed an hęc gratia distinctum quid sit a caritate, an illi potius eadem, controuersum fuit iam olim, & adhuc sub iudice lis est. Eaq; de re duę celebres sunt inter scholasticos doctores sententię. Sãctus Thomas. 12. q. 110. ar. 3. & illius sequaces Caie. &. capreolus, & Tho. Argentina in secundo, ac noster etiam Seraphicus Bonauentura in. 2. d. 26. q. 5. & in. 3. d. 27. ar. 1. q. 3. &. 4. gratiam tradidere a caritate, & cæteris uirtutibus esse distinctam. Scotus uero in. 2. d. 27. & suæ doctrinæ sectatores, & Rich. in. 2. d. 26. q. 4. & Henricus Gandensis quodli. 4. q. 10. & Durandus et Gabriel in. 2. d. 26. & Marsilius in. 2. q. 17. articulo. 1. & Basolis in. 2. d. 28. & omnes quos legerim, nominales, gratiam affirmant non re, sed ratione dũtaxat a caritate distingui. Et hanc sententiam multo esse priore probabiliorem ex cõmunibus utriusq; prærrogatiuis, & ex præcellentia cuiuslibet earum suadere possumus. Enimuero si bene perpẽdamus, quæ utriq; earũ, & ab scriptura, & a sanctis doctoribus concedũtur, inueniemus eadẽ omnino eis tribui. Vt. n. omnes fatentur, & ex communibus de is assertis, facilimũ *Gratia nõ distĩguitur re a caritate Ar. 1. ex cõibus prærogatiuis gratiæ & caritatis.*

Officia ea ritatis & gratiæ. esset probare, utraq; iustificat, operit multitudinem peccatorum, saluat, sufficit ad salutem, placat Deum, acceptos nos ei facit, & inter filios regni, & perditionis diuidit, neq; aliquis potest destitutus ulla earum saluari. Vtraq; etiã principium est, & radix omnis meriti, & forma aliarum uirtutũ, & neutra in peccatoribus esse potest. Tantam uero in tot, & tantis rebus conuenientiam, quis credat eis conuenire, nisi prorsus eadem res sint, tametsi diuersis nominibus appellentur? Si caritas distinctum quid esset a gratia, cur nõ possent ab inuicem separari? Cur non & aliquid tribueretur uni, quod negaretur alteri? Cur non posset caritas esse informis, & in peccatoribus manere, sicut fides & spes, præsertim cum sicut fidei, & spei, ita & caritatis plærique, immo omnes pene actus, qui possunt fieri in gratia, possint fieri in peccato? Quid etiam esset opus præsentia caritatis, ut haberetur actus meritorius? An non uel sola gratia satis erit ad præstandum ualorem, & meritum bonis nostris operibus? Quod si hoc concedatur, falso nimirum dixerit Augustinus de caritate. Ipsam habeto & cuncta habebis, quia sine illa nihil proderit quidquid habere potueris. Falso & Gregorius. Neq; habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, si nõ manet in radice caritatis. Verum age, premamus magis hoc ipsum. Si aliquid esset proprium gratiæ, quod non conueniret caritati, esset maxime, facere nos gratos Deo, & acceptos ad beatitudinem. Sed hoc etiam facit caritas. Est nanq; amicitia inter nos & Deum. Et sicut amicitia in humanis est causa, propter quam mutuo se diligunt amici, ita & causa propter quam Deus nos diligit, est quia habemus caritatem. Ipse quippe dixit. Qui diligit me, diligetur a patre meo. Porro si caritas, ut certum est, facit nos Deo amicos, profecto faciet multo magis caros, & gratos. Nam plus est esse amicum quàm gratum, & amicus Deo esse non potest, qui non sit ei multum carus, & gratus. Ego, inquit, diligentes me, diligo. Et possumus hoc exemplis etiam naturalibus declarare, & roborare. Terram sanè eadem grauitas grauem facit, & potentem ad descendendum deorsum. Ignem idem calor calidum facit, & potentem calefacere. Et generaliter eadem qualitas naturalis, quæ suo subiecto potẽtiam operandi tribuit, tribuit & esse accidentale ei respondens. Cur non ergo & in supernaturalibus ita philosophemur, & caritatem, quæ tribuit nobis potentiam faciendi opera amici, & grati Deo nos formaliter ei amicos, & gratos facere, affirmemus? Si albedo facit albos, sapientia sapiẽtes, fortitudo fortes, faciet nimirum caritas caros. Carũ aũt alicui existere, planum est idem esse, quod gratum ei esse & acceptum. Neque gratia ea ratione pótest dici, facere nos gratos Deo, quia moueat Deum, ad nos amandum, aut causa sit diuini in nos amoris, sed ideo dicitur, nos facere gratos, quia Deus statuit, & uoluit, omnes eam habentes gratos sibi, & caros habere. Cum igitur & hoc ipsum statuerit de habentibus caritatem, & ea potius quàm gratia aliquo modo possit dici causa diuinæ in nos beneuolentiæ, uel ex hac nimirũ proprietate ipsius admonemur ut eãdem ipsam cũ gratia credamus.

Aug. trac. 33. in Ioã.

Greg. ho. 27.

Ioan. 14

Pro. 8. b

C

D

A Cur separemus coniuncta? Cur distinguamus unita? Cur pluralitatem sine necessitate ponamus? In humanis quidem amicitia una satis est, ut & diligamus amicos, & ab eis uicissim amari dicamur. Cur non igitur & inter nos & Deũ una caritas sit suo modo utriusq; causa, cum pręstantior sit amicitia omni humana? Ipsa etiam pręcellentia caritatis nos debet in hanc sententiã inflectere Exaltare eam conuenit quantum possumus, cum ab ea sit omne bonum nostrum, neq; tolerabile est, ut illi detrahamus quod Deus ei dare potuit, & consentaneum ualde est dedisse, quod inferioribus qualitatibus non negatum esse, est conspicuum. Inter charismata spiritalia in summo eam poni a Paulo, & fidei, spei, martyrio, & admirabilibus alijs supernæ gratiæ donis præferri, affirmat Bernar. Et in donis Dei nullum esse maius caritate, August. tradit. Et idem alibi. Quale bonum est caritas ista fratres? Quid preciosius? quid luminosius? quid firmius, quid utilius? quid ue securius? Vniuersa inutiliter habet, qui unum illud, quo uniuersis utatur, non habet. Quod si gratia re est a caritate distincta, & sicut diuus Thomas putat, in essentia animæ, & caritas in uoluntate, oportebit profecto, gratiam asserere multo esse perfectiorem caritate, quia susceptiuum, quod ab ea perficitur, quod est anima, perfectius est suis potentijs. Qua ratione ipse probat uisionem beatificam perfectiorem fruitione, quia intellectus uoluntate est perfectior & præstantior. Neq; minus ipsa gratiæ dignitas mouere nos debet ut eam caritati eandem existimemus. Si enim re distincta ab ea asseratur, ponetur, sicut & ponitur ab huius sententię autoribus ociosa, & nihil per se operans. Siquidem qua ratione unius actus uirtutis principium esset, esset & omnium, & ad unum & eundem actum duæ sufficientes per se causæ concurrerent. Quod alienum est a philosophia. Et si nihil per se operatur gratia, ex consequenti neque nomen habitus, neque nomen uirtutis merebitur. Quia habitus tantum est propter actus. Et uirtus, sicut dicit Aristoteles, bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Ponere autem ita eneruem, & languidam gratiam, quam Paulus dicit, secum omnia esse operatam, quanque Augustinus sessori, & moderatori equi adsimilat, quis non uideat plane derogare dignitati, & meritis gratiæ? Hisque omnibus accedit, quod Augustinus non semel dicit caritatem esse Christianam iustitiam. In lib. de natura & gratia contra Pelagianos. c. 40. Caritas, ait, uerissima, plenissima, & perfectissima iustitia est. Et cap. 70. Caritas inchoata, inchoata iustitia est, caritas prouecta, prouecta iustitia.

Arg. 2. a præcellentia caritatis.

Ber. ser. 29 in Cant. 1 Cor. 12. & 13. Aug. 15. de tri. c. 18. 50. & 18. de uerbis domini

Arg. 3. a dignitate gratiæ.

B

Eth. 2

Aug.

Et de moribus Ecclesiæ catholicę cap. 12. & 13. caritate dicit nos sanctificari, eaque sola effici, ut a Deo non auertamur, sed ei potiusquã huic mundo conformemur.

Quod si caritas non est gratiæ eadem, neque nos facit gratos, & caros Deo, quomodo existimari potest Christiana esse iustitia, cum hoc esse potissimum ipsius munus supra luculenter ostenderimus?

Greg. hom. 38. in Euangelia caritatem docet esse uestem nuptialem, quæ *Greg.*

Bern. nos speciosos deo reddit. Bern. serm. 83. in cantica, caritate dicit maritari animam uerbo.

Vel ob id ergo, ut & hos praeclaros autores & praesertim Augustinum & iustissima caritatis, & gratiae praeconia tueamur, constanter defendemus, identitatem earum. Non diffitemur tamen gratiam a caritate ratione esse distinctam. Quoniam quatenus nos facit gratos Deo, gratia dicitur, quatenus uero faciles facit promptos, & expeditos ad eum diligendum, caritas appellatur.

Gratia distinguitur ratione a caritate.

Soluuntur argumenta contra identitatem caritatis & Gratiae. Cap. XXVI.

Obiecti. 1 Quidam uero grauiter, ut sibi uidetur, caritatem a gratia distingui, hoc argumento urgent. Distincti effectus formales distinctas causas requirunt formales. Ideo nanque fidem, spem, & caritatem tres uirtutes realiter distinctas asserimus, quia tres hi ab eis proficiscuntur effectus formales distincti, esse fideles, esse sperantes, esse diligentes. Cum igitur non minus inter se distinguantur, esse dilectos a Deo, et esse diligentes Deum, erunt inter se etiam distinctae gratia, & caritas, quae eos in nobis efficiunt.

Responsio Verum enim non tanta est distinctio inter hos effectus formales, esse dilectos a Deo, & esse diligentes Deum, quanta inter esse fideles, & esse diligentes. Nam hi separabiles sunt in nobis de lege, non illi. Et illi sicut superius & inferius se habent, ut esse cognoscentem, et habere notitiam, isti autem prorsus sunt disparati. Quibus, accedit, quod proprius caritatis effectus formalis non est, esse utcunque diligentes Deum, sed esse amicos. Esse uero amicū, ut philosophi amicitiam diffiniunt, claudit in se utrunque horum effectuum

Obiecti. 2 formalium, nempe dilectum esse ab amico, & diligere amicum. Argumentantur etiam secundo hunc in modum. Augetur gratia statim per quemcunque actum meritorium quantuncunque remissum, non autem augetur caritas, nisi per actus ei proprios, eosque se intensiores, aut certe feruentes, & intensos. Haec autem fieri non possent, nisi gratia & caritas distinctae essent.

Responsio Sed qui haec nobis obijciunt, certe a suo magistro, & duce diuo Thoma longe recedunt. Ille enim, quam opinionem defendit in. 2. 2. q. 24. art. 6. de augmento caritatis, defenderat in. 1. 2. q. 114. arti. 8. ad. 3. de augmento gratiae, & utranque constanter tenet, non augeri, nisi per actus ipsis intensiores, & perfectiores. Esto tamen augeatur gratia, quando non augetur caritas, uidelicet per meritorios actus aliarum uirtutum, hoc non euincit, eas esse distinctas realiter. Cum enim caritas ratione a gratia distinguatur augeri potest, ut gratia est, etiam si non augeatur, ut est caritas, sicut si albedo sit quantitas, & similitudo iuxta opinionem nominalium, augeri potest, & intendi, ut albedo est, quin augeatur, ut

A quantitas, uel similitudo. Tertio & illud in nos affertur, quod apud Graecos distinctis appellentur nominibus gratia & caritas. Gratia quippe χάρις dicitur, caritas autem ἀγάπη. At uero nouum non est, ut eadem res diuersis appelletur nominibus, praesertim si cum una sit re, sit tamen plures ratione, ut contingit in proposito. Attamen & illud hic addam pro quibusdam, qui parum latine norunt, & minus Graece. Non descendit sicut plaerique passim credunt, latinum uocabulum caritas a Graeco nomine χάρις. Neque si descenderet, inde conficeretur utranque esse unum & idem. Sciens a sciētia descendit, & sapiens a sapientia. Et tamen sicut Cyril. 9. in Ioan. cap. 24. dicit in homine aliud scientia, aliud homo susceptiuus scientiae, longeque a recta ratione scribendi absunt, sicut & iam aliqui Graece & latine doctissimi admonuerunt, qui hac de causa charitatem, cum aspiratione uidelicet, scribunt. Caritas latinum est uocabulum & non tantum penuriam, sed amorem inter utētes ratione significat, & primam syllabā perpetuo producit. Charis uero, quanquam a. apud illos alias anceps est, tamen primam semper corripit. Quod uel illud celebre & cum primis utile ac iucundum epigrāma docere nos potest, ubi ter prior syllaba corripitur.

Obiecti. 3.

Caritas sine aspiratione scribendum.

ὠκεῖαι χάριτες καὶ γλυκυρώτεραι, ἢν δὲ βραδύνῃ
πᾶσα χάρις κενεὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Verba huius capitis, & canonis XI non aduersantur, sed fauent potius opinionibus doctoris subtilis. Cap. XXVII.

B Illud uero magis serio admonendum hoc loco est, nihil neque in Viennensi, neque in isto Concilio praeiudicasse patres opinionibus doctoris subtilis asserentis, gratiam esse eādem caritati, & dona non distingui a uirtutibus Theologicis, & negantis uirtutes morales infusas. Cum enim in cōcilio Viennensi gratia informans & uirtutes asserunt infundi paruulis, gratia informans non contra caritatem, sed contra alias uirtutes distinguitur, & caritas ipsa merito appellari potuit gratia informans, cum uere, ut diximus, etiam gratia sit. Cum autem, ut cap. 2. huius libri exposuimus, sanctificari, & renouari interiorem hominem affirmarunt patres per uoluntariam susceptionem gratiae & donorum, nomine donorum fidem & spem, quae praeciosa dona Dei sunt, intelligere possumus. Et quod caritatis, & gratiae simul meminerunt in can. 11. non sufficit profecto, ut inde colligamus eos asseruisse gratiam & caritatem realiter distingui. Nam & absque uitio inutilis repetitionis utimur per saepe nominibus idem significantibus, praesertim cum idem significant rationibus diuersis. Et ne hoc quisquam ex uerbis huius canonis colligeret, diligenter cauerunt patres ibidem. Non enim sicut perperam habent quaedam exemplaria iam praelo excussa, patres diffinierunt, homines non iustificari exclusa gratia, & caritate, quae in cordibus eorum per Spiritumsanctum diffundantur, atque illis inhaereat, sed pro diffundantur, & inhaereat uerbum ipsum Paulini textus diffunditur, & inhaeret scripserunt. Quod & ex uerbis huius capitis respondentibus huic canoni

liquidum esse potest. Sic quippe habent. *Id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctißimæ paßionis merito per Spiritumsanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhæret.* Tantum autem abest, quidquid quidam sentiant, ut Concilium his, uel alijs uerbis approbauerit opiniones sancti Thomæ & aliorum de distinctione gratiæ, & caritatis, & de distinctione uirtutum & donorum Spiritussancti, & de infusione uirtutum moralium cum Theologicis in iustificatione hominis, ut merito potius uideri posset contrarias omnium istarum opinionum cum doctore subtili approbasse illis uerbis. *Vnde in ipsa iustificatione cum remißione peccatorum hæc simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, & caritatem. Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & caritas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis eius uiuum membrum efficit.* Cur enim de donis, & uirtutibus moralibus hic tacitum esset, ubi locus ipse postulabat explicari munificentiam Dei in eos, quos iustificat, si uere illa distincta sunt a fide, spe, & caritate, atque ea tum accipimus, cum iustificamur? Cur etiam sicut requisita est coniunctio spei & caritatis, ut fides uniret perfecte cum Christo, non etiam requisita est præsentia donorum, & aliarum uirtutum, si uere omnia ista simul ad unionem cum Christo concurrunt? Tacuerunt etiam patres de his donis, cum mox addiderunt, uitam æternam præstari non posse a fide sine spe, & caritate. Verum illud nobis magis fauet, quod statim Christianam iustitiam, & stolam datam pro ea, quam perdidit Adam, dicere uidentur fidem, spem, caritatem. Si autem caritas non est gratia, aut si præter illam dantur gratia & dona Spiritussancti, & uirtutes morales in iustificatione, ualde imperfecta est hæc doctrina. Spectant nimirum ad Christianam iustitiam dona Spiritussancti, & uirtutes morales infusæ, si quidem nobis hæc infundantur. Faciunt enim nos idoneos, & potentes ad operandum iusta, sicut fides, spes, caritas. Quin si caritas non est idem cum gratia, falso dicitur Christiana iustitia esse fides, spes, caritas, aut certè magna negligentia patrum fuerit meminisse fidei, spei, & caritatis, & tacuisse de gratia. Maxime siquidem ad Christianam iustitiam pertinet id quod & solum nos facit gratos Deo, & amicos ipsius, & filios, & hæredes regni cœlorum. Hæc autem propria sunt gratiæ, neque caritas ea potest efficere, nisi quatenus gratia est, ut etiam ipsi Thomistæ fatentur. Dicet fortè aliquis, fidem, spem, & caritatem, Christianam iustitiam à patribus appellatas, quia iustitia, teste, Aristotele, uirtus est, qua quis aptus est, & propensus ad ea facienda omnia, quæ iusta sunt. Hanc autem propensionem uirtutes hæ faciunt. Sed patres non in hoc tantum sensu de Christiana iustitia tractant, ut supra docuimus. Et ex principio cap. 4. &. 7. potest satis constare, magis a patribus agi in hoc decreto de iustitia quatenus iustos, sanctos, liberosque a peccatis, & amicos Deo nos facit, quàm ut facit potentes ad operandum iusta. Licet enim utrunque sub Christianæ iustitiæ nomine comprehenderint, & utrunque ad eam necessariũ existimauerint, magis tamen essentiale, & prima

Diluitur tacita obiectio.

Lib. 5. c. 4

A cipale in ea est, sicut & ratio ipsa docet, facere nos gratos Deo. Cunque in in principio huius capitis sanctificari, & renouari interiorem hominem dixerint per uoluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, & per illa hominem tradiderint ex iniusto fieri iustum, ex inimico amicum, nunquam hic de gratia & donis tacuissent, nisi sensissent ea sub fide, spe, & caritate comprehensa, præsertim cum meminerint remissionis peccatorum. Fauent & doctori subtili uehementer patres, cum in hoc capite dicunt, *tum merita passionis Christi impijs communicari, cum per Spiritumsanctum diffunditur caritas in cordibus eorum, atque ipsis inhæret*. Neque minus cum in can. 11. commemoratis gratia & caritate, in singulari subditur, ea diffundi, & inhærere iustificatorum cordibus. Cur enim intermisissent patres hæc eadem de gratia dicere, nisi putassent censenda esse de gratia dicta, quæ de caritate, illi eadem, traderentur? Verum hæc satis fuerint ad expositionem horum uerborum, & ne quis audeat asserere, Concilium damnasse opiniones doctoris subtilis, & approbasse opiniones sancti Thomæ. Videamus & illud quod supra tractaturos nos esse, sumus polliciti, an simul infundantur uirtutes, quas causam perfectam formalem nostræ iustificationis docuimus.

Virtutes infusas connexas esse quoad infusionem. Cap. XXVIII.

CVm in iustificatione impij simul cum remissione peccatorum accipere eum fidem, spem, & caritatem definiuit sancta Synodus, non obscure, ut iam monuimus, insinuauit, has uirtutes infusas connexas esse

B quo ad infusionem. Itaque si quis ueniat ad fidem, & constanter uelit credere omnibus dogmatibus fidei sibi traditis ab Ecclesia, neque tamen recedat ab omnibus peccatis lætalibus, etiam si ea fide acciperet baptismum, non reciperet fidem infusam, neque spem, sed duntaxat characterem baptismalem, easque postea cum caritate recipiet, cum se toto corde ad Deum conuerterit. Quæ doctrina communis est scholasticis Theologis. Docuerũtque eam concorditer sanctus Thomas, Scotus, & plærique alij graues, & non postremæ classis doctores. Porrò pro hac sententia sunt illa uerba Cantici Moysi Dei perfecta sunt opera. Nec non & illa communia. Deus quem sanat perfecte sanat. Quęque in cap. 9. de uera & falsa pœnitentia legimus. Neminem sanauit, quem omnino non liberauerit. Si enim uirtutem aliquam, fidem uidelicet sine spe & caritate nobis Deus communicaret, sanare uideretur intellectum ab ægritudine spiritali infidelitatis, præ languido manente affectu. Ipseque historiæ Euangelicæ decursus nos hæc luculenter docere potest. Neminem ille magnus medicus, qui de cœlo descendit, ab uno languore sanauit, quin sanauerit ab omnibus. Neminem pluribus dæmonibus obsessum, ab uno duntaxat eripuit. Septem dæmonia à quodam expulit, legionem ab alio, & eum qui surdus erat & cœcus & mutus, ab omnibus his incommodis simul eruit. Quosque a morbo corporeo liberos fecit, eosdem, si peccato obnoxij erant, eodem temporis momento gratiæ & saluti spiritali reddidit. Quare & quibusdam dixit, Mihi

S. Thom. 2.2.q.4 *Sco.d.36. 3.ar.4.* *Deut.32.* *Ioan.7. c.*

indignamini, quòd totum hominem sanum feci in sabbato. Quod si ab C uno uel dæmonio uel morbo corporis neminem liberauit, quem non liberauerit etiam ab omnibus, neque corpori salutem præstitit, quin præstiterit & animæ, credendum profectò est, & tantundem eum facere in curandis spiritualibus infirmitatibus, neque largiri unam uirtutem sine alijs. Par quippe de utrisque ratio, & uirtutes medicamenta sunt, immo sanitas animarum. Neque pro dignitate de infusis uirtutibus sentit, qui ex donis adeo præcellentibus & eximijs uel minimum putat Deum illis largiri, qui ex proposito uolunt perseuerare in peccato aliquo. Vnde & patres collegerunt in iustificatione has uirtutes simul infundi, ex eo, quod statim dictum fuerat, iustificationem non esse solam remissionem peccatorum, sed sanctificationem etiam, & renouationem interioris hominis, & adoptionem in filios Dei, & hæredes uitæ æternæ, & neminem iustificari, nisi cui merita passionis Christi communicantur. Cui enim uerisimile fit ad participationem adeo præstantium uirtutum communicari merita Christi, nisi membris ipsius uiuis, uel qui iam fuerint membra ipsius uiua? Quamobrem & statim subdiderunt. *Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & caritas, neque unit perfectè cum Christo, neque corporis eius uiuum membrũ efficit.* Et caute ac sapienter adiecta sunt illa uerba perfectè, & uiuum. Nam fideles peccatores mẽbra sunt Christi, ac per hoc ei coniuncta, quia sunt Ecclesiæ, quæ est congregatio fidelium & sub Christo capite militat, ut diffinitum est in Concilio Constantiensi
1. Cor. 12. d contra Vuiclefum. Quare & Paulus ad Corinthios, inter quos sciebat esse D aliquos peccatores, generaliter scribit. Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Quod uero fideles qui sunt in peccato, neque uiua Christi mẽbra sint, neque perfectè ei coniuncta & unita, absentia hoc facit caritatis, quæ
Elogia caritatis. una glutinum bonum est, & perfectum, quo Deo, & proximis iungimur. Caritas teste Cypriano, fraternitatis uinculum est, fundamentum pacis, te-
Cyp. ser. 3. nacitas, ac firmitas unitatis, spe & fide maior, & opera & martyria præce-
Coloss. 3. c dit. Et didicit hæc Cyprianus ex Paulo, qui & uinculum perfectionis eam appellat. Vitaque illa est fidelium, immo & fidei et aliarum uirtutum. Vnde
Ber. ser. 2. de resur. Bernardus. Vita corporis est anima, per quam mouetur, & sentit. Vita uero fidei caritas est, quia per illam operatur, sicut in Apostolo legis. Quare
Gal. 5. & qui caritate carent, non membra Christi uiua, sed sicut passim in sacris literis & apud Ecclesiasticos autores legimus, mortui summo iure censentur, & appellantur.

Sacramenta omnia nouæ legis causam esse instrumentalem nostræ iustificationis. Cap. XXIX.

c. 2. CVm sancta Synodus instrumentalem causam nostræ iustificationis baptismum asseruit, idem ipsum & de reliquis sacramentis, ut supra docuimus, pro constanti haberi uoluit. Et hac diffinitione damnata sunt blasphema illa uerba Lutheri. Hæretica est, sed usitata sententia, sacramenta nouæ legis dare gratiam illis, qui non ponunt obicem. Quæ & ipsa

A iam ante aliquot annos damnata fuerunt a Leone. X. in primo artic. Bullæ condemnationis ipsius. Quanquam uero liquere satis potest falsitas huius erroris excitatis cap. 11. huius libri testimonijs, & ex illis, quibus inferius Deo dante monstrabimus, sacerdotes uere absoluere, & autoritate clauium c. 11. per sæpe conferre primam gratiam peccatoribus in sacramento pœnitentię, Lib. 14. tamen ad pleniorem cõfirmationem nostri decreti, adijciam de baptismo, de quo uno hic nominatim egere patres, peculiaria aliquot argumenta, quę illũ ostendant causam esse nostrę iustificationis, & hanc doctrinam Christi, & Apostolorũ fuisse, & ab uniuersa Ecclesia perpetuo retentã & creditã. Ac primo quidem Christus diserte docuit Nicodemum, hanc uirtutem habituras aquas baptismales, cum ei dixit, oportere homines renasci ex aqua & Spiritusancto. Nam cum aquam iunxit Spirituisancto, quem certum est, Ioan. 3 causam esse efficientem nostræ renascentiæ spiritalis, ostendit nimirum, & aquam suo quoq; modo cooperaturam eidem renascentiæ. Alioqui non satis commode eodem contextu, & eadem præpositione Spirituisancto Ephe. 5. fuisset coniuncta. Paulus etiam Christum asserit mundare suam Ecclesiam Tit. 3. b lauacro aquæ uerbo uitæ. Et alibi saluos nos factos ex misericordia diuina per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritussanct. Profecto si baptismus non esset causa instrumentalis nostræ iustificationis, neque lauacrũ esset regenerationis, & renouationis, neque illo Deus mundare traderetur suam Ecclesiam. Nam hæc uerba efficientiam aliquam, & cooperationem

B baptismi ad mundandum, regenerandum, & renouandum nos aperte significant. Vnde & Aug. ex illis uerbis, Mundans eam lauacro aquæ. 1. de Nup. Gal. 3. d & concup. c. 33. & serm. 14. de uerbis Apostoli, colligit per baptismum omnia mala mũdari & sanari & in. 3. cõtra 2. ep. Pelag. c. 3. idẽ colligit ex uerbis illis, Per lauacrum regenerationis &c. Sed & illud aliquanto efficacius est. Rom. 6. Consepulti enim sumus cum illo, hoc est Christo, per baptismum in mortem. Per, quippe causam notat instrumentalem. Et in Actis Apostolorum, Act. 19. super Ephesios, qui tantum erant baptizati baptismo Ioannis legimus descendisse Spiritũsanct. mox ut Paulus eos baptizauit baptismo Christi, & 1. Pet. 3. imposuit eis manus. Princeps etiam Apostolorum baptisma, perinde affirmat, nos saluos facere, ac olim octo animæ saluæ factæ sunt per arcam. Et in ipsis Ecclesiæ cunabulis hanc efficaciam baptismi ad remittenda peccata, & concedendam gratiam his uerbis explicabat. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in remisionẽ peccatorum uestrorum, & accipietis donum Spiritussancti. Et iam olim hanc uirtutem aquarum prædixerant prophetæ. Erit, ait Zacha. Fons patens domui Zach. 12. a Dauid in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Et Ezechiel. Effundam su- Ezec. 36. per uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Et acceptauit perpetuo hanc doctrinam Ecclesia. In Concilij Nicæni Con. Nic. symbolo profitetur Ecclesia se credere unum baptisma in remisionem peccatorum. In Concilio Florentino sub Eugenio. 4. expresse definitum est, sacra Conc. Flo.

menta nouæ legis,& continere,& causare gratiam. Quod & confirmatum C
est in hoc Concilio sessione.5.&.7. Et de baptismo peculiariter definitum
est in Concilio Florentino, effectum eius esse remissionem peccatorum &
Con. Lat. pœnarum,quę debentur pro peccatis. In Concilio Lateranensi sub Inno.3.
ut habetur in cap.Firmiter de summa trinitate & fi. ca. statutum est, baptismum a quocunque in forma Ecclesiæ collatum, tam paruulis quam adul-
Con.Vie. tis proficere ad salutem. In Concilio Viennensi, ut habetur in Clementina de summa trinitate & fi.ca.sancitum est absolute per baptisma applicari efficaciam mortis Christi omnibus baptizatis,& acceptata est,ut probabilior & sanctis & recentioribus doctoribus Theologis magis consona opinio, quæ asserebat,paruulis in baptismo dari gratiam informantem,& uirtutes. Et quod solum acceptauerint hanc sententiam, ut probabiliorem opinionem,non fuit,quia dubitauerint,paruulos iustificari in baptismo.Non hoc illis fuit ambiguum, qui absolute tradiderunt, eis per baptismum applicari efficaciam mortis Christi, sed incertum fortasse ipsis fuit, an hoc fieret per infusionem gratię,& uirtutum,aut certè,ut probabilius uidetur,noluerunt
Con.Mil. tum rem magis premere,quia nihil grauiter ad id urgebat.In Concilio Mileuitano,ut certum traditum est, baptizari paruulos in remissionem peccatorum.In officijs Ecclesiasticis,paschæ præsertim & pentecostes,sæpe Ecclesia profitetur,remitti omnia peccata baptizatis. Vniuersaque Ecclesia constantissime semper tenuit,saluari paruulos, qui morerentur ante ætatē adultam,siquidem essent baptizati. Atque hac ratione ex Apostolorum institu D
Dionys.c. 7.de Eccl. Hierar. tione,ut constat ex Dionysio baptismus paruulorum semper fuit in Ecclesia, ne perirent,si morerentur sine baptismo. Quare, Cyprianus Fido, qui opinabatur,pueros non esse in secundo,aut tertio die post natiuitatem baptizandos,obijciens sententiam totius cuiusdam Concilij Aphricani,sic re-
Cyp. 3. epist.8. spondet.Vniuersi iudicauimus,nulli hominum nato misericordiam Dei et
August. x. in bene. c. 23. gratiam denegandam. Augustinus hanc consuetudinem matris Ecclesiæ dicit Apostolicam esse traditionem. Neque iniuria. Vt enim ipse uerissime dicit 4. de baptismo contra Donatistas.c.24.quod uniuersa tenet Ecclesia, ne-
Consuetudo Apostolica. que in Concilijs institutum,sed semper retentum est,non nisi autoritate Apostolica traditum rectissime creditur. Et cap.6.Illa consuetudo,quam homines sursum uersus respicientes,non uidebant a posterioribus institutam,
Hieron. 3. in Pelag. recte ab Apostolis tradita creditur. Hieronymus etiam dicit,baptizari paruulos,ut eis in baptismate peccata dimittantur. Et uel hoc unum argumentum de iustificatione paruulorum per baptismum, conuincere potest Lutherum, ut uolens nolens fateatur baptismum habere uim iustificādi. Non enim est unde ipsi consequantur gratiam, si non eam consequantur ex baptismo.Nam nullus homo potest alteri mereri primam gratiam immedia-
Paruuli nō iustificātur fide ppria te,& contingere posset,ut & qui baptizat, & circunstantes omnes essent in peccato. Et quod ait Lutherus, & aliqui eius sequaces etiam paruulos iustificari fide propria,quam concipiunt ex auditu uerborum formæ baptis-

A malis, portentosum adeo cõmentum est, ut superfluum sit illud impugnare. Quis nisi planè uelit cæcutire, & delyrare, credat ei paruulos habere actũ fidei, cum usum rationis non habeant? Nondum erat hæc hæresis, & iam ei inspirante Spiritusſanct. per Augustinum contradicebatur, qui in ep. 106. iustificatos dicit paruulos eius numeris merito, quod utique cum profuit, nescierunt. Idenque asserit. 3. de libero arbitrio cap. 23. & in multis alijs locis. Et Bernardus in epistola. 77. contra eandem sic scribit. Sanè infantes, quia prohibente ætate habere non possunt fidem, hoc est, cordis ad Deum conuersionem, consequenter neque salutem possunt habere, si absque baptismi perceptione moriuntur. Mirifico etiam consensu doctores Ecclesiæ, ut certum & indubitatum tradidere per baptismum conferri baptizatis gratiam. Cyprianus in epistola paulo ante citata gratiam & Spiritumſanctum docet baptizatis dari, idque æqualiter, & nemini negandum esse Baptismum, quia nemo est a gratia consequenda impediendus. Ambrosius de sacramentis li. 1. ca. 3. multa quidem lectu dignissima de uirtute & operatione aquæ baptismalis scribit. Et post multa subdit. Non omnis aqua sanat, sed aqua sanat, quæ habet in se gratiam Christi. Et omnia delicta in baptismo mori. 8. in Lucam. cap. 17. & 2. Timot. 2. & in plærisque alijs locis asseuerat. Idenque Hieronymus paulo post principium tertij in Pelagianos ut certum & indubitatum tradit. Augustinus longe quidem sanctius & religiosius quàm Lutherus de sacramentorum uirtute sentiebat, & magnificentius multo eã

B ubique commendat, neque extenuat unquàm, aut despicit, sicut ille facit prę textu commendandi fidem. Quasi uero diminutio sint uirtutis fidei, & nõ potius magna commendatio, ipsa præconia uirtutis sacramentorum, quæ sola fide perficiuntur, & signacula sunt fidei, & fides secundum quendam modum ab Aug. & Hugone dicuntur. Non est tam inuida alienæ laudis fides, neque tam angustis pomerijs coarctatur. Extendit uim sua ad opera nostra & ad sacramenta, & quidquid illis gratię & commendationis accedit, ad se putat uerissime pertinere. Sed mittamus hęreticos. Videamus quid hic sanctus pater nobis de uirtute sacramentorum tradat. In lib. 19. cõtra Faustum. c. 11. sic de nostris sacramentis loquitur. Sacramẽtorum uis inenarrabiliter ualet plurimum, & ideo contempta sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine qua non potest perfici pietas. Et de baptismo peculiariter. 2. contra Cresconium grammaticum. c. 13. Baptismus ait est sacramentum nouę uitę ac salutis ęternę. Et lib. 1. Retract. c. 7. & alias sępissime. Lauacrum regenerationis purgat à reatu omnium peccatorum. Et tract. 5. in ep. Ioannis. Ecce accipit sacramentum natiuitatis homo baptizatus sacramentum habet, & magnum sacramentum, sanctum, diuinum, ineffabile. Considera quale, ut nouum hominem faciat, & dimissionem tribuat omnium peccatorũ. Et tract. 80. in Ioannis Euangelium. Vnde ista tanta uirtus aquę, ut corpus tangat, & cor abluat? Neque est quod glorietur Lutherus, & insultet nobis, quia addit continuo, nisi faciente uerbo, non quia dicitur, sed

August. *Bernar.* *Pereũt paruuli decedẽtes sine baptismo.* *Cyp.* *Ambr.* *Hieron.* *Aug. ep. 23 ad Bonifacium.* *Hug. 1. de sac. par. 10 cap. 9.* *Diluitur obiectio Lutheri.*

quia creditur. Non negat hic Augustinus, quin incunctanter asserit, & aquã C baptismi, & uerba sacramentalia, cum simul iunguntur], habere uim abluendi cor, sed ostendit, hoc neque esse ex natura ipsius aquę, neque ex natura uerborum, sed ex uirtute diuina latenter in eis, & per ea operante. Vnde & statim pręmiserat. Detrahe uerbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbũ ad elementũ & fit sacramentũ. Et post illa uerba, non quia dicitur, sed qa credit̃ mox addit. Nã & in ipso uerbo aliud est sonus transiens, aliud uirtus manens, hoc est uerbũ fidei, quod pręd icamus. Et in serm. quodam de Epiphania constantissime hanc uirtutem aquę baptismatis profitetur his uerbis. Aqua subtilis est, sed subtilior benedictione efficitur, quia usque ad interiora animę penetrat, & cœlesti rore perfundit, & occulte uias uitę donat. Et mox apertius, ad purificandam animam peruenire, & uniuersa conscientię latibula penetrare affirmat. Et. 2. contra literas Petiliani. Neque aqua nostra inquinamur, neque uestra mundamur, sed aqua baptismi. Et in libro de Cataclysmo. c. 3. catechumenos sic alloquitur. Ecce dilectissimi uenturi estis ad fontem aquæ. Non dicatis in cordibus uestris, hoc est totum quod pro magno desiderabamus. Fons iste uisibilis similitudo est æterni fontis. Renascemini ex aqua & spiritu. Aqua illa non solum corporis sordes mundat, sed animam a peccatis liberat. Atque ut scirent, unde esset ista tanta uirtus aquæ, subdit. Non omnis aqua mundat, sanctificatur hæc per consecrationem. Tolle enim uerbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum, uirtus uerbi per aquam mũdauit nos, quia D super aquas ambulauit, & dominatur cunctæ creaturæ suæ. Et in. 2. contra secundam Gaudentij epistolam ca. 4. Hi, qui nondum baptizati sunt, a peccatis omnibus lauacro regenerationis abluuntur. Et. 4. de baptismate contra Donatistas cap. 2. Aqua Ecclesiæ fidelis & salutaris & sancta est ea bene utentibus. Et alias similia dicit Aug. Ex quibus omnibus dilucidum potest esse agnouisse eum, & docuisse uirtutem istam sacramenti baptismi, quam contra Lutherum nunc stabilimus, neque sola fide existimasse baptizatos

In. 4. d. 3. iustificari. Magister etiam post Greg. & Bedam eadem docet, ac per baptismum iustificari homines, mundari, & innouari depositione uitiorum & collatione uirtutum, constanter asseuerat. Et sequuntur eum omnes in uniuersum scholastici doctores. Quanuis. n. multum, & anxie inter ipsos disputetur, an sacramenta attingant ad productionem gratiæ, & quidam quidem hoc concedant, alij uero id negent, tamen & qui hoc negant, fatentur, ea posse dici instrumenta, & signa efficacia gratiæ, & uirtute eorum nos recipere gratiam, quia ad susceptionem eorum, & propter ea Deus ipse solus suscipientibus largitur gratiam. Eat igitur nunc Lutherus, & his firmissimis, & grauissimis scripturæ, Ecclesiæ, & sanctorum testimonijs contemptis, clamet hæreticam esse sententiam, sacramenta dare gratiam his, qui non ponunt obicem. Quibus uero fucis tantum errorem liniuerit, quibusque præstigiis eum orbi persuadere adnixus fuerit, nõ erit incõmodum agnoscere.

Scriptura

A Scriptura dicit iustificationem fidei attribuit, & non sacramentis. Iustus, inquit, ex fide uiuit. Et rursus. Corde creditur ad iustitiam. Si non fuisses o Luthere ingratus sacramentis, quibus & renatus, & initiatus fuisti, si non contempsisses matrem Ecclesiam, quæ te genuit, & spreuisses gratiam, quæ in te fuit per impositionem manuum sacerdotalium, agnouisses profecto sic scripturam tribuere iustificationem fidei, ut tamen non abroget alijs. Non frustra fidei Christus coniunxit baptismum dicens. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Salutem certè hominis ex sacramento & fide, seu conuersione cordis ad Deum compleri nobis significauit, sicut dicit Aug. 4. de baptismo contra Donatistas. c. 25. Cur uero, inquies, & in tract. 30. in Ioã. & de Cataclysmo. c. 3. uirtutem totam qua sanctificamur, & renouamur, tribuit Aug. fidei? Verbo certè fidei dicit ibi consecrari baptismum, ut mundare posset, & ab eo esse totam sacramenti uirtutem. Et in quæst. 59. lib. quæstionum ueteris & noui testamenti apertius. Donum cœleste non poterit consequi, qui se per aquam, non per fidem immutari credat. Et in tertio de libero arbitrio. cap. 23. prodesse dicit paruulis, fidem offerentium eos baptismo. Et hoc commendat, addit, Ecclesiæ saluberrima autoritas, ut ex eo quisque sentiat, quid sibi prosit fides sua, quando in aliorum quoque beneficium, qui propria nondum habent, potest aliena commodari. Bernardus etiam manifeste asserit, paruulos baptizatos saluari per alienam fidem, neque ab eis alienum esse, quod de omnibus generaliter dicitur. Fide mundans corda eorum.

Obiect. 1
Respon.
Mar. ulti.
August.
Obiect. 2.
Bernar. epist. 77.
Act. 15.

B Dum tamen hæc, aut similia in sanctis doctoribus legimus, animaduertamus bene omnia circunstantia, & perspicuum erit, non eos abrogare iustificandi uirtutem sacramentis, sed docere, signa hæc uisibilia non habere suapte natura tam eximiam uirtutem, sed eam eis a Deo esse, & ab institutione diuina, ac per hoc etiam aliquo modo a fide. Et causa, propter quam uirtus eorum tribuitur fidei, non est quia fides uirtutem aliquam præstet sacramentis, aut quod gratia per sacramenta accepta, partim fit a fide, & partim a sacramentis, ut quidam existimat. Non pendet efficacia sacramentorum diuinorum a nostris actibus. Si per impossibile deficeret in omnibus fides, baptizatus paruulus cum intentione faciendi, quod Christus fieri instituit, iustificaretur per baptismũ. Et tota gratia data paruulis in baptismo, uirtute sacramenti confertur, atq;, ut aiũt, ex opere operato. Nullus enim alteri meretur primam præsertim gratiam immediate, & absq; actu aliquo ipsius. Ideo uero sancti doctores tribuunt uirtutem sacramentorum fidei, quia habent uirtutẽ suam ex institutione diuina, quæ creditur per fidem, neq; Ecclesia eis uteretur ad sanctificandos homines, nisi crederet uerbis Christi, per fidem prædicationis Euangelij certa esset Deum contulisse & semper conferre hanc uirtutem sacramentis. Propterea uero paruulos baptizatos, iustificari dicunt per fidem alienam, ut & Augustinus in loco citato explicat, quia per fidem offeruntur Ecclesię baptizandi, neque parentes offerrent filios suos baptismo, aut sacerdotes

Respon.
Roffen.
Cur uirtus sacramentorum tribuitur fidei.
Quo paruuli baptizati, fide aliena iustificantur.

Q

eos baptizarent, nisi crederent, ea uia posse eos peruenire ad Dei gratiam. C
Atque hæc satis sunt pro solutione omnium argumentorum Lutheri, immo & pro toto hoc libro. Siquidem argumenta, quæ a multis catholicis afferuntur contra efficientiam istam gratiæ, quam sacramentis tribuimus, satis exolui possunt ex illis, quæ capite.11.huius libri disseruimus. Transeamus ergo ad expositionem capitis.8.nostri decreti.

DE GRATVITA PER FIDEM IVSTIFICATIONE LIBER VIII. IN CAPVT VIII. DECRETI DE IVSTIFICATIONE.

PRAEFATIO.

Aug. de fi. & ope. c. 14. Multa quidem in epistolis Paulinis occurrunt subobscura, & difficilia intellectu. Sed ut Augustinus credit, ad nulla magis, quam ad ea, quæ ad iustificationem spectant, uerba sua princeps Apostolorum retulit, cum dixit, in eis esse quædã difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauãt, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum destructionem & perditionem. Inter omnia uero, quæ ad iustificationem impiorum spectãt, tria D hæc potissimum & olim & hoc tempore nõ mediocres iniecere eruditissimis uiris difficultates, iustificari per fidẽ, iustificari gratis, iustificari sine operibus legis, uel simpliciter sine operibus, aut non ex nobis, neque ex operibus. Et horum trium praua intelligentia plærosque & maxime hæreticos nostri temporis in uarios præcipitauit errores. Porrò Conciliorum sacrorum & sedis Apostolicę hoc inter alia munus esse dignoscitur, ut germanũ & genuinum sensum scripturarum fidelibus tradant, & quæcunque fuerint difficilia & ambigua in lege Dei sua autoritate edisserant. Non enim minus diligit Deus Ecclesiam, neq; minoribus sed multo maioribus & augustioribus & gratijs & prærogatiuis eam ornauit, quam olim synagogam. Ex Deuter. autem constat illud priuilegiũ habuisse sub lege Mosaica summum sacerdotem & sacerdotes Leuitici generis, ut infallibiter explicare possent, quæcunque difficilia & ambigua in diuina lege occurrerent. Agnoscentes itaque patres hanc in se autoritatem & gratiam, ut quacunque possent, iuuarent populum Christianum, non contenti ueram & certam, quanque oẽs sequi debeant, doctrinã de iustificatione tradere, hęc quoq; uerba Pauli, quę difficilia hoc tẽpore uisa sunt, quẽadmodum intelligi debeant, sua nobis autoritate in c.8. statuũt. Et ss. numine cõfisi, quo uno & dictatę sunt, & rectè expositæ scripturæ, explicationem & corroborationẽ sententię patrũ huic lib.8. mãdabimus, ab ipsa eorum diffinitione, quæ sic habet, exordiũ sumẽtes.

2. Petr. 3. d

Tria Pauli uerba difficilia.

Munus cõciliorum.

Deut. 17

C A QVOMODO INTELLIGATVR IMPIVM PER *per fidem gratis iustificari.* Cap. VIII.



VM uero Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem & gratis, ea uerba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ catholicæ consensus tenuit, & expreßit, ut scilicet, per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impoßibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Gratis autem iustificari ideo dicamur, quia nihil eorum quæ iustificationem præcedunt, siue fides siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur. Si enim gratia est, iam non ex operibus. Alioqui, ut idem Apostolus inquit, gratiam iam non est gratia. Roman. 1. Hebr. 11. Roman. 11

De peruersis interpretationibus quorundam Pauli uerborum et legitima eorum ex sententia patrum expositione. Cap. I.

Isforte nimium explicuerunt nostræ tempestatis hæretici tria illa uerba Paulo frequentia, iustificari per fidem, iustificari gratis, iustificari absque operibus. Et quidam ex eis abusi illis sunt, ut suaderẽt opera non esse necessaria ad iustitiam, sed duntaxat solam fidem. Ideo dictum a Paulo existimant, nos iustificari per fidem & absque operibus, quia fi-

B des una atque adeo sola, est tota nostra iustitia. Et gratis nos iustificari ab eodem putant assertum, quia nulla, ex parte nostra, requiritur dispositio ad iustitiam. Alij uero qui non perinde grauiter decepti sunt, propterea crediderе iustificari nos per fidem gratis & sine operibus Paulum asseruisse, quia licet alia requisita sint ad nostram iustitiam, fide tamen sola apprehenditur ea, & obtinetur. Cur enim, aiunt, Paulus fidei uni tam sæpe attribuisset iustificationem nostram, & operibus abrogasset, nisi uoluisset significare nobis fidem solam ad salutem sufficere, aut saltem ea sola apprehendi ueram iustitiam? Et nonnulli catholici, saltem eis dandum esse existimarunt, fidẽ priores & potiores partes in nostra iustificatione tenere. Ab his omnibus adulterinis & ualde alienis expositionibus uindicatur Paulus hoc capite a patribus. Ac primo quidem ea ratione asseritur dictum esse ab illo, iustificari nos per fidem, quia est humanæ fides salutis initiũ fundamentũ & radix, & sine ea impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortiũ peruenire. Atque ista expositione docent longe a uero sensu Pauli fuisse, neq; idoneo fundamento innixos esse, qui propter hæc uerba uel non esse necessaria opera, uel fidem esse consummationem iustitiæ, uel ea una apprehendi iustitiam uel certè potißimas eam tenere partes in nostra iustificatione contendebãt. Tantum nanque his uerbis conuinci potest, fidem esse necessariam dispositionem ad iustitiam, & ipsius initium & fundamentum & radicem. Secundo autem propterea Paulum dixisse nos iustificari gratis, exponit sancta Sy

nodus, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt siue fides sit, siue C opera, ipsam iustificationis gratiam promereretur. Qua expositione docet uerbum gratis opponi uerbo ex meritis, neque per illud excludi necessitatem, aut uirtutem nostrarum dispositionum ad obtinendum gratiam, sed cõmendari nobis diuinæ in nos misericordiæ gratuitam benignitatem, & ostendi imbecillitatem nostrarum uirium, & exiguum omnium operum nostrorum ante gratiam Dei ualorem. Quippequæ nunquam eo pertingere possunt, ut per ea mereamur iustificationẽ. Non explicuere tamen hic patres uerba alia Pauli quæ tertio loco in præfatione huius libri cõnumerauimus, nempè iustificari sine operibus legis, aut simpliciter sine operibus, aut non ex nobis, neque ex operibus. Idq; forte ideo factũ est, quia idẽ uidetur esse sensus horum uerboꝝ & illoꝝ, quibus asserimur iustificari gratis. Quid est aliud nos iustificari absq; operibus, quam iustificari gratis? Et quid aliud nos iustificari gratis, quam iustificari absq; operibus? Si igitur iustificari gratis est iustificari sine meritis, iustificari absq; operibus idem erit, quod iustificari absq; meritis. Quod si non esset idẽ utrorunq; sensus, cũ hæretici in suorũ erroꝝ stabilimentũ non minus, sed magis potius utantur his uerbis iustificari absq; operibus, quã illis iustificari per fidẽ, aut istis iustificari gratis, nunquã patres, silentio eorum expositionem præterissent. Sed prouidentia.ss. ea præterita esse existimo, ut hinc colligamus idem esse omnia ista, ac iustificari sine meritis nostris, & nobis minime tm̃ beneficium promerentibus.

Intellexit semper Ecclesia uerba illa, iustificari per fidem, sicut exposuere patres. Cap. II. D

EXpendenda tamen est, & laudanda in primis modestia, quam inter exponendũ hæc uerba Pauli, seruarunt patres. Non superbe sibi arrogarũt eoꝝ explicationem, neq; nouũ aliquẽ sensum eoꝝ tradidere, quin neq; alias interpretationes ipsoꝝ damnant, sed ita esse intelligẽda affirmãt, ut perpetuus Ecclesiæ catholicæ cõsensus tenuit, & expressit. Et hæc uerba, iustificari per fidẽ, sic esse perpetuo exposita ab Ecclesia catholica, quẽadmodũ patres explicuere, subiecta statim poterũt docere sanctoꝝ patrũ testimonia. Vt aũt cõstet merito patres appellasse fidẽ principiũ & fundamentũ, & radicẽ nostræ iustificationis, non ea tm̃ hic cõmemorabimus, quibus sic docẽt Paulũ exponendũ, sed ea adiungemus, quibus fidẽ his prærogatiuis nobis cõmendarunt. Aug. Ex fide aũt ideo dicit Paulus iustificari hoiem non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrẽtur cætera, quæ proprie opera nuncupantur, in quibus iuste uiuitur. Et quosdã hæreticos sic redarguit. Et dicitur a uobis. Fides est à nobis, cætera a domino ad opera iustitiæ pertinentia, quasi ad ædificium non pertineat fides, quasi ad ædificium, inquam, non pertineat fundamentum. Et statim in primis, & maxime fidem petendam à Deo adiungit. Et in capitulo secundo de bono perseuerantiæ. Quod initium uerius Christiano, quam credere in Christum? Et ex eo desumpta sunt illa, quibus hic patres commendarunt nobis fidem, atque ipsius necessitatem explicarunt. Nam in sermone. 38. de tempore sic scribit. Ad

Aug. ca. 7 de prædes. san.

A bit. Ad ueram beatitudinem peruenire uolentibus, primo omnium fides necessaria est, sicut Apostolica docet autoritas dicens. Sine fide impossibile est placere Deo. Constat ergo neminem ad ueram peruenire posse beatitudinem, nisi Deo placeat, & Deo neminem posse placere, nisi per fidem. Fides nanque est bonorum omnium fundamentum. Fides est humanæ salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei consortium potest peruenire. Quia sine ipsa, neque in hoc sæculo quisquam assequitur iustificationis gratiam, neque in futuro uitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidem, non perueniet ad speciem beatæ uisionis domini nostri Iesu Christi. Et cap.3. libri. 4. contra Iulianum Pelagianum rursus affirmat, sine fide impossibile esse placere Deo. Et de uerbis Apostoli sermone.29. addit. Initium bonæ uitæ, cui uita etiam æterna debetur, recta fides est. In cap. etiam.2. de natura & gratia contra Pelagianos constanter affirmat, nullo modo posse quenquā iustificari nisi per fidem & sacramētum sanguinis Christi. Et quia Apostolus de lege ueteri dicit. Si per legem iustitia, gratis Christus mortuus est, addit ipse. Quanto iustius de lege naturæ. Si per naturam iustitia, gratis Christus mortuus est. Eadenque his scribit in epistola.89. his uerbis. Lex data per Moysen uiuificare non potuit, neque liberare a lege peccati & mortis. Ideo usque ad legem peccatum dicit Apostolus fuisse, non quia deinceps in nemine fuerit, sed quia non poterat per literam legis auferri, quod solo poterat spiritu gratiæ.

Heb.11.

Gal.2.

Literæ legis in efficacia.

B Neque mirandum quod Augustinus sæpissime tradat, fidem Christi necessariam esse ad sulutem, & cap.4. libri de natura & gratia diserte asserat per gratiam Christi non liberari, qui nondum illam audierunt, atque ibidem capite primo & sæpe alias pro eodem accipiat, iustificari absque fide Christi, & iustificari absque Christo. Iustificari quidem sine operibus, & iustificari sine Christo, maximo interuallo inter se distant. Extra controuersiam fuit semper apud catholicos, neminem mortalium post lapsum Adæ iustificari posse, nisi ex meritis Christi, ut luculentum fecimus libro quarto, & Cyrillus libro septimo in Ioannem cap.1.3.&.4. & Hieronymus in Commentarijs. 2. cap. epistolæ ad Ephesios, & Augustinus, & cœteri doctores passim edisserunt. At non ita in confesso fuit, iustificari omnes per fidem Christi, saltem explicitam. Verum Augustinus satis explicat capite secundo de natura & gratia propterea se pro eodem habuisse, quæ tan longis interstitijs seiuncta erant, quia neminem credidit absque fide passionis & resurrectionis implere potuisse legem. Vt enim ad nos pertingeret uirtus Christi, & nos ipsius merita & gratiam participaremus, uidetur necessarium existimasse, ut ei fide coniungeremur. Atque inde fortassis ita credidit, quia scriptura remissionem peccatorum per Christum donari tradit ijs, qui credunt in eum, & in Christo iustificari, cum fides eius nobis deputatur in iustitiam. Quod si fieri potuisset, ut legem quisque seruaret ex gratia Christi, & merita ipsius participaret sine fide expli-

Omnis salus p Christum.

Cyr.

Non seruatur lex sine fide.

Act.10.g.

Rom.4.

Saluari potuissent sine fide, qui sine illa legem seruassent.

cita, nunquam Augustinus negasset, quod nos libro sexto cap. 19. & 20. C
defendimus, potuisse aliquos saluari non modo sine fide Christi, sed & sine fide Dei, siquidem absque illa naturalem legem seruarent. Vnde & ibidem subdit Augustinus. Non tam iniustus est Deus, ut iustos fraudet mercede iustitiæ, si eis non est annunciatum sacramentum diuinitatis & humanitatis Christi. Quomodo enim credent ei, quem non audierunt? Et Cy-
Cyr.4. in Ioan.c.11. rillus palàm dicit. Qui nihil audierunt, mitiorem forsan inuenient iudicem, quanuis, quoniam non requisiuerunt, relaturi rationem sunt. Sed hæc satis ad expositionem Augustini pro pietate, quam ei omnes debemus.
Orig.lib.3 com.epist. ad Rom. Pergamus ergo ad aliorum testimonia. Origenes in hæc uerba Pauli Arbitramur enim hominem iustificari per fidem. Vbi fides non est, quæ credentem iustificet, etiam si opera quis habeat ex lege, tamen quia non sunt ædificata supra fundamentum fidei, quanuis uideantur esse bona, operatorem suum iustificare non possunt, si eis deest fides, quæ est signaculum eorum, qui iustificantur a Deo. Hæc ibidem. Et homilia.3. in Leuiticum. Certum est, quòd remissionem peccatorum nullus accipiat, nisi detulerit
Amb. integram, probam, & sanctam fidem. Amb. in principio libri primi de sacramentis. In Christiano uiro prima est fides. Et alibi. Fundamentum iustitiæ est fides. Iustorum enim corda meditantur fidem, & qui se iustus accusat, iustitiam supra fidem collocat. Nam tum iustitia eius apparet, si uera
Esa.28.b fateatur. Denique & dominus per Esaiam, Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion, idest, Christum in fundamentum Ecclesiæ. Fides D
enim omnium Christus. Et mox. Ideo & Paulus fundamentum posuit Christum, ut supra eum opera iustitiæ locaremus, quia fides fundamen-
1.de uoca. Gentiũ.c. 8.& 9. Rom.1. tum est. In operibus autem, aut malis iniquitas, aut bonis iustitia est. Et rursus ait. Fides bonæ uoluntatis, & iustæ actionis genitrix est. Et subdit. à Deo eam donari nullis meritis præcedentibus, ut principium possit esse meritorum, Idem etiam iustum ex fide uiuere exponit, quia uita est ex fide, & iustitia Dei per fidem Iesu Christi, quia per eam agnoscimus donum aduentus Christi olim à Deo promissum. Et in illa uerba Apostoli, Fir-
2.Tim.2.c Lib.2.off. cap.2. mum fundamentum Dei stat. Fundamentum Dei fides est, quæ continet, quæ promisit Deus. Et statim signaculum promissionis Dei fides nostra est, quæ firmat Dei uerba. Et alias. Habet uitam æternam fides, quia fundamentum est bonum. Habent & bona facta, quia uir iustus & dictis & rebus probatur. Et continuo. Strenuum esse in operibus, affectu infidum, ita est ac si uitioso fundamento pulchra culminum uelis eleuare fastigia. Quod quo plus extruxeris, plus corruit, quia sine munimento fidei bona
2.de Caim. & Abel. cap.2. opera non possunt manere. Infida statio in portu nauem perforat, & arenosum solum cito cedit, nec potest impositæ ædificationis sustinere onera. Et iterum. Fides ante omnia commendare nos Deo debet. Et alias.
Ephe. 74 Fides uelut præuia caritatis occupat animam, & præparat semitas uenturæ dilectioni. Hieronymus in illa uerba Pauli, in quo habemus fiduciam
Hieron.

A & accessum in confidentia per fidem eius, sic scribit. Fiduciæ atque accessus ad Deum principium atque origo fides in Christo est. Et statim quæ adiecit Paulus, In interiori homine Christum habitare per fidem in cordibus uestris, in caritate radicati, ita exponit. Habitatio ista per exordium fidei fabricatur, radices & fundamentum in caritate habet. Cyrillus duplici ex causa putat Apostolos dixisse. Et nos credimus & cognoscimus, quia tu es Christus filius Dei. Primo quidem, quia non leuiter inducti sunt ad credendum, sed multis signis facti certiores. Nisi enim ita confirmetur fides, cum radicem non habeat, facile, ait, ex animo euolat. Secundo uero, quia fidem cognitio sequitur iuxta illud Esaiæ, Nisi credideritis non intelligetis. Et mox subdit. Nisi absque ulla dubitatione fidei ieceris fundamenta, non poteris paulatim cognitionem, quæ in Christo est, superædificare, ac in uirum spiritualem euadere. Atque ex uerbis Esaiæ, Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem erectum, angularem, preciosum, continuo infert. Initium ac fundamentum in sanctificationem atque iustitiam Christus est per fidem, & non aliter. Hoc enim modo in nobis habitat. Et.4. in Ioannem cap. 9. ut cap. 12. libri. 6. citauimus, addit. Ianua & uia in uitam, fides est. Basilius. Liberamur a peccatorum condemnatione credentes beneficio Dei per unigenitum ipsius filium dominum nostrum Iesum Christum. Quæ uerba & ea possunt confirmare quæ de fide qua disponimur ad iustitiam, tradita esse a patribus cap. 15. libro. 6. docuimus. Chrysostomus in illa

B uerba, Fide translatus est Enoch. Vt transferretur, causa fuit, quod placuerat. Vt autem placeret Deo, causa erat fides. Nisi enim sciret, quia recepturus esset retributionem, quomodo placeret Deo. Sine fide enim impossibile est placere Deo. Et statim. Credere opus est quia est, non quid est. Nisi enim credamus, non tantum de retributione, sed de eo ipso, quod sit Deus labuntur nobis omnia, & non stant. Theophilactus in illa uerba ad Romanos. 1. Iustus ex fide uiuit, eodem sensu scribit. Deus nos non ex operibus, sed ex fide iustificauit, & addit. Cum ea quibus a Deo donati sumus mortales nequeant cogitatione complecti, merito nobis est fides necessaria. Et in illa uerba, Sine fide impossibile est placere Deo. Nam quo pacto laborio sum illud uirtutis iter adierit aliquis, nisi futuram bonorum malorunque remunerationem quis crediderit, & multiplicia sperauerit præmia. Ruffinus siue quisquis alius fuerit autor libelli, qui inscribitur In symbolum Apostolorum expositio, & circunfertur inter opera Cypriani. Credo primo omnium ponitur, sicut & Paulus Apostolus ad Hebræos scribens dicit. Credere enim primo accedentem oportet ad dominum, quia & credentibus in se remunerator sit. Sed & propheta dicit. Nisi credidetitis, non intelligetis. Vt ergo intelligentiæ tibi aditus patescat, recte primo omnium te credere profiteris, quia neque nauem quis ingreditur, & liquido ac profundo uitam committit elemento, nisi se prius credat posse saluari. Nec agricola semina sulcis obruit, & pro frugibus spargit in terram, nisi

Ephe. 3.

Cyr. 4. in Ioan. c. 29

Esa. 7.

28.

Basi. 1. de bap.

Fides disponens ad iustitiam.

Chrys. ho. 22. i ep. ad Hebræos.

Theophil.

Ruffinus.

Heb. 11.

Esa. 7.

crediderit uenturos hymbres, affuturum quoque solis teporem, quibus C terra consota, segete multiplicata, frugem producat, ac uentis spirantibus nutriat. Nihil denique est, quod in uita geri posit, si non credulitas ante praecesserit. Quid ergo mirum si accedentes ad Deum credere nos primo omnium profitemur, cum sine hoc neque ipsa exigi posit uita communis? Et subiectis multis exemplis in huius rei confirmationem, addit. Quod si haec singula, nisi prius crediderit futura, nullus aggreditur, quomodo non multo magis ad agnitionem Dei credendo ueniatur? Gregorius. Si fides non prima in corde nostro gignitur, reliqua quaeque esse bona non possunt, etiam si bona uideantur. Scriptum quippe est. Sine fide impossibile est placere Deo. Et alibi. Nullus supernae adoptionis gratiam habuit, nisi qui hanc per cognitionem unigeniti accepit. Et Bernardus in sermone secundo de resurrectione domini affirmat fidem ex auditu esse, & ex uisu confirmari, & impossibile esse in operibus quantumuis bonis sine illa placere Deo. Et usque adeo hoc uerum esse credidit, ut propter haec uerba Pauli.79. Sine fide impossibile est placere Deo in epist.77. affirmet, etiam paruulos, qui baptizantur saluari per fidem, non tamen suam, sed alienam. Atque in illis Christi uerbis, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit condemnabitur, innuit nobis ait, solam interdum fidem sufficere ad salutem, & sine illa sufficere nihil. Et sermone.37. in Cantica sic percontatur. Poterit ne spes esse salutis cum Dei ignorantia? Et ipse sibi e uestigio respondet. Ne hoc quidem. D Nec enim potes aut amare quem nescias, aut habere quem non amaueris. Ricardus in Prologo librorum de trinitate, sine fide impossibile esse placere Deo probat. Nam ubi non est fides non potest esse spes. Oportet enim accedentem ad Deum &c. Alioqui quae spes esse poterit? Vbi autem non est spes, caritas esse non potest. Quis enim amet, de quo nihil boni speret? Per fidem igitur promouemur ad spem, & per spem proficimus ad caritatem. Et paulo post. Fides totius boni initium est, atque fundamentum, & ab ea omne bonum fundamentum sumit & firmamentum capit. Hugo. primo de sacramentis parte.10.cap.9. Fides initium boni & principium restaurationis.

Grego. 2. Mo.33. — 23. Mo.1 — Bernar. — Ricar. — Hugo.

Explicatur magis & corroboratur expositio a patribus data uerbis his, iustificari per fidem. Cap. III.

Heb.11.4 NEque iniuria haec tanta, & tam praecellentia Ecclesiae lumina sic Paulum exposuerunt. Ipse Paulus in epist. ad Hebraeos fidem dixit esse sperandarum rerum substantiam, hoc est fundamentum, & quod significantius Graece dicitur, hypostasin. Et tam ipse, quam coeteri Apostoli praedicationibus suis hanc nobis expositionem tradiderunt, dum fidem ante omnia ab infidelibus exigebant, & fidei ut plurimum tribuebant miracula

A quæ patrabant, atq; huic fortissimo fundamento omne spiritale ædificium superstruebant. Et ita eos facere instituerat Christus dicens. Euntes in mundum uniuersum, prędicare Euangelium omni creaturæ. Vnde Augustinus de natura & gratia. c. 68. sic admonet prædicatores infidelium. Si uolumus animos ad rectè uiuēdum frigidos & pigros Christianis exhortationibus excitare, & accendere primitus exhortemur ad fidem, qua Christiani fiant, & eius nomini subijciantur, sine qua salui esse non possunt. Neq; dubitarunt patres, quin satis esset ad ueritatem uerborum Pauli, & ad excludendū omnem errorem, si dictum esset, Paulum ideo dixisse nos iustificari per fidem, quia fides causa est nostræ iustificationis. Profecto nihil amplius ad ueritatem horum uerborum exigitur. Satisq; fuit, ut uere idem Paulus dixerit Spe salui facti sumus, q̄ causa illa sit salutis nostræ. Neq; quisquam, quod sciam, ita insaniuit, ut ad ueritatem eorum uerborum requisiuerit, spem solam sufficere ad salutem, aut spe sola ea apprehendi, aut spem potissimas partes tenere in iustificatione. Voluerunt tamē patres asserere, ideo Paulum dixisse nos iustificari per fidem, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum & radix, ut eliderētur error Lutheri dicentis in commentarijs epistolæ ad Galatas eam esse iustitiam qua formaliter iusti sumus, & explicaretur obiter, quemadmodum per eam iustificamur, & cur illi sæpius quam alijs uirtutibus tribuerit Paulus & cæteri Apostoli nostram iustificationē. Iustum nanq; erat, frequentius memoriam fieri initij, & fundamenti salutis

Mat. 16. d

Aug.

Rom. 8

B nostræ, ab eis præsertim, qui Ecclesiam & ędificia spiritalia construere, & ędificare tum incipiebant. Et sicut sæpius tribuimus uitam nostram cordi, & uere dicimus ex corde uitam procedere, & per illud uiuere uniuersa animalia, quia licet alia sint ad eorum uitam necessaria, tamen cor est uitæ initium & radix, ita iuste potuerunt illi iustificationem nostram fidei tribuere, ac passim asserere homines per fidem & ex fide iustificari, cum illa origo sit, & principium uitæ nostrę spiritalis, & primus uirtutis motus, quo a Deo gratiæ recipiēdæ adparamur. Nam principium, & causa prima, ut est apud philosophos, uirtute continet suos effectus, & eos optimo iure sibi uendicat. Neq; ociose patres tribus his elogijs initij, fundamenti, & radicis humanæ salutis fidem hic ornarunt. Potest principium esse, quod non sit fundamentum. Neq; si quid principium & fundamentum sit, continuo & radix erit. At uero fides principium est, ex quo iustificari incipimus, fundamentū est, cui innititur, & a quo pendet totum animarum nostrarum spiritale ędificium, radix est admirandæ uirtutis, ex qua pullulat & oritur quidquid in bonis operibus floridum est & frugiferum. Initium quidem & ostium est salutis, quia lumen est & sydus pręfulgidum, quod uiam salutis ostendit. Fundamentum est quia nequit absq; illa in altum assurgere, immo neq; consistere spiritalis uirtutum & gratiarum fabrica & ipsa omnia incremeta gratiarum, omniaq; exercitia & labores militię nostrę sustentat. Radix est, quia parens est fœcunda uirtutum, & feracissima omnium bonorum operum,

& nisi nos nostra libertate & malicia illius obuiaremus uirtuti, ipsa secum C omnia nobis bona afferret, & ad ueram iustitiam perduceret. Dum prǽmõstrat bonitatem Dei, in amorem ipsius accendit, dum reuelat futura bona, quæ speramus, in spem animos nostros erigit, dum turpitudinem grauitatem, & reatum peccatorum retegit, in pœnitentiam eorum trahit, dum utilitatem & suauitatem mandatorum Dei commonstrat, ad ea obeunda, & opere complenda allicit, & extimulat. Vnde & prudenter quidam ducem illam uocat uitę, reliqua uero opera, ipsius asseclas. Et Paulus hoc luculenter

Heb.11 ostendit pulcherrimo illo iustorum catalogo, quos in epistola ad Hebręos .10. pręcellentibus & omnino admirandis operibus ostendit, per fidem claruisse. Idemq; facit, dum docet, ideo iuxta propheram Abacuq, Iustum ex fide

Abacuq. 2 uiuere, quia per fidem promissionum diuinarum, longanimiter fert iustus mala, quę patitur, & in obseruantia pręceptorum diuinorum magnanimiter durat. Et eleganter ꝑfecto, ut solet, has diuitias et uirtutes fidei explicat

Aug. ser. 1 de uerbis Apostoli. Augustinus in hęc uerba. Nullæ sunt maiores diuitię, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius maior substantia, quã est fides catholica, quę peccatores homines saluat, cęcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, uirgines, & uiduas, & cõiugales casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, regnis cœlestibus pręparat, in ęterna hęreditate cum angelis sanctis communicat. Quanuis autem hęc una causa expressa sit hic a patribus propter quam Paulus dixerit, homines iustificari per fidem, non sunt tamen reijciendę, aut aspernandę, si quę forte alię inueniantur com D modę causę eiusdem assertionis, quę quidem cũ hac, quę potissima est, pos-

Augu. sup Gen. Tho. 1. p. q. 1 q. 3. ad. 1 sint stare. Sicut enim docente post diuum Augustinum sancto Thoma, unius & eiusdem loci plures possunt esse sensus literales, ita unius & eiusdẽ dogmatis plures possunt assignari rationes & causę. Itaq; locus adhuc est alijs quatuor causis, ob quas asseruimus in libello de iustificatione Paulum frequentissime tribuisse fidei nostram iustificationem.

Ex consensu doctorum confirmatur idem esse iustificari gratis, uel absque operibus, & iustificari sine meritis. Cap. IIII.

DIfficilius tamen, & operosius est, perpetuo catholicę Ecclesię consensu ostendere, sic esse exposita uerba illa gratis iustificari, ut idẽ sit gratis iustificari, & non promereri aliquo opere iustificationem. Et in hoc maior nobis cõcertatio est cum hęreticis. Quod enim non possunt ex uerbis statim expositis conficere, sola nos fide iustificari, hoc ex his euincere conantur. Vnde & Melanchthon in locis communibus hac ratione tuetur, quod ipse, & qui suę sunt factionis passim asseuerant, sola nos fide iustificari, quia Paulus dicit, iustificari nos per fidem gratis. Quod si displicet, inquit, exclusiua sola, tollant etiam ex Paulo exclusiuas illas, gratis & non ex operibus. Vt igitur omnem ansam errandi hęreticis amputemus, & genuinus Pauli sensus omnibus manifestus sit, commodum erit, quod patres as-

A firmant, fidelissimis & certissimis testibus monstrare. Augustinus clarissimus gratiæ propugnator in .6. libro Hypognosticon his uerbis Iustificari gratis confutat Pelagianorum hæresin asserentium, gratiam secundum merita dari, & post multa subdit. Audi gratis, & tace de meritis. Idem super illum uersum Psalmi, in tua iustitia redime me & eripe me, cum ostenderet, neminem in sua iustitia saluari posse, sed necesse esse, ut saluetur gratis, quærit. Quis est, qui saluatur gratis? Et ipse sibi respondet hoc modo. In quo non inuenit saluator quod coronet, sed quod damnet, nō inuenit merita bonorum, sed inuenit merita suppliciorum. Et paulo inferius declarans illa uerba Apostoli, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei p Iesun Christum dominum nostrum, ita inquit. Quare gratia? Quia gratis datur. Quare gratis datur? Quia merita tua non præcesserunt, sed beneficia Dei te præuenerunt. Et. c. 4. de natura & gratia. Hæc igitur Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod & gratia nominatur. Iustificati, inquit, gratis per sanguinem ipsius. Ex his luculenter patet pro eodem illum accepisse; iustificari gratis, & iustificari absq; meritis. Quod & ipsum cōfirmare possumus, quia doctor hic præstantissimus, gratiæ iustificationis aduersari putat merita, & sæpe ex uno uerbo gratiæ triumphare se existimat de Pelagianis asserentibus gratiam secundum merita dari. Quod nequaquam faceret, nisi idē existimasset, esse, gratis, uel ex gratia iustificari, & iustificari sine meritis. Sed Aug. Psal. 30 Rom. 7. d.

B aliquot ipsius testimonia de hoc proferamus. In principio libri de prædestinatione sanctorum ita scribit. Gratia Dei nulla est, si secundum nostra merita datur. Et capite. 12. Omnis hæc ratio qua defendimus gratiam Dei per Iesun Christum dominum nostrum uere esse gratiam, id est non secundum merita nostra dari, euidentissime sacrorum eloquiorum testimonijs asseritur. In de gratia & libero arbitrio. c. 5. Laborant, ait, Pelagiani gratiam Dei secundum merita nostra dari, hoc est, gratiam non esse gratiam. Et capite. 20 Non secundum meritum hominum gratia datur. Alioquin gratia iam nō est gratia, quæ ideo gratia uocatur, quia gratis datur. Et capite. 22. Non intelligunt se negare gratiam, qui dicunt eam secundum merita nostra dari. In tract. 79. super Ioan. Ex tenebris iusti electi sunt non per suum meritum, sed per Dei gratiam. In epistola quadam ad Paulinum, reddens causam illorum uerborum Apostoli. Si ergo gratia, non ex operibus, ita scribit. Operibus enim debitum redditur, gratia gratis datur, unde & nuncupatur. Et aliquanto post. Cur meritis præueniri gratia perhibetur, quæ gratia non esset, si secundum meritum imputaretur? Et sæpe idem explicat in illa epistola, & in sexcentis alijs locis. Et tam Augustinus, quam alij omnes doctores antiqui quos legerim, Dei gratiam, & misericordiam, merito opponunt. Et ne cuiquam durum uideatur, quod hic patres etiam fidem excluserunt, a promerenda iustificatione, legat Augustinum in lib. 1. ad Simplicianum. Nam ibi fidem ex professo asserit non mereri iustificationem. Et sicut ibi docet, non Rom. 11 q. 2.

debere quenquam de ipsis operibus misericordiæ gloriari, & extolli, quod eis, C quasi suis Deum promeruerit, quandoquidem ut haberet misericordiam ille præstitit, qui misericordiam præstabit, cui misericors fuerit, ita etiam ibi dem contendit non debere quenquam de sua fide extolli quasi, ea promeruerit iustificationem. Nam & ipsa quoque donum Dei est, & nemo credit, nisi cui Deus sua benignitate impartitur mensuram fidei. In libro etiam de gratia Christi præcipue adnititur ostendere contra Pelagianos, neminem si dei suæ merito iustificari. Idque probat ex uerbis, quibus Paulus asserit, nos iustificatos gratis per gratiam ipsius Dei, & gratia saluos factos esse per fidē.

Hiero. Sed transeamus ad alios doctores. Hieronymus ita uerbum pro nihilo exponit. Idem autem est gratis & pro nihilo. Eius uerba in. 2. libro contra Pelagianos hæc sunt. Pro nihilo saluos faciet eos, haud dubium quin iustos, qui non proprio merito, sed Dei saluantur clæmentia. Vides ut idem reputat, pro nihilo, ac si aperte diceretur, nō proprio merito? Gregorius ex his

Greg. uerbis, Iustificati gratis, probat nos absque meritis iustificari. In illa uerba Liberabit uos de manu Philistin ita scribit. O quam magni muneris est ista, promissio, qua dicitur Liberabit uos de manu Philistin. Nam ille solus liber hu

1. Reg. 7 ius manus extitit, qui peccatum non fecit. Ab ea utique omnes contra meritum liberamur. Vnde & Paulus dicit Iustificati gratis per gratiam ipsius

Ro. 3. c

Bern. Bern. serm. 67. in cant. Nolo meritum, quod gratiam excludat. Horreo quicquid de meo est, ut sim meus, nisi quod illud forsitan meum est, quod me meum facit. Gratia reddit me mihi iustificatum gratis, & liberatum a seruitu D te peccati. Hæc satis indicant apud Bern. idem fuisse, iustificari gratis & iustificari sine meritis.

Confirmatur magis, idem esse iustificari gratis & iustificari absque meritis. Cap. V.

Argu. 1 ET legitime a nostris patribus expositum esse uerbum gratis per uerbum absque meritis, his possumus argumētis approbare. Primo. Apostolus dicit. Si ex operibus, iam gratia non est gratia. Igitur ex sententia Apostoli aperte sibi aduersantur, iustificari ex operibus & iustificari ex gratia, & idem erit iustificari ex gratia, & iustificari non ex operibus. Itaque cum idem sit iustificari absque meritis, & iustificari non ex operibus, aduersabitur etiam iustificari ex gratia seu gratis, iustificationi ex meritis. Tantum enim unum uni opponitur iuxta Aristotelem. Et hoc argumento usi sunt patres hoc in loco ad probandum expositionem totius Ecclesiæ. Et

Aug. sæpe diuus Augustinus utitur eodem argumento, & testimonio, ut probet

Argu. 2 neminem iustificari ex meritis. Secundo. Gratis apud Latinos fieri aliquid dicitur, uel quia fit absque debito liberaliter prorsus & benigne, uel quia fit sine precio. Et quod gratis omnino fit, id & ex parte facientis indebitum est & ex parte eius, cui fit. Neque tamen necessarium est primum horum, ut aliquid fieri dicatur gratis. Administrare censentur prælati gratis sacramenta suis subditis, si hoc faciant sine precio, quanuis illa teneantur ipsis ministrare. Tan-

A re. Tantummodo requirit uerbum Gratis, ut quod gratis fieri dicitur, ei in cuius gratiam fit, minime debeatur. Quod tum cõtingit, cum ille indignus est beneficio, quod accipit, neq; precium aliquod ei gratiæ condignum obtulit. Cum igitur qui iustificarentur ex meritis, quantum est ex parte ipsorũ ex debito, ac uelut pro precio iustificarentur, idem erit iustificari gratis, & iustificari absque meritis. Quod autem iustificati ex meritis, ex debito, ac uelut pro precio iustificarentur, hoc pacto docere possumus. Si enim, uerissime dicit Paulus, ei qui operatur, merces non imputatur secũdum gratiam, sed secũdum debitum, uerissime nos eum imitati, dicere poterimus. Ei qui meretur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secũdum debitum. Quare Aug. uere dicit. Et Quibus secundum meritum redditur gratia, nõ imputatur merces secundum gratiam sed secundum debitum. Et alibi. Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factę sunt. Quę utiq; iam non est gratia, si eam ulla merita præcedunt, ne iam quod datur, non secundum gratiam, sed secundum debitum reddatur potius meritis, quam donetur. Et erudite sic ille argumentatur. Nam meritum mercedis est meritum, & merces meritis debetur. Ac potuisset quidem uerbum gratis exponi per uerbum indebito & apertius opinor fuisset, si dictum sic esset. Gratis autem ideo iustificari dicimur, quia nulli operum nostrorum præcedenti iustificationem, neq; ipsi fidei debetur iustificationis gratia. Neq; his uerbis alius expressus esset sensus ab eo, qui modo expositus est. Ipse Apostolus per uerbum indebito uidetur exposuisse uerbum gratis, cum subdidit, Ei qui operatur, merces nõ imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Et omnia quidem eodem reciderent. Commodius tamen uisum est illis uerbis Paulum exponere, quæ & olim & hoc tempore controuersa erant. Ita enim fiebat, ut eliderentur hac expositione Pelagianorum error de meritis gratiæ, & catholici uindicarentur a calumnia hæreticorum nostri temporis asserentium nos conuenire in meritis gratiæ cum Pelagianis. Et sic exponendo Paulum, cõstituebatur, & pręscribebatur scholæ & doctoribus certus modus loquendi de meritis iustificationis. Itaq; posthac sic nostra necesse est uerba temperemus, ut nullus dicat absolute & simpliciter uel fide uel spe, uel dilectione uel pœnitẽtia, uel martyrio, uel oratione, uel alio quouis sancto opere pro mereri peccatores gratiam iustificationis.

Augu. de gra. & li. arb. c. 5

De pred. san. c. 3.

B

Doctores antiqui agentes cum catholicis persæpe asseruerunt peccatores mereri suam iustificationem. Cap. VI.

Qvanquam autem doctores antiqui semper contra Pelagianos statuerunt gratiam iustificationis non dari secundum merita, ijdem tamen agentes cum catholicis nonnunquam asseruerũt fide, eleęmosyna, pœnitentia, oratione, & alijs bonis operibus ex dono Dei habitis mereri peccatores suam iustificationem. Et preter ea, quæ ex Cypriano, Ambrosio, Augustino, Gregorio pro his citauimus in opusculo de iustificatione, docere nos hęc possunt subiecta hic testimonia. Origenes hom. 3. in. Le- q. 7. Orig.

uit. Ex illis uerbis Dauidis. Dixi pronũciabo aduersum me iniustitiã meã, A
sic colligit. Vide ergo quia pronunciare peccatum remissionem peccati me
retur. Et ut agnoscas efficientiam nostræ in nos testificationis, addit statim,
Tertu. Si ipsi nostri simus accusatores, proficit nobis ad salutem. Tertulianus. 4. in
Marcionem peccatricem mulierem iustificatam dicit per pœnitentiam ex fi
Amb. ser. de eleemos. de, & ea pœnitentia ueniam meruisse. Ambrosius, Neq; promereri miseri-
cordiam domini poterit, qui misericors ipse nõ fuerit, aut impetrabit de di-
uina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit huma-
nus. Et addit. Operationibus iustis Deo satis fieri, & misericordiæ meritis
Ser. de passi. domini. peccata purgari. Et confessionem latronis boni meruisse remissionem pec-
catorum his uerbis affirmat. In cruce latro confitens, non tantum indulgen
tiam meruit, sed Christi familiaris effectus præmissus est in paradisum, & fa-
ctus est particeps regni per confessionem factus collega martyrij. Et de filio
2. de pœni. c. 3 prodigo. Tam cito ueniam meretur, ut uenienti, & adhuc longe posito oc
currat pater. Et super illa uerba Pauli. Spe salui facti sumus, meritum salutis,
spei tribuit dicens. Sperando quod promisit nobis Deus in Christo, nobis
Hiero. meritũ fecimus, ut liberemur. Hieronymus in. 2. aduersus Pelagianos. Qui
peccata simpliciter confitentur, merentur humilitate clęmẽtiam saluatoris.
Aug. Augustinus renarrante Gratiano de pœni. d. 1. Sicut primi homines. Daui
dem dicit confessione peccati ueniam meruisse. Et in libro de pœnitẽtię me
dicina cap. 4. pœnitentiam eiusdem prophetę meritum & causam qua Deũ
placauerit, asseuerat in hęc uerba. Non frustra Dauid de tam immani, & ab-
Psal. 50 rupto profundo sceleris pœnitens, clamauit ad dominum dicens, Auerte fa- D
ciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Quo tandem
merito, nisi quia item dicit, Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum
meum ante me est semper? Quid autem obtulit domino, unde illum propi
tiaret sibi? Quoniam si uoluisses, sacrificium dedissem utiq;, holocaustis nõ
delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & hu
miliatum Deus non spernit. In epistola etiam. 89. de superbo diuite qui in
duebatur purpura & bysso & epulabatur quotidie splendide ita scribit. Si
pauperis ulcerosi, qui ante ianuam eius cõtemptus iacebat, misertus fuisset,
mereretur & ipse misericordiam. Atq; in illa uerba Psalmistę, Incerta & oc-
culta sapientię tuę manifestasti mihi. Niniuitę pœnitentiam egerunt, & cer-
Greg. lib. 3 1 Reg. c. 4 tam misericordiam meruerunt. Gregorius insuper sic de Niniuitis scribit.
Dum Niniuitę uelut pro difficili recõciliatione graui pœnitẽtia se deijciũt,
omnipotentis Dei misericordiam facile meruerunt. Et ut monstraret uer-
bo merendi, aliquam se efficientiam pœnitentię eorum concessisse, statim ad
iunxit. Et cum prophetę Ioelis uoce acri se Deo populus lamento prostra-
ret, egit profecto, ut qui uidebatur ad placandum difficilis, eius iram leuiga-
Ioel. 2 ret. Nam statim in eo scriptum est. Zelatus est dominus terram suam, & pe
Isichius percit populo suo. Isichius etiam referente Gratiano de pœnitentia d. 3. c. In
ter hęc duo, ueram pœnitentiam uenię meritoriam docet his uerbis. Sicut

A uera pœnitentia ueniam promeretur, ita simulata Deum irritat. Eandem etiam laudem tribuit castitati Beda, dum exponit mystice, quomodo uectes tabernaculi laminis aureis uestirentur, dicens. Ramus oliuæ per columbam illatus in arcam eos significat, qui foris quidem, hoc est, inter hæreticos Baptizati sunt, sed quia pinguedinem castitatis habẽt per gratiam sancti spiritus in unitatem catholicam merentur introduci. Et passim similia testimonia licet legere apud sanctos. Ex quibus uidetur satis constare posse, non perinde fuisse exosum ueteribus uocabulum hoc meriti etiam respectu iustificationis, ut autumant quidam. *Beda.* *Exo. 26*

Fidem secundum Augustinum mereri aliquo modo iustificationem, neque id unquam ab eo retractatum. Cap. VII.

QVia uero peculiariter de fide controuertitur, an eam saltem nostræ iustificationis meritoriam dixerint antiqui, & præsertim Augustinus, addam his aliqua, ex quibus, cum his quæ in opusculo de iustificatione. q. 7. citaui, perspicuum erit Augustinum semper asseruisse, neq; unquam retractasse quod fides aliquo modo mereatur iustificationem. In primo de trinitate. c. 7. tractans illa uerba Ioannis, Ipse pater amat uos, sic ille scribit. Quo merito nisi fidei, qua credimus, ante quam, id quod promittit, uideamus? In libro. 83. quæstionum. q. 63. Merces cognitionis meritis redditur, credendo autem meritum comparatur. Ipsa autem gratia, quæ datur p fidem, nullis nostris meritis præcedentibus data est. Quod est enim meritũ peccatoris & impij? Christus autem pro peccatoribus & impijs mortuus est, ut ad credendum non merito, sed gratia uocaremur, credendo autem etiam meritum collocaremus. Peccatores igitur credere iubentur, ut a peccatis credendo purgentur. In epistola. 105. cum apertissime dixisset, percipiẽdę gratiæ iustificationis merita nulla præcedere, ne per hoc fidei merito, & prĕrogatiuę detrahi quicquam uideretur, subdit. Sed neq; ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hãc impetrat. Neq; enim nullum est meritum fidei, qua fide ille dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus merito, fidelis humiliatus, quoniã qui se humiliat exaltabitur. An non hinc patet Augustinum sensisse, aliquod inesse meritum fidei respectu iustificationis, et sub odoratum eum fuisse meritũ ex congruo? Nõne hic de remissione peccatorum agit, quæ antecedit opera facta in gratia? Cum igitur eam dicat non esse sine aliquo merito, si fides illam impetrat, manifestum est eum de fide ante iustificationem locutum esse, & eam asseruisse aliquo modo esse remissionis peccatorum meritoriam. Et uim profecto facit textui Euangelico, qui ideo putat asseri descendisse iustificatum publicanum merito suæ fidei, quia descendit, ubi fecit opus iustitiæ. Apertum est ideo dici descendisse iustificatum, quia descendit de iniusto factus iustus, pro pter humilitatem suam uidelicet & fidem. Nam alioqui, non recte subintulisset Christus ex factis publicani, & pharisæi, & ex eis, quæ illis contigerãt, sententiam illam uerissimam. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui *Fides meretur aliquo modo iustificatione̅.* *Aug.* *Luc. 18. c* *Publicanus uere iustificatus ob humilitatẽ*

se humiliat, exaltabitur. Et si Augustinus de fide formata loqueretur, asseruisset simpliciter eam esse meritoriam, neque sic parce & temperate dixisset, non esse remissionem peccatorum sine aliquo merito, si fides eã impetrat. Vnde & statim, ut omne pelleret dubium, subiecit. Restat igitur, ut ipsam fidem, unde omnis iustitia sumit initium, propter quod dicitur ad Ecclesiam in Canticis Canticorum Venies et pertransies ab initio fidei, non humano quo isti extolluntur, tribuamus arbitrio, neq; ullis praecedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quaecunq; sunt merita, sed gratuitum donũ Dei esse fateamur, si gratiam ueram, id est, sine meritis cogitamus. Quia, sicut in eadem epistola legitur, Deus unicuiq; partitur mẽsuram fidei. Ex quibus colligi potest, eum non negasse fidem mereri iustificationem, sed hoc tãtum uoluisse constabilire, fidem donum Dei esse. Quia si quis eam uiribus solis liberi arbitrij tribueret, gratia diceretur reddi secundum merita simpliciter, ut praetendebat Pelagius. Et alias, non dixisset, a fide incipere bonaq́cunq; sunt merita. Respondet quidam ad haec & ad alia multa similia, quae ubi supra induximus, a fide quidem incipere merita secundum Augustinũ, non inclusiue tamen, sed exclusiue. Non enim illa meritũ est, sed facit, ut incipiant merita, quia docet unde auxilium petamus ad merita. Sed hoc modo etiam ab scriptura possent dici incipere merita, quia illa docet, unde petenda sint merita. Et cur exclusiue dicantur à fide incipere merita, si ante gratiam nulla sunt prorsus merita? An non illa saepe habetur ante gratiam, & cum ipsa & per ipsam multa saepe fiunt bona opera à fideli peccatore, quae secundum ipsius sententiam nullam habent rationem meriti? Verum age, liceat sic respondere ad ea, quibus dicitur fides inchoare merita. Quid dici potest ad ea, quę ibidem paulo post subnectuntur? Quęrimus, ait, meritum misericordię, nec inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. Si enim dixerimus fidem pręcessisse, in qua esset meritum gratię, quid meriti habebat homo ante fidem, ut acciperet fidem? Quid enim habet, quod non accepit? Si autem accepit, quid gloriatur, quasi non acceperit? An non hic agnoscis Augustinum tantum negare fidem esse meritum gratię eo in sensu, quo asserebatur meritoria esse a Pelagio, uidelicet, ut meritoria esset gratię, non ut donum peculiare Dei, sed ut opus solius liberi arbitrij? Qua ratione paulo post orationem inter munera Dei computatam docet, ne orationis merita putẽtur pręcedere gratiam. Atq; ut ostenderet fidem non dari cuiquam ex merito, probat fidem dari non orantibus. Quia nisi data esset, orare non possent. Quomodo enim inuocabunt, dicit Paulus, in quem non crediderunt? Sed ut omnis cesset controuersia, audi, quid ad Paulinum scribat. Si quis dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, immo uero gratissime confitemur. Hanc enim fidem uolumus, habeant, qua impetrent caritatem, quę sola uere bene operatur, isti fratres nostri, qui multum de suis operibus gloriantur. Caritas autem usq; adeo donum Dei est, ut Deus dicatur. Qui ergo

Cant. | *Responsi. cuiusdam.* | *Impugnatio.* | 1. Cor. 4 | Rom. 10 | Epi. 106 | 1. Ioan. 4

C | D

A ergo habēt fidem, qua impetrent iustificationem, per Dei gratiam peruenerunt ad legem iustitiæ. Et statim addit, fide nos impetrare dilectionē ut eum qui nos prior dilexit, ut in eum crederemus, per eius gratiam diligamus. Et ideo existimat iustitiam apprehensam a gentibus uocatam iustitiam ex fide à Paulo, quia per fidem eam obtinuerunt. Et perinde prorsus putat esse, si dicamus, fide mereri iustificationem, ac si dicamus fide impetrare, neq; scrupulosior est in uno, quàm in altero uerbo. Et quoniam ibidem aperte fatetur donum Dei esse fidem, patet longe eum tum fuisse ab eo errore, quem olim tenuerat, nempe fidei initium esse à nobis. Itaq; credendum non est, retractatā ab eo hanc propositionem, fides meretur iustificationem, cum retractauit hanc, fidei initium est a nobis. Neq; ut cum uenia sancti Thomę dixerim, ad eundem sensum utraq; pertinet. Potest enim defendi, fidem mereri iustificationem, non quidem tanquam opus nostrum, sed tanquam opus Dei, et per gratiam ipsius habita. Et tantum posset censeri retractat a cū altera, siquidem eū in sensum illam tradidisset Augustinus, q; fides uelut opus nostrum, meritum sit iustificationis. Quod quidem longissime a se fuisse expressit in omnibus locis, in quibus illā legi apud ipsum. Sed hęc satis, ut nō dubitemus Augustinum agnouisse in peccatoribus aliquod meritum, & præsertim fidei respectu suæ iustificationis. *1.2.q.114. art. 5.ad.1*

Peccatores mereri possunt ex congruo gratiam iustificantem. Cap. VIII.

B ATq; ex his colligere possumus, posse peccatores fide, spe, dilectione, eleemosyna, pnīa, martyrio, & aliīs bonis operibus mereri ex congruo gratiam iustificationis. Si.n. tot, & tam graues autores simpliciter, & absolute asseruerunt, peccatores bonis suis motibus in Deum mereri apud ipsum iustificari, & hoc diuinę bonitati maxime est congruū, non est, cur uerendum sit nobis, affirmare eos ex congruo posse mereri suam iustificationem. Certe sancti doctores concedentes hoc peccatoribus, non de merito ex condigno loquebantur. Longissime illi à Pelagio distabant. Et minimum meritum, ad quod eorum uerba referri queunt, meritum est ex congruo. Et si quam difficultatem, aut contrarietatem ad gratiam ingerere, aut insinuare uidetur uerbum meritum, eam omnem emollit, & temperat, immo in totum aufert adiecta particula ex congruo. Ad meritum quidem ex condigno, & dignitas requiritur operantis, & lex statuta de concessione præmīj sibi respondentis. Sed ad meritum ex congruo alterutrum horum satis est. Nam nomine meriti ex congruo, tantum intelligimus actionem aliquam liberam, cui congruum sit, & par respondere aliquod præmium. Et quia hæc congruentia contingere potest, uel propter dignitatem operis seu operantis, uel propter legem a Deo statutam de concessione alicuius præmīj, duplex quoque creditur esse meritum ex congruo respectu iustificationis. Merentur primo ex congruo iusti conuersionem peccatorum, pro quibus orant, quia amici sunt Dei, neque indigni, ut eorum ora- *Distinctio meriti ex cōdigno et ex cōgruo* *Duplex meritū ex congruo.*

ctiones exaudiantur, quanuis nulla certa sit lex de hoc præscripta. Peccatores uero secundo modo, si se in Deum conuertant, mereri possunt suam iustificationem ex congruo, quia licet digni tanto beneficio non sint, tamen lex est a Deo de hoc statuta. Aperte quippe per Ezechielē ait. Impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Et alibi sæpe. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Porro hæc sententia, quòd peccatores mereri possint ex congruo suam iustificationem communior nunc est in scholis theologorum. Et eam tuentur sanctus Bona. in 4. d. 15. q. 5. & doctor subtilis in primo distinctione. 17. q. 1. & in quarto distinctione. 14. quæstione. 2. & in multis alijs locis, & sequuntur eos theologi recentiores Gabriel, Maioris, Almaynus in. 2. & in. 4. & Hadrianus quodlibet. 7. q. 4. Et eandē tenuit sanctus Tho. in. 2. d. 27. art. 4. ad. 4. Nosq; illam pro tenuitate nostri ingenij, multis atque adeo non leuibus argumentis probabilem fecimus quæstione. 7. Opusculi de iustificatione. Et sanctus Episcopus Roffensis in articulo primo contra Lutherum, adeo non abhorret ab hac sententia, ut & ideo putet a Paulo dictum, nos iustificari per fidem, quia fides meretur gratiam, qua sola iustificamur. Quia tamē doctissimos quosdam & pientissimos uiros adhuc uideo in ea sententia persistere, ut credant patres antiquos solum agnouisse meritum de condigno, & eo propendeant, ut Ecclesia hoc meritū, quod aiunt congrui repellat, ut recens inuentū, ex quo magna his retro annis ab Aquilone conflata sunt odia in Eccl. Dei, adnitar & aliquanto accuratius hanc eandem sententiam firmare, & omnia quę nobis obijci possunt, pro uirili nostra diluere. Ac primo quidē homines demiror, alioqui oculatissimos, & diui Thomę studio sissimos, q non uident apte contradicere & sancto Thomę & ipsismet ea, quibus maxime nitunť expugnare meritum congrui. Recens aiūt, iuuentū est, neq; patres nouerunt nisi meritū condigni, extareq; non pōt ratio meriti, ubi nō subest ratio debiti & iustitiæ. At uero sanctus Tho. 3. parte q̄sti. 2. art. 11. aperte fateť, sanctos patres suis orationibus meruisse ex congruo incarnationem filij Dei. Et prima secundę quęst. 114. art. 4. asserit, iustū quęuis posse alteri mereri ex congruo primā gratiā. Et ante illum Amb. in illa uerba, Quorum fidem ut uidit, dixit. Homo remittunť tibi peccata tua, diserte idem tradit his uerbis. Magnus dominus, qui aliorū merito ignoscit alijs, & dum alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud te o homo collega non ualeat, cū apud Deū seruus, & interueniendi meritum, & ius habeat deprecandi? Hęc Amb. Neq; ipsi quidem hæc negant, aut recens inuentum affirmant. Atqui in aperto est, nullā in his subesse ratioē debiti & iustitię. Non enim sunt tanta beneficia debita, neq; merita sanctorū tanta gratia cōdigna. Quin neq; statuta aliqua a Deo lex est, qua debeat semp et infallibiliter concedere, quod iusti petūt. Magna quidē uirtus est orationis iustorū, & multū sane prodesse possunt orationes eorū peccatoribus. Orate, ait Iacobus, pro inuicē, ut saluemini. Et Ioā. Qui scit fratrē suū peccare peccatū non ad mor-

Ezec. 33. c
Roffen.
Mereri possūt pec catores ex cōgruo suā iustificatio nem.
Arg. 1
Non est re cēs inuētū meritū ex congruo.
Amb.
Luc. 5
Iaco. 5
1. Ioan. 5. c

A tem, petat, & dabitur ei uita. Sed ne legē aliquam de hoc esse putemus, & ne quispiā sibi iniuriam fieri putet, si non exaudiatur, olim per suos prophetas explicuit tantam esse aliquorum peccatorum nonnunquā maliciam, ut etiā neq; sanctissimos uiros pro eis orantes exaudiret. Et in hoc multū antecellunt dispositiones, quibus se præparant peccatores ad gratiam, merita iustorum respectu conuersionis peccatorum, & aliquanto magis rationē meriti participant. Omni peccatori facienti quod in se est, Deus dat gratiā. Multi uero iusti persępe orant, & quidē ardentissime pro conuersione peccatorum, quam non impetrant. Ad hęc. Qui omne abrogāt meritum peccatoribus respectu suę iustificationis, non diffitētur de homine diu uiuente in peccato consueuisse nos dicere, meruisse eum postea iustificari propter aliqua bona opera, q̄ fecerat in peccato, neq; eum modū loquendi reprehendūt, immo forsan patres eo modo locutos nonnunq; de merito asseuerāt. Cur ergo reprehendūtur qui tēperantes, ac uelut exponētes dicta sanctorum, non simpliciter dicunt, peccatores per ea opera meruisse iustificari, sed duntaxat meruisse ex congruo? Si doctores sacri non horruerunt, sic usurpare uocabulum meriti, ubi cum catholicis agebant, qui sanum eorum sensum nō ignorabant, cur horreant, aut repelli uelint ab Eccl. modū loquendi, qui eorum uerba explicat, & sic temperat, ut nemo illis calumniari posit, q; cum Pelagianis sentiant? Si fatentur sanctos patres sic usurpasse nomen meriti, & manifestum est, tunc eos non significasse meritum aliquod ex condigno, cur dicūt huiusmodi solum meritū eos agnouisse? Verum quidem est, neq; id me B fugit, usurpari nonnunquā nomen meriti, ubi nulla est ratio meriti, neq; ex congruo, neq; de condigno. Solemus enim dicere, felices esse homines, qui hanc gratiam inter cętera animantia apud Deū meruerint, ut soli arbitrij libertate insignirentur. Et Cypri. dicit, hoc ipso de opere nostro ad diuinam misericordiam infantes plus mereri, q; in primo statim natiuitatis suę ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt, quàm deprecantur. Verum ubi aliquid nos obtinere dicunt nostris proprijs actionibus liberis, cur non eos credamus, & illas censuisse, & dixisse aliquo modo eius pręmij meritorias? Præterea. Meritum & præmiū relatiue dicunt, neq; potest esse præmiū, cui non respondeat meritum, neq; meritū cui non respondeat pręmiū. Iustificatio uero peccatoris præmiū aliquod est suæ conuersionis ad Deū. Conuertimini, inquit, ad me, & ego conuertar ad uos. Deinde. Vbi est aliqua ratio debiti in aliquo beneficio, erit & aliqua ratio meriti in opere, pp quod dat illud beneficiū. In beneficio aūt iustificatiōis est utiq; aliqua ratio debiti. Debetur. n. aliquo modo iustificatio ex lege Dei peccatori se in eū cōuertenti. Vnde & Ioā. ait. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra. Nunquā sane meminisset hic Ioā. fidei & iustitię diuinę, aut eis imputasset q; remitteret Deus peccata illis, qui ea confitent, nisi agnouisset aliquā sub esse hic rōnem debiti, & Deū hoc debere legi, & promissioni suę. Et cur quenq; offendat uerbum meritū ex congruo, non adi-

Hier. 7. 11. 15. — *Arg. 2* — *Cyp. in 3. epi. 8* — *Arg. 3* — *Zach. 1* — *Arg. 4* — *1. Ioan. 1* — *Arg. 5*

piscor. Equidem neq; gratuitę iustificationi repugnat, neq; dissonat. Si enim C
uim ipsam nominis spectes, neq; iustitiam neq; debitum simpliciter aut necessitatem requirit, sed tantum congruitatē quandā notat. Et cum dicimus, aliquod opus meritorium esse ex congruo alicuius pręmij, solum significamus eiusmodi opus illud esse, ut ex congruo ei reddi debeat tale pręmium. Nunquid igit᷑ negare possumus, congruū esse, Deū recipere peccatores confugientes ad se, & conuersionē eorꝝ sua gratia remunerare? Nōne hoc eximiam ipsius bonitatē, & diuitias suę misericordię cōdecet? Nōne congruū est, ut seruet suas leges, ut impleat promissa sua, ut creaturā nō despiciat, quā fragilem et imbecillam ad uirtutē creauit? Dices forte. Meritum ex congruo ex se habere debet cōgruitatem, & tale oportet sit opus, ut & propter illud congruum sit reddi praemium sibi respondens. Cōgruitas autem, quae est, ut iustificentur peccatores, dum se conuertūt in Deū, tantū est ex parte Dei.

Anselmus. Nam Anselmus ait. Cum punis malos, iustum est, quia illorꝝ meritis congruit. Cum parcis malis, iustum est, non quia illorꝝ meritis congruit, sed quia tuae uoluntati, & bonitati condecens est. Sed si tantū est hic congruitas ex parte Dei, cur Deus eos solos peccatores iustificat, qui se in eū conuertunt? Cur exiguntur ad nostram iustificationem nostra opera, & non qualiacunque, sed certa duntaxat, & pręscripta in eam gratiam acceptantur? Esto de se nostra opera nullam de se talem congruitatem haberent, nōne ex lege Dei, & ut innituntur meritis Christi, & ut cū gratiae illius adiutorio fiunt, aliquā congruitatem participabunt? Tantū peccatum mortale inficiet bona opera D
uniuersa, ut non tantum dignitatem, sed & congruitatem eis auferat, etiā respectu pręmij sibi ex lege Dei debiti? Ita ne uiles, et nullius omnino precij uidentur fides, spes, dilectio Dei, poenitētia, atq; ipsa mors suscepta pro Christo, ut neq; ex parte earum putetur congruum esse, ut Deus his operibus ꝑcellētibus ab eo misericorditer donatos iustificet? Neq; Anselmus hanc cōgruitatē his uirtutibus abrogauit, sed ideo dixit, meritis peccatorꝝ non cōgruere ꝙ Deus eis parcat, quia neq; ista bona opera, quibus in Deū conuertuntur, meritoria sunt simpliciter suę iustificationis, sicut peccata meritoria

Arg.6 sunt punitionis, & condemnationis ipsorum. Vtcunq; tamē hęc se habeāt, an nō uerissimum est, habere rationē meriti alicuius pręmij quidquid causa est illud obtinēdi? Certe causa pręmij est meritū. Neq; modus est ullus inter homines, quo impetrare ab aliquo possimus bonis nostris opibus, et obsequijs, q̄ nobis non debent᷑, nisi ꝑ uiā meriti. Et meruisse aliquo modo apud oēs censet᷑, quidquid aliquis bonis suis opibus assecutus fuerit, & quidquid ei propter illa datur, hoc ipsum & propter merita ipsius donari existimat᷑. Cū igitur dispositiones & ꝑparationes nostrae ad gratiam, causę sint aliquo modo ꝑꝑ quas Deus nobis suā gratiā elargiatur, erunt & illę quoq; aliquo modo ipsius meritoriae. Quia tamen nonnulli ex catholicis & hęreticis, dū pergunt tollere haec merita ex congruo, non uerentur nos reprehendere, quod asserentes merita ex congruo, nonnihil in eis meditemur causae respectu

A pectu gratiæ, & inde reddi posse causam existimemus, ob quã unus potius quam alius iustificetur, adnitar hic obiter mõstrare, necesse esse, ut omnes catholici fateantur dispositiones requisitas ad iustificationem, causas esse propter quas Deus peccatores iustificet. Ex quo & firmius, & dilucidius fiet, posse eas, ut contendimus, merita nonnulla iustificationis censeri.

Dispositiones ad iustificatione m causæ sunt ipsius aliquo modo. Cap. IX.

EQuidem si non esset causa iustificationis nostræ fides nostra, neq; diceremur a Paulo iustificati ex fide, neq; per fidẽ. Ex, utiq; &, Per, causam notant. Et cur dixisset Christus Magdalenæ, cur etiã æmoroissę, fides tua te saluam fecit? Cur & sancti, quod sæpe est legere apud illos, fidem sanare, iustificare, liberare, purificare, si nulla est fidei in ista uirtus seu efficientia? Si spes nullam efficientiam haberet respectu salutis nostrę, non diceret Paulus. Spe salui facti sumus. Neq; per prophetam Deus diceret, Quoniam in me sperauit, liberabo eum. Protegam eum quoniã cognouit nomen meũ. Dilectio etiam aperte asseritur causa remissionis peccatorum, cum dicitur Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Nam Quoniam, nota est causalitatis. Et intolerabilis est expositio Melancthonis in Apologia confessionis Augustanæ quod dilectio ibi posita sit pro fide, effectus uidelicet pro causa per Synechdoches figuram. Non enim Christus in statim præcedentibus quæsiuerat uter duorum debitorum plus crederet fœneratori, sed uter plus diligeret. Neq; satis consequenter ex ea parabola intulisset, Remissa sunt ei peccata multa, quoniam credidit multum. Quod autem conuersus ad Magdalenam, subiecit statim, Fides tua te saluam fecit, nõ hoc fecit, ut indicaret dilectionem se accepisse pro fide. Non sic unquã confudit Christus uocabula, aut a proprio significatu alienauit. Sed fontem indicare uoluit, & radicem flagrantissimæ caritatis, quæ illius oculos in tantum imbrem lachrymarum adegit, atq; utriq; uirtuti nostram iustificationẽ imputari posse, & laudem efficientiæ ipsius deberi. Et ideo dixit. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum. Et mox. Siquis diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eũ ueniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus, ut dilectiõis sui & patris in nos, & illapsus utriusq;, & sanctificationis nostrę per gratiam causam esse demõstraret nostram in se dilectionẽ. De pœnitẽtia etiã aperta sunt testimonia scripturę, ex qbus conuinci possit, ea esse causa propter quã Deus iustificet peccatores. Salomon dissimulare dicit Deũ peccata hominum propter pœnitentiã. Ezech. Cum auerterit se impius, inquit, ab impietate sua, quã operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam uiuificabit. Si peccator animam suam uiuificat per pœnitẽtiam suam, habet ergo aliquam efficientiã pnia illius ad ipsius uiuificationẽ. Et qui dixit, Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, & rursus. Conuertimini & uiuetis, profecto indicauit, conuersionem nostram in ipsum causam esse uitæ nostræ spiritalis.

Fides causa iustificationis. *Rom. 3* *Luc. 7* *Mat. 9* *Spes causa iustificationis.* *Ro. 8* *Psal. 90* *Dilectio causa iustificationis.* *Ioã. 14. c* *Pœnitẽtia causa iustificationis.* *Sapi. 11* *Ezech. 18* *Zacha. 1* *Hiere. 15*

& conuersionis ipsius in nos. Quod si peccata causæ sunt iræ, & indignatio C
nis Dei aduersum nos, erit & pœnitentia causa reconciliationis, & placatio
18. nis ipsius. Nam perinde Deus per Hieremiam de utrisque loquitur dicens. Repente loquar aduersum gentem, & aduersus regnum, ut eradicem, & destruam & disperdam illud. Si pœnitētiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus illam, agam & ego pœnitentiam super malo qd' cogitaui, ut facerem ei. Et subito loquar de gente, & regno, ut ędificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat uocem meam, pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum, ut facerem ei. Nonne etiā ob pœnitentiam Achab temperauit Deus rigorem sentētiæ aduersus eum
3.Re. 21.c iam prolatæ, & Heliæ hoc ipsum expresſit his uerbis. Nonne uidisti humiliatum Achab corā me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malū in diebus eius. Et quid necesse est commemorare mille alia testimonia scripturę passim omnibus obuia, in quibus ob pniam, eleemosynā, misericordiam, pietatem, orationem, martyriū, & remisſionē iniuriarum nostrarū. Deus non tantū declarat, sed et pollicetur in gratiā se suā recepturū peccatores? Enimuero non apertius promittitur illis, cū fiunt in gratia, uita æterna, quam remisſio peccatorum, cum fiunt a pœnitētibus. Quare si facta in gratia causę sunt nonnullę assecutionis uitę ęternę, facta in peccato, & a Deo acceptata ad condonationē peccatorum, causę quoque habendę sunt nostrę iustificationis. Neque uideo sane quā ob rem Philippus in Apologia coarctet ea testimonia ad augmentū gratię, quod apud Deum merentur, cum fiunt post D acceptam gratiā. Generaliter & illimitate scriptura loquitur. Et si causæ augmenti gratię existimantur, quia Deus illud est pollicitus facientibus ipsa post acceptam gratiā, cur non & facta a peccatoribus, causæ eorum iustificationis censeantur, cum perinde eam illis Deus, uelut in prēmiū suę cōuersionis ad ipsum sit pollicitus? Porro fidem neque ipse neque alius factionis ipsius, si secum consentiret, negare deberet habere aliquam efficientiam ad gratiam. Quando quidem ea sola, aiunt, nos iustificari, & ea una apprehendi misericordiam Dei. Quomodo enim illam apprehendat, si neque ut opus est Spiritus sancti, & passioni Christi innititur, causa est aliquo modo, aut meritum tanti beneficij? Quod si ipsa hoc habet priuilegium, ut meritoria sit aliquo modo nostræ iustificationis, uel aliquam saltem efficiētiam habeat in ipsam, similem saltem, si non parem habebunt uirtutem opera eisdem condecorata elogijs in scripturis, & similiter requisita a peccatoribus ad suam iustificationem. Sed tandem huiusmodi controuersiam diremisse patres uidentur
Can. 9 in huius decreti Canone nono. Quippe diffinierunt ibi nō sola fide impiū iustificari, sed & aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendā cooperetur. Cooperationis autem nomen efficientiam aliquam, & causalitatem designat. Itaque utcunque sit de uerbo meriti, de quo quæstio est tota de nomine, et non de re, non uideo posse a quoquam catholico uerti in dubium, quin causę sint suo modo nostrę iustificationis omnes dispositiones,

A per quas uenimus in Dei gratiam, siue illæ sint ex solis uiribus nostris naturalibus siue etiam ex auxilio Dei speciali.

Conciliantur sancti doctores secum et uerba decreti cum ipsis, & cum meritis ex congruo. Cap. X.

SI tamen sancti doctores absolute asseruerunt, posse peccatores bonis operibus promereri suã iustificationẽ, & nos illa cũ multis doctoribus catholicis causas, atque adeo merita ipsius affirmamus, quõ patres nostri hoc loco asseruerunt perpetuo Ecclesiam catholicã uerba illa, Gratis iustificari, sic intellexisse, ut neq; fides neq; alia opera iustificationem præcedẽtia iustificationis gratiam promereãtur? Quõ possunt gratis iustificari & iustificari absq; meritis eadem censeri, cum alterum, nẽpe iustificari gratis eos qui iustificanẽ, semper indubitatũ fuerit catholicis, alterum uero, nempe iustificari absq; meritis, multis sęculis cõtrouersum & citra fidei iniuriam a plęrisq; negatum? Verũ omnia optime stant, & uerũ uero, ut in prouerbio est, consonat. Neq; patres antiqui a se dissentiunt, cũ aiũt peccatores bonis suis operibus promereri iustificationẽ, & constanter negant Pelagio, gratiã Dei secundũ merita dari. Neq; qui merita iustificationis ex cõgruo defendimus Pelagio cõsentimus. Neq; patres hęc statuentes, sibi ipsis aduersati sunt, q sępe asseruerũt se uelle permittere scholę disputationẽ istam de meritis ex congruo & neutri opinioni præiudicium aliquod facere. Ratio autem conciliãdi omnia ista sumenda est ex uarijs meriti acceptionibus. Quandoq; enim stricte & in rigore hoc uerbum capitur, & meritum appellatur actio libera, B cui debetur ex iustitia præmium aliquod, seu merces. Alias uero meritum large dicitur, actio libera acceptata ad aliquod præmium, uel ex debito, uel ex pacto, seu conditione, uel conuentione, aut simpliciter ex gratia, & generaliter quodcunque opus, quod impetrat apud aliquem mercedem aliquam, uel præmium, & causa est collationis ipsius. Primo modo negarunt catholici omnes gratiam ex meritis reddi, & damnarunt ubiq; opinionem Pelagij asserentis gratiam secundum merita dari, & uerbum gratis docuerunt aduersari meritis. Et ita hic patres asseuerant, neque fidem, neque aliqua opera bona præcedentia iustificationem, promereri ipsam iustificationis gratiam. Nullus enim peccator iustificatur ex debito, nullus ex rigore iustitiæ, nullus ex condignitate suorum operum, sed omnes, qui iustificantur, gratis a Deo iustificantur, & ex gratia, & misericordia, & absque meritis, & condignitate suorum operum. Et nisi ita accepisset sancta Synodus uerbum promereri, non recte exposuisset uerbum gratis, neque recte probasset suam expositionem ex testimonio Apostoli. Si ex operibus, iam gratia non est gratia. Nam aliter acceptum meritum, nequaquam aduersatur gratiæ. Gratuiti nanque rationi, solum repugnat ratio debiti. Sic item accepere sancti doctores meritum, ubicunque contra Pelagianos disputarunt, gratiam non dari, secundum merita. Et quanquam hoc satis constare potest ex testimonijs paulo ante citatis, tamen

Obiectio.

Respon.

Duplex acceptio meriti.

quo res dilucidior sit, adiungam & alia testimonia. Cum igitur in libro de C
prædestinatione & gratia. cap. 8. non dari ex meritis gratiam confirmaret
Aug. Aug. ex uerbis Deuteronomij, Scies hodie, quia non propter iustitias tuas
Deut. 9. a dat tibi Deus terram istam bonam, ut ostenderet satis probari gratiam non
dari ex meritis, quia non datur ex debito. Quis hic, ait, secundum debitum
præcedentium meritorum, mercedem redditam dicat? Quis non gratiam fa
teatur indebitam? Et libro. 4. contra duas epistolas Pelagianorum. c. 6. ita
loquitur. Sic uolunt Pelagiani intelligi, quod dictum est, Si uolueritis, & au
dieritis me, bona terræ comedetis, tanquam in ipsa præcedente uoluntate,
fit consequentis meritum gratiæ ac sic gratia, iam non sit gratia, quæ non est
gratuita, cum redditur debita. Et libro de gratia Christi. c. 23. docet, sibi ip
sis aduersari, qui dicunt, Gratiam secundum merita dari, quia si est gratia,
non dabitur ex debito. Quomodo, ait, est gratia, si non gratis datur? Quo
modo est gratia, si ex debito redditur? Vides, ut semper debitum intelligat,
Amb. 1 quod redditur secundum merita. Idem potest colligi ex Ambrosio. Vilesce
De uoca. ret, dicit redemptio sanguinis Christi, neque misericordiæ Dei humanorum
Gent. c. 5 operum prærogatiua succumberet, si iustificatio, quæ fit per gratiam, meri
tis præcedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset ope
rantis. Patet hic mercedem appellari, quæ debita est meritis, & iustificationi
per gratiam solum aduersariam censeri iustificationem ex debito. Quod
uero meritum non claudit in sua ratione debitum, neque repugnabit gratiæ,
neque iustificatio ex eo, iustificatiõi ex gratia. Sed apertiora sunt pro his uer D
Hilarius. ba Hilarij can. 20. in Matth. Merces quidem, ait, ex dono nulla est, quia de
betur ex opere, sed gratuitam Deus omnibus ex fidei iustificatione dona
Psal. 118 uit. Et in illa uerba, Clamaui in toto corde meo, ex modestia Dauid, qui nõ
statim ausus est sibi persuadere, clamorem suum in salutem proficere, repre
hendit eos, qui salutem tanquam debitam postulant, & ueluti Deo necesse
sit, eam præstare primis, a Deo precibus eandem expostulant. Et de meri
tis in hac significatione intelligẽda sunt uerba Aug. libro primo ad Simpli
cianum, cum dicit, merita post iustificationẽ gratiæ prouenire. Quod enim
Rom. 9 dixit Apostolus, Non ex operibus, sed ex uocante dictum est, quia maior
seruiet minori, sic exponit. Non electione meritorum, quæ post iustificatiõ
nem gratiæ proueniunt, sed liberalitate donorum Dei uoluit intelligi, neque
Hiero. ex operibus extollatur. Sic etiam. Hieronymus libro primo dialogorum
aduersus Pelagianos meritum opponit misericordiæ his uerbis. Tunc ergo
iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, & iustitia nostra non ex pro
Prou. 18. c prio merito, sed ex Dei consistit misericordia, dicẽte sancta scriptura. Iustus
Esa. 43. d in principio est accusator sui. Et in alio loco. Dic tu peccata tua, ut iustifice
ris. Conclusit enim Deus omnia sub peccato ut omnibus misereatur. Et ali
Luc. 1 quãto post exaggerat uerba beatissime me uirginis, Ecce. n. ex hoc beatam
me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est. Ani
maduerte, inquit, quod beatam se esse dicat non proprio merito atque uirtute,

A sed Dei in se habitantis clementia. Et in secundo libro cōtra eosdem ex illis uerbis. Existimamus fide iustificari hominē sine operibus legis, ita colligit. Manifeste ostendit non in hominis merito, sed in Dei gratia esse iustitiam, qui sine operibus, credentium suscipit fidē. Et manifestissime Bern. ser. 67. in Can. ita accepit meritū, cū dicit. Nō est quo gratia intret, ubi iā meritum occupauit. Deest gratiæ, quidquid meritis deputas. Et in sequētibus palàm indicauit, se nō negare meritū, quod gratię non aduersat. Neq; tantū uerbū meritū hoc in rigore frequenter accipitur a sanctis doctoribus, & a latinis. Sed & in Paulo sępe est uidere, sic esse acceptū uerbū Ex operibus, & quod amplius est, etiā operari. Dicit alicubi. Si ex operibus, iā gratia nō est gratia. Et iterū non ex operibus. q̄ fecimus nos, Et de fide. Dei donū est nō ex operibus. Et rursus. Si Abrahā ex opibus iustificatus ē, habet gloriā, & nō apud Deū. Sed & idē mox adijcit. Ei qui operaт merces nō imputatur scd̄m gratiā, sed scd̄m debitum. Quo modo apud sanctos doctores opera nōnunq̄ misericordiæ opponuntur, sicut & iustitia. Vnde est illud Hieron. lib. 1. contra Pelag. In Deuteronomio perspicue demonstratur, non in operibus nostris, atque iustitia, sed Dei misericordia nos conseruari, dicente domino per Moysen, Ne dicas in corde tuo, cum subuerterit eos dominus Deus tuus a facie tua, in iustitia mea introduxit me dominus &c. Hęc Hiero. Cum autem sancti doctores in testimonijs alijs ex ipsis citatis fide, pœnitentia, oratione, misericordia, & similibus peccatores suam mereri iustificationem,

Bernar. *Rom. 11.* *Tit. 3.* *Rom. 4* *Hier.*

B dixerunt, non in hoc rigore acceperunt uerbum mereri, sed soluti ab eo rigore, usi sunt eo uerbo, sicut Latini plærunque utuntur, ut significarent, ea bona opera causas esse, & dispositiones, propter quas Deus ex gratia sua, & misericordia peccatores iustificat. Itaque dum negarunt merita gratiæ, tela nobis subministrarunt, quibus confoderemus Pelagianos, dū uero peccatores bonis suis motibus, & affectibus in Deum, promereri suam iustificationem asseruerunt, tela nobis suppeditarunt, quibus triumpharemus hoc tempore de Lutheranis negantibus, ullas esse dispositiones, & præparationes in nobis, ob quas a Deo iustificemur. Et quia contra utrosque hæreticos subeunda erant Ecclesiæ non exigua certamina, prouidentia diuina factum esse autumo, ut dupliciter usi fuerint uerbo meriti, & nunc illud refutauerint, nunc usurpauerint. Neque ipsi secum hac in parte pugnarunt, neque inconstantia ulla usi sunt, neque a ueritate uel latū unguem declinarūt. Explicuerunt enim ubique uarijs se in sensibus eodem esse usos uerbo. Et pro uarietate personarum, quibus loquebantur, locorunque & circunstantiarum suorum uerborum, aliter & aliter eo usi sunt. Et sancta hac & sapienti prudentia ex instinctu Spiritussancti sæpe alias in similibus usi sunt. Vt autem omnis tolleretur ambiguitas, & calumniandi & errandi amputaretur occasio, doctores scholastici meritum illud, quod rationem debiti non includit, & quod sæpe fortassis apud doctores sanctos, & apud latinos sic usurpatum legerant, meritum ex congruo, optimo uidelicet adhibito tēpo

Cur sancti doctores dupliciter usi sūt uerbo merendi.

Munus scholasticorum. ramento appellarunt. Est enim hoc, semperque fuit inter alia munus scholasticorum doctorum, testimonia sanctorum obscura interpretari, & in ea cōciliare, quæ in speciem secum pugnare uidentur, uianque & distinctiones aliquas non incommodas inuenire, quibus exactius, & distinctius de unaquaque re disserere possimus. Manifesta igitur luce constat, nihil repugnare opinionem asserentium meritum ex congruo, uerbis nostri Concilij, falsumque esse, quod Protestantes passim iactant contra illos, dicētes eam opinionem esse falsam, & alienam ab scripturis, & orthodoxis patribus. Et certè hic lōgo illi interuallo a suo præceptore Luthero dissident. Qui quidem in com. ad Galatas expresse fatetur, fidem promereri gratiam, fidem promereri, ut detur Spiritussanctus. Siue iure autem, siue iniuria scholasticos accusent, illud manifestum est iniuste & præter ius omne & æquum ab eis fieri, quòd Ecclesiæ etiam hoc nomine conuiciantur. Equidem illa neque negauit usquam, neque asseruit merita ex congruo iustificationis, sed hoc potius semper disputationibus scholasticis, sicut par erat, permisit. Neque defuerunt in ipsa etiā ex scholasticis multi doctores, literis & sanctitate insignes, qui omnia talia merita abstulere. Sicut. S. Thom. 1. 2. q. 114. art. 4. & alij.

Dissensus Protestantium a Luthero.

Calumnia Protestantium in Ecclesiam.

De argumentis contra iustificationis merita ex congruo. Cap. XI.

VT tamen apertius sit, indignos esse eorum conuitijs scholasticos, qui asseruerunt, posse peccatores bonis operibus mereri ex congruo suam iustificationem, placet hic, quæ contra hæc merita obijciuntur, enodare. Primo obijcitur, merita ista multum detrahere gratiæ iustificanti. Non enim omnino gratis contingit, sed aliquo modo ex debito, quod cōtingit & qualibuscunque meritis. Quia meritum relatiue dicitur ad mercedem. Et merces non est, nisi ubi inuenitur aliqua ratio debiti. Itaque si iustificationis gratia contingit ex aliquibus meritis, continget & aliquo modo ex debito siue proprie. At enim nihil inconuenit, si gratiam iustificationis deberi ex congruitate & ex lege fateamur bonis præparationibus peccatorum. Neque enim oportet defendere eam esse summe gratuitam. Nam sicut Augustinus dicit indulgentius iustificari paruulos quā adultos, ita profecto magis gratuito quam uiatoribus, contingeret damnatis, si illam Deus ipsis ex benignitate sua largiretur, siue cum aliqua bona eorum dispositione, siue absque illa. Qui tam multa ex parte nostra requirit ad nostram iustificationem, propalam facit se non omnino gratis uelle peccatores iustificare. Satis est iustificationis gratiam sic indebitam & gratuitam tueri, ut uere & ex misericordia contingat peccatoribus, & non ex iustitia, neq; ex condignitate operum. Neque minuitur hinc gratia diuina, sed augetur potius. In commendationem quippe gratiæ diuinæ redundat, quòd tam humanum sese Deus suis inimicis exhibeat, ut secundum ipsius legem qualibus qualibus eorum dispositionibus debeatur aliquo modo ipsius gratia. Atq; hoc modo ostendere possumus, neque extenuari gratiam diuinam propter merita beatitudinis ex condigno. Quoniam magna potius uel hinc

Obiect. 1

Respon.

August. epist. 105.

A comprobatur gratia diuina esse in nos, quod nostra opera, tametsi imperfecta, tanti precij & ualoris esse fecerit ut tam incomparabile præmium possint debitum efficere. Cur uero nusquam hac distinctione usi sunt patres? Obiect. 1 Cur non ea temperarunt censuram contra Pelagium? Immo cur ipsi Pelagiani non se hoc diuerticulo unquam defenderunt? Si omnia, quæ in usu Respon. nunquam fuerunt apud patres, damnanda sunt, multa cogemur damnare, quæ omnes catholici iam recipiunt. Et frustra dixerit Philosophus, scientias fieri per additamenta. Neque Ecclesia progrederetur, ut aurora consurgens maiora in annos singulos sapientiæ, & cognitionis diuinorum mysteriorum incrementa, ab ipso sole iustitiæ suscipiens. Quanquam neque illud dandum est, ignotam uidelicet fuisse patribus distinctionem meriti ex congruo, & ex condigno. Agnouerunt rem, licet non usi fuerint his terminis. Et ut testatissimum esset, agnouisse illos rem, quæ his uerbis subest, uarie usi sunt, ut iam docuimus, uerbo merendi. Quod tamen non ea distinctione mitigauerint censuram Pelagij, sed disputantes aduersus illum semper, aut certe ut plurimum uerbo merendi usi fuerint in ea significatione, quæ debitum simpliciter requirit, in promptu ratio est. Pelagius enim sic accipiebat meritum, & eo in rigore utebatur eo uerbo. Quia cum gratiam præuenientem non agnouerit, neque agnoscebat merita, nisi quæ essent ex solis uiribus naturalibus. Quæ uero per opera solius nostri arbitrij possumus consequi, ea debita nobis possumus facere. Quare cum necessaria ad iustitiam solis arbitrij B nostri uiribus fieri posse a nobis contenderet, ex consequenti gratiam tributam illis bonis operibus debitam esse aiebat & illa esse simpliciter ipsius meritoria. Et licet qui dicunt, posse peccatores ex solis uiribus naturalibus habere dispositiones sufficientes ad consequendam gratiam iustificationis, cum Pelagio, nostro iudicio in hoc sentiant, & ab ipso prorsus stent, ut docuimus in opusculo de iustificatione, tamen in uerbo merendi longo interuallo ab eo dissident. Ille debitam simpliciter illis bonis operibus asserebat gratiam, & condigna illa esse eo præmio. Catholici nunquam hoc crediderunt. Sed agnouerunt & docuerunt semper omnes non iustificatos in peccato esse, ac per hoc, & ipsos, & opera eorum indigna esse gratia. Et hac de causa Pelagius nunquam se defendit hac distinctione, neque ea oblata usus fuisset. Ac fortassis neque fuisset contentus, etiam si ei datum esset, posse nos per solas uires naturales sic bene uti libero arbitrio, ut infallibiliter ueniremus ad gratiam, sed & hoc quoque requisiuisset, bono usui liberi arbitrij deberi ex iustitia, & condignitate gratiam. Non unus fuit circa hoc ipsius error, sed tres potius. Primus. Per solas arbitrij uires possumus nos præparare ad gratiam. Secundus. Gratiam omnem concurrentem ad nostram iustificationem, antecedunt bona opera per solum liberum arbitrium facta, & causæ sunt participationis illius gratiæ. Tertius. Opera bona per solum lib. arbit. facta, meritoria sunt iustificationis, & remissionis peccatorum. Vnde & in Concilio Palestino tria inter coetera referente Augustino coactus est anathemati- Augustin. epist. 106

zare. Primum. Gratiam Dei, atque adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, uel in lege atque doctrina. Secundum. Gratiam Dei secundum merita nostra dari. Tertium. Pœnitentibus uenia non datur secundum gratiam, & misericordiam Dei, sed secundum meritum & laborem eorum, qui per pœnitentiã digni fuerint misericordia. Et non sine causa sancti illi patres, qui illi Concilio interfuerunt, non contenti fuerunt damnatione duorum priorum, quin etiam damnarẽt & tertium. Nam secundus error referri posset ad gratiam præuenientem. Et Pelagius non solum errabat in hoc, quod nullam gratiam præuenientem agnoscebat, qua præpararemur ad gratiam, sed errabat etiam ꝙ credebat bona opera, quibus Deus promisit gratiam, esse ex iustitia merita ipsius gratiæ. Et in hunc errorem ea potissimum ratione inductus uidetur, quod crediderit ea opera per solam uim naturalem posse a nobis fieri, & merita alicuius præmij, ea communiter censeatur, quæ quis propria uirtute facit, sufficiẽtia ad consequendum illud præmium. Quamobrem. August. ibidem, & in alijs multis locis ad expugnandum eum errorem hoc præcipue argumento utitur, quod fides, dilectio, opera, & omnes breuiter dispositiones ad gratiam dona sint Dei. Intellexit enim non secundũ merita dari, quod datur secundũ præparationes, quæ & ipsæ sunt dona Dei. Et peculiariter potest hoc cuiuis fieri perspicuum ex. q. 2. lib. 1. ad Simplicianum, & ex. c. 26. de gratia Christi contra Pelagium, & Celestium. In capite etiam. 2. libri de bono perseuerantiæ, ideo dicit catholicam Eccl. aduersus Pelagiũ defendere, gratiam Dei nõ secũdum merita nostra dari, quoniam uniuersa merita iustoꝝ dona sunt, et Dei gratia conferuntur. Qua ratione & in serm. 44. ad fratres in heremo, si tamen illius est, absolute asseuerat, non posse nos per nostra merita uitam ęternam acquirere, & in quam plurimis locis repetit, uitam æternam gratis dari & gratiã & misericordiã iure appellari, non quia non datur illa ex meritis, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Itaque uel ex hoc declarare possumus merita ex congruo non tollere gratiam iustificationis, quia gratis nobis communicantur ea merita, quibus gratia ipsa datur. Est tamen & aliud, unde etiam si pœnitentia ex puris naturalibus haberetur, non deberet dici meritum simpliciter gratię, nempe pœnitentiam ipsam non esse cõdignam tanta gratia, quia non erat opus amici, sed inimici, & rei penæ æternæ. Et hoc quidem Pelagius non animaduertebat, quia naturæ totius inquinationem, & corruptionem per peccatum Adæ non fatebatur. Agnouerũt autem hoc Scholastici doctores, & ideo ab errore isto tertio Pelagij longe absuere. Si est tamen meritũ ex congruo respectu gratię iustificantis, quare Pelagianis quærentibus, cur hic potius quàm ille iustificaretur, nunquàm patres responderunt illum recipi ad gratiam, qui hoc meretur ex cõgruo, non autem qui hoc non meretur? Non solum autem non est datum a patribus hoc responsum, uerum expresse retulerunt semper causam huius in unam uoluntatem diuinam. Verum si hoc argumentum ualidum esset,

Obiect. 3 *Respon.*

conficeret

A conficeret pari facilitate nullam esse dispositionem ad gratiam. Sicut enim nō est reddita causa, ob quam unus potius quam alter iustificaretur ex ipso merito de congruo inuento in uno, & non in altero, ita neque reddita est ex aliqua dispositione inuenta in uno, & non in altero. Et ita ad dispositiones recurrere poterant, sicut ad merita. Quod uero neque ad merita, neque ad dispositiones recurrerint, in causa fuit, quia Pelagius magis quærebat, cur hic potius quam ille trahitur ad gratiam, si nihil facit bonus usus liberi arbitrij, quam cur hic potius quam ille iustificatur. Vnde Aug. in epist. 105. *August.* Personarum acceptorem Deum se credere existimant, ait de Pelagianis, si credant sine ullis præcedentibus meritis, cuius uult, misereri, & quos dignatur, uocare, & quem uult, religiosum facere. Parunque attendunt, quod debita reddatur pœna damnato, indebita gratia liberato. Quibus uerbis satis indicat, eos magis quæstionem retulisse ad gratiam præuenientem, quam illi non credebant necessariam, quam ad gratiam iustificantem, quam illi nō uidentur in totum negasse. Et statim subdit. Ita se fatentur ad habendam, seu faciendam iustitiam diuinitus adiuuari, ut sui præcedat aliquid meriti, quasi priores uolentes aliquid dare, ut retribuatur eis ab illo, de quo dictum est. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Et aliquanto post. Cur autem ille credat, ille non credat, cum miraculum quod in conspectu eorum fit, ambo uideant, altitudo est sapientiæ, & scientiæ Dei. Qm̄ igitur licet iustificationis possit reddi causa ex parte meriti de cōgruo uel dispositionis, tractus tamē B ad gratiam, uel gratiæ primæ præuenientis unum, & non alterum, de quo Pelagiani potissimum querebant, nulla potest reddi causa alia, nisi uoluntas diuina, ideo non ad merita ex congruo, quæ nulla ex congruo respectu illius tractus erant, neque ad dispositiones nostras recurrerunt patres, sed ad unam uoluntatem diuinam. Et si recurrissent ad dispositiones uel merita ex congruo, & ex illis reddidissent causam iustificationis unius, potius quam alterius, supererat quæstio, cur huic potius, quam illi fauorem gratiæ præuenientis Deus impartiretur. Itaque ut finis esset quæstionum, & a capite præciderent omnia, quæ proficisci inde poterant incōmoda, ad ipsam primam causam omnium contingentium statim recurrerunt, nempe ad uoluntatem diuinam.

Explicantur testimonia quædam, quæ pugnare in speciem uidentur contra merita ex congruo. Cap. XII.

OBijciuntur præterea contra hæc merita de congruo, multa testimonia Augustini, quibus ipse asserit, nullis bonis meritis præueniri gratiam Dei, & a gratia Dei omnia merita inchoari, & percipiendæ gratiæ, qua iustus fit, qui prius erat iniustus, merita nulla præcedere, & meritis impij non gratiam sed pœnam deberi, & iustificari impios sine ullis prorsus meritis bonis, & multis potius præeuntibus meritis malis. Ex Concilio etiam Mileuitano obijcitur, initium iustificationis esse a gratia Dei, & ex Arausicano. 2. nullis precedentibus meritis Deum fidem, & amorem sui in- *Obiect. 4* *Cano. 5.* *Cano. 25*

spirare. Quin ex hoc nostro decreto alij obijciunt nobis uerba. c. 5. quibus C
Respon. dicitur exordiū iustificationis esse a Deo nullis præcedentibus meritis. Porrò in his omnibus meritum capitur proprie, & stricte, neque ad gratiam iustificantem de qua nunc agimus, sed ad gratiam præuenientem ea referuntur. Quam nos etiam fatemur absque ullis præuijs meritis dari. Pro expo-
Triplex notanda. Augusti. expō. sitione tamen testimoniorum diui Augustini, quæ magis urgent, & fortius in nos uidentur militare, tria quę innumeris locis ipsius multum lucis possunt afferre, cuperem diligenter ab studiosis ipsius notari. Quandoque di-
Prima. uus Augustinus de sola gratia præueniente loquitur, & eam asserit omnia merita inchoare, & antecedere. Et quidem si attente legamus ipsum præsertim in epi. 105. 106. &. 107. constare poterit ad hanc præcipue gratiam, uerba sua eum retulisse omnibus in locis quibus asserit gratiam Dei non dari secundum merita nostra. Neque tam uidetur solicitus fuisse, ut probaret, iustificationem antecedere nostra merita, quàm ut ostenderet, credendū ab om-
Epi. 105 nibus, nullum esse meritum, antequam gratia præueniantur uoluntates nostræ, ut credamus recte. Et hac de causa August. generaliter dicit. Si quærere uellet homo ante gratiam quid meruerit, ut acciperet eam, mala sua pote
Tract. 86. in Ioan. rit homo inuenire, non bona. Et rursus. Non est gratia si præcesserant meri ta. Est autem gratia. Hæc igitur non inuenit, sed effecit merita. Et iterum du
Prolo. ps. 31. rius. Nihil boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorum. Attenduntur opera tua, & inueniūtur omnia mala. Si quod debetur istis operibus Deus red-
Libr. 1. ad Simplicianum. q. 2 deret, ubique damnaret. Et alibi. Non se quisque arbitretur, ideo percepisse E gratiam, quia bene operatus est, sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiam. Et alias. Cum ex impio fit iustus, tunc reddi dicit bona
De gra. & lib. ar. c. 6. 7. & 8. pro malis, & nullis præeuntibus bonis meritis, sed malis hoc fieri. Hæc & similia passim dicit August. quia licet iustificationem nostrā præcedant aliqua bona opera, tamen ea a gratia gratis data, ut plurimum proficiscuntur, & ante illam uel nulla bona sunt, uel certè tam pauca & tam exigua, ut a malis meritis multis nominibus uincantur, & uix bona, & saltem merita gratiæ nullatenus debeant censeri, sicut lib. 6. c. 11. iam disseruimus. Pręcessit qui
Chrys. dem in Paulo iustificationem ipsius, sicut Chrysost. in quadam hom. eleganter prosequitur, singularis illa dilectio, qua toto affectu in Deum conuersus est, dicens. Domine, quid me uis facere? Et gratiam, qua uocatus est, antecesserunt aliqua bona opera. Nam & castitatem seruabat, & studiosus erat, ac feruens zelator legis, & ne tum quidem, cum uocatus est, fortassis caruit aliquo bono zelo glorię Dei, & desiderio ipsi seruiendi, tametsi multa potius, & multo grauiora mala merita in eo deprehendamus. Quare uerba illa, sicut patuit in Paulo, quæ fo. 59. pag. 2. lin. 35. negligentia quadam mea, immo oscitantia, & obliuione laudum amasij nostri Pauli adiecta præter rem sunt lituranda, & abradenda censeo. Quoniam & si singulariter uocatus est, & & hoc priuilegium inter alia habuit ipsius uocatio, quòd eo tempore uocatus est, quo multis malis meritis toto animo intendebat, & maxime in-

A dignus erat tanta gratia, tamen & illum minus quàm cœteros credendum est, uocatum fuisse nullis bonis operibus præuijs. Quia tamen uel illa bona opera non fuerunt in ipso sine aliqua gratia Dei, uel certè ante gratiam suæ uocationis indigna meriti nomine fuerunt, haud iniuria & in illo quoque peculiariter dicit alicubi idem August. nulla bona, sed potius multa mala merita precessisse gratiam. Quandoque uero loquitur de tota gratia iustificationis, ut complectitur in se gratiam præuenientem, & gratiam iustificantem, & quidquid gratiæ cōcurrit ad iustificationem peccatoris. Et quia gratia præueniens datur sine merito, ideo simpliciter asserit, neminem mereri suam iustificationem. Vnde & ep. 105. dicit. Quod est ergo meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritū nostrum nō in nobis faciat, nisi gratia, & cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet, quam munera sua? Et generaliter ubicunque negat merita gratiæ, solum negat merita gratiæ in sensu, in quo ea asserebat Pelagius, uidelicet ut merita essent opera bona per solam libertatem arbitrij facta. Neque unquam negat merita iustificationis, quæ sint ex gratia Dei, sed tantum damnat, & auersatur merita humana, quæque sine gratia fieri dicuntur, & ei præponuntur, ut ex eis tanquam meritis iustificati extollantur. Et quanquā hoc perspicuum satis esse potest ex testimonijs supra citatis, quibus & fidē, & pœnitentiam meritorias iustificationis eum appellasse docuimus, tamen quo firmior nobis habeatur fides, citabo & alia testimonia eiusdem. In epi- Secunda. Tertia.

B stola. 106. ad Pulinum sic scribit. Si aliquid boni operatur homo, ut gratiā mereatur, non ei merces imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Et statim. Operibus debitum redditur, gratia gratis datur, unde etiam nuncupatur. Et post pauca. Qui suis meritis præmia tanquam debita expectant, neque ipsa merita Dei gratię tribuunt, sed uiribus proprię uoluntatis, sicut dictum est de carnali Israel, persequentes legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non perueniunt. Et mox eos docet, ad legem iustitiæ peruenire, qui non uiribus propriæ uoluntatis suam iustitiam tribuunt, sed quidquid habent iustitiæ, uel meritorum, id totum gratiæ Dei adscribunt. Ignorantes enim, subiungit, iustitiam Dei, & suam uolentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, teste Paulo. Et ut ostenderet hæc sola merita, ut aduersantia gratiæ se damnare, aliquanto post addit. Gratia iam non est gratia, si non diuinis operibus gratis datur, sed humanis meritis redditur. Et ibidem. Neque a patre luminum, a quo descēdit omne datum optimum, boni aliquid accipere quisquam meretur, nisi accipiendo quod non meretur. Et ideo nō Dei iustitiæ, sed Dei potius misericordiæ deputandum esse docet, quod ex massa humani generis corrupta, faciat Deus quędam uasa in honorem, quia nulla iustitia gratiam Dei præcessit. Et cum sibi obijceret, si ex fide iustificati, quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quàm donatur? in hunc modum respondet. Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit, ut merear iustificationē, habeo fidem, respōdetur ei. Quid Rom. 9. g.

enim habes, quod non accepisti? Vide ut diuus Augustinus non damnet C illa, ut merear iustificationem, habeo fidem, neque neget, ex fide nos iustificari, aut fidem mereri iustificationem, sed hoc doceat, fidem donũ Dei esse, ac proinde non esse meritum, quod debitum exigat, & gratuitæ iustificationi aduersetur. Ibidem etiam postea probat ueniam dari pœnitentibus secundum gratiam, & non secundum merita eorum, quia pœnitentia donũ Dei est. Sed quid est, quod statim additur? Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut unicuique Deus partitus est etiam mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur, augeri, ut aucta mereatur perfici, comitante, non ducente, pedissequa, non præuia uoluntate. Saltem hic de gratia qua formaliter iustificamur, distincte locutus est Aug. Nam illa una est, quæ augetur & perficitur. Itaq; cum hanc gratiã explicate asserat nihil meriti humani p̃cedere, aperte hoc loco aduersatus uidetur meritis istis ex congruo. Hoc argumẽto quidã utuntur uelut Achille ad confirmandum, non fuisse cognitum Augustino meritũ ex congruo.

Impugnatio.

Respon. 1. Sed primo quidem non hic negat Augustinus merita diuina, hoc est ex dono Dei habita, sed merita duntaxat humana, idest ex solis uiribus naturalibus. Et ubi negaret meritum, de merito simpliciter, & in rigore, & non de merito ex congruo uerba ipsius essent intelligenda. Deinde. Si & antecedentia, & consequentia attente expendamus, aperte uidebimus, ad solam gratiam præuenientem, qua Deus nos trahit ad fidem, referenda esse uerba ista. Non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani. Nitebatur enim ibi ostẽ D dere, fidem esse donum Dei. Et statim subdit. Vnde ille, qui dixit, Fortitudinem meam ad te custodiam, causanque reddit dicens, Quoniam Deus susceptor meus es, tanquam requirens, quibus id meritis fuerit consecutus, nihilque in se inueniens ante gratiam Dei. Deus meus, inquit, misericordia eius præueniet me. Quantuncunque, inquit, cogitauero antecedentia merita mea, misericordia eius præueniet me. Hæc Augustinus. Quæ cum ad gratiam præuenientẽ aperte referantur, manifeste ostendunt, pręcedentia quoque de eadem gratia debere intelligi. Neque oportet ad eum rigorem, uel algorem potius scholasticum exigere uerba sanctorum, ut quoniam gratia iustificans sit, quæ augetur in uia, & perficitur saltem in patria, ideo ad eam solam omnia hæc referantur. Loquitur Aug. & hic, & alibi non semel, ut iam monuimus, de gratia iustificationis, ut omnem gratiam complectitur, quæ concurrit ad nostram iustificationem. Et ideo gratiam dicit augeri, cũ fides impetrat iustificationẽ, quia tũ maior gratia fit homini quam cũ tantũ habebat peccator ex gratia Dei fidẽ. Quare & in. q. 2. li. 1. ad Simpli. dicit gratiam quibusdam pleniorem, & euidentiorem infundi, quia in quibusdam est tanta gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum cœlorum, in alijs uero tanta est, ut iam corpori Christi, & sancto Dei templo deputentur. Propterea etiam gratiam auctam dicit, mereri perfici, quia per iustificationem meremur peruenire ad perfectam participationem gratiæ diuinæ,

Respon. 2.

Respon. 3.

Psalm. 58.

quæ

Aquę erit in beatitudne. Et ad hunc modum locutus fuisset Aug. etiam si non credidisset habitum gratiæ iustificātis. Et sicut tunc gratiam mereri augeri diceremus, cū fides impetrat iustificationem, quia meremur magis participare gratiam, & benignitatem diuinam, & in maiorē Dei gratiam, & propensiorē beneuolentiam ipsius admitti, ita & nunc hæc uerba Aug. debemus exponere. Nam si ad solā habitualem gratiam ea referamus, non erit in uniuersum uerū, ꝙ cum fides impetrat iustificationem, gratia meretur, augeri. Stat. n. multos per fidem iustificari, cum non mereantur gratiæ augmentū. Vnde & magister ad gratiā præuenientē retulit hæc uerba, Gratia meretur augeri, non ad iustificantem. Neq; solus diuus Aug. dum meritis abrogauit iustificationem, merita duntaxat humana excludebat, sed & in alijs doctoribus id ipsum est uidere. Vnde & quod diuus Hieron. contra Pelagianos sæpe dixerat, neminem proprijs meritis, aut operibus saluari, tandem in. 2. lib. contra eos exponit dicens, peccatores non suis uiribus, sed Dei misericordia saluari, & improperans Pelagianis, quod suis uirtutibus dicant, se sibi præparasse regna cœlorum, illud Ezechielis, Perfecta eras in decore meo, sic ponderat. Et est sensus, ait, non in tuis operibus, non in tua conscientia. Et eo dictum hoc, & alia sequentia putat, ut intelligeret Hierusalem non proprio merito, sed ipsius misericordia saluari. Quod & in. 3. lib. magis explicat his uerbis. Non proprietate naturę, sed dignitate miserentis, non labore proprio, sed Dei adiutorio, & clæmentia, non nostris uiribus,

In. 2. d. 27. cap. 8.

Hieron.

Eze. 16. b.

B & studio, sed illius misericordia. Et Ber. cum dixisset deesse gratiæ, quidquid meritis deputatur, mox explicuit, merita se uocare illa, quæ ex proprio habemus, aut habere nos credimus: Horreo, inquit, quidquid ex meo est, ut sim meus. Nam si quid ex proprio inest inquātum proprium est, gratiā illi cedere necesse est. Et de huiusmodi humanis meritis debent intelligi uerba nostri decreti, cum iustificari gratis idem esse traditur, quod iustificari absq; meritis. Nam merita gratis diuinitus concessa, nihil repugnant iustificationi gratuitæ. Et omnes incunctanter diceremus eos iustificari gratis, qui ex meritis gratis sibi concessis iustificarenť. Atq; hinc potest confirmari causa, ꝑꝑ quā. c. 1. diximus patres abstinuisse ab expositione illoꝝ uerboꝝ Pauli, iustificari absq; operibus. Eadē nanq; opera excludūt uerba hæc, iustificari absq; meritis, & iustificari absq; operibus, & utraq; ex æquo aduersantur iustificationi gratuitæ. Vt. n. q. 2. de iustificatione ex Amb. & Aug. & ex ualidis quibusdam argumentis copiose ostendi, uerbis illis, iustificari sine operibus legis, & simpliciter sine operibus hoc tantum Paulus agebat, ut monstraret, quod. c. 1. huius decreti statuerunt patres, imbecillas esse legis, & naturæ uires ad iustificationem, neq; ad eam sufficere opera facta per naturam etiam cum legis adiutorio. Et ita exponit hæc uerba iustificari absque operibus Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem. Et in eum profecto sensum accipiebant patres, cum ex illis euinci putabant errorem Pelagij asserentis, ex uiribus naturalibus posse omnes iustificari.

Ber. serm. 67. in Cā.

Cur Synodus nō explicuit qd sit iustificari absq; operibus.

Hieron.

Non idem est moueri hominem ad gratiam & iustificari, neque eadem est gratia præueniens & iustificans. Cap. XIII. C

Obiect. 5. ADhuc pergit quidam impugnare merita ex congruo respectu iustificationis. Patres, inquit, antiqui unam actionem reputãt motionem hominis ad gratiam, & gratiam ipsam gratum facientem, sicut motum uidelicet, & eius terminum, & ideo motionẽ ipsam non existimant meritum, nisi præintellecto termino. *Respon.* Vt omnia admittamus, quæ assumuntur, unde ista consequentia ualet, Vna est actio, motio hominis ad gratiã, & gratia. Ergo motio non est meritoria gratiæ? Si calefactio causa est caloris, in quẽ terminatur, poterit & motio ad gratiam causa & meritum esse gratiæ, quãuis ad eam terminetur. Nam & motio hominis iustificati ad gloriã, meritum est gloriæ, in quã terminatur. Et potest unius, & eiusdẽ actionis terminus cadere sub merito, etiã si non cadat principiũ. Illud tamen libenter admiserim, quod ex hic assumptis statim ille infert, propterea doctores iustificationẽ dixisse, non esse ex merito, quia iustificationis nomine dispositiones nostras, & auxilium ad ipsas, & gratiã eis respondentem cõprehendebat, & uelut unã actionẽ censebant, & quia certo nouerant, neq; dispositiones nostras, neque auxiliũ Dei ad illas sub merito cadere, ideo & iustificationẽ nemini contingere ex meritis constanter docuisse. Et adeo uerũ hoc est præcipue apud Aug. ut gratiam iustificationis, siue iustificationẽ gratiæ non dubitẽ ab illo quandoque appellatã ipsam gratiam, qua ad fidem trahimur, ut iustificemur, etiã si non dum nos gratos Deo, et iustos effecerit. Et quod ita sit, ne quis a nobis gratis hoc fictum existimet, ex. q. 2. libri primi ad Simplicianum ostendi potest. Cum ostẽderet, ideo Apostolum pręposuisse fidei gratiã operibus, ut monstraret, non esse bona opera præcedentia gratiam, sed consequentia, neque ideo quenque percepisse gratiam, quia bene operatus est, sed bene operari neminem posse, nisi per fidem perceperit gratiam, subdit statim. Incipit autem homo percipere gratiã, ex quo incipit Deo credere, uel interna, uel externa admonitione motus ad fidẽ. Sed interest, quibus articulis temporũ uel celebratione sacramentorũ gratia plenior, & euidentior infundatur. Et causam huius explicans paulo post addit. In quibusdam tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendũ regnum cœlorũ, sicut in catechumenis, sicut in Cornelio, ante quã sacramentorũ participatione incorporaretur Ecclesiæ. In quibusdã uero tãta est, ut iam corpori Christi, & sancto Dei tẽplo deputentur. Et aliquanto post, cũ apertè dixisset merita post iustificationẽ gratię prouenire, nequis hoc ad eam limitaret gratiã, quã non habent, nisi qui iam iusti sunt, statim addit quędã, unde pateat ipsum tamen uoluisse dicere, quod merita supponunt liberalitatẽ & gratiã Dei. Et ut hoc euidentius faceret, quęrit statim, utrum uel fides mereatur iustificationẽ. Et ipse sibi respondet his uerbis. An uero, neque fidei merita præcedunt misericordiam Dei, sed & fides ipsa inter dona gratiæ numeratur, quia & hoc loco, cũ dixisset. Non ex operibus, non ait, sed ex fide dictum est ei, quia maior

Gratiam, qua credimus, uocauit Augus. gratiam iustificationis D

A seruiet minori, ait autem, sed ex uocante. Nemo. n. credit, qui non uocatur. Misericors autem Deus uocat, nullis hoc uel fidei meritis largiens, quia merita fidei sequuntur uocationẽ potius, quã præcedunt, & ipsa fides inter dona gratię computatur. Quæ quidem satis indicant August. pro eodem accepisse, mereri iustificationem, & mereri uocationem, seu misericordiam Dei uocantis, neque amplius esse apud ipsum merita post iustificationem gratiæ prouenire, quam merita prouenire post gratiam, qua uocamur, ut iustificemur. Et quia Pelagius ideo affirmabat fidẽ esse meritoriam gratiæ, quoniã, ut putabat omnem Dei gratiã antecedebat, & ex nobis erat, & non ex peculiari dono ipsius, ut ostenderet Aug. duntaxat in hoc sensu negare se fidẽ esse meritoriam iustificationis, mox adiecit. Nisi ergo uocando p̃cedat misericordia Dei, nec credere quisquam potest, ut ex hoc incipiat iustificari, & accipiat facultatẽ bene operandi. Ergo ante omne meritum est gratia. Et aliquanto post. Quòd si misericordiam credendo se meruisse quis iactitat, nouerit eum sibi præstitisse, ut crederet, qui miseretur inspirando fidẽ, cuius misertus est, ut adhuc infideli uocationẽ impartiret. Et paulo inferius. Quia nõ præcedit uoluntas bona uocationẽ, sed uocatio uoluntatem bonam, propterea uocanti Deo, rectè tribuitur, ꝙ bene uolumus nobis uero tribui nõ potest, ꝙ uocamur. Quæ omnia si attente in unum conferantur, manifestũ facient, ideo duntaxat Aug. merita iustificationis negare, quia omnia merita antecedit gratia fidei, quæ & ab eo quædam iustificationis gratia censetur.

B Et quia illam gratiam inchoationẽ fidei ibi appellat cõceptioni similẽ, & ab ea dicit incipere hoĩem iustificari, & accipere facultatẽ bene operandi, quod ibidem, & sæpe alias dicit, non posse hominem iuste uiuere, aut sanctè, uel rectè, aut bene operari, nisi fuerit iustificatus, liberatus, & uiuificatus fortè sic intelligendũ est, non quidem quasi hęc non possit ante acceptã perfectè gratiam iustificationis, sed quia hæc non potest ante quã inchoatiuè sit iustificatus, & saltem quo ad suum initium gratiam iustificationis participet. Solũ enim uidetur ibidem, & sæpe alias hoc firmare uoluisse contra Pelagium, neminem propterea bene operari, ut accipiat gratiam, sed quia accepit gratiã, bene operari, & bona opera consequi fidem, & a fide incipere bona hominis merita. Et satis hoc indicant uerba ibi antecedentia, & cõsequentia. Quouis tamen modo hæc se habeant, iniuria profectò est, & quidem non modica, ex iam citatis inferre eandem esse gratiã, apud doctores antiquos, & maximè apud Aug. pręuenientem, & gratum facientem. Quid hoc absurdius dici potest? Et indigni sancelli sunt, quibus tantus error inuratur. Ne autem quispiam sic erret, & quoniam si hoc credatur, consequens erit, non esse in nobis aliquod meritum ex congruo nostrę iustificationis, istas gratias distinctas esse, his possumus ostendere. Gratia præueniens non est aliquis habitus infusus, sicut gratia iustificans. Et plærunque antecedit tempore habitum gratiæ iustificantis. Estque hoc manifestum, cum quis uenit ad fidem & nondum ad gratiam diuinam, quia uult perseuerare iñ peccato. Item, Non aliter

Gratia iustificãs nõ est gratia præueniẽs

Argum. 1.

Argum. 2.

Deus adiuuat ad fidem, cum uenit quis simul ad fidem & ad gratiam, quam C
qñ uenit ad solã fidẽ. Cũ aũt uenit ad solã fidẽ gratia pueniens fidẽ nõ est grã
Argum. 3. tia iustificans. Insuper. Gratia pueniẽs, principiũ est nostrae iustificationis, iu
stificãs aũt terminus. Et distinctissimae sunt actiones infusio gratię iustifican-
tis, & auxiliũ ad dispositiones ad ipsam. Habẽt. n. distinctos terminos imediatos. Terminus infusionis gratiae iustificãtis est gratia iustificans, terminus
Argum. 4 uero immediatus gratiae puenictis ẽ bona motio hoĩs in Deũ. Ad hęc. Grã
Argum. 5. pueniens ad iustificantẽ ordinaẽ, nõ ecõtrario. Pręterea. Quia Deus adiuuat nos ad dispositiones sufficientes ad obtinẽdũ ipsius gratiã, & nos illius gratię excitanti, & adiuuanti obsequimur, & cooperamur, ideo Deus elargitur nobis gratiã iustificãtẽ. Nã alias nõ solũ gratis, idest indebito, et sine meritis, sed gratis, idest sine ulla dispositione nostra, ut uoluere Lutherani, iustificaremur. Etenim si gratia pueniens antecedit natura saltẽ ex parte Dei dispositiones nostras, & gratia pręueniens est eadẽ cũ gratũ faciẽte, gratia igitur gratũ faciens ex parte Dei antecedit oẽs dispositiones nostras, & ex cõsequenti ante illas iustificamur, & non p illas, neq; ex illis. Et quãuis ad unã actionẽ spectẽt auxiliũ Dei, bona motio hoĩs in Deũ, & gratia gratũ faciens, non ideo tñ censeri debẽt idẽ, principiũ, & terminus, sicut neq; idẽ est mediũ cũ principio, aut termino. Quid igitur sibi uult Aug. cũ ait. Praeuenitur hõ medicina, idest, Christi gratia, ut sanetur, & reparetur? Si non sanatur homo nisi per iustificantem gratiam, neque reparabitur, nisi per eandem. Non dixit
Aug. Hypog. 3. tamen August. Pręuenitur homo eadem gratia Christi, qua sanatur, & reparatur. Sed tantum dixit, hominem pręueniri gratia Christi, ut sanetur, & reparetur. Et quanuis dixisset, pręueniri hominem eadem medicina. i. gratia Christi, qua sanatur, & reparatur, non oporteret uerbum idem ad identitatem numeralem coarctare. Satis est ad ueritatem eiusmodi locutionũ identitas speciei uel generis. Neque enim siquis diceret, pręueniri homines eadẽ medicina. i. gratia Christi, qua sanantur, & beatificantur, oporteret cõtinuo, eadem gratia numero censere nos pręueniri, sanari, & beatificari. Frequentissime sic loquuntur graues autores. Et ubiq; cãtat Ecclesia. Sola fuit mulier, patuit qua ianua lęti, ex qua uita rediit. Et ipse Aug. 2. de pecca. me. & remi. c. 29. & de natura & grã. c. 44. hoc tropo loquendi, unã esse fidẽ, ait, quę oẽs saluos facit, & eãdẽ fidẽ iustos antiquos sanasse, quę sanat & nos. Et sic oportet exponere uerba magistri, q̃ multo fortius uidẽtur in nos militare, cũ in 2. d. 27. c. 4. ita scribit. Principalis cã bonorũ meritorũ est ipsa grã, qua excitaẽ
Obiect. 7. lib. ar. & sanaẽ, atq; iuuaẽ uolũtas hoĩs, ut sit bona. Obiiciunẽ etiã nobis uerba eiusdẽ Aug. qbus asseuerat, hoiem neq; a pctõ resurgere posse, neq; aliqd boni facere, nisi p gratiã Chri a pctõ prius fuerit liberatus. Ex his. n. uideẽ ad eandẽ gratiã retulisse liberationẽ nostrã, & resurrectionẽ a pctõ, q̃ fit p gratiã
Respon. gratũ faciẽtẽ, & auxiliũ ad bñ operãdũ, qd spectat ad grãm pręueniẽtẽ. Sed hęc dicit Aug. qa morẽ Scrip. secutus bonũ simplr nunq̃ appellat, nisi qd ad cõsecutionẽ uitę ęternę cõducat, qdq; nos cõiter ipsius meritoriũ dicimus.

Magi-

A *Magister sententiarum non negauit, sed insinuauit potius iustificationis merita ex congruo.* Cap. XIIII.

OBijcitur denique Magister sententiarum, qui in. 2. d. 27. c. 4. expresse ita scribit. Sed in bonis merendis causæ principalitas gratiæ tribuitur, quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gratia, qua excitatur liberum arbitrium, & sanatur, ac adiuuatur uoluntas hominis, ut sit bona. Et in. c. 5. ideo putat dixisse Augustinũ, Quid est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum nostrum meritum non in nobis faciat nisi gratia? quia ex gratia, quæ præuenit, & sanat arbitrium hominis, & ex ipso arbitrio procreatur in anima hominis bonus affectus, siue bonus motus mẽtis. Et hoc est primum hominis meritum. Quare, cum gratia, qua sanamur, sit gratia gratumfaciens, qui dicit eam esse principalem causam bonorum meritorum, & ex ea, & arbitrio hominis prouenire primum hominis meritum, uidetur nullum prorsus agnouisse meritum ante gratiam gratũ facientem. Et idem fortius potest confirmari, quia statim. cap. 6. subdit. Sic dicitur, fides esse meritum, quia actus eius est meritum, si tamen adsit caritas, sine qua neque sperare, neque credere meritum est uitæ. Si sine caritate non est meritum uitæ, & caritas est secundum ipsum Spiritussanctus, quod & ibidem statim explicat, non ergo erit aliquod meritum ante aduentum Spiritussancti in animas nostras. Sed quidem, quo magis, magisque expendo uerba magistri, solũ uidetur mihi ex ipsius uerbis posse colligi nullum esse meritum ante gratiam, qua Spiritussanctus præuenit mentes nostras, & excitat, ut sanemur a peccato. Nam in principio. c. 4. statim citati ita dicit. Cum ergo ex gratia dicuntur esse bona merita, & incipere, aut intelligitur gratia gratis dans. i. Deus, uel potius gratis data, quæ uoluntatem hominis præuenit. Quæ quidem ad gratiam præuenientem referuntur. Et in fine eiusdem cap. principatum in causa meritorum tribuit gratiæ excitanti liberum arbitrium. Quod munus gratiæ est præuenientis, & sæpe præcedit tempore infusionem gratiæ iustificantis. Et in cap. 5. actum fidei dicit primum hominis meritum. Cum autem actus fidei præcedat tempore, uel saltem natura infusionem gratiæ gratumfacientis, uidentur hæc limitanda ad actum fidei prouenientem ex gratia gratumfaciente, & libero arbitrio. Cur enim siluisset magister de actu fidei ante gratiam gratũ facientem, & tantum meminisset eius, qui eam sequitur, præsertim cum Augustinus, ex quo omnia colligit, quæ tradit, fidem, qua impetramus iustificationem, primum hominis meritum sæpe appellauerit, & affirmauerit? Ad uerba autem in contrarium citata hoc pacto possumus respondere. In uerbis citatis ex. 4. ca. non loquitur de sola gratia gratũ faciente. Neque enim illa est, quæ primo excitat uoluntatem nostram ad bonũ. Sed loquitur de gratia, ut complectitur excitantem, sanãtem, & cooperantem, & tãtum asserit, principalem causam meritorum esse gratiam, quod nos quoque certum esse putamus. In uerbis autem ex. 5. c. loquitur de sola gratia præueniente. De ea

Obiect. 6.

August. epist. 105.

Respon.

B

nanque sola apertè intelliguntur uerba Aug. quę magister exponit, & bonus C
motus fidei non producitur a gratia gratūfaciente, & lib. ar. sed a gratia coo
perante, seu pręueniente, & lib. ar. Et hæc gratia dicitur sanare, sicut fides dici
tur iustificare, & sanare, non quia constituat formaliter nos sanos, sed quia
initium est, & principium salutis nostræ. In uerbis uero ex. 6. c. clare expli-
cat magister de merito uitæ ęternę se agere, & ad illud nos diffitemur, requi-
ri gratiam gratū facientē. Possemus etiam dicere magistrum de merito pro
prie & stricte egisse, atque ideo nihil aduersari nobis. Quoniam uero si bene
omnia perpendamus, magis ille stat a nobis quam aduersum nos, persiste-
mus in priori responsione.

Merita ex congruo non sunt dicenda merita simpliciter. Cap. XV.

Obiect. 7. SVperest ut & illud tandē hic uideamus, num meritū ex congruo possit simpliciter appellari meritum, & peccatores absolute dici possint promereri ueniam suorum peccatorum sua fide, spe, dilectione, & pœnitentia, & similibus. *Respon.* Quęstio quidem de nomine est. Et modo teneatur debitus sensus, nihil uideo in re pericli, siquis imitatus illustrissimos doctores, quos citauimus, uteretur in his uerbo merendi absque limitatione Scholastica ex congruo. Et ita tradidimus. q. 7. opusc. de iustificatione in responsione ad primum. Sed qn̄ patres hoc loco tam diserte tradiderunt, neque fidem, neque alia opera pręcedentia iustificationem promereri iustificationis gratiā, decet profecto omnes filios Ecclesiæ sic tēperare sua uerba, ut nunquam sine additione aliqua cōmoda, & idonea dicant, uel scribāt, peccatores bonis suis dispositionibus gratiā promereri. Oportet siquidem patrū nostrorum inhęrere uestigiis, neque tātū sensibus, sed uerbis etiam conuenire cū pręscriptis nobis regulis in Conciliis. Et hic magis hoc conueniet facere, quia modus iste loquēdi patrū i hoc decreto, usitatior est sanctis, & magis cōformis Scripturę, ut patet ex dictis. Et sicut gratia iustificationis absolute, neque dicit, neque pōt dici merces nostrarum dispositionū, ita uidētur, neque illę uocandę esse absolute merita. Quare post diffinitionem hāc Concilii nunquam scripsissem, posse meritum ex congruo respectu gratię gratūfacientis appellari meritum simpliciter. Et lectores oēs illius libelli precor, ut illa uerba deleant ex illo. Scio quidē in sensu nihil me deuiasse ab ista diffinitione. Neque quod dixerim meritum ex cōgruo posse appellari meritum simpliciter, ideo meritum stricte in rigore posse apellari sentiebā. Longe hoc aberat a me. Multis argumētis ibi statuo, nemini deberi gratiā iustificationis, neminem que eam ex iustitia promereri, Et. q. 6. absolute contendo ab omnibus esse affirmandum, neminem mereri suā iustificationē. Quia nemo aliquo modo meretur omnia, quę necessaria sunt ad suā iustificationem. Sed quia legeram sanctos sine additione ex congruo, intrepide sępe usos in hac parte uerbo promerendi, neque aliquid sciebam, quod hic eis aduersaretur, credidi, & nobis licere, similiter eo uti. At nunc ubi uideo Ecclesiā simpliciter, & sine addito negasse merita iustificantis gratię, tutius, & consultius censeo ut merita ex congruo non ap- D

A pellemus merita simpliciter, neque peccatores bonis suis motibus promereri ueniam suorum peccatorum dicamus, quin addamus ex congruo. Vnde & Ric. in. 2. d. 27. q. 1. dicit hęc merita non esse merita simpliciter, sed tantū secundū quid. Et doctor subtilis sic sua temperauit uerba, ut quanuis dispositiones sufficientes ad iustificationem, merita ipsius ex congruo appellauerit, tamē nunquā ea dixerit esse merita simpliciter. Immo merita absolute, & sine limitatione repugnare gratię ostēdit. d. 5. 2. Et quodli. 17. art. 2. docet, ad actū meritoriū simpliciter, requisitum esse, ut is actus specialiter sit acceptus Deo, tanquā actus dignus eo pręmio, quod pro eo est reddendū. Quę quidē nullis operibus peccatorum conueniunt. Sed nimiū iam hic immorati sumus, & lectori fortassis fastidiū fecimus. Verum omnia spero, boni consulet pius lector, quando in id omnia impēsa sunt, ut antiquos, & recētiores autores, & secū, & inter se, & cū nostro decreto cōciliaremus. Si culpā habet hęc pietas, certè meretur apud oēs ueniā. Trāseamus itaque ad expositionē. 9. c.

DE INCERTITVDINE GRATIÆ. LIB. IX. IN C. IX. DECRETI DE IVSTIFICATIONE.

PRAEFATIO.

B Ost innumera hæreseon monstra & portēta, quibus inimicus & aduersarius noster diabolus, indefesso & irrequieto studio animarum salutem impedire conatus est, hoc tādē nouū, & quod quidem scire potuerim, ante hęc tempora inauditum inuenit cōmentum, quo permultis illuderet. Persuadere enim perditissimis etiam hominibus non cessat, ut credant citra ullam hęsitationem se esse iustos, et eam unam firmā minimeque dubiā animi psuasionē uel solā, ad iustitiā sufficere. Neque defuerūt ei satellites quibus in hoc tā absurdū dogma, & tā alienū a cōi patrū nostrorum doctrina plærosque inflecteret. Subseruierūt ei fidelissime, & studiosissime in hac causa Mar. Lut. & ipsius discipuli Melan. Buc. et uniuersi Protestātes, q adeo mordicus huic errori hęserūt, ut citra illius psuasionē pacē cōscientiarum cōstare nō posse asseuerātissime affirmauerint. Ne uero latius, ut ī dies facit, hic cācer serpet, et uanissima ista fiducia pluribus imponeret, oportunissime occurrit. s. Syn. c. 9. nři decreti, ista solida & salubria inani hęreticorum fiducię, salutis documēta opponēs, ut q pśentissimā ipsius antidotū toto affectu biberit, circūlita melle ipsorum uenena nihil timeat, et ab ijs, q forte hauserit, facile et releuari, & sanari possit. Atque in huius saluberrimę doctrinę dilucidationē, & cōmunitionē lib. hūc. 9. de incert. gratię meditamur, pcātes lucē illā uerā mētiū, sic patrū sniam nobis donet exponere, quatenus nullus posthac cōcertationibus & contētionibus, quę plurimę super hac re fuerūt, sit locus, sed oēs incunctāter amplectātur, q p salute oīum cōi consensu hic sunt statuta. Idque ut certius assequamur, ipsa in primis. s. Syn. uerba, quę sic habēt, subtexā.

CONTRA INANEM HAERETICORVM *fiduciam.* Cap. IX. C

Vanuis autem necessarium sit, credere, neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum, nemini tamen fiduciam, & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, uel dimissa esse dicendum est, cum apud hæreticos, & schismaticos posit esse, immo nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam catholicam contentione prædicetur uana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est oportere eos, qui uerè iustificati sunt absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse iustificatos, neminenque a peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum qui certo credat, se absolutum, & iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionem, & iustificationem perfici, quasi qui hoc non credit, de Dei promisis, deque mortis, & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque sacramentorum uirtute, & efficacia dubitare debet, sic quilibet dum seipsum, suanque propriam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest, cum nullus scire ualeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

EXPOSITIO CAP. IX. ET ERRORVM, QVI *in eo damnantur.* Cap. I. D

Errores.2 hic damnati. 1.

Ouæ doctrinæ de iustificatione, ab hæreticis nostræ tempestatis traditæ, duos inter alios libri primi capite.3.commemorauimus errores. Primus est, iustitiam fide illa apprehendi, qua certo credimus nos esse iustificatos, ac proinde ad iustitiam satis esse uel solam hanc certam & indubitatam persuasionem. Et hunc errorem clare defendit Lutherus in articulo.11.12.&.14. suarum assertionum contra bullam Leonis decimi, & in multis aliis locis supra citatis. Secutique sunt eum Protestantes, ut est uidere in articulo quinto, sexto, & uigesimo confessionis Augustanæ, & in suo Didagmate fo.43.& in articulo quinto libelli oblati Imperatori. Et nominatim eundem tuetur Philippus in Apologia confessionis Augustanæ. Secundus error est, teneri omnes ad hanc firmam &
2. constantem propriæ iustitiæ fidem. Quem errorem in eisdem assertionibus defendit Lutherus palàm asserens, nemini remitti peccata, nisi remittente sacerdote credat ea sibi remitti. Eundenque docuit, cum egit de iustificatione, autor Enchiridij doctrinę Christianę adiunctę Conc. Col. Quòd si certum est ex fide, ad iustitiam satis esse certo credere nos esse iustos, cum possit singulis sua hæc fides euidens & perspicua esse, manifeste profecto sequitur, posse cuicunque per fidem suam quoque notam esse iustitiã, & cuiuis eã

A sibi inesse asserenti, adhibere debere nos fidem. Cur enim quisquam credatur aut mentiri aut falli in re, quam adeo facile potest & consequi, & citra ullã ambiguitatẽ scire? Vt tamen nouis his erroribus, & dogmatibus, quæ ex eis sequuntur, sacrosancta sua & cunctis ueneranda autoritate antistites nostri obuiarent, tria in summa in hoc capite definierunt. Primo quidem in ipso limine capituli asseuerant, non esse dicendum, remissa esse peccata cuicunque fiduciam & certitudinem remisionis suorum peccatorum iactanti & in ea sola quiescenti. Et hoc probant, quia & hæretici, & schismatici nostræ tempestatis, habent eam fiduciam & certitudinem, & illam tametsi uanam & ab omni pietate remotam, magna contra Ecclesiam catholicam contentione passim prædicant. Quo ex argumento liquet, non solum prohibuisse patres, ne crederemus remissa esse peccata arrogantibus & gloriosis hominibus, qui suam iustitiam iactarent, sed & absolute statuisse, non esse satis ad iustitiam, persuasionem eam & assertionem, quantũcunque simplicem & citra omnem iactantiam, dum ea sola aliqui contenti, cœtera ad iustificationem necessaria negligerent. Si enim potest esse, ac uere est eiusmodi affirmatio, quomodocunque fiat, in hæreticis & schismaticis, dilucidum est, eam non sufficere ad iustitiam. Ideo autem usi sunt uerbo illo iactãti, ut eo ipso innuerent, nunquam esse huiusmodi asseuerationes absque aliqua iactantia & uanitate. Atque ut apertius fieret, nemini hæc utcunque de se iactãti & asserenti, putasse eam persuasionem satis esse ad iustitiam, in illis uerbis. Sed neque illud asserendum &c. secundo asseruere, non teneri iustos ad certo credendum suã iustitiam, neque si habeant eam certitudinem, satis illam esse ad iustificationẽ.

Tria definita in hoc cap.

Primum.

Definitũ. 2

B Quia uero hæretici primo quidem suadent eam certitudinem, siue fiduciam satis esse ad iustificationem, quoniam gratis nobis remittuntur peccata propter Christum, deinde autem & omnes teneri ad credendam suam iustificationem, inde colligunt, quod de Dei promissis, & mortis ac resurrectionis Christi efficacia dubitare nemini licet, hæc argumenta non intacta præterire patres. Priori uero non responderunt hoc loco, quia ex proximo capite poterat facillime respõderi. In eo quippe ostensum est, uerbo gratis, cum asserimur iustificati gratis, non negari dispositionum & præparationũ nostrarum ad gratiam necessitatem, sed duntaxat excludi ipsius merita. Posterius uero argumentum hoc pacto dissoluunt. Non dubitat de Dei promissis, aut de efficacia mortis Christi, qui dubitat se habere gratiam sed dubitat de suis dispositionibus. Et aperta huius respõsionis ratio est. Nam cũ Deus neminem adultorum iustificet sine actu ipsius, neque cuipiam absque eo promiserit gratiam, neque Christi merita utentibus ratione communicentur sine dispositionibus proprijs, qui firmissime credit ueracissima esse, & infallibilia Dei promissa, & efficacissima ad nos iustificandum mortem & resurrectionem Christi, potest nihilo secius dubitare de sua iustitia, propter dubium de suis dispositionibus. Etenim si duarum causarum concursus necessarius est ad aliquem effectum haud quaquã sufficit certitudo applicationis

Solutio, argu. 2. hæreticorum.

unius causæ, ut certitudo habeatur de existentia illius effectus. Itaq; cum ad iustificationem nostram præter promissiones Dei, & mortem, & resurrectionem Christi, requirantur etiam nostræ dispositiones, satis erit uti dubitemus de gratiæ assecutione, incertum nobis esse, an sic perinde nos disposuerimus ad eam assequendam, ac necessarium est. Atq; ut indubitatum post hac esset, istam incertitudinem qualitatis nostrarum dispositionum satis esse ad incertitudinem gratiæ tertio tandem his adiecerunt patres, neminem scire posse certitudine fidei cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei consecutum. Vt hæc tamen cũctis planiora sint, & certiora, altius uobis arbitror rem hanc totam esse repetendam.

Definitũ. 3

C

De multiplici certitudine. Cap. II.

QVi proprie, & latine, ac iuxta communem eruditiorum usum uocabulo certitudinis utuntur, certos nos esse aiunt duntaxat de ueris, persuasos autem etiam de falsis. Certus enim a cerno etymologiam suam trahere uidetur. Et certitudo firmitas quædam est, qua uirtus cognitiua perinde suo cognoscibili adhæret, ac si illud coram cerneret. Quod autem falsum est, neq; scibile est, neq; dici potest aliqua ratione uideri. Vnde & certa nobis non dicimus, nisi quæ uera sunt, aut uera esse firmiter, & indubitanter credimus, nec quispiam uel se uel alterum certum eius rei dicit, quæ falsa est. Tametsi uero certitudo non nisi uerorum esse uideatur, tamen certum assensum de aliqua re generatim & propriæ appellare possumus assensum omnem expertem hæsitationis & formidinis, & certo ea credi a nobis, pronunciare, quibus depulsa omni animi dubietate assentimur. Quo enim nomĩe rectius, aut latinius explicari queat firma ista, et indubitata mẽtis adhæsio? Itaq; licet certi nequeant proprie dici de sua gratia, nisi qui se certo & uere credunt esse in gratia, tamen certo assentiri se esse in gratia omnes illos & possumus, & debemus asserere, qui absq; ulla cunctatione & trepidatione id sibi de se persuadent, siue uere hoc sentiant, siue falso. Et nonnunquam sic uocabulis istis abutuntur philosophi & theologi, ut omnes habẽtes certos assensus alicuius rei, certos eos de ipsa absolute, & simpliciter affirment. Quamobrem patres in hoc cap. non dubitarũt dicere, hæreticos & schismaticos certitudinem remissionis suorum peccatorum iactare, cum tamen certo scirent, eam certitudinem uanissimam esse potius suæ iustitiæ persuasionem. Neq; dubium, quin latine possimus dicere apud hæreticos nostræ tempestatis non esse suæ gratiæ opinionem, sed certitudinem. Ad omnia tamen hæc aptissime distinguenda commodissima est gemina illa certorum distinctio doctoribus antiquis non insolita. Alia enim inquiunt sunt certa in se, alia uero certa quo ad nos. Et hoc est quod recentiores aliquanto apertius dicunt, cum aiunt duplicem esse certitudinem, quãdam ex parte rei, siue obiecti, alteram ex parte intellectus siue subiecti. Ex parte rei siue obiecti est certitudo, cum aliqua ita uera sunt, & secundum se certa, ut in eis assentiendis nemo possit decipi. Ex parte intellectus siue subiecti est cer-

Etymologia certitudinis.

D

Diuisio. 1 certitudinis.

A titudo, cum aliquibus firmiter & citra ullam ambiguitatem assentimur, & illa dicuntur esse certa quo ad nos, quæ talia esse nobis sunt cognita, aut certe credita, ut in eorum assensu nulla possit deceptio subesse. Et quoniam sæpe contingit ex propensione, uel imperio uoluntatis, aut ex probabili, uel leui persuasione, aliqua nos certo, & indubitato credere, quæ non perinde certa, & indubitata in re sunt, & contrario aliqua esse in se certa, minimeque dubia, & tamen nos uel ex ignorantia uel ex malicia uoluntatis nostræ, ea uel non credere, uel falsa aut dubia aut incerta existimare, non continuo cẽsenda sunt certa, quæ a nobis certo creduntur, neq; incerta habenda, quę nobis incerta sunt. Atq; huius rei exempla sunt non pauca in scripturis. Certo uidetur pharisæus apud Lucam credidisse, se esse iustificatum, cum suæ iustitiæ persuasione inflatus, orabat dominum his uerbis. Gratias ago tibi, quia non sum, sicut cæteri. Et tamen in iudicio diuino, ubi omnia sunt nuda, & aperta, nõ iustus, sed superbus erat. Certi etiã uidētur de sua iustitia fuisse Iudæi illi, quibus Paulus testimonium perhibuit, ꝙ æmulationem Dei haberent, sed non secundum scientiam. Sed uide quid Paulus de eis e uestigio subnectat. Ignorantes iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Contra uero publicanus descendit certo iustificatus, cum incertus suæ iustificationis, & a longe stans, neq; ausus oculos ad cœlum leuare, percutiebat pectus suum dicens. Domine, propitius esto mihi peccatori. Et cum Saul paruulus erat in oculis suis, electus erat, & bonus in oculis Dei, & non erat de filijs Israel, sicut dicit scriptura, uir melior illo. Atq; ea

Aliqua certa in se, & incerta nobis, et e cõtrario.

Luc. 18. c

Rom. 10. a

Luc. 18. c

1. Re. 15. d & 9. a

B quæ Gabriel prædicebat Zachariæ de natiuitate, & præcellentia Ioãnis Baptistæ, certa quidem erant & tamen ꝙ non perinde credebantur a Zacharia, perdidit promptæ modulos loquelæ. In ueteri etiam testamento reuelauit Deus per suos angelos multa mysteria, & ingentia beneficia, quę nobis uolebat exhibere, eoq; ipso ita certa erant, ut nemo illis assentiendo potuisset decipi, tamen eis quibus reuelabantur, incerta erant. Idq; nonnunquam sine peccato. Vnde & Gedeon, & Manue pater Sansonis signa exegerunt apertiora, ut ea crederent quæ ipsis reuelabantur. Et Deus non eorum hęsitatione offensus, misericordissime ipsorũ petitionibus acquieuit. Ex quibus omnibus illud consequitur, neminem teneri certo credere, nisi illa, pro quorum certitudine grauia habet & omnino sufficientia argumenta. Præsertim enim de certis, & indubitatis assensibus uerissimum est, quod Salomon dicit. Qui cito credit leuis est corde. Quod & Cyrillus ad ea etiam, quæ fidei & religionis nostræ sunt, refert. Neminem quippe Deus, qui summa ueritas est, & neminem fallere nouit, obligauit, ut se exponeret erroris, aut deceptionis periculo. Exponit autem se periculo erroris, qui certo assentitur illis, quę certa esse ignorat, & tanto quidem perniciosiori, quanto maiori, & firmiori animi propensione, ea credit. Errant quippe grauius, qui certius assentiũtur falsis. Ac meminisse iugiter oportet, quod apud illustres autores celebre est, neruos & artus esse sapientię nõ temere credere.

Luc. 1. b

Iudic. 6. c & 13. a

Cyr. 4. in Ioan. c. 29

Cunque ueritas sit adæquatio rei ad intellectum, si uolumus in errorum barathrum non nos plærunque præcipites dare, eam regulam diligenter conueniet seruare, ut rebus ipsis aptemus intellectus nostros, & perinde quibusque assentiamur, qualia ipsa fuerint in re, & ut a falsis dissentimus, & ueris duntaxat assentimus, ita et probabilibus, probabiliter tantum assentiamur, certis uero certum, & indubitatum assensum præbeamus. Non sunt tamē omnia, quæ certa sunt, æqualiter aut similiter nobis certa Alia alijs sunt certiora, & quædam quidem manifesta & euidentia, alia obscura & ineuidentia. Atque inde nascitur, ut duplex sit etiam certitudo intellectus, euidens uidelicet, quę & naturalis appellatur, & ineuidens. Et certo quidem, & euidēter assentitur noster intellectus illis, quæ certa, & manifesta ei sunt, quæque certam habent, & manifestam ipsi suæ ueritatis causam. Certo uero, & ineuidenter eis assentitur, quæ licet certa nouerit, tamen suæ ueritatis causam immediatam, hoc est, ita in re se habere, sicut per illam significatur, non omnino assequitur. Et in utroque genere certitudinis uarij sunt, & multiplices gradus. In his, quæ certa sunt euidenter, certissima sunt prima principia, quę & dignitates uocantur, qualia sunt, Omne totum est maius sua parte, Quodlibet est, uel non est, Bonū est appetendū, Malū fugiendū, & similia, q̄ ex terminis ipsis, manifestā nobis faciūt suæ euidētię & certitudinis causam. Post hęc certissimę sunt cōclusiōes ex huiusmodi principijs in manifesta cōsequētia deductæ. Infimum uero gradum certitudinis euidentis tenent, quę experientia nostrorum sensuum cognouimus. Vt enim omnis euidentia, uel ex terminis, uel ex principijs, uel ex experientia habetur, & euidentia principiorum primorum, quę est ex terminis, maxima est, & euidentia, quę est ex experientia, minima, & euidentia conclusionum aperte deductarum ex principijs, media, ita prorsus certitudo principiorum primum locum tenet in certitudine euidentium, certitudo conclusionum ex eis manifeste illatarū medium, certitudo autem eorum, quę solo experimento nouimus, postremum. Et prima quidem certitudo propria est habitus intellectus, quo assentimur principijs & dignitatibus. 2. scientię. 3. experientię. Sed certitudo ineuidens propria est fidei. Omnis enim assensus certus & ineuidens, & uocatur, & est fides. Et quia fides duplex est, diuina uidelicet & humana certitudo quoque ineuidens duplex est altera fidei diuinę altera humanę. Fide diuina credimus illis quę constant autoritate diuina, humana uero illis, quę constant autoritate humana. Eoque fit, tanto pręcellentiorem esse, & certiorem fidem diuinam quam humanam, quanto Deus homine maior est. Et quia Deus neque fallere, neque falli potest, homo autem & fallere & falli ualet, fidei diuinę certum est, subesse falsum non posse, neque quenquam posse decipi in assentiendis illis, quę autoritate diuina constant, fidei uero humanę & subesse falsum potest, & in eis assentiendis, quę sola autoritate humana cōstant, facile quisque potest decipi. Vt tamen apertiora sint omnia, & uiam aperiamus, qua conciliari possint nonnulli doctissimi uiri inter se, etiam num de

Diuisio. 2 Certitudinis.

Gradus. 3 certitudinis euidentis.

Gradus. 2 certitudinis ineuidentis.

Fidei diuinæ ab humana distātia.

A hoc articulo dissentientes, de utriusque fidei certitudine nonnulla separatim dissceremus.

De certitudine fidei diuinæ. Cap. III.

NOn solum excedit certitudo fidei diuinę certitudinem fidei humanę. Exuperat, & multis interuallis antecellit, ut. s. Thomas & Scotus uerissime dicunt, certitudinem euidentię naturalis. Nam quę Deus per seipsum reuelauit, certiora sunt, & ut a sua reuelatione pēdent, minus eis potest subesse falsum, quam illis, quę uel demonstratione, uel experientia nouimus. Quare & ubi talia esse innotuerit, pleniorem illis & firmiorem fidem adhibere debemus, quam demonstratis & expertis. Quāuis autem ex illis, quę sola autoritate diuina constant, quędam quibusdam perfectiora sint & digniora scitu, & alia quidem sint necessaria, alia autem contingentia, ac proinde hęc quidem possint esse falsa, non illa, ex ęquo tamen certa uniuersa uidentur propter Dei reuelantis autoritatem, quę in illis omnibus æqualiter uiget, & de utrisq; ex suppositione diuinæ reuelationis perinde uerum est neminem in ipsis assentiendis posse decipi. Atq; ideo, quæ eiusmodi sunt, æquali & æque indubitata fide recipi debent. Et sicut per fidem diuinā omnibus eis credimus, quia dum eis credimus Deo credimus, ita prorsus & ad omnia illa se extendit fides infusa, quam et theologicam appellamus. Datur enim fides infusa in adiutoriū nobis, ut credamus in omnibus Deo, & quæ parem habent certitudinem, & eadem ratione credūtur, eodem habitu credantur necesse est. Nec coarctandus est fidei infusæ habitus ad sola reuelata a Deo spectantia ad beatitudinem aut ad totam Ecclesiam, sed extendendus potius ad omnia reuelata a Deo, quæ fide diuina credenda sunt. Quam ob rem illud quidem doctissimo cuidam magistro nunquam assenserim, qui ait fidem infundi nobis ad credendum solis reuelatis spectantibus ad beatitudinem. Multoq; minus illud probauerim, quod idem ait, neminem assentiri per fidem infusam, se esse in gratia, etiam si Deus hoc ei reuelet. Nam quanuis tantum dicat neminem huic assensurum per assensum fidei catholicę, sed per aliquam peculiarem fidem, tamen ex adiūctis patet, fidem catholicam eum uocare fidem infusam communem omnibus catholicis. Cur uerò hic assensus in habentibus reuelationem non euidentem a fide infusa remoueatur? An non reuelatio hæc ad beatitudinem spectat? An non per fidem infusam assentimur, paruulum esse in gratia, cum illum Baptizauimus. Et nonne fides infusa & hęresis eiusdem ambitus sunt? Si ergo hæreticus esset, qui non crederet Deo reuelanti ipsius iustitiam, & per illum dissensum perderet fidem, per eam utiq; & idem tum credet se esse in gratia. Certe qua fide credebant alia Christo, credebant & sibi esse remissa peccata, quibus ille aiebat se remittere. Et nisi hoc uerum prædictus magister existimabat, quare ubiq; cum negat, posse quempiam scire certitudine fidei catholicæ se esse in gratia, semper addit, nisi Deus hoc reuelet. Verum illud libenter concesserim non spectare ad fidem catholicam, quòd ego uel ille simus in gratia, siue

Certitudo fidei oīum maxima.

Fide infusa assentimur omnibus a Deo reuelatis.

B

hoc certis fidei argumentis doceri queat, siue diuina reuelatione certum & constans sit. Non omnis fides diuina, seu theologica est fides catholica, neque omnia quę fide diuina, seu infusa & theologica credimus, dicenda sunt spectare ad fidem catholicam. Catholicum Graece idem est, quod uniuersale latine. Ac propterea illa sola cēsenda sunt spectare ad fidem catholicam, quae reuelata sunt a Deo ad salutem communem omnium, & ut talia omnibus suo tempore differi & proponi per prophetas suos, & praelatos spiritales uoluit. Alia uero quae sunt reuelata a Deo ad peculiarem alicuius consolationem, uel punitionem, & personas aliquas peculiares concernunt, non spectant ad fidem catholicam. Et uerum quidem est ad haec non se extendere fidem catholicam, neque illa esse certa certitudine fidei catholicae. Sed in hoc contingit hic decipi. Quia enim dicuntur ista non spectare ad fidem catholicam, neque esse certa certitudine fidei catholicae, ideo existimare, aut suspicari uidentur quidam, alia fide peculiari haec credi, & minori certitudine, quam credantur, quę sunt fidei catholicae, cum tamen longissime haec a ueritate absint. Etenim ubi reuelatio harum particularium ipsis innotuerit, eodem penitus habitu, & eadem firmitate recipienda sunt. Quoniam habent eandem prorsus suae ueritatis & certitudinis causam, cum illis quae ad fidem catholicam spectant. Et absurdum profecto uidetur concedere ad aliam peculiarem fidem spectare, ut his assentiamur particularibus, cum tātum uni, aut duobus reuelarentur, quam si omnibus in commune essent reuelata. Neque plus enim neque aliter certa erit nostra iustificatio, si Deus illam omnibus reuelaret quam si nobis solis. Sed hactenus de certitudine fidei diuinae, uideamus & pauca quędam de fide humana.

Fides diuina latius patet, quā catholica.

C

D

De distinctione fidei humanae a dubio & opinione, & de uarijs gradibus ipsius. Cap. IIII.

SVnt quidem nonnulli uiri docti, qui fidem humanam eandem esse cū opinione arbitrantur. Cum enim homines fallere & falli possint, quae autoritate hominum constant, incerta & ambigua uidentur, neque sine aliqua formidine recipienda. Atque ideo fidem, quae humana duntaxat autoritate nititur, assensum non omnino haesitationis expertem, sed probabilē atque opinatiuum existimant. Et sane si fides humana dicatur omnis assensus autoritati humanae innixus, manifestum est, plerunque fidem humanam nihil excedere opinionem, neque ab ipsa uel latum unguem differre. Nā eiusmodi sunt nonnulla autoritate humana constantia, ut credenda quidem uideantur, non tamen citra omnem formidinem. Veruntamen, quia aliqua, tametsi sola autoritate humana constantia, plena & indubitata fide credimus, nihil haesitantes de eorum ueritate, necesse est & aliquoties fidem humanam ab opinione & dubio seiungere. Siquidem qui dubitat, suspensum & ancipitem inter utranque partem cōtradictionis intellectum suum seruat, & neutri ipsarum assentitur. Qui opinatur, assentitur quidem alteri, sed cum formidinę de sibi oppositę ueritate. Qui uero certo credit, sic uni parti ad-

Fides humana quandoque opinio est, nō semper.

Distinctio fidei a dubio & opinione.

A hæret, ut ne minimam quidem habeat hæsitationem de illius ueritate. Et quanquam apud aliquos autores nonnunquam confunduntur, ac pro eadem accipiuntur certitudo moralis & coniecturalis, tamen permultum inter eas interest, & utraque ad fidem humanam uidetur spectare. Quãdo enim uel propter fortissima argumenta, uel propter grauem autoritatem & certum hominum testimonium, certo prorsus aliquibus ineuidentibus assentimur, ea certitudo, certitudo est moralis, si uero propter apparentia indicia, aut coniecturas probabiles credamus quidem, non tamen omnino certo, sed cum aliqua formidine, ea certitudo tantum est coniecturalis, & ab opinione nihil differt. Atque hęc fidei humanę distinctio, ut altera opinio sit, altera metas opinionis lõge excedat, partim ex ipsis credibilibus partim ex imperio & libertate nostræ uoluntatis proficiscitur. Triplicia nanque sunt fide humana credibilia. Quædam quanquam autoritate humana constant, sic passim ab omnibus ut certa, & indubitata recipiuntur, ut ne dubitare quidem de eis possimus. Et horum certitudo primum locum tenet in certitudine fidei humanæ. Alia uero, quanuis non tanta sint autoritate, tamen tanto consensu communiter absque ulla cunctatione recipiuntur, ut stultus & fatuus habeatur, qui non eis certo assentitur. Alia uero sunt quæ communiter quidem certa existimantur, non tamen tanta firmitate, ut de illis dubitare stulti sit, sed maligni potius, aut increduli, etsi probabiliora argumenta in contrarium non desint, quandoque etiam prudentis. Et ista duo postrema

Certitudinis moralis a coniecturali distinctio.

Gradus. 3 fidei humanæ.

B genera certitudinis, ab imperio & propensione uoluntatis, ac pia quam uocant affectione, suam habẽt certitudinem. Sed exemplis faciamus ista clariora. Primi generis sunt illa credibilia quæ autoritate omnium constant, & ab uniuersis hominibus doctis & indoctis, barbaris & politis, probis & improbis, ex omni sexu, ordine, natione, & religione citra omne dubium asseruntur. Qualia sunt. Constantinopolim esse, Indos esse, Turcas esse, Arabes esse, sarracenos & Iudæos esse, Parentes diligere filios suos, Mundum fuisse ante omnes, qui modo sunt in uita mortali, nos genitos esse communi uia, & similia. Quæ quidem sic certa sunt, & passim a cunctis recepta, ut quãuis ineuidentia sint, tamen euidens sit ea esse certo credenda. Et in his assentiendis certo scimus nos non decipi, neque aliquem unquam fuisse deceptum. Quin licet quatenus a fide humana pendent, subesse in his quoque possit falsum, & deceptio, quia non solum quilibet hominum, sed & omnes possunt fallere, & falli, tamen humanitus in eis assentiẽdis nemo potest decipi, ac fortassis, ut prouidentiæ diuinæ subsunt, nullatenus. Spectare nanque ad prouidentiam diuinam uidetur, ut nõ permittat in uniuersis hominibus tales aliquos errores. Quare & aliquam certitudinem fidei humanæ, fortassis non esset improbabile infallibilem prorsus defendere. Secundum locum inter credibilia humana tenent, quæ licet nõ communi omnium hominum, sed unius aut aliquorum autoritate nituntur, in se tamẽ aut in suis similibus passim ab omnibus ita magno & firmo consensu, ut certa habẽtur, ut stultum

Gradus. 1.

Aliqua certitudo fidei humanæ infallibilis.

Gradus. 2. fidei humanæ.

 C

censeant, & fatuum de eis dubitare. Qualia sunt Episcopos dum ordinant ministros altaris, sacerdotes dum consecrant sacratissimam Eucharistiam, dum Baptizant, dum absoluunt, aut aliquod aliud sacramentum administrant, intentionem habere ordinandi, baptizandi, consecrãdi, absoluendi, & faciendi, quod Ecclesia intendit. Tametsi enim hunc uel illum rite suo fungi ministerio, unius aut paucorum autoritate nitatur, tamen ita passim hæc citra ullam ambiguitatem recipiuntur, & ratio conuictus humani talia haberi efflagitat, ut æquum & iustum sit, omnes fideles, nisi aliqua peculiaris, & uehemens causa dubitandi de eis occurrerit, certam minimeq; dubiam fidem ipsis omnibus adhibere. Non enim est uerisimile episcopos uel sacerdotes uelle in re tanta fidelibus illudere, præsertim cum nihil inde ipsis commodi posit accedere, sed multa potius detrimenta & damna. Et stare quidẽ non potest conscientiarum pax, neque suauitas & tranquillitas conuictus Christianorum, nisi ista, ut certa, & indubitata habeantur. Vnde prudentissime Innocentius. 3. in cap. Veniens de presbytero non baptizato ita scribit. De illo, qui natus est de Christianis parentibus, & inter Christianos fideliter est conuersatus, tam uiolenter præsumitur, quod fuerit baptizatus, ut hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec euidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur. Eodemq; modo licet non æquali iure, aut ratione, cum multa accipimus beneficia ab aliquo, certo credimus nos ab eo diligi, quia probatio dilectiõis, teste Gregorio, exhibitio est operis, & certissima argumenta amoris, communiter habentur beneficia. Sic etiam maritus credit se certo diligi ab uxore, sic parentes a filijs, sic domini a famulis, cum multis bonis meritis, uel obsequijs sibi ab eis exhibitis hanc dilectionem probarunt, neq; uel minimum argumentum, aut coniecturã habent in contrarium. Atq; ea, quæ nobis a se uisa constanter affirmant uiri optimæ fidei, & opinionis apud homines, immo & quę sibi nota, & certa asserit uir aliquis, quem nos in multis ueracem experti sumus, & dignissimum, cui fidem adhibeamus, & generaliter quæcunq; eiusmodi specie ueritatis sese nobis ostentant, ut ne minimum quidem argumẽtum uel suspicio falsitatis eorum, animo nostro occurrat, sic solemus certo, & absq; ulla hæsitatione credere. Potest sane in huiusmodi omnibus contingere aliqua deceptio, quia multi sunt recessus in animis hominum, & quàm maximæ latebræ, & solus Deus nouit clare cogitationes hominum, tamen hanc fidem mutuo debemus nobis, & prudentiæ ratio a nobis expostulat, ut ista, tametsi suapte natura non omnino certa sint, propter communem tamẽ existimationem, & humanum conuictum certa ad fidem humanam habeantur. Et horum certitudini tertium & infimum locũ certitudinis possumus tribuere. Cum autem non tantæ autoritatis homines aliqua nobis tradũt, sed maior tamen causa & apparentia ueritatis subesse uideatur quam falsitatis, & possumus & debemus illis fidem adhibere, sed cum aliqua formidine, ne incerta pro certis recipiamus. Hæsitare autem & hærere tunc par est, D

Innoc. 3

Gradus. 3. fidei humanæ.

& ancipitẽ

A & ancipitem ac neutrum tenere intellectum,cum occurrit probabilis causa non credendi,aut utrinque stare uidetur æqualia argumenta. Tenet enim medium locum opinio inter dubium & certitudinem. Atque horum omnium distinctionem diligenter notare debet, qui uoluerit exacte omnia, quę in hoc libro differemus,intelligere. Quippe,dubium non est cum opinione confundendum, nec opinio cum fide,nec fides humana cum diuina, nec fides catholica cum fide particulari,nec certitudo naturalis cum morali,coniecturali,aut theologica. Et certitudo ex parte rei distinguenda est a certitudine ex parte intellectus,neq; omnia quæ certa sunt, ex æquo certa esse est existimandum. Quibus in rebus hallucinantur non raro etiam uiri alioqui docti, quia ista uel negligunt, uel non serio & attente distinguere nouerunt.

De quatuor,omnibus circa hunc articulum certis,& duobus controuersis. Cap. V.

His iactis fundamentis disquirendum est de certitudine,quę in hac uita haberi potest de nostra iustificatione. Ne autem operam nostram rebus non necessarijs applicemus,& quoniam ubiq; consultissimum est,controuersa a non controuersis distinguere,placet ante omnia,quæ fuerint semper apud omnes certa in hoc argumẽto explicare. Et quidem dum omnia hinc inde pro nostra tenuitate attente perpendo, quatuor uideo ab omnibus uelut certa,& extra controuersiam semper fuisse recepta. Primũ est posse cuiuis mortalium per reuelationem diuinam,suam iustificationem *Extra controuersiã hic quatuor.* .1.
B innotescere,& uere innotuisse nonnullis sanctis uiris,licet paucis,& Deo familiarissimis,ut beatissimæ uirgini & Apostolis. Secundo certũ est, posse .2.
omnes iustos signis quibusdam,& probabilibus argumentis,seu indicijs et coniecturis probabilem notitiam & opinionem, seu certitudinem, quam uocant coniecturalem,adipisci de sua iustificatione. Tertio certum est,neminem mortaliũ citra diuinam reuelationem posse assequi in hac uita certitu- .3.
dinem euidentię de sua iustificatione. Vnde.n.possit nobis esse euidens nos amari a Deo,aut ipsius gratię habere habitũ infusum? Quæ Dei sunt, nemo *1.Cor. 2.e*
nouit,nisi spiritus Dei. Si euidenter nosse nõ possumus, an a nobis carissimo,& coniunctissimo amemur,quomodo manifeste nosse possimus, ab *Iob. 36.b*
eo nos amari,qui infinitis interuallis uincit scientiam nostram,& neminem amat nisi gratis,& secundum consilium uoluntatis suæ? Habitus etiam infusi supernaturales sunt,& qui ab illis sunt actus,possunt ab acquisitis habitibus proficisci,aut saltem a potentijs nostris cũ auxilio Dei speciali. Quare nulla ex parte euidentiam de ipsorum præsentia possumus in hoc statu habere. Quarto & certũ est,neminẽ posse citra diuinam reuelationẽ certo nos- .4.
se iustificationẽ alterius,nisi forte cũ puerũ aliquẽ ipse baptizauerit. Cum.n. ex fide certũ sit baptismũ conferre gratiam omni nõ ponenti obicẽ,& nobis euidens sit baptizasse aliquem infantem,ipsumq; nullũ apposuisse gratiæ baptismi obicẽ,certum quoq; erit ex fide illũ recepisse gratiã Baptismalẽ,&

uere fuisse iustificatū. Extra istum uero casum certitudo de iustificatione alte C rius haberi a nobis non potest. Quia utentes ratione nequeunt per aliquos actus nostros iustificari sine aliqua interiori ipsorum dispositione. Interior aūt aliorum dispositio constare nobis per fidē, aut euidentiam non potest.

1. Cor. 2. c Nemo. n. nouit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis q in ipso est. Fue

Duo controuersa. runt tamen, & adhuc sunt duo in hoc proposito controuersa. Primū est, an citra diuinam reuelationem possit iustis sua ipsorum gratia cōstare certitudine fidei catholicę uel diuinę, cui non possit subesse falsum. Secundum est, an iustis saltem sit in pręcepto certitudo de sua gratia. Et de istis quid ex autoritate nostri decreti, & scripturæ, & sanctorū testimonijs habeamus, post hac differemus.

Soli illi, quibus reuelata est sua iustificatio, obligati fuerunt eam certo credere. Cap. VI.

AC primo quidē illud certū semper fuisse uideo apud catholicos, neminē obligatū fuisse ad credendū se esse in gratia, nisi hoc illi peculiariter Deus reuelauerit. Et hoc est q̄d sancta Synodus in hoc cap. illis uerbis affirmauit. Sed neq; illud asserendū est, oportere eos qui uere iustificati sunt, absq; ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere esse iustificatos, neminenq; a peccatis absolui, & iustificari nisi eum, qui certo & firmissime credat se absolutū & iustificatum. Et cōfirmata est & explicata aliquāto

Can. 13 magis hęc doctrina Can. 13. in hæc uerba. Siquis dixerit omni homini ad remissionē peccatorū assequendam necessariū esse, ut credat certo, et absq; ulla D hęsitatione proprię infirmitatis, & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit. Et hac definitione damnata est sententia Lutheri, q ut patet ex arti. 10. bullę Leonis. 10. cōtra errores ipsius, absolute asseruit, nemini remitti peccata, nisi remittente sacerdote crediderit sibi ea remitti. Quod quidem demiror permissum fuisse euulgare autorem Enchiridij doctrinæ Christia-

Arg. 1. pro sentētia patrum. næ adiuncti Concilio Coloniensi, ubi agit de iustificatione. Veruntamen præter definitionem sedis Apostolicæ & concilij apertum est argumentū contra hunc errorem. Nunquam enim neq; Deus, neq; Ecclesia fideles ad hoc adstrinxit. Neq; inuenietur usquam tale aliquod præceptum. Et ex lege naturali manifestum est, neminem esse obligatum ad credendum se omnia fecisse, quæ ex parte sua requisita sunt, ut non apponat gratiæ diuinæ impedimentum, sed effectum suum in ipso habeant, & faciant sacramenta diuina.

Arg. 2 Præterea grauissimum profecto, & periculosissimū esset hoc præceptū. Et cum omnes catholici, tum autem ipsi Lutherani, qui se iactant ubiq; prædicare libertatem legis gratiæ, hoc tam rigidum præceptum orbi inuehere cauere deberent. Difficillimū quippe est uiris, præsertim natura sua meticulosis, & nō admodum temerarijs in assentiēdis suis laudibus, certo, & absq; ulla hæsitatione credere, se nulla laborare ignorātia culpabili, nullius delicti culpa teneri, & totū fecisse quod Deus a nobis exigit ad nostram iustificationem. Et qui perditam & profligatam multo tempore duxerunt uitā ac

A frequentes patiuntur tentationes carnis, mundi & dæmonis, uix unquam possent implere hoc præceptum. Iugum uero domini, teste ipso Christo, suaue est, & onus eius leue. Et Ioannes dicit. Mandata eius grauia non sunt. Insuper. Nullus tam perfectus est, qui non aliquando de hoc formidet. Immo quo quisque sanctior est, eo magis ueritus, ne quid forte in se ipso lateat, quod oculos diuinæ maiestatis offendat, solet frequentius clamare. Ab occultis meis munda me domine. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Siqui autem obligati fuissent hoc præcepto, essent maxime qui sanctiores fuerunt, & perfectiores cæteris. Hi.n. melius potuerūt nosse suam iustificationem, siquidem illam possemus citra reuelationē certo nosse. Quid uero, inquies, sibi Paulus uoluit, cum dixit, Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, si non ad hanc certitudinem obligauit, ut digne sumeremus Eucharistiam? Probare quidem nos debemus ad nō indigne Eucharistiam & alia sacramenta suspiciendum, sed ea probatio non necesse est, tanta sit, ut ad certitudinē de gratia diuina nos perducat. Satisque prorsus est, si ad probabilem de ea opinionem nos trahat. Quin si cum accedimus ad recipiēdum Eucharistiam, putemus probabiliter, nos fecisse, quod satis est, ut non indigne eam summamus, hoc sufficiet, ut non peccemus eā suscipientes, etiam si dubitemus nos esse in Dei gratia. Probat enim se sufficiēter quo ad hoc, neque reus erit corporis, aut sanguinis domini, qui absque conscientia peccati mortalis, & cum aliqua pœnitentia suorum peccatorū, & proposito seruandi omnia diuina mandata Eucharistiam sumit, siue ista ad gratiam

B sufficiant, siue non, ac propterea de sua quis iustificatione non immerito dubitet. Instat tamen, ut sibi uidetur apparenter Lutherus contra ista. Qui audierunt a Christo remissa esse sibi peccata, tenebantur hoc credere, neque licuit, uel Magdalenæ, uel paralytico, cum hæc audierunt a Christo, uel minimam habere hæsitationem de sua iustificatione. Cū igitur ipse dixerit Petro & alijs Apostolis pro ipsis & suis successoribus, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, nemini etiam licebit dubitare de remissione suorum peccatorū, ubi absolutus fuerit a sacerdote. Hoc enim perinde est, ac de his uerbis Christi dubitare. Quantum uero hic ab scopo erratur? Qui dubitat uel non satis certo credit, sibi remissa esse peccata, ubi fuerit a sacerdote legitime absolutus, non dubitat de uerbis Christi, neque de efficacia absolutionis sacramentalis, sed dubitat, ut patres nostri luculenter in hoc capite explicarunt, de sufficientia suæ dispositionis, & hoc tantum suæ sibi fragilitatis conscius ueretur, ne sua ipse malicia, uel negligentia effectū impedierit sacramenti. Et magnum quidem est discrimen inter illos, qui a Christo audiebant sua ipsis remitti peccata, & qui audiunt a sacerdote suorum absolutionem peccatorū. Christus optime nouerat interiora hominis, & qua quisque ad se intentione, & dispositione accedebat, & supplere in eis poterat, & efficere, quicquid ipsis ad consecutionem gratiæ deerat. Atque ideo, qui ab ipsius ore audiebant sua ipsis remissa peccata, hoc uelut certum & indubitatum habe-

Matt. 11. d *1. Ioan. 5. a* *Arg. 3* *Psal. 18. 1. q* 2. *Obiecti. 1.* *1. Cor. 11* *Responsio* *Probatio necessaria ad dignam Eucharistiæ sumptionem.* *Obiect. 2* *Luc. 7. g.* *5. d* *Ioan. 20. f* *Responsio* *Audientes a Christo*

sibi pecca= ta credere id tenebantur. bant credere. Nulla enim suberat causa dubitandi, uel formidandi, ubi tam aperte eos absolutos pronunciabat, qui ipsis liberrime, & absque ulla dispositione poterat omnia indulgere, & condonare peccata. Sacerdotes autem, neq; norunt interiora hominum, quos absoluunt, neq; libere possunt condonare peccata, neq; potestatem habent efficiēdi interius dispositiones, quas Deus exigit a peccatoribus, tantumq; absoluunt existimantes similes eos habere interiores dispositiones exterioribus, quas in eis cōspiciūt, neq; obicem suæ absolutioni ponere. Et uerba eorum licet uera & absoluta sint, tantum significant eos, quantum est ex parte sua, uere pœnitētes absoluere, siquidem non sit in eis interius aliquod impedimentū, quod efficaciæ sacramēti obsistat. C

Obiect. 3 Bern. ser. 1 Annūcia. Obijciunt & alij uerba Bernardi. Si credis peccata tua nō posse deleri, nisi ab eo, cui soli peccasti & in quem peccatum non cadit, bene facis. Sed adde adhuc, ut hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. *Rom. 3. d* Hoc est testimonium quod perhibet in corde nostro. ss. dicēs. Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus gratis iustificari hominem per fidem. Hæc ille. Et manifeste ibidem asserit hoc necessarium esse ad assequendam remissionem peccatornm.

Responsio Sed Bernardus non id agit, ut ostendat necesse esse, præsertim certa fide credere nobis remissa esse peccata. Quid enim magis alienum a Bernardo placidissimo, & amœnissimo doctore? Si hoc putes illum sensisse, equidem, si circuniacentia spectes, & obligatos nos dices eum credidisse, ad certo credendum nostram prędestinationem, cuius contrarium ex multis ipsius testimonijs libro. 12. Deo dante docebimus. D Voluit ergo ille, & sensit obligatos nos esse ad credendum, ita Christum remissionem peccatorum & nostram beatitudinem meruisse, ut & nos quoque hæc ipsius merita possimus participare. Vnde & in eo loco, unde desumpta sunt, quæ in nos citantur, testimonia de remissione peccatorum nostrorum, & de meritis nostris & beatitudine, credibilia facta esse nimis probat, ex passione, resurrectione, & ascensione domini. Quæ quidem manifestum est non posse, particularem aliquem hominem probare iustificatū & habiturum merita & beatitudinem, sed duntaxat quenlibet posse hæc per Christum obtinere. Neq; diffitemur tamen, ut & postea docebimus, credidisse & ibi, & in alijs multis locis Bernar. posse nos & remissa nobis peccata credere, quando ex testimonio conscientiæ nostræ misericordia & ueritas sibi obuiant in nobis, & se inuicem iustitia & pax osculantur. Hoc est, sicut ipse ibidem exponit, quando ut declinemus a malo, ex præuenienti Dei misericordia, compungimur, & ueritate confessionis occurrimus di-
2. Re. 12. c centes cum Dauid Peccaui domino, & ut faciamus bonum, mortificationem carnis, & pœnitentiæ fructus, ac iustitiæ opera in unitate & concordia facimus. Quisquis enim ille est, in quo sic sibi obuiant misericordia & ueritas, & iustitia & pax osculantur, secure poterit gloriari, ut ibidem addit, modo in domino, qui sibi testimonium perhibet, utique in spiritu ueritatis.

A *De uarietate opinionum circa possibilitatem certitudinis gratiæ.* Cap. VII.

ENimuero cum extra controuersiam fuerit apud catholicos, neminẽ teneri ad certo credendum se esse in gratia, anxie tamen & inter catholicos & hæreticos, & inter uiros doctissimos ex catholicis & Romę, & Tridenti, & Ratisponæ, & alijs multis in locis hoc tempore disputatum est, an sine particulari Dei reuelatione possit iustus, uel ex scripturis, uel aliũde peruenire in hac uita ad certitudinem aliquam, tametsi ineuidentem de sua iustificatione. Neq; solum de certitudine ex parte obiecti, sed multo magis de certitudine ex parte subiecti certatum est. Nam quanuis certum fuerit posse aliquos ex temeritate, aut libertate sua, certissimo credere se esse iustos, & aliquorum iustificatio secundum se certissima sit, licet ab eis ignoretur, tamen merito quæsitum est, an possit sine reuelatione sic alicui sua iustificatio fieri nota, ut licet ineuidenter, absque ulla tamen temeritate certo, & indubitato, & sine ulla hæsitatione possit ipse credere, se esse in Dei gratia, & obtinuisse apud eum remissionem suorum peccatorũ. Et quoniam certitudo ista, ut ex dictis patet, posset esse uel fidei diuinæ aut Thæologicæ, uel fidei humanæ & duntaxat moralis, de utraque certitudine ambiguum fuit. Et quibusdam quidem uisum est utranque certitudinem posse haberi a iustis de sua iustificatione, absque diuina reuelatione. Alijs uero neutram. Alij uero media uia possent fortassis incedere, ita uidelicet, ut certitudinem moralem concederent posse haberi a iustis, certitudinem tamen Theologicam nequaquam. Et prima qdem opinio a quibusdam de omnibus iustis in uniuersum defensata est, ab alijs uero non de omnibus, sed de perfectis, uel martyribus, uel de innocentibus, uel de statim baptizatis. Et de omnibus iustis eam defendit multa contẽtione Martinus Lutherus in libello de fide, & operibus, & in impugnatione bullæ Leonis. 10. contra ipsum, articulo. 10. 11. & 14. Et secuti sunt Lutherum Protestantes in confessione Augustana, & in suo didagmate folio. 43. & particulariter Caluinus in lib. de institutione Christiana, & Bucerus in cõcordantia de hoc art. & Philippus in apologia conf. Aug. Et in art. 5. libelli Ratisponæ oblati imperatori palã dicunt oportere, ut uere pœnitentes fide certissima statuant se propter mediatorem Christum Deo placere. Estque idem uidere in libello, cui nomen est inditum Margarita Theologica. Et hi omnes ideo asserunt sola nos fide iustificari, qua nostram iustificationem apprehendimus credentes, gratis nobis donari remissionem peccatorum propter Christum, neque pendere nostram iustificationem ab ullis nostris præcedentibus operibus, neque nos eam mereri aliquo modo per illa, neque impetrare, quoniam, nisi sola prædicta fide iustificaremur, obscuraretur, & incertum esset beneficium iustificationis nostræ, & remissionis nostrorum peccatorum. Nec queri profecto hoc loco de eis possumus, q non consequenter locuti fuerint. Aperte hæc omnia sequebantur ex opinione, quam Lutherus in sermone

[Margin: 1. Opi. 2. Opi. 3. Opi. — B — Lutherus. Protestantes. Calu. Buc. Melancto.]

Ioan.3.b super uerbis Ioannis, Sic Deus dilexit mundum, & in libro aduersus Carolstadium uelut certum, & indubitatum defendit solam fidem esse in Euāgelio iustitiam, & solam incredulitatem peccatum. In quo & eum secutus est Philippus, ut patet ex uerbis, quæ ex illo citat pius ille, & doctissimus uir Ioan. Cochleus in discussione Apologiæ Augustanę titulo de iustificatione. Si.n. certum est, sola nos prędicta fide iustificari, iustificatio ab operibus nostris nō pendebit, & cū nobis, certum esse posit, ꝙ credamus nobis gratis remitti peccata pp Christum, certū erit profecto nobis ex fide beneficium nostrę iustificationis. Secuti sunt etiā, & docuerunt non semel hāc sententiā autores Enchiridij doctrinę Christianę adiūcti cōcilio Coloniēsi, ubi agunt de iustificatione hominis. Idemq; uidenł ineodē titulo insinuare autores Antididagmatis Coloniensis. Dicunt.n. nos iustificari per fidē, qua absque dubitatione firmiter confidimus nobis qui ueram peccatorum pniam habemus, peccata nostra propter Christū esse dimissa, & de eo oportere intrinsecus per fidem.ss. testimonio testificatos nos esse, & iustitia inhærenti, tanquam quodam experimento certificari, nobis remissionem peccatorū esse factam, sed possint se illi aliquo colore utcunq; tueri. Certe hanc opinionem tuetur uniuersaliter de omnibus iustis Claudius Belijocensis in commen. Pauli in.2. consideratione ultimi cap.2. ad Timoth. Qui dicit, certos nos posse esse de nostra salute, non ex nobis, neq; ex natura nostra, aut ex operibus, uel prosperis uitę successibus, sed per fidē uerbo & promissionibus Dei innixam, qui dicit. Omnis qui audit uocē filij Dei & credit in eum habet uitam æternā. Atq; hanc sententiā multi catholici ante editū decretū de iustificatione probabilem censebant Tridenti, & compluribus argumētis suadere illam conabantur. Verū longo illi interuallo a Luthero & ipsius sectatoribus, & a Claudio dissidebant. Nō.n. sicut illi putabāt, posse iustos hanc certitudinem adipisci, quia iustificatio solū pendeat a fide, quæ potest etiam absq; ullo discursu per se ipsam nobis innotescere. Hoc omnes constāter, & uno ore semper negarunt, & fidei solius testimoniū non satis ad tātā certitudinem sufficere palā professi sunt. Aiebant tamen manifestum nobis esse posse, ea opera a nobis fieri, quæ necessaria sunt ad iustificationē, & ex illis & testimonio conscientiæ nostrę suffulto & adiuto testimonio.ss. peruenire nos posse ad eam nostræ gratię certitudinem, cui non posset subesse falsum. Neq; quispiam per fidem catholicā posse hoc sciri a nobis dicebat, capiendo fidem catholicā pro fide uniuersali, una apud omnes fideles, eademque habente obiecta certa & probata, & ab omnibus suscipienda. Quis ita delyraret insanus, ut fide catholica sciri posse diceret, quod ut multū detur, non nisi unus aut alter scire potest? Ne si Deus quidē alicui reuelaret suam iustificationem, spectaret ad fidem catholicam ut.3. cap. docuimus assensus illius reuelationis, nisi Deus eam reuelationem alijs patefieri uellet, sicut credimus de reuelatione facta beatissimæ uirgini & Apostolis. Nec Lutherani, ut crediderim, sic fide catholica quenque iustorum scire posse se

Ioan. Cochle.

Claudius.

C

D

A esse in gratia asseuerant. Aliud est, posse quenuis iustorum hoc de se scire, quod ad fidem catholicam secundum eos spectat, aliud hunc uel illum esse in gratia, quod licet fide posset sciri, ad fidem tamen catholicam, si nihil aliud interueniat, nequaquam potest, uideri pertinere. Nam quanuis ad fidem catholicam spectet facientem, quod in se est, assequi gratiam, & constare posset Petro, se facere quod in se est, sicut potest constare sua fides, nemo quidem nostrum diceret, posse illum fide catholica scire se esse in gratia. Quin uero neque aliquis catholicorum, quod quidem scire potuerim, asseruit tanta certitudine ex parte obiecti posse, aliquem iustum citra diuinam reuelationem scire se esse in gratia, quanta est certitudo fidei catholicæ. Quoniam quæ sunt fidei catholicæ omnes asserebant probatæ esse, & infallibilis ueritatis, & uel ex sacris literis, uel ex Ecclesiæ traditione talia esse constare, quod autem Petrus uel Ioannes sint in gratia, neque probatæ, neque infallibilis ueritatis de se esse fatebantur, & posse quenuis in eis assentiendis decipi. Quia uero propter discursum ex creditis, & testimonium conscientiæ &c.ss. iustos credebant peruenire posse ad hoc, ut fide infusa assentirentur se esse in gratia, ex consequenti, & eam de sua iustitia certitudinem posibilem ipsis contendebant, cui non posset subesse falsum. Secundam uero opinionem communiter defendunt scholastici autores, ut patebit ex illis, quæ inferius ex eis citabimus. Tertia autem opinio, quæ media est multis argumentis efficietur a nobis infra probabilis. Vt tamen distinctiora sint omnia, neque alteram certitudinem cum altera confundamus, seorsum de utraque certitudine, Theologica uidelicet, & morali agemus. Imprimis tamen, quid circa hæc sancta Synodus statuerit, operæpretium erit uidere.

B

De sententia Synodi pro incertitudine gratiæ. Cap. VIII.

Aequum erat tantis concertationibus finem tandem autoritate Synodi imponi, neque amplius finere, aut catholicos, aut hæreticos tanta in re sub ambiguo fluctuare. Atque ideo in calce huius cap. quod modo exponimus, ad instantiam doctissimorum, & grauissimorum uirorum, qui incertitudinem gratiæ semper defenderunt, tandem adiecta sunt illa uerba. Cum nullus scire ualeat certitudine fidei, cui non potest
» subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Atque his uerbis, si priuatis
» omnibus affectibus sepositis, ea bene, & pro meritis expendamus, omnem uidebimus questionem, aut certe præcipuam diremptam prorsus esse, quæ hactenus de hoc articulo fuit, siue inter catholicos & hæreticos, siue etiam inter catholicos. Quanquam enim hoc magis ex professo egerũt patres in hoc decreto, ut hæreses extirparent, & nouam ab hæreticis dissemi natam doctrinam de iustificatione subruerent, tamen aliqua ita frequentia erant in ore & scriptis hæreticorũ, & ita constanter ab eis tradebantur, & hæresibus ipsorum sic affinia erant, & coniuncta, ut quanuis illa a nonnullis catholicis defenderentur, ad plenam tamen hæresum condemnationem, & ad

A fidem infusam assentiri suæ iustificationi, nisi de ea habuerit reuelationem, nec explicuissent certitudinē ex parte obiecti, quę hac de re haberi a nobis non potest, & à qua potissimum uana hæreticorum certitudo & fiducia confutanda erat. Tantunque certitudinem ex parte subiecti, quæ esset per fidem infusam, exclusissent, & ambigua neque satis dilucida fuisset hæc diffinitio. Dubitari etenim adhuc posset, quę, qualis, & quanta certitudo istis uerbis negaretur. Et multo minus conueniebat pro illis uerbis, Cui nō potest subesse falsum, subijcere uerbum catholicę, ita.s. ut tantum negaretur, neminem scire posse certitudine fidei catholicę, se esse gratiam Dei assecutum. Nā si hoc factum fuisset, uideri potuissent duntaxat definisse, non spectare ad fidem catholicam, quod quisquam credat se esse in gratia. Quo quid potest dici alienum magis a grauitate sanctæ Synodi? Quis enim unquam hoc negauit, aut in controuersiam ponendum censuit? Equidem, ut iam proximo capite admonui, nulla de hoc fuit unquam controuersia, neque esse potuit inter eos, qui fidei catholicæ significatum intelligerent. Quare mihi quidem placere non potest, quod quidam pius alioqui, & doctissimus uir insinuare uidetur, pro eodem accepisse patres fidem, cui non potest subesse falsum & fidem catholicam. Manifestum est hæc inter se distingui. Neque illa unquam inter se confudisset, aut pro eisdem habuisset sancta Synodus, quæ optimis & iustissimis ponderibus & momentis omnia librabat. Si Deus peculiari reuelatione Petrum faceret certum suæ gratiæ, absque euidentia tamen, assen-
B tiretur utique ille se esse in gratia, fide cui non potest subesse falsum, non tamen fide catholica, ut idem sæpe fatetur. Sed illud uerum est, quod quidem demiror eum negare, parem tum fore Petri certitudinē fidei de gratia sibi communicata cum certitudine fidei catholicæ. Perspicuum quippe est, tanta certitudine posse nos, & debere assentiri nostrę iustificationi, si Deus eam nobis reuelaret quanta assentimur alijs fidei catholicæ credibilibus. Quemadmodum & qui baptizasset puerum, certitudinem fidei de gratia pueri haberet similē & æqualem certitudini de alijs fidei catholicę credibilibus. Habent enim ista æqualem uel potius eandem suæ certitudinis causam, uidelicet reuelationem diuinam. Vnde & ipsemet ex sententia Caietani in illa uer- 1. Cor. 2.
ba Apostoli, Nos autem non Spiritumsanct. huius mundi accepimus, per Spiritumsanct. infusionem, fatetur Apostolos habuisse tantam suæ gratiæ certitudinem, quantam alij fidei catholicę, immo maiorem. Et eandem omnino habuissent, quanuis non spectasset ad fidem catholicam credere iustificationem eorum. Quare & qui tuebantur, posse aliquos iustos assequi fidei certitudinem de sua gratia, non diffitebantur, ut ille diffitetur, tantam certitudinem de hoc ab eis haberi posse, quanta habetur de fide catholica. Et consequenter loquendo, non solum oportet concedere, tam certam eis esse posse suam gratiam ex parte subiecti, sed etiam ex parte obiecti. Licet enim cōtingentia sint & fallibilia Petrum uel Ioannem habere gratiam, attamen, ut subsunt reuelationi diuinæ, uel ex iam reuelatis certo inferūtur, in eis assentien-

dis nemo potest decipi ac proinde & ex æquo certa esse queunt. Generatim nanque uerum est, quæ à Deo reuelata sunt, ut subsunt reuelationi diuinæ, falsa esse non posse, quanuis secundum se sint fallibilia, & possibile sit ea aliter se habere. Quo fit non solum non posse decipi in sua gratia credenda, qui haberent de ea Dei reuelationem sibi certam & indubitatam, sed & eos in eo assensu subiacere errori non ualere, qui ei assentirentur propter testimonium Spiritussancti, aut propter concursum fidei Theologicæ sibi non satis certo notum, sed duntaxat præsumptum. Nequit enim falsum esse, quod spiritus licet obscure, nobis testificatur, & fidem quæ ipsius instrumentum est, ad falsum concurrere est impossibile. Dicet aliquis fortassis, his uerbis, quæ nunc exponimus, tantummodo esse definitum a Synodo hunc uel illum esse in gratia, & ex parte obiecti fallibilia esse, & subesse posse in eorum assensu falsum, ac propterea neminem debere ita esse præcipitem, ut tanta certitudine eis assentiatur, quanta alijs catholicæ fidei credibilibus, quæ probatæ sunt & infallibilis ueritatis. Ego uero huiusmodi interpretamentum minime tolerandum, quin uero, ingenue dicam, quod sentio, a cunctis reijciendum & constantissime pernegandum arbitror. Nam & a grauitate & a proposito Synodi ualde est alienum sic uerba Synodi interpretari, immo, ut cum stomacho loquar, uim apertam ipsis facere. Quis enim unquam uel semidialecticus dubitauit esse contingentia, & possibilia aliter se habere Petrum aut Ioannem esse in gratia? Quæ fuit, aut esse potuit ambiguitas de hoc, ut non censeatur sua uerba Synodus frustra prodegisse, si nihil amplius uoluit statuere? Enimuero qui de istis acute, & theologice disputabant, non de horum singularium secundum ipsa, certitudine digladiabantur, sed de eorum certitudine, quatenus ex creditis poterant nobis innotescere. Neque assecuta quidem fuit Synodus, quod uolebat contra inanem hæreticorum fiduciam, si hoc tantum definiuit. Siquidem nullus hæreticorum credidit, non posse istis subesse falsum, siquidem secundum se considerentur, sed satis esse dicunt, ut certo & firmiter eis assentiantur, in eis assentiendis decipi non posse, quatenus per fidem illa nobis innotescunt. Et inepte nimium deterreret quispiam, Petrum habentem reuelationem de sua iustificatione a certo illius assensu ex hoc, quod ista potest esse falsa, Petrus est in gratia. Diceret enim ille. Esto possit illa secundum se falsa esse, non tamen potest esse falsa, ut mihi reuelata est, & ego quidem non ei certo assentior propter certitudinem, quam in hoc obiecto secundum se uideo, sed propter certitudinem, quam in illo esse agnosco ex diuina reuelatione. Ad eundemque modum omnes catholici responderemus, siquidem aliquis nos incusaret, quod certo & indubitato assentiamur multis futuris contingentibus nobis a Deo reuelatis, cum non dubitemus posse illa aliter se habere. Neque refert illa probata iam esse ab Ecclesia, & ut talia recepta. Satis enim esset, si aliqua nobis sint reuelata, uel ex reuelatis certo inferri agnoscantur, ut quo ad nos infallibilem censeatur habere ueritatem,

A & nos certum eis & indubitatum assensum adhibere possimus, & debeamus. Atque ut nemo sic exponat uerba nostri decreti, illud precor omnes serio secum perpendant, distincta uehementer inter se esse, nullum scire posse certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se esse gratiam Dei consecutum, & de nullo sic esse certum, quod gratiam Dei sit consecutus, ut non possit id esse falsum. Qui dicit, nullum hoc tanta certitudine scire posse, negat possibilem tantam certitudinem ex parte subiecti. Qui autem dicit, de nullo id posse ita esse certum, negat possibilem tantam certitudinem ex parte obiecti. Certitudo autem ex parte subiecti & ex parte obiecti distinctę sunt. Et in affirmatiuis oppositis hoc potest aliquanto clarius fieri. Aliud quippe est, posse Petrum non esse in gratia, & aliud scire, posse illum non esse in gratia. Et ex parte obiecti fieri posset, sic certum Petrum esse in gratia, quin esset certum ex parte subiecti, nempè si Spiritussanctus hoc nobis testaretur, & tamen non indicaret, se id testari. Quare cum Synodus distincta hęc esse pernosset, & clare intelligeret potissimam esse controuersiam de certitudine quo ad nos, & inde maxime confutari posse temeritatem, & pręcipitationem hęreticorum, qui certo assentiuntur eis, quę an certa sint, scire nequeunt, neglexit statuere impossibilitatem tantę certitudinis ex parte obiecti secundum se, & contenta fuit stabilire impossibilitatem ipsius ex parte subiecti, & quo ad nos. Atque hoc postulant illa uerba. Cum nullus scire ualeat &c. Quid est enim dictu nullum posse scire certitudine

B cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei assecutum, quam nemini posse hoc sic esse certum? Neque minus quidem sed aliquanto plus negauit sancta Synodus, dum negauit, posse nos assequi certitudinem fidei, cui non potest subesse falsum, quàm si duntaxat negasset, posse nos consequi certitudinem fidei catholicę. Siquidem quanto fides catholica certior est scientia, tanto certitudine fidei catholicę minus certa esset nostra iustificatio, ut postea uidebimus, si eam ex creditis per fidem catholicam & euidenter cognitis manifesto colligere possemus, & tamen neque tali certitudini subesse falsum posset. Itaque dum patres negarunt nos posse assequi de gratia certitudinem fidei, cui non potest subesse falsum, perspicue asseruerunt neminem posse adipisci ex creditis, etiam cum alijs euidentibus certitudinem de sua gratia, & manifeste docuerunt, nullam esse uiam, qua possimus ea de re tantam cõsequi certitudinem, ut omnem penitus formidinem excludat. Qui enim sciret se esse in gratia per fidem, cui non potest subesse falsum, nullam causam haberet formidandi de sua iustificatione. Nam formido omnis assensuum nostrorum inde procedit, quod uel scimus, uel credimus posse subesse falsum, & ex consequenti in eis decipi, quibus assentimur. Quanquam autem hęc omnia ex ipsis citatis uerbis facile colligi possunt, si iusta & qua par est animaduersione, tantę Synodi uerba expendamus, tamen & ipsa aliquanto dilucidiora possumus facere ex antecedẽtibus & consequentibus uerbis patrum. Si posset quispiam assequi tantam fidei certitudinem

de sua gratia, ut ei subesse falsum nequeat, cur in principio huius cap. fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum suorum, quam iactant hæretici nostræ tempestatis, uanam & ab omni pietate remotam, & contra ecclesiam catholicam magna contentione prædicari patres asseruissent? Equidem ista non dixit sancta Synodus propter causam, ex qua illi uane hanc iactant certitudinem, sed absolute & simpliciter ipsam certitudinem & fiduciam dignam talibus elogijs censuit. Nam eã non perfici absolutionem & iustificationem paulo post statuit. Verum illud urgentius, quod statim adiunxit neminem teneri ad credendum certo suam iustificationem, immo quenlibet posse, dum se ipsum, suanque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia timere ac formidare. Qui per fidem sciret se esse in gratia, aut ex creditis & cognitis euidenter hoc colligi uideret, teneretur utique & hoc de se credere, & certe citra infidelitatis crimen formidare de sua gratia non posset. Et qua rogo consequentia probaretur, posse quẽlibet de sua gratia formidare ex hoc, ꝙ nullus scire ualeat certitudine fidei se gratiam esse consecutum, si sensus horum uerborum non est is, quem iam expressimus? Equidem neque impossibilitas certitudinis fidei catholicę, uel infusæ, uel Theologicæ, aut diuinę inferre satis apparẽter & dilucide potest, quenlibet posse de sua gratia formidare. Hoc autem & perspicue & efficaciter & per propriam causam, & a priori colligitur ex eo, quòd nemo tantum beneficiũ scire potest uia, qua non possit decipi. Vt igitur, & efficax sit, & dignum tanta Synodo hoc argumentum, sic accipienda sunt hæc uerba, ac si apertius dictũ fuisset. Cũ nullus scire possit, uia qua non possit decipi, se esse gratiam Dei consecutum. Et confirmarunt patres hanc sententiam atq; ipsa uelut re in primis necessaria totam doctrinam de iustificatione concluserunt in hæc uerba. *Et quia in multis offendimus omnes, unusquisque sicut misericordiam & bonitatem, ita seueritatem & iudicium ante oculos habere debet, neque se ipsum aliquis, etiam si nihil sibi conscius fuerit, iudicare. Quoniam omnis hominum uita non humano iudicio examinanda, & iudicanda est, sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo, qui ut scriptum est, reddet unicuique secundum opera sua.* Quid exigi potest his manifestius, ut constet diffinitam a sancta Synodo fidei incertitudinem de gratia? An non hic admonentur omnes, ne se iudicent iustos, etiam si sibi nihil conscij sunt? An non iubentur hoc iudicium Deo remittere? Si uero per fidem id posset nobis hoc tempore citra ipsius reuelationem constare, possemus utique absque peccato præuenire iudicium diuinum, & nos hic confidenter iustos iudicare. Et quòd Deum aiunt suo iudicio illuminaturum abscondita tenebrarum, & manifestaturum consilia cordium, & tunc laudem fore unicuique a Deo, palàm indicant iustificationem absconditam nobis esse hoc in mundo, neq; consilia cordium nostrorũ satis nobis ipsis esse posse manifesta, eoque nomine neminem se hic omnino tuto posse aut debere commendare de iustitia, sed eam laudem expectandam esse a iudicio

A diuino. Itaque ex his patet, nullum esse locum relictum concertationibus, quæ hactenus fuerunt de præcipuo puncto huius articuli, & posthac omnes unanimiter catholicos oportere fateri, neminē seclusa reuelatione posse sic scire per fidem se esse in gratia, ac scit per fidem alia, quæ uel a Deo reuelata sunt, uel ex reuelatis cum aliȷs euidentibus consequuntur, ac proinde neminem debere tanta animi firmitate suæ iustificationi, atque ipsis assentiri. Quia non solum subesse falsum potest in assensu nostræ iustificationis secundum se propter contingentiam & fallibilitatem, ut sic dixerim, huius cō plexi, Ego sum in gratia, sed neque peruenire possumus, ut hic diffinitum est a patribus, ad sciendum illud sub aliqua ratione, sub qua non possit esse falsum. Quo modo illud quidem sciremus, si Deus nobis nostram iustificationem reuelaret. Nam tunc sic esset uerum nos esse in gratia, ut quatenus est reuelatum, falsum esse nullatenus possit. Vt uero constet iustissime ita sanctam Synodum censuisse, & sine causa scandalizari, qui feruntur de hac diffinitione pati scandalum, neq; debere amplius aliquas de hac re controuersias tolerari, adnitar & pro uirili nostra contendam, definita a patribus firmissimis argumentis communire, & ad fortia argumenta, quæ in contrarium stant, clare & dilucide respondere.

De testimonio Iob pro incertitudine gratiæ. Cap. IX.

VT agnoscamus obstructas nobis esse & præclusas omnes uias, quibus in fidei, cui non possit subesse falsum, certitudinem de gratia uenire possimus, neque temere iustis eam esse negatam, primo testimo B niȷs scripturæ pro definitione Synodi pugnabo, secundo mirifico consensu doctorum Ecclesiasticorum & antiquorum & recentium, tertio, præualidis quibusdam theologicis argumentis ex notis lumine naturali & expertis uel concessis a fidelibus, &.4. adiungam definitionem sedis Apostolicæ iam olim super hac quæstione pronunciatam. Et primo quidem pro *Iob.9.c.* ueritate ista stat sanctissimus ille patriarcha Iob summopere, & ab scriptura, & a Deo ipso commendatus. Si iustificare, inquit, me uoluero, os meū con demnabit me. Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Quid apertius ille potuit dicere, ut ignotam sibi ostenderet suam simplicitatem, suam innocentiam, suam iustitiam? Quid quòd non solum ignota hæc sibi esse indicat, sed ut timeant, qui suam iustitiam iactant, uel hoc ipsum satis arbitratur, ut prauus & damnandus censeatur, si iustum se, aut innocentem uoluerit ostendere. *Greg.9.* Atque ita hæc explicuit beatus Gregor. qui tantundem ista putat, ac si aper *Mo.17.&* tius Iob dixisset. Quid de aliȷs loquar, qui ipse pro me testimonium ferre *19.* non ualeo? Et ut dilucidum faceret, uoluisse Iob hanc omnibus de se ipsis existimationem persuadere, subiunxit. Quia igitur ab inquisitione nostra torpentes, nos omnino nescimus, aut si subtili nos discussione requirimus, plærunque inter uitia uirtutesque caligamus, recte nunc dicitur. Etiā si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Ac si apertè diceretur. Con-

ditoris contra me iudicia, qua temeritate redarguo, qui ipsum me ex infirmitatis caligine ignoro. Hæc Gregorius. Et in eundem sensum exposuit etiam hæc uerba Innoc. 2. c. ultimo de Purga. cano. Sed & ipse Iob, ut ista apertiora faceret, præmisit de Deo. Si uenerit ad me, non uidebo eum, si abierit, non intelligam. Cum enim Deus ubique sit, & cœlum & terram impleat, neque abesse ab aliquo loco possit, de aduentu nimirum Dei in se per gratiam, & internam consolationem, & de recessu per horum subtractionem, secundum quem, & uenire poterat ad ipsum, & recedere ab eo, loquebatur propheta his in uerbis, & in eis incertum sibi esse indicabat aduentum ad se Dei, uel recessum a se per gratiam. Et quod ait, recessum a se Dei non intelligere, non ea ratione dicit, quod per fidem scire nequeamus Deũ a nobis recedere uel certe in nobis non esse, cum scientes, & de industria eũ grauiter offendimus, sed ideo, quod sæpe nobis nescientibus procul Deus a nobis recedat propter culpas, quas ignoranter admittimus. Itaq; tametsi confirmatissimo erat animo sanctus hic propheta, ne unquam sciens Dei mandata præteriret, quia tamen sciebat posse se per ignorantiam aliquid cõmittere, cuius causa iustissime posset a Deo deseri, etiam cum maxime uerisimile esset eum in se manere, Si recesserit, ait, non intelligam. Vnde Gregorius reddens horũ causam dicit. Sæpe mens dum de uirtutis suæ securitate resoluitur, insidiante aduersario inopinatæ culpæ telo perforatur. Neq; uacant suo pondere, quæ statim sequuntur. Si repente interroget, quis respondebit ei? Nam hæc clare indicant, neminem esse, qui si repente uocaretur a Deo in iudicium, posset ei dignum aliquid, quo se tueretur, respondere. Quamobrem cum is, qui haberet certitudinem fidei de sua iustitia, posset utcunque respondere Deo, & allegare ei suam iustitiam, & bona opera, quę ex illa fecit, atque illa, uel saltem meritis Christi sibi misericorditer iam applicatis, se tueri, & defendere, relinquitur ex hoc, neminem posse tantam certitudinem habere de sua iustitia. Et uehementer idem confirmant, quę mox eximius hic patriarcha subiecit. Qui etiam si habuero quippiam iustum, nõ respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et cum inuocantem me exaudierit, non credo quod audierit uocem meam. Quid aliud his uerbis significat, quam se nequaquam satis certo, & indubitanter de se credidisse, quod inuenerit apud Deum misericordiam deprecationibus suis, etiam cum maxime uerisimile uisum fuit, exauditum se ab ipso, & illius gratiam, & misericordiam assecutum? Vnde & suam hanc sanctam, & doctam ignorantiam magis explicare contendens, continuo adijcit. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Cur ueritus esset sua opera, si certus fuisset de sua gratia? Ille sane, qui est in Dei gratia, & hoc certo scit, cum opera manifeste consona legi Dei facit, scire potest, se habere aliqua bona opera, & grata Deo, & de quibus nulla ratione sit formidandum. Sed quia formidandum est omnibus diuinum iudicium quantuncunque nullius sibi delicti sint conscij, neque in hac uita eo possumus secundum communem

A legem proficere, ut non merito possimus & debeamus de iustitia & sanctitate nostrorum operum hęsitare, euestigio subdidit. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint, uelut mundissime manus meæ, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me uestimenta mea. Neque enim uiro, qui similis mei est, respondebo, neque qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. Quod si sanctissimus hic propheta uerετur omnia opera sua, et ignotũ ad se aduentum domini per gratiam, ignotamque sibi suam iustitiam asserit, neque sibi putabat licere se asserere iustum, neque se audebat credere exauditum a Deo, etiam cum exaudiebatur, & neminem posse Deo respondere, si repente interroget, apertè asseuerat, magna profecto cæcitas, ne dicam insania est, uelle persuadere hominibus iustis, ut se etiam supra omnem certitudinem certo credant iustos esse, & exauditos a Deo, & magna omnino superbia, quod de se quispiam per fidem, certo credat, quæ tantus hic & tam sanctus propheta de se sibi minime audebat suadere. Respondent quidam, Iob tantum contendisse his uerbis suam iustitiam non esse uere iustitiam, si ad iustitiam diuinam comparetur & mundiciam omnem suam sordidam esse, immo sordes, si mundiciæ diuinæ conferatur. Quæ uero potest delusio esse scripturæ si hæc non est? Quid facit ut ignotam sibi suam Iob dicat simplicitatem, quod iustitia sua collata ad diuinam, iustitia non sit? Quid ut non intelligat aduentum in se Dei? Quid ut non credat se exauditum? Denique, quid ut uereatur omnia opera sua? Certè Deus a nobis nõ B exigit iustitiam, quæ ad suam cõparata, etiam nomen iustitiæ retineat. Et in ipso suæ responsionis principio apertè ille asseuerat suã iustitiã neq; cũ illa, neq; cũ diuinis beneficijs cõpositã posse subsistere. Vere, inquit, scio, quod non iustificetur homo compositus Deo. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille. Sed cum iam se hoc modo depressisset, adiecit & se etiam ex eo humiliare, quod nihil in se sciret, quo se posset iustum comprobare. Itaque adulationem, qua ei de sua iustitia uel assentabantur, uel certè assentari poterant sui ementiti amici, uiriliter & magnanimiter his duobus modis a se repulit, & quod ignota esset sibi sua iustitia, & quod illa quantacunque esset, longe inferior ea esset, quàm & Dei sanctitas, & diuina in se beneficia postulabant. Alij aiunt, Iob citatis in uerbis tantum docuisse, neque se, neque alium quempiam innocentem posse se asseuerare, & immunẽ ab omni peccato. Sed peccata uenialia, neque iustitiam tollunt a iustis, neque simplicitatem. Et qui se iustũ per fidem crederet sciret se simplicẽ & Deum ad se uenisse, & ab eo se exauditum, neq; uereretur omnia opera sua, & respondere Deo utcunque posset, etiam si multis leuibus peccatis obnoxium se agnosceret. Quare cum Iob omnia illa a se longe fuisse, clare affirmauerit, palàm indicauit, non hoc tantum sibi ignotum dicere, quod immunis esset ab omni peccato. Tandem & alius dicit hunc esse proprium & egregium huius loci sensum, quod quanuis sciret se esse iustum nolebat tamen suam iustitiam ut temerarius iactare, & quasi suã

Respon. 1.

Impugnatio.

Respon. 2.

Impugnatio.

Respon. 3.

obijcere illam in Deum ipsius autorem. Si sic tamen liceat scripturas exponere, quid poterit ex eis esse certum? Iob dicit se ignoraturum suam simplicitatem, etiam si simplex fuerit, neque aduentum ad se Dei nosse, neque credere se exauditum, etiam cũ exauditus fuerit a Deo. Et tu dicis, Iob hæc quidem de se nouisse, sed ex humilitate noluisse Deo suæ iustitiæ autori illã obijcere? Aliud est, aliquod Dei in nos donum scire, aliud illud esse à nobis existimare. Et Iob utrunque alienum esse a se affirmauit. Deinde. Iniquum est quod Iob absolute à se remouet, nos coarctate tantum & limitate ab eo tollere. Ille dicit, se hæc in se non agnouisse, tu dicis sensum esse, non agnouisse hæc a se habere? Ille ait, neque iustum, neque innocentem se posse pronunciare, tu inquis, sic esse hoc intelligendũ, quod non poterat pronunciare hęc a se habere? Et cur, precor, ut prauus esset, & merito condemnandus, satis erat hæc de se affirmare, si certus de ipsis erat per fidem? An non poterat citra iactantiam hæc de se affirmare? Quomodo etiam ista tanta scientia potest stare cum tanta formidine, quanta illa uerba explicant, Verebar omnia opera mea &c? Equidem qui uereri se affirmabat omnia opera sua, non tantum insinuabat, se non credere se habere bona opera a se, sed & palàm asserebat se nescire, an opera sua placerent Deo. Vnde & Gregorius in hæc uerba. Sunt nonnulla, quæ sciri a nobis facile nequeunt. Nam sępe recto studio contra delinquentium culpas accendimur, & cum ultra æquitatis metas per iram rapiamur, hoc zelũ iustæ districtionis æstimamus. Et cum prædicantis mens utiliter placere studet, ad amorem laudis propriæ turpiter defluit. Atque ita horrendo modo, unum idenque quis culpa peragit, quod uirtus inchoauit. Et cum multa in eandem sententiam eleganter adiungat, tandem subdit. Humanus animus immensa cogitatione caliginosus semetipsum etiam discutiendo non penetrat. Sed transeamus ad alia testimonia.

Impugnatio. — *Grego.9. Mora.10.*

De testimonijs Dauidis & Salomonis pro incertitudine gratiæ. Cap. X.

COncinit & huic præcellenti Prophetę regius psaltes dicens. Delicta quis intelliget? Si uidentur tenebrę, ait Augustinus super hęc uerba, intelliguntur delicta. Et.c.9. de contritione cordis incomprehensibilia nobis dicit esse, & infinitam quandam abyssum. Vnde & Dauid persuasus, sua se non posse intelligere delicta, & agnoscens nobis, ut hominibus quędam, etiam nescientibus subrepere, & quibusdam ut homines nonnunquam pręoccupari, ac palàm professus se non habere certitudinem fidei de sua iustitia continuo addidit, Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Si autem intelligere non possumus nostra delicta, et cum maxime nos immunes putamus, tum nescientes sępe delinquimus, quomodo rogo, poterimus certo scire nos mũdatos & iustificatos ab omnibus nostris delictis? An non est sufficiens impedimentum nostrę iustificationis delictum per ignorantiam commissum? Hisque accedit, quòd mandata domini, sine quorum transgresione nemo delinquit, multo clariora sunt & certiora, quam nobis sint, quę necessaria sunt ad consequendã remisionẽ pecca-

Argum.2. Psalm.18. August.

A peccatorum. Itaq;, si non impediente claritate, & luce mandatorum diuinorum sæpe per ignorantiã peccamus, atq; ob id nemo põt sua satis intelligere deli cta, multo minus intelligere quispiã poterit, se fecisse oĩa necessaria ad haben dã remissionẽ pctorum. Respõdet quidam Aug. & Hier. hęc uerba retulisse ad eos, qui delictis & criminibus obuoluũtur, & cũ sint ĩ tenebris, sua nequeũt intelligere delicta. Sed qui dixit, Delicta quis intelligit, non ad solos pctores referebat sua uerba, sed uel rarum uel nullũ ex oĩbus ea satis posse intelligere in dicabat. Vnde Hil. in illa uerba, Qm̃ quis audiuit? Vbi dicit, quis, rarus signi ficatur, aut nullus. Nullus scdm illud, Quis similis tui in Dijs dñe? Rarus in eo qd dicit. Quis dabit ex Sion salutare Israel? Et cũ adiũxit Dauid Ab oc cultis meis mũda me dñe, palã faciebat ad se etiã putasse pertinere, quod di xerat. Delicta quis intelligit? Neq; tñ uerisimile est, & tum, cũ ista cecinit, ob uolutum eum fuisse criminibus & in tenebris pctorum. Et in cõibus cõmenta rijs Aug. & Hier. sic ad pctores ista referũt, ut tñ si oĩa spectetur, etiam iustis postea aptetur, & generaliter pronũcietur, neminẽ plene scire posse delicta, nisi Deũ, qui scrutator est cordiũ, & ea põt dimittere. Et in hũc sensum expo nunt ea Hiero. in. 1. & 2. Dial. cõtra Pelag. & Bern. ep. 42. & Ansel. & Alex. Halen. in expositione illorum Pauli uerborum. Nihil mihi cõscius sum &c. At que hãc expositionẽ sequũtur passim Theologi Scholastici. Dicũt tñ alij & quidẽ uerisimilius, hæc Dauidis uerba de uenialibus intelligi, atq; ita inter pretatũ ea fuisse Bern. in Cant. & propterea eruditos nõ delicta, sed errores

Respon. 1. *Impugnatio.* *Hilarius in psal. 58* *Regula pro interrogatiõibus scripturæ.* *1. Cor. 4* *Respon. 2.*

B aut ignorãtias iuxta Hebraicã ueritatẽ hic transtulisse. Cũ mortalia tñ uerius sint, & magis ꝓpriæ delicta, ac magis nos coinquinẽt quã uenialia, cur hæc ad sola uenialia coarctetur? Deinde sancti uiri ꝓpter utraq; pctã iugiter uiũ tur hac oratione. Ab occultis meis mũda me dñe. Ergo antecedẽtia etiã ad utraq; delicta referenda sunt. Neq; Bern. sic ad uenialia refert, ut ad mortalia referri non posse crediderit. Et qui errores aut ignorantias pro delictis uer terunt, non idcirco ad sola uenialia hæc spectare docuerunt. Sunt enim & ignorantiæ aliquæ lætales, ut sexcentis scripturæ locis Hieron. docet in fine 1. dialogorum in Pelagianos. Explicuit & hanc ueritatem, & parentis sui doctrinam confirmauit sapientissimus Salomon illis uerbis. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato? Nam huiusmodi interrogationes, & in sacris literis, & apud doctissimos quosq; autores uim habent frequenter uniuersalium negationum. Vnde & Hieronymus in Ioe lis uerba, Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus? Quod ait, quis, aut im possibile, aut difficile sentiendum est. Perinde itaq; est dictu, Quis põt dicere mũdũ est cor meũ, ac si apertius diceretur, Nemo uere potest dicere. Vnde Glossa hic dicit, nullũ hoc posse dicere, nisi ex speciali gratia Dei. Referũt qui dã ista uerba ad uenialia, et ideo putant Salomonẽ ea dixisse, quia nemo po test dicere se esse sine ueniali iuxta illud Ioan. si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Sed certe qui est in gratia, mundũ habet cor, & qui certo sciret, se esse in gratia, certo posset scire aliquoties se esse sine pec

Impugnatio. *Hiero.* *Argu. 3.* *Pro. 20. b* *Hieron. in Ioelis. 2.*

cato. Etenim uenialia multa habent remedia, de quorum applicatione no- C
Argum. 4 bis poteſt certo conſtare. Sed ſi hoc non ſufficiat teſtimonium, certè omni-
Eccl. 9. a bus ſufficere deberet, quod in Eccleſiaſte idem Salomon ſcribit. Sunt iuſti, atque ſapiẽtes, & opera eorum in manu Dei. Et tamen neſcit homo, utrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur incerta, eo quòd uniuerſa ęque eueniant iuſto & impio. Expendamus bene omnia, neque dubitabimus eis aduerſari, qui dicunt, aliquos iuſtos uel ſapientes poſſe ex lege communi ſcire ſe eſſe in gratia Dei. Primo. Qui ſcirẽt, ſe eſſe in gratia Dei, ſcirent utique ſe eſſe ex miſericordia Dei dignos ipſius amore. Qui ergo dixit neminem ſcire poſſe, an amore Dei ſit dignus, clare profeſſus eſt, neminem ſcire an ſit in Dei gratia. Item. Si ſcire poſſumus nos eſſe Deo gratos, non omnia igitur in futurum ſeruantur incerta. Verum hoc tam clarum, &

Obiectio. tam urgens teſtimonium uarijs uijs obſcurare, & eneruare multi contendunt. Et proteſtantes, ac nominatim Bucerus grauiter accuſant nos, & inſimulant, quod ut pacis componendæ inimici detorqueamus Salomonis uerba, & in alienum ſenſum rapiamus, docentes homines, etiam cum actu perpetrant maxima flagitia, neſcire, an in odio ſint Dei. Putantque ipſi genuinum Salomonis ſenſum fuiſſe, neminem, ex illis, quæ extrinſecus apparent, certum poſſe habere argumentum internæ ſuæ caritatis & iuſtitiæ. Et

Duplex aliorum expoſitio. quidam ex noſtris hanc expoſitionem ipſorum ſequuntur, & Hieronymi putant fuiſſe. Adeoque forte exiſtimant argumentum eorum de peccatoribus cognoſcentibus per fidẽ ſe eſſe in Dei odio, ut propter illud neceſſe putent uel iſtam expoſitionem acceptare, uel certè hæc uerba ad diuinam prędeſtinationem & reprobationem referre. Sed qui hæc nobis obijciunt, parum aduertunt, quæ Salomon præmiſit illis uerbis, Neſcit homo &c. Ideo inſpirante Spiritu ſanct. præmiſit illa uerba. Sunt iuſti, atq; ſapientes, & opera eorum in manu Dei, ut de iuſtis duntaxat intelligerentur, quæ ſequuntur, neque ad peccatores transferrẽtur, qui per fidem poſſunt ſcire ſe eſſe in odio diuino. Hoc enim eſt, quod maxime Salomonem in admirationem & ſtuporẽ adducebat, quòd neque iuſti neque ſapientes, tametſi Deo cari ſint, et omnia alia probe dijudicare nouerint, poſsint in hac militia de ſe ſcire, Deo ne ſint cari, an exoſi. Et cum Salomon abſolute pronunciet, neminem eorum hoc ſcire poſſe, perperam profecto faciunt, qui ad ſuum ſenſum repugnantem literam coarctantes, affirmare audent tantum uoluiſſe Salomonem docere, neminem hoc ſcire poſſe ex extrinſecis ſignis uel argumentis. Neque aſſequuntur profecto, ut pace eorum dixerim, mentem Salomonis. Non ille in hoc adiecit illa uerb, Eo quod uniuerſa æque eueniant iuſto & impio, ut limitaret, quæ prædixerat, ſed ut confirmaret, quam aſſeruerat uſtorum de ſua gratia uel odio incertitudinem, & ipſius aliquam explicaſaret cauſam. Et argumentum Salomonis tale eſt. Si con ſtare poſſet qui eſſent Deo cari, maxime conſtaret ex eo, quod proſpera eis cuncta ſuccederent. Et ſi ſcire poſſemus, qui eſſent extra gratiam Dei, maxime hoc collige-

Reſponſio

D

A re possemus ex aduersitatibus, & infortunijs, quæ patiuntur. Nam quos amamus, solemus beneficijs, prosequi, & contra mala inferre eis, quos odimus. Verum ex hac parte nemo potest non solum certo, sed neque probabiliter colligere odium, aut amorem diuinum. Vniuersa enim æque eueniũt iusto & impio. Nulla igitur ex parte scire possunt iusti, an sint in odio, an in amore diuino. Quod si alicũde hoc sciri potest, non solum non fuisset efficax, sed quidem nec apparens hic discursus. Quare & hac ratione, ut argumentum Salomonis maneat in suo uigore, obstrusas deberemus nobis dicere omnes uias, quibus tanti arcani certam omnino possimus adipisci noticiam. Et cum doctores aliqui pij ut Bernard. Hugo Cardi. Ioan. Gerson in de mystica theologia, & Dionysius Cartusiensis ad prædestinationem & reprobationem hæc uerba Salomonis referunt, non sic existimandi sunt eo ipsa retulisse, quasi non etiam hinc constare crediderint, nemini posse hic suam gratiam secundum præsentem institiam notam esse. Vtrunque enim uerum est hinc cõuinci. Nec ea ratione potest quis euadere, quod ubi duo sunt sensus scripturæ, licet utrunuis sectari, neque necesse est alterum acceptare. Non duo sunt huius loci sensus, sed unicus, isque apertissimus. Et eo duo negantur, & simpliciter asseritur, neminem iustorum posse communi lege scire, an ametur a Deo, neque secundum præsentem iustitiam, neque secundum æternam prædestinationem. Nam utrunque exclusit, qui dixit omnia in futurum seruari incerta, & hominẽ nescire an amore sit dignus. Siquidem uterq; amor, uerus amor est, neq; aliud est, omnia in

B futurum seruari incerta, quam hoc tempore nullam de his haberi certitudinem. Quare prudentissime Alexander Halensis. S. Tho. S. Bona. Scotus, Nico. & alij ad amorem etiam secundum præsentẽ iustitiam retulerunt hęc uerba. Et iniuriam profecto faciunt, & quidem non leuem diuo Hieronymo qui aliter putãt eum interpretatum fuisse hunc locum. Esset tamen hoc utcunque tolerabile, si non & alij propter uerba quædam falso ex eo citata, etiam in opposita sententia eum fuisse contenderent. Sed Deo dante uindicabimus ipsum ab utraque iniuria, & apertissima postea testimonia ipsius pro nobis proferemus. Nunc ne dubitemus in eum sensum ab eo accepta hæc Salomonis uerba, quem statim explicuimus, quæ in ipsa edisserit, attente audiamus. Pro citatis uerbis ex communi trãslatione ipse sic habet in textu. Et quidem caritatem, & quidem odium non est cognoscens homo, omnia in facie eorum. Et in commentarijs sic legit. Et insuper neque amicitias, neque inimicitias scit homo, sed omnia corãm eis incerta. Et hæc ita continenter exponit. Porrò hic sensus est. Etiam in hoc dedi cor meum, & scire uolui quos Deus diligeret, & quos odisset & inueni iustorum quidem opera in manu Dei esse, & tamen utrum amentur a Deo, an non, nunc eos scire non posse, & ambiguo fluctuare, utrum ad probationẽ sustineant, quæ sustinent, an ad supplicium. Vides, ut ad solos iustos uerba Salomonis referat, & palàm asserat eum sensisset, non posse illos scire utrum amen- Hieron.

tur a Deo, an non? Sed audi, quid statim adiungat. In futuro igitur scient, C
& in uultu eorum sunt omnia, idest, antecedit eos, cum de uita hac discesserint, notitia istius rei, quia tunc est iudicium, nunc certamen. Et quicunque aduersa sustinent, utrum per amorem Dei sustineant, ut Iob, an per odium, ut plurimi peccatores, nunc habetur incertum. Et paulo post ita subdit. Non putant simplices esse iudicium, quod in futuro sit discrimen, & hic confusa sunt omnia. Quod autem ait, Euentus est unus omnibus, iusto & impio, siue angustiarum, siue mortis significat euentum, & idcirco neque caritatem Dei eos in se nosse, neque odium. An non hic agnoscis Hieronymum apertè affirmare iustis ex sententia Salomonis incertū esse, an in caritate Dei sint, quia oīa perinde illis, ac impijs succedit. Ego quidē q̄d potuerit ille pro nostra sentētia, aut apertius, aut dilucidius scribere, nō intelligo.

De testimonijs Danielis, Ioelis, Ionæ, & Petri, atque Ecclesiastici pro incertitudine gratiæ. Cap. XI.

NEque obscure eandem ueritatem nobis tradiderunt Prophetæ alij, cum non absolute remissionem peccatorum pollicebantur pœnitentibus, sed cum quodam hæsitationis temperamento. Illis notis hæsitationis forsan, fortè, forsitan, quis scit, quibus non semel usi sunt, indicabant nimirum se non audere polliceri certitudinem de iustificatione, neque
Argum. 5. debere pœnitentes, mox ut uiderent se suorum peccatorum pœnitere certo suam sibi iustificationem persuadere, sed duntaxat sperare, & confidere se ex Dei misericordia gratiam & remissionem peccatorum assecuturos. D
5. Prob. Daniel ad Nabuchodonosorem regem ita ait. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperū. Forsitan ignoscet Deus de-
Dan. 4. e
Hiero. lictis tuis. In quæ uerba Hieronymus ita scribit. Cum Daniel præscius futurorum, de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter ueniam pollicentur peccantibus. Et licet Melanchthon in Apologia confessionis Augustanæ præter rē dicat, adiectā esse a diuo Hieron. dubitatiuā particulā, et multo imprudentius eū disputasse incertā esse remissionē peccatorum, ego imprudentiā istā Hier. ac si uolunt, stultitiam toti suæ & suorum calliditati
Cyp. multis nominibus antefero. Legi quidē apud Cyp. in serm. de eleemosyna hoc testimoniū sine particula ulla, aut nota hæsitationis, ita uidelicet. Et erit Deus parcēs delictis tuis. Neq; ignoro alios eā notā intermisisse, & sic uertisse. Id. n. erit sanitas pro errore tuo, uel sic. Id. n. erit sanitas ad pacē tuam. Immerito tn̄ dicitur præter rem adiecta particula dubitatiua, a Hier. cum ei respōdeat Hebraice, uel Chaldaice particula illa הן q̄ nūc, Ecce, nūc Si, latine reddi pōt. Et si pro si, ibi ponit, optime est explicatus sensus p forsitā, neq; 70, neq; sctēs Pagninus, neq; autor æditionis Tigurinæ, quisquis ille fuerit, particulā istā dubitatiuā intermiserūt. Septuaginta. n. sic uerterūt ἴσως ἔσται μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου. Quod ad uerbum sic pōt latine reddi, Fortè erit lōganimis delictis tuis. Pagninus āt sic uertit. Si forte sit, plōgatio paci tuę. In Tigurina aūt ęditione sic lego. fortasse felicitas tua prorogabitur.
Et pru-

A Et prudentissime Hieronymus credidit eo temperamento Danielem fuisse usum, cum uideret eodem apertissime fuisse usos alios prophetas. Sed transeamus ad eorum testimonia quae manifeste reuincent aduersarios, neque ulli calumnię, uel tergiuersationi locum dabunt. Ioel, cum exhortaretur Dei populum, ut conuerteret se in toto corde ad dñm, quia benignus, & patiens est, & pręstabilis super malicia, statim adiecit. Quis scit, si cõuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Super quę uerba eruditissime, ut assolet Hieron. prophetę nomine ita scribit. Ne desperetis ueniã, scelerum magnitudine, quia magna peccata magna delebit misericordia, & si nos egerimus pœnitentiã, & ipsum pœnitebit cõminationis suę, et mala q̃ cõminatus est, nobis non inferet, nostraq; mutatione sententiae, & ipse mutabitur. Et statim addit. Sed ne forsitan magnitudo clementiae nos faceret negligentes, adiunxit. Quis scit, si cõuertatur, & ignoscat Deus? Ego, inquit, hortor, quod meum est, ad pœnitentiam, & Deum ineffabiliter noui esse clementem dicente Dauid. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Sed quia profundum diuitiarum sapientiae & scientiae Dei nosse non possumus, sententiam tempero, & opto potius quam praesumo dicens. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat? Quod ait quis, aut impossibile, aut difficile sentiendum est. Haec ille. Apud Ionam etiam ex ore regis, & principum ipsius sub his uerbis indicta est pœnitentia Niniuitis, & ieiunium. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore irę

Ioel. 2. c.

Hieron.

Psalm. 50.

Ion. 3. d

B suae, & non peribimus. In quae uerba Hieronymus. Illud quoque, quod dicitur, Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus? Ideo ambiguum ponitur, & incertum, ut dum homines dubiį sunt de salute, fortius agant pœnitentiam, & magis ad misericordiam prouocent Deum. In eundem modum princeps Apostolorum Petrus Simonem magum exhortatus est ad pœnitentiam his uerbis. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hęc cogitatio cordis. Cur prophetę isti, & Petrus, qui constantissime pręedicabant Deum misericordem esse, & ualde pręstabilem super hominum maliciįs, istis hęsitationis notis utebantur, nisi, ut docerent, non leuiter oportere credere nos esse iustificatos, neque statim ad qualencunque pœnitentiam debere nobismetipsis promittere remissionem peccatorum? Mihi quidem, ut ingenue dicam, quod sentio, sic olim locuti prophetae isti uidentur, ut iam tum deterrerẽt iustos ab ista certitudine remissionis suorum peccatorum, quam quidam his temporibus iustificatis omnibus persuadere moliti sunt, & ea forma loquentes arma nobis subministrasse uidentur, quibus omnes hos, ut sic dicam, certitudinarios reuinceremus. Qua etiam de causa ab Ecclesiastico dictum est. De propitiato peccato, uel ut aliį uertunt. De propitiatu peccati, uel ut ad uerbum melius possemus uertere uerba Gręca his respondentia περὶ ἐξιλασμοῦ. De propitiatione, uel placatione, noli esse sine metu. Enimuero de propitiatis peccatis, aut de propitiatione peccatorum nostroꝝ nunquàm iuberet ille, ut semper

Hieron.

Actuũ. 8. d

Argu. 6.

Eccl. 5. b

essemus cum metu, si certi possemus esse ex fide, de eorum remissione. Sine C
pœnitentia quidem sunt dona Dei, & certissimum est, nunquàm eum retra-
ctare sententiam suam de remissione peccato℞, neq; imputare amplius ad
culpā peccata, quæ semel condonauerit. Qui ergo præcipit de remissione
peccatorum non esse omnino absque metu, docet manifeste neminem de-
bere sibi certo & absque ulla hæsitatione eam persuadere. Quare Nico. Ly-
ranus ex his uerbis colligit etiam de peccatis nobis per pœnitentiam remis
sis non debere nos esse omnino securos, quia nescimus, an fuerit eorū pœni
Raban. tētia sufficiens. Et Rabanus ante ipsum in commentarijs in Ecclesiasticum,
qui habentur Venetijs in bibliotheca præclari nostri cœnobij sancti Fran-
cisci a uinea, his uerbis admonitos omnes esse putat, ne nimium simus secu-
ri, & omnino sine metu de adepta uenia peccatorum. Quis enim ait, scit, si
conuertatur & ignoscat Deus. Et quæ statim addit, neque adijcias peccatū
super peccatum, & ne dicas, Miseratio domini magna est, multidinis pecca-
torum meorum miserebitur. Misericordia. n. & ira ab illo cito proximant,
& in peccatores respicit ira illius, non in hunc sensum accipienda sunt, quasi
propter peccata posteriora Deus imputet etiā priora, & reuocet misericor-
diam exhibitā, atque ideo, neque de peccatis remissis debeamus esse securi.
Quid hoc absurdius? Quid magis a diuina iustitia, & misericordia alienū?
Ideo potius hæc adiecta sunt, ut confirmarentur priora. Quia. n. ex nimia
fiducia de remissis peccatis, proficisci maxime posset, ut addamus peccata
pctis, ne ex hac cōfidētia id faceremus, admonuit iræ diuinæ Ecclesiasticus, D
uerendūq; esse, ne Deus qui pctā priora cōdonauit misericorditer, nouis sic
irritetur offensis, ut ob tanti beneficij ingratitudinem posteriora nunquàm
condonet, neque apud eum amplius locus sit ullus gratiæ, quam non ob-
stantibus prioribus peccatis iam inueneramus.

De testimonijs Pauli pro incertitudine iustificationis. Cap. XII.

Argu. 7. 1. Cor. 4. a HAnc itē incertitudinē iustificationis apertissime oēs docuit Paulus in
priore ep. ad Cor. Fuit quidē ille, certus per reuelationē diuinā nō so
lū de sua salute, sed & de sua prædestinatione, tñ uel q nondū eā reuelationē
habuerat, uel q humano more de se, quatenus scientia humana poterat sibi
esse notus, loquebatur, absolute ait. Nihil mihi, conscius sum, sed nō in hoc
iustificatus sum. Quòd profecto nō est aliud dictu q̃ qd nos aliquāto aper-
tius possemus sic dicere. Nihil mihi cōscius sum, sed non ideo iustificatū me
esse credo. Possum. n. apud Deū, cui melius notus sum, quā mihi ipsi, reus es
Idē in hoc se alicuius delicti, cuius mihi nō sum cōscius. Neque nouū, aut insuetū est in
et propter scripturis accipe, in hoc, pro, pp hoc, aut, ex hoc, aut, p hoc, uel, ideo. In hoc
hoc. scimus, ait Ioan. qm̄ cognouimus eū, si mādata eius obseruamus. Et iter℞. In
1. Ioan. 2. a hoc scimus, qm̄ in ipso sumus. Et frequētissime accipiē in scripturis, in, pro,
Ibidem per, & latine dicimus. Facies tu quidē istuc, sed nō in hoc obtinebis grām re
1. Io. 4. c gis, pro eodē quod est, sed nō ea causa, uel eo nomine obtinebis gratiam re
Amb. gis. Et ita intellexit hūc locū diuus P. Amb. Apertū est, ait, quia cōsciētiā pu

A rā habēs, solicitus de se nō erat. Sed humiliat se, & loquitur ut hō, qui possit peccatum incurrere nescius. Et aliquāto apertius in eundē sensum exposuit Apostolū Hier. 2. lib. dialogoꝝ aduersus Pelagianos. Pōderās. n. hęc uerba, ita scribit. Qui hoc dicebat, nullius utiqꝫ peccati sibi conscius erat, sed quia le gerat, delicta quis intelligit? Et sunt uiæ quæ uidentur uiro iustæ, nouissima aūt eoꝝ respiciunt in profundū inferni, & iteꝝ, Oīs uir uidetur sibi iustus, Deus autē corda hoīum dirigit, idcirco temperabat sententiam ne fortè per ignorātiā deliquisset, maxime cū scriptura testetur, Est iustus, qui perit in iustitia sua, & alibi, Iuste quod iustū est, sectaberis, ne opinione ueritatis a iustitia declinemus recordantes Saulis & Achan. Hęc Hier. Et in eandem sententiam intellexit hæc uerba Aug. super illa uerba Psal. 41. Abyssus abyssum inuocat. Atque ex his probat abyssos esse oēs iustos, & oēs sanctos, quantuncunqꝫ proficiant, & abyssum fuisse ipsum Apostolū. Quāta, inquit, abyssus sit, audite. Tantā profunditatem credit esse in homine, quæ lateat ipsum hominē, in quo est. Cum. n. dixisset. Nihil mihi cōscius sum, adiecit, sed non in hoc iustificatus sum. Et Chrys. tractans hæc uerba ita scribit. Nemo tñ Paulum ut stultū reprehēdat, quod neminē dignū dicit, qui de ipso ferat sententiam. Primum. n. non propter se hoc dicit, sed propter alios. Præterea. Neque Corinthios tm̄, sed se ipsum quoqꝫ hoc priuat iudicio, quod cognitione sua maius testatur. Subdit. n. sed neqꝫ me ipsum iudico. Et quia accidit hominem in quibusdā peccare, quæ peccata esse ignorat, non se irreprehensibilē arbitratus est, sicqꝫ indignum esse, qui ab aliis iudicaretur. Sed eorū os
B obstruit, qui sine ratione hoc faciunt. Et addit. Quod si in quibus ipse peccaui, nihil certo mihi conscius sum, quo pacto dignus fuero, qui de aliis feram sententiam? Qua aūt ratione, si res meas non satis exploratas habeo, aliena potero iudicare? Etenim ita loquebatur, non ut seipsum irreprehensibilem diceret, sed ut si quispiam apud eos inueniretur, qui nihil peccasset, neqꝫ hūc dignum fore, qui cœterorum uitam examinaret, ostenderet. Ansel. etiam in cōmentariis huius loci sic ex eo colligit. Nullius itaqꝫ peccati conscius erat, sed quia legerat, Delicta quis intelligit, sñiam tēperauit, ne fortè per ignorantiā deliquisset. Ideo addidit. Sed nō in hoc iustificatus sum. Sed apertius multo mellifluus Bern. in hunc sensum hæc uerba interpretatur in ep. 42. quę est ad Henricum Senonensem archiepiscopum. Prauū inquit est cor hominis, & imperscrutabile, ita ut nemo sciat, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui in eo est, sed neque ipse plene. Nam cū Apostolus diceret. Mihi pro minimo est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die, adiecit. Sed neqꝫ ego me ipsum iudico. Quare? Qm̄ non possum, ait, ratā de me proferre sñiam. Ego enim nihil mihi cōscius sum, nō tñ in hoc iustificatus sum. Non ex toto credo me, uel ipsi conscientiæ meæ, quippe cū ne ipsa quidē queat me cō prehēdere totū. Neqꝫ pōt iudicare de toto, qui totū nō audit. Qui aūt iudicat me dñs est. Dñs, inquit, cuius utiqꝫ sciētiā nō fugit, sñiam nō subterfugit, etiā qd propriā latet cōsciētiā. Audit Deus in corde cogitātis, qd nō audit uel ipse,

Hieron.
Augus.
Chrys. ho. 11. super. 1. Cor.
Ansel.
Bernar.
1. Cor. 4. 4

S. Thom. qui cogitat. Hucusq; Ber. Et in eundẽ sensum interpretati sunt hũc locũ Glo. C
Caie. ordinaria, Alex. Halen. S. Tho. Caie. Nicolaus Lyranus, & Alex. de Alexã
Nico. Ly. dria generalis quodã minister nostri ordinis. Qm̃ aũt testimoniũ hoc aptissi
Alex. ui. de mũ uarijs expõnibus multi obscurare & labefactare conati sunt, libet oẽs il
Alex. las in mediũ pducere, & aptis arg. refellere, ut liberius, et planius statuere po
Alienæ q̃-stea possimus germanũ, & genuinũ sensum Pauli. Lut. in ar. 4. suarũ assertio
dam Pau. nũ Paulũ tm̃ hic docuisse affirmat, nullũ iustificationis arg. sumi ex operum
expositio- qualitate & probitate. Atq; hanc interpretationẽ mordicus sui discipuli se-
nes. ctantur. Atqui Paulus nõ solum dixit, se non audere asserere iustum ex hoc
Expo. 1. quod nihil sibi conscius esset, sed simpliciter iudiciũ de sua iustitia à se remo-
Impugna- uit, & i Deũ trãstulit, & ita se nõ posse iudicare explicuit, ut alij, neq; poterãt,
tio. neq; debebãt eũ iudicare, ac tãdẽ, ut mox uidebimus, ab his occultis & arca
Expo. 2. nis iudicãdis, ut usq; in diẽ iudicij abstineremus, admonuit. Alij dicũt, nõ as-
seruisse Paulũ, se nõ esse iustificatũ, sed nõ esse iustificatũ in eo, qđ nihil sibi cõ
scius erat. Nãq; iustificatus erat una Chrĩ grã, & nõ pprĩũ iudiciũ, sed Deus
Impugna- est, qui iustificat. Sed quid opus erat, tam ineptã opinionẽ refellere? Quis ita
tio. poterat desipe, ut ignorãtię illi, seu nesciẽtię uirtutẽ iustificãdi tribueret? Neq;
ad rẽ, quã agebat, hoc ptinebat, neq; antecedẽtia, aut cõsequẽtia tã alieno sen
Expõ. 3. sui aliqua ex parte, uel in specię cõueniũt. Alij euadere se putant hoc argum.
dicẽtes, Paulũ nõ hic egisse de iustificatione, qua quis apud Deũ iustus est, sed
de iustificatione in sui muneris, & dispẽsationis fideli administratione, & fun
ctione, de qua statim dixerat. Hic iã quærit̃ inter dispẽsatores, an fidelis quis D
Impugna inueniat̃. Quorsum uero hic meminisset iudicij diuini, & ad illud puocasset,
tio. & simpliciter se nõ esse iustificatũ, quia nihil sibi cõscius esset, asseruisset, si tm̃
de fidelitate ministerij & dispẽsationis suę, quę & iudicijs humanis subest tra
ctasset, & nõ potius ex hac occasione arcanũ & secretũ nrę iustitię obiter do
Expõ. 4 cere uoluisset? Alij de absoluta, & pfecta iustificatione Paulũ locutũ esse asse-
uerãt, et ideo dixisse, nõ se esse iustificatũ in hoc, q nihil sibi cõscius erat, quia
obrepũt hic iustis sępe, ipsis nesciẽtibus, aliqua peccata uenialia. Pro hac snĩa
putãt se habere Aug. testimoniũ, quod ex libro de uera & falsa pnĩa, refert̃ a
Impugna- Gratiano de pnĩa. d. 3. c. Adhuc instãt quidã. Attñ cũ iustus dicat̃, & nõnulla
tio. laude sit dignus, quicũq; in Dei grã est, et si multis obnoxius sit pctĩs uenia-
libus, qui asseruit sibi non esse satis, ut se iustum pronunciaret, nihil sibi con-
sciũ esse, & expectandã laudẽ iustitiæ docuit a iudicio diuino, quod omnia
manifestabit, clare ostendit, se non solũ sibi non tribuere iustificationẽ abso-
Expositio lutã & perfectã, sed neq; imperfectã, aut inconsummatã. Et c. citatũ a nobis
ca. Adhuc stat magis, quã contra nos. Neq;. n. ad sola uenialia sunt referẽda uerba, qui-
instant. bus dicitur Paulus non se cõfirmasse absque pctõ, sed dubitasse, cũ hęc dixit,
se peccare, hoc est, se esse in pctõ aliquo prius admisso. Nã si ad sola uenialia
hæc referrentur, nõ confutarentur ex eis, qui negabant pœnitentibus indul
gẽtiam mortalium. Quod quidem propositum est, & scopus illius. c. Ideo
uero putatur & illud. cap. cõtra nos militare, quia parum aduertitur, etiam
cum studio uehemẽti seruiendi Deo, & cum spiritu prophetię fieri posse, ut

A per ignorantiam admittamus aliquod peccatum. Quare & hac ratione poterat Augustinus dicere, Paulum non fuisse ausum se confirmare absq; peccato, etiam si certus esset se habere spiritum Dei, & rectissimam intentionē illi seruiendi. Sed ut ingenue dicam, quod sentio, tam perplexa sunt uerba illius cap. & tam parum secum cohęrent, ut uix possim credere esse Augustini. Mittamus igitur, & ualere iubeamus omnes has uiolentas & Paulo indignas expositiones, & ex omnibus hinc inde circumiacentibus genuinum ostendamus eum sensum, qui nobis est a patribus nostris iam traditus. Nō erat sane Pauli propositum in hoc loco prædicare gratiam Christi, neq; explicare causam, unde potissimum nos iustificemur. Neq; si hoc uoluisset necesse fuisset, ut diximus, refellere, non esse causam nostræ iustitiæ nescientiā delicti in conscientia. Propositū Pauli in hoc loco erat, ab eo deterrere schismate, quod inter Corinthios tum maxime uigebat, ut quidam se esse dicerent Pauli, alij Apollo, alij Cęphæ. Et cum ab hoc deterruisset schismate, & docuisset non esse diuidendum Christum, neq; gloriandum in hominibus, quandoquidem omnes ipsi ministri essent Christi, in usus, & commoda eorum a Deo electi, sumpta ex hoc occasione, huiuscemodi quæstionem subiunxit inter eos esse, an fidelis quis inueniretur inter ipsos ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, statimq; adiecit, sibi quidem pro minimo esse, si ab ipsis iudicaretur, aut ab humano die, hoc est, nihil prorsus se facere, si uel ipsi, uel alij quicunq; secundum humanum morem iudicantes, perperam de ipso sentirent, & infidelem eum dispensatorem existimarent.

Quod esset propositū Pauli.

B Humanum enim diem eleganti Metalepsi iudicium humanum uocauit, qđ & ab hominibus uenit, & cum hominibus uelut dies transit. Quoniam autem iste humanorum iudiciorum contemptus uideri poterat proficisci ex eo, quod ipse sibi certo conscius esset, se esse fidelem ministrum Christi, ne hanc arrogantiam sibi quispiam obijceret, & ne moleste ferrēt, φ eos nō satis idoneos ad hoc iudicium putaret, adiunxit. Sed neq; me ipsum iudico. Hoc est. Sed neq; me ipsum existimo, aut assero uobis, uel uendito, ut iustum & fidelem ministrum Christi. Et causam huius continuo expressit dicens. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vides his uerbis exprimere Paulum causam, propter quam seipsum non iudicaret? Tantūdem. n. hæc sunt, ac si dixisset, Ideo non meipsum iudico, quia licet nihil mihi conscius sim, neq; de aliquo crimine me mea uel redarguat, uel solicitet conscientia, tamen non hoc satis est, ut me iustificem, & ab omni peccato liberum asseram, sicut neque satis est ad meam condemnationē si uel uos, uel alij quicunque de me perperam iudicetis. Iudicio quidē aliorum de se, iudicium sui ipsius adiunxit, & dum unum alteri confert, & utrūque inefficax esse docet, uel ad condemnationem, uel ad absolutionem sui, manifeste indicat, ita nobis ignotam esse nostram iustitiam, atq; aliorum, et neminem de se posse infallibilem ferre sententiam, sicut neq; potest de aliis. Itaq; his uerbis, neq; asseruit Paulus se iniustum, neq; negauit se iustificatū,

Humanus dies.

sed indicauit, non sibi esse satis, ut se iustificatum uel crederet uel assereret, ꝙ C
nihil sibi conscius esset. Atq; in his docebat tacite Corinthios multo minus eis debere esse satis ad condemnationem ipsius, proprium ipsorum iudicium, qui nullum Pauli delictum nouerant. Porro ut explicaret testimonium suæ conscientiæ sibi non esse satis ad se omnino credendum iustum, & eo se sensu dixisse, Sed non in hoc iustificatus sum, addidit statim. Qui autem iudicat me, dñs est. Hoc est. Non ego sum, qui me habeo, aut possum iudicare, sed qui iudicat me, dominus est. Illius ego iudicium expecto. Illius ego sententiæ innitor. Ille unus est, qui uel iudicare me potest, uel iustificare. Ab eo uno pendeo nõ a uobis, neq; ab alijs, neq; a meipso. Cur ad iudicium diuinũ cõfugisset, si & infallibile erat & omnino certum, etiam ꝓprium de se iudicium. Et confirmant ista quæ sequuntur. Nam mox, ut deterreret a temerarijs istis iudicijs, quibus uel alios condemnamus, uel nos præcipitanter, & certo absoluimus, subnectit doctrinam, & admonitionẽ aureis literis dignam. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit unicuique a Deo. Quibus uerbis indicauit se non de fideli tantum dispensatione fuisse locutum, quæ extrinseca erat, & manifesta ac proinde, & iudicijs aliorum poterat subesse, sed de iustificatione sua absolute, quæ occultissima erat. Ideo autem eius meminit, cum tantum de dispensationis fidelitate quęri uideretur, quia & aliorum iudicia, & quæstiones eo se extendebant. Quare & illuminationis absconditorum D
meminit, & a temeritate iudicij de occultis deterruit. Neq; omnino ista disiuncta erãt a fidelitate ministrorum, de qua una proposita fuit illa quæstio. Hic iam quæritur &c. Satis quippe infidelis est minister Euangelij, & officiorum diuinorum, qui non satagat, quantum in se est esse iustus, cum ad debitam sui ministerij functionem necessaria sit gratia, & iustitia diuina. Indicauit etiam his uerbis Paulus, nemini mortalium hoc tempore suam posse satis, uel alienam iustitiam constare, & ueram iustitię laudem a Deo esse in die iudicij expectandam, & non a nobis, dum hic uiuimus. Atq; ita antistites nostri hæc uerba exposuerunt in fine cap. 16. huius decreti. Si bene igitur & pro dignitate locus hic totus expendatur, uel unus ille uidebitur potuisse sufficere ad definiendam, quam nunc stabilimus ueritatem. Neq; uno sed multis nominibus ex eo possumus colligere, neminem hac in uita debere esse omnino certum de sua iustificatione. Primo quidem, ne usurpet, uel ꝑueniat diuinum iudicium. Secundo, quia si hanc possemus absq; dei reuelatione habere certitudinem, esset quidem hoc ex testimonio proprie conscientiæ quod tamen sufficiens non est, quia nemo sibi ex toto notus esse potest, donec dominus illuminet abscondita tenebrarum. Tertio, quia si tãtus iste apostolus, tametsi nullius delicti sibi esset conscius, non ausus est, humano more de se sententiam ferens, se iustum, aut iustificatum asserere, sed expectare se dixit, iudicium diuinum, & in solo illo secure gloriãdum, neq;

A satis sibi esse, ut se crederet iustificatum, quod nihil sibi conscius esset, quis si sapiat, præsumat, se iustum prorsus & indubitanter asserere? Non audet Paulus qui se optime nouerat ad suæ testimonium conscientiæ pro se sententiã ferre, & audebis tu o homo quisquis est, qui ad illum collatus, nihil es, ad tuæ testimonium conscientiæ te absoluere, & iam iustum pronunciare? Et confirmant mirifice hunc sensum, quæ alibi dicit idem apostolus. Qui gloriatur in domino glorietur. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus cõmendat. Quid sibi aliud uolunt ista, Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, quam non sufficere ad nostram probationem, nostrum proprium testimonium, neque debere nos ei inniti, sed uni commendationi diuinæ, & in illius unius testimonio, non in nostro debere gloriari? Equidem si ex fide asserere possemus, & credere, nos esse iustos, cum fidei nequeat subesse quidpiam falsi, uere probati essemus, etiam si nos sic commendaremus, neque esset nobis necesse expectare commendationem diuinam ad probationem nostram. Sed ne sic quispiam se deciperet, alibi saluberrime asseuerat. Siquis existimat scire aliquid, nõdum cognouit quomodo oporteat eum scire, & rursus. Nam siquis existimat, se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Profecto qui se fidei certitudine putat iustum, non aliquid tantũ, sed magnum quid se esse existimat, licet credat se hoc habere ex Dei gratia.

2. Co. 10. d

1. Cor. 8. a

Gala. 6. a

De testimonijs antiquorum doctorum pro incertitudine iustificationis. Cap. XIII.

B Quanquam citata scripturarum loca satis & esse possunt, & debent, ut nemo suam sibi certo ex fide persuadere debeat iustitiam, præsertim cum illa apertissimis sanctorum doctorum expositiõibus ita communierimus, ut non facile a quoquam eneruari, aut infirmari possint, quo tamen idem & certius, & confirmatius sit, adijciam his nonnulla antiquorum patrum testimonia, quibus istam ipsi ueritatem docuerunt, & se longissime semper fuisse ab ista temeraria persuasione perspicue declararũt. Ac primo quidem pro ista sententia uidetur stare Cyprianus sapientia, eloquentia, uitæ sanctitate, & laude martyrij in tota Ecclesia illustris. Cũ enim eleemosynam ostenderet medicinam esse peccatorũ, quæ admittimus post Baptismum, necessitatem illius ostendit, quia nemo sine peccato hic esse potest, & quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est. Et quanuis ista dixisse uideri posset propter uenialia, quibus omnes etiam iusti communi ex lege sunt obnoxij, tamen, cum indistincte loquatur, & medicina sit eleemosyna non uenialium tantum, sed etiam mortaliũ, uidetur ad utraque sermonem retulisse, eaque dixisse quia nemo in hac uita potest ex fide scire se esse iustum. Nam si certi esse possemus ex fide de nostra iustificatione, aliquando possemus etiam certi esse nos omni carere culpa ueniali, eo uidelicet tempore, quo sciremus nos habere dilectionem Dei super omnia, quã certum est, tollere omnem culpam uenialem, præsertim in illo, qui firmiter

Cyp. ser. de eleemo.

Dilectio Dei tollit oẽm culpã

apud se constituit, nullam talem culpam, aliqua ratione admittere. Itaque & C
hac ratione testimonia, quibus sancti asserunt indistincte, neminem posse asserere, se iustum, & inculpatum, si bene expendantur, & a nobis censeri debēt stare. Sed ipsa uerba Cypriani subscribam. Agnoscamus, inquit, fratres carissimi diuinæ indulgentię munus salubre, & emundandis, purgandisque peccatis nostris, qui sine aliquo conscientiæ uulnere esse non possumus, medelis spiritualibus uulnera nostra curemus. Nec quisquam sic sibi blandiatur de puro, atque immaculato corde, ut innocentia sua fretus, medicinā non
Pro. 20.b putet esse adhibendam uulneribus, cum scriptum sit, Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis? Et iterū
1. Ioan. 1.c in epistola sua Ioannes ponat, & dicat. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos metipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis, & iustus est dominus, qui nobis peccata dimittat. Si autem nemo esse sine peccato potest, & quisquis se inculpatū dixerit, aut superbus, aut stultus est, quam necessaria, quam benigna est clæmentia diuina, quæ cum sciat, non deesse sanatis quædam postmodum uulnera, dedit curandis denuo, sanandisque uulneribus remedia salutaria. Hæc ibi. Et in expositione orationis dominicę de publicano laudato in Euangelio sic scribit. Cum sibi pharisæus placeret, sanctificari hic magis meruit, qui spem salutis, non in fiducia innocentiæ suæ posuit, cum innocens nemo sit, sed peccata confessus humiliter orauit, & exaudiuit orātem, qui humilibus ignoscit. Apertius tamen multo hanc eandem ueritatem docuit barbatus D
Hierony. ille Hieronymus, fulgentissimum, & Ecclesiæ & sacrarum scripturarum lumen, tum quidem in locis iam citatis, tum uero in nonnullis alijs. Illa uerba
Hiere. 13 Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges, qui sedent de stirpe Dauid super thronū eius, & sacerdotes, & prophetas, & habitatores Hierusalem ebrietate, interpretanda esse docet de ebrietate, qua obliuiscimur
Psal. 142 præceptorum Dei, & uitijs atque peccatis omnes implemur, iuxta illud, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et exponens hæc uerba Dauidis, statim addit. Non ad comparationem Dei, ut ueteres & noui hęretici uolunt, & patroni hęreticorum, sed ad scientiam eius. Homo enim uidet in facie, Deus in corde, et quod nobis interdum mundum uidetur, illius oculis sordidum deprehenditur. Et ne quispiam ad solum uulgus, uilemque plębeculam hęc crederet spectare, adiectos putat a propheta reges, & sacerdotes, & prophetas, qui scientiam uidentur habere scripturarum. Cum itaque certum sit Deum nosse aliquos esse iustos, non obscurum est sensisse Hieronymum ista esse ad scientiam Dei referenda, quia nemo est in hac uita quantacunque scientia, dignitate, & sanctitate polleat, qui absque illius reuelatione possit satis certus esse de sua iustitia, Vnde et omnia, quæ dixerat illis uerbis confirmauit. Homo uidet in facie, Deus in corde, moxque illa adiecit. Et quod nobis interdum mundum uidetur, illius oculis sordidum deprehenditur. Et animaduertendum est, hęreticorum, & patronorum

A norum hæreticorum putasse testimonium hoc secus exponere, & ad comparationem Dei, & non potius ad scientiam ipsius referre. Et alibi ponderat propterea adiecta esse illa uerba, in conspectu tuo, ut intelligeremus ad scientiam Dei hæc esse referenda. Et in . 2. aduersus Pelagianos exaggerat illa uerba scripturæ. Nemo scit, quid futurum sit, quia sicuti est, quis annunciabit ei? Sunt iusti, ad quos peruenit quasi opus impiorum. Et sunt impij, ad quos peruenit quasi opus iustorum. Hoc, ait, idcirco dicitur, quia certum iudicium solius Dei est, & quos putamus iustos, sæpe peccatores inueniuntur, & quos econtrario peccatores, apud Dei scientiam iusti sunt. Quantuncunque laborauerit homo, ut inquirat, non reperiet. Etsi dixerit sapiens se nosse, inuenire non poterit. Omnium enim unus occursus est, cordaque filiorum hominũ repleta sunt malitia, & in incerto statu, quæ Græce περιφερεία dicitur. Muscæ morituræ, siue, ut in Hebraico habetur, de moliuntur, atque corrumpunt suauitatem olei. Quis mortalium aliquo errore non capitur? Quem hæreticorum & falsorum dogmatum uenena non maculant? Hactenus ille. In quibus clarum est eum non solum asserere certum iudicium de iustitia solius Dei esse, sed & optimis argumentis & testimonijs id ipsum confirmare. Illa etiam uerba Hieremiæ. Veruntamen scito ini- *Hiere. 3* quitatem tuam, ita nomine Dei edisserit. Cunque misertus tui fuero, ne iustũ te esse putes, sed memento iniquitatis tuæ semper, & scito quod in dominum fornicatus sis, & superbiæ colla demitte, ut qui offendisti dominum per ar-

B rogantiam, places per humilitatem. Quibus uerbis satis indicat, hoc debere nos cauere, ne unquam nos iustos certo existimemus, etiam cũ dominus placatus fuerit nobis, & flagella, & tribulationes nostras, uel abstulerit et mitigauerit. Huc etiam spectant, immo uero palam nobis fauent omnia, quibus ille & alij sancti doctores admonent, ne securi & omni deposito metu iudicium Dei expectemus. Nam quãquam ea possunt dicta existimari propter incertitudinem perseuerantiæ, tamen si bene & pro dignitate expendãtur, etiam propter incertitudinem status nostri ab ipsis scripta uidebuntur. Qui enim certus esset ex fide, se modo esse in gratia, securus & absque ulla trepidatione posset Deo occurrere uocanti ipsum ad iudicium, etiamsi ambiguus esset, an perseueraturus esset in gratia, si Deus permitteret eum hic diutius uiuere. Sed ut apertius sit, ob hanc certitudinem ita illos præcepisse, aut certe ad eam magis eos respexisse, quam ad incertitudinem perseuerantiæ, pauca ex multis testimonia Hiero. subnectam In expositione illorum uerborum Micheæ. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid dominus *Mich. 6* requirat a te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo, ita scribit. Sicut præcipitur nobis, ut faciamus iudicium, & misericordiam diligamus, ita præcipitur nobis, ut parati simus ambulare cum domino Deo nostro. Nulla hora dormire, nullo tempore securi esse debemus, sed semper expectare patrem familias uenientem, & diẽ formidare iudicij, & in nocte huius sæculi dicere. Ego dormio, & cor meũ

uigilat. Et in epistola etiam ad Florentiam. Diebus ac noctibus operior cũ C
tremore reddere nouissimum quadrantem. Et in expositione illorum uer
Matth.25. borum Matthæi, Post multũm uero temporis &c. Si autem apostoli red-
dituri sunt rationem, & sub metu iudicis surrecturi, quid nos oportet face-
re? Neque minus aperte a nobis stat fortissimus ille hæreticorum malleus
Aug. Augustinus. Passim quidem is asserit neminem in hac uita posse se certo as-
seuerare esse iustum. Et quod magis urget, lib.1. de pec. mer. & re. c.9. & 10.
manifeste affirmat, occultissimam esse gratiæ spiritalis communicationem,
& remissionem peccatorum, neq; esse quidpiam tam occultum, neq; tam
incertum. Sed inter omnia, quæ legerim in Augustino, apertissime
proposito nostro fauent, quę scribit in expositione illorum uerborum,
Psal. 50.15 Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quærit enim. Quæ incer
ta? Quæ occulta? Et respondet. Quia Deus ignoscit peccatoribus confiten-
tibus, & punientibus sua peccata. Et addit statim. Nihil tam occultum, nihil
tam incertum. Atq; hoc incertum patefecisse Deum seruo suo Dauid, pro-
2.Re.12.c bat. Cum enim dixisset stante & arguente ipsum propheta, Peccaui, statim
audiuit a propheta, id est, a spiritu Dei, qui erat in propheta. Dimissum est ti-
bi peccatum tuum. In sermone item.16. de uerbis apostoli tractans illa uer-
Rom.8.f ba, Quos autem prædestinauit illos & uocauit &c. ita scribit. Prædestinati
sumus antequam essemus, uocati sumus quando Christiani facti sumus.
Iam ergo & hoc habemus. Iustificati quid? Quid est iustificati? Audemus di-
cere iam hoc tertium habere nos? Et erit quisquam nostrum, qui audeat di- D
cere iustus sum? Puto enim hoc esse dicere iustus sum, quod est, peccator
1.Ioã.1.c non sum. Si audes hoc dicere, occurrit tibi Ioannes. Si dixerimus quia pec-
q. 58. lib. catum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. His
83. q uerbis liquidum est, Augustinum affirmare, neminem posse asserere se esse
Matt.25.a iustificatum. Tractans etiam illa uerba uirginum sapientum, Ne forte nõ suf
ficiat nobis, & uobis. Vnusquisq; ait pro se rationem reddet, neq; alieno te
stimonio quisq; adiuuatur apud Deum, cui secreta cordis apparent, & uix
Pro. 20.b sibi quisque sufficit, ut ei testimonium certũ perhibeat conscientia sua. Quis
1.Co. 4.a enim gloriabitur castum se habere cor? Inde est quod apostolus ait. Mihi
autem minimum est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; meip-
sum iudico. Quapropter cum de se ipso quisq;, aut non omnino de se pos-
1.Cor.2.c sit ueram ferre sententiam, quomodo potest de alio iudicare, cum sciat ne-
mo, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis? Et contra Celestium de p̃
fectione iustitiæ circa finem responsionis ad ratiocinationem.19. Quantali-
bet iustitia sit prædītus homo, cogitare debet, ne aliquid in illo, quod ipse
Matt. 25.c non uidet, inueniatur esse culpandum, cum rex iustus sederit in throno, cu-
ius cognitionem fugere delicta non possunt, neque illa, de quibus dictum
Psal. 18. est. Delicta quis intelligit? Cum ergo rex iustus sederit in throno, quis glo-
riabitur, castum se habere cor? Aut quis gloriabitur, mũdum se esse a pecca
to? nisi forte isti, qui uolunt in sua iustitia, non in ipsius iudicis misericordia

A gloriari? Profecto si per fidē sciret homo, se esse in gratia, nihil esset, cur formidaret, immo ne formidare quidem posset, ne quid eum lateret, quod grauiter Deo displiceret. Nam sicut peccatū lætale repugnat gratiæ, ita formido de peccato lætali repugnat certitudini gratiæ. Et satis August. indicauit, se etiam ad lætalia crimina hæc retulisse, cum testimonia citauit, quæ ca. 10. etiam ad peccata grauia referenda docuimus. De prædestinatione sanctorum cap. 20. Audiant Pelagiani. A domino corriguntur gressus uiri. Mortalis autem quomodo intelliget uias suas? Audiant. Omnis uir uidetur sibi metipsi iustus, dirigit autem corda dominus. His in omnibus locis, ita apte docet Augustinus, neminem, etiam ex his, qui sibi nullius peccati sunt cōscij, posse certo nosse, an iustus sit, ut superfluum sit plura ipsius testimonia conquirere. Sed ut magis omnes formidemus tantæ obnoxij arrogantiæ deprehendi, audiamus quid scribat in illa uerba, Tibi soli peccaui. Post multa demum subdit. Qui se putat iustum, coram te iniustus est. Est etiam perspicue pro nobis Chrysostomus homilia undecima super priorem ad Corinthios. Tractans illa uerba Pauli, Nihil mihi conscius sum, ita concludit. Duabus rationibus, uel tribus potius, incertum est nostrum iudicium. Prima quidem, q̄ & si nobis nihil consci sumus, eius tamen indigemus, qui peccata nostra certa ratione corripiat. Altera, q̄ multa opera nostra nos lateant. Tertia præterea, q̄ multa aliorum opera nobis recta uidentur, quæ tamen non recta fiunt sententia. Hæc ille. Ex quibus patet eum sensisse, nequaquam nos posse, neq; de nostra, neq; de aliorum iustitia certam

Pro. 20. d.
Prou. 21. a
Psal. 50
Chrysos.
1. Cor. 4. a
Tribus rationibus incertum nostrū iudicium.

B proferre in hac uita sententiam. Vnde & ibidem ita scribit. Quod si Paulo hæc contingebant, longe magis & nobis. Et tandem concludit. Cum igitur etsi nobis nihil conscij, non possumus tamen a criminibus mundi esse, & in quibus bonum aliquid, non tamen recta sententia facimus, pœnæ sumus obnoxij, intelligas uelim, quantum homines in iudicando decipiuntur. Idem in homilia. 77. super Ioannem, quemadmodum, & qua de causa contristatus sit Petrus ad trinam interrogationem Christi de amore illius in ipsum, his uerbis exponit. Cum ergo semel, atq; iterum interrogatus, ipsum arcanorum cordis perscrutatorem testem aduocasset, & adhuc tertio interrogaret, perturbatus est Petrus ueritus superiora. Nam cum forti animo esset, reprehensus est postmodum. Ideo iterum ad ipsum confugit dicens. Tu omnia scis. Hoc est, præsentia, & futura. Vide quanto melior factus est, & modestior. Non amplius temere perstat in sententia, neq; contradicit. Et statim addit in persona ipsius Petri. Propterea contristatus sum, ne forte me amare arbitratus, non amem, ut ante cum me fortem, & constātem putarem imbecillis inuentus sum. In his dilucidum est, Chrysostomum bonitati, & modestiæ imputare, q̄ non audeamus de nostra dilectione in Christum, absolutam, & certam proferre sentētiam, et Petrum ita modestum factum ex negatione, ut non solum non auderet polliceri se futurū constātem in ipsius amore, sed neq; auderet asserere se uere Christū amare,

Ioan. 21. d

Grego. Suffragatus est eidem sententiæ diuus Gregorius, nō solum in locis citatis, C
Iob. 14. d sed etiam libro. 12. Moralium cap. 38. ubi illa uerba Iob. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget, hoc modo interpretatur, si intelligi
filij mystice sūt op4 hoc spiritualiter debet, non incongrue filiorum nomine opera designantur, sicut de muliere Paulus dicit, quia salua erit per filiorum generationem.
1. Tim. 2. d Neq; enim mulier, quæ continentiæ studens nequaquam filios generat, salua non erit, sed per generationem filiorum saluari dicitur, quia per effectum bonorum operum perpetuæ saluti sociatur. Nobiles igitur filij sunt recta opera, ignobiles autem, facta peruersa. Et sæpe homo agere quælibet bona intentione nititur, sed tamen pro multis, quæ surripiunt eius acta, qualiter
acceptatio nostrorum operū incerta. apud omnipotentem Deum habeantur, incertum est. Siue itaque nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelligit, quia subtili examinatione discussa, utrum approbentur eius opera, an reprobentur, ignorat. Quod si ignotum est a iustis, utrum sua opera placeant Deo, ignotum & eis erit an & ipsi placeant Deo. Minus enim est placere aliqua opera nostra Deo, quā placere nos ipsos, & si nos placeamus, placebūt & opera nostra. Sed si hoc testimonium, euincere quod uolumus, non putatur, ut omnis cesset ambiguitas, neq; dubitare posit quisquam, egregium hunc totius Ecclesiæ catholicę pontificem, & pietate & eruditione admirandam pro Synodi stare sententia, audiamus, quid ille scripserit ad uenerandam quandam Augustæ cubiculariam, nomine Gregoriam, quæ nimium desiderabat remissio-
Lib. 6. ep. c. 186. nis suorum peccatorum obtinere certitudinem. Quod uero, inquit, dulcedo tua subiunxit, importunam se mihi existere, quoadusque scribam mihi D esse reuelatum, quia peccata tua dimissa sunt, rem & difficilem etiam & inutilem postulasti. Difficilem quidem, quia ego indignus sum, cui reuelatio fieri debeat. Inutilem uero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cū iam in die uitæ tuæ ultimo plangere eadem peccata minime ualebis. Quæ dies quousq; ueniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes
Ber. ep. 42 atq; eas quotidianis fletibus lauare. Hæc ille. Subscribit his luculenter Ber-
Psal. 18 nardus his uerbis. Veruntamen delicta quis intelligit? Nam si possum dice-
1. Cor. 4. a re cum Paulo, quod quidem longe est a me, Nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc esse iustificatum oporteret me gloriari. Nō enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Si applauserit mihi humanus dies, pro minimo habeo, quia ille lucet tantum in facie. Ho-
1. Re. 16. b mo enim uidet in facie, Deus autem intuetur cor. Propter hoc Hieremias non satis popularibus sententijs, uelut quibusdam humani diei radijs mo-
Hier. 17. c uebatur, sed fidenter loquebatur Deo. Diem hominis non concupiui. Tu scis. Si meus mihi arriserit dies, neq; me ipsum, inquit, iudico, quia neq; ipse me satis intelligo. Solus merito constitutus est iudex uiuorum & mortuo-
Psal. 32. c rum, qui finxit singillatim corda uniuersorum, & intelligit omnia opera eorum. Solum attendo iudicem, quem & solum iustificare cognosco. Pater
Ioan. 5. f dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Non usurpo mihi, uel super

me,

A me, seruus filij potestatem, neq; me annumero illis, de quibus ita conqueri solet. Tulerūt homines a me iudicium. Et mox addit. Velim nolim ipsi me astare necesse est, ipsi horum, quę gesserim in corpore, reddere rationē, cui nec uerbum pręteruolat, nec subterfugit cogitatio. Sub tam ęquo libratore meritorum, sub tam intimo secretorū inspectore quis gloriabit castū se habere cor? Sola profecto, q̄ nō solet gloriari, nō nouit pręsumere, cōtendere nō consueuit, gratiā inuentura est in oculis pietatis, humilitas. Nō cōtendit iudicio, neq; pręcēdit iustitiā, qui uere humilis est, sed dicit. Non intres in iudiciū cum seruo tuo domine. Recusat iudicium, et postulat misericordiam, facilius sibi ueniā impetrare posse, quā iustitiā uindicare cōfidens. Huc usq; Bernardus. In quibus mirifice profecto confirmat nostrā sententiā. Non solum. n. eā asseuerat, & perinde ac nos interpretat loca Pauli, Dauidis, et Salomonis supra citata, uerum optimis argumētis eam cōfirmat, dū docet nos non satis posse nos ipsos intelligere, neq; decere, ut qui non possumus nos exacte nosse, nostri iudiciū usurpemus, & alienū hoc esse ab humilitate, ut se iustum quis asserat, immo et diuinum usurpare iudiciū, qui hoc pręsumit. Testatur etiā, & corroborat hoc ipsum in quodam sermone super illa uerba apostoli. Qui gloriatur in dño glorietur. Non. n. qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Non solum. n. ibi docet, in hac uita non posse nos plenarie & absq; metu et solicitudine multa uel in domino gloriari, q̄ propter incertitudinem perseuerantiæ uideri potest dixisse, sed expresse asserit Paulū merito reprobasse fallacem & uanam gloriā illis uerbis. Mihi aūt ꝓ minimo est &c. Et in eis indicasse illū existimat, alienum iudiciū pro minimo habere, & suum non omnino sequi, quippe qui neq; suo, neq; alioꝝ, sed Dei iudicio erat iudicandus, & par esse intelligebat Dei iudicium non anteuertere, neq; gloriam, sed fiduciā habere ad Deum, priusquam secure gloriari possimus ob sententiā ueritatis ꝓ nobis in iudicio datam. Et in serm. 3. de aduētu dñi, cum mirifice explicuisset periculū eorum, qui curā suscepere animarū alioꝝ, addit etiā hęc, q̄ manifeste indicāt, eū sensisse, nemini posse satis cōstare in hac uita suā iustificationē. Accedit sane, ad solicitudinis cumulū & pondus timoris, q cū & meā & proximi cōsciētiā seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota. Vtraq; abyssus est imperscrutabilis. Vtraq; mihi nox est, & nihilominus exigitur a me utriusq; custodia, & clamatur. Custos qui de nocte. Custos qui de nocte. Hęc Bern.

2. Co. 10. d

B

1. Co. 4. d.

De consensu Scholasticorum doctorum pro incertitudine gratiæ. Cap. XIIII.

SEcuti, ut assolēt, patres istos Eccl. & fortissimos ipsius antesignanos, mirifico cōsensu tradiderūt hanc eandē ueritatē doctores Scholastici, et insignes studiosoꝝ alumnæ academię eandē cōfirmarūt. Neq; leuis censeri debet, aut earū, aut Scholasticoꝝ in idē consentiētiū autoritas. Vt. n. de academiarū autoritate taceā in quibus, & grauissimi semp sunt, & eruditissimi magistri, & quęcunq; cōi consensu diffinienda sunt, magna prius diligētia, & examine ad uiuū discutiunt, certe Scholasticoꝝ doctoꝝ idem sentiē-

tium autoritas, tanta apud quencunque pium esse debet, ut temerariũ censeri habeat ab eorum cõcordi sententia, absque apertissimis saltẽ, & manifestissimis argumẽtis discedere. Qui.n.pollicitus est suam nunquam Eccl. deserere, & eam omnẽ docere ueritatẽ, neque sinere aliquo errore in fide, uel in moribus uiolari, aut cõtaminari, aliquantis annorum centenarijs, hos potissimũ ei doctores prospexit. Et alioqui ita ipsi insigniter suo tpe de Eccl. sunt meriti, ita eã dispari licet stylo a suis patribus, illustrarunt, ornarunt, & ab hæreticorum, & infidelium technis, fraudibus, & erroribus, defenderũt, ut ingratissimorum sit filiorum, cõmunia eorum placita non saltẽ, ut probabiliora recipere. Sed age, signemus primo autores Scholasticos, q pro nobis sunt, ac deinde academiarũ diffinitiones pro eadẽ sententia cõmodius subijciemus. Docuit apte istam nostram sententiã in expositione illorum uerborum Pauli, Nihil mihi conscius sum &c. irrefragabilis ille doctor Alexander Halensis totius pene doctrinæ Scholasticæ secundũ magistrum sententiarũ parens. In tertia etiã parte summæ. q.27. cum dixisset non esse homini pro hoc statu possibile agnoscere per scientiã se esse in Dei gratia, ne quis putaret eum locutum fuisse de sciẽtia proprie, qua dicimur scire, q̃ clare, & euidenter nouimus, & nõ de scientia, quæ se extendit etiam ad cognita certo, licet incuidenter, in eadẽ quæstione refellit hunc cauillũ, & ante omnia explicat, etiam loquendo cõmunius de scientia, nos non posse hic certitudinaliter hoc cognoscere scientia cognitiua. Quod autem ibi adijcit bene hoc posse sciri scientia affectiua, & experimentali per experientiam dulcedinis spiritalis, & pacis, & eleuationis spiritus, & mitigationis fomitis carnalis, nihil nobis aduersatur. Mox quippe adiecit, hanc cognitionem tantum esse per signa, & media fallibilia, & experimentum esse iuxta Hippocratem fallax. Media uero & signa fallibilia manifestum est, etiam optime illã probantibus præstare non posse certitudinem, cui non possit subesse falsum. Nam effectus causam nequit excedere, & cõclusio certior non potest esse præmissis, ex quibus infertur. Quia ex posteriori oristica doctrina, propter qđ unũ quodque tale & illud magis.

Tradidit eandem sententiam apertius, & aliquanto exactius Angelicus doctor in commentarijs Pauli, in expositione loci illius, Nihil mihi conscius sum, & in expositione loci illius, Vos metipsos tentate, si estis in fide, & in 1.2.q.112.art.5. Vbi clare, & diserte affirmat, possibile esse homini pro hoc statu scire se esse in gratia per reuelationẽ diuinã, & per coniecturas, & indicia, ut si quis uideat se delectari in Deo, mundũ contẽnere, & nullius peccati mortalis, eũ redarguat sua cõscientia, nõ esse tñ possibile nobis cognoscere hoc p nos ipsos certo, sine reuelatione diuina. Et ne quis in his uerbis putaret ab eo dũtaxat negari possibilẽ esse nobis scientiã proprie, & habentẽ euidẽtiã de nostra iustificatione, aut cũ cõcedit possibilẽ esse nobis certitudinẽ de hoc p cõiecturas, cõcedere eũ existimaret possibilẽ esse nobis uerã certitudinẽ & propriã, clare asseruit in corpore articuli cognitionẽ p cõiecturas esse imperfectã & testimonijs scripturarũ curauit probare non esse nobis

Marginalia: C; Matt. 28. c; Ioã. 16. c; Alex. Hal.; Qua scientia possumus cognoscere nos eẽ ĩ gratia; D; S. Tho.; 1. Cor. 4. a; 2. Cor. 13; Per reuelationẽ, cõiecturas, atque ĩdicia põt quis scire se esse in gratia.

A absq; Dei reuelatione possibilem certitudinẽ de nostra gratia, ut qui utebatur testimonijs scripturarum ex Iob, & Paulo, q̃ euidentiam non causant, intelligeret non probare impossibilitatem euidentię, sed certitudinis. Et cõfirmauit hoc, dum respondit ad argumenta probantia possibilẽ esse nobis certitudinẽ sine reuelatione, & ea insoluta reliquit, q̃ suadebãt, eam esse nobis impossibilẽ. Et ad secundũ aperte docuit, quare habentes fidẽ, uel scientiam, haberent certitudinẽ de sua fide, uel scientia, non sic aũt habentes gratiã, uel caritatem, certi essent de sua caritate, uel gratia. Et ad quartum certissime dicit, nos cognoscere p fidem dona gloriæ data nobis in spe, licet non cognoscamus per certitudinem nos habere gratiam, per quam possimus, ea promereri. Necq; quenquam debet mouere ad hæsitandum, uel tantillulũ de hoc, q̃ ratiocinatione ex principijs illũ uideat esse usum ad probandum impossibilem nobis eiusmodi certitudinem. Non. n. ratiocinamur solum ex principijs, ut probemus, aut causemus euidentiã, sed etiam, ut probemus, uel faciamus aliquid certum. Sicut enim omnis euidentia, aut ex terminis est, aut per discursum ex principijs, aut ex experientia, ita & certitudo omnis, aut ex terminis esse potest, aut ex discursu aut ex experientia. Et consentaneum fuit, eum, qui probare uolebat impossibilitatẽ talis certitudinis, nõ solis testimonijs Sripturarum, sed Theologico aliquo, uel Philosophico argumẽto ex creditis, uel cognitis naturaliter, probare eiusmodi cognitionẽ, quam manifestũ erat, non esse possibilem nobis ex terminis, aut ex experientia, sine diuina reuelatione, necq; haberi a nobis posse per aliquem discursum.

B Sicut. n. certitudo euidens de conclusionibus demõstratiuis non habetur, nisi per indemonstrabilia principia, ita nulla simpliciter certitudo haberi põt a nobis de rebus, necq; per experientiam, necq; ex terminis notis, nisi dijudicari possit, per suum principium. Et in hoc plęrique uiri docti non semel decipiuntur. Putant enim doctores ueteres sanctum Thomam dico, & sanctũ Bonauenturam & alios similes, uelle solum probare impossibilitatem euidentiæ, cum uident, eos probare per propria principia aliquid esse impossibile. Discursus autem sancti Thomæ hoc in loco si uolumus semotis ambagibus & perplexitatibus penetrare sensum illius, hic profecto fuit. Principium nostrę iustificationis Deus est per suã benignissimã uolũtatem, uel ipsius potius diuina et benignissima in nos uoluntas. Sed nos in hoc statu scire non possimus altissima, & abditissima suæ uolũtatis cõsilia, nisi ipse reuelet. Ergo nulla uia est, qua possimus nos hic esse certi de nostra grã, sine Dei reuelatione. Qui. n. necq; ex terminis, necq; ex experientia possunt esse certi de aliqua re, nulla uia possunt de ea esse certi, si nõ possint eẽ certi de principio, qđ facere potest certã eam rem. Estq; optimũ et Theologicissimũ hoc argumentũ. Et quidquid causati sint aliqui uiri docti, nulla, uel minima causa relicta est, ut quisquam suspicetur. s. Tho. nõ esse apertissime pro nobis. Et hoc ipsum colligere, erit facilimum legẽti loca citata ex eodem in commentarijs Pauli. Tradidit & hanc eandem sententiam Seraphicus doctor Bonauen-

Expositio s. Tho.

S. Bona.

tura in primo distinctione.17.par.1.q.3.simpliciter asserens, neminẽ posse, C
certitudinaliter cognoscere se habere caritatẽ,nisi per reuelationem, & utitur ad hoc suadendum eodem argumento,et eisdem testimonijs,quibus.s.
Ricar. Tho.Idemq; eisdem uijs absolute tradit Ricar. de media uilla in.1.d.17.art.1.
Nico.ly. q.5.Nicolaus etiã Lyranus inter Scholasticos doctores,& expositores scripturę,nõ infimi,neq; ignoti nominis apertissime est pro nobis Iob.9. Prouerb.10.Ecclesiastę.9.2.ad Corinth.13. Et peculiariter Iob.9.propter uarietatem motuum,& affectionum animæ nemini dicit posse hic esse notã simplicitatem animæ suæ,nisi ex speciali gratia diuina. Et super illa uerba Eccle. 9.Nescit homo an amore,an odio dignus sit, nõ posse asserit uia humana
Gerson. certo quisquam nosse se esse in gratia,bene autem per coniecturam, aut per reuelationem. Cõcors est his doctoribus pius ille,iuxta ac doctus Gerson in quarta parte suorũ operum in tractatu de signis bonis & malis. Inter cætera.n.signa mala,& signa reprobationis, & hoc quoq; computat, si quis absq; speciali Dei reuelatione certo credat se esse in gratia. Timeant igitur,et caueant sibi, qui certos se ex fide asseuerare audent de sua gratia, & alios in
Duran. eundem errorẽ præcipitare satagunt. Accessit his doctoribus etiã Durãdus de sancto Portiano in.1.d.17.q.4. Vbi ex professo impugnat quosdã,quos sine nomine allegat asserentes,posse iustis constare suam gratiam per fidem.
Gab. Est & idem uidere in Gabriele in.2.dist.27.dubio ult. Et uelut constans, & certum,hoc idem asseuerat uenerãdus ille episcopus,ac profecto gloriosus
Roff. nostræ tempestatis martyr Roffensis in articulo.10.&.11. confutationis Lutheri. Qui & art.10.cum probaret neminem posse esse hic securũ, an careat D
mortali peccato,obiter docet contradixisse sibi Lutherum cũ hoc negat,et alia ex parte docet tam occultum esse superbię uitiũ,ut nemo sit securus,an eo careat. Et in.art.14.idem repetit,& conijci dicit posse, an habeamus fidẽ formatã,non tñ certo sciri. Neq; his aduersat, cũ reprehendit Lutherum dicentẽ,neminem esse interrogandũ a sacerdote de sua contritione, q̃a nemo põt cognoscere delicta sua. Possunt.n.ut ille uere dicit peccatores sentire,uere ne,an ficte doleant de omnibus suis peccatis,quantũ satis est ad respondẽdum de hoc sacerdoti,&tamẽ non omnino certi esse de sua gratia,quia neq; est certum quęcunq; & qualencunq; uerum dolorem sufficere ad consequẽ
Sco. dum gratiam. Idemq; prorsus sensit argutissimus doctor noster subtilis. Sed quoniam nonnulli etiam ex his,qui ipsius doctrinam profitentur, & ipsius professione,& intelligentia gloriantur,non sunt ueriti publice in conspectu totius sacræ synodi Tridentinæ, cum asserere partis oppositæ, eiq; nonnulla imposuerunt,quæ nec uerisimilia ei sunt uisa,aliquantisper hic immorabor,& aliquanto curiosius ostendam,eum nostræ fuisse sententiæ,& ad ea,quæ in contrarium possunt obijci,pro uirili nostra respondebo. Sed ne iusto longius sit hoc capitulum,commodius hæc omnia, quę ad doctorem subtilem spectant,in aliud caput transmittemus.

A De testimonijs Scoti pro incertitudine iustificationis. Cap. XV.

PRimus locus, ex quo possumus cõuincere doct. subtilem, Synodi tenuisse sentẽtiã, est in primo dist. 17. q. 1. art. 1. statim in principio. Quod enim non possit concludi aliquis habitus supernaturalis nobis inesse ex aliquo actu, quem in nobis experiamur, neq; ex substãtia actus, neq; ex intensione actus, neq; ex delectatione, seu facilitate in operãdo, neq; ex bonitate, siue rectitudine morali actus, probat ibi, quia quocunq; istorũ dato, posset aliquis habẽs caritatem cognoscere certitudinaliter se esse in caritate. Certè hoc argumento nunquam uteretur doctor subtilis, si non & ipse, & omnes suo tempore pro comperto habuissent, neminem certum posse esse de sua caritate. Et si ad certitudinem euidentiæ ista referantur, nihil ualebit hoc argumentum, sed petitio erit principij. Secundus locus est in. 3. d. 27. q. unica, litera, H, ubi aperte falsum dicit esse, si quis dicat scire aliquem posse, se esse in caritate. Atq; ita putat posse persuaderi Theologice, hominem posse ex puris naturalibus diligere Deũ sine aliquo habitu infuso, quia alias, qui inueniret se pronum ad talem actum, posset scire se esse in caritate, quod est, inquit, falsum. Et cum doctor subtilis, non solũ uellet suadere cõtra philosophos, sed et̃ contra Theologos, hominẽ posse ex naturalibus diligere Deũ, sine aliquo habitu infuso, persuasionem. n. Theologicam uocauit hoc argumentum, non est limitandum illius uerbum ad scire proprie, & euidenter. *Primus locus.* .2.

B Alioqui argumentũ illius ualde infirmabitur, tantunq; probabit, non esse euidens hominem egere habitu infuso ad dilectionem Dei. Quod nullus, opinor, unquam negauit. Tertius locus est in. 4. d. 5. q. 1. litera. A. ubi expresse dicit, quasi nullum posse esse hic certum de bonitate propria. Et quasi dixit propter confirmatos uel alios, si qui forte fuerũt, qui ex reuelatione Dei fuerũt de hoc certi. Quartus locus est in. 4. d. 9. q. unica litera. B. Dicit enim ibi, certitudinem, qua quis scit se esse in caritate, non esse certitudinem, quæ competat uiatori. Delicta enim in hoc statu quis intelligit? Et nescit homo utrum amore an odio dignus sit. Et ideo probat non requiri huiusmodi certitudinem ad sumendum digne Eucharistiam, sed satis esse quantuncunque aliquod peccatum lateat, uel traditum sit obliuioni, omnium peccatorum, quæ occurrerunt, contritionem & confessionem diligenti inquisitione facta pro humana fragilitate, & quantum homini uidetur sufficere. Quia sic contritus & cõfessus, si moreretur, saluaretur, non autem requiritur maior examinatio ad communicandum, quam ad secure moriendum, quia alias quilibet se exponeret periculo, communicando, & non esset sacra communio sacramentũ uiatoris. Talis. n. certitudo nõ potest cõpetere uiatori. Si dicatur, quod loquiť ibi doctor Sub. de certitudine euidentię, hoc facile refelli potest. Primo. Istam certitudinẽ non habet quispiã de hoc, ꝙ sic cõtritus, & confessus saluaretur, & tamen ille inde probat, nõ peccare, ꝗ sic contritus, & cõfessus suscipit Eucharistiã. Secũdo. Testimonia, q̃ allegat, loquũ- .3. .4. *Psal. 18* *Ecc. 9.a* *Certitudo iustitiæ requisita ad sumendam Eucharistiam digne.* *Probatio.*

tur de scientia etiam ineuidenti, uia uidelicet humana, aut per fidem. Tertio. C Doctrina tūc ipsius erit ualde insufficiens. Oporteret enim eum probasse, non requiri certitudinem fidei de sufficiēti contritione, & confessione, si ut creditur probauit id, quod minus necessarium erat, uidelicet non esse requisitam certitudinem euidentię de hoc. Quarto. Probauit satis esse probabilitatem humanam de his. Ergo credidit neq; requisitam esse certitudinem, fidei, neq; euidentiæ de his. Cum igitur illam certitudinem dicat non esse possibilem uiatori, quam dicit non esse necessariam, uel hinc liquere potest utrāque certitudinem nostris uiribus impossibilem eum existimasse. Et hoc exigunt testimonia Dauidis & Salomonis, quibus hanc sententiam cōfirmat.

Locus. 5 Putat etiam quidam ualde doctus Scotista, ex omnibus illis locis posse probari, Scotum fuisse huius opinionis, in quibus dicit, nō posse probari per rationem naturalem habitus infusos alicui inesse, & peculiariter non posse sic probari alicui inesse gratiam, uel caritatē. Quæ loca paulo post citabimus.

Duplex ratio naturalis. Et hanc opinionem possemus sic suadere. Non sola illa ratio dicenda est naturalis, quæ ex solis notis in lumine naturali procedit, sed & illa est aliquomodo naturalis, quæ ex notis in lumine naturali & ex creditis procedit. Et talis esset, quæ probaret iustos esse in gratia, si posset hoc esse certum ex fide. Quando igitur negauit posse probari ratione naturali, q; habitus infusi alicui insint, eo ipso asseruit, non posse hoc esse communiter certum ex fide. Præterea. Non solum contra philosophos, sed etiam contra Theologos probauit non posse constare habitus infusos, neq; ex actibus nostris, D neq; ex aliqua eorum qualitate. Neq; aliquis eorū Theologorum, quibus ipse contradicebat, asserebat, probari posse habitus infusos per rationē naturalem, quæ procederet ex solis notis in lumine naturali. Cū igitur nequeat constare aliquem ex nobis esse in gratia ex sola scriptura, aut ex dictis sanctorum, ubicunq; tradidit, non posse probari ratione naturali, nobis inesse habitus infusos, haud iniuria censeri potest tradidisse nō posse eos nobis esse certos, neq; ex fide, neq; euidenter. Vnde & quod dicit in. 3. non posse probari ratione naturali habitus infusos esse, apertius & clarius dicit in primo, non posse probari per actus. Quoniam possunt actus quicunq; prouenire, indifferenter ab infusis habitibus & acquisitis, & quando aliquis effectus potest prouenire indifferenter a duabus causis nō potest ex illo, certa aliqua ex ipsis conuinci. Itaq; cū non sit uia, qua possit quispiā ostēdere habitus supnaturales alicui inesse, q̄ non pendeat ex actibus nostris, aut, q̄ nō illis innitat̄, q̄ experimur in ipsis, ex eo, quod in. 1. d. 17. dicit, non posse ex actibus ratione naturali ostendi habitus supernaturales alicui inesse, subtilissime, & efficacissime possumus concludere, eū sensisse, nō posse, sine diuina reuelatione alicui hoc esse certū, neq; euidēter, neq; ex fide. Sed priora quatuor loca satis sunt ut credamus doctorē subtilē sensisse, nemini posse esse certā ex fide suā iustificationē, absq; Dei reuelatione. Respōdeamus ergo ad aliqua loca, unde cōfirmāt quidā eū sensisse cōtrariū, Obijciūt nobis. 1. uerba

Qn̄ cā ex effectu nō possit euinci.

A quibus in.4.d.17.ad finē fere.1.art.affirmat,certiorē,& faciliorē uiam ad cō *Sco.pro in*
sequendū gratiam,post deperditā gratiam baptismalē, esse per sacramentū *certitudine*
pniæ.Non.n.est proprie hoc illo certius,nisi utrunq; sit certū. Et nisi hanc *gratiæ.*
uiā existimauerit ille certā,insufficiēter ꝓbasset peccatores teneri ad cōfessio
nem quia tenentur, dare operā, quantū in se fuerit,ut recuperent deperditā
gratiam.Nā qui tenetur,ire Romā,non tenetur aggredi uiā,quā non est cer
tum ducere Romā. Augetur etiā tertio hoc argumentū,qm̄ ibidem dicit, sa
cramentum pniæ esse remedium efficax,ad recipiendū primam gratiā,neq;
oportere,ad eā per ipsum consequendā,facere aliud, quā nō ponere obicē
ad ipsam,& clare explicat,non ponere obicem,nihil esse aliud,quam, tunc
cum illud recipitur,non peccare actualiter peccato interiori,uel exteriori,et
intendere recipere,quod Ecclesia intendit in illo sacramento conferre.Vn-
de & in eodem libro.d.14.q.4.art.3.bis dicit non requiri ad consequendū
gratiam per sacramentū baptismi,nisi uoluntariam susceptionē baptismi,&
sine fictione,& in.d.1.q.6.art.2.litera.K.generaliter dicit,non requiri ad cō-
sequendum gratiam per sacramenta nouæ legis,bonum motum interiorē
qui mereatur gratiam,sed sufficere,quod suscipiens non ponat obicem.Cū
igitur de his duobus possimus nos esse certi,nempe,ꝙ uelimus suscipere sa
cramenta,& ꝙ tunc actu nō peccemus,ex his infertur,posse secundū ipsum
nobis constare post susceptionem sacramenti,nos esse in gratia. Verūtamē *Ad.1.arg.*
non in eo,quo accipiuntur,rigore dialectico,intelligenda sunt illa uerba,qui- *Responsi.*
B bus dicitur uia certior,& facilior ad recuperandam gratiam esse sacramen-
tum pœnitentiæ. Alioqui eodem modo posset quis colligere,esse uiam cer
tam per attritionem sine sacramento pœnitentiæ,cuius contrarium expres
sissimis uerbis ibidem asseritur.Quemadmodū ergo monachatum cōmu-
niter dicimus esse uiam certiorem,ad consequendum uitam æternam, quā
coniugium,non quidem,ꝙ hic,aut ille status,certū quenquam faciat de sua
salute,sed ꝙ tutior sit monachatus coniugio, & plures saluentur ex mona
chis,quam ex coniugatis,& ꝙ si qua uia haberi possit certitudo,haberetur
potius ex uita monastica, quam ex coniugali, ita etiam & omnino simili-
bus rationibus uiam per sacramentū pœnitētiæ asseruit Scotus certiorem
ad consequendam gratiam,non ꝙ certo & indubitato nos reponat in sta-
tu gratiæ,sed ꝙ tutior sit,& plures per eam,quam per alteram, consequanē
gratiam.Et quanuis,qui tenetur ire Romā,non adstringatur ad eligēdū uiā
incertā, apparens tn̄ est eum adstringi ad eligēdū uiā,q̄ manifesto tutior esset
& facilior,ubi nulla alia esset certa.Neq; Sco.ibi ex creditis & receptis a fide-
libus demōstrare se putauit pceptū cōfessionis,sed cū aliunde illud certū ac
cōstās esset,adiūxit theologicā rationē,qua & idē posset fieri ꝓbabile, etiāsi
aliūde nō cōstaret. Qui uero poterat ipse p scrm pniæ putare, quenq; posse
fieri certū de gr̄a,cū maninifestū sit,nemini posse cōstare, ꝙ receperit scr̄m
pniæ?Nā pspicuū est,& ab eodē asserit in.4.d.5.q.1.tm̄ ꝓbabiliter nosse nos
posse sacerdotē intēdisse absoluere, & intentionē ministri necessariā esse ad

uerā absolutionē semper tota Ecc. tenuit. Quid ꝙ & eo in loco, qui nobis C
obijcit, tm̄ dicit probabiliter posse nos scire, ꝙ nō apponamus obicē sacramēto? Qui uero tm̄ asserit hoc posse nobis esse probabile, qn̄ asseruisset posse nobis esse certā nostrā gratiā? Et quidē, ut inferret, posse Petro certū esse, se esse in gratia, necesse erat, ut & certū ei esse posset, se nō ponere obicē, & uere recipere sacramentū pœnitentiæ, & satis esse ad recipiendum gratiam per sacramentum pœnitentiæ, nullum ei ponere obicem. Si enim quis sic argumentetur. Quicunq; recipit sacramentum pœnitentiæ, & non ponit ei obicem, est in gratia. Petrus recipit sacramentum pœnitentiæ, & non ponit ei obicem, ergo petrus est in gratia. Si, inquam, quis sic argumentetur, nō poterit probare conclusionem secundum doctorem subtilem posse esse certā, nisi probet, & maiorem & minorem posse esse secundum illum certas. Si quidem requisita est certitudo præmissarum ad certitudinem conclusionis. Quare cum ille neq; maiorem, neque minorem tradiderit posse esse certas, nullo pacto potest hinc colligi, secundum illum posse Petro certam esse suā gratiam. Itaq; bene quidem Gab. in fine. d. 27. 2. infert, non posse quenquā certum esse de sua iustificatione, quanuis satis esset non ponere obicem, ut obtineremus gratiam per sacramentum pœnitentiæ, quia nemini constare potest intentio absoluentis, sed illud male addit, posse eum certum esse de sua gratia, cui manifesta esset intentio absoluentis, si satis esset non ponere obicem. Neq; enim sufficit, hoc satis esse, nisi sit etiam certum. Debet quippe esse certa utraq; præmissa, ut conclusio illata sit certa. Non solum autem D
Scotus non putauit esse certum ad consequendam gratiam per sacramenta, satis esse non ponere eis obicem, hoc est, non actu peccare in eorum susceptione, & intendere ea iuxta intentionem Ecclesiæ suscipere, sed neq; unquā credidit hoc esse uerum. Perperanq; & ipse Gabriel ibi, & Lutherus in art. 1. suarum assertionum, & nonnulli alij imponunt ei hanc falsissimam & meritò damnandam sententiam. Et longissime illum fuisse ab hac opinione, seu potius errore, ex multis ipsius locis possumus probare. Primo. In. 4. d. 17 q. 1. lit. e. Hæc sunt illius uerba Non est utilis absolutio, nisi præcedat in confitenti aliqua cōtritio, uel attritio, Secundo. In fine. d. 18. expresse dicit. Omissa requisitione disciplinæ confitentis, non potest sequi rectum iudicium, nisi casualiter. Tertio. In. d. 4. q. 5. Litera. c. clare ait nullum peccatum, quod inest post Baptismum, posse deleri sine pœnitentia, & fictum eum esse, qui cum commisisset septem mortalia, uenit ad Baptismum de sex tantum attritus, quia septimum uel actu placet, uel de eo nullo modo atteritur, & addit eum, qui eo modo accedit ad baptismum, forte nouo peccato mortali peccare, ob irreuerentiam, quam facit sacramento. Neq; ponit ibi forte, ꝙ de ea re dubitauerit. Paulo enim post id asserit sine forte, sed quia posset forte excusari ob ignorantiam, uel quia de eo non tunc ex professo agebat, suo more posuit forte. Quarto in ultimis uerbis eiusdem. q. 5. idē docuit. Sic enim ibi ait. Gratia baptismalis expellit omne peccatum, quod insuit usq; ad eius

Plus requisiuit Sco. ad recipiendū gratiam p sacramēta quā nō ponere eis obicem.

A susceptionem, culpam autem, quæ tunc inest actu, uel quæ actu tunc cōmittitur, uel quia de illa nulla contritio inest, non expellit, quia inuenit obicem contrariæ uoluntatis. Hæc ille. Quibus quid rogo poterat dici expresſius? Contritionem uero in illa tota quæstione large accepit, ut se extendit ad attritionem, uel ideo dixit, illam culpam non deleri per baptiſmum, de qua nulla contritio inest, quia quecunque fit attritio, in susceptione baptiſmi fit contritio. Et ut omnis tollatur ambiguitas, satis esse debent uerba illa, quæ ex principio eiuſdem. q. sanctus Episcopus Roffenſis, ut uindicet eum ab hac nota, Luthero obijcit. Sic nanque ibi scribit. Poteſt aliquis esse fictus oſtendendo se esse diſpoſitum ad recipiendum sacramentum, cum tamen non sit interius diſpoſitus, uel quia non habet rectam fidem, uel quia habet aliquod peccatum mortale tunc in actu, uel præteritum, de quo nullo modo atteritur, uel conteritur. Et iſto modo communiter loquuntur sancti, & doctores de ficte baptizato. Hæc Scotus. Ex quibus luculenter patet, & rectam fidem, & dolorem aliquem de peccatis requiſitum esse, ne ponatur obex baptiſmo. Sexto idem apertè poteſt confirmari ex his, quæ idem doctor scribit in illa. q 4. diſ. 14. unde colligunt, qui nos impugnant, non esse secundum eum requiſitam diſplicentiam de peccatis, ut quis iuſtificetur per sacramentum. Ad finem enim. 2. art. ſicut dicit congruere, ut requiratur intentio debita ad sacramentum Pœnitentiæ, ita etiam dicit, congruere ex parte suſcipientis, quod ſit pœnitens. i. habens aliquam diſplicentiam de peccato commiſſo. Et in tertio articulo in principio literę. E. ſubdit. Parum attritus, etiam attritione, quæ non habet rationem meriti ad remiſsionem peccati, uolens tamen recipere sacramentum pœnitentiæ, ſicut diſpenſatur in Eccleſia, & ſine obice in uoluntate peccati mortalis in actu in ultimo inſtanti prolationis uerborum, in quibus eſt uis sacramenti iſtius, recipit effectum sacramenti. ſ. gratiam pœnitentialem. Ex quibus patet tria requiri ab eo, ut recipiat quis gratiam per sacramentum pœnitentiæ, nempè uoluntatem recipiendi sacramentum, diſplicentiam aliquam de peccatis commiſsis, & non esse in aliquo mortali actu, uel uoluntate. Et iſta duo aliquando ab eo comprehenduntur uno uerbo, uidelicet ſine fictione, uel ſine obice, neque immerito. Qui enim non habet diſplicentiam de peccato, quod placuit, moraliter ſemper perſeuerare dicetur in eius complacentia, atque in illo esse actu, uel uoluntate, & illud uoluntati ipſius adhuc inhærere. Et communi more omnia, quibus, ne sacramenta in nobis cauſent gratiam, uel contrarie, uel contradictorie impedimus, ideſt uel actu peccando, uel intermittendo neceſſaria ad reuerenter ea recipienda, uno nomine obicis, uel fictionis solemus comprehendere. Dicimus quippe generaliter, sacramenta cauſare gratiam in non ponentibus obicem, uel ficte ipsa suſcipientibus, & omnes ad ea accedentes per illa recipere a Deo gratiam, ſi ſyncere, & non ficte, aut ponentes obicem ad ea accedant. Atque ita omnia, quibus impediuntur agentia naturalia a ſuis effectibus uerbo uno obſtaculi, obicis, uel impedi-

Margin notes: 5. *Roffenſis.* — 6. — B 7. — *Quid ſit ponere obicem gratiæ sacramēti.*

menti, ut plurimum nuncupamus. Quamobrem cum ibidem dixisset Scotus, ad consequendam gratiam per sacramentum, solum requiri uoluntariā susceptionem baptismi, & sine fictione, uel quod idem erat, solum requiri opus exterius, cum a motione interioris impedimenti, ut explicaret non deesse fictionem, neque amoueri interius impedimentum, nisi habeatur displicentia aliqua de peccatis commissis, adiecit statim, ad secundum haec uerba. Concedo ergo quod ante perceptionem dignam pœnitentiæ, opportet suscitari, uel simpliciter, & tunc per pœnitentiæ sacramentum non deletur peccatum, sed gratia, quæ infuit augetur, uel suscitari secundum quid, ut uidelicet habeat aliqualem displicentiam de peccatis, & propositum cauendi de cœtero, & uelit suscipere sacramentum pœnitentiæ, in quo attritio fit contritio. Hęc ibi. Itaque manifestum est, eum requisiuisse aliquam displicentiam commissorum peccatorum, nequis apponat obicem sacramento, sed recipiat gratiam per illud. Neque cū dicit in loco, quem tractamus ex d.17. duas esse uias ad consequendam gratiam, alteram per sacramentum non ponendo ei obicem, alteram per attritionem, excludit a prima omnem attritionem, & displicentiam, sed illam solum, quæ, etiam sine sacramento, per modum meriti de congruo sufficeret ad obtinendam gratiam. Est enim aduertendum, & notandum, doctorem subtilem non uocare meritum de cōgruo respectu primæ gratiæ, nisi dispositiones, quæ etiam sine sacramento sufficerent, ad consequendam gratiam. Vnde & in.d.18.li.A.uelut explicās ea, quæ in.q.4.d.14.dixerat, sic scribit. Concedo igitur, ut diffuse declaratū est.d.14.q.4.quod sacramentum pœnitentiæ potest digne recipi ab attrito, & hoc tanta attritione, quæ non sufficeret per modum meriti ad iustificationem suscipiendam in termino attritionis. Et si non ficte recipiatur, in termino recipitur gratia prima. Hæc ille. Sed hęc satis, ut nemo posthac tam parum piam opinionem tam pio & tam insigni doctori attribuat. Vt autem ostendatur ille sensisse, posse quempiam esse certum per fidem suæ gratiæ, secundo possunt nobis obijci uerba ipsius in.3.d.24.lit.C. Argumentatur ibi sic contra lumen, quod ponit Henric. Gan. medium inter lumen gloriæ & lumen fidei. Caritas potest ostendi ex actu interiori, quo inuenit homo se promptum in Deum, & exteriori, quo feruet in actibus extrinsecis pro aliquo dilecto, sicut aliqua scientia ostenditur actu interiori intelligendo, & exteriori bene docendo. Sed tales qui habent hoc lumen, secundum eos non melius docent, neque firmius adhærent in mente credibilibus propter lumen istud, quàm alij simplices non habentes huiusmodi lumen, sed frequenter minus. Igitur non debet poni. Hæc ille. Ex quibus uidetur caritas secundum ipsum posse ostendi ex actibus, & cuicunque constaret, se habere actus, quorum hic meminit, constare posse quod habeat caritatem. Et confirmari hoc potest ex argumento, quod statim ibidem subiungit contra idem lumen. Vt enim philosophus in secundo Posteriorum contra Platonem, qui ponebat omnem scientiam in nobis a principio, sed quasi ob-

Quis dolor sit scdā Sco. meritum de congruo primæ gratiæ.

Locus.2 Scot. pro certitudine gratiæ.

Confirmatio.

A nubilatam,& obrutam propter impedimenta aliqua,argumentatur,in conueniens esse habere tam nobiles habitus,& latere nos,ita & ipse contra prędictum lumen argumentatur, inconueniens esse ponere tantum,& tam perfectum lumen,& tamen latere nos,præsertim,cum hoc lumen ponatur esse clarior, & manifestior habitus,quā fides, & habens fidem non ignoret omnino se habere fidem,sed sciat,se habere habitum,quo credit in generali,licet nesciat uera esse illa, in quæ inclinat. Et non in hoc loco solum, sed & in.4. d.43.q.3.lit. C.inconueniens putat, nobiles habitus latere, eos habentem. Quare cum secundum doctorem subtilem, multo perfectior habitus sit caritas, quam fides, & quam esset illud lumen, repugnare doctrinæ ipsius uidetur, non posse cuiquam in hac uita constare de tanto, & tam perfecto habitu, si eum habeat. Sed hæc non asseruntur a doctore subtili, sed inter argumentandum dicuntur. Quo in loco sępe aliquibus utimur ad conuincendum aduersarios,quę ipsi nō credimus, si modo apud eos sint recepta, & concessa. Et fortè ad hominem magis ista dixit, quam ex sententia propria. Neque satis profecto certum est,an ista argumenta sint doctoris subtilis,an aliorum. Statim.n. ante hęc argumenta,ita inquit,Pręterea alij arguūt contra eum quærētes quid sit tale lumen,& respondens dicit,quòd est quid spirituale sicut caritas,& ideo non potest ostendi,sed illi percipiunt hoc lumen,qui recipiunt. Et mox subdit argumenta,quę statim citauimus. Incertum etiam uidetur, an de habitu caritatis infusę in primo argumento agat. Respon.1. Respon.2 Respon.3.

B Generaliter enim de caritate loquitur, & ad caritatem acquisitam possent, quę dicit,referri. Denique. Pro omnibus, quę in hoc loco dicit Scot. satis est,probabiliter posse constare nobis caritatem, neque requiritur, ut posit etiam certo constare,pręsertim certitudine fidei. Quare consulto Lychetus ipsius expositor ad tollendum omnem ambiguitatem illis uerbis, caritas potest ostendi &c.adiecit saltem secundū cōiecturas. Et nō esse trahenda hęc uerba ad maiorem,aut certiorem ostēsionem caritatis, quam probabilem, suaderi potest,tum ex ipsis, quę ibidem dicit, tum ex alijs, quę alibi asserit. Hic enim ita ostendi,ait,posse caritatem ex actibus, sicut scientiam ex bene intelligendo,& bene docendo. Sed ex his non ostenditur habitus scientię, nisi probabiliter. Neque enim communiter existimantur demonstrari posse habitus. Item. Hoc loco ita uult posse nobis constare medium illud lumen,si ponatur,ac constat habitus fidei habenti illum. Sed habitus fidei infusę tantum constat probabiliter habenti ipsum. Non enim constat,eum habenti,certitudine euidentię, ut idem expresse dicit. d.23.q.unica litera I.& in quodlib.14.lit.K. Et licet certum sit,secundum eundem doctorem,ex autoritate scripturę & sanctorum,esse fidem infusam,ut idem apertè dicit in principio solutionis.q.unicę.d.23.tamen non est certum ex fide, in omnibus illis,esse fidem infusam, qui credunt, & receperunt fidem. Dubium enim est, ut in.7.lib.explicuimus, inter doctores, an Deus infundat fidem illis,qui ueniunt ad fidem sine pęnitentia suorum peccatorum, cum illis non infundat Respon.4

caritatem, & unus habitus infusus non infundatur sine alijs, licet maneat sine ipsis. Et cum dicit in principio solutionis. q. unicę. d. 23. Sicut credo Deū esse trinum, & unum, ita credo me habere fidem infusam, qua hoc credo, non debet, hoc sic rigide exponi, quasi eadem firmitate crederet sibi peculiariter esse infusam fidem, qua crederet, ac credebat Deum esse trinum & unum, sed ita debet exponi, ut sensus ipsius sit eadem firmitate se credere fidem infundi fidelibus a Deo, ut credant, ac credebat Deum esse trinum & unum. Neque enim amplius ibi statuere uolebat, ut patet ex adiunctis, quā non posse fidem demonstrari inesse alicui, nisi supposita fide & uoluntate credendi dictis scripturæ & sanctorum. Et eodem modo debent exponi similia, quæ ibidē paulo post dicit litera. I. Quia clare in eadē. d. asseuerat neminē scire, se habere fidē infusam, nisi reuelet sibi. Præterea. Doctor subtilis passim contendit, nō posse habitus infusos demōstrari ex actibus, neq; necesse esse, eos ponere ad habendum actus ex eis elicitos. Et patet hoc in. 3. in principio. d. 23. & in. d. 27. art. & in. 1. d. 17. q. 1. Hisque accedit, quod in. 4. d. 6. q. 9. in principio expresse dicit, non posse probari per rationem naturalem, neque in uniuersali, uidelicet propter quid, nec etiam propter finem, neque in particulari, ut per experientiam alicuius actus, uel conditionum ipsius esse characterem, sicut in. 3. dictum est, non posse probari ex istis gratiā, uel caritatem. Cum igitur hæc & similia pasim dicat, non est locus hic, quem modo exponimus, sic intelligendus, ut sensus doctoris subtilis putetur hic esse, ut posimus ex actibus nostris certo cognoscere, nos habere habitum aliquem infusum. Et multo minus hoc credendum est, eum sensisse de habitu infuso caritatis, quæ ut infra ostendemus, ignotior nobis est, quam fides infusa. Itaque contradictio, quæ fortasis alicui apparere posset inter dicta hic & in primo, tolli potest per uerbum certitudinis additum in primo. Ibi enim de certa cognitione agit, huic uero loco satis est cōiecturalis, seu probabilis cognitio. Et si in hunc sensum interpretemur doctorem subtilem, efficaciora erunt, & urgentiora argumenta illius contra Henricum, quam alias. Ostendent enim, neque probabilem esse opinionem illius de medio illo lumine, quandoquidem alij habitus infusi ostendi posunt, saltem probabiliter ex actibus, nō autem illud medium lumen. Quod si de ostensione certa, & demonstrante ex actibus argumentaretur, diceret studiosus Henrici, non eum tradidisse suam opinionem, ut certam & euidentem, sed ut probabilem, & disputabilem, atque ideo satis esse, si ostendi posit illud lumen probabiliter. Sed nimium nobis indulsimus, dum in gratiam doctoris, quem publice aliquot annis profesi sumus, quæcunque erant in eo in hac parte obscura, quæque aliquot uiris doctis nouimus imposuisse, pro uirili nostra curauimus, & dilucida, & perspicua efficere. Transeamus igitur ad definitiones insignium academiarum, quæ pro nobis militant.

Conciliantur loca doctor. subti. quæ uidentur sibi cōtraria.

Dete-

A De testimonio scholarum insignium pro incertitudine iustificationis. Cap. XVI.

QVanquam ex superioribus manifestissimum esse arbitror, & pondere, & numero testium multo nos esse aduersarijs nostris superiores, quo hoc tamen dilucidius sit, & quos non possumus ueritate ipsa, & scripturarum, & doctorum autoritate superare, saltem multitudine uincamus, adijciam præmissis insignium, & toto orbe clarissimorum gymnasiorum Parisiensis & Louaniensis diffinitiones super hac re, qua modo tractamus. Patebit enim ex his, innumeros alios, atque adeo eruditissimos pro nobis stare doctores, eos uidelicet omnes, quos fœcundissima ista sapientum gymnasia, singulis penè annis, laureis, & insulis doctoralibus exornant. In censuris igitur Parisiensibus, quæ aduersus Lutherum publice editæ sunt, & ubique uenales habentur, in titulo. 3. qui est de absolutione, proponuntur primo istæ tres propositiones Lutheri. Propositio prima. Absolutio est efficax, non quia fit, a quocunque eadem fiat, erret, siue non erret, sed quia creditur. Propositio secunda. Crede fortiter te esse absolutum, & absolutus uere eris, quidquid sit de tua contritione. Propositio tertia. Esto per impossibile, quod confessus non sit contritus, aut ꝙ sacerdos non serio, sed ioco absoluat, si tamen credat se esse absolutum, uerè est absolutus. Et subditur deinde censura his uerbis. Hæ tres propositiones ad sensum scriptoris sunt falsæ, impiæ, ignoranter, & difformiter ad sanam sacræ scripturæ intelligentiam assertæ. Et in hoc quod dicitur. A quocunque tandem fiat, siue erret, siue non erret, & in eo quod subditur, non serio,
B sed ioco absoluat, sunt piarum aurium offensiue, sacramenti Pœnitentiæ irrisoriæ, & conciliorum generalium determinationibus contrariæ. Et in tit. 7. de certitudine caritatis habitę ponitur primo hęc propositio Lutheri. Pessime docent Theologi, quando dicunt, nos nescire, quando simus in caritate. Et additur censura in hæc uerba. Hæc propositio, intelligendo nescire certitudine fidei, de qua loquitur scribens, est falsa, sacris doctoribus dissona, & sanæ intelligentiæ scripturæ. Subnectitur deinde secunda propositio Lutheri circa ista, his uerbis. Caueat omnis Christianus, ne unquam incertus sit, an Deo placeant opera sua. Qui enim sic dubitat, peccat, & perdit opera sua cuncta, frustraque laborat. Et huic propositioni sua mox subijcitur censura in hæc uerba. Huiusmodi consilium, loquendo de certitudine, ut supra, est temerarium, perniciosum, & sacris eloquijs difforme. In articulis uero Louaniensibus die. 14. Martij editis anno domini. 1544. articulus. 9. sic habet. Fides, qua quis firmiter credit, & certo statuit, propter Christum sibi remissa esse peccata, seque possessurum uitam æternam, nullum habet in scripturis testimonium, immo eisdem aduersatur, etiam si firma & certa spe expectare debemus, in hac quidem uita per sacramentum baptismi, & Pœnitentiæ remissionem peccatorum, in sæculo autem futuro uitam æternam. Hęc ibi. Et si bene perpendamus adiuncta omnia, & mentem hęc pronunciantiũ, & dogmata, quibus aduersari uolebant, non dubitabimus,

utranque certitudinem & gratiæ uidelicet, & beatitudinis, scripturis aduersari definisse. C

De argumentis theologicis pro incertitudine iustificationis. Cap. XVII.

SEd intermittamus paulisper testimonia scripturæ, & Ecclesiasticorum doctorum, neque tantum autoritatibus certemus, rem ipsam, etiam argumentis scholasticis, ad uiuum discutiamus, ut si etiam his superiores fuerimus aduersarijs, nemo cunctetur sacri Concilij subscribere sententiæ. Primo. Nemini seclusa reuelatione potest per fidem constare, sic esse ueram hanc propositionem, Ego sum in gratia, ut non possit in eius assensu decipi. Nam respectu nullius est certa ex fide. Nihil enim est certum ex fide, nisi quod, uel reuelatum est, uel ex reuelatis certo deducitur & exprimitur. Item licet de hac propositione dubitare, & alijs a me & mihi ipsi, neque est qui ei teneatur credere, ut patet ex dictis, neque habet, unde ei non possit subesse falsum. Nec quispiam auderet pro illa mori, & rarissimi illam sub iuramento non horrerent asserere. Acceditque his, maximam partem fidelium credere, eam minime esse de fide, quodcunque quis habeat citra diuinam reuelationem de sua iustitia testimonium. Igitur temerarium est, ne dicam sacrilegum, tantam huic propositioni adhibere certitudinem, quantam alijs a Deo reuelatis, in quorum assensu per fidem scimus nos non posse falli. Secundo. Infallibilis certitudo gratiæ non potest haberi ex terminis, neque ex experientia, neque per demonstrationem, ut manifestum est, neque habetur ex reuelatione diuina, ut supponimus, neque haberi potest ex aliquo discursu euidenti, aut certo, qui procedat ex reuelatis. Si enim ex aliquo certo discursu tali, haberi posset hæc certitudo, maxime ex isto. Quicunque facit, quod in se est, iustificatur a Deo. Ego feci, quod in me est. Ergo sum iustificatus a Deo. Ille autem discursus non procedit ex reuelatis, neque ex certis, quia minor illa, Ego feci, quod in me est, non est reuelata, neque est unde sit certa ex fide. Nam quantuncunque diligenter quis probet omnia illa signa, ex quibus prudēter moueri possumus, ut credamus, nos fecisse, quod in nobis est, neque solum sibi nihil conscius sit, sed & alia in se uideat præclara iustitiæ signa, ut pœnitentiam omnium delictorum, dilectionem firmam & constantem Dei, absolutam patientiam, & heroica aliarum uirtutum opera, ex his omnibus probabilitatem duntaxat, aut ut multum certitudinem moralem poterit quis sibi comparare de hoc, quod fecerit, quæ in se sunt ad obtinendam Dei gratiam, non autem certitudinem fidei, cui non potest subesse falsum. Quia ea omnia possent inueniri in eo qui aliqua laboraret ignorantia culpabili, & nemini potest per fidem constare se non habere aliquam ignorantiam uincibilem ueritatis alicuius, quam tenetur scire. Vnde enim hoc possit per fidem constare, cum teste Euangelio possint, qui persequuntur Christianos, arbitrari se obsequium præstare Deo, neque ea tamen existimatione excusentur, quin illis imputetur ea persecutio in peccatum? Paulus etiam Iudæis, quos Deo displicere, non dubi-

Argum. 1. Argum. 2. D Ioan. 16. a Rom. 10. a

C A tabat, testimonium perhibet, quòd æmulationem quidem Dei haberent. Et cum ex zelo Dei persequebatur ipse Christianos, & spirans minas, & cędes in discipulos domini, proficiscebatur Damascum, ut quos inueniret Christianos, uinctos perduceret in Hierusalem, arbitrabatur quidem obsequiū se ea in re præstare Deo, neque tamen, quòd nullius sibi tunc fuerit conscius delicti, credidit se culpa uacasse, sed blasphemum, & contumeliosum asseuerat se fuisse, misericordiam uero consecutum, quia ea ignorans faciebat. Nouerat quippe illud Euangelicum. Seruus, qui non cognouit uoluntatem domini sui, & fecit digna plagis, uapulauit paucis. Quibus & ipse calculum suum adiunxit dicens. Ignorans ignorabitur. Itaque, si & tantus zelus legis Dei & tam feruens Dei amor, quantus tum fuisse uidetur in Paulo potest stare cum ignorantia aliqua culpabili, nulli potest omnino esse certum se fecisse, quod in se est, ad assequendam Dei gratiam. Tertio. Non sunt ex fide certa, quæ, qualia ue, aut quanta, necessaria sunt, & sufficiant ad peccatoris iustificationem, siue ante baptismum, siue post. Nam circa illa, quæ requisita sunt, post baptismi gratiam deperditam, ad iustificationem peccatoris, non mediocris controuersia est inter grauissimos doctores Theologos. Et quidem Scotistę aiunt, ad iustificationē peccatoris non quęuis dolorem de peccatis etiā propter Deum sufficere, immo necessariam esse, aliquantam intensionem, & feruorē in ipso dolore, aliquantiq; tpis, & quidem ignoti nobis, cōtinuationē. Alij uero existimant etiam necessarium, ut peccata displiceant

B peccatori, supra omne odibile, & ut uitare ea intendat supra omne uitabile, atque ut Deum diligat supra omne diligibile, & incertum esse etiam omnibus istis positis, an mox ea Deus acceptet ad iustificationem peccatoris, uel potius in incerto nobis tempore requirat ea cōtinuari. Et huius opinionis rigidissimæ autor est, & defensor Caietanus in opusculis suis. Et nulla istarum opinionum damnata est ab Ecclesia, neque communiter illæ existimātur hæreticę, licet contrarię, ut lib. 13. ostendemus, ut mitiores, ita etiam probabiliores sint. Illa etiam, quę requisita sunt ad iustificationem peccatoris, ante baptismum susceptum non sunt usquequaq; certa. Nulla enim scripturę autoritate, nulla definitione Ecclesię pręscripta sunt. Et cum certum sit, pœnitentiam esse requisitam, non est unde probemus, minorem pœnitentiam sufficere cuicunq; infideli, ut iustificetur ante susceptum Baptismum, quam sufficiat Christiano peccatori. Et licet certum sit, multo pauciora, & minora sufficere cum ipso Baptismo, quam sufficiant sine sacramento pœnitentię, uel etiam cum ipso sacramento pœnitentię, etiam si tanto sint pauciora, & minora, ut de illis possit baptizatis, certo constare, cum nemini certum possit esse ex fide, an uerum susceperit Baptismum, neq; ex hac parte poterit esse certa sua iustificatio baptizatis. Est quidem certum, atq; ut ipse existimo, etiam per fidem, sufficere ad gratiam conuersionem ad Deum ex toto corde, & pœnitentiam ex toto corde, & facere quod in nobis est, ad eam assequendam. Attamen certa fortè non sunt ex fide, quę ad hęc necessa

Act. 9. a
1. Tim. 1. c
Luc. 12. f
1. Co. 14. g
Argum. 3.
Caie.

saria sunt, & sufficiunt, & quę certum est sufficere, scire certo non possumus C
*Argum.*4 a nobis fieri. Quarto. Si constare posset per fidem alicui sua iustificatio, maxime constaret, per hoc, quòd fecerit omnia, quæ nouit necessaria esse, ut iustificetur, & in animo habet, plura facere, si plura nosset, a Deo requiri, & hæc sibi in se uideretur uidere, aut saltem certo de se credere. Sed hæc nō sunt satis, ut quis iustificetur. Possunt enim plura requiri, quam quis existimet requisita esse. Et potest aliquis credere, se fecisse omnia necessaria, immo & existimare potest se uidere illud, & euidenter de se nosse, & tamen decipi, quia neq; illa fecit, neque facturus erat etiam si nosset, ea esse necessario faciẽda. Quod quidem manifestum potest esse in infidelibus, & in hæreticis, immo & in multis Christianis laborantibus aliqua culpabili ignorantia circa pluralitatem beneficiorum, uel circa retentionem aliquorum bonorum alienorum, & similia. Multi enim ex huiusmodi hominibus securi sunt de sua iustificatione, & omnia putant se fecisse, quæ Deus ab eis exigit, ut eos iustificet, immo et uidētur sibi euidēter nosse omnia se talia fecisse, & facturi plura, si plura nossent requiri, cum tamen, qui legem Dei exacte norunt, & ab eiusmodi affectibus liberi sunt, certo credant, eos esse in peccato, neque eos affectus habere quos ipsi sibi de se persuadent. Et huius rei perspicuum argumentum est, quod non semel experientia nos docet. Admonentur quandoque isti, qui retinent plura beneficia uel bona aliena, & audiunt a uiris doctissimis necessarium esse, si suæ uelint saluti prospicere, resignare illa beneficia, & restituere illa bona. At ipsi more aspidis surdæ obturant aures suas, D ne exaudiant uoces incantantium eos sapienter, neque ullis argumentis diuelli possunt a suis affectibus & opinionibus. Quinto. Tutissima & certissima uia nobis data ad iustificationem, sunt sacramenta. Habent enim uel omnia illa, uel certè baptismus, & pœnitentia, ut accedentibus ad ipsa cum quouis dolore de peccatis, & proposito ea uitandi conferant primam gratiam. Sed nemini potest per fidem constare, se recepisse uel minimum sacramentum. Estque hoc ita certum ex fide, ac clarum est, nos uiuere. Nemini siquidem potest constare aliquando concurrere, quæ semper necessaria sunt ad ministrationem cuiuscunque sacramenti. Nulla quippe est uia, qua citra reuelationem nosse possimus intentionem ministrantis, uel euidenter, uel certo ex fide. Est autem ad quodcunq; horum sacramentorum necessaria in ministro intentio conferendi illud iuxta intentionem Ecclesiæ, ut diffinitum est in Con. Flo. & confirmatum in hoc Con. sessione. 7. ca. 11.

*Argum.*5. (marginal note at "diuelli possunt")

*Argum.*6 Sexto. Non dedit nobis Deus uiam, qua certo possimus, per fidem scire, an adimpleuerimus omnia precepta nobis iniuncta, sed cōtentus fuit, hoc nos posse scire certitudine quadam morali. Ergo multo minus credendum est, dedisse Deum uiam, qua sciremus, nos iustificatos per fidem. Multo. n. magis necessaria uidet prior certitudo q̃ ista, & fieri nō potest, ut maior certitudo habeatur de iustificatione nostra, quam de obseruatione mandatorũ Dei, cum eorum obseruatio necessaria sit ad iustificationem, uel certè iustificatio

A ficatio nequeat stare, sine illa. Quod aũt non possit nobis certa esse per fidẽ obseruatio omnium mãdatorũ, dupliciter docere possumus. Nam, ut iam diximus, constare nobis non omnino potest, ne per ignorantiam, quidem præterisse aliquod ex ipsis, & præcepta saltem confessionis & baptismi, nemo potest scire se implesse, nisi morali quadã & probabili certitudine, quia non potest constare, ut statim ostendimus, uerè nos hæc sacramenta suscepisse. Quamobrem licet excusaremur a peccato transgressionis, si non fecerimus, quod in nobis est, ad ea suscipiendum, tamen ubi constaret nos non ea suscepisse propter maliciam ministri, qui uerba sacramentalia protulisset absque intentione faciendi, quod Ecclesia intendit, uerè teneremur, ea rursus suscipere. Septimo. Reuelauit Deus nonnunquam aliquibus suam iustificationem. Signum ergo est, & quidem non leue, non posse citra reuelationem haberi de ea plenam certitudinem. Si. n. posset ea per fidem haberi, superflua fuisset reuelatio. Nam si qui potuissent citra reuelationem huiusmodi certitudinem consequi, maxime certè illi, quibus Deus suam iustitiam reuelauit, ut qui uitæ sanctitate, notitia scripturarũ, & perspicacia ingenij multis interuallis, cæteris præcelluerunt. Neq; Deus peculiariter solet reuelare quæ ex fide possunt esse certa. Cunq; Deus paucis, ijsq; amicissimis sibi suã iustificationem reuelauerit, atque eam gratiam eis fecerit, uti confidentius & fortius magnifica & præclarissima opera facerent, & alacrius molestias omnes præsentis uitæ pro ipsius gloria sustinerent, eaque ratione labores ipsorum alleuarentur, & quadantenus premiarentur, absurdum est & uehementer derogat gratiæ eis factæ, asserere omnes, qui iustificantur posse certitudinem fidei de sua iustitia citra reuelationem nancisci. Et augeri potest hoc argumentum. Non scimus Deum reuelasse aliquibus suam iustificationem, quibus non reuelauerit suam etiam perseuerantiã. Igitur sicut nemo potest esse certus ex fide sine reuelatione diuina de sua perseuerantia, nemo etiam potest esse certus ex fide de sua gratia. Octauo. Non expedit, ut homines possint regulariter, cognoscere per fidem, & certã habere suam iustificationem & acquisitionem gratiæ. Nanque ea certitudo, occasio esset superbiæ, iuxta illud Gregorij. 9. mor. 17. Si scimus nos gratiam habere, superbimus. Vix cauent uiri spirituales superbiam, & inanem gloriam, si probabile sit, se inuenisse gratiam apud aliquẽ regem, uel eximium prælatum, & cauebũt cerdones, & sartores superbiam, & inanem gloriam, habẽtes certitudinem fidei de sua iustificatione, & gratia apud Deum, & adoptione in filios Dei, & hæredes regni cœlorũ? Esset etiam hæc certitudo, nonnulla occasio despiciendi alios, aut saltem nos alijs preferẽdi, ac prorsus impediendi obseruantiã saluberrimi Cõsilij Pauli, quo admonemur, in humilitate superiores nobis cæteros arbitrari. Quõ. n. ego alios mihi præferã, si de me possim esse certus per fidẽ, me esse in gratia, cũ de alijs hoc nõ possit adeo certo cõstare? Atq; in uiris imperfectis esset occasio, ista certitudo somnolẽtię, inertię, & relaxationis uitæ & pnię. Si. n. imperfecti sint certi per fidẽ, se obtinuisse gra

Argum. 7

Argum. 8.

Causæ, ob quas nõ expedit certitudo gratiæ. 1. causa

Greg.

2.

Phil. 2. a

3.

B

tiã Dei,ſe cure, & in utranuis aurẽ,ut aiunt,dormirent,neq; tantiſaceret,im C
mo neq; curarent, habere fructus dignos pniæ, aut in gratia proficere. An
non uidemus,ex hac perſuaſione factũ eſſe inter Lutheranos,ut nulla penè
4. cura ſit ſatisfactionũ pnialium? Ad hæc.Occaſio erit iſta certitudo minuẽdi
firmitatẽ in aſſenſu cæteroꝝ credibiliũ. Cum.n.rariſsimi inueniãtur hoies,
qui poſsint tãta fide credere ſe eſſe ĩ gratia, ac credũt filiũ Dei pro ſe paſsum,
ſi dicaẽ eis utrũq; eſſe ex æquo de fide,nõ ita firmiter credent hoies,Chriſtũ
5. pro ſe eſſe paſſum. Nõ expediebat ẽt, ut certitudo fidei,qua nulla debet eſſe
maior,& pro qua ſemp debemus parati eſſe mori,ad ſingularia,& particula
ria applicaret,in quibus tã ſępe poſſemus decipi,niſi firma aliqua,& certa re
uelatione Dei firmemur,ne in eis labamur,aut uacillemus.Neque ſine graui
fidei iniuria docẽtur hoies tanta certitudine credere ſe eſſe iuſtificatos,quan-
ta credũt aliĳs credibilibus,cũ tã ſæpe, & tã facilitet,in hoc poſsit quilibet er
6. rare,& decipi.Deinde. Si ob aliquid debuiſſet Deus cõicare nobis p ſcriptu
ras certitudinẽ noſtrę iuſtificationis, eſſet maxime,ut eſſet occaſio lætãdi in
ipſo,& exultãdi ĩ tãto beneficio, & ſperãdi à magnificẽtia ipſius maiora, &
ut certi de hoc facti,alacrius pateremur aduerſa,& nos accẽderemus ad for-
tius,& feruẽtius p uiã mãdatoꝝ Dei currẽdũ,& proficiẽdũ de uirtute in uir
tutẽ. Sed ad iſta ſatis debet nobis eſſe certitudo moralis de tãto,& tam exi-
mio beneficio.Ea.n.certitudo de gratia principis,ſatis nobis ſolet eſſe in hu
manis,ut in pſperis,& aduerſis alacriter,& fortiter ei ſeruiamus, & ut exul
temus,ſi gratiã illius habere cupiebamus,de inuẽta gr̃a apud ipſum,& ab il- D
lo magna beneficia,& maiora in dies ſingulos ſperemus.Ea etiã certitudine
ſolemus eſſe cõtenti de pſeuerãtia noſtra, & cõſecutione beatitudinis,ut bo
nũ faciẽtes,nõ deficiamus omni tpe.Equidẽ non pro dignitate exiſtimant,
hoc tm̃,& tam pręcellens beneficiũ gratię Dei,qui nõ contenti ſunt,ſi Deus
illis impartiaẽ,unde probabiliter poſsint ſcire,ſe illud aſſecutos,niſi etiã certi
7. tudinẽ,& hãc ipſam fidei Theologicæ,in hac ualle miſerię aſſequãtur.Nũq;
etiã Deus qui tã benigne & magnifice oĩa nobis neceſſaria prouidet,tã pau
cis ſuã iuſtificationẽ reuelaſſet, ſi in cõe expediret ut oẽs aſſequi poſſent tan-
8. tã certitudinẽ.Itẽ.Non expedit nobis ſcire determinate diẽ iudicĳ,ſicut co-
Marc.13.d pioſe tradũt doctores ſuper illa uerba.De die illa & hora nemo ſcit,& ſuper
Act.1.b per illa,Nõ eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta.Decet enim ea Deo ſo
Non expedit nobis ſcire diẽ iudicij. li nota eſſe, quæ ipſe ſolus operatus eſt, ut quæ ſoli ſuæ ſubiacent poteſtati,
ſoli etiam ſuæ ſcientiæ ſubiaceãt. Et nobis ea incertitudo conueniens eſt, ut
ſoliciti magis ſimus de iugi bonorum operum exercitio.Ergo neque expe
dit nobis,ſcire determinatẽ,quando ſumus in gratia. Proprium nanq; opus
Dei etiam eſt iuſtificatio,et incertitudo de noſtra iuſtificatione ſolicitudinem
augebit bene operandi, ad promerendũ tm̃ beneficiũ. Quod ſi ex fide cer-
to ſciremus, nos eſſe in gratia, nihil profecto,aut parꝝ, nos ſolicitos faceret
incertitudo diei iudicĳ,uel mortis noſtræ.Optima.n.præparatio ad aduen
9. tũ dñi eſt habere gratiã ipſius. Nono. Plura ſigna dedit Chr̃s apud Mat.ad

Auentus sui ad iudiciū, quā unquā dederit in scripturis aduectus sui ad nos per gratiam. Sed ex illis signis non possumus certitudinaliter scire determinate diem iudicij. De die.n. illa, et hora nemo scit. Et tantum colligunt doctores, posse nos per coniecturas quasdam scire appropinquare diem iudicij. Deci mo. Nullus absq; Dei reuelatione tenetur certo credere se esse in gratia. Nusquam.n. tale inuenietur praeceptum, ut supra late docuimus. Quin uero potest quilibet merito haesitare, aut formidare de sua iustificatione. Nam multi uiri sancti haesitauerunt de sua, etiam post magnam, & insignem pniam suorum peccatorum, & uiri doctissimi dicunt, nunquā debere quempiam hoc omnino certum existimare, & ad ueram humilitatē potius spectare, ut nos existimemus pctōres, quā iustos. Quod si posset quispiā absq; reuelatione certus esse ex fide de sua iustificatione, teneretur utique eam credere, uel saltē non liceret ei dissentire, aut de ea haesitare. Nihil.n. tale liceret ei, qui de ipsa haberet reuelationem. Et hoc generatim ab omnibus conceditur, de omnibus quae de fide sunt, siue quia apertè colliguntur ex reuelatis, siue quia immediate habentur ex reuelatione. Et de utrorūque fide uerū est, quod cōiter dicitur. Dubius in fide infidelis est. Possunt haec arg. satis esse, ut tā catholici, quā haeretici intelligāt, nemini sic esse posse per fidē notā suā gratiā citra reuelationē diuinā, ut sunt alia reuelata nobis a Deo, aut ex eis certo deducta, ac proinde temerarie facere, quicunque tāta firmitate credit se iustificatū, quanta illis credit, siue ea ad fidem catholicam spectarent, siue nō, iustissimeque. S. B Synodū statuisse, neminē posse sic suā iustificationē scire, ut eo in assensu nō merito hęsitare queat, an decipiatur. Sed quo magis errores hęreticorū confutemus, & quā longe sint a uero circa hunc art. doceamus, adijciam & his aliud argumentum peculiare contra ipsos. Si constare posset nobis per fidē nostra iustificatio, maxime hoc esset, ut dicitis, quia constare nobis potest, nos certo credere per Christum esse iustificatos, sed unde, rogo, constat nobis fidem nostrae iustificationis per Christū hanc habere prerogatiuā, ut oīa peccata deleat, & expellat, & gratiae nos Christi restituat? Vbi legistis tale ei priuilegium datum a Deo? Quod poteritis uel scripturae uel alicuius sancti ueteris proferre testimoniū, ut non hoc uestrum esse somniū, & cōmentū existimemus? Fidem sufficere ad iustificationem docuere ante uos nonnulli haeretici, etiam tempore Apostolorum, & postea Eunomius, ut supra testimonio August. docuimus. Sed fidem qua certo credimus nos esse in gratia hanc eandem uirtutem habere, nemo ante uos, quod sciam, uel asseruit, uel suspicatus est. Prohibebant talem ausum & temeritatem scripturae, quae & aliorum articulorum fidem, & alia uirtutum opera, ut spem, dilectionem, et poenitentiam ad iustificationem manifesto exigunt. Prohibebat lumen naturale, quod & stultum esse docet, uel leuissimarū offensarum in proximum nobis polliceri remissionem, quia certo credamus nobis eas condonatas. Debet quidem aliquid antecedere, quod causa sit etiam sufficiens, & manifesta, aut certa remissionis peccatorum nostrorum, aut non leuiter & temere

Mat. 24. b
Ignotus dies iudicij
10.
cap. 6.
11.
Fides de iustificatione non sufficit ad iustificationem.

credamus illa nobis, uel apud Deum, uel apud homines esse remissa. Sed sit C
& aliorum articulorum fides, quæ uos certos faciat uestræ gratię. Nolo ue
stris calumnijs hoc nomine obnoxius esse, quãquã hoc est, qđ maxime ex
uestris scriptis habere potui, & alij ante me uiri doctissimi collegerunt. Cu
pio & hoc uobis diuerticulũ aut suffugiũ auferre, & omnia quæ uos remo
rãtur, ne nobiscũ cõueniatis, pro uirili nostra tollere. Statuite quãcunq; uo
lueritis fidẽ, quæ uos certos faciat uestræ salutis. Illã ostẽdã apertè, præstare
non posse uestrã istã augustã & sacrosanctã certitudinẽ. Potest. n. quncunq; illa
sit, admittere secum propositũ perseuerãdi in aliquo peccato. Quia nulla est
contrarietas inter illa, quæ hoc prohibeat. Et uos ipsi fatemini, cũ illa stare
dubiũ de beneuolẽtia, & cura paterna, quã in nos gerit pater cœlestis, qđ &
fatemini eẽ peccatũ, sed pp hãc fidẽ nõ imputari. Lege temetipsum Bucere
in cõcordantia huius art. de certitud. gra. Nõ solũ, ais pñte pc̃tõ certos nos
esse gratię p fidẽ, uerũ neminẽ posse carere pc̃tõ dubiętatis de diuina in nos
cura, & tñ illud cõtegi p fidẽ. Ideq; ait sodalis tuus Phi. in Apol. Augustana
Et uterq; hoc didicistis ex magistro uestro Lut. Neq; ille se poterit sicut uos
fortasis tueri, qđ ista ad sola uenialia retulerit. Nã ĩ ar. 14. suarꝶ assertionum
expresse ita scribit. Qualiacunq; sint opera nostra, etiã si sint pc̃ã, sola fide ef
ficimur certissimi, nõ imputari ea nobis. Et in de lib. Christ. palàm affirmat,
qualiacũq; sint opera nostra, dũmodo fixa & firma sit fides, certos nos esse
nostræ salutis. Qũo uero cũ his stat, quod scrip. sexcẽtis locis affirmat, Deũ
iniquitatẽ oẽm, & oẽs iniquos odio habere, & nõ parcere delinquẽti, hoc D
est, actu perseuerãti in pc̃tõ? Nõ satis tibi erat o Luth. docuisse, fidẽ solã sine
operibus ad salutẽ posse sufficere, nisi etiã addens errores erroribus, neque
impediri iustificationẽ perseuerãtia maloꝝ operum affirmares? Quid aliud
hoc est, quàm hoies alioqui segnes satis & ad uirtutũ cultum torpẽtes, a bo
norum operum studio a uocare, & ad uicia & scelera plus nimio procliui
bus habenas plenissime laxare? Sed non tantum hoc uestrum dogma, fi
ctitium illud quidem, & commentitium, moribus humanis est pernicio
sum, & laudibus iustorum & ipsius iustitiæ derogat. In Deum ipsum guber
natorem, & legislatorem uniuersi iniurium & contumeliosum est. Quid
enim potest magis alienum esse a suprema bonitate, quam omnes omni ui
& ope nostra constanter in Deo debemus & prædicare & tueri, quàm per
seuerãtes in sceleribus, & flagitijs ad amicitiam suã recipere & illis dona sua
spiritalia largiri, atque in eis habitare, qui immundi & impuri sunt & socij
immo templa uel uerius cloacæ sordium omnium, & habitacula dæmo
niorum? Atque ubi ista non posse quenquam scientem admittere, si ma
neat in eo fides, contendatis, quod quidem manifestis argumentis & te
stimonijs scripturæ libro decimoquarto reuincemus, certè intacta & il
læsa fide per ignorantiam posse ea admitti manifestum est. Aut enim fi
delis nunquam poterit ex ignorantia peccare, aut si potest, ut lucidis
sime Scriptura docet, poterit absque fidei iactura. Siquidem qua fide

Nulla fides certum peccatorẽ facit suæ gratiæ.

potest

A potest admittere peccatum, poterit & in eo perseuerare. Et nullius articuli fides impedire potest, quin per fragilitatem & obliuionem quandam humanam fidelis nonnunquam delinquat. Quis etiam si nõ prorsus desipiat, credere queat uobis persuasionẽ uestræ gratiæ solum pendere ex fide, neq; augeri aut corroborari ex operibus? Nõne experientia constat tanto facilius & firmius quenq; posse credere se esse in Dei gratia, quanto pluribus & melioribus operibus abundauerit? Equidẽ Chrys. & Bern. ut alios intermittamus, lõge diuersa a uobis ecclesiã Christi docuerũt. Chrys. Vnus quisq; nostrũ, ait, in nulla alia re spem suã post Dei misericordiã, nisi in moꝝ sanctitate cõstituat. Ber. Inde augetur nostra fiducia, q̃ sani sumus, si desiderio super noꝝ surgentes à terrenis eleuãtes corpus uoluptatibus, demus operam, ut aĩa regat corpus, & nõ regatur ab illo. Et didicerũt hæc isti doctores a Christo, & ab Apo. Nam Christus ait. Siquis diligit me, sermonẽ meũ seruabit. Et Petrus per bona opera iubet certã facere uocationẽ nostrã. Et Paulus ex testimonio bonæ cõscientiæ solidã docet gloriã filioꝝ Dei proficisci. Et Io. Filioli nõ diligamus uerbo, neq; lingua, sed opere & ueritate. Dicitis. Incerta erit nostra iustificatio, si ex operibus pendeat. Docte quidẽ & diserte uobis hunc cauillũ dissoluit pius, idẽq; eruditissimus magister Soto. Vos, ut certa sit iustificatio, docetis hoĩes iustificari sola fide. Ille aũt cõtra, uel ob hoc persuaderi posse necessitatẽ opeꝝ recte putat, & iustificationẽ nõ sola fide perfici, quia fides sola neminem põt facere certũ suæ salutis. Ipsa est. n. quæ perspi

Chrys. ho. 1. ĩ. 1. Mat.
Ber. in ser. de. 4. modis errãdi.
Ioan. 14
2. Pet. 2
2. Cor. 2
1. Ioan. 3. d
Soto. 3. de na. et gra. cap. 10

B cue docet necessaria esse opera ad salutẽ. Neq; possũ quidẽ satis mirari, qũo, cũ uos iam lucidissimis scripturaꝝ testimonijs conuicti apertè doceatis necessariam esse peccatoribus pniam, ut iustificentur, nõ etiã simul ab antiquo resilieritis errore de certitudine gratię, quẽ ea potissimũ rõne tuebamini, qa iustificationẽ putabatis pẽdere a sola fide, quę certa & indubitata nobis põt esse. Equidẽ cũ pniam necessariã ad iustificationẽ bene statuistis, temeraria illa debuissetis eadẽ opera reuocare uerba, quibus autoritatẽ uobis usurpãtes conciliorꝝ Ecclesiæ, art. 5. confe. Aug. dicitis. Damnãtur illi qui iubent conscientias dubitare, an consequantur remissionẽ, & addunt, hanc dubitationẽ non esse peccatũ. Neq; minus illa, quibus art. 20. acriter nos increpatis, q̃ dicẽtes iustificationẽ nostrã aliquo modo pẽdere a dispositione nostra, corrũpimus doctrinã de fide, neq; possumus firmã cõsolationem conscientijs proponere. Nã si pnia necessaria est, ut iustificemur, cũ nulli possit in totũ per fidẽ constare, an uerã & syncerã, at ꝑ perfectã pniam suoꝝ peccatoꝝ habeat, ut patet ex dictis, qui iam hoc fatemini, uel hoc nomine ab hac fidei certitudine de gratia persuadẽda abstinere deberetis. Idẽq; ipsum catholici oẽs uobiscũ facere tenẽtur. Quãdoquidẽ semper illi cõstantissime pniæ necessitatẽ professi sunt. Et nulla possunt cuicunq; pctõri argumẽta tanta & tam efficacia ueritatis, & sufficiẽtiæ suę pniæ subesse, quanta subsunt pro alijs à Deo reuelatis. Quippe Dei reuelantis autoritas exuperat omnium humanorũ argumentorum firmitatem & certitudinem.

De Apostolicæ sedis definitione pro incertitudine gratiæ. Cap. XVIII. C

SEd adijciamus his calculū definitione sedis Apostolicæ, quæ iam olim de hoc præcesserat, ut intelligant, qui aduersantur, etiam cessante defini tione nostræ Synodi, debuisse omnes abstinere a prædicanda & asseren da ista fidei certitudine de gratia. Inno. huius. no.3. ut habetur in. ca. ultimo de purgatione canonica, cum Archiepiscopus Bisuntinēsis iuramentū purgationis offerret sub hac forma, quod immunis erat ab eis criminibus, de quibus infamatus erat, neque purgare se uellet iurando, se illa non commisisse, postquam ad archiepiscopatum fuerat promotus, inter cœtera dicit se præsumere sub præscripta forma uoluisse, eum iurare, quia cum uere iurare non posset, se non illa crimina commisisse, tamen uerè existimabat, se posse iurare, dimissis per pœnitentiam eis peccatis, quod immunis iam esset ab il-
Iob.9.c lis. Et mox subdit. Sed hoc iurare non paruæ temeritatis existeret, cum Iob dicat, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et statim ad dit. Ideoque præscriptam formam, secundum quam idem archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus, utpote indiscretam, temerariam, & ineptā.
Respon.1. Hæc ille. Sed aiunt quidam, ista non esse diffinita ex professo a sede aposto lica, sed obiter dicta, atque ideo, neque tanti debere esse momenti, ut qui illa
Impugnatio. negauerit, aduersari censendus sit diffinitioni sedis Apostolicæ. Verum hos libēter rogarem. Quo in loco magis ex professo diffiniri a sede Apostolica hæc ueritas debebat, quàm ubi agebatur, an quis posset uere, & absque temeritate iurare, se immunem esse a peccatis, quorum pœnitentiam fecisset, D uel a quibus sacramentaliter esset absolutus, et an ea forma oblata ab aliquo ad purgandum se, deberet ut discreta, & idonea existimari, an contra rejci, ut temeraria, inepta, & indiscreta? Profecto si ad aliquam quæstionem moralem deberet hæc disputatio de certitudine iustificationis aptari, maxime uidetur ad istā spectare, & in eo loco debuisse desiniri, ubi illa in controuer siam uertebatur. Et qui non fuit contentus suam sententiā exprimere, nisi & eam etiam ex testimonio scripturæ confirmaret, satis indicabat, se ex pro-
2. fesso diffinire, quæ tradebat. Ad hæc. Ex professo diffiniuit illam formam esse indiscretam, temerariam, & ineptam, & archiepiscopum illum non po tuisse se immunem a suis peccatis absque temeritate iurare. Poterat autem absque ulla temeritate id iurare, si habuisset certitudinem fidei de sua immunitate a peccatis per pœnitentiam. Quę enim sunt certa ex fide, absque teme ritate possumus iurare esse uera, neque erit in eo iuramento quidpiam uitij, aut reprehensibile, nisi fortè per accidens, uidelicet, quia uel iuramentum non est necessarium, uel non ad intentionem eius, cui quis iurat, cum ad ip-
Respon.2. sius intentionem tenetur iurare. Alio tamen alij confugiunt, & aliter elabi se posse existimant, ne uideantur sedi apostolicæ hac in parte aduersari. Dicunt enim diffinitum quidem esse in hoc loco, neminem posse per pœnitentiam suorum peccatorum adipisci tantam certitudinem remissionis eorum, & ideo nemini licere iam defendere, hac uia posse haberi istam certitu-

A dinem de nostra iustificatione. Illud tamen, aiunt, adhuc in controuersiã relinqui, an per baptismum, uel martyrium possint peccatores eiusmodi certitudinem nancisci, & an innocentes eiusmodi certitudinem de sua iustificatione per baptismum habere possint. Verũ de innocentibus non est admodum difficile hoc refellere. Quis.n.possit certo scire, se nullũ admisisse peccatum letale? Quis possit certo scire ex fide, se esse baptizatum? aut se sufficienter disposuisse, ut etiam si non fuerit baptizatus, uerè tamen fuerit apud Deum iustificatus? Equidem cum controuersum sit inter graues doctores, an statim, cũ quis uenit ad usum rationis, teneatur se ad Deum ita conuertere, ut acquirat ipsius gratiã, &.S.Tho. & qui eum sequuntur, hoc constãter defendant, & apud Scot. & suos hoc problema sit, cũ nemo possit scire an hoc impleuerit præceptũ, quia nemo potest scire, quando ad usum rationis uenerit, uel hoc ipso, ubi nulla alia essent, quæ quidem multa sunt, deberet quisque ambigere, an aliquando peccauerit mortaliter, et nunquã pro certo statuere se esse & fuisse immunẽ a peccato mortali. Superest igitur, ut ex hac diffinitione probemus nullũ peccatorẽ posse esse certum ex fide, neque per pniam, neq; per aliam aliquã uiam, de sua iustificatione. Hoc.n.si fuerimus assecuti, satis profecto erit, ut in uniuersum credatur esse diffinitum, neminẽ posse esse certũ per fidem de sua iustificatione. Duplex aũt uia occurrit, qua istud possimus probare. Primo sic. Apertũ est hoc in loco Inno.3.iam olim diffinisse, nemini esse certũ ex fide dimissa sibi esse peccata per pniæ sacramẽ

Impugnatio.

Nullus potest certus esse de sua innocentia

S. Thom.

Scotus.

Nullus peccator põt esse certus de remissione suorum peccatorũ

Argum. 1.

B tum. Nam si posset alicui hoc esse certum, nunquã hoc iurare censuisset temerarium, indiscretũ, & ineptum. Licet.n. ut diximus, iurare uera esse, quæ sunt certa ex fide aut reuelatione. Ita sunt autem efficaces claues Ecclesiæ ad remittendũ peccata, ac baptismus, et ita certa remedia suę iustificationis prospexit Deus pctõribus baptizatis, ac non baptizatis. Æqualiter est.n.ei cura de omnibus, neq; minus, sed magis spectant ad ipsius diuinam prouidentiam peccatores, qui iam per baptismũ effecti sunt mẽbra Christi, & de ouili sunt ipsius, quam illi peccatores, qui non dum gratiã baptismi meruerunt, neq; ipsius Charactere sunt insigniti. Secundo. Nõ est facilior uia consequẽdi remissionẽ pctõꝝ per pniam ante baptismum, quàm post baptismũ per pœnitentiæ uirtutem, & pniæ sacramentũ. Immo neq; certior est uia consequendi remissionem peccatorum per pniam ante baptismũ, quàm sit post baptismum per solam eandem pniam. Non est enim, unde sit uerisimile, minorẽ pniam ante baptismũ sufficere ad gratiam consequẽdã sine baptismo, quã sufficiat post baptismum, præsertim cum sacramento pniæ. Cum igitur ex hac diffinitione habeatur, neminem posse esse certũ de sua iustificatione, neq; per pnię sacramentũ, neq; per pnię uirtutem, ut.n. utrunque includeret usus est Innoc. nomine pnię quod utranque pniam cõprehendit, sacramentalẽ uidelicet, & nõ sacramentalẽ, ex eadẽ diffinitione similiter habebitur, neminẽ posse esse certũ de sua iustificatiõne per pniam, siue illa habeatur ante baptismũ, siue post. Itaque cũ nemo, ut apertum supra fecimus, possit certo

Sap. 6. b

Argum. 2.

Nõ sufficit ad gratiã minor pœnitẽtia ante baptismum, quã post.

ſcire ſe recepiſse baptiſmum, & ſine illo non minor pœnitētia ſufficiat, quã C
poſt baptiſmum, habebitur ex hac diffinitione, neque per baptiſmum poſ-
Argum.3. ſe quempiam eſſe certum de ſua iuſtificatione. Tertio. Quanquàm probabi-
Nõ eſt cer liſsimum eſt minorem pœnitentiam ſufficere cum martyrio uel baptiſmo
tum ex fi- ad gratiam, quàm cum ſacramento pœnitentię, attamen ne hoc quidem cer
de minorẽ tum uidetur certitudine fidei. Atque hinc fortaſsis proficiſcitur, ut Eccleſia
pn̄iam ſuf ſimilem abrenunciationem mundi, carnis, & diaboli exigat a catechume-
ficere cum nis, atque a peccatoribus occultis poſt baptiſmum. Sed ex hac diffinitione
baptiſ. quã habetur, neminem poſſe per pœnitentiam, etiam cum ſacramento pœnitẽ
cum ſacra tiæ, habere certitudinem fidei de ſua iuſtificatione. Ergo ex eadem cum
mento pœ alijs, quæ ſunt certa, colligi poteſt, neq; per baptiſmum, neq; per martyriũ,
nitentiæ. aut alia aliqua uia poſſe quempiam uenire ad eiuſmodi certitudinẽ. Omnis
enim alia uia collata ad iſtas incerta eſt, & nulla tanta habet priuilegia. Dubi
tari itaque non poteſt, quin & a nobis ſtet ſedes Apoſtolica.

De teſtimonio, quod Spirituſſanctus exhibet noſtræ iuſtificationi. Cap. XIX.

Obiec. 1. ETſi ex prædictis ſatis arbitror poſſe conſtare cuiuis non admodũ ob-
ſtinato in cõtraria opinione, nullam eſſe uiam, qua quis poſsit in hac
uita, citra Dei reuelationem ſcire certitudine fidei ſuam ipſius iuſtifica-
tionem, tamen quia tum demum, in hanc ſentẽtiam omnes inclinabunt, &
a contraria deficient, cum plene diſſoluta intellexerint, quæcunque pro hac
certitudine induci poſſunt, neque quidpiam in eis eſſe, quod impedire, aut
remorari quenquam debeat ab aſſenſu definitionis ſanctę Synodi, non con D
tentus ero, eam firmiſsimis argumentis comprobaſſe, ſed dabo operam, ut
& omnia diluam, quæ in contrarium afferri poſſunt. Et, ut bona fide cau-
ſam aduerſariorum tractem, primo quidem ex ſcripturis, ſecundo ex teſti-
monijs ſanctorum doctorum, & tertio ex quibuſdam apparentiſsimis ar-
gumentis contendã poſſe haberi in hac uita certitudinẽ fidei de nr̄a iuſtifica-
tione, citra diuinam reuelationem. Et ut a fortiſsimo, aut certè uulgatiſsimo
eorum argumento incipiam, primo nobis obijciuntur uerba illa Pauli ad
Roma.8.c Romanos. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed ac
cepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater.
Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei.
Sunt autem in his uerbis duo, quæ ualide uidentur in noſtram ſententiam
pugnare. Primum eſt aſſertio illa, Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum
Dei. Secundum eſt teſtimonium Spirituſſancti. Nam ex priore iſtorum ui-
dentur Romani non ſolũ potuiſſe, ſed debuiſſe, certo certitudine fidei cre-
dere ſe iuſtificatos, & ſpiritum adoptionis filiorum Dei recepiſſe. Quia cer-
tã, & omnino indubitatã fidem adhibere tenebantur omnibus, quæ eis Pau
lus circa ſuam iuſtificationem aſſeuerabat. Et ſi Paulus inde certus erat de iu
ſtificatione Romanorũ, quòd eos ſciebat ſacramentis fidelium eſſe initiatos
& renatos fonte baptiſmatis, cur non & ipſi, quibus hoc non minus con-
ſtabat, quàm Paulo, poterant hoc idem certo de ſe credere? Ex teſtimonio

A uero ss. nō minus, sed lōge maius argumentū sumi potest, & ut oēs iusti suā iustitiam certè & indubitato possint credere. Testimoniū.n.ss. est certum, infallibile, & oī hoim testimonio maius, atq; adeo oī oium fide dignissimū. Ioan.3.d Et Paulus non ad se tātum & Apostolos, sed ad omnes omnino filios dei Respon.1. illa uerba retulit. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus filij Dei. Siquidem & ob hanc causam ait nos cū fiducia clamare, Abba pater, stultum quippe alias esse uideretur, eum patrem inclamare, & ad eum, ut ad patrem recurrere, cuius nos nesciremus esse filios. Et his uidetur illud Ioannis accinere. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Sed si aduertamus propositum Pauli in citato loco, non erit admodum Respon. difficile diluere ista. Non omnibus Romanis, qui Baptisma susceperant, persuadere uolebat Paulus, q̄ haberent, aut accepissent spiritum Dei. Quid ab illo magis alienum, qui, ut ex ipsa epistola patet, sciebat inter ipsos multos esse peccatores, & contentiosos, quiq; de alijs perperam iudicarent, & in se ipsis gloriaretur, neq; agnoscerent gratiam Dei in se? Hoc duntaxat eis persuadere uolebat hoc in loco, q̄ si spiritu agebantur, & facta carnis mortificabant, filij Dei erant, & in æternum, secundum corpus, & animam uicturi. Vnde & in his, quæ antecedūt ista, non absolute, sed sub conditione ista ter repetita dicit, eos esse, & uiuere in spiritu. Vos, inquit, in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in uobis. Si quis autem spiritū Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in uobis est, corpus quidē B mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationē. Quòd si spiritus eius, qui suscitauit Iesun a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesun a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Ergo fratres debitores sumus, non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicūq; enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Et statim beatitudinem hac eadem ratione non absolute, sed sub conditione illa pollicitus est, Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Atque in his insinuauit quod dicit, eos accepisse spiritum similiter esse accipiendum, uidelicet, siquidem ipsi non apposuissent obicem Baptismo. Scripsit autem hoc Paulus sine cōditione, cum tantum sub conditione eos asseruisset, esse in spiritu, ac postea glorificādos, quia uerisimile non erat, quin ex eis maxima pars se sufficienter disposuisset plena fide, & integra deuotione ad sacramentum Baptismi, & in eo accepisset spiritum sanctum. Et dum sic absolute ad eos scribebat, & asseuerabat, eos accepisse spiritum sanctum, non singulis persuadebat suam iustificationem, neq; a singulis exigebat, ut crederent se accepisse spiritum sanctū, sed docebat nos, optima quæq; de alijs semper præsumere, & sua autoritate ostendebat, licere illis, qui ad populum aliquem sermonem habent, uel scribunt ea loqui, qui uera sunt, saltem pro maxima ipsius parte. Quod & ante ipsum seruarunt prophetæ, cum Dei populum, uel blandis laudibus

ad uirtutem excitabant, uel seueris obiurgationibus a uitijs deterrebāt, eūdenq; in sensum accipi debent illa, quibus & Galatis dilucide affirmat idem Apostolus accepisse eos.ss. Et eadem ratione Ioā. potuit dicere & uos unctionem, quam accepistis a Deo, maneat in uobis. Et rursum. In hoc scimus quoniam manet in nobis, de spiritu, quem dedit nobis. Et iterum. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu san cto suo dedit nobis. Nisi forte, ut probabilius apparet, uel de se dun taxat, & alijs Apostolis haec dixerit, uel certe non ad mansionem Spiritus in aliquibus particularibus personis sed ad mansionem ipsius in Ecclesia, quae per fidem nota est omnibus fidelibus, ea retulerit. Testimonium uero, ex quo probat Paulus fideles non inepte uocare Deum patrem, ut uocamus in oratione dominica, non est testimonium aliquod interius, quo spiritus sanctus testificetur singulis iustis, eos esse absolute filios Dei per gratiam. Multi enim sunt iusti, qui formidāt de sua iustificatione, neq; agnoscūt tale testimonium Dei in se. Et ex huiusmodi testimonio non satis idonee probaretur, communis totius Ecclesiae consuetudo, qua clamamus, Abba Pater. Est uero testimonium hoc, illud magnificum, & praecellentissimum testimonium, quo spiritus sanctus admirandis signis, & portentis, ac peculiariter descensu sui ipsius uisibili, toti orbi apertissime testatus est, eos esse filios Dei, qui Christi fidem, & ipsius Baptisma recipiebant. Et quia hoc testimonium, quanuis uisibile, & manifestum, non exterius tātum, sed interius, ac plane toto spiritu, & praecordiis acceptatur ab omnibus fidelibus, nostri omnium nomine, spiritui nostro hoc testimonium reddi ab spiritu sancto asseuerauit. Quare prudenter Nicolaus Lyranus testimonium hoc ad testimonia ueritatis catholicae, per quam efficimur filij Dei, retulit. Neq; Apostolus Ioannes, cum dixit, credentes in filium Dei habere testimonium Dei in se, de alio testimonio loquebatur, quàm de eo, quod statim dixerat patrē exhibuisse suo filio, dum eum, filium suum dilectum uoce è coelo delapsa & admirabilibus signis testificatus est. Quanuis autem Graeca Pauli uerba uertamus, ut quidam Graece doctissimi uerterunt. Ipse enim spiritus contestatur cum spiritu nostro, q̄ sumus filij Dei, & ad testimonium illud referātur, quo persaepe.ss. iustis interius contestatur suam gratiam, immo neq; si in eum sensum accipiantur, quem nonnulli ex eis colligunt, ut.ss. dicatur a Paulo confirmare adoptionem nostram, quam spiritus noster praesumit, aliquid hinc haberi poterit contra nos. Siquidem aut.ss. certos nos facit de suo testimonio, & tunc certi poterimus esse per fidem de nostra iustificatione, sed hoc erit per reuelationem, quia hoc testimonium, quaedam reuelatio est, aut certos nos minime facit, se esse, qui nostram adoptionem contestatur & ambigua manebit illa nobis, non obstante ipsius testimonio. Et quidem si attente expendamus haec uerba, Ipse enim spiritus testatur cum spiritu nostro, q̄ simus filij Dei, & illa nostrae incertitudini uehementer inuenimus fauere. Nam quando.ss. plenam certitudinem alicuius ueritatis iustis

De quo testimonio .ss. loqtur Pau.

Lyra.

1. Ioan. 5. b

A largitur, per seipsum hoc facit, nihil ei subseruiente aut adminiculāte nostro spiritu. Cum ergo adoptionem nostram cum spiritu nostro dicitur contestari, hoc ipso innuitur non concedi nobis ab ipso obsoluta & perfecta certitudo. Quatenus enim a nostro spiritu ea contestatio pender, nonnihil infirmitatis & incertitudinis accipiet. Si enim exēpli gratia ab .ss. testimonio habeamus, omnem illum iustificari, qui facit quod in se est, & a nostro spiritu habeamus, nos facere, quod in nobis est, non satis certum erit, nos esse iustificatos. Quia qua parte a testimonio nostri spiritus, cognitio nostræ iustitiæ dependet, esse non potest omnis ambiguitatis penitus expers, sicut si a solo .ss. testimonio penderet. Verba aūt Græca Pauli in hoc loco hęc sunt. Αυτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα θεοῦ. Quæ & sensum possunt habere, quem noster interpres expresit. Quoniam uerbum illud συμμαρτυρεῖ & contestatur potest uerti, & simul testatur. Et si cō testatur, reddatur, stat sensus nostri interpretis, si autē simul testatur, stat sensus aliorum. Atq; ideo fortasis .ss. uoluit hoc uerbo Paulum uti, ut utriq; Prop.1
horum sensuum locus esset, & diuersimode .ss. nostram adoptionem testari ad moneremur, neq; deesset nobis uia, qua euadere possemus argumētū, quod hinc sumendum erat pro fidei certitudine de gratia. Quia uero uehementer innituntur huic .ss. testimonio, qui certitudinem gratiæ tuentur, libet hic aliquantisper immorari, & quale sit hoc testimonium, & quibus cō municetur, & quam certitudinem præstare posit, enucleatius differere. Reuelat quidem .ss. suam gratiam, idq; non tantum sub conditione, sed persæ- Prop. 2
B pe absolute. Neq; solum suggerit eis argumenta ipsius gratię probabilia, & mouet ad eorum considerationem, sed & confirmat, quas ipsi de hoc adepti sunt coniecturas, & ad eorum consolationem asserit interius eos esse filios Dei, & a Deo diligi & placere ipsi eorum opera, ac tandem aliquando placidisime illis loquitur. Noli timere. Salus tua ego sum. Quæ omnia ex multis sanctoꝶ testimonijs luculenter postea docebimus. Et quoniam hoc testimonium proprium est filiorum Dei, neq; peccatoribus est commune, sicut testimonia conditionalia uel gratiæ uel gloriæ, credendum non est aliquibus illud communicari, qui ipsum uel non audiant, uel non recipiant. Sed multi etiam ex illis, qui sunt in gratia, quia parum intēdunt meditationibus, & profectibus suis spiritalibus, impedimento sunt, benignisimo & amantisimo nostri spiritui, & ipsi se hac eximia testimonij ipsius consolatione defraudant. Nam ipse paratisimus est omnibus, quibus expedit hoc testificari. Et possent omnes, si uellent, uelle autem omnes deberent, ita uitā Osee. 2.d
instituere, ut hoc tanto testimonij spiritus solatio aliquando fruerentur. Nā Prop.3
que promereri nos uult tantum beneficium pijs & feruentibus studijs, & præcipue contemptu uoluptatum huius mundi, & asiduitate orationis. Et raro illud elargitur, aut sic familiariter loquitur, nisi cum hominibus spiritalibus, & purgatis, atq; alienis non tantum a sordibus & uitijs, sed & a curis, & affectibus huius uitæ. Ducam inquit eam in solitudinē, & loquar ad

cor eius. Cunq; multi plærunq; iusti ex huiusmodi testimonijs, quæ in se C sentiunt, & lætentur, & exultent, & certo, uel probabiliter, uel moraliter p̄suadeant sibi suam gratiam, neq; tamen putent sibi hoc esse certum certitudine fidei, aut se habere de his reuelationem, iniquum est profecto ex illis, quæ in humanis testimonijs cernimus, legē uelle præscribere .ss. & asserere nunquam illum testari filijs Dei suam adoptionem, nisi certitudinem sui testimonij præbeat, & se esse, qui illam eis contestatur, declaret. Alij alios meritis exuperant, & alia alijs expediunt. Itaq;.ss. qui optime nouit omnia moderari, & suauissime pro cuiusq; meritis & commodis suo tempore dispensare, aliquando se suunq; testimonium probabiliter tantum notum facit, aliquando certo certitudine humana, aliquādo certo certitudine fidei diuinę,
Prop. 4 ac fortasis nonnunquam etiam euidentiæ. Et quando hanc tertij gradus cōcedit certitudinem, reuelare nobis dicitur iustificationem nostram. Quid enim ei testimonio deesse suspicari quis posit, ut non censeatur reuelatio gratiæ, quam paucis, idq; ex priuilegio, omnes fatemur contigisse? Siquidē ꝙ immanens sit & non transiens, sicut reuelationes propheticæ, & quód ex abundantia gratiæ, & luminis interni ea prouenire existimatur, & nō ex nudo testimonio, sicut alia, quæ Deus suis seruis quandoq; reuelat, hæc nō minuunt, sed potius.ss. testimonium commendant, & illustriorem osten-
Prop. 5 dunt illud esse reuelationem. Quandiu uero ipse non se aperit, neq; manifestat iustis se esse, qui uel hæc illis significat, uel ea suppeditat argumenta, ut se credant iustos, neq; tenentur ipsi neq; debent, si sapiant, mox adhibere fidē D
1. Ioā. 4.a ei testimonio. Obædire nanq; oportet Ioanni Euangelistæ dicenti. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. Possunt quippe illa omnia, quæ nos interius uidentur cōsolari, uel a nostris uel ab alienis spi-
Prop. 6 ritibus, q̄ se sæpe transfigurant in angelos lucis, proficisci. Neq; si post adhibitam debitam probationem, uerisimile sit, ea omnia ab.ss. procedere, tantam eis consultum est fidem præstare, quantam alijs, quæ scimus reuelata esse, & contestata nobis p.ss. Non enim pari animi certitudine, & firmitate credenda sunt, quæ nescimus, an ex.ss. reuelatiōe & testimonio habeamus,
Prop. 7 cum illis, quæ certo nouimus, eum nobis reuelasse. Esset autem tum fides, qua nos crederemus esse in gratia in tribus adsimilis diuinæ. Nam ex parte suæ causæ, diuina esset, & non humana, quia ex testimonio.ss. proficisceretur, & de obiecto esset supernaturali, & solertia humana imperuestigabili, at
Prop. 8 que in eo assensu nemo posset decipi. Quia tamen hæc non omnino certa sunt nobis, atq; ob id neq; plenam & indubitatam fidem nostræ iustificationi exhibemus, fides, qua tunc assentiremur, nos esse in gratia, non excederet metas fidei humanæ, & simpliciter humana esset dicenda, & non diuina. Sicut etiam cum nobis non constat aliquam propositionem necessariā esse, sed tantum scimus eam esse probabilem, etiam si illa sit necessaria, assen-
Corrolarium. sus eius undecunq; habeatur, tantum erit opinio. Quare prudentissime patres non dixerunt, neminem posse sic credere, se gratiam Dei assecutum, ut

ei fidei

A ei fidei non posit subesse falsum, sed dixerunt nullum hoc posse scire certitudine fidei, cui non posit subesse falsum. Quantacunque enim formidine id credamus, si per testimoniu.ss. hoc credimus, ei fidei nequit subesse falsum. Sed uerum est, nos illud non scire certitudine fidei infallibilis, quando non est nobis certum testimonium.ss. Quia neque tanta tum certitudine nostrae iustificationi assentimur, neque nobis ea tum constat ulla uia, qua certi simus nos non posse decipi. Faciamus tamen haec aliquanto apertiora & ianuam omnem calumnijs, & cauillis obstruamus. Distinctissima quidem sunt non dubitare de aliqua propositione & posse ei subesse falsum, aut posse eam esse falsam, aut qui ei assentitur, posse decipi. Neque debemus credere omni illi assensui posse subesse falsum, qui non tollit omnem dubietatem. Et intolerabile est asserere, posse subesse falsum ei quod testatur. ss. quia nos ignoremus eum illud testari. Et haec omnia satis dialectice & Theologice euicit pius & doctissimus episcopus Minoriensis in quadam ex purgatione sua. Si tamē ignoratur ita esse certa aliqua propositio, ut in eius assensu nemo posit decipi, semper de illa possumus dubitare, & quandiu possumus salua fide dubitare, uerum est quoad nos nō esse illam sic certam. Atque ideo diximus. c. 8 pro eodem accepisse patres nullum posse scire certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse cōsecutum, ac si apertius dictum esset, nullum hoc posse scire uia, qua non posit decipi. Etenim qui ex suggestione. ss. probabiliter, aut certo etiam suam sibi iustitiam persuadent, credunt quidem hoc uia infallibili & propter causam, quae in errorem nequit inducere, immo etiam sub ratione, sub qua nequit esse falsum, uidelicet ut hoc testificatus est. ss. non tamen omnino certi sunt, se id credere tam certa, & tam infallibili uia. Quare sicut uere possumus dicere eos non scire hoc certitudine fidei, cui non posit subesse falsum, quia sciūt hoc fide humana, cui suapte natura posset subesse falsum, ita & uere possumus dicere, eos non scire hoc uia infallibili, quia fallibililis est fides humana, qua hoc credūt & illustratio illa. ss. unde hoc sibi persuadent, talis est, ut inducere in falsum posit, licet nō quatenus est ab. ss. Posset nanque similis illustratio aliūde esse uel ab homine, uel a daemone, neque satis certa est ipsis sub ea ratione, qua est ab. ss. sed tantū opinata uel certa moraliter. Scire autem diceretur quis suam gratiam uia infallibili, aut sub ratione infallibili, quādo sicut credit propter testimonium. ss. ita sciret se credere propter illud, aut certitudinem de ea haberet. Nam scire unumquodque arbitramur, cum per propriam illud causam cognoscimus. Et apud eruditos, ut Tho. uere dicit, scire non dicitur, nisi qui certus est. Frustra igitur tantopere aliqui contendunt ex testimonio. ss. ostendere posibilem nobis esse certitudinem fidei de nostra iustificatione. Quandoquidem ubi certum nobis fecerit. ss. se id contestari illud testimonium reuelatio diuina est, qua uia nemo diffitetur posse nos habere eam certitudinē, ubi uero id certum non facit, stultum est tanta certitudine nos credere assecutos esse Dei gratiam. Hisque accedit, quòd testimonium. ss. qualencunque,

& quantancunq; largiri posſit certitudinem, noſtræ poteſtati ſubiectũ non D
eſt. Status uero huius controuerſiæ hic præcipuus ſemper fuit tam inter catholicos & hæreticos, quàm inter nonnullos catholicos, an ex creditis, & his quæ in nobis experimur, poſsint iuſti uenari, & comparare ſibi plenam aliquam certitudinem ſuæ gratiæ, cui non poſsit ſubeſſe falſum. Nam ex gratia Dei hoc eſſe poſsibile, ſiue per reuelationem particularem, ſiue etiam per teſtimonium aliquod peculiare & familiare .ss. non perinde opus erat diſputare. Quia gratiæ particulares extra legem communem ſunt, & in diſceptationem non cadunt. Et alioqui ad confutandam inanem hæreticorum fiduciam, & certitudinem ſuæ gratiæ, hoc prorſus erat ſuperfluum, cũ illi non ex aliquo teſtimonio peculiari. ss. ſed ex lege communi, & ex communiter creditis & expertis aſſeuerent cunctis fidelibus poſſe ſuam iuſtificationem conſtare.

De teſtimonio quod conſciẽtia præſtat noſtræ iuſtificationi. Cap. XX.

Obiect.2. *2. Cor. 1.c* SEcundo obiiciuntur nobis uerba Pauli, quibus uelut exultans de ſua iuſtitia, & de ſuæ conſcientię puritate ad Corinthios ſcribit. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Atque ex his colligitur teſtimonium conſcientiæ certitudinẽ poſſe præbere noſtræ iuſtificationis.

Reſponſio Quæ enim gloria eſſet a teſtimonio ſuſpecto de ueritate? Sed iſta dicebat Paulus nomine ſuo, & aliorum Apoſtolorum, qui certi erant de ſua iuſtificatione, non autem ea dicebat nomine cuiuslibet iuſti. Neq; agebat de teſtimonio, quo ipſis cõſcientia teſtaretur ſuam iuſtitiam, ſed de teſtimonio, de quo ſtatim ſubdit. Quod in ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei, nõ in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus. Hoc enim erat, de quo gloriabatur, quòd ex teſtimonio conſcientiæ ſuæ ſciebat ſe ſecundum ſapiẽtiam, & uires ſibi a deo datas, & pura, & innocente mente cõuerſatum fuiſſe inter Corinthios ſimpliciter, ſynceriter, abſq; dolo, abſque aſtutia, & uerſutia, ſine hypocriſi, ſine adulatione, & denique irreprehenſibiliter. Fraudes & inſidias, ſermoniſq; lautitias, & perplexa ſophiſmata, ſapiẽtiam dixit carnalem. Gratiam uero Dei uocauit, ſapientiam, & uires ſibi a Deo datas, & miracula, & uitam irreprehenſibilem, qua inter eos fuerat uerſatus, quia hæc omnia ex dono, & gratia Dei ſibi adfuiſſe ſciebat. Atque hæc profecto inſignis Apoſtolorum gloria erat, & de hoc merito exultare & gloriari poterant & debebant, quod iſta certo de ſe & in ſe experti, ad ſuam ipſorum tamen prædicationem & miracula, ſapientes, Rhetores, nobiles potentes huius mundi & ipſum totum mundum conuerti ad Chriſtum, & fidei quam prædicabant, colla ſubiicere, plane & abſque ulla ambiguitate uidebant. Et ſic poteſt hoc teſtimonium omnibus iuſtis aptari. Oẽs. n. ipſi ex teſtimonio ſuæ conſcientiæ ſerio & humiliter gloriari poſſunt in aliquibus bonis uotis, & ſtudiis piis, quæ in ſe ſentiunt, & quod nullius affectus peccati lętalis ſibi ſunt conſcij. Sed neq; ipſis ſufficere hoc debet, ut ſe credant certo & indubitato iuſtos. Neque ſuffeciſſet enim Paulo ut ſe crederet eſſe iuſtũ,

Sapientia carnalis.

Gratia dei

A Quippe qui palam alibi dixit. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Potest quidem testimonium nostræ conscientiæ certitudinē tribuere nostrę gratię probabilem, aut, ut multum, moralem, ut postea mōstrabimus. Sed qui possit certitudinem fidei diuinæ præstare, cum ipsa fallere, & falli possit, necꝙ plene & in totum se nouerit? Licet autem nō sit hoc testimonium certum certitudine fidei, poterit esse satis ad gaudium, & solidam, & non inanem gloriationem, Quod & in multis alijs humanis conspicimus. Vnde Chrysostomus non curans, an hoc testimonium sit omnino certum, an non, ita ait. Quando damnare non potest cōscientia nostra, quasi factis improbis a recto discesserimus, etiam si innumera patiamur acerba, etiam si undiꝙ feriamur, ac periclitemur, sufficit nobis ad solatium, immo non tantum ad solatium sufficit nobis pura consciētia, uerum etiam in hoc, ut coronemur, dum præbet nobis testimonium, ꝙ nihil commiserimus mali, sed iuxta Dei placitum hæc perpetimur ob uirtutem, ob philosophiam, ob multorum salutem. Hæc ille. Sed qui in hoc conscientiæ testimonio gloriantur, & de eo sibi blandiuntur, ne inde in superbiam forte extollantur, & ut nouerint, quatenus in eo est gloriandum, audiāt quid diuus Bernardus ad Eugenium scribat. Volo, ait, glorieris testimonio cōscientię sed non minus, ut eodem ipso humilieris. Rara uox. Nihil mihi conscius sum. Cautior in bonis ambulas, si & mala nō lateāt. Quamobrem, ut dixi, noueris te, ut inter angustias, quę non desunt, fruaris consciētiæ bono. Magis autem, ut scias, quid desit tibi. Nam cui non desit? Omnia illi desunt, qui nihil sibi deesse putat. Hæc ille. Et Aug. in illa uerba Psalmi. 149. Exultabūt sancti in gloria &c. cum doceret hunc esse sanum, et cautum modum gloriādi, ut nouerimus fidem nos habere synceram, spem certam, & caritatem sine simulatione, ne per hoc quis intelligeret illum probare eos, qui se iustos simpliciter & absolute gloriantur, prēmisit statim. Sunt multi sibi placentes & iustos se esse arbitrantes, & procedit aduersus illos alia pagina dicens. Quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur, mundum se esse a peccato? Et manifestum quidem discrimen est inter ista. Possum quippe gloriari & exultare, quod mihi conscius sum, me habere fidem synceram, spem certam, & caritatem non fictam in Deum & proximos. Et tamen cū his fieri potest, ut hæsitem, & formidem, num per ignorantiam obnoxius sim alicui peccato, aut quod non idoneam pœnitentiam peccatorum meorum fecerim.

1. Cor. 4 · Chry. homi. 3. in. 2. Cor. · Ber. 2. li. de consi. ad Euge. · 1. Cor. 4 · B · Aug.

De scientia donorum Dei. Cap. XXI.

Obijciuntur item nobis illa eiusdem Apostoli uerba. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritū, qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Ex his enim uidentur per spiritus sancti infusionē nouisse Apostoli dona sibi collata, & non per aliquam peculiarem reuelationem. Quare & iusti, qui eundem spiritum accipiunt, per eū dona sibi collata nosse poterunt. Et confirmant hoc quia iustos oēs

Obiect. 3 · 1. Cor. 2. c.

oportet Deo gratias agere de donis & beneficijs acceptis, & diligenter ea C
in se pro sua quenque uirili seruare. Necessarium autem est innotescere benefi
cium acceptum, si de eo gratias debeamus agere, & qua par est diligentia il-
Grego. 9 lud seruare. Si nescimus, inquit Gregorius, gratiam nos habere, gratias non
Mor. 17. agimus. Sed Aug. in illa uerba Ioan. 14. Ego rogabo patrem & alium para
Aug. cletum dabit uobis declarans Apostolos post ascensionem Christi habitu
ros fuisse. ss. in maiori plenitudine, quàm ante, ad solos eos hæc refert his
„ uerbis. Hoc, ait, ad maius donum pertinebat, ut eis innotesceret, quod habe
„ bant. De quo munere loquens Apostolus ait. Nos autem nō spiritum hu-
ius mundi accepimus &c. Et si bene perpendamus, quæ antecedunt, & se-
quuntur uerba ista, patebit Apostolum ista non retulisse ad beneficia ipsis
peculiariter facta, sed ad communia totius generis humani, redemptionis
uidelicet, iustificationis, & glorificationis, & similia. Subnectit enim statim
Dona Dei Apostolus, Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed
prædicata in doctrina spiritus spiritalibus spiritalia comparantes. Non autem prædi-
ab Apost. cabant Apostoli in doctrina spiritus, & collationibus spiritalibus iustitiam
suam populis, sed prędicabāt potius Dei, & Christi iustitiam, gloriam, mise
ricordiam, caritatem, & magnificentiam in nos, quæque Christus pro salute
nostra fecerat, pertulerat, docuerat, & sibi obœdientibus meruerat, & præ-
S. Tho. 1. 2 parauerat. Vnde & angelicus doctor de donis gloriæ, quæ in spe nobis cō
q. 112. art. municata sunt, & certissime a nobis per fidem cognoscuntur, dicit hoc testi
5. ad. 4 monium esse intelligendum. Et hoc præcedentia uerba manifeste exigunt. D
Respon. 2 Agitur enim in eis de bonis præparatis diligentibus Deum. Neque ut nos
Deo gratias agamus pro iustificatione nostra, requiritur fidei certitudo de
ipsa, sed satis est certitudo de ea probabilis, & certitudo euidentiæ, quā ha-
bere possumus de pœnitētia nostra, & de mutatione affectuū nostrorum,
quæ consequitur ex ipsa, & de grauitate peccatorum, quæ nobis a Deo cō-
donantur. Et hanc scientiam moralē & humanam requirit Gre. & sancti alij
ad gratiarum actionem Vnde et Chrysostomus ad considerationē pecca-
Chry. ho. torum hortatur, non ad habendum certitudinem de remissione eorum, ut
14. i. Mat. grati tanto beneficio simus, solicite, inquit, propria delicta considera, ut dis
Obiectio. cas quorum remissione donetis, atque ipsi beneficio gratus existas. Quid ue
ro, inquies, sibi uult Paulus in his, quæ ista antecedunt, Quis enim scit ho-
minum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Cum gra-
tia Dei sit in homine iusto, uidetur ex his, posse illa sciri a quocunque iusto, et
Respon. non tantum conijci. Sed hæc ad actus referuntur, & operationes hominis
interiores, non ad habitus, aut dona præsertim supernaturalia. Voluit qppe
ex his, quæ apud omnes in confesso sunt, intelligeremus consilia, & pla-
cita diuina a nobis sciri non posse, nisi per reuelationem ipsius, et opus apo
stolis fuisse, sicut statim dixerat, reuelatione Spiritussancti, qui scrutatur om
nia, etiam profunda Dei, ut intelligerent, quæ Deus præparauit diligenti-
bus ipsum. Vnde & mox adiecit. Ita & quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spi-

ritus

A ritus Dei. Et quidem, cum nemo sit iustus, aut Dei gratiam habeat ex naturalibus, sed duntaxat ex altissimo Dei consilio, & benignissima ipsius in eũ uoluntate, apparentius ex istis possemus inferre, neminem posse scire se esse in gratia nisi per reuelationem, quàm contrarium. Neq; quia dicit Apostolum spiritum hominis nosse, quæ in ipso sunt, continuo est inferēdum, posse illum plene seipsum nosse & exacte intelligere omnium suorum affectuũ qualitatem, & an aliquid negligat aut ignoret necessarium ad salutem. Si sic exciperentur hæc uerba, & multis sanctorum testimonijs iam citatis aduersarentur, & ipsi Paulo, & Hie. qui ait. Prauuũ est cor hominis & inscrutabile. Nam quod statim sequitur, Ego dominus scrutãs corda, & probans renes, palam indicat, non tantum respectu aliorum, sed & respectu nostri dici cor nostrum inscrutabile. Satisq; est pro uerbis Pauli, spiritũ hominis nosse actus & affectus suos, quos alij ignorant. Et ut demus, sicut dare oportet, posse eum certo & euidenter eos nosse, non oportet etiam dare, plene & in totum eos ab ipso cognosci. Hiere. 17

De probatione ueræ fidei. Cap. XXII.

Argumentantur præterea quidam fortius, & apparẽtius ex illis Pauli uerbis ad Cor. Vos metipsos tẽtate, si estis in fide, ipsi uos probate. An non cognoscitis uos metipsos, quia Christus Iesus in uobis est, nisi forte reprobi estis? His enim uerbis satis indicat Apostolus, potuisse Corin. cognoscere, an Christus Iesus in eis esset, si non essent reprobi, hoc est, si in fide, & caritate, aut saltem, si in fide perseuerarent. Iustos autem manifestũ est non esse reprobos. Et Christus Iesus in alijs non est quã in iustis. Longe enim dominus ab impijs. Parq; omnino est ratio de alijs fidelibus iustis, et de Corinthijs. Deinde. Satis his uerbis ostẽdit Paulus, potuisse Corin. cognoscere, an essent in fide, nec ne. Non. n. alias admonuisset eos, ut se tentarẽt, an essent in fide. Cũ igitur Christus habitet per fidem in cordibus nostris, sicut ipse Paulus alibi dicit, uidet͂ his uerbis satis aperuisse, potuisse Cor. per fidẽ nosse, an Christus in ipsis habitaret, & consequenter, an essent iusti. Vnde Amb. super hæc uerba sic scribit. Qui fidei suæ sensum in corde habet, hic scit, Iesun Christũ in se esse. Et aliquanto apertius Chry. Quid dicam de me doctore, ait nomine Pauli, cui tãta cura est, & cui concreditus orbis, & qui tãta signa fecit? Vos. n. ipsos, si uolueritis discutere, qui in discipulorum ordine estis, uidebitis, q̃ et in uobis Christus. Si aũt in uobis, multo magis in magistro. Nã si fidẽ habetis, & in uobis est Christus. Hæc ille. Veruntamen Paulũ manifestũ est, non asseruisse, quo ipe hæc scribebat, Cori. fuisse in gratia, certo nouerat plærosq; inter eos tũ esse ĩ peccato. Neq; aliud erat uerisimile in tanta, & tam frequenti ciuitate. Qua de causa, cum dixisset, An non cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est, temperauit statim sermonem adiectis illis, Nisi forte reprobi estis. Hoc est, ut exponit Chrysostomus. Nisi forte uitam habetis corruptam, eoq; nomine a Christo meruistis deseri, & reijci. Eodenque modo interpretatur ibi

Obiect. 4. 2. Cor. 13 B Ephe. 3. c Ambro. Chry. ho. 29. super. 2 ad Cor. Respon. Chry.

Z

Erasmus in hæc uerba. Nisi fide utcunque incolumi, uita impura meruistis C a Christo reijci. Et quia fides formata, uel per dilectionem operans non est in peccatoribus, & alioqui sicut fides uera, & uiuida omnia uitia, si non impediatur, expellit, & omnes uirtutes omniaque necessaria ad gratiam post se adducit, ita subintrantibus uitijs fugere incipit fides, & tandem aliquando perit, sicut Apostolus expresse asserit in his contingere, qui uolunt diuites fieri. Ideo quos dubitabat, uel certo credebat a gratia, excidisse, admonuit, ut se tentarent, & probarent, num essent in fide. Et sancta, & admirabili uafricie, ne eos a se alienaret, sed penitius eorum animis obreperet, & ad Christi gratiam paulatim reduceret, non palam, & nude, sed multis adhibitis temperamentis ista illis asseuerauit. Eoque nomine paulo ante hæc uerba, quę modo exponimus, ait. Timeo, ne forte cum uenero, non quales uolo, inueniam uos, & ego inueniar a uobis, qualem non uultis, ne forte contentiones, ęmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter uos. Ne iterum, cum uenero, humiliet me Deus apud uos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & pœnitentiam non egerunt super immundicia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt. Deinde. Non est necesse Pauli uerba intelligere de habitatione Christi in Corinthijs per gratiā. Poterat Christus aliter in eis esse, sicut & est sępe in alijs. Vere nanq; dicimus, eum esse in omnibus fidelibus, tametsi multos eorum sciamus esse peccatores. Sunt enim omnes fideles membra Christi, licet non uiua, & ad corpus ipsius mysticum, quod est Ecclesia, spectāt. Et in his, qui habent dona linguarum, aut gratiam prophetię D uel gratiam miraculorum, uere dicitur Christus esse per uirtutem. Vnde & Hiero. in commentarijs huius loci, & Chryso. in hom. quadam, & Nicolaus Lyranus, & Caieta. in commentarijs ad huiusmodi habitationem per uirtutem, ista uerba referunt. Hierony. n. ad experientiam, quam poterant sumere de efficacia, & uirtute fidei ista retulit. Si fide, inquit, estis, date sniam in peccatorem, et uidete, si nō cum uerbo uestro uindicta procedat. Chrys. ad fidem, q̄ miraculorum est, aperte refert. Post uerba quippe statim ex eo citata subdit. Nam qui tunc credebant, miracula operabanť. Et mox addit. Cæterum mihi uideť fidem dicere illam, q̄ miraculorū est. Nam si habetis fidem illā, Christus in uobis est. Hęc aūt intelligi non possunt de præsentia Christi p gratiam, sed intelliguntur, ut manifestū est, de præsentia Christi p uirtutem, & potentiam. Vnde & continuo, qm̄ non sufficit ea fides ad conciliandū spiritalē efficaciam, et multos contingit ea efficacia esse uacuos, licet fidē habeant, dicit Apo. addidisse. Nisi forte reprobi estis. Nico. simpliciter de habitatione Christi p fidem interpretať hunc locū. Et extēdit hoc Caiet. ad pręsentiā Christi per fidē, uel donū linguarū, aut prophetię, uel per sensibilē punitionem, quā experi erant in incestuoso. Et merito ad istā Christi pręsentiā retulerunt isti doctores uerba Apos. Qm̄ agit ibi Apost. de correctione delinquentiū, & ad eā hortatur Corint. Ait. n. Pędixi. n. et pędico,

1. Ti. 6. b

Respon. 2

In quibus Christus sit per uirtutem.

Hiero.

Chry. ho. 29.

Nico.

Caieta.

A ut presens uobis,& nunc absens ijs,qui ante peccauerunt,& cæteris oībus, qm̄,si uenero,iterum nō parcam. An experimentū quęritis eius, qui in me loquit̃ Christus,qui in uobis nō infirmat̃,sed potens est in uobis. Et de ista habitatione Christi in nobis per fidem possunt intelligi uerba citata ex epistola ad Ephe.Nā quia non erat satis habere Christū habitantem per fidē, adiecit Paulus statim ibi.In caritate radicati,& fundati,quanq̃ & cum habitat in nobis Christus per gratiā,dici potest habitare p̄ fidē, quia fides radix est,& origo,& causa habitationis per gratiā. Et ad hāc habitationē per fidē referēda sunt uerba ex Amb.citata. Quod & manifestum esse potest ex his quę ibidē antecedunt. Si probare uos inuicem nescitis,non cognoscitis,q̄a Christus Iesus in uobis est.Hoc est.n.reprobū esse,nescire suæ religiōis,uel professionis fidem.Hæc ibi.Atq; ad hanc probationē habitationis Christi per fidē,hortatū esse Paulum possumus colligere,quia ad professionis, uel religionis nostræ fidem,necessariū non est,ut sciamus Christum esse in nobis per gratiā.Quod si placet ad habitationē per gratiam uerba Amb.referre,occasionē dabimus Lutheranis exultandi contra nos ex hoc Amb.testimonio.Nam solū fidei sensum uidetur requirere,ut sciamus Christū nobis in esse. Quā uero longe ab eoꝝ errore fuerit,iam supra copiose ostēdimus. & infra etiam magis docebimus. Ad hęc.Etiam si apertissimum esset Paulū hic fuisse locutum de habitatione Christi in Corinthijs per gratiā,non conuinceretur ex hoc loco posse iustos eam habitationē cognoscere per fidē. Respon.3

B Nō.n.est necesse illa uerba,An nō cognoscitis uos metipsos,quia Christus Iesus in uobis est,ad cognitionē certā,uel ex euidentia,uel ex fide catholica restringere,satisq; est,ut optime admonent Alex.Halensis,& Nicol. Lyra. de cognitione,q̄ haberi pōt p̄ coniecturas,& indicia,seu tentationes,ea exponere. Pręterea.Quāuis demus Paulū his uerbis de habitatione Christi p̄ gratiā,& de cognitione per fidē locutū fuisse,nihil inde haberet̃ contra nos. Tm̄.n.asserit Paulus potuisse hoc cognoscere Cor. Christū in eis esse,si non sint reprobi.Hoc aūt nos fideles ex fide scimus,& de nobis,& de alijs. Scimus nāq; in oī fideli Chr̄m habitare p̄ gr̄am,si modo nō sit reprobus, hoc est pc̄tōr,& q̄ uita sua impura mereat̃ a tāto,& tā pręcellēti hospite destitui. Possemusq; ex hoc loco nos uerius et melius nr̄am cōprobare sn̄iam,q̄ suā aduersarij.Nā si ad fidē uiuā & caritate informatā ista referātur, sicut Hiero. et Tho.admittūt posse referri,cur ad tētādū tm̄ &,pbādū,an eiusmodi fidē ī se hr̄ent,exhortatus eēt Apo.si et hoc illis certū erat,aut eēt poterat p̄ fidē? Ale. Hal. Nico. Respon.4

De certitudine Pauli de sua gratia. Cap. XXIII.

AFferunt̃ insuper contra nostrā sn̄iam multa loca,quibus Paulus clare,& diserte asseruit,se certū de sua iustificatione ad Roma.sic scribit. Certus sum.n.quia neq; mors,neq; uita,neq; angeli,neq; principatus,neq; uirtutes,neq; instātia,neq; futura, neq; fortitudo,neq; altitudo,neque profundū,neq; creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, q̄ est in Christo Iesu dn̄o nostro.Hęc aūt nunq̃ Apo.scripsisset,qui nō nisi uera & Obiect.5. Rom.8

certa sibi scribebat, nisi certus tũ fuisset de sua iustificatione. Et uidet similem C
certitudinẽ posse & alios, saltẽ, qui pfecti sunt, habere. Qm̃ hanc certitudinẽ
Aug. non indicat ibi, ex diuina reuelatione se habuisse. Quin sicut Aug. dicit in li
Atana. bro de moribus Eccl. catholicę, ex amore Christi ea proueniebat. Ideq; A-
2. Tim. 4. thana. uel potius Theophilatus super ista ipsa uerba tradit. Et ad Timo. idẽ
Apost. scribit. Bonũ certamen certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui. In
reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. In his aũt certitudinẽ suæ coronæ
nõ asseuerat ex aliqua peculiari reuelatione sed ex testimonio pręcellẽtium
1. Cor. 15 operum, quorũ sibi conscius erat. Et alibi. Gratia Dei, ait, sum id quod sum,
Respon. 1. & gratia eius in me uacua nõ fuit, sed semp in me manet. Sed q̃ ista superbia
est tanti Apostoli prog atiuas nobis uelle cões facere, qui uix digni sumus,
ut uel ad minimã earũ aspiremus? Cur nõ & similiter certos nos esse de nr̃a
perseuerantia, & prędestinatione asseueramus, cũ ad ista duntaxat, & nõ ad
suã iustificationẽ retulerit Paulus, quæ ad Rom. & Timo. scribit? Cur nõ &
arrogamus nobis donũ apostolatus, & alias gratias gratis datas, quæ in eo
pręclarissime refulserũt, de quibus loquit in citatis uerbis, Gratia eius in me
uacua non fuit? An audiuimus nos, quod ille, sufficit tibi gratia mea? An de
Act. 9. c nobis dictum est, quod de se dictum nouerat ad Ananiam. Vas electionis
mihi est iste? An rapti sumus cum illo usq; ad tertium cœlum, & participes
facti fuimus arcanorum, quæ tum Deus illi reuelauit? Tolerabilius esse si
Luc. 7. f obijceretur nobis certitudo, quam Magdalena, & paralyticus habuerunt,
Matt. 9 a cum audierũt a Christo, remissa esse sibi peccata. Sed quid ista & similia uale D
re possunt ad infirmandã sentẽtiam Synodi, quam sępe ad monuimus esse
Respon. 2. intelligenda seclusa reuelatione? Neq; uerbum illud certus sum, quo maxi-
me fidũt aduersarij, satis est efficax in nos. Potest quippe de certitudine mo
rali exponi. Et sic habebunt locum, q̃ ex Augustino, & Theophilato addu
Certi uocabulo nõ sẽ pcertitudo fidei exprimituri scriptura. cuntur. Et ne nouum, & commentitium hoc existimetur, ipsum Paulũ pos
sumus pro nobis inducere, qui in eum sensum uti uidet uerbo certus sum,
cum ad Timotheum scribit, certum se esse, fidem in eo habitasse. Quanquã
enim quia spiritu prophetico nouit, se hęc scripsisse, certus fuit se uerũ dixis-
se, atq; illud ex fide credere debuit, sicut & ipse Timotheus post acceptam
eam epistolã, & multo magis, tamen quia uerisimile nõ est, eum habuisse ea
2. Timo. 1 de re a Deo reuelationem, magis uidet certũ se dixisse more cõmunissimo,
quo solemus dicere, nos esse certos de fide eorum, quos multis argumẽtis,
Respon. 3 & longa annorũ experientia probauimus esse fideles. Possumus etiam uer-
bum, certus sum, ad firmitatem uoluntatis Pauli de perseuerando in amo-
re Christi referre, ita uidelicet, ut cũ dicit certũ se esse, nulla ratione ab amore
Christi auellendum, sensus sit, se firmissime deliberauisse, & statuisse penes se
Respon. 4 omnia potius perpeti, quàm ab amore Christi diuelli. Possunt etiam illa
uerba accipi dicta ex certa animi fiducia de diuina misericordia, sicut & infra
ostẽdemus latius, posse plęraq; prophetarũ dicta accipi. Et in eũ sensum au-
sus est illa usurpare, & ad se, & alios fideles transferre, immo & Paulum in-
terpretari,

A terpretari, non suo tãtum nomine ea dixisse, Liberius Papa in epistola quadam, ubi ita scribit. Confidimus autem de uobis fratres carissimi meliora, & uiciniora saluti, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare a caritate domini nostri Iesu Christi, & quæ in ipso est, recta fide. Hęc ibi. Et uerbũ Græcum πέπεισμαι quod ubiq; respondet huic, certus sum, bene admittit utranq; posteriorum expositionum. Potest enim reddi persuasus sum, uel decreui. Et latinissime dicimus, certus sum ista facere, pro eo quod est, deliberaui, & constitui certo ista facere. Vnde est illud Vergilij. Certum est in syluis inter spelęa ferarum, Malle pati. Et alibi. *Liberius Papa.*

Aeneas celsa in puppi iam certus eundi
Carpebat somnos rebus iam rite paratis.

De certitudine gratiæ ex proximorum dilectione. Cap. XXIIII.

INducitur & contra nos Ioã. Apostolus, qui ait. Scimus quoniam translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Scire enim apud eruditos certitudinem significat. Itaq; cum translatio de morte ad uitam, quę iustificatio nostra est, sciri nequeat euidenter, sciri poterit a nobis secundum hæc uerba Ioannis certitudine fidei. Et confirmari hoc potest, qa statim dixerat. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Ex quo perspicuum est sequi, omnes illos esse filios diaboli, qui odio prosequũtur fratres suos, & omnes illos esse filios Dei, qui eos diligunt. Quare cum Ioannes perinde utrosque dicat esse manifestos, ita poterunt per fidem noti esse filij Dei, ac agnoscuntur filij diaboli. Et ex consequenti quẽadmodum si fratres nostros oderimus, certitudine fidei possumus scire, nos esse extra gratiam Dei & filios diaboli, ita si diligamus, poterimus per fidem nosse, nos esse filios Dei. Vnusquisq; enim nostrum, teste Grego. cognoscit flagrare plærunq; integram caritatem in corde, & tamen quibusdam occupationibus præpeditam non mostrari in opere. Et experientia compertum est, non minus notam esse nobis dilectionem fratrum, quam odium. Vnde & August. magis notam dicit esse nobis dilectionem, qua diligimus fratrem, quam ipsum fratrem. Et in expositione horum uerborum Ioannis sic scribit. Nemo interroget hominem. Redeat unusquisq; ad cor suum. Si ibi inuenerit caritatem fraternam, securus erit. Et infra. Sit caritas in uobis, & securi estote. Et statim. Interroga cor tuum. Si est ibi dilectio fratris, securus esto. Non potest esse dilectio sine spiritu Dei. Nam Paulus clamat. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũsanctum, qui datus est nobis. Et in tractatu. 8. super eandem epistolam tractans illa uerba eiusdem apostoli, In hoc cognoscimus quia in ipso manebimus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis, ita scribit. Bene Deo gratias. Cognoscimus, quia habitat in nobis. Et hoc unde cognoscimus? Quia cognoscimus, quia habitat in nobis. Quia hoc ipse Ioannes dixit. Quia de spiritu suo dedit no- *Obiect. 6* *1. Ioan. 3. c* B *Greg. ho. 34. I Euã.* *Aug. 10. d trin. c. 8* *1. Ioã. 4.*

bis. Vnde scimus, quia de spiritu suo dedit nobis? Hoc ipsum, quia de spi- C
ritu suo dedit tibi, non cognoscis? Interroga uiscera tua, si plena sunt caritate, habes spiritum Dei. Vnde cognoscimus, quia inde cognoscis habitare in te spiritum Dei? Paulum interroga apostolum. Quoniam caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hęc ibi. Et concinit his uerbis Chrysostomus. Multa quidē alia sunt, quae apud Deum nobis fiduciam praebent, & quae nos claros, & probatos, ostendunt. Quod autem maxime diuinum nobis amorem conciliat, est proximi dilectio. Haec ille. Dilectio etiam inimicorum propter Deum non uidetur esse posse in nobis, nisi ex caritate. Exuperat enim naturam nostrā. Possumus uero scire, nos diligere inimicos propter Deum. Item. Dilectio amicorum ita perfecta, ut pro salute eorum spiritali uelimus subire mortem, potest esse nota nobis. Non autem uidetur posse illa esse sine caritate, quia dicit Christus. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suā ponat quis pro amicis suis. Sed si haec omnia exigamus ad principia, uel regulas receptas apud omnes scholasticos doctores, & ex ipsis fontibus scripturarum, et sacrorum doctorum, luculenter probatas, facile eneruabimus & irrita faciemus ista argumenta. Possunt enim omnes haec proximi dilectiones in nobis esse per solam gratiam gratis datam, siue auxilium Dei speciale, sine gratia gratum faciente. Quia nulla proximi dilectio quantuncunque perfecta, satis est, ut sola transferat peccatorem a mortali peccato ad gratiam. Neque unquam tale priuilegium Deus contulit dilectioni proxi- D
mi, sed ex consensu omnium doctorum Theologorum, quos mihi cōtigit legere, ut peccator obtineat Dei gratiam necessaria est pęnitentia formalis, uel certe uirtualis. Et quanuis quis uehementissime amaret proximos suos, non hoc ei satis esset, ut ad Dei gratiam perueniret, etiam si nullum aliud admisisset peccatum mortale, quam odium alicuius proximi, sed necessarium esset ad ipsius iustificationem, ut & ei displiceret ipsum odium, quatenus Dei fuisset offensa. Itaque cum Ioannes dicit, Scimus quoniam trāslati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres, & Christus, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater cœlestis delicta uestra, & cum alibi legimus, Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat, non sunt sic ista intelligenda, quasi uel remissio iniuriae, uel eleemosyna, uel dilectio proximorum sine poenitentia satis sint ad transferendum peccatorem a peccato ad gratiam. Sed sicut fides dicitur iustificare, & transferre homines de morte ad uitam, licet ad hoc sola non sufficiat, quia ipsa nisi resistamus, facit ea nos omnia apponere, quae ad iustificationem nostram necessaria sunt, ita & ista gratiam dicuntur nobis impetrare, quia tanti sunt meriti apud Deum, ut nisi planè nos resistamus, ipsa paulatim nos perducant ad omnia necessaria ad nostram iustificationem. Neque est mirandū, sic absolute pronunciasse Ioannē dilectionem proximorum esse signū manifeste distinctiuum filiorum Dei a filijs diaboli, & Aug. obsolute promisisse securi-

Chry. ho. 87. sup Ioan. in pri. — *Ioan. 15. b* — *Responsio* — *Matt. 6. b* — *Tob. 4. b*

A tatem diligentibus fratres. Solet quippe Scriptura sic loqui de omnibus, q̃ sufficiunt ad iustificationem, nisi apponatur impedimentum. Et multis hoc exẽplis manifestum fecimus. q. 2. ad. 1. in opus. de iustificatione. Et ne solus putetur Aug. sic locutus, notari possunt de hoc uerba singularia Chry. Cũ enim uellet persuadere auditoribus suis studium eleemosynæ, ita dicit. Nõ sic oleum corpus hominis roborat, ut animã misericordia stabilit, adeoq; confirmat, ut superari a diabolo nequeat. Lubricum. n. eleemosynę oleum, corpus hominis cõstituit, ita ut manus diaboli facile propter lubricitatem effugiat. Viden non solum gratiam, sed confirmationem in gratia eum pol liceri eleemosynę? Et hoc nõ ob aliud ab eo dicitur, quã quia nisi nos impe diamus nostris peccatis ipsius uirtutem, ipsa nos transferet in cœlum, & in superabiles a dæmone faciet. Quare cum dilectio proximorum sola, satis non sit ad iustificationem, sed & alia etiam requirat, ut reponat hominẽ in gratia, & nobis non satis constet per fidem, an ea omnia nos fecerimus, neque ex hac parte satis constare nobis potest per fidem, nos esse assecutos Dei gratiam. Dices. Siue dilectio sola sufficiat ad iustitiam siue non ex Ioannis uerbis & Aug. & Chry. constat illam transferre nos de morte ad uitam, & conciliare nos Deo, & facere ut spiritus Dei habitet in nobis, ac præstare securitatem apud ipsum. Sed iam diximus, facere quidem hæc omnia di lectionem, siquidem non apponamus impedimentum uolentes persistere, aut ex ignorantia persistentes in aliquo peccato. Non ergo, inquies, Ioan-
B nes potuit dicere, nos scire quod translati simus de morte ad uitam, quia diligimus fratres, neque hoc signo manifeste discerni filios Dei a filijs Diaboli, siquidem & in filijs diaboli potest uera dilectio proximorum inueniri. Apage. Immo potuit hæc dicere. Nam per fidem certi sumus de hac ui & efficacia caritatis in proximos. Sed quemadmodum non necesse est pro pter hæc dicere, nos per fidem posse cognoscere aliorum gratiam, & adoptionem in filios Dei, ita neq; necesse est propter illa asserere, nos posse hac uia, certo per fidem cognoscere propriam nostri ipsorum gratiam. Et rex quidem in egressu ad aliquod prælium, posset dicere manifestos fore milites sibi fideles, & perfidos, tametsi non perinde manifesta sit fidelitas omnium egredientium cum eo ad prælium, ac perfidia nolentium exire. Ad eundenque modum licet certo per fidem possimus cognoscere eos esse filios diaboli, qui oderunt fratres, & eos insectantur, non necesse est eadem certitudine posse & nos agnoscere, filios esse Dei, qui in ipsos amore afficiuntur. Neque enim tam certus nobis potest esse amor aliorum erga nos, quàm certum est odium. Quod & Ioannes uidetur innuisse. Nanque statim post illa uerba, In hoc manifesti sunt filij Dei & filij Diaboli, dilucide, & uniuersaliter expressit signum, quod certos nos potest facere, qui sint filij diaboli, & dixit, Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum, Qui non diligit manet in morte, Omnis qui odit fratrem suum, homicida est, non sic autem exerte &

Li. de iust. q. 2. ad. 1

Chry. ho. 69. ĩ Mat.

Replicat. 1

Respon.

Replicat. 2

Respon.

generatim mox, sed postea capite quarto dixit. Omnis qui diligit, ex Deo natus est. Quid uero in hoc uno testimonio tantum moramur? Totam istam epistolam putatur Ioannes replesse certitudine gratiæ, quia non solum in loco isto, sed & sæpe alias asserit, nos scire præsentiam spiritus sancti. In hoc, ait, scimus quia cognoscimus eum, si mandata eius obseruamus. Et iterum. In hoc cognoscimus quod ex ueritate sumus, & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quid his testimoniis clarius, ait, quidam, cum toties repetat, in hoc scimus, in hoc cognouimus? Sed his omnibus & similibus una ex quatuor uiis possumus satisfacere. Primo Ioannes scire se istud asseuerauit, quia nomine sui & Apostolorum ea dicebat, sicut & manifestum est, de nonnullis aliis, quæ asseruit in eadem epistola. Illis autem certa hæc omnia per fidem & lumen propheticum fuerunt. Secundo. Non omnia ad Spiritussancti mansionem in aliquibus particularibus personis, sed ad mansionem Spiritussancti in Ecclesia manifesto nonnulla referuntur. Hæc autem mansio Spiritussancti fidelibus omnibus per fidem constat. Scimus nanque omnes Spiritũ sanctum esse semper, & fore in Ecclesia iuxta uerbum Christi. Qui maneat uobiscum in æternum. Tertio. Aliqua non absolute se scire asserebat Ioannes, sed sub conditione. Quale est illud. In hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Quod quidem omnes etiam fideles per fidem scimus, tametsi nesciamus nos esse in gratia. Quarto. Illa pôtuit asserere a nobis sciri, quæ uel probabiliter uel certo certitudine fidei humanæ nouimus, quanuis non sint nobis certa certitudine fidei diuinæ. Vnde & Nicolaus in hunc locum, scimus quoniam translati sumus de morte ad uitam &c. Apostolos dicit nouisse certo translatos esse aliquos de morte ad uitam propter dilectionem fratrum, nos autem hæc nosse tantum probabiliter. Et hoc sufficit ut uera credantur, quæ ex Augustino & Chrysostomo supra citauimus, quæque egregius scholiastes Ioannes Gagneius hinc colligit, cum ait, si non uerbo tantum & lingua, sed corde & opere fratres diligemus, persuasissimam, & confidentem & securam reddemus conscientiam nostram coram Deo. Nam ad hæc certitudo fidei humanæ satis est, ut infra docebimus. Neque alienum est a communi consuetudine, scientiam uocare humanæ fidei cognitionem probabilem, aut saltem certam, & omnis expertem dubietatis. Scire enim dicimus nos Romam, & Constantinopolim esse, & multa alia quæ solum sunt nobis nota fide humana. Et sic sæpe, ut infra ostendemus, doctores sancti usi sunt hoc uerbo. Et ipse Ioannes sic uidetur accepisse scientiam, cum ait. Scimus, quia audit nos, quidquid petierimus. Scimus, quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo. Nam ne plenam certitudinem hic uideretur significasse, solũ prę dixerat statim, nos habere huius diuinæ benignitatis fiduciam. Et quanuis certa sit per fidem efficacia orationum iustorum apud Deum, tamen de nulla oratione in particulari, aut certe de paucissimis certi possumus esse per

Respon.

Ioan. 14

1. Ioan. 2. d

A fidem, quòd a Deo exaudiendæ sint.

De certitudine gratiæ ex eo, quòd cor nostrum non reprehendit nos. Cap. XXV.

SEd fortius & apertius in nos militare uidentur, illa uerba eiusdem Ioannis, Carissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodiuimus, & ea quæ sunt placita coràm eo, facimus. Quid his uerbis potentius, ait quidam, ad intelligendum, quòd si cor nostrum non reprehendat nos, tuti sumus? Neque sine causa tantum huic testimonio innititur. Nam his uerbis uidetur Ioannes declarasse signum infallibile iustitiæ, esse pacem & silentium conscientiæ, & hinc consequi mandata nos Dei custodire, & orationes nostras, Deo exaudiri, & opera nostra Deo placere. Quare cum certa nobis possit esse persæpe conscientiæ nostræ taciturnitas & pax, & nihil eam habere de quo oblatrare & obgannire iuste in nos possit, tunc saltem per fidem certi poterimus esse de nostra iustitia, & certam cognitionem de ipsa ex testimonio conscientiæ eruere. Sed qui hoc testimonio Ioannis triumphare de nobis se putant, parum contextum, & uim uerborum scripturę perpendunt, neque satis meminere, optimam esse uiam ad intelligenda loca scripturarum difficilia, conferre illa cum aliis apertioribus. Enimuero Io B annes non tam ignarus erat Scripturarum & luminis naturalis, ut nesciret, plærosque grauiter sępe Deum offendere absque ullo remorsu conscientię, immo & lętantes, & exultantes in rebus pessimis, & arbitrantes obsequium se pręstare Deo. Atque ideo non dixit certos nos posse esse de gratia nostra apud Deum, si cor nostrum non reprehenderit nos. Neque asseuerauit omnes eos mandata custodire, & quę placita sunt ipsi facere, qui nullos patiuntur remorsus conscientię. Propterea statim dixerat, Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia, ut ostenderet, ne illa quidem Deum latere, aut a Deo dissimulari, de quibus cor nostrum non reprehendit nos. Sed ne ex hoc in dubium & formidinem, aut desperationem de propria salute induceret, & certus se cum eis agere, qui sciebant legem Dei, adiecit continuo, fiduciam nos posse habere apud Deum, si cor nostrum non reprehenderit nos. Fiducia uoluntatis est, certitudo uero intellectus. Et ut confidamus nos placere Deo, & orationes nostras & uota ab eo exaudienda, satis est probabilis quædam persuasio nostrę gratiæ apud ipsum, quę potest colligi ex testimonio conscientię de innocentia uel condigna pœnitentia nostra & bonis aliquibus nostris meritis apud ipsum. Sic enim & hominibus confidimus nos placere, & ea solemus nobis de ipsis pollicери, quę sine sumptu, & incommodo suo possunt elargiri, cum conscientia nostra teste, de ipsis bene in aliquibus meriti sumus. Itaque cum tantum

Obiect. 7. *1. Ioan. 3. d*

Responsio

Fiduciæ distinctio à certitudie.

fiduciam promittat, liquet eum neque de exauditione orationum nostrarum, neque de obseruatione mandatorum Dei, neque de gratia nostra & nostrorum operum apud ipsum plus nobis polliceri ex eo, quod non reprehendat nos cor nostrum, quam persuasionem quandam probabilem, quæ satis est, & requiritur ad fiduciam. Nullo igitur modo eliquari hinc potest fidei certitudo de gratia. Sed posset tamen mirifice confirmari, quod cap. 17. contra hæreticos nostri temporis disputauimus eam gratiæ certitudinem, quæ nobis potest competere in hac uia maxime pendere ex operibus, & non tãtum ex fide. Nam de operibus est accusatio, siue obiurgatio, aut taciturnitas conscientiæ. Et fiduciam inde ille collegit, nos posse habere, quia si cor nostrum non reprehendit nos, probabile est nos ipsi placere, & mandata ipsius seruare. Quibus uerbis cauere docuit nouum illum, ac plane peruersum, & impium sensum, in quem ipsi detorquent illa uerba. Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro. Aiunt quippe sensum eorum esse, ubi accusat conscientia, nihil aliud ei esse obijciẽdum, quàm fidem Christi, qui maior est corde nostro. Nam qui dicit fiduciam posse habere, si cor nostrum non reprehenderit nos, planè indicat bonis operibus augendam & comparandam fiduciam apud Deum & eisdem obturandos esse latratus & remorsus conscientiæ.

Quæ docet Spiritußanctus iustos omnes, & quatenus. Cap. XXVI.

Obiect. 8. 1. Ioan. 2 ADducuntur item pro certitudine gratiæ uerba illa Ioannis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est, & non est mendacium, & sicut docuit uos, manete in eo. Nam cum Ioannes hic affirmet, unctionem, hoc est Spiritũsanctum quo uelut oleo letitiæ unguntur, quotquot iustificantur, docere omnia iustos, non uidetur uerisimile, quin & suam gratiam iustis reueler. Quid enim magis deceat bonitatem hospitis, quàm declarare suam ipsius præsentiam? Quid etiam magis desiderabile iustis, quàm nosse suam iustificationem? Et quid Spiritussanctus edoceat iustos, si non rem adeo necessariam ipsis manifestet? Et quanuis Ioannes in uerbis citatis non afferat Spiritũsanctum docere iustos omnia, sed tantum affirmet, uera esse omnia, quæ ille eos edocet, & admoneat, ut maneant in illis, quæ ab ipso edocti sunt, tamen cum palàm hic dicat, & non necesse habetis, ut aliquis edoceat uos, & statim prædixerit, Sed uos unctionem habetis a sancto, & nostis omnia, nõ uidetur locus esse ullus relictus eis, qui negant iustis cognitionem suæ unctionis.

Respon. Cum uero iusti dicuntur nosse omnia, & Spiritussanctus traditur eos docere omnia, nomine omnium sola illa intelliguntur, quæ ipsis necessaria sunt scitu. Quanquam autem iustificatio maxime necessaria est nobis, tamen ut cap. 17. ostendimus, neque necessarium est, neque in commune expediens, eam certo scire. Neque ista uerbi omnium expositio ex nostro est capite. Omnia frequens est, nos affirmare, docuisse uel docturos esse alios, si uel omnia ipsis iuxta suum statum & uotum tradiderimus, uel animus sis

A tradire. Et ita exponunt communiter doctores sancti, quod Christus Apostolis suis dixit, se omnia audita a patre eis manifestasse. Omnia, inquit Gregorius, quæ eos audire oportebat. Neque alium in sensum pollicitus est. Spiritussanctus docturos eos omnem ueritatem. Siquidem Spiritussanctus non omnia docere iustos manifesta experientia comprobat, & ratio conuincit. Ignorant enim iusti, pleraque scitu dignissima, quorunque scientiam maxime cupiunt. Et alias maiores non excederent in scientia ueritatum catholicarum minores, neque indocti indoctos. Quin superfluus esset ordo doctorum in Ecclesia, neque tenerentur inferiores requirere, aut percontari doctos de aliquibus fidei dogmatibus. Et Ioānes propterea dixit, eos, ad quos scribebat nosse omnia, quia sciebat eis tradita esse iam omnia, quæ necesse erat eos scire. Vnde & statim adiecit. Non scripsi uobis quasi ignorantibus ueritatem, sed quasi scientibus eam, Et manifestum est, cum rogat, ut maneant in illis, quæ eos docet Spiritussanctus, non ad suam iustitiam hæc referre, sed ad dogmata fidei, a quibus nitebantur hæretici eos auellere. Itaque ex his omnibus dilucidum esse potest, ita duntaxat Spiritunsanctum docere in hac uita omnia iustos, quia omnia ipsis necessaria scitu, uel per se uel per suos ministros suo tempore tradit. Quippe neminem patitur absque culpa sua aliquid ex sibi necessarijs ignorare. Etenim omnem ueritatem ab eo absolute & simpliciter erudiri, felicitas est, sicut Aug. Cyril. & Didymus admonent, non uiatorum sed comprehensorum. Quare & ipsi pro uerbis B communis translationis, Docebit uos omnem ueritatem, deducet, uel diriget uos in omnem ueritatem, legerunt, sicut postulat uerbum Græcum ὁδηγήσει. Ioan. 15. 16

De nomine nouo promisso uincentibus quod nemo scit, nisi qui accipit. Cap. XXVII.

QVid igitur, rogabis, manna est absconditum, & nomen nouum, quod per eundem Ioannem Deus pollicetur uincenti dicens. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit? Esto manna aliqua dulcedo spiritalis intelligatur ex illis quarum Deus participes facit eos, qui illum sequuntur toto corde, tamen nomen non uidetur aliud, quā nomen illud egregium, & magnificum Christianorum uerorum & filiorū Dei, quo donantur iusti, dum transferuntur ab statu peccati ad statum gratiæ. Nam & hoc uidetur nomen esse, de quo olim prædixerat Esaias. Et seruos suos uocabit nomine alio, siue, ut. 70. transtulerunt, nomine nouo. Qđ & Hieron. de nomine Christianorum exponit. Cum igitur hoc scire dicatur, qui accipit, cur dubitemus, largiri Spiritūsanctum illis, qui se & suos affectus uincunt, cognitionem sui status & iustitiæ, quę alijs est ignota? Verum expositores communes longe aliter exposuere iam olim hæc Ioannis uerba, neque ad præmium aliquod, quod in hac uita contingat, sed ad pręmia æternæ patriæ retulere. Estque hoc uidere & in Glo. ordi. & in Nico. Et

Obiect. 9. *Apoc. 2.* *Esa. 65.* *Responsio*

Grego.28.Mor.cap.2. nomen nouum quod nemo ſcit niſi qui accipit, notitiam claram diuinitatis intelligit, quam nemo perfecte nouit, niſi qui & eam cœpit habere. Atque iniquum profecto eſt, quam gloriam, & munificentiam pollicebatur Deus Pergamenſibus ob egregiam uictoriam in tentationibus & perſecutionibus hæreticorum, communem uelle facere omnibus iuſtis. Sed demus, hæc ad iuſtos omnes etiam in hac uita ſpectare, & nomen nouum eſſe nomen uerorum Chriſtianorum, & filiorum Dei, quid hinc haberi poterit contra nos? An non ſatis eſt, hoc nomen poſſe ſciri a iuſtis certitudine quadam humana, ſeu morali, niſi etiam hoc ſciant certitudine fidei? Cunque uerba ſint obſcuriſsima, neque ſatis hactenus potuerit conſtare doctoribus, quid in mãna, & calculo, & nomine illo nobis fuerit ſignificatum, & uariæ de omnibus circunferantur expoſitiones, miror quendam uirum doctum dicere, nihil eſſe hoc teſtimonio clarius ad ſtabiliendam certitudinem hanc fidei de gratia. Si hoc uidetur clariſsimum, quid poſsit uideri obſcurum? Sed pergamus ad alia. Mira uis eſt affectus. Nigra candida, tenebras lucem, & amara dulcia poteſt facere. C

De hæſitatione impediente effectum orationum noſtrarum. Ca. XXVIII.

Obiect.10 *Iaco.1.a* IAcobi quoque uerba poſſunt nobis obijci dicentis. Siquis ueſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Si enim ad impetrandam ſapientiam, neceſſaria eſt fides ſine hæſitatione, cur non magis ad obtinendam, & tuendam gratiam Dei, ſine qua nulla ſapientia uera eſt, D

Reſponſio requiratur fides ſine hæſitatione de ea acquirenda, uel acquiſita? Verum hæſitatio impediens exauditionem noſtrarum orationum non eſt hæſitatio de noſtra infirmitate, & impedimento appoſito ex parte noſtra benignitati diuinæ. Hæc potius prouocabit, & inflectet ad noſtri miſerendum celſitudinem diuinam. Quanto enim nos magis humiliamus, & peccatores, & indignos, qui ab eo audiamur, profitebimur, tanto illum faciemus

Iacob.4.b magis propitium. Reſiſtit quippe, teſte ipſo Iacobo, ſuperbis, humilibus autem dat gratiam. Tantoque certius ipſius gratiam obtinuerunt Nabuchodonoſor, Niniuitæ, publicanus, Magdalena, Petrus & innumeri alij, quanto ſe magis humiliarunt, & indignos cenſuerunt, qui ipſius miſericordiam

Hæſitatio impediens orationes. impetrarent. Quæ uero hæſitatio uim orationum impedit, immo eas irritat, & inanes facit, hæſitatio eſt uel de pręmijs cœleſtibus, ſicut Glo. ordi. exponit, uel de Dei poteſtate, & uoluntate dandi poſtulata illis, qui ea pie, & perſeueranter petunt, ſicut Nico. uel denique de potentia, bonitate, & ueritate diuina. Nam qui de aliquo horum dubitat, fruſtra Deum precatur, ipſe ſua ambiguitate impedimentum, & obicem ponens ſuis orationibus. Nec illi qui de propria iuſtitia formidat. Sed huic conueniunt, quæ mox adiecit Iacobus. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a uento mouetur, & circunfertur. Non enim quia iuſti incerti ſunt de ſua iuſtitia, ideo uelut arundines, aut ſicut fluctus maris uentis hinc inde agitantur. Stant potius

fortes

A fortes & constantes, ac sicut saxa immobilia fluctus omnes tentationum excipiunt, tantoque fortius, quanto minus suam sibi persuadent iustitiam, & ad eam acquirendam uel tuendam opus sibi esse sentiunt inuicta & indefessa patientia. Porrò fides, in qua uoluit Iacobus nos sapientiam postulare, & quam sæpe Christus exegit in Euangelio, quanque necessariam docuit ad impetrandum ab eo, quæ uolumus, non est certa de eis impetrandis intellectus credulitas, quæ falsa & leuissima sæpe persuasio esset, sed est affectus fiducia ex certa persuasione de diuina potestate, & benignitate profecta. Inter uarias quippe acceptiones fidei quarum meminimus in.1.q.opusculi de iustificatione, solẽne & frequens est & in scripturis, & in Ecclesiasticis, & in prophanis autoribus fidem pro fiducia accipere. Et manifeste sic usus est Ioannes uerbo credendi cum de Christo dixit. Ipse autem Iesus nõ credebat semetipsum eis. Quid enim est aliud, non credebat semetipsum eis, quàm si apertius dixisset, non fidebat ipsis, neque se tuto, fidenter, aut secure eorum consuetudini & potestati permittebat? Videtur autem hæc acceptio fidei sicut & aliæ, a communissima, & celeberrima fidei acceptione pro certa intellectus credulitate enata esse, quod illis solemus fidere, quos fideles, benignos, & integre fidei homines certo existimamus.

Fiducia necessaria ad orationes. *Fides aliquando ponitur pro fiducia.* *Ioan.2.d*

Aliud est certam facere uocationem & electionem nostram, aliud certas eas nobis esse. Cap. XXIX.

B PVgnant & quidam contra nos uerbis clauigeri cœli. Satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem, & electionem faciatis. Quid aliud, inquiunt, hic admonet Petrus, quàm ut bonis operibus sic studeamus, & inuigilemus, ut mereamur certitudinem assequi nostræ uocationis, & electionis? Sed si hic esset sensus Petri, non sola certitudo de nostra iustificatione esset nobis possibilis, sed etiam certitudo de nostra prædestinatione, quia omnis electus est prædestinatus. Hoc autem scripturæ toti repugnare lib.12. docebimus. Ac parum profecto aduertunt, qui hunc locum nobis obijciunt, longe inter se distare, certam facere electionem nostram, et certam eam habere, multoque aliam esse certitudinem ex parte rei, & certitudinem ex parte intellectus, sicut late supra disseruimus. Facit certam uocationem, & electionem suam, quicunque bonis operibus iugiter studet, ut habeat uitam æternam. Vbi enim assecutus eam fuerit, certum erit illum electum fuisse a Deo, & uocatum uocatione efficaci, & habitura effectum in quem facta est. Certa uero ista habet, qui de sua perseuerantia usque ad mortem certus est. Et Petrus quidem non admonuit, ut per bona opera satageremus istam certitudinem habere. Nouerat nulla bona opera tantam posse præstare certitudinẽ. Nã multi a præclarissimis operibus defecerunt ad grauia peccata, & in eis uitã cõsummauerũt. Admonuit aũt, ut p bona opa faceremus certã electionẽ nostram, qm̃ hoc facere per illa possumus, & sine illis nõ possumus. Quod si uerbũ Græcum βεβαίαν, quod noster interpres certam uertit, reddamus sicut alij Græce doctissimi reddunt, firmam, uel

Obiect. m. *2.Petr.1.b* *Responsio*

ratam aliquanto apertius erit hunc esse sensum huius loci, quem iam ex- C
pressimus. Quia firmam facere, & ratam nostram uocationem, & electio-
nem, nihil aliud est, quàm non deficere ab illa, sed in ea constanter, & fortiter
perseuerare. Stat.n. illa firma, & rata est, cum ab ea non declinamus. Quod
fieri non potest, nisi bonis operibus assiduo studio incumbamus. Quippe
hæc sunt, quæ illam firmam tuentur, & sustentant, & tandem immobilem,
& immutabilem faciunt. Atq; ut constare posset, hunc esse sensum istorum
uerborum, adiecit statim Petrus. Hæc enim facientes non peccabitis aliquã
do. Et mox. Sic enim abunde ministrabitur uobis introitus in æternum re
gnum domini, & saluatoris nostri Iesu Christi. Quid aliud his uerbis dici-
tur, quàm eos ratam facere, & firmam suam uocationem, & electionem,
qui sic uacant bonis operibus, & a peccatis abstinent, ut mereantur tandem
participes fieri æterni regni saluatoris nostri? Et quoniam dum in hac uita
militamus, periculis, & uarijs casibus obnoxij sumus, neque unquàm po-
terit nobis esse certa nostra electio, neque rata omnino, neque firma, nisi bo
nis operibus iugiter studeamus, quandiu hic fuerimus, uiget illa admoni-
2.Tim.2.a tio, ut per bona opera satagamus facere certam electionem nostram. Non
Matth.10 enim coronabitur, nisi, qui legitime usque ad mortem certauerit, & solus
& 24.b ille erit saluus, qui usque ad finem perseuerauerit. Si autem qui prætenditur,
esset horum uerborum sensus, non uigeret ista admonitio, nisi usque ad ade
ptam istam certitudinem. Quod alienum esse a mente Petri patet ex antece-
dentibus, & consequentibus. Scio alios partim per certitudinem conietu D
ralem, partim per certitudinem ex conditione statim adiecta de non peccan
do, aliquando euadere tentasse uim huius argumenti. Sed nihil necesse est
eò confugere.

De certitudine, Iob, & Dauidis de sua iustificatione. Cap. XXX.

Obiect.12 CONtendunt item nonnulli inualidare non solum nostram sententiam
uerum & testimonia ex Iob, & Dauid pro ea inducta, ex quibusdam
alijs eorum testimonijs, quibus aperte suo iudicio uidentur illi conte
Iob.27.a stari se fuisse certos de sua iustificatione. Iob enim ait. Donec deficiam, nõ re-
cedam ab innocentia mea, Iustificationem meam, quam cœpi tenere, non de
seram. Neque enim reprehendit me conscientia mea in omni uita mea. Et
cap.23 alibi. Ipse uero Deus scit uiam meam, & probauit me quasi aurum, quod
per ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus, uiam eius custodiui, &
non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo
6.a abscondi uerba oris eius. Et alio in loco confidenter clamat, Vtinam ap-
penderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in
statera. Quasi arena maris hæc grauior apparet. Quomodo ista potuisset
uerè dicere, si non erat certus de sua iustitia & innocentia? An non hic ma-
nifeste se asserit iustum & innocentem, & omnia Dei mandata seruasse, se af-
firmat, neque admisisse aliquod peccatum, propter quod merito sic tribu-
laretur? Neque uidetur ista Iob dixisse, propter aliquam peculiarem Dei re-

A udationem, quam de sua innocentia, & iustificatione habuerit, sed duntaxat ex suæ conscientiæ testimonio. Sed neque minus aperta sunt, quæ Dauid etiam de sua iustificatione asseuerat. Quodam enim in loco confidenter dicit. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundū puritatem manum mearum retribuet mihi. Et mox subdit. Et eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam uoluit me. Quia custodiui uias domini, neque impie gessi a Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli a me. Et alibi, exaudiri se a Deo postulat secundum iustitiam suam, & oculos ipsius uidere æquitatem. Et secure inquit, Probasti domine cor meum, & uisitasti nocte, & non est inuenta in me iniquitas. Et alias. Ego autē in innocentia mea ingressus sum. Et rursus. Conuertere anima mea in requiē tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. Et iterum. Dixi confitebor aduersum me in iustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et rursus sæpe dilexisse se dicit legem domini, & mandata illius, & testimonia obseruasse, & iniquos, & iniquitates odio habuisse. Sed par profecto non est, ut tantis & tam eximijs prophetis nos misellos & rudes homunculos comparemus. Nam illi per lumen propheticum certissimi fuerunt de ueritate omnium, quæ in libris propheticis affirmarunt, & ubi nullas peculiares & priuilegiatas reuelationes de sua gratia habuissent, hac uia potuerunt & debuerunt esse certi de illa, siquidem inueniantur eam nobis fuisse contestati. Et Dauid quidem summo iure potuit etiam sine adiutorio luminis prophetici suam nobis gratiam affirmare. Apertam enim habuit reuelationem de iustificatione sua, & remissione suorum peccatorū cum audiuit a Nathan propheta. Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Iob etiam omni destitutus lumine prophetico, iustum se potuit certo asserere, cum sciuit dominum præcepisse Eliphaz Themanitæ, & alijs duobus ipsius amicis, ut irent ad seruum suum Iob, ut oraret pro illis, & conuersus est dominus ad pœnitentiam ipsius, facienque illius pro eis suscepit. Neque tamen in tribus prioribus Dauidis testimonijs, de iustificatione sua, aut innocentia apud Deum ille agit. Sciebat iustitias Dei a se repulisse, neque illius iudicia habuisse in conspectu suo, cum patrauit adulterium cum Bersabeæ, & uirum eius Vriam occidi fecit. Sed ad persecutiones, quas ab Absalone, & Saule passus est, illa omnia referebat, ut patet ex titulo Psalmi. Atque in ea causa constanter Dauid ex testimonio suæ conscientiæ asserere potuit, sicut & asseruit, se nihil admisisse contra illos, ut iuste ipsi eum persequi possent. Eoque nomine aliquando confidenter postulabat, exaudiri se secundum iustitiam suam, aliquando uero certus de diuina misericordia, liberationem sibi ab illis tribulationibus promittebat. Et quæ ex Iob citata sunt, nequaquam probant, eum sua de iustificatione fuisse certum. Non enim illa loquebatur secūdum scientiam, quam habebat ex reuelatione, immo ne tum cum ea locutus est,

Psalm.17. *16.* *26.* *119.* *31.* *118.* *Respon.1.* B *Certitudo Dauidis et Iob de sua gratia.* *2.Re.12.d* *Respon.2.* *2.Reg.11*

uideo unde satis probari posit, talem certitudinem eum iam habuisse, sed C loquebatur illa secundum scientiam quam habebat ex testimonio suæ conscientiæ sicut & illa, quæ supra pro nobis citauimus. Si iustificare me uoluero, os meum condemnabit me, &c. Et in nullis istorum uerborum se iustificatum asseruit. Neque ulla est repugnantia inter ista, quę modo citantur cōtra nos, & quæ supra pro nobis allegauimus. Sed concordiam germanam istorum, & aliorum locorum docuit nos Paulus, cum dixit. Nihil mihi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Ideo ergo ista, quæ contra nos citantur, dicebat, quia nihil sibi conscius erat, & iuxta suam scientiam & conscientiam poterat dicere. Vtinam appenderentur peccata mea &c. Neque amplius potest ex his uerbis colligi. Ideo uero & ea quoque asseuerauit paulo post, quæ nos pro nobis citauimus, quia sciebat ea non esse satis ad suam iustificationem. Poterat enim præter propriam conscientiam aliūde esse extra Dei gratiam. Et perinde erat illa omnia de se asserere, ac si uerbis Pauli dixisset. Sed non in his iustificatus sum. Hoc est. Nō tamen ob ista me iustum audeo asserere. Et quidem ut ista & similia, quæ citata sunt de sua iustitia asserent & Dauid & Iob, aut alij iusti & prophetæ, non opus est in eis ponere certitudinem fidei, nisi quatenus illa, ut prophetæ scribebant. Poterant enim illa de se asseuerare, si sic uel humana quadam certitudine, aut opinione de se ipsis persuasi erant, neque cuiuspiam sibi delicti conscij. Quandoquidem non illa sola, quæ certo scimus certitudine fidei possumus asserere, sed & illa constanter asseueramus, quæ humana fide uel probabilibus argumentis uel certa uel probabiliora existimamus. Addidi autem, nisi quatenus illa D ut prophetæ scribebant, quia ut sic non solum habuerunt fidei catholicę certitudinem, quam nos de omnibus ab eis assertis habemus, sed pleniorem et augustiorem, ac fortasis euidentem, siue immediate, per lumen propheticum, siue mediate & per discursum. Quæ enim nos credimus illis fuisse reuelata, ipsi sciebant a Deo sibi fuisse reuelata, & eum ex lumine naturali nouerant neque fallere, neque falli posse. Vnde & Hiere. dicebat. In ueritate misit me Dominus. Et hoc modo respondere possumus ad omnia, quæ certitudinem etiam de sua perseuerātia in ipsis arguunt. Quod si nemini ex catholicis sufficere ea existimata sunt, ut crederetur posse nobis certa esse nostra perseuerantia, uel ex hoc admonemur, neque idonea ipsa existimare, ut credamus posse nobis omnino certam esse nostram gratiam. Etenim illi eodem modo de utroque loquuntur, & si eorum testimonia unum probant, pari iure probabunt & alterum. Sed & duplex alia uia occurrit explicandi, quæ certitudinem de perseuerantia sua eos habuisse, uidentur indicare. Qualia sunt illa Dauidis. Et ero immaculatus cū eo, et obseruabo me ab iniquitate mea. Quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos. In domino sperans non infirmabor. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector uitæ meæ, a quo trepidabo? Siquidem ut hæc & similia sexcenta, quæ pasim & in Dauide & in alijs prophetis inuenientur uere illi de se potue-

Hier.26.e

Duplex resp. ad ea, q̄ certitudinē perseuerātiæ in pphetis significāt.

Ps.17.24.

25.26.

Respon.1

A ſe potuerint aſſerere, ſatis eſt, eos tum ſic fuiſſe affectos, & eam fiduciam in Deum, & opinionem de ſe habuiſſe, quæ huiuſmodi uerbis uidetur ſignificari. Nam & nos ſæpe præ amore, & ſtudio, & pietate in aliquem dominum, uel prælatum in nos, & ſuos omnes liberalem, benignum, humanum, & magnificum, perpetuo aſſerimus in ipſius obſequio, & ſtudio perſeueraturos, neque defuturam nobis unquàm ipſius beneficentiam, & liberalitatem, conſtanter pollicemur, cum tamen nullam de his habeamus certitudinem, ſed duntaxat fiduciam, & probabilitatem. Et conueniebat plæraque talia maxime in Pſalmis inueniri, ut in Dauide exprimerentur plærique ſimiles affectus, quos in ſe ipſis contemplatiui experiuntur, quibuſque aſſuefaciendus eſt affectus noſter, & animus, dum oramus. Quod ſi iſta enunciata de futuro, non ut aſſertiones, aut prænunciationes accipiantur, ſed ut pollicitationes, & promiſsiones indicantes affectum eorum & ſpem, neque certitudo de earum impletione, ad earum ueritatem requiritur, neque exhibitio eorum, quæ per ipſas prophetæ ſibi, uel de ſe, uel de Deo pollicebantur. Quod & in communibus promiſsionibus ſatis patet. Nanque, ut pœnitẽs ſuo confeſſario uerè promiſerit ſe non amplius iteraturum peccata, quæ confeſſus eſt, requiſita non eſt certitudo de illis non iterandis, immo neque, ut ea non iteret, ſed ſatis eſt, eum tum habuiſſe affectum nunquàm amplius ea committendi. Reſpon. 2.

De certitudine gratiæ ex probatione in tentationibus, & familiaritate diuina. Cap. XXXI.

B ADdunt & nonnulli contra nos uerba illa Moyſi ad populum domini. Tentat uos dominus Deus ueſter, ut ſciat ſi diligatis eum. Non enim ſic hoc dictum eſt, ut ait Auguſtinus, quaſi neſciat Deus, ſed ut ipſi ſciant, quantum in Domini dilectione profecerint. Quod niſi tentationibus, quæ accidunt, non plene ab hominibus agnoſcitur. Et addit Auguſtinus ipſum uerbum tentat pro eo poſitum eſſe, quod tentari ſinit. Et recipitur hæc expoſitio communiter, ac ſic etiam ponuntur illa domini ad Abraham. Nũc cognoui, quòd timeas dominum, ideſt, cognoſcere te feci. Si igitur ad hoc tẽtauit Deus Abrahamum, ut cognoſceret, ſe timere Deũ, & ad hoc nos tentamur, ut ſciamus uerè nos ipſum diligere, poterimus hęc certo de nobis noſſe ex uictoria tentationum, quæ nobis & manifeſta & indubitata eſſe poteſt. Nemo etiam, addunt, familiarem habet, niſi quem habet ſibi carum, & acceptum. Itaque cum prophetis, & Abrahæ, atque alijs patriarchis familiariſsime ſæpe locutus fuerit Deus, uel eo argumento potuerint illi certi fuiſſe de ſua gratia apud ipſum. Verum neceſſarium non eſt, communem iſtorum locorum expoſitionem, quæ citata eſt, acceptare. Aliquantulum enim uiolenta uidetur, & aliena a communi uerborum illorum intelligentia, & acceptione, neque uideo apud graues, & latinos autores uſurpatum ſcire, uel cognoſcere, pro eo quod eſt facere ſcire, uel cognoſcere. Sed quia Deus omnia nouit antequàm ſint, & extra ſe nihil co-

Obiect. 13. Deut. 13. Aug. li. 83 q. 60. Gen. 22. Reſponſio

gnoſcit, intelligendum eſt, iſta eum dixiſſe more humano, & uelut hominis perſona aſſumpta attemperaſſe hic ſermonem ſuum uulgatæ noſtræ cōſuetudini, ſicut cum dixit, Pœnitet me feciſſe hominem, & ſæpe alias. Itaque ideo ait nos tentare, ut ſciat, an diligamus eum, & cum uicerimus tentationem, cognoſcere ſe a nobis diligi, quia frequentiſsime ita loquimur, cum experimento cognoſcimus, uel cognoſcere uolumus, quantum nos alij, uel timeant, uel diligant. Atque ubi propter autoritatem Auguſtini, allegatam expoſitionem acceptemus, non neceſſe eſt cōcedere, poſſe nos certitudinem fidei aſſequi de noſtra iuſtificatione. Satis enim eſt ex uictoria tētationum, uel probatione poſſe nos experimento exteriori certo cognoſcere, in illis rebus, & periculis Deum uerè a nobis diligi, & timeri, & coniecturam ualde probabilem aſſequi de dilectione, & timore Dei abſolute, & ſimpliciter. Nam ſcire aliquando uulgariter dicimus, quæ probabiliter nouimus, uel coniecturis & probabilibus argumentis, uel relatu aliorum. Et aliqui doctores non improbabiliter dicunt, poſſe ſtare uerum timorem, & uerum amorem Dei cum peccato mortali ex ignorantia culpabili. Sed

Certus fuit Abraham & gratia et prædeſtinatione ſua. *Gen.6.b* *Gen.22.*

Abraham dubium non eſt certum fuiſſe de ſua gratia. Non ſolum enim audiuit a Deo. Nunc cognoui quòd timeas dominum, ſed et quæ ſtatim ſequuntur. Per me metipſum iuraui, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & uelut arenam, quæ eſt in litore maris. Poſsidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & in ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ, quia obędiſti uoci meæ. Qui tam dilucidum ſui timoris & obędientiæ teſtimonium, & tam magnifica propter illa promiſſa a Deo audiebat, certus iure optimo, & poterat, & debebat eſſe de ſua gratia. Nec magnum eſt, ſi tunc eum dicamus certo cognouiſſe, ſe eſſe in gratia, cum & prædeſtinationis ſuæ certus potuerit eſſe ex illis uerbis Dei ad ipſum. Ego protector tuus, &c. Tu autem ibis ad patres tuos, in pace ſepultus, in ſenectute bona. Similenque certitudinem ſuæ iuſtificationis, & gratiæ apud Deum habuiſſe indubitatum eſt Moyſen, cum loquebatur ad eum dominus facie ad faciem, ſicut ſolet amicus ad amicum loqui, & cum audiebat ſe ab eo ſeruum ipſius fideliſsimum appellari, & uidebat ad orationem ſuam placari Deum, quibus erat iratus, immo & incredibili humanitate ei dicere. Dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Ad eundenque modum alij Prophetæ ex ſimilibus Dei ad ſe uerbis certi potuerunt eſſe de ſua gratia apud Deum. Certitudo autem de ſpiritu prophetico non ſatis fuit ulli ad certitudinem de ſua gratia. Poteſt enim eſſe, & fuit in Balaam ſpiritus propheticus ſine gratia. Quod & ſatis explicauit Chriſtus illis uerbis. Multi dicent mihi in illa die. Nōne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia multa eiecimus? & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos.

Gen.15. *Certus Moyſes de ſua gratia.* *Exod.33.c* *Nume. 12. 14.16. & Exo.32.* *Matth.7.*

A *Responsio ad testimonia Dionysij, Antonij, Cyrilli, & Leonis pro certitudine gratiæ.*

Cap. XXXII.

CVm uero ex prædictis pateat, nullum esse sancta in scriptura locum, qui aduersetur definitioni sanctæ Synodi, commodum erit & idem ipsum ostēdere in testimonijs sanctorum doctorum, quę nobis obijciuntur. Sic enim & cōfirmatior fiet Synodi sententia, & omnis amputabitur praetextus, quo se tuentur, qui putant possibilem esse iustis certitudinē fidei de sua gratia. Primo obijcitur nobis magnus Diony. beati Pauli, discipulus, & is asseritur dicere, uiros spiritales & contemplationi deditos se ueraciter, ac penitus, immo etiam intemerata fide statum suum, & quàm bene se habeant, nosse. Verba autem Dionysij, unde hoc colligitur, hęc sunt. *Obie. 1. ex Diony. 7. de diui. nomi.* Nouit penitus is, qui ueritati coniunctus est, quam bene se habeat, etiam si plures illum corripiant, quasi amentem & extra se factum. Fugit enim quēadmodum & par est, illos, quomodo uelut ex errore ille per intemeratam fidem ueritati unitus extra se fit, extasinque patitur. Porrò nouit ipse seipsum ueraciter. Attamen distincta ualde sunt, nosse nos esse in gratia, & nosse bonum nos tenere & sectari uitæ institutum, si contemplatiuæ uitæ iuxta regulam fidei studeamus, & quantum per fidem assequi possumus, ueritati diuinæ iugi meditatione & affectu uniamur. *Respon.* B Hoc quidem nobis fide catholica certum est, quia Christus dixit, Optimam partem elegit sibi Maria, & Ecclesia ab ipso & Apostolis edocta, uitam heremiticam semper probauit & laudauit. Quod uero simus in gratia, incertum esse supra docuimus, & saltem de fide catholica non est. Et Dionysius non dicit uiros spiritales & contemplationi deditos nosse se esse in gratia, sed nosse penitus & ueraciter, bene se se habere in studijs & meditationibus spiritalibus, tametsi derideatur & despiciatur ab ignorantibus. Nec dicit ut putatur ista nosse eum per fidem intemeratam, quanuis potuerit hoc uerè dicere, & si dixisset, nihil haberetur contra nos. Sed ostendere uolens, cur uiri spiritales a carnalibus reprehendantur, docet hoc inde proficisci, quia ignorant carnales, quomodo per intemeratam & sacrosanctam fidem ueritati extra se uir spiritalis unitus sit. Et ut constaret pro nihilo haberi a uiris spiritalibus reprehensiones ignorantium, neque se de notitia gratiæ ipsorum, sed de notitia religionis & uitæ quam profitentur, & mysteriorum, quæ contemplantur, locutum fuisse, præmisit statim hęc uerba. Eum qui in ueritate credit, iuxta Scripturę fidem, nihil remouebit a uerè fidei autore, in quo constantiam immobilis identitatis habebit. Et in illis, quę mox adiungit post uerba contra nos citata, dilucide explicat, se hoc penitus & ueraciter notum uiris spiritalibus asseruisse, quòd bene se habeant in contemplatione Dei & eorum, quę diuina sunt, dum

ea contemplantur & meditantur, quatenus nobis per fidem innotescunt. C
Nam hanc dicit nostratis diuinæ sapientiæ Principes ac Duces, solam ueram & simplicem diuinorum cognitionem etiam mortis tolerantia omni die contestari. Quare Sanctus Thomas fidelis ipsius expositor, non hic eum egisse de certitudine gratiæ credidit, sed firmitatem fidei nostræ tripliciter ostendisse. Secundo profertur contra nos Antonius Abbas, qui in epistola sua septima constanter asserit, ununquenque si uelit, posse proficere ad cognoscendum semetipsum. Quotquot, inquit, proposuerunt, e docti sunt per Spiritunsanctum. Hi cognouerunt semetipsos secundum sensualem suam extantiam, in ipsa uero sui cognitione proclamauerunt dicentes. Non enim accepimus spiritum seruitutis, sed spiritum filiorum adoptionis, in quo clamamus. Abba, Pater. ut cognoscamus, quāta nobis donauerit Deus, quia & filij sumus & hæredes. Hæredes quidem Dei, & cohæredes sanctorum. Viden, ut constanter se filium Dei asseueret, & & omnibus, qui serio profecerunt, notum fuisse affirmet, quod acceperint spiritum Dei, & nouerint a Deo ipsis donata? Sed ne dubites, eo illum putasse posse peruenire omnes iustos, audi quid continuo subiecerit. Fratres dilectissimi & cohæredes sanctorum, omnis uirtus non est aliena a uobis, sed uestra existit, si tamen inculpabiles sitis a mala uita, Deo autem manifesti. Sed cum in his non tantum dixerit agnouisse sanctos uiros, acceptum a seipsis Spiritūsanctum, sed & ab alijs qui uitæ spiritali student, neque se solum affirmauerit filium & hæredem Dei, ac cohæredem sanctorum, sed & eos, ad quos ista scribebat, colligere ex his possumus & debemus, non illum de certitudine fidei diuinæ egisse, satisque esse pro his, si iusti hæc probabiliter, ac certo moraliter de se sibi persuaserint. Nam utique aliorum adoptio & iustificatio innotescere nobis non potest per fidem. Tertio inducitur etiam contra nos Leo, Is enim post citata testimonia aliquot Christi & Ioannis Euangelistæ in commendationem caritatis subdit. Discutiant ergo se fidelium mentes, & intimos sui cordis affectus uera examinatione dijudicent, ut si depositum aliquid in conscientijs suis de fructibus caritatis inuenerint, Deum sibi inesse non dubitent, & ut magis magisque tanti hospitis sint capaces, fiant perseueranter in misericordię operibus ampliores. Hæc ille. Ex quibus, cum aperte dicat, ne dubitemus nobis inesse Deum, si inuenerimus in conscientijs aliquid de fructibus caritatis, & hoc posit nobis certo, immo euidenter constare, euincere sibi uidentur, quod uolunt, qui pugnant pro certitudine gratiæ. Verum his uerbis illa possunt esse satis, quæ capite uigesimoquarto respondimus ad uerba Ioannis. Scimus, quoniam translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Nam & propter hæc tam constanter iubet Leo ne dubitemus. Neque necesse est, ut si Deus est in conscientijs nostris excitando nos ad aliqua bona opera, ideo esse putetur etiam per gratiam. Et alioqui non quicunque prohibet dubium, iubet certitudinem

Obie. 2. ex Antonio.

Responsio

D

Obie. 3. ex Leone ser. 2. de festo Pasch.

Respon. 1.

Respon. 2.

Respon. 3.

dinem

A dinem. Vt enim cap. 4. monuimus & communiter tradunt Theologi scholastici, & nominatim Alex. Halen. 3. parte. q. 71. memb. 1. art. 2. dubium medium locum tenet inter opinionem et fidem, & qui opinatur uel probabiliter aliquid credit, quamuis hæsitet & formidet, dubitare tamen non dicitur. Siquidem qui dubitat, neutri parti assentitur, & suspensum tenet ac medium & ancipitem inter utranque partem intellectum. Et hoc est, quod uetat Leo eis, qui aliquid in se de fructibus caritatis inuenerint. Idenque sæpe prohibuerunt et alij sancti doctores eis, qui merito uel propter suscepta sacramenta, uel propter bonos alios affectus, merito possunt & debent credere, se esse in gratia, licet non omnino certo. Quare manifestum est, falso nos accusari a Protestantibus in articulo quinto confessionis Augustanæ & a Philippo in Apologia, quòd conscientias iubeamus dubitare de remissione peccatorum. Tantum abest, ut iubeamus de hoc dubitare, ut plærunque etiam necessarium putemus non dubitare, & dubium, peccato pusillanimitatis imputemus. Et hoc bene notari a cunctis uelim, quoniam non raro hic paralogizant aduersarij confundentes dubium cum formidine siue hæsitatione. Quarto citatur aduersum nos Cyrillus in illa uerba domini. Ad eum ueniemus & mansionem apud eum faciemus. Cum non recte, inquit, a discipulo intellecta uerba sua Christus uideret, repetit rursus, quod dixit, dilucideque docet, non solum cognitione ista communi amicis se suis manifestaturum, sed excellentiori quodam fulgoris modo.

Aliud ē nō dubitare, et aliud certum esse.

Non iubent catholici dubitare de remissione peccatorum.

Obiect. 4 ex Cyr. 10 in Io. c. 3

B Nam rudiores ab impiorum idolorum cultu ad cognitionem Dei uocati, solummodo per fidem discunt, quod unus Deus, qui nos creauit, colendus sit. Qui uero omni uirtute mentem suam purgando, apti iam ad maiora facti sunt, spiritus illuminatione recepta, oculis animi habitantem in ipsis Deum uidebunt. Hæc ille. Quis ergo locus, inquit, est hæsitationi, ubi clare Deus asseritur inhabitans iustos a perfectioribus uideri? Et confirmāt hoc ex uerbis Christi, quæ statim præcesserant. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Volunt quippe & hoc ad præsentem spectare uitam, ut Christus se manifestet, uel ut alij uertunt, se insinuet ipsum diligentibus. At uero Cyrillus non pollicetur perfectiores certa uisione cognituros esse, in ipsis habitare Deum, sed promittit illis clariorem, quàm habeant rudes, Dei ipsos inhabitantis cognitionem. Opponit enim cognitionem eorum de Deo, cognitioni, quam habent rudiores, neque rudiores dixit per fidem cognoscere se inhabitari a Deo, sed unum Deum, qui nos creauit colendum esse. Et fieri quidem potest, ut manifestius, purius & perfectius spiritales cognoscant Deum, & tamen non ad hoc pertingant, ut a Deo se inhabitari cognoscant. Nam & peccatores aliquando siue per lumen propheticum, siue per fidem, siue ꝑ præcellentem aliquam doctrinam, aut etiam per perspicacius & subtilius ingenium Deum possunt cognoscere multo perfectius quàm aliqui iusti. Et ad hanc præcellentiam cognitionis Dei & mysteriorum fidei referenda

Ioan. 14

Respon. 1.

esse, quæ citata sunt, satis explicuit. Continenter quippe adiunxit. Non C
est ergo communis sanctorum cognitio, sed eximia, & certa, longeque a communiore illa differens. Et in capite secundo hæc differere ab his uerbis cœpit. Dominus noster Iesus Christus præcipuam sanctis cognitionem pollicitus est, in quibus expresśius mysteriorum cognitio fulget. Atque hunc in modum possumus respondere ad uerba Christi, Et manifestabo, siue insinuabo ei meipsum, si quidem ad uitam præsentem referre illa placeat. Non enim necesse est, ut quia diligenti se promittit sui manifestationem, & inde etiam suæ mansionis in ipso notitiam largiatur. Quia uero non omnibus, qui sunt in gratia, ista suæ iustificationis certa cognitio contingit, ut & qui hæc nobis obijciunt, confitentur, satius esset sequi communiorem expositionem, quæ & Theophilati est & Glo. interlinearis, & Nicolai, & Hugonis Carren. & ut ille citat, etiam Hieronymi, & ad uitam beatitudinis ista referre, ubi Christus non utcunque sed manifestiśsime se reuelabit omnibus, qui eum uerè in hac uita dilexerunt. Et quidem, si circumiacentia omnia bene expendamus, in his uerbis, & in illis, quæ Cyrillus exposuit, non præmium aliquibus peculiare, sed præmium commune omnium iustorum & seruantium mandata Dei Christus significauit.

Respon. 2. Ad hæc. Cyrillus non omnibus affuturam tradit hanc fulgentiorem & illustriorem Dei cognitionem, sed eximijs & præstantibus omnino uiris, neque per humanos discursus uel argumenta posse eos in illam uenire asseuerat, sed ex gratia & benignitate Dei, quam iam admonuimus in disputationem non uenire. Quamobrem ex illis, quibus Christus Apostolis suis manifestiśsime pollicitus est cognitionem certam suæ in ipsis mansionis per gratiam, dicens, In illo die uos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis, iniquum est & omnibus iustis polliceri, quòd ad hanc cognitionem posśint pijs suis studijs & meditationibus peruenire. Quippe Christus non statim hanc tantam & tam illustrem cognitionem Apostolis suis largitus est, sed cum desuper misit eis uisibiliter Spiritum sanctum. Hic enim erat dies, ut patet ex antecedentibus, quo uerba illa referebat, In illo die. Vnde & ante mortem suam, quia non dum tanta gratia eis expediebat occasiones nonnunquàm sub mi- D
Mat. 26. b nistrauit, ut de sua gratia etiam nihil sibi conscij hæsitarent. Et ideo in cœna dixit. Vnus uestrum me traditurus est. Et ne solum existimaretur do-
Luc. 22. c. cere, ut timerent de lapsu, adiunxit. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Atque illi, quoniam non sic erant a Christo instituti, ut se certo prorsus & absque ulla formidine iustos putarent, si nihil sibi essent conscij, contristati ualde, cœperunt singuli dicere. Nunquid ego sum Domine? Atque hoc pacto exponit hunc locum Alexander Halensis in Commentarijs in Lucam, qui cum Commētarijs in Marcum, & in Epistolas Pauli, & in Psalmos, & duodecim Prophetas habentur Venetijs in religiosiśsimo nostro cœnobio, cui nomen sanctus Franciscus

Apostoli hæsitaue-rūt de peccato, cuius non erāt sibi conscij.

A a Vinea. Et eandem expositionem tradit Glossa ordinaria, quæ est Bedæ, in hæc uerba. Quanuis scirent, quod nihil contra dominum cogitabant, quia tamen plus credunt magistro quàm sibi, timentes fragilitatem suam, quærunt de peccato, cuius non habent conscientiam. Et Basilius hinc colligit perquàm utilem doctrinam, ut siquis in se peccatum non sentiat, plus credat tamen illis, qui melius possunt cognoscere sua peccata, sicut & plærunque ipsi nullius ægritudinis corporeæ nobis conscij, credimus medico nos male habere, quia certius ille hoc potest iudicare. *Beda.* *Basi.*

Explicantur testimonia Ambrosij, & Hieronymi, quæ afferuntur contra incertitudinem gratiæ.

Cap. XXXIII.

Affertur etiam cōtra nos Ambrosius. In sermone enim quinto cui titulus est, Quod simile sit regnū Dei fermento, ubi ostendisset, Christum recte fermento comparari, quia cum esset specie homo, & humilitate paruus, totum orbem postea doctrina sua condiuit & repleuit, & iugo diuinitatis suæ subiecit, continuo addidit. Quisquis igitur isti fermento adhæserit, efficitur & ipse fermentum tam sibi utilis, quàm idoneus uniuersis, & de sua certus salute, & de aliorum acquisitione securus. Hæc Ambrosius. Sed in his uerbis diuus Ambr. non asserit certitudinem fidei, de qua una modo pugnamus. Et posset satis esse pro istis, si iusti de *Ob. 5. ex Ambro.*

B sua salute possint certi esse morali certitudine. Eodem nanque modo promittit iustis certitudinem de nostra salute, quo securitatem de aliorum acquisitione. De aliorum autem acquisitione siue per doctrinam siue per bona exempla, non possunt illi habere maiorem certitudinem quàm moralem. Et quanquam salui dicuntur non tantum beati, sed nōnunquam etiam omnes iusti, & uere dixit Christus de domo Zachei, Hodie salus domui huic facta est, quia eo die iustificata est, & remissionem suorum peccatorum obtinuit, tamen Ambrosius de salute consummata uidetur locutus iuxta uerbum Christi. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. De salute uero consummata constans fuit semper inter catholicos, ut duodecimo libro uidebimus, non posse a quoquam mortali certitudinem fidei haberi citra diuinam reuelationem. Et cum Ambrosius generaliter de omnibus Christo adhærentibus loquatur, ipsa sententiæ absurditas, & aperta ad ea, quæ certo nouimus, dissonantia cogit nos credere, non ita esse intelligenda hęc uerba, ut existimant, qui illa nobis obijciunt. Scimus enim certo per multos fuisse iustos, qui non crediderunt certo, & sine ulla formidine se esse in gratia. Quod & in multis incipientibus, & scrupulosis experimur, etiam cum nos, qui illorum conscientiam nouimus, & probe examinauimus, nihil dubitemus, eos esse in gratia. Dicendum igitur Ambrosium non ibi agere de certitudine ex parte intellectus, sed de certitudine ex parte rei. Itaque sensus Ambrosius excitatis uerbis non est hic. Quisquis *Respon. 1.* *Luc. 19. b* *Matth. 10 & 24.* *Respon. 2.*

Christo adhæserit, certus erit ex parte intellectus de sua iustificatione, hoc C est, certo assentiet se esse iustum. Sed sensus potius ipsius hic est. Quisquis Christo adhæserit, certus erit de sua iustificatione, hoc est, certo iustificabitur, & nisi ab eo se sua sponte disiunxerit, etiam saluabitur. Et sic
2.Petr.1.b supra docuimus acceptam a Petro certitudinem, cum omnibus fidelibus scribit. Satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Atque ita communiter dicimus. Quisquis digne accesserit ad Ecclesiæ sacramenta, certus potest esse de sua iustificatione. Et iterum. Si digne accedas ad Christi sacramenta, certus esto de consecutione gratiæ. Quibus uerbis non certitudinem intellectus pollicemur, aut exigimus, sed duntaxat significamus certitudinem ex parte rei, & infallibilem consecutionem posterioris ex priori, & consequentis ex antecedenti. Latet quippe uirtute in uerbo, quisquis, nota conditionalis, & uerbo certo, certitudo consecutionis designatur. Quare perinde est dictu. Quisquis Christo adhæserit, certo saluabitur, ac si dicamus. Certum est quòd quisquis Christo adhæserit, saluabitur. Neque mirandum est, ita loquutum fuisse Ambrosium absolute & simpliciter cum nō ignoraret iustos ex cōmuni lege posse perdere suam salutem. Explicabat nanque ut optimus orator, quid ex ipsa natura inhæsionis ad Christum consequatur, non curans quid nos ob nostram libertatem & ingratitudinem plærunque faciamus. Et frequenter non solum apud sacros doctores, sed in ipsa etiam Scriptura, sub intelligitur conditio, nisi nos ingrati fuerimus gratiæ acceptæ, & per nostram li- D bertatem eam amittamus. Vere siquidem dixit Christus. Siquis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum, quanquam certo sciebat multos condemnandos esse etiam ex illis, qui digne & reuerenter illum panem su-
Obiect.6. persubstantialem manducaturi erant. Profertur etiam Hieronymus contra
ex Hiero. incertitudinem gratiæ, idque in tribus locis. Nam in com.6. ad Galatas, ut rem facile contingentem uidetur inducere hominem conscium & certum suæ mentis, qui se paratum cognoscat per Dei gratiam cunctis resistere tentationibus, ut homo uere spiritalis, & firmus in donis, qui uix ualeat exci-
Eccl.9. dere. Super illa etiam uerba Ecclesiastę, Nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, ita citat scribere. Si respicias opera, semper uacillabis, trepidabis, subuereberis cum Iob, tamen si per fidem intuearis Dei promissiones, merita Christi, & sanguinem pro te effusum, sacramenta tibi applicata dona tibi a diuina largitate cōcessa, & possessa, uidebis te esse ī regno Christi, quod intra nos est, qđ est iustitia, pax, & gaudiū. Et alibi dicit scripsisse. Fidelis scit se bene operādo placere Deo, cui credidit. Sed uerba, q̄ citant ex cō. Eccle-
Responsio siastę, falso imponunt Hiero. Ne minimum quidem ipsorum in com. illius capi. inuenieт, sed, ut supra citauimus, prorsus e diametro aduersatur ibi asserentibus se scire, suam gratiam. Et ea quidem, & quæ ultimo loco allegantur, non Hierony. resipiunt, sed aliquem potius Luth. qui ementitis uerbis Hier. persuadere uoluerit per fidem solam posse nos acquirere certitudinem

A de nostra gratia. Quod si alicubi talia aliqua possit quispiam ostendere Hieronymum scripsisse, poterunt de scientia morali exponi, uel de scientia, qua per fidem scimus bona opera, a quocunque fiant, placere Deo, etiam si incertissimus, an placeant deo ad meritum uel augmẽtum beatitudinis. In com. uero. c. 6. ad Galatas, non ut rem facile contingentem, inducit hominem de sua certum mente & qui sciat se non posse labi. Quin neque talem posse esse credidit, nisi per reuelationem diui am, neque salua fide eũ posse esse, potest quispiam catholicus credere. Quandoquidem nemo potest esse certus de sua perseuerantia absque Dei reuelatione. Sed adhoc induxit diuus Hieron. eum hominem, qui de sua certus mente, sciret, se non posse labi, ut ostenderet, si quispiam talis posset esse iuxta errorem Iouiniani & Manichæorum, & aliorum, quos alibi impugnat, & huiusmodi iustum debere seruare consilium Pauli, quod ibi exponebat, & instruere alios in spiritu lenitatis. Quia ut statim subdit, quanuis labi nequeat, tentari potest, & uinci uel uincere nõ nunquam in nostra est potestate, cæterum tentari in potestate tentantis est. Vnde & cautelam Pauli iubet ibi aduerti, qui non dixerit, considerans te, ne & tu cadas, sed ne & tu tenteris. Si enim saluator tentatus est, quis potest esse securus, intentatum se uitæ huius maria transire? Tantum uero abest, ut Hiero. talem aliquem hominem in hac uita esse, ibi crediderit, ut aperte in eodem loco affirmet eos qui se existimant aliquid esse, ex hac ipsa arrogantia nihil fieri, ac per hoc & se decipere. Altiorem nanque dicit esse sensum, &

B sibi magis placere, si uerba Pauli, Siquis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit, sic distinguamus, ut illa intermedia, cũ nihil sit, posteriori orationi cõiungantur, & non priori. Cunque ibi apertissime asseueret, mentem suam planè decipere qui se putant esse sapientes, & uæ illis imprecari Esa. cum ait, Væ qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobismetipsis prudẽtes, quando ille tutum putasset, ut se iusti certo & certitudine fidei crederent se esse iustos? An non maius est & multo difficilius cognitu esse iustos, quàm esse sapientes? Sed tam aperta sunt loca, quæ ex hoc sanctissimo doctore pro incertitudine gratiæ cap. 11. & 13. citauimus, ut superuacaneum sit, his tam incertis, & nullius momenti testimonijs exponendis amplius immorari. Videamus igitur, quæ & ex alijs doctoribus aduersus nos allegantur.

De expositione testimoniorum August. Chrysosto. Theophilati, & Greg. contra incertitudinem gratiæ. Cap. XXXIIII.

EX Augustino inducuntur pro certitudine gratiæ triplicis generis testimonia. Primo afferuntur quędam, ubi palam fatetur nos nosse fidẽ, spem, & caritatem nostram. Secundo allegantur multa, in quibus diligentibus proximos promittit securitatem. Sed fortissima sunt alia, in quibus iubet credere peccata nobis dimissa esse in Baptismo, & dubitantes de hoc, dubitare de fide asseuerat. Verum primi generis testimonia capit. 20 ostendimus intelligenda esse de cognitione actuum fidei, spei, & caritatis, q

Obiect. 7. ex Aug.

Respon.

possunt esse extra gratiam, idq; inferius aliquanto magis perspicuum facie- C
mus. Secundi autem generis testimonia, quemadmodum accipi debeant, c.24. disseruimus. Quoniam uero si illa certitudinem gratiae probent, probabunt & certitudinem beatitudinis, pro omnibus locis, in quibus uel ipse, uel alij doctores pollicentur securitatem aut poenitentibus, aut diligentibus proximos, aut deniq; operibus mandatorum incumbentibus, duo uelim hoc loco uehementer notari. Primum est. Neq; Augu. neq; alij Ecclesiastici doctores pollicentur alicui mortali seclusa diuina reuelatione securitatem absolute, sed duntaxat sub conditione uel expressa, uel sub intellecta, nempe si perseueremus in perfectione semel inchoata, & non nostra ingratitudine apponamus gratiae diuinae aut efficaciae bonorum operum impedimentum, Sic quippe scriptura uitam aeternam pollicetur ut libr. 11. declarabimus. Et Augustinum sic esse exponendum uel illa uerba passim ex ipso citata docere ualent. Differentibus quippe usque ad finem uitae cōuersionem suam in Deum, poenitētiam, inquit, dare possumus, securitatem autem minime, Deinde. Sicut ad fiduciam satis est probabilis quaedam persuāsio de assecutione eius quod confidimus nos assecuturos, ita & ad securitatem sufficere potest probabilitas de eo assequendo. Tollere enim potest uel sola haec certitudo humana solicitudinem & timorem, quę securitati aduersantur. Quod & in humanis negocijs experimur. Vbi nanq; desinimus esse soliciti de aliquo bono assequendo, uel timorem amittimus de eo perdē do, mox incipimus esse de ipsius assecutione, uel conseruatione securi. Et D
Aug. hoc esse conforme doctrinae Augustini, neq; ab ea alienum, possumus probare, quia super illa uerba Psalmi. 42. Spera in domino, quoniam adhuc cōfitebor illi, ita omnes hortatur, & admonet. Noli iudicio contendere, da operam esse iustus, & quantuncunq; fueris, cōfitere te peccatorem, semper spera misericordiam, & in ista humili confessione securus alloquere turbantem te, & tumultuantem aduersus te animam tuam. Vt quid tristis es anima mea, & ut quid conturbas me? forte in te uolebas sperare. Spera in dominum, noli in te. Quid enim es in te? Quid es de te? Ille sit sanitas in te, qui suscepit uulnera propter te. Spera, inquit, in dominum, quoniam confitebor illi. Quid illi confiteberis? Salutare uultus mei Deus meus. Haec Augustinus. Ex quibus patet, absq; certitudine nostrae iustificationis Augustinū asserere, posse esse, & debere, & fiduciam, & securitatem, non solum de iustificatione nostra, sed etiam de uictoria tentationum & perseuerantia. Atqui haec poterunt nunc esse satis pro testimonijs Aug. Nam quae tertio loco inducuntur de certitudine remissionis peccatorum per Baptismum, capit. 4.
Obiect. 8. commodius explicabimus, cum de certitudine ex susceptis sacramētis age-
ex Chryf. mus. Ex Chry. uero duo nobis obijciuntur. Primo enim in illa uerba Pau
Theo. & li ad Rom. 8. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro &c. a te-
Theodor. stimonio spiritus tantam affirmat uenire certitudinem, ut nulla relinquatur
& Ansel. ambiguitas, neq; fas sit dubitare. Et concinit ei in eodem loco Theophi. Et

A Ansel. euidens dicit esse hoc testimonium spiritus. Et Caietan. sufficientissimum nimirum ad inducendum certitudinem. Deinde, Et super illa Pauli uerba, Probet autem seipsum homo, idem Chry. requirit conscientiæ puritatem & uitæ certitudinem ad comedendum & celebrandum sanctum Pascha. Ac Theophi. & Theodoretus idem exigunt omnino. Attamen de testimonio Spiritus nihil habeo noui, quod respondeam, præter ea, quæ. c. 19. iam monuimus. Si. ss. tanta euidentia suam præsentiam contestaretur, ut dubitare fas non esset, illud testimonium reuelatio esset gratiæ, quam semper exceptam uolumus. Sed passim & omnibus iustis sic ipsum, se in eis esse testari, hoc terque quaterque pernegamus. Et uerba Chrysost. quæ citantur pro his, nō de adoptione alicuius in particulari, neque de testimonio aliquo peculiari. ss. intelligenda sunt, sed de testimonio illo præcellenti & magnificentissimo, quo in primitiua Ecclesia signis clarissimis & suipsius ostensione uisibili filios esse Dei ostendebat, qui Baptismum & doctrinam Apostolorum recipiebant. Verba Chry. in nos citata hæc sunt. Quando spiritus testatur, quæ nam relinquatur nobis ambiguitas? Et iterum. Suprema illa essentia, quæ & hoc ipsum, quod promittit, atque adeo orare iussit, testimonium nobis perhibente, quisnam de dignitate hac poterit dubitare? Hęc autem & alia circuniacentia si bene & pro meritis expendantur, non erit difficile agnoscere Chrys. sicut & Paulum. c. 19. docuimus de testimonio exteriori, & communi filiorum Dei agere, & non de testimonio interiori & peculiari aliquibus sanctis uiris de sua adoptione exhibito. Et forte neque Anselmus, neque Caie. ad aliud testimonium retulere sua uerba. Et de Theoph. idem possumus suadere. Quia illa uerba, Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, sic exponit. Ipse suo testimonio gratiam astruit, quæ nobis est data. In quibus satis indicauit se de communi gratia & adoptione Christianorum, uerba Pauli intellexisse. Et quia de iustificatione aliorum non certitudinem fidei, sed tantum scientiam probabilem habemus, statim præmisit, Quemadmodum nouimus uaticinandi spiritum, ei in esse, qui illum exceperit, idque ex rebus futuris, quas ille prædixerit, coniectare solemus, sic spiritus adoptionis eo dignoscitur, quia illius instinctu, qui hunc ipsum accepit, Deum dictitat patrem. Est enim hoc unum. ss. donum. Hæc ille. Neque minus perperam intellecta sunt, quæ de puritate necessaria ad dignam Eucharistiæ sumptionem illi tradiderunt. Non enim sicut existimantur, certitudinem intellectus illi requisiuerunt. Quis eam unquam requisiuit catholicus? Lutheranorum dogma est profecto, non Christi norum certitudinem gratiæ ad suscipienda sacramenta exigere. Quin neque Lutherus ut antecederet hæc certitudo, postulasse uidetur, sed si comitaretur absolutionē, contentus fuit. Crede, inquit, te absolutum, & absolutus eris. Etsi ea certitudo prę uia deberet esse sumptioni Eucharistiæ, nunquam per illam quis reciperet primam gratiam. Siquidem non ad falsam persuasionem, sed ueram & certam uerba sua illi referunt. Et quid facient, qui tametsi nullius sibi pec-

Respon.

B

cati sunt conscij,tamen uel ob paucitatem sanguinis ita timidi,& scrupulosi sunt,ut uix audeant,aut poßint certo credere se esse in gratia? Nunquid illos indigne manducare corpus domini putabimus?Absit tanta impietas, a doctore Christiano.Non solum non est necessaria certitudo gratiæ ad dignam susceptionem,sed ut.s.Tho.& Sco.& alij egregij doctores, & quidam,qui hæc obijcit,recte tradunt,qui sine dolo ad tantum sacramentum accederet,etiamsi mortali peccato obnoxius esset,cuius non haberet conscientiam,nihilominus per ipsum sacramentum consequeretur primã gratiam.Nam sufficit compunctio de peccatis,& persuasio, aut opinio quædam probabilis de mundicia & puritate conscientiæ,ita ut conscientia nostra de nullo nos peccato remordeat.Neq; maius aliquid requirit Chrysostomus,ut digne accedamus ad Eucharistiam,ut patere potest ipsum legenti.Sed hinc forte decepti sunt,qui nobis illius testimonium obiectãt,quod cum ille docet non esse solennitatem expectandam,ut compunctus, & præparatus accedat,sed solennitatem esse bonorum operum demonstrationẽ, conscientiæ puritatem,uitæ certitudinem, nomine certitudinis putarunt eum intellexisse persuasionem certam de gratia.Chry.autem in uitæ certitudine, firmam quandam,& solidam ac constantem uitæ constitutionem intelligit,quæ leuitati & irrequietæ peccatorum uitæ opponitur.Et potuit sui erroris admoneri,qui sic illum perperam intellexit.Non enim uitæ bonæ certitudinem requisiuit Chrysost.sed uitæ certitudinem. Quod & ex Theop.agnoscere possumus.Eius quippe uerba sunt hæc. Tua itaq; conscientia examinata,discussaq; adito ea mysteria,non festis modo,profestisq; diebus,sed quouis tempore,cum te purum et dignum compereris.Vides, ut nullam certitudinem requirat, sed duntaxat, ut nullius peccati conscij nobis simus,ut nulli nos culpæ obnoxios deprehendamus,& tunc dignũ & idoneum ununquenq; illum credidisse,cum humana quadam cognitione se purum et alienum a peccato intellexerit?Neq; aliud maius crediderim necessarium putasse Theodoretum.Sed & sanctus quoq;, ac uere magnus Gregorius contra incertitudinem gratiæ adducitur.In illa uerba Iob,Deridetur iusti simplicitas,agnouisse dicit illum,in quanto uirtutum culmine esset.Et super.c.25.ad alios iustos hoc extendit in hæc uerba. Habent itaque proprium sancti uiri,ut bona quidem,quæ agunt,uideant, & tamen, cum peregerint,ab eorum memoria oculos auertant.In illa etiam uerba,Verebar omnia opera mea,hoc ait esse proprium iusti uiri, ut cuncta opera sua uereatur,& mox addit.Hic timor si perseueret,non solum certitudinẽ præsentis gratiæ affert,uerum etiam perseuerantiæ. Tractans item illa uerba, Etiam si simplex fuero,hoc ipsum ignorabit anima mea,ita scribit.Plærunque si scimus bona,quæ agimus,ad elationem ducimur,si nescimus, minime seruamus.Quis enim,aut de uirtutis suæ conscientia non quantuluncũque superbiat?Aut quis rursum bonum in se custodiat,quod ignorat? Sed contra utranq; quid superest nisi,ut recta,quæ agimus,sciendo nesciamus, ut hæc

Obi. 9.ex Greg.
Locus.1 Greg.
Iob. 12.4
Locus. 2
Locus. 3
Iob. 9

A ut hæc & recta æstimemus,& minima,quatenus,& ad custodiam sensificet animum scientia rectitudinis,& in timorem non eleuet æstimatio minorationis. Hæc Gregorius. In quibus,non solum uidetur asserere,nos scire bona,quæ agimus,sed & necessarium esse,ut sciamus,ut cautius seruemus,modo illa exigua,& minima æstimemus. Quæ autem bona scire possimus a nobis agi,si ignoremus nos esse in ipsius gratia,cum omnia nihil sint in cõspectu Dei sine ipsius gratia? Et his accinunt,quę alij ex ipso eodem Gregorio allegant. Si scimus nos gratiam habere,superbimus,si nescimus,gratias non agimus. Quid ergo restat,nisi ut sciendo nesciamus, & nesciendo sciamus? Si tamen ista uerba pro dignitate expendamus clare intelligemus diuum Gregorium de scientia probabili,seu per coniecturas ista dixisse,& nõ de scientia,quę aut euidẽtiam habet annexam,aut certitudinem. Quę enim uel certo,uel euidenter scimus,non utiq; nesciendo scimus,et quę recta esse, duntaxat æstimamus,non euidenter,neq; certo scimus esse talia, sed uere, & ut sic dicam,sciendo scimus. Neq; est quisquam fidelis, qui tantum dicat se ęstimare,& non potius certo scire,ac plane sciendo scire,Christum surrexisse a mortuis. Hoc est igitur nesciendo scire,apud diuum Gregoriũ,quod apud Scholasticos scire probabiliter,& cum formidine alterius partis. Et hic est prędictorum uerborum sensus,ut neq; omnino ignoremus gratiã, quæ fit nobis a Deo,cum iustificamur,& bona agimus, neq; prorsus certi simus,& indubitanter credamus,nos eiusmodi beneficium accepisse. Itaq; *Resp. ad. 1 locum.* *Respõ. ad 3. locum.* *Quid sit nesciendo scire.*

B pro nobis faciunt magis prædicta uerba,quàm pro tuentibus partem oppositam. Quæ uero primo loco citata sunt,multo facilius ostendi queunt, nobis nihil prorsus aduersari. Neq; enim quòd iustos suam gratiam non omnino certo scire affirmamus,ideo & latere ipsos dicimus præclara opera,quæ plærunq; faciunt. Quis ita delyraret insanus? Manifesto uident iusti in plærisq; se bene agere. Sed quia non satis certo nouerunt,an per ignorantiam alicui culpæ subiaceant,neq; se sciunt esse in gratia,neq; satis agnoscũt, an ea bona opera placeant Deo ad consecutionem beatitudinis,& propterea apud illos,neq; quo digna sunt precio,existimantur. Quod autem dicit Grego. illum timorem,quo iusti uerẽtur omnia sua opera,si perseueret, certitudinem gratiæ & perseuerantiæ afferre,aut ad certitudinem moralem referendum est,aut certe propterea dicitur,quia ualde uerisimile est,eum timorem perducere iustos ad beatitudinem. Quo cũ peruenerint, certa erit & gratia,& perseuerantia. At enim multo urgentiora uidentur illa uerba quæ ex eodem Grego. 1. cap. li. 1. dialog. obijciuntur. Mens,quæ diuino spiritu impletur,habet euidẽtissima signa sua,uirtutes scilicet,& humilitatem, quæ si utraq; perfecte in una mente conueniunt,liquet, quòd de præsentia ss. testimonium ferat. Hęc ille. Ex quibus uidetur iuxta Grego. mens diuino spiritu impleta certa esse de sua iustificatione. Nam euidentissima signa ad certitudinem satis sunt,& qui dicit alicui liquere,hoc est,liquido constare præsentiam ss. planè certitudinem tradit expertem omnis dubitationis. *Respõ. ad 2. locum.* *4. locus. Greg.*

Respõ. ad 4. locum. Greg. Sed signa quantuncunq; euidentia certitudinem fidei dare non possunt, tãtunq; præstare queunt probabilitatem, & certitudinem quandam humanam. Neq; quisquam est, qui bonę aliorum conscientiæ certitudinem aut euidentiæ, aut fidei diuinæ se putet habere, quia euidentissima signa bonitatis ipsorum sibi uideatur habere. Vnde & ipse Greg. alibi euidentissimum signum reproborum dicit esse superbiam, cum tamen certo sciret, nemini in hac uita satis certam esse posse cuiusuis reprobationem. Cur uero non aduertunt, qui his uerbis Gregorij certitudinem gratiæ satis stabilisse se existimant, non de quibusuis iustis ibi agere Greg. sed de eis, qui præter legem cõmunem. ss. ita implentur, ut nullius mortalis magisterio indigeant? Lege certe, ut ibidem Grego. dicit, non constringitur. ss. donum, Neq; priuilegia paucorum in exempla sunt infirmorum trahenda, ne dum se quisq; similiter. ss. impletum præsumit, discipulus hominis esse despiciat, & magister erroris fiat.

Ex positio testimoniorum Bernar. contra incertitudinem gratiæ. Cap. XXXV.

Obie. 10 ex Ber. INter omnium uero doctorum testimonia, maxime uidentur testimonijs Bern. confisi, qui pugnant contra incertitudinem gratiæ. Nam & eius testimonia ita clara esse asseuerant, ut nulla possint tergiuersatione uitari. Sed cum nos lucidissima supra testimonia ipsius pro incertitudine gratiæ citauerimus, & certi simus non fuisse illum sibiipsi aduersatum, nihil ueriti eorum magnifica uerba, quæcunq; ex illo obijciunt, sic accurate explicare conabimur, ut nemo post hac Ber. putet eorum fauisse sententię, Testimo. 1 nisi plane uelit luci clarissimę ueritatis resistere. Et primum quidem testimonium, quod nobis ex Bern. obijci potest, est in serm. 74. super Cant. ubi ita scribit. Fateor & mihi aduentasse uerbum, in insipientia dico, & pluries. Cunq; sæpius intrauerit ad me, nõ sensi aliquoties, cum intrauit, adesse sensi, affuisse recordor, interdum & pręsentire potui introitum eius, sentire nũquam, sed ne exitum quidem. Nam unde in animam meam uenerit, quo ue abierit denuo eam dimittens, sed & quo uel introierit, uel exierit, etiam nunc ignorare me fateor secundum illud. Nescis unde ueniat, aut quo uadat. Neq; mirum tamen, quia ipse est, cui dictum est. Et uestigia tua non co- Psal. 76 gnoscentur. Hęc ille. Et hęc non se agnouisse per diuinam reuelationem, cõ- Prou. 5. b tinenter explicat dicens. Quæris cum ita sint inuestigabiles uię eius, unde Rom. 11. d adesse norim? Viuum & efficax est, moxq; ut intus uenit, expergefacit dormitantem animam meam, mouit, & molliuit, & uulnerauit cor meũ, quoniam durum, lapideunq; erat, & male sanum. Cœpit quoq; euellere, & destruere, ędificare, & plantare, rigare arida, tenebrosa illuminare, clausa reserare, frigida inflammare, nec non & mittere praua in directa, & aspera in uias planas, ita ut benediceret anima mea domino, & omnia, quę intra me sunt, Psal. 101 nomini sancto eius. Et paulo inferius. Ex motu cordis sicut pręfatus sum, intellexi pręsentiam eius, & ex discussione, siue redargutione occultorum

C A meorum admiratus sum profunditatem sapientię eius, & ex quantulacunque emendatione morum meorum expertus sum bonitatem mansuetudinis eius, & ex renouatione, ac reformatione spiritus mentis meę, idest interioris hominis mei, percepi, utcunq; speciem decoris eius, & ex cõtuitu horum omnium simul expaui multitudinem magnitudinis eius. Verum quia hæc omnia, ubi abscesserit uerbum, perinde ac si ollę bullien i subtraxeris ignem, quodam ilico languore torpentia, & frigida iacere incipiunt, atque hoc mihi signum abscesionis eius, tristis sit, necesse est anima mea, donec iterum reuertatur, & solito recalescat cor meum intra me, idq; sit reuersionis indicium. Hęc Bernardus. Ex quibus uidetur, & ipse de sua iustificatione certus fuisse, & nos posse eadem uia, si similia in nobis experiamur, esse certi de aduentu, & pręsentia uerbi, & ex consequenti de nostra iustificatione. Longe enim est dominus ab impijs, neq; habitat in illis, qui sunt subditi peccatis. Verum hęc non satis efficaciter probãt, diuum Bernardum nouisse certo, uel asseruisse sibi fuisse certam suam gratiam, aut uiam aliquam certam tradidisse, qua nos de nostra gratia possimus esse certi ex fide. Ista omnia poterat de se dicere, si ea de se probabiliter, aut certo moraliter crederet, etiam si non esset de illis omnino per fidem certus. Et cum nunc experimenta, nũc indicia illa uocet pręsentię uerbi, quę in se experiebatur, satis indicat non se ea tradere, ut certa, et indubitata, pręsertim qualia sunt, quę sunt fidei. Et talia aliqua possunt permittente Deo in se experiri, qui per ignorantiam B uel errorem sunt in aliquo peccato. Transfigurat enim se satanas sępe in angelum lucis, & ut illi quos decipiunt credant, se esse in gratia, neq; relinquãt errores, aut uitia, in quibus sunt, potest similes affectus, similemq; feruorẽ, & deuotionem in eis procurare. Quod si bene omnia expendamus, certo agnoscemus non egisse hoc in loco Bernardum de aduentu uerbi ad animas per gratiam, de quo uno nos modo agimus, sed de aduentu uerbi per internas aliquas consolationes, & familiaria aliqua indicia, quibus suã pręsentiam manifestat suis, Non enim uerisimile est, tam sanctum uirum toties peccasse mortaliter, & recesisse ab eo uerbum, desiisseq; habitari a Spiritu sancto, quotiens ista tam suauia sibi deesse sentiebat & pie clamabat. Reuertere dilecte mi. Vnde & alibi, cum doceret periculosissime ignorari, quando Deus ad nos ueniat, & quando a nobis recedat, quia si hoc nesciamus, nec absentem desiderabimus, neq; pręsentem glorificabimus, & ita uel patebimus seductioni, uel ingrati erimus uisitationi, infert ex hoc, uigilãdum proinde esse omni hora, quia nescimus, qua hora spiritus uenturus sit, seu iterum abiturus, ac satagendum esse, ut nunquam sine nostra consciẽtia tollatur a nobis, si non uolumus fraudari duplicato munere in figura promisso Helisęo, si uideret Eliam discedentem a se, neq; cum uenerit inueniat nos imparatos, sed semper uultus suspensos, expansosq; habentes sinus ad largam domini benedictionem, qui ab illis supernę mensę copiosis delitijs uacua nunquam reuertitur manu. Et ut apertius faceret, de isto se aduentu, &

Pro.15.d
Exposit.1
2.Cor.11.c
Exposi.2
Duplex ss. aduentus.
Cant.2.d
ser.17.sup Cant.
4.Re.2.b

abſceſſu duntaxat agere, ſubdit. It, & redit ſpiritus, & qui ſtat eo tenente, de- C
ſerente cadat, neceſſe eſt, ſed non collidetur, quia dominus rurſum ſuppo-
nit manum ſuam. Et has alternare uices nõ ceſſat in his, qui ſpirituales ſunt,
uel quos potius ſpirituales proinde ipſe creare intendit uiſitans diluculo, &
Pro. 24. b ſubito probans. Denięꝫ ſepties cadit iuſtus, & ſepties reſurgit, ſi tamen ca-
dat in die, & ſe cadere ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum adiuuan
Pſal. 29 tis, & dicat. Domine in uoluntate tua pręſtitiſti decori meo uirtutem. Auer
tiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus. Hęc ille. Ex quibus lucu-
lenter apparet de aduentu, quem pręd diximus eum eſſe locutum. Non enim
uiri iuſti, & ſpirituales cadunt ſepties in die per peccatum mortale. Atqꝫ ut
intelligeremus, non poſſe humana uia nos habere ſecuritatem, niſi loqua-
tur ſpiritus, & ſuo nos teſtimonio certos faciat de noſtra iuſtificatione, ſub-
dit ſtatim. Aliud eſt dubitare de ueritate, quod patiaris neceſſe eſt, cum ſpiri
tus minime ſpirat, & aliud ſapere falſitatem, quod facile caues, ſi eandem tuã
Iob. 19. 4 ignorantiam non ignoras, quatenus dicas & tu. Et ſiquid ignoraui, igno-
rantia mea mecũ eſt. Sancti Iob ſentẽtia eſt. Agnoſcite. Peſsimę matris igno
rantię, peſsimę itidem duę filię ſunt, falſitas, & dubietas. Illa miſerior, iſta mi-
ſerabilior. Pernicioſior illa, iſta moleſtior. Cum loquitur ſpiritus, cędit utra-
que, & eſt non ſolum ueritas, ſed certa ueritas. Eſt quippe ueritatis ille ſpiri-
Sap. 7. d tus, cui contraria falſitas eſt. Et eſt ſapientię, quę cum ſit candor lucis æternę,
& ubiqꝫ attingat propter mundiciam ſuam, obſcurum ambigui non ad-
mittit. Cauenda ſane, cum ſpiritus iſte non loquitur. Et ſi non moleſta du- D
bietas, certa falſitas execranda. Aliud eſt enim ſub incerto hoc uel illud opi
nando ſentire, aliud temere affirmare quod neſcias. Aut ergo loquatur ſem-
per ſpiritus, quod noſtri minime arbitrij eſt, aut quando ſilere placet, hoc ip
ſum indicet, & loquatur ſaltem ſuum ſilentium, ne ipſum nobis falſo præi-
re putantes, noſtrum pro ipſo male ſecuri ſequamur errorem. Hæc ibi.
Quæ uellẽ bene notarent, qui nobis aduerſari putant Bernardum, & qui
non habentes, diuinam reuelationem, neqꝫ certi de teſtimonio ſpiritus teſti
Teſtimo- ficantis, nos eſſe in gratia, certo tamen audent aſſerere, & credere, ſe eſſe in
niũ. 2. Ber. gratia. Poteſt tamen & aliud urgentius teſtimonium contra nos ex eodem
induci. In ſermone enim de quatuor modis orandi cum quæreret unde,
aut quomodo noſſe poſsimus, an conſecuti ſimus indulgentiam peccato-
Matt. 9. a rum, productis in medium uerbis illis Chriſti ad paralyticum, cui remiſit
Marc. 2. b peccata. Surge, & tolle lectum tuum, & ambula, ita propoſitæ quęſtioni re
Ioan. 5. b ſpondet. Et tu ergo, ſi iam reſurgis deſiderio ſupernorum, ſi grabatum tol-
lis, corpus ſcilicet a terrenis eleuans uoluptatibus, ut iam non feratur anima
concupiſcentijs eius, ſed magis ipſa, ut dignum eſt, regat illud, & ferat, quo
non uult, ſi demum ambulas, quę retro ſunt obliuiſcens, & ad ea quę ante
ſunt, re extendens deſiderio, & propoſito proficiendi, curatum te eſſe, non
dubites. Hęc ibi. Ex quibus uidetur clare ex ſententia Bernardi, eum poſſe
eſſe certum de ſua iuſtificatiõe, qui iſta in ſe poteſt experiri, ut poſſunt pro-
ſecto

A fecto multi iusti. Et si quispiam requirat, unde ista potuerit nosse Bernardus, uide ut ista continenter probet. Noluit enim ipse ob suam tantummodo autoritatem ista recipi. Addit igitur statim hoc satis apparens argumentum. Neque enim surgere poteras, si non aliquatenus onus esset alleuiatum, & nec grabatum tollere, nisi exoneratus magis, quia neque ambulare feruore deuotionis, ac cõuersationis, cum peccatorum graui mole possibile est. Et quo apertius esset eum credidisse, posse aliquos iustos in hac uita ád istã certitudinem de sua gratia peruenire, paulo post sic subdit. Porro ad quartum genus orationis quod est gratiarum actio, per paucos attingere credo & quo rarius, eo preciosius est. Multam enim prorsus gratiã inueniet apud Deum, quem iuxta promissionem suam exaudit, antequam inuocetur, & testimonium reddet spiritui eius spiritus, quẽ habet ex Deo, quoniã exauditum est desiderium eius, ita ut certus, iam non orare, sed gratias agere possit. Hæc ibi. Triumphare se existimabit de nobis, qui ista sic carptim, et truncatim legerit, & Bernardum aperte putabit contra nos esse. Quia iubet ne se dubitet curatũ, qui illa in se senserit, & certum pronunciat, qui hæc in se fuerit expertus, quæ nobis manifesta esse posse, ambiguum non est. Si tamen ad alia, quæ in eodem sermone dicit, ista conferamus, facile intelligemus, nõ ibi de certitudine fidei Bernardum agere, sed de certitudine fiduciæ, & morali, quæ ex istis bonis quidem, sed duntaxat probabilibus argumentis, & debet, & potest haberi a quolibet iusto, qui ista in se expertus fuerit, ut omni anxietate, & perplexitate conscientiæ liber, alacrius uiam mandatorum Dei percurrat. *Expositio*

B Et ne ista nos nostro ex capite comminisci quis autumet, audiat alia, quæ Bernardus ibidem dicit. Statim igitur ante quæstionem propositam ita scribit. Postquam in lamentis pœnitentiæ aliquãdiu perseuerãs hilaritatem quandam, & fiduciam conceperis indulgẽtiæ, accede iam ad postulationes, ut secure tanquam receptus in gratiam dñi, tibi et conseruis tuis audeas petere, quod oportet. Et cum ex his uerbis occasionem sumpserit proponẽdi prẹfatam quẹstionẽ, illius exolutionem sic auspicatur. Sic nimirum conseruandæ humilitatis gratia, diuina solet pietas ordinare, ut quanto quis plus proficit, eo minus se reputet profecisse. Nam & usque ad supremum exercitij spiritualis gradum, si quis eo usque peruenerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, ut uix sibi primum uideatur adeptus. Et post illa, quibus probat, non debere nos dubitare, an curati simus, mox subijcit. Propter quod fiducialiter postulare potest, qui eiusmodi est. Et aliquanto post de ista postulatione adnectit. Postulatio amplum quærit affectum, scilicet fiduciẹ latitudinem, sicut scriptum est. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Credo enim propterea dictum. Quencunque locum calcauerit pes uester, uester erit, quod tantum impetrabimus, quantum perrexerimus pede fidei. Hæc ibi. Ex quibus, si omnia in unum conferãtur, satis perspicuum, & dilucidum fore arbitror, nunquam eum credidisse, iustos posse hic de communi lege certitudinem fidei nancisci de sua iustificatione, sed *Iaco. 1* *Deut. 11. c*

eo minus debere existimare, se profecisse, quo plus profecerint. Credidit ta C
Possunt iu men ille, neq; nos id inficias ibimus, posse iustos, & debere certa quadam,
sti certa fi & nihil hæsitabunda fiducia de diuina misericordia postulare sibi, & suis.
ducia po- conseruis necessaria, immo & deuotione plenissima, & lætissima Deo gra-
stulare ne- tias agere de beneficijs, quæ probabile est se assecutos, ubi se surrexisse a ui-
cessaria. tijs senserint, & tollere grabatum corporis ad executionem mandatorum
Dei, & desiderio, & proposito proficiendi, ad ea, quæ priora, & anterio-
Testimo- ra sunt totis uiribus contendere. Tertium testimonium Berna. contra in-
niū.3.Ber. certitudinem gratiæ est ex sermone.59. super cantica ubi sic scribit. Spiritus ubi uult, spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat. Et si ille nesciebat, qui literam occidentem docebat mortuos magister mortuus, nos scimus qui translati de morte ad uitam per uiuificantem spiritum certo & quotidiano experimento, ipso nos illuminante, probamus uota & gemitus nostros ab ipso uenire, & ad eum ire, illicq; inuenire misericordiam in oculis Dei. Quando enim sui spiritus uocem irritam faceret Deus? Hæc ille. Quibus quid exigi potest manifestius? An non hic palam affirmat, nos scire illuminante.ss. & quotidiano experimēto, gemitus nostros
Expositio inuenire misericordiam apud Deum? Verum hæc Bernar. non ideo dixit, quia certum aliquem communiter putaret de inuenta misericordia per proprios gemitus, sed ostendere uoluit fidem communem Ecclesiæ, quę per illuminationem spiritus & certum ac quotidianum experimentum certo credit a deo uenire uota et gemitus nostros, & ad eum ire, et apud ipsum inuenire misericordiam. Scopus enim Bern. in eo loco est, ostendere auditam D
esse in terra nostra uocem turturis, hoc est, gemitus & suspiria, ex quo promissio regni cœlorū nobis facta est, & anima impatiens Christi absentiæ & dilationis beatitudinis gemitibus et suspirijs desideratā patriam a longe salutat. Et uerbum illud certū & quotidianum experimentum, non ad inuentā misericordiam secundum se, referri debet, sed uel ad experiētiam ipsius in effectibus eorum, qui iustificantur, aut iam iusti sunt, uel certe ad experientiā gemituū fideliū, quos statim cōpertos esse dixerat omnibus, qui diligūt ad-
Testimo- uentū Christi. Quartū etiā testimoniū ex eodē in ser.3. de aduētu dñi aduer-
nium. 4 sum nos profertur. Ait.n. ibi. Diligit Deus animā, q̄ in conspectu eius, & si-
Ber. ne intermissione cōsiderat, & sine simulatione dijudicat semetipsam. Idq; iudicium non nisi pp nos a nobis exigit, qa si nos metipsos iudicauerimus, non utiq; iudicabimur. Propterea sapiens uereť omnia opera sua, scrutať, discutit, & dijudicat uniuersa. Honorat quippe ueritatem, qui & se & sua oia in eo statu, quo ueritas habet, & agnoscit ueraciter, & humiliter cōfiteť. Audi deniq; manifestius a te iudiciū exigi post iustitiā. Cū feceritis, inquit, omnia, quę pręcepta sunt uobis, dicite serui inutiles sumus. Cū igitur iustos palam hic asseueret, agnoscere seipsos & sua oia in eo statu, in quo uere sunt, liquet uel hinc, Ber. credidisse, nō illis esse incertā suā gratiam, sed uere se illos
Expositio dijudicare, explorare, ac nosse ualere. Sed hæc non ad cognitionem certā,

A ſed ad cognitionem probabilem, quam habere poſſunt iuſti de iuſtitia & ſta tu ſuo referēda ſunt. Nā ne ex his quiſpiam anſam ſumeret ſe certo & indubitato credendi aut aſſerendi iuſtū, ſubieciſſe Bern. illa crediderim. Audi deniq; manifeſtius a te iudiciū exigi poſt iuſtitiam, Cū feceritis, inquit omnia, quę pręcepta ſunt uobis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Et mox adiūxit. Hæc plane, quod in hominem eſt, digna ſedis pręparatio domino maieſtatis, ut & iuſtitiæ mandata ſtudeat obſeruare, & ſemper indignum ſeſe & inutilem arbitretur. Ex quibus liquidum eſſe poteſt, longe fuiſſe Bern. a ſententia eorum, qui perſuadent hominibus ut ſe credant iuſtos. Et ſi bene hæc ſtatim adiecta expendamus, quod dixerat, iuſtos ſe & ſua omnia ueraciter agnoſcere, nō tam ad iuſtitię & uirtutū ſuarum cognitionē, q̄ ad peccatorum & fragilitatis ſuæ & imbecillitatis conſcientiā uidebimus eum retuliſſe. In ſer. 5 dedicationis Eccleſiæ expreſſe etiam putatur ſtare pro certitudine gratiæ. Ait enim ibi ſpiritum domini perſuadere ſpiritui noſtro, ꝙ filij Dei ſumus. Perſuadere autem, ſi uim uocis attendimus, idem eſt quod fidem facere. At enim eo in loco non agit Bern. de perſuaſione quam .ss. faciat alicui homini in particulari de ſua gratia, ſed de perſuaſione communis fidelium dignitatis, ob quam & ipſe ſtatim confidenter dicit, nos eſſe ciuitatem, domum, templum, & ſponſam Dei, ſed ipſius dignatione, non dignitate noſtra. Et hunc eſſe uerum Berna. ſenſum, liquere cunctis poteſt, tum ex toto illo ſermone, tum etiam ex illis, quæ ſtatim dixerat ante uerba in nos citata. Quia enim nemo ſcit, an amore an odio dignus ſit, neq; aliquis cognouit ſenſum

Teſtimon. 5. Ber.

Expoſitio

B domini, aut conſiliarius fuit, hic opus fuiſſe dicit nobis ſubuenire fidem, ut quod latebat in corde patris de noſtra benigniſsima exaltatione, nobis reuelaretur per ipſius ſpiritum, & ſpiritus eius teſtificans perſuaderet ſpiritui noſtro, ꝙ ſumus filij Dei. Et in illis, q̄ paulo ante iſta præmiſit, ſe oſtēdit ab hac doctrina lōge fuiſſe, q̄ perſuadere non ceſſat, ut ſe credant homines iuſtos & cōtra ſemper uoluiſſe, ut ſe homo nihil eſſe credat, quatenus dilatetur magnifice in uiſceribus dei, qui merito anguſtatur in ſuis. Facile eſt, inquit, cuique noſtrum, ſi ſua melius uniuerſa, & ſine ſimulatione ueſtiget, & iudicet ſine acceptione perſonæ, atteſtari per omnia Apoſtolicæ ueritati, & libere proclamare. Qui ſe putat aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Obijciuntur inſuper illa, quę in .16. ex paruis ipſius ſermonibus legimus. Cum enim exponeret tres eſſe, qui teſtimonium dant in cœlo, & totidem qui in terra, & totidem etiam in inferno, ſubdit. His qui in cœlo ſunt, datur teſtimoniū beatitudinis, his qui in terra iuſtificationis, his qui in inferno, dānationis, Primum teſtimonium eſt gloriæ, ſecundum gratiæ, tertium iræ. Ex quibus uidetur nota eſſe ijs, qui in terra ſunt ſua iuſtificatio, ſicut & illis qui in cœlo ſunt, ſua beatitudo, & illis, qui in inferno, ſunt ſua damnatio. Non enim minus efficax eſt teſtimonium datum nobis, quā quod beatis & damnatis eſt exhibitum. Atqui hęc non ad teſtimonium aliquod peculiare iuſtificationis alicuius priuati hominis referenda ſunt, ſed ad teſtimonium commu

Teſtimonium. 6 Bern.

Expoſitio

ne ab.ss.exhibitum de iustificatione recipientium & sequentium doctrinã C
Christi. In epi.etiam.18.dicitur clare asserere certitudinem gratiæ. Sed in tota ea epistola nihil planè inuenio, quod ad hoc propositum spectet. Forte typographus mendose numerum signauit. Sunt tamen duo alia ualida eiusdem Bern. in nos testimonia in ep.107. & in ser.69. in Cant. Verũ, illa ad finem usq; huius tractatus commodius uisum est differre. Indeq; poterit studiosus, & illius, & omnium similium, si qua occurrerũt, uel in eo uel in alijs doctoribus, expositionem colligere.

Respondetur obiectis ex Theologis scholasticis pro certitudine gratiæ. Cap. XXXVI.

Obiec.11 AVtoritate insuper scholasticorum doctorum cõmunire uolunt sua placita, qui certitudinem gratię persuadere contendunt. Ac primo obijciunt nobis irrefragabilem doctorem Alex. Halensem, qui in.3 par. suæ summę.q.17. cũ dixisset in memb.3.arti.1. sciẽtia experimentali posse iustos scire suam gratiam, ne putaretur certitudinem exclusisse, quia adiũxit experimẽtum iuxta Hippocratem esse fallax, mox in art.2. subdidit, certum experimentum esse, q̃ anima habeat gratiam, quando uere in ipsa sunt lumen secundum partem rationalem, lętitia secundum concupiscibilem, ac pax in irascibili. Secundo obijciuntur Ioannes Bachonis Carmelita, Claudius Guillandus in com. ulti. c. poste. ad Timo. & Hierony. Angest.

Respon. Qui tamen isti sunt, aut quantæ autoritatis, ut cum illis & plurimis & grauissimis, quos supra citauimus, conferri possint? Sed ne hos quidem omnes aduersariorum partibus penitus fauisse concedemus. Hierony. Angestus ubi hoc dicat, me fugit. Et alioqui moralia ipsius inter recentiorum autorum opera non magnæ sunt apud doctos autoritatis. Ioannes autem Bachonis non dicit cuiquam esse certam suam gratiam certitudine fidei, sed tantum dicit esse certam certitudine sequente fidem. Quod quemadmodum possit pie exponi, inferius aperiemus. Claudij Guillandi, siquid bene meritus est de studijs Theologicis, eleuare autoritatem nolim. Sed ut caute legatur, nec quispiam illius scriptis magnopere fidat, tantum dicam, uerecundum esse, ut eum in hac parte pro se citet quisquam ex catholicis. Non enim certitudinem gratiæ possibilem esse tuetur, sicut catholici defenderunt, sed prorsus sicut Lutherani. Idque patere potest ex illis. que.c. ex illo citauimus. Quod uero Alex. Halen. putetur sensisse, posse quempiam sine diuina reuelatione certo cognoscere se esse in gratia, cum tam aperta sint quæ in contrarium ex illo citauimus, inde nimirum proficiscitur, quia non penetratur, queadmodũ ille possibilem iustis crediderit sciẽtiã experimentalem, siue certam experientiã de gratia inhęrente suę ipsorũ animæ. Ideoq; ne quispiã deinceps perinde decipiat, quis fuerit proprius & germanus illius sensus in hoc, aliquanto accuratius cõspicuũ facere adnitemur. Habuit

illc

A ille uir undequaq; doctissimus pro certo, neminem nisi per diuinā reuelatio nem posse hac in uita per scientiam speculatiuā certo agnoscere se esse in gra tia. Quia, ut plane explicat, nullum est medium infallibile, quo nosse certo possimus diuinam nostri acceptationem, quam includit in se gratia. Sed quia uidebat iustos, effectus nonullos gratiæ in seipsis experiri, & certum eorum experimentum habere, & hoc iustos differre a peccatoribus, q; in iustis uera est illustratio ueritatis, uera lętitia, uera pax in peccatoribus autē duntaxat ficte & secundum ementitam apparentiam, ideo asseruit in illis esse scientiam experimentalem seu certum experimentum gratiæ. Ne tamen per hoc quispiam putaret eum asserere in ipsis esse certam aliquam cognitionem gratiæ, in art. 2, iam citato clare explicat, q; sicut gustus cognoscit dulcedinem, sed non causam illius, ita iusti certo quidem experiuntur in seipsis effectus gratiæ, sed non sic cognoscunt causam ipsorum, neq; in se, neque per comparationem ad causam suam, quæ est acceptatio diuina. Et addit, posse quidem sciri a iustis ueram pacem, sed non, eam esse effectum gratiæ. Cur igitur scientiam experimentalem gratiæ adstruit? Quia sicut nos ex certis experimentis beneficiorum, quæ nobis ab amicis exhibentur, scientiam experimentalem habere nos dicimus ipsorum in nos amoris, tametsi non sic certo nouerimus eorum amorem, ac certo experimur signa & effectus amoris, & tantum probabiliter, uel certo certitudine fidei humanæ nos credamus ab ipsis amari, ita prorsus hic magnus doctor iustos asserere potuit habere scientiam experimentalem suæ gratiæ, quia licet certo illam non nouerint, tamen certo experiuntur in se effectus ipsius gratiæ, ex quibus possunt colligere, ipsam sibi inesse uel probabiliter, uel certo certitudine fidei humanæ. Cur igitur quando uere sunt in anima, lumen, lętitia, pax, certum dicit esse experimentum, quod anima habeat gratiam? Si ne tum quidem est certa de gratia, quomodo certum experimentum habetur de præsentia gratiæ? Quando illa uere in nobis sunt certum experimentum dicitur haberi de præsentia gratiæ, quia tunc uere colligitur animam esse in gratia per certum experimentum uerorum effectuum gratiæ, & non per fallacium, & ementitorum gratię effectuum experientiam, quam possunt habere hæretici. Quoniam uero uidit hic eximius doctor non satis esse hoc quantuncunque certum experimentum ad concludendum absolute, iustos certo scire suam gratiam, quia hæc experientia non est experientia effectuum gratiæ, ut effectus sunt illius, neque satis certo indicant eos esse in gratia in. 1. arti. illius. q. dissoluit argumenta, quæ ad probandum possibilem esse certam scientiam gratiæ inducta sunt, & insoluta reliquit, quæ pro altera parte militabant. Et in arti. 3. explicauit, tunc iustos certo cognituros gratiam ipsam secundum se, cum Deus ipsam eis reuelauerit. Et tandem si posset gratia a iustis cognosci per certum & infallibile ipsius experimentum, cur in. 1. arti. absolute asseruisset nullum esse mediū infallibile, quo iusti cognoscere possint suam gratiā? Si neq; his satis credis,

Obiect. 1.
Respon.

B

Obiec. 2
Respon.

1. Cor. 4 lege expositionem eius in illa uerba Pauli Nihil mihi conscius sum, & ne si C
uelis quidem, poteris dubitare illum a nobis stare.

Ex certitudine fidei male colligitur certitudo gratiæ. Cap. XXXVII.

PErgemus bona fide partes aduersariorum agere, quando semel suscepimus, et his apparentibus testimonijs scripturæ & Ecclesiasticorum tractatorum, addemus quædam non minus apparentia argumēta Theologica, quæ partim ipsi faciunt aduersum nos, partim & nobis occurrerunt in eorum fauorem. Quo tamen omnia distinctiora sint, & a nobis facilius, & apertius diluantur, non ea in unum accumulabimus, sed quæcunq; propriam uidebūtur habere difficultatē suis distinguemus capitibus. Ac primo quidem ex certitudine fidei, quę initiū & fundamētū est nostrę iustificationis, certā nobis esse posse & debere nostram gratiā, quidam persuadere contenderunt. Verum hoc argumento aliter usi sunt catholici, et aliter hæretici. Catholici.n. ex certitudine fidei collegerūt certitudinē gratię. Quia fidē suā tenet homo firmissima et certissima scientia, eanq; in se uidet, ut Aug. asseuerat, & quisq; fideliū potest in se experiri. Non uidetur aūt aliquid esse in gratia, unde illa magis lateat q̄ fides, cum utraq; supernaturalis qualitas sit, & a deo gratis donetur. Et quia scripturæ sanctę & ueteres patres de fide loquētes absolute, de fide uiua, ut aiunt, semper intelligunt, uerbum Augu. fidem suam, quisq; uidet in corde suo esse, si credit, uel non esse, si non credit, putāt non esse restringendum ad fidem informem. Hęretici uero certitudinē gratię ex certitudine fidei comprobant, quia fide existimant apprehēdi & obtineri iustitiam, & fidē secum omnia bona afferre, atq; adeo ad iustificationē uel solam sufficere. Et in hoc propositum abutuntur Protestantes in arti. 5. Confe. Aug. & Philippus frequenter in apologia ipsius, uerbis illis Pauli. Ideo ex fide, ut secūdum gratiam firma sit promissio omni semini. Nam si pręter fidem aliquid aliud requireretur ad iustitiam, non esset, inquiunt, satis firma promissio iustificationis. Qui etiam propter hoc gloriantur se ad inuenisse uiam nouam pacandi conscientias. Si enim ab operibus penderet nostra iustificatio, incertum esset beneficium iustificationis. Quippe de operibus nostris nō sic certi esse possumus, qualia & quàm perfecta sunt, ac potest esse nobis certa & indubitata fides nostra. Verum catholicoꝝ argumenti infirmitas duobus ex capitibus ostēdi potest. Ignotior.n. est caritas quā fides, neq; potest cuiq; per fidē cōstare sua fides infusa. Quod ignotior sit caritas q̄ fides inde approbari ualet, quia pręcellentior est, & plura ad sui acquisitionē & conseruationē requirit. Potest nanq; per quodcunq; peccatū mortale amitti, neq; raro etiam præter conscientiam habentis deperdit. Fides uero nunq̄ a fideli amittitur, nisi ob crimen hęresis uel apostasiæ, quę omnibus ipsis obnoxijs not sunt. Notiores etiam sunt nobis actus intelle

Marginal notes: Obie. 1 — Aug. 13. de tri. c. 1. et de uidēdo Deum ad Paulinam. — D — Rom. 4 — Res. ad catholicos. — Ignotior caritas quā fides.

A ctus quàm uoluntatis & frequentius contingit decipi in actibus uoluntatis quã in actibus intellectus, Vnde & ipsi, qui hoc argumento usi sunt, maiorem & pleniorem certitudinem fidei infusæ concessere posse a nobis haberi, quã gratiæ, & nonnulli defendentes incertitudinem gratię, certitudinem tamen fidei affirmarunt. Sed nemini posse certum esse per fidem, quòd habeat fidem infusam, sic possumus persuadere. Nemini datur fides infusa, quin detur & gratia, ut supra lib. 7. capi. 28. cum sancto Thom. & doct. subt. confirmauimus. Ergo cum nemo posit certo scire se gratiam Dei esse consecutum, nemo etiam certo sciet se habere fidem infusam. Ad hæc. Omnes actus fidei, quos in nobis experimur, possunt esse ab intellectu nostro cum habitibus acquisitis, & auxilio Dei speciali. Cum autem aliquis effectus a qualibet duarum causarum ex æquo potest procedere, neutra illarũ ex eo potest conuinci. Substantiam quidem fateor nos certo cognoscere & uidere per sua accidentia, & Magistratum uidere, cum intuemur ipsius fasces. Et si licet parua componere magnis, corpus & sanguinem domini uere dicit populus Christianus se uidere, cum uidet species sacramentales, quibus illa ex lege dei inseparabiliter sunt coniuncta, & Christus uerisime dixit secundum. s. Tho. in Ioã. Apostolos suos uidisse patrem, quia uiderunt Christum, in quo erat pater. Veruntamen, cum nulli actus fidei necessario requirant fidem infusam, & aliunde omnes ipsi proficisci queãt, etiam de lege, nescio quomodo aliquis recte defendere queat, se per actus fidei uidere

Nemini est satis certa sua fides īfusa.

Ioan. 14

B ipsam fidem infusam? Equidem ne per illos eam certo nos posse cognoscere aut credere existimauerim. Et quanquam non ignoro grauisimos autores uerba Augu. citata etiam ad fidem infusam retulisse, & ex pietate debita Augustino uel sic conatos fuisse ostendere, uera illum scripsisse, tamẽ mihi dubium non est, immo neq; dubitare possem si uellem, quin Aug. de solo actu fidei locutus fuerit. Non enim habitum fidei infusæ, sed actus firmissima & certisima scientia & ipsa clamante cõscientia tenemus. Neq; aliquis ita hactenus desipuit, ut de habitibus infusis, perinde loquatur, ac Augu. de uisione & certa experientia fidei sæpe locutus est. Quod nunq̃ ille sanè fecisset, si de habitu fidei infusæ, & non potius de actu loqueretur. Siquidem habitus infusi per solam fidem innotescunt. Et quod dicitur tam ipsum quã alios patres antiquos de fide uiua semper intelligere, quæ de fide absolute tradiderunt, tam longe est à uero, q̃ quod maxime. Idq; apertisimis eorũ testimonijs in libro. 14. ostendemus. Quod si apud aliquos graues autores legamus, certos nos esse de fide nostra infusa, ad certitudinem, quam habemus per fidem de habitu fidei infuso fidelibus ad credendum, illa uerba referenda sunt, & non ad certitudinem de ipsa infusa alicui particulari personę, quia nulla talis certitudo haberi potest. Et hoc modo Scotum nostrum esse exponendum supra ex ipsius uerbis ostendimus. Possemus etiã dicere eos non de certitudine per fidem illa scripsisse, sed de certitudine morali, quæ de hoc haberi a quolibet fideli potest. Quoniam enim de nullo

Expositio duplex asserētiũ certitudinẽ de fide īfusa, c. 15.

Christiano est uerisimile, quod nunquam habuerit gratiam, cum uideat C quiuis Christianus se credere, & certo scire possit se nunquam a fide orthodoxa pertinaciter deuiasse, scire etiam poterit probabiliter, & absque ulla formidine assentiri se habere fidem. Et sic exponerem ipse. s. Tho. 1. par. q. 87. arti. 2. ad. 1. dicentem percipi fidem ab eo, in quo est, per interiorem actum cordis, hoc est, per hoc ꝙ credit. Nam alioqui constare non poterũt inter se omnes ipsius de his opiniones, & ut uere dixerit percipi fidem, satis est hæc qualis qualis fidei cognitio ex interioribus fidei actibus clare & manifestissime cognitis. Vnum hic tamen cuperem diligenter animaduerti ab omnibus pijs, qui usq; ad definitionem Concilij fauendum censuerunt certitudini fidei de gratia. Hoc autem est, uel eo nomine abstinere debere omnes catholicos ab asserenda huiusmodi certitudine, præsertim propter certitudinem fidei, quia omnes hæretici nostræ tempestatis, quos mihi contigit legere, constanter hanc certitudinem docent, & hoc argumento utuntur, atque huic sententiæ sæpe innituntur ad statuenda alia perniciosa sua dogmata, ac fortassis ipsius fiducia pertinacissime hærent suis erroribus, & uiam salutis quærere negligunt. Danda uero opera est, sicut & ante nos sancti patres nostri monuerunt, ut non solum in opinionibus & argumentis hæreticorum, sed ne in uocculis quidem, quantum salua ueritate fieri poterit, cum illis conueniamus. Et profecto aut ego male noui ingenium hæreticorum nostri temporis, aut ipsi nunquam defendissent, posse esse quenquam certum ex fide de sua iustificatione, nisi credidissent, fide sola ap- D prehendi posse iustificationem. Neque solum conueniunt cum protestantibus in sententia, & principio aliquo suorum errorum, qui asserunt huiusmodi certitudinem omnibus iustis possibilem, sed & affine est eorum dogma errori Catharorum, qui ab eo quòd se mundos asserebant, Cathari appellati sunt. Hoc est enim Græce Catharos, quod mundus latine. Et qui se iustos audent credere uel asserere, uelut certum certitudine fidei, utique & mundos se credunt, & pronunciant. Diligit enim Deus omnes iustos, & neminem immundum diligit. Neque Begardi, & Beguinæ docuissent, & sectati fuissent pestilentes errores de libertate ab humana obædientia, & exercitijs uirtutum, & ceremonijs consuetis in Ecclesia, damnatos ab Ecclesia in Clæmentina, Ad nostrum, de hæreticis, si credidissent nemini posse esse certam ex fide suam iustitiam, aut perfectionem, Vel hac igitur causa ut aditus obstrueremus omnibus istis uenenosis opinionibus, communi consensu debuissemus semper omnes catholici communem sectari uiam de incertitudine fidei de nostra iustificatione.

Ne inuocu lis cõueniẽ dũ cum hæreticis.

Affinis error i Catharorũ et Begardorũ error de certitudĩe gratiæ.

Quid tamen & argumento hæreticorum respondendum sit, interim uideamus. Tota illorum collectio huic errori innititur. Fides sola sufficit ad iustificationem. Vt ergo irritam & inanem eam ostendamus, nihil est opus aliud quàm hoc eorum principium negare. Mox enim uelut domus uitioso fundamento innixa, tota corruet. Et mirandum est quidem

Ref. ad hæreticos.

A de Protestantibus, quòd cum iam ab hac insania resipuerint, & cõtra suum magistrum Lutherum pœnitentiam docuerint necessariam esse ad iustificationem peccatoris, tamen adhuc suadere certitudinem gratiæ conentur ex certitudine fidei, quæ sola secundum eos ad obtinendum gratiam satis non est. Quæ potest esse contradictio, si hæc non est? Quanquam autem hunc errorem, quòd fides sola iustificat, satis superque.cap.17. expugnatum dedimus, præsertim, si fides accipiatur, sicut ipsi accipiunt pro certa intellectus persuasione de nostra iustitia, tamen adhuc magis libet hic in illum pugnare, si quomodo possimus facere, ut aliquando tandem plene suum errorem agnoscant, & eum absq; ulla circuitione fateantur. Et primo quidem libenter illos rogauerim. Quis sic artis alicuius factus est compos, quis sic uirtutis, aut doni cuiuspiam, aut gratiæ, quia illam certo sibi persuasit se habere? Impedimentum solet hæc persuasio esse ad ea acquirenda, quæ non habemus, non adiumentum, aut medium aliquod commodum. Quis enim studeat habere, quę sibi certo suasit se habere? Et si ad minora bona comparanda persuasio ista utilis non est, sed nociua, & plus obest quidem quam prodest, cur ad gratiam obtinendam, quę summum est bonorum huius uitę, utilis & commodissima, immo etiam necessaria existimetur? Certè de ipsa minus hoc erat credendum quàm de alijs bonis. Nam aliena magis à uera iustitia uidetur persuasio de iustitia. Rectissimeque dixit Hieron. Hęc hominibus sola iustitia, si imperfectos esse se nouerint. Deinde. Vos B ipsi fatemini hanc doctrinam esse nouam, & de hoc non semel gloriamini, quòd ad inueneritis uiam, qua pacificas & quietas possitis reddere cõscientias. Ecclesia autem catholica ex mandato Innoc.3.in.c. Cum ex iniuncto de hæreticis hoc habet, ut non recipiat doctrinæ nouæ prædicatores, nisi uel ex miraculis uel ex sacris literis se missos ad eam prędicandam ostendant. Aut ergo alterutra istarum uiarum uestram missionem comprobate, aut ab ea diuulganda & confirmanda abstinete, si uos filios Ecclesię catholicę, quę uos genuit, haberi uultis. Et uobis nimirum pręcipue hęc incumbit probatio, quoniam persępe asseruistis nullum esse dogma recipiẽdum, quod nõ queat approbari ex sacris literis. Dicetis uobis satis esse illa uerba Pauli. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini. Sed ibi non de fide, qua se crediderit iustum Abraham, Paulus agit, neque de promissione iustificatiõis alicuius in particulari, sed de fide, qua Abrahã credidit promissioni illi ad communem fidelium salutem spectanti, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et diuersissimum esse Pauli sensum ab eo, in quem ipsi detorquetis, in opusc. de iustificatione questio. 1.ad.1. copiose disserui. Sed quoniam abundare oportet iustitiam nostram, quando ipsi ne uno quidem apparenti argumento ex scripturis uestram sententiam potestis comprobare nos uobis ultro ostendamus loca, ubi iam olim Spiritussanctus, ut a tanto caueremus errore, palàm admonuit. Iob inquit. Si iustificare me uoluero, os meum condemnabit me. Non igitur satis ad iusti-

Non sufficit ad iusti tiã persua sio iustitiæ

Argum. 1.

Hieron. in epi. ad Ctesiph.

Argum. 2.

Rom. 4.

Iob. 9.

Pro. 14.a tiam persuasio iustitiæ. Salomon item dicit. Est uia, quæ uidetur homini iu C
12 c sta, nouissima autem illius ducunt ad mortem. Et rursus. Via stulti recta in
21.a oculis suis. Et iterum. Omnis uia uiri recta sibi uidetur, appendit autem cor da dominus, uel sicut alij transtulerunt. Omnis uir sibi uidetur iustus, respicit autem corda Deus. Quid uero est dictu Appendit, seu respicit autem corda Deus? Profecto non aliud, quàm si apertius diceretur. Non sic autem est in oculis Dei, qui uniuscuiusque cor optime nouit. Multi enim se iustos esse, & recte incedere in uia Dei, existimant, & quidem firmissime, &
Luc. 18. tamen nequam & iniustissimi sunt in conspectu Dei. Et nonne hoc manifestum nobis fecit Christus in Pharisæo, qui gratias agebat, quod non esset sicut cęteri? Ille quidem iustum se indubitanter credebat, & tamen non ille, sed publicanus, qui nihil tale sibi de se persuadebat, a templo descendit iusti-
Io. 16. ficatus. Illi etiam, quos dixit Christus Apostolis suis arbitraturos obsequium se præstare Deo, dum eos interficerent, se quoque credebant iustos,
Matt. 25. quod tamen longe abessent a iustitia, confestim explicuit adijciens. Sed hęc
& 8. facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Idenque ostendit & in fatuis uirginibus, & in illis, quos in iudicio reprobandos asseruit, tametsi multas uirtutes a se in nomine Christi factas allegaturi erant. Neque hac iustitiæ persuasione carebant tumidi illi & superciliosi Iudei, quibus testimonium perhibebat Paulus, quòd ęmulationem quidem Dei haberent, uerum & illos iustos non fuisse, optime declarauit, cum subdidit. Ignorantes
Rom. 10. enim iustitiam Dei, & suam quęrentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subie- D
Bernar. cti. Quare pulchre, ut assolet Bernard. in sermone de beata Magdalena, qui a plærisque nomine ipsius legitur, ostendit primo necessarium esse peccatori osculari duos pedes domini misericordiam & iustitiam, & alterum sine altero osculari, uel temerariam esse securitatem, uel desperationem fugiendam. Deinde ad confutandum hunc errorem propius accedens, sic scribit. Fallitur, qui sic osculatur misericordiæ pedem, ut pedem iudicij non attendat, hoc solum ad salutem sibi sufficere credens, quod credit. Et merito hāc certitudinem uanam asseruere patres, & ab omni pietate remotam. Vana siquidem est, quæ pollicetur scientiam iustitiæ & uirtutem ad iustitiam, cū utraque plane careat. Et ab omni pietate est remota, quia omnia pia studia eneruat, & irritat, & tumidos, arrogantes, & aliorum contemptores, & segnes ad curandum propriam salutem homines facit. Adeoque falsum est & sacris literis & lumini naturali dissonum, ut quisquam iustificetur hac sola persuasione certa & fiducia de sua iustitia, ut si bene expendamus uerba sanctæ Synodi in principio c. huius, quod modo exponimus, ex eis non obscure colligi posse uidebimus, neminem posse hoc ignorare inuincibiliter, & uel hoc nomine posse quenuis merito credi esse in peccato, quod eā fidem & fiduciam sufficere ad iustitiam persuasus, remedia alia ad iustitiam necessaria sibi comparare non studet. Nam si posset quispiam inculpabiliter in hoc errare, & ab ignorantia probabili excusari, non recte prohibuis-

A ſent patres in generali, ne cuipiam dicamus remiſſa peccata qui huiuſmodi certitudinem, & fiduciam iactat, & in ea ſola quieſcit. Ei quippe, qui nulli alij peccato obnoxius eſſet, & hunc errorem ignoraret inculpabiliter, tuto poſſemus dicere remiſſa eſſe ſua peccata. Sed de his hactenus, pergamus ad aliud argumentum.

Ex certitudine ſpei non recte colligitur certitudo gratiæ.

Cap. XXXVIII.

QVia ſpes ex communi doctorum finitione, nihil aliud eſt quàm certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis & gratia, & inde quoque nonnulli certitudinem gratiæ adſtruere conantur. Qui.n.aiunt certo ſperare quimús beatitudinem, quæ ſolis iuſtis eſt danda, niſi certo ſciamus nos eſſe iuſtos & in Dei gratia? Et uſque adeo forte hoc argumentũ cuidam uiro pio iuxta ac docto eſt uiſum, ut & noſtrum decretum fauiſſe certitudini gratiæ crediderit, quia in can.26. ſtatuit iuſtum debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & ſperare æternam retributionem. Nam cum patres manifeſte ibi loquantur de præcepto, quo ex iure diuino debent iuſti pro bonis ſuis operibus ſperare beatitudinem, pro certo ait & conſtanti reliquiſſe uidentur, iuſtos poſſe agnoſcere ſe iuſtos eſſe, & bona aliqua opera meritoria æternę uitæ feciſſe. Si enim hæc ipſis ignota eſſent, implere hoc præceptum non poſſent, immo neque agnoſcere, an ad ipſos ſpectaret. Quemadmodum ſi præceptum aliquod imponeretur natis ſeptimo menſe a ſua conceptione, qui noſſe non ualerent, an ſeptimeſtres eſſent, neque ſcire poſsent, an ad ſe tale præceptũ pertineret. Cum igitur ſancta Synodus explicuit, iuſtum debere ſperare, hoc ipſo docuit iuſto poſse innoteſcere ſuam iuſtitiam. Toto tamen cœlo errant, qui ex certitudine ſpei, certitudinem fidei de gratia ſuadent. Eadenque opera, immo plane facilius, & efficacius ſuadere poſsent certitudinem fidei de gloria. Nam ſpes, certa eſt expectatio beatitudinis, non cognitio aut perſuaſio certa de gratia. Sicut uero non requiritur certitudo de gloria a nobis obtinenda, ſed ſatis eſt, certo ſcire eam nobis eſſe poſsibilẽ, & probabile eſſe eam nos aſſecuturos, ut certo illam ſperemus, ita neque requiritur certitudo gratiæ ad certam ſpem beatitudinis, ſed ſatis erit probabilis perſuaſio de gratia. Quin neque iſta perſuaſio neceſſaria eſt ad ſpem. Siquidem & peccatores uerè poſſunt ſperare. Et ſatis omnino ſiue ad ſpem ſiue ad fiduciam eſt certo ſcire nobis poſsibilem eſſe beatitudinem, & probabile eſse, nos omnia tandem cum Dei adiutorio facturos, quæ necesſaria ſunt, ut illam obtineamus. Quippe cum ſpes dicitur eſse certa expectatio beatitudinis, non certitudo abſoluta affirmatur, ſed conditionalis duntaxat, ſi quidem uel in gratia curſum huius uitæ compleamus, uel per nos non ſteterit, quominus eam aſsequamur. Et hanc ſpei certitudinem conditionalem explicuere patres in can.26. cum iuſtos dixerunt debere expectare æternam retributionem, ſi bene agendo, & diuina mandata cuſtodiendo uſque in finem perſeuerauerint. Atq; iſta ad ſpem

Obiect.1. Reſponſio Non requiritur certitudo intellectus ad ſpem. Argum.1.

sufficere ex his, quę in humanis experimur non est operosum multo appro C
bare. Etenim qui sperat se tandem consequuturum gratiam regis, & obtenturum apud eum remissionem scelerum, quae in ipsum patrauit, sperare etiam potest & munera, quae & illis solet praestare, qui sunt in ipsius gratia. Neque ad haec certitudo ulla requisita est de gratia uel amicitia regis obtenta, uel obtinenda, sed satis est probabilis quędam & uerisimilis persuasio de

Argum. 2. illa obtinenda. Quis etiam neget, nos uerè posse sperare, etiam si non satis certi simus de nostra iustificatione? Nunquid repellentur ab spe, qui nō dum

Argum. 3. peruenerunt ad certitudinem fidei de sua gratia? Deinde. Si sperare non potest, qui non est certus de sua gratia, cum omnes teneamur sperare, omnibus in praecepto erit certitudo de sua gratia. Quod supra & falsum & merito damnatū a. s. Synodo luculenter ostendimus. Porrò iustorum spes multo uerior, solidior, & augustior est quàm spes peccatorum, quae, nisi ad Deum conuertantur, tanquam glacies hybernalis tabescet. Attamen & peccatorum spes, spes est, & uerè illi possunt sperare beatitudinem. Quandoquidem sperare possunt gratiam, & qui sperat gratiam, sperat ex consequēti gloriam. Neque tenerētur statim ad faciendam perfectam poenitentiam, quae eos restitueret gratiae, licet occurreret tempus, in quo ipsi propter graues aliquas tentationes occurrentes, aut propter aliam causam tenerentur sperare. Et alij s frustra maneret ex sententia omnium theologorum, in ipsis spes. Cur enim maneat, ubi actum non potest habere? Neque admittendum est praeceptum spei peculiariter datum esse iustis. Cur enim eis credamus impositum esse praeceptum de sperando beatitudinem, quod non habeant peccatores, cum ad fidem, baptismum, poenitentiam, & alia nouae legis praecepta & iusti & peccatores communibus praeceptis adstricti sint? D

Possūt peccatores sperare.

Praeceptū spei commune ē iustis & peccatoribus.

Expositio can. 26.

Quanuis autem ut bene perpenditur, in canone illo. 26. sancta Synodus nō cum peccatoribus agat, sed cum solis iustis, neque tamen peccatores exclusit a praecepto spei. Nouerat neque diuinum, neque humanum ius, praeceptum aliquod direxisse peculiariter ad iustos. Sed & si hoc factum esset, neque inde colligi ualeret iustos certo posse cognoscere suam iustitiam. Sufficit nanque probabiliter nosse septimo nos mense natos, ut teneamur ad pręcepta imposita septimestribus. Et in multis humanis praeceptis ostendere possemus, probabilem cognitionem aliquarum conditionum uel circunstantiarum satis esse, ut adstructi simus uel merito nos existimemus adstrictos ad praecepta, quae solis illis imposita sunt, in quibus tales inueniuntur circunstantiae. Sic ad ieiunium quadragesimale tenentur, qui probabiliter credunt se compleuisse annū suae aetatis uigesimumprimum, sic ad castitatē tenentur sacerdotes occidentales, & ad eam et obędientiam & paupertatem religiosi, tametsi neque ordinatio sacerdotum, neque professio religiosorum certa sit, nisi certitudine fidei humanae, quia pendet ex uoluntate aliorum, quae nobis hac sola certitudine est certa. Atque eadem ratione, & haec humana cognitio possibilis nobis de nostra iustitia, & de meritis nostris

A ſtris ſufficere potuit, ut uerè diceret concilium, iuſtum debere ſperare pro ſuis bonis operibus æternam retributionem. Dicis. Conciliū declarat pręceptum quo iuſti tenentur ſperare & cum iuſtis agit, non cum ijs, qui ſe pro babiliter noſcunt iuſtos. Quis tibi hoc negat o bone? Verum enim quemadmodum licet certum ſit certitudine fidei catholicę, immo etiam euidens, iuſtum debere ſperare, tamen nō oportet, ut tu rectè dicis, iuſtos poſſe agnoſcere ſuam iuſtitiam euidenter aut certitudine fidei catholicę, ita & nobis cōcede, ut dicamus, neque ut expleant iuſti hoc præceptum requiri, ut ſe infallibiliter cognoſcant iuſtos, ſed ſatis eſſe humanam quandam certitudinem de ſua iuſtitia. At enim Concilium cum iuſtis loquitur. Fateor. Sed non poſſunt cognoſcere hoc ad ſe ſpectare, niſi qui probabiliter, uel certo moraliter cognoſcunt ſuam iuſtitiam. Sicut & pręceptum quadrageſimale loquitur quidem ijs, qui uerè expleuerunt unum & uigintiannos, ſed nemo poteſt noſſe ad ſe ſpectare, niſi per probabilem aut certam ſuę ętatis cognitionem humanam. Et pręcepta omnia Eccleſię loquūtur cum baptizatis, & ad eos ſolos, ut plurimum diriguntur, & tamen qui ſumus baptizati in ętate infantili, ſcire non poſſumus, nos eſſe baptizatos, niſi certitudine fidei humanę. Quod ſi omnes qui ſe probabiliter credunt iuſtos, uerè iuſti ſunt, ut tu exiſtimas, minus certè cauſę habes, ut reprehēdas illos, qui dicerent Conciliū, ad eos ſua retuliſſe uerba, qui ſe probabiliter iuſtos credunt. Nā & hi quoque ſecundum te iuſti ſunt. Et qui ad hos dicit Concilium direxiſſe ſuum B ſermonem, ad iuſtos utique dicit eum eſſe directum.

Obiectio

Reſponſio

Ex certitudine caritatis noſtræ in Deum, aut pœnitentiæ non poteſt colligi certitudo fidei de gratia. Cap. XXXIX.

FOrtius uero, ac ſanè apparentius certitudo gratię approbatur ex certitudine, quam poſſumus habere de noſtra in Deum dilectione, ac pœnitentia noſtrorum peccatorum. Cum enim ex fide certum ſit, hęc ſufficere ad conſequendam gratiam, & de his poſsit nobis quandoque certo, ac planè euidenter conſtare, liquere & ex conſequēti per fidem poterit, nos eſſe tum uerè in Dei gratia. Aliter etiam, & quidem non minus apparenter quidam idipſum conficere ſe putant. Quia certum eſt ex fide, omnem facientem quod in ſe eſt ad obtinendam gratiam, conſequi illam. Et certum poteſt nobis eſſe, immo etiam euidens, nos facere aut feciſſe, quod in nobis eſt, ad aſſequendam gratiā. Poteſt enim & in alijs rebus, quas habere cupimus, hoc conſtare. Et cum Deus omnes obligauerit ad faciendum quod in ſe eſt, neceſſarium uidetur concedere, poſſe cuicunque hoc conſtare. Alioqui non de cuiuſcunque mandati diuini trāſgreſsione uel impletione poterit nobis conſtare. Quod contra bonitatem & ſuauitatem Dei eſt, & uehementer derogat pręceptis diuinis, quę lucidiſsima, & apertiſsima ſunt. Hoc argumentum diſſoluebant nonnulli dicentes, non eſſe certum ex fide, quòd facientibus quod in ſe eſt, aut diligentibus Deum, uel ſuorum peccatorum pœnitentibus Deus det gratiam. Sed hoc quid poteſt, dici aut abſurdius aut ma-

Obie. 3.

Reſpon. 1

Impug.

gis impium. Recipit Deus omnes confugientes ad se. Et nemo melius aut uerius in ipsum confugit, quàm qui facit quod in se est, ut ipsius gratiam obtineat, quique uerè diligit ipsum, & de omnibus in eum patratis offensis serio & ex animo dolet. Et ne sic quispiam de humanissimo & benignissimo omnium domino sentiret, in Deuteronomio palàm dixit. Cunque quæsieris dominum Deum tuum, inuenies illum, si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Et per Salomonem. Ego diligentes me diligo. Et sæpe per prophetas. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Et apertius in Euangelio. Siquis diligit me, diligetur a patre meo. Sed hæc satis in præsentia. Nam alia, quæ hunc magnum, & intolerabilem errorem reuincere magis possunt, in lib. 13. placet differre. Alij hoc argumentum enodare se existimant dicentes, fidem non se extendere ad obiecta, quę sunt in facti contingentia, nondum approbata ab Ecclesia. Sed hoc nō est argumentum enodare, sed fortius & magis perplexum, atque, ut ita dicam, nodosius reddere. Nonne ante approbationem Ecclesię fides in phophetis se extendebat ad assentiendum multis factis contingentibus sibi a Deo reuelatis? Nunquid non etiam per fidem quisque potest, & debet assentiri se esse in gratia, ubi Deus hoc ei reuelaret? Quid opus est approbatione Ecclesiæ, ut assentiamur illis, quæ scimus a Deo esse reuelata? An non peccatores per fidem credunt se esse in odio Dei & extra gratiā ipsius, cum sibi conscij sunt perseuerare se in affectu peccati mortalis? An non patres in Cōcilio generali per fidē sciunt, illud esse legitimum & generale Concilium, priusquam eā propositionem definiant? Alij hoc argumentum diluere tentarunt dicentes ex una de fide, & alia cognita euidenter, inferri non posse conclusionem de fide. Quod & hac ratione approbabant. Certitudo fidei maior est secundū S. Thom. & Scotum, & alios certitudine euidentiæ, idque non tantum, ut quidam uir doctus Thomam interpretatur, secundum se, sed etiam quo ad nos & ex parte nostri intellectus & affectus. Certius nanque & firmius reuelatis a Deo assentimur, quam expertis & demostratis. Quod quidem partim a maiore propensione affectus nostri proficiscitur, partim a pleniore Dei auxilio, & cōcursu fidei infusæ. Cū igitur conclusio certior nequeat esse præmissis, ex quibus infertur, conclusio illata ex una credita & alia euidenti non erit certa certitudine fidei. Et huc fortassis respexit Ioannes Bachonis, cum dixit istam propositionem, Ego sum in gratia, non esse cuiquam de fide, sed posse esse certam certitudine consequente fidem. Neque alio uidetur tendisse quidam uir doctus, qui dixit non censendam esse de fide, sed naturalem potius propositionē, quæ inferri, nequit ex reuelatis, non adiuncta una naturali. Verum ipse adduci in hanc sententiam nullatenus possem, neque dubitare si maxime cuperem, ualerem, quin mihi certum esset ex fide, me esse in gratia, siquidem hoc colligere possem ex una credita & altera mihi euidenti. Et hoc ita esse sic suadeo. Primo. Multæ sunt propositiones de fide, quæ non aliter possunt probari esse de fide, nisi quia sequuntur eui-

Margin notes: C — Deut. 4. e — Prou. 8. — Ioan. 14 — Respon. 2. — Impugnatio. — D — Respon. 3. — *Certa ē ex fide, cōclusio illata ex una credita et altera euidēti.* — Argum. 1.

A denter ex creditis, cum aliqua saltem propositione euidenti secundum lumen naturale. Et potest hoc ostendi in multis propositionibus de Deo, & de Christo, quæ ab omnibus fidelibus hac ratione recipiuntur, ut certæ, & oppositæ censentur hæreticæ, ut patet de istis, Deus est incorporeus. Deus est immaterialis. Deus est infinitæ uirtutis. Christus habet cor. Christus habet phlegma. Christus secundum corpus, & secundum animam, & omnia in eis contenta, est sub utraque specie sacramenti Eucharistiæ. Christus sine substantia panis, & uini est sub speciebus panis, & uini, & similibus. Huiusmodi enim propositiones non sunt expressæ in Scripturis, sed ex contentis in eis euidẽter deducuntur, saltem cum una euidenti secundum lumen naturale. Quare & Sco. noster peculiariter ostendit hanc propositionem esse de fide, Pater differt realiter a filio, quia infertur ex ista naturaliter euidenti, Omnis generans realiter differt a genito, & ex ista de fide, Pater est generans, & filius est genitus. Idenque patet de propositionibus, quæ dependent a diffinitione Conciliorum generalium, uel Papę. Omnes enim illæ supponunt istas propositiones. Hoc Concilium est legitime congregatum. Hic Papa est rite, & canonice electus. Quæ quidem non sunt reuelatæ, sed euidenter cognitæ, atque ideo & postea diffinitæ, & ut certæ ex fide receptæ ab illis, qui non habuerunt de earum ueritate euidentiam. Et ipsæ propositiones, quę expresse, & formaliter continentur in Scripturis, saltem ad acquisitionẽ fidei earum, uidentur in nobis requirere certitudinem istius euidentis. Eccle-

B sia diffinit, has esse canonicas scripturas, & pro talibus eas recipit. Non est enim ut plurimum, unde aliunde nobis constet certo, eas esse sacras scripturas, & indubitanter, ut talibus credendum esse in eis contẽtis, ut incipiamus talem, & tantam fidem eis adhibere. Secundo. Si Petrus baptizet aliquem *Argum. 2.* infantem secundum formam Ecclesię, erit ei certum ex fide, infantem illum esse in gratia. Et hoc non ob aliud, nisi, quia illa sequitur euidenter ex ista credita, omnis baptizatus non ponens obicem baptismo est in gratia, & ex ista euidenti, Iste infans est baptizatus, & non posuit obicem. Tertio. *Argum. 3.* Propositio illata ex una credita, & alia euidenti, est certa, & ineuidens, & assensus illius eſt certus & ineuidens. Quid ergo illi deest, quo minus censeatur esse de fide? Certa quidem est, quia sequitur ex certis. Ineuidens autem est, quia conclusio sequitur semper debiliorem partem. Et sicut in certitudine exuperat fides scientiam, & certitudo scientię comparata ad certitudinem fidei imperfecta est, ac propterea conclusio illata ex una de fide & alia euidẽti non est ita certa, ac pręmissa de fide, ita in claritate exuperat euidentia fidẽ, & imperfectio est, & debilitas fidei, obscuritas, ac propterea necesse est, ut ineuidens sit conclusio illata ex una euidenti & alia de fide. Quarto. Qui per- *Argum. 4.* tinaciter dubitaret de propositione illata euidẽter ex una credita, & alia euidenti, esset hęreticus. Dubitans enim de consequente, quod scit inferri euidẽter ex aliquibus pręmissis, necesse est, dubitet de altera earũ, & cũ non possit dubitare de euidenti, neque de consequentia, quę etiam est ei euidens, dubi-

taret de credita. Ergo illa propositio, quę infertur ex una credita, & alia eui- C
Resp. 1. ad argu. 3. respon. 3 denti, ab omnibus censenda est, & credenda ex fide. Neque debet quenquā mouere argumentum in contrarium factum. Primo enim non est necesse, omnes assensus de fide concedere esse pares in certitudine. Quoniam quidā solum sunt de fide, quia inferuntur ex alijs, & propter unūquodque tale, & illud magis, ut habet regula posterioristica. Et cum dicitur assensus fidei certior esse quocunque assensu scientifico, uel euidenti, non summe, limitari potest hoc ad assensus fidei, qui non pendent a propositionibus scientificis, uel euidentibus. Nā quia conclusio certior esse nequit suis præmissis, quatenus ab eis pendet, consentaneum uidetur, ut propositiones, quæ solum sunt de fide, quia inferuntur ex una de fide & altera euidenti non sint certiores illa euidenti, a cuius certitudine pendet sua certitudo. *Respon. 2.* Deinde. Eo ipso, quod agnoscitur a nobis aliqua propositio euidenter sequi ex una credita, & alia euidenti, quia mox agnoscitur esse de fide, & consequēter inniti reuelationi & ueritati infallibili, nos ei certius ex pia affectione assentiemur, quā propositioni euidenti. Et assensus illius partim a pia affectione nostra, partim a fide infusa accipiet aliquos gradus certitudinis, præter illos, quos haberet ex præmissarum, & consequentiæ certitudine, & per eos exuperabit certitudinem propositionis euidentis. Itaq; ex hac parte nihil illi deerit quo minus censeri posit esse de fide. Atque hoc modo possent omnes propositiones, siue assensus de fide defendi æqualiter esse certi, sicut & in nobis uidemur experiri. Non est enim inconueniens conclusionem esse æqualiter certam, aut certiorem, quam sint principia, ex quibus infertur, si ab extrinseco, D
& aliunde quam ex pręmissis, habeat aliquos gradus certitudinis per quos exæquet, aut uincat certitudinem eorum, sicut continget in proposito propter concursum fidei infusæ, & pię affectionis ad assensum conclusionis. Di-
Replica. 1. cet aliquis. Certum ex fide non pendet a propositione, cui posit subesse falsum. Sed certitudini euidentiæ non summæ potest subesse falsum. Per hoc enim differt euidentia non summa, a summa, quia nemo potest decipi assentiendo summe euidentibus, potest uero subesse deceptio in assensu euiden-
Responsio tium non summe. Verū hæc obiectio procedit ex praua intelligentia differētiæ, q̄ est inter euidentiā summam, & non summam. Non. n. differt euidētia non summa a summa qa p euidentiā nō summā posit quis decipi. De ratione. n. euidētiæ cuiuscunq; est, per eā nō posse quenquā decipi, neq; posibile est, ut quod euidens est, falsum sit. Et quicunque euidentiam habet de aliqua
Euidentia summa alia est a non summa. ueritate, certus est non se decipi in assensu illius. Differt autem euidentia non summa a summa, quia euidentia summa est de propositionibus, quarum significata non contingit aliter se habere, & in quarum assensu nemo potest decipi. Euidentia autem non summa est de eiusmodi propositionibus, quæ falsæ possunt esse, & in quarum assensu quis potest decipi, etiam cum putat se habere de eis euidentiam. Quemadmodum uero non est inconueniens aliquas propositiones esse dę fide, q̄ quidem secundum se possunt esse

falsæ,

A falsæ, sed non quatenus subsunt diuinæ reuelationi, ita neque incommodū ullum censeri debet, si dicamus aliquas propositiones de fide pendere ab aliquibus propositionibus euidentibus non summe, & ex consequenti falsificabilibus. Non enim dicimus pendere ab eis, nisi cum sunt euidentes. Et licet ex se possint esse falsæ, non tamen ut euidenter innotescunt, & euidentiç subsunt. Sed urgebis adhuc. Quanquam qui habet euidentiam alicuius propositionis certus sit in assensu illius non se decipi, tamen si illa euidentia est non summa, & non per demonstrationem, sed per experientiam, certus nō est, se non posse decipi in assensu illius. Nouit quippe multos sæpe in similibus assensibus fuisse deceptos, etiam cum sibi putarent eos esse euidentes. Et merito credere debet sibi posse contingere, quod alijs sæpe usu uenit. Et experientia alioqui medium est fallibile, & cui plærunq; subsit falsum. Quare cum propositio de fide talis sit, ut ei nullo pacto queat subesse falsum, nō uidetur quoquo pacto posse asseri ea propositio esse de fide, cuius ueritas pendet ab aliqua propositione cognita duntaxat per experiētiam, neq; carere uidetur temeritate, si tanta quis firmitate ei assentiatur, quanta alijs propositionibus de fide, quæ uel in se reuelatæ sunt, uel ex solis reuelatis, aut ex reuelatis, cum alijs euidentibus & necessarijs consequuntur. Qua enim ex parte ab experientia pendet aliqua propositio, poterit ei, sicut & experientiæ subesse falsum. Et sicut de experientia, ita nec de conclusione ab ea pendenti certus esse potest, quod non posit per eam decipi. Fortis quidē ac ualida est hæc obiectio, & quç nonnihil merito formidinis cuiuis posit injcere, ne se credat omnino certū de sua gratia, etiā si sibi uideatur uidere, & experiri fecisse quidquid in se est ad consequendā Dei gratiā. Atq; huic potissimū argumento inniti deberent, qui credunt posse iustos per fidē certos esse de sua iustitia, sed non tanta certitudine intensiue, quanta est fidei catholicæ, uel quantam haberent, si contingeret ipsis dari peculiarem de ipsa reuelatione. Verum quo magis, magisque de hac re cogito, eo incunctantius asserendum esse existimo, eum, qui euidentiā habet non solum certū esse quod non decipiatur, sed & certum esse, tum non posse decipi in eo, cui assentitur euidenter. Nam per euidentiam certum est neminē posse decipi. Etsi de hoc certus non est, qui assentitur euidenter, unde certus fit se non decipi? Nōne potest tunc contingere deceptio, quæ asseritur esse posibilis? Si. n. exempli gratia, credo in uisione huius papyri, in qua hæc scribo, me posse decipi etiā nunc, cum planè uideo me illā uidere, qūo certus ero, me non decipi? Quin stultum erit indubitato assentiri, me non decipi, cum non sim alicunde certus, non euenire modo, quod contingeret, cum deciperer, sicut asseritur esse posibile. Hoc autem quid aliud est quàm omnem nobis auferre euidentiam, & certitudinem de contigentibus, quæ extra nos experimur. Quod ergo dicitur cognitioni per experientiam posse subesse falsum, de experientia falsa & non de uera intelligendū est, uel de cognitione collecta ex experientia & non de ipsa experientia. Neq; temeritas ulla est certo assentiri nos

Repli. 2.

Responsio

B

Assentiens euidenter, certus est, se nō poße in eo assensu decipi.

Cc

neque decipi, neque posse decipi in illis, quæ clare & manifesto uidemus. C
Sed temeritas cauenda est, ne quis præcipiti aliquo & cæco affectu putet se uidere, quod non uidet. Nam si ex hoc, quòd alij decepti fuerint, cum uiderentur sibi uidere, quę non uidebant, uelit quis colligere nos posse decipi in illis, quæ uidemus, conficiet etiam, ne certo credamus nos uidere, quæ uidemus. Et perinde hoc erit, ac si ex eo, quod somniantes non uidemus, quæ putamus nos uidere, colligere quis tentet, ne uigilantes quidem ea nos uidere, quæ uidemus. Aliter ergo tandem respondeo ad hoc argumentum.

Respon.4 Ideo nemini potest certa esse ex fide, uel euidenter sua gratia, quia nemini potest certum esse ex fide uel euidentia, se fecisse quidquid in se est ad obtinendam Dei gratiam, aut ita Deum dilexisse, aut pœnitentiam suorum peccatorum fecisse, sicut opus est. Neque hoc est tamen, sicut putant quidam, quia nobis ignoti sint nostri actus interiores, aut quia natura cordis nostri hæc sit, ut soli Deo pateat. Scit quippe, teste Paulo, spiritus hominis, quæ sunt in ipso. Neq; essent prohibiti, aut præcepti actus interiores, neq; interiora peccata teneremur confiteri, si illa non possent nobis constare. Quę omnia absurda, et apertè hęretica sunt. Ideo uero dicimus nobis non posse satis certo constare, an faciamus, quod in nobis est, & Deũ sicut necesse est, diligamus, quia multa nostris actibus sępe surrepunt, quę eos nobis nesciẽtibus uitiãt, & inter ipsa bona opera, quæ facimus per multæ ignorãtiæ & errores intercurrunt, ut supra satis ostẽdimus, rõne quorũ, sæpe dum nos existimamus facere quod in nobis est, uerè nõ facimus. Et quãuis possint nobis cõstare D nostri actus interiores, & scire possimus, quid faciamus, quidq; uelimus, & qua rõne & fine id uelimus, & ex cõsequenti nos feruẽtius & multo maiori tempore doluisse de peccatis nostris propter Deum, quam uerisimile sit esse requisitum, & Deũ diligere supra omnia & paratos esse, ac uerè in uoto habere omnia prius mala perpeti, quàm aliquod ipsius mandatũ præterire, tñ neque adhuc satis certi esse possumus, nos facere, quod in nobis est, aut tantam Dei dilectionem aut pœnitentiam habere, quanta exigitur ad habendã remissionẽ peccatorum. Qm̃ cum his omnibus stat, uel per ignorantiã uel per obliuionem, uel per inconsiderationem obnoxios nos esse alicui pctõ, a quo nisi recedamus, nunquã comparabimus Dei gratiam. Acceditque ad hæc, quòd quãquã multi sunt actus, quos habere nõ possumus sine speciali Dei numine & fauore, & nonnullos probabilius est extra Dei gratiam esse nõ posse, tñ nullus est actus, ut. S. Tho. alicubi tradit, quem certũ sit ex fide, non posse secũ compati peccatũ aliquod mortale per ignorantiã. Atque ex his manifeste sequitur, nemini posse, neq; euidẽter, neq; ex fide cõstare, q; se in Deũ conuertat toto corde. Cõuersio.n. in Deum toto corde sine gratia Dei stare non potest de lege. Et qui se conuerteret ex toto corde, faceret utique quicquid in se est. Cum aũt dicitur Deus neminem obligasse ad aliquid de cuius transgresione uel impletione non possit nobis constare, dico satis esse, si possit nobis cõstare probabiliter & morali quadã certitudine, an im-

Euidentes nob actus nostri interiores.

1.Cor.2.c

A pleamus, uel prętergrediamur diuina mandata, neq; requiri, ut possimus de hoc habere euidētiam, uel fidei certitudinem. Quod omnis transgressio uel obseruatio mandatorū diuinorū nobis possit moraliter innotescere, neq; aliter eorum transgressiones posse nobis ad nouā culpam imputari, his argumentis ualemus ostendere. Primo. Inhumanum esset, & contra bonitatē diuinā ad ea, quæ nullo modo possunt innotescere obligare. Secūdo. Oēm omissionē, uel transgressionem præcepti, quę nobis imputatur ad culpam, tenemur confiteri ex præcepto confitendi omnia mortalia. Non tenemur aūt confiteri, quæ nobis nequeunt innotescere. Tertio. Imputari nequeunt ad nouam culpā, quæ fiunt cum ignorantia inuincibili. Sed semper est ignorantia inuincibilis, quādo nobis non potest cōstare de omissione uel transgressione præcepti. Quarto. Si peccare possemus in eo, in quo an peccemus, nec ne, scire non possumus, peccare ergo possemus in eo quod uitare non possumus. Perinde enim est aliquem obligari ad impossibile, & obligari ad aliquid, quod licet ei possibile sit, scire tamen non potest, an ad illud teneatur, & an illud expleuerit, an prætergressus fuerit. Ex æquo enim præter uoluntatem nostram contingent, quæ uitare non possumus, & quæ scire nō ualemus, neque possunt uoluntaria esse nobis, quę sunt penitus ignota. Et si Deus non potest pręcipere impossibilia factu, uel prohibere impossibilia uitatu, quia imputari nequeunt ad culpam inuoluntaria, neque poterit pręcipere, quę nō possunt sciri, atque ideo similiter sunt inuolūtaria. Q͛d

Ois transgressio uel impletio præcepti potest constare moraliter.

Argum. 1.
Argum. 2.
Argum. 3.
Argum. 4

B uero necessarium non sit, ut per fidem uel euidentiam queat nobis nota esse omnis impletio uel transgressio mandatorum, & Deum ad aliquid obligare, aut saltem aliquid requirere pro consecutione suę gratię, de cuius executione, uel intermissione nobis nō potest neq; euidenter, neq; certo per fidē constare, sic possumus approbare. Requirit Deus dolorē de oībus pc̄tis ex toto corde pro cōsecutione suę gratię, requirit & carentiā oīs ignorātię uincibilis. De istis aūt nō possumus certi esse euidenter neq; ex fide, ut iam diximus. Itē. Licet certū sit apud oēs doctores, dolorem de peccatis ex toto corde, & propter Deū sufficere ad consecutionē gratię, tn̄ cū sciamus, Deū non obligasse ad dolorē intensissimū, digladiantur inter se doctores, qualis sit, et quātus ille dolor de peccatis, quē Deus sic pręfixit, & pręscripsit oībus pc̄toribus in pręcepto, ut eo posito mox restituat eos in suā gratiā, eo aūt non posito, nequaquā eis recōcilietur. Satisq; habemus hoc esse probabilius, & cōius in schola, oēm dolorē de pc̄tis propter Deū, etiam momētaneū, & remissum, sufficere ad cōsecutionē gratię, si aliunde nō sit impedimentū. Et ne hoc putetur durū, aut peculiare quidpiā existimetur esse, quod in pręcepto pnię finxerimus ad euadendū hoc difficile argum. possumus etiā in alijs pręceptis idē ipsum ostēdere. Nō est. n. euidēs, aut certū ex fide, quātū, & quousq; obliget pręceptū sanctificationis sabbati, sed multa sunt dubia inter grauissimos doctores circa hoc. Ideq; possumus ostēdere de pręceptis dilectionis Dei & proximi. De quibus, etiā tēpus, quo obligāt, sub cōtrouersia est.

Aliquorum præceptorum impletio aut trāsgreßio certa nobis esse non potest, neque per fidem, neque per euidenter.

Argum. 1.
Argum. 2.
Argum. 3.

Et ut grauia dubia, q̄ sunt circa obseruationē aliorū pręceptorum decalogi, C
itermittamus, certè, ut stati. c. 41. explicabimus, nulli pōt euidēter, aut certo
ex fide cōstare se esse baptizatū, uel absolutū, & tñ oēs nō baptizati tenētur
ad baptismū, & oēs pc̄tores baptizati ad cōfessionē sacramētalē, et sic stricte
tenēt, ut si qdē cōstaret alicui se nō eē baptizatū, aut baptizato pc̄tori cōsta-
ret se nō eē absolutū pp maliciā sacerdotis baptizātis uel absoluētis, tenerent
illi uerè dare operā, ut ista sacra rursus susciperēt. Nō igit i suis p̄ceptis reqsi-
uit deus hāc exactā certitudinē, ut euidēter nobis posset, aut certo ex fide cō
stare eoꝝ ipletio, uel trāsgressio, neq; eo usq; pgressus est i explicatiōe suoꝝ
p̄ceptoꝝ, neq; p se, neq; p suos pphetas, ut eiusmodi certitudinē de eoꝝ im
pletione, uel trāsgressione possemus hr̄e, sed cōtētos nos esse uoluit huma-
na, & morali certitudine. Neq; maior perspicuitas, aut certitudo requirit in
pręceptis humanis, tametsi quantū fieri posit, adniti debeāt, & principes,
& prælati, ut euidenter uel certo saltē, sua præcepta eorūq; uis, & obligatio
Replic. 1 innotescere posint oībus, quibus ea imponunt. Dices. Cōstare nobis pōt
per fidē nullo nos laborare errore i fide. Alioqui neq; per fidē certi essemus
Respon. 2. nos esse fideles. Verum non omnis error, aut obliuio, aut incōsideratio est
error in fide. Neq; cum dicimus non posse per fidem constare, q fecerimus
quod ī nobis est, quia nequit nobis esse certū nulli nos esse obnoxios igno
rantiæ uincibili, hoc ad errorē aliquē in fide referimus, sed ad errores huma
nos siue obliuiones, aut inconsiderationes, quæ possunt salua fide cuicunq;
Replic. 2. contingere. Quō uero inquies culpabile potest esse, aut ad culpā nobis im- D
putari, quod an sit peccatū, scire nequimus? Certè quæcunq; ignorantia est
inuincibilis, de qua nequit nobis constare. Etsi illa fuerit inuincibilis, pecca
tū non erit, quod per eam admittimus, maxime si Deū diligamus & dolo-
rem actu de peccatis nostris habeamus. Nulla quidē est ignorantia in nobis
culpabilis, ratione cuius dicamur non facere quod in nobis est, de qua non
posit nobis constare. Non esset. n. alias ea ignorantia culpabilis, neq; impe
diret iustificationē nostrā. Si nanque exēpli gratia Petrus existimet se facere
quod in se est, & tñ non faciat, quia licet putat se dolere de pc̄tis suis propter
Deū, uerè tñ nō dolet propter ipsum, sed timore pœnæ, uel propter damna
ex peccatis secuta, potest Petro constare, se non dolere de peccatis suis pro-
pter Deum. Et alioqui non imputaretur ei illa intermisio doloris propter
Deum. Et si non faciat quod in se est, quia cum dolet de peccatis suis omni-
bus, & proponit seruare omnia mandata diuina, tamen non deponit erro-
rem, uel ignorantiam, in qua est, sed potius actu, uel uirtute, uult in ipsa per-
seuerare, poterit re uera sibi constare de suo errore, uel ignorantia. Nā aliter
nō ei imputarētur, sed potius cū nullū aliud habeat impedimentū, uerè esset
in gratia. Et si cū uerè existimet se facere quod in se est, id tñ non faciat, quia
nō dolet tāto tp̄e & tāta intēsione, quāta tenet dolere, pōt ei hoc notū esse.
Si. n. nō posset hoc ei esse notū, nō ei noceret tepiditas illa, et breuitas sui do
loris. Ex hoc tñ non sequit, posse nobis cōstare generaliter, an aliqua labo-
remus

A remus ignorãtia culpabili. Quia ſicut in communi Theologorum opinione poſsumus uitare quodcunque peccatum ueniale, non tamen poſſumus iuxta cõem ſententiã uitare omnia, ita quanuis poſsit nobis cõſtare de quacunque ignorantia culpabili, non tñ inde conſequens eſt, ut poſsit ſic cõſtare de oĩbus, ut ſciamus nos nulla laborare ignorantia uincibili. Et quanuis poſsit cõſtare de quocunque præcepto, an illud impleamus, an nõ, non tñ poteſt cõſtare, an oĩa præcepta impleamus, necne. Deinde. Licet nobis poſſit moraliter cõſtare oĩs ignorãtia noſtra culpabilis, non tñ neceſſe eſt, ut nobis per fidẽ, uel euidẽter conſtare poſsit, ꝙ nulla tali ignorantia laboramus. Atq; hinc reddi poteſt aperta ratio, propter quam, licet poſsit idolatris & infidelibus, immo etiam aliȷs peccatoribus certo ac plane euidenter conſtare, ſe diligere uerè creaturas ſuper omnia, & omnia facere, quæ ad earum cultum & obſeruationem, & ad ipſarum amorem promerẽdũ neceſſaria ſunt, non tamen poteſt cõſtare iuſtis, an perinde in Deum uerum affecti ſint. Plura.n. requiſita ſunt ad comparandum Dei amorem, qui neminem amat, niſi omnia mandata abſolute & fideliter expleat, & nullum debitum officiũ neque in ipſum Deum, neque in quenque proximorũ, neq; in ſeipſum intermittat. Et cum multo præcellentius ſit a Deo amari quam ab aliȷs, mirandũ nõ eſt, ſi minorem certitudinem habere poſsimus de neceſſariȷs ad amorem Dei obtinendum, quam de illis quæ ſufficiunt, ut dæmoni placeamus, & extra Dei gratiam ſimus. Sed hactenus de hoc graui & protrito argumento, progrediamur ad alia.

B

Neque ex uitæ mutatæ experientia, neque ex pace & lætitia iuſtorum ſatis idonee colligitur certitudo fidei de gratia. Cap. XL.

SEd & experientia mutatæ uitæ, quam peccatores poſt pœnitentiam in ſe ſentiunt, & pax ac lætitia iuſtorum nobis obȷciunt. Atque ex his certitudinẽ gratiæ ſic colligunt. Cum.n. peccatoribus, ubi pniam uerã fecerint, ea diſpliceant, quæ ante placebant, & ea placeant, quæ ante diſplicebant, & quæ ante præ horrore nolebat tangere anima ipſorum, ea præ anguſtia cibi ſui ſint, & cinerẽ tanquam panem manducent, & lachrymis multo ſuauius potentur, quam ante uini hauſtu optimi, & eleemoſynis libentius uacent, quã prius congerendis, & accumulandis pecuniȷs, & continentia ſuauior illis ſit, quam antea erant carnis uoluptates, qui dubitare poſſunt eiuſmodi mutationem dexteræ eſſe excelſi, & adueniſſe in ſe.ss. a quo uno proficiſci poſſunt iſti & aliȷ ſimiles tam ſancti, & tam nobiles, & tam noui, & inexperti antea ipſis affectus? Atque hinc uidetur docuiſſe Bernar. certo colligi poſſe præſentiam.ss. Nam ut alia ipſius teſtimonia, quæ aliȷs locis opportuniora erunt, nunc intermittamus in ſerm.1.in.8.Paſch. apertè dicit. Sanè nouum ſuperueniſſe ſpiritum, certiſsime noua conuerſatio uitæ teſtatur. Et in in ſer.1. Pent. cum doceret tria operari in nobis Spiritunſanctum, ut declinemus a malo, uidelicet, cõpunctionem, ſupplicationẽ, remiſsionẽ,

Obiect.4 *Bernard.* *Tria.ss.efficit, ut declinemus a malo.*

ita scribit. Initium reuertendi ad Deum pœnitentia est, quam sine dubio spi- C
ritus operatur, non noster, sed Dei. Idque & certa ratio docet, & confirmat
autoritas. Quis enim cum ad ignem uenerit algens, & fuerit calefactus, du-
bitabit, ei ab igne uenisse calorem, quem habere non poterat sine illo? Sic
ergo qui prius in iniquitate erat frigidus, si postmodum seruore quodam
pœnitentiæ accendatur, alium sibi spiritum, qui suum arguit, & diiudicat,
aduenisse non dubitet. Habes hoc & in Euangelio, ubi cum loqueretur de
Io.16.b spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, Ille, inquit, arguet mundum
de peccato. Sed quid prodest pœnitere de culpa, & non supplicare pro
uenia? Necesse est, ut etiam hoc spiritus operetur dulcedine quadam spei
replens animum, per quem fiducialiter postules, nihil hæsitans. Vis ne
ostendam tibi etiam hoc opus esse Spiritussancti? Vtique dum abest ille, ta-
le aliquid in tuo spiritu non inuenies. Denique ipse est, in quo clamamus
Abba pater, ipse qui postulat pro sanctis, gemitibus inenarrabilibus. Et
post pauca, cum doceret ad faciendum bonum tria in nobis efficere eun-
dem spiritum, nempe monere memoriam, docere rationem, mouere seu af
ficere uoluntatem, ita subdit. Memoriæ suggerit bona in cogitationibus san
ctis, atque ita ignauiam nostram, torporenque repellit. Propterea quoties
huiusmodi suggestionem boni senseris in corde tuo, da honorem Deo, &
age reuerentiam Spirituisancto, cuius uox sonat in auribus tuis. Ipse nanque,
Io.14.d est qui loquitur iustitiam. Et in Euangelio habes, quia ille suggeret uobis om-
nia, quæcunque dixero uobis, & aduerte quid præmiserat. Ille docebit uos D
omnia. Dixeram enim, quia docet rationem. Et quia scienti bonum facere,
& non facienti peccatum est illi, mox subiicit. Propterea nō solum moneri,
& doceri, uerum etiam moueri, & affici ad bonum necesse est, ab eo utique
spiritu, qui adiuuat infirmitatem nostram, & per quem in cordibus nostris
diffunditur caritas, quæ est bona uoluntas. Hæc Bernardus. Ex quibus
satis dilucide uidetur posse inferri, & ista non posse esse, nisi ab Spiritusan-
cto, & qui ea habuerit, & in se expertus fuerit, nihil debere dubitare de
præsentia Spiritussancti. Sed ualidius hoc ipsum uidetur posse probari ex
pace & lætitia, quam iusti in se experiuntur. Nunquam siquidem tanta pax,
nunquam tanta tranquillitas & serenitas conscientiæ, nunquam tanta læ-
titia & exultatio inuenietur in peccatoribus. Hæc autem omnia securita-
tem, & certitudinem de sua iustificatione uidentur requirere. Vbi enim ali-
qua inesset formido iustis de re huiusmodi, cum eam unice desiderent, re-
quirant, & in precio habeant, non pax, sed metus et turbatio, non lætitia, sed
mœror, & tristitia, non securitas, sed anxietas & solicitudo eorum animos
occuparet. Et confirmari hoc potest quia non uidetur satis decere boni-
tatem & clementiam diuinam, sic sibi uoluisse nos inseruire, ut nunquā etiam
totum quod in nobis est pro ipsius obsequio facientes, possimus certi esse,
nos ei gratos esse & placere. Magisque hoc tyrannici, & difficilis domini, quam
benigni & humani esse uidetur. Iudaicum etiam & pharisaicum dicunt, &

Tria ss. operatur, ut faciamus bonum.

A magis legi timoris quàm amoris conueniẽs, docere homines, semper time re de sua salute, cum uoluerit nos dominus seruire ei in lętitia, & quę postu- *Iaco.1.a* lamus in fide postulare nihil hæsitantes. Ipse.n. dixit. Omnia quęcunq; oran *Marc.11.c* tes petitis, credite, quia accipietis, & euenient uobis. Et Ioan. ait. Perfecta ca *1.Io.4* ritas foras mittit timorem. Qui hæc aut similia contra nos putant grauiter *Responsio* facere, in multis sanè uidentur decepti. Non enim expendunt differentiam inter certitudinem, dubium, & opinionem, & inter certitudinẽ fidei humanæ & diuinæ. Neque intelligunt, quæ ad pacem, lætitiã, & securitatem conscientiæ sufficiant. Quis etiam sit timor, quem caritas foras mittit, uidentur ignorare. Et præsentiam. ss. per gratiam gratis datam, cum præsentia ipsius per gratiam gratum facientem confundunt. Quoniam uero de discrimine certitudinis humanæ fidei & diuinæ, & utriusque a dubio & opinione lu- *c.2.3.&4* culenter iam egimus, cõtenti erimus, alia nunc, ne quispiam decipiatur, pro uirili nostra disserere. Enimuero ad pacem & lætitiam conscientiæ immo etiam ad securitatem, quæ potest haberi in uia, satis esse potest certitudo humana de gratia. Quod si hæc nequeat haberi, dequo postea uidebimus, potest profectò ad ista omnia sufficere opinio uehemens de nostra iustificatione. Satis est enim opinio probabilis de consecutione honoris alicuius, aut uictoriæ, uel emolumenti alicuius, quod impensè optamus, ut gaudeamus, & exultemus, dum uel per coniecturas, & indicia aliqua, & argumenta probabilia, eo inclinamus, ut credamus, nos ea assecutos, & uoti nostri cõpotes esse effectos.

B Verũ illud uerè dicitur, cũ qui dubius esset, & anceps de sua iustificatione, neq; pacem posse habere in conscientia, neq; lętitiã, aut securitatẽ, sed tristis, & mœstus sit, & perplexus, & anxius, & inquietus, oportet, donec illud dubiũ ex aĩo suo deponat, & persuadere sibi incipiat, aut saltem alijs credere, fecisse se, quod in se erat, neq; Deũ qui benignus, & suauis est, et diues in misericordia, amplius aliquid a nobis exigere, quã nos possimus, et scire, & sine magna difficultate pręstare. Et possunt ista exẽplo quodã familiari declarari. Habet maritus bonus pacem in aĩo suo, et exultat non parũ, cũ probabiliter credit se inuenisse, & habere adeo bonã, et fidelẽ uxorẽ, ut neq; *Ioel.2.c* uel leuissima aliqua causa occurrat suspicãdi, uel conijciendi aliquid cõtra fi- *Eph.2.a* delitatẽ ipsius. Et ut securus sit de ipsa, totoq; die eã solã domi relinquat, ma *Cõmodum* iorẽ certitudinẽ non requirit, quã eã probabilitatẽ, quã cõiter de mutua fide *exemplum* sua habent inter se tales coniuges. Vbi uero maritus de fide uxoris suæ dubitare incipit, & sibi persuadere non potest se habere bonã, & fidelem uxorem, neque pacem potest habere in animo suo, neque lætitiam, & mœstus, & anxius incedit, & amarulento est, & inquieto animo, neq; domo egredi audet, & solã ueretur relinquere. Et quemadmodum qui sic dubius est de fidelitate, & probitate suæ uxoris, parum, aut nihil illi fidit, & parua, uel nulla ab ea auderet postulare, neque libenter illius familiaritate utitur, contra uero, qui persuasionem habet probabilem de fide, & probitate ipsius etiam si non omnino sit certus, omnia illi fidit, omnia apud eam audet, omnia sibi

de illa pollicetur,& gratissimam habet illius familiaritatem,ita sanè licet du- C
bius de sua gratia,parum fidat Deo,parũ apud eum audeat, parua sibi de eo
pro eo tẽpore polliceatur,neque eam lętitiã possit assequi, aut eam magni-
tudinem dulcedinis in se experiatur,quam abscondit Deus timentibus se,&
reuelauit illis,qui in ipsum sperant, tamen qui certitudinem humanam, uel
persuasionem saltem ualde probabilẽ habent de sua gratia apud Deũ, fidu-
cialiter agunt apud ipsum,omnia illi credunt, omnia ab eo sperant, in eum
etiam omnem solicitudinem secure projiciunt,neq; quicquam habent pre-
ciosius,aut dulcius,quam ei adhærere,quã eum amare,& laudare,quã eum
Sap.12.a glorificare,& prędicare.Et gustare hi possunt,quam bonus,& suauis est do
Esa.66.c minus & uberibus consolationis eius inebriari.Quandiu tamen in hac uita
Quis timor permaneat cũ quantacũque caritate. uiuunt,non omnino securi sunt,neq; omnẽ formidinem,aut timorẽ de sua
gratia,aut de sua perseuerãtia a se expellunt.Norunt quippe illa.Beatus uir,
qui semper est pauidus. Cum timore, & tremore uestram salutem opera-
mini.Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Ne laudaueris hominem in ui-
ta sua.Et casus sanctissimorum uirorum , ne superbiant , & prorsus sine ti-
more sint,præ oculis habẽt.Neq; obliti sunt illius admonitionis psalmistę.
Pro.28.c Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Diligenterq; didicerunt
2.Co.7.d ex Paulo,habere se thesaurũ gratiæ in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtu-
1.Co.10.d tis Dei,non ex nobis.Neque perfecta caritas foras mittit timorem,aut for
Psalm.2 midinẽ de gratia diuina,aut saltẽ de nostra perseuerãtia. Quo.n.quisq; plus
2.Co.4.b Deũ diligit,& amoris uinculis ei arctius coniungitur, eo solicitus est magis D
1.Io.4 de illis,quę Deo placẽt,& cauet illius offensam studiosius,& ueretur cũ Iob
oĩa opera sua,ac timet grauius, ne tñ beneficiũ culpa sua perdat . Sed pellit
quidẽ a se perfecta caritas,neq; secũ admittit seruilẽ timorẽ,quo quis Deum
timet,ut seruus dñm,dũtaxat.s.ob paratas sibi pœnas,si eũ offendat. Expel
lit & timorẽ illũ perfecta caritas,quo quis sic Deũ timet,ut anxius sit, & du
bius,& uelut diffisus de sua salute,ne q; sibi quicquam audeat boni, aut pla-
cidi de diuina benignitate,& mãsuetudine polliceri. Habet.n.omnis caritas
fiduciam de diuina misericordia,& liberalitate semper secum coniunctã, &
comitem.Et perfecta caritas absq; certitudine fidei multa bona audacter,&
constanter sibi de Deo pollicetur,& uelut Deo intima, & impauida sic sępe
in diuina irrũpit arcana, & cũ ipso Deo tã familiariter,tanque amanter mi-
scet colloquia,ut celsitudinis,& maiestatis ipsius penè uideatur oblita.Non
igitur Iudaicam,aut Pharisaicam docemus doctrinã, cum docemus, nemi-
nem posse hic citra Dei reuelationem certum ex fide esse de sua gratia , neq;
perplexos,& ambiguos,semperq; de sua iustificatione nutãtes facimus ho-
mines,neq; pacem, & lętitiam conscientiarum auferimus, neq; quæ legi ti-
moris magis,quam quæ legi amoris conueniant, tradimus,ut perperã no-
bis objiciunt aduersarij.Sed ea nitimur hominibus persuadere,quæ humi-
Lu.18.b litatem decent Christianam, quæq; doceant oẽs sobrie sapere,& a Pharisæi
Euangelici supercilio contineant,eaq; rõne,& confidentiores eos,& auda-

A ciores,& securiores & magis lętabundos,& in ueriori & tutiori pace conscientiæ constituant. Necq; qualiscunq; uitæ mutatæ experientia certitudinẽ fidei de gratia præstare potest,sed duntaxat coniecturam ipsius probabilẽ, uel certitudinem moralem. Alia nanque est præsentia,quam.ss.sui exhibet iustis,dum eos templa sua efficit,& filios Dei,atq; hæredes uitæ æternæ cõstituit,& alia,qua nos adiuuat & excitat ad actus naturæ nostrę impossibiles,aut ualde difficiles. Et sicut peccatores dono prophetię & gratia miraculorum nonnunq; impartit, ita & ad egregios uirtutum actus peccatores quandoq; excitat & adiuuat. Atq; ab hoc auxilio,& bonorum habituum acquisitione prouenire posset,ut longe alios & ualde dissimiles affectus in se aliqui experiantur abillis,quos prius sentiebant, etiamsi nondum peruenerint ad Dei gratiam. Quod & tum maxime contingere posset, cum illi p̃seuerarent in peccato,tantummodo ob ignorantiam aliquam culpabilem. Atq; hęc pro testimonijs etiam Bern. satis nunc poterunt esse,quia inferius illa cum alijs eiusdem copiosius elucidabimus.

Vitæ mutatæ experẽtia certitudinẽ tãtum p̃babilem præstat de gratia.

Ex susceptis sacramentis non habetur certitudo fidei de gratia. Cap. XLI.

QVam uero gratiæ certitudinem ex illis,quę in se iusti experiuntur, satis stabilire nequeunt,qui gratię incertitudini aduersantur,pergũt & contendunt ex ui & efficacia sacramentorum suadere. Sacramẽta,aiunt,efficacissimę & certissimę causę gratię existunt,& ad hoc nobis be- *Obiec. 5*
B nignissime a Deo donata sunt,ut supplerent,quod nostrę existimationi deesset,ac certos nos redderent impartitę nobis suę gratię. Derogant igitur ipsis,ac de uerbis Christi dubitant,seu formidant,qui non certo & absq; ulla formidine assentiuntur,se fuisse gratiam per illa cõsecutos, siquidem ea pro humana fragilitate reuerenter deuote,& absq; conscientia lętalis peccati susceperint. Christus enim dilucide in Euangelio promisit gratiam suam digne suscipientibus Baptismum,Pœnitentiam,& Eucharistiã. Et Ecclesia idẽ ipsum de alijs quatuor sacramentis definiuit. Vnde & Pau. generaliter & intrepide affirmat. Quotquot baptizati estis,Christum induistis. Et alibi tuto & secure accedere posse ad eucharistiam tradit eum,qui se probauerit. Et p̃ pœnitentiam certo asseuerat Corinthium incestuosum,atq; ipsos etiã Corinthios salutem assecutos. Hoc insuper ueritas formarum sacramentalium uidetur exigere. Nam si non semper consequuntur gratiam,qui Baptismũ, aut pœnitentiam reuerenter suscipiunt,quomodo sacerdotes in cunctanter affirmant,se eos baptizare aut absoluere? Si dubitare posset pœnitens, an per absolutionem sacerdotalem gratiam consequatur,posset,ut argumẽtatur Lutherus,dicere sacerdoti affirmãti se illum absoluere. Tu mẽtiris. Atque ista omnia dilucidiora possumus facere ex testimonijs sanctorũ. Amb. lib. 3. de sacramentis aperte asserit animam recens baptizatam,uidere oculis fidei se mundatam ab omnibus peccatis. Videt, inquit,uidet oculis fidei. Qui ergo possit dubitare de sua gratia,quę se mundatam ab omnibus pec-

Gala. 3. d *1. Cor. 11* *2. Cor. 2 & 7* *Amb.*

catis uidet. Quæ uidemus, certa utiq; & indubitata nobis sunt, neq; de illis C
possumus, etiamsi uelimus, ambigere. Sed & urgere aliquanto magis uidētur, quæ sequuntur. Cohuertens enim statim sermonem ad hominem baptizatum, subdit. Ideo præsume, non de operatione tua, sed de Christi gratia. Gratia enim saluati estis, dicit Apostolus. Noc hic est superbia, sed deuotio, non est arrogantia, sed fides. Ex his palam uidetur Amb. sensisse, certam esse baptizatis suam gratiam, idq; non utcunq;, sed certitudine fidei. Siquidem & oculis fidei dicit uideri ab eis suam mundiciam, & præsumptionem de gratia per Baptismum accepta clare affirmat, non esse arrogantiam,
Locus. 1 sed fidē. Neq; minus aperta sunt pro his testimonia Aug. In illa uerba Pau-
Au. Ro. 8 li. Siquis spiritum Christi non habet, hic non est eius, referente Beda, sic scribit. Ecce adiuuante ipsius misericordia spiritum Christi habemus, & ipsa delectatione iustitiæ, integra fide, catholica fide, spiritum Dei nobis inesse cognoscimus. Quibus uerbis clarius potuit explicare nos per fidem cogno-
Locus. 2 scere nostram iustificationem? Sed ut intelligas, quod modo præcipue agimus, ex sacramentis istam illum collegisse certitudinem, audi quid in. c. 1. libelli de medicina pœnitentiæ scribit. Non ea, inquit, nobis dimitti precamur, cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, quæ iam in Baptismo dimissa esse credimus, nisi de ipsa fide dubitamus, sed utiq; de quotidianis peccatis hoc dicimus. Ecce apte habemus ex Aug. de fide ipsa dubitare, qui du-
Locus. 3 bitat, an sibi sint dimissa peccata in Baptismo. Et huc spectat, quod in quendam psalmum diserte tradit competere fidelibus & sanctificatis in Christo, D
ut ausint dicere. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Non enim
Locus. 4 hæc est superbia elati, sed confessio non ingrati. Verum luculentius multo est, & ualidius in nos pugnat, quod. c. 3. lib. 1. contra literas Petiliani Donatistæ idem scribit. Cum enim conaretur confutare hæresim Donatistarum afferentium, per baptismum collatum a malo ministro neminem iustificari, & peculiariter illa uerba Petiliani niteretur refellere, conscientia dantis attenditur, qui abluat accipientis, hoc præcipuo argumento illos impugnat. Esset enim, inquit, salus spiritalis incerta, neq; quispiam posset esse securus, quātuncunq; daret operam, ut a bonis Baptizaretur, si conscientia dantis attenditur, quæ latet oculos accepturi, neq; ad aliquid absurdius ibi deducit Petilianum. Quod si inconueniens est salutem spiritualem esse incertā, possunt igitur iusti ex sententia Augustini de sua salute esse certi. Et confirmari hoc potest, quia c. 7. admonet, ut Donatistis obijcientibus hęc uerba. Conscientia dantis attenditur, qui abluat accipientis, respondeant fideles hunc in modum. Sæpe mihi ignota est humana conscientia, sed certus sum de Christi misericordia. Et cum audierint. Qui fidem a perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum, respondeant. Non est perfidus Christus, a quo fidem percipio, non reatum. Et cum audierint. Omnis res origine, & radice consistit, & si caput non habet aliquod, nihil est, respondeant. Origo mea Christus est, radix mea Christus est, caput meum Christus est. Et cum audierint.

A Quæ poteſt eſſe peruerſitas, ut qui ſuis criminibus reus eſt, alium faciat innocentem, reſpondeat. Me innocentem non facit, niſi qui mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Nō enim in miniſtrum, per quem Baptizor, credo, ſed in eum, qui iuſtificat impium, ut detur mihi fides ad iuſtitiam. Hæc Auguſtinus. In quibus uidetur aperte aſſerere, poſſe legitime baptizatos certos eſſe de ſua iuſtificatione, & conſtāter aſſerere ſe eſſe factos innocentes in Baptiſmo, neq; poſſe per maliciam dantium impediri uirtutem Baptiſmi. Quæ omnia ex diametro pugnant cum omnibus, quæ ſupra aſſeruimus. Atque hæc omnia hoc argumento Theologico communire poſſumus. Certa ſunt & finita, quæ requiruntur ad digne ſacramenta ſuſcipiendum, neq; ponendum obicem gratiæ, quam ipſa in ſe continent, & efficiunt in quocunq; non ponenti obicem, & de illis poteſt cuicunq; Chriſtiano, aut ſaltem doctis uiris conſtare, an ea apponant, nec ne. Si enim exempli gratia, ut quis digne accedat ad ſacramentum pœnitentiæ requiritur diſplicentia de omnibus peccatis propter Deum, & propoſitum ſeruandi omnia mandata, & uitandi quancunq; Dei offenſam ſupra omne uitabile, & examinatio diligens conſcientiæ, quantum probabiliter exiſtimatur requiri, & ſufficere, ut poſsimus omnia lęthalia peccata cōfiteri, quæ nunquam ſumus confeſsi, de iſtis omnibus euidentiā poſſumus habere, & certo poteſt nobis conſtare, an illa fecerimus, uel habeamus, nec ne. Et quicquid ſit de ſacramento pœnitentiæ, quod plura, & maiora requi-

B rit, certe ad Baptiſmum non requiruntur ut multum, niſi iſta tria, diſplicentia ſcilicet de omnibus peccatis, quæ quis commiſerit, propoſitum ſeruandi omnia mandata, & uoluntas ſuſcipiendi Baptiſmum, ad deponendum ueterem hominem, & inchoandum nouam uitam. Et de iſtis cuicunq; utēti ratione poteſt euidenter conſtare. Et ſaltem eum, qui nullius mortalis peccati eſſet ſibi conſcius, indubitatum uidetur poſſe iuſtificari, ſi habeat præter duo poſteriora dolorem in generali de peccatis, ſi qua forte per ignorantiam admiſerit. Neq; quiſquam doctorum catholicorum plura requiſiuit, ut quis iuſtificetur per Baptiſmum. Neq; Eccleſia requiſiuit unquam plura a catechumenis, ut poteſt patere ex catechiſmis Eccleſiaſticis, & ex illis, quę ex Auguſtino ſtatim referemus. Et cum doctor ſubtilis in locis. c. 15. citatis dicit, qualencunq; diſplicentiam de peccatis ſufficere cum Baptiſmo, nō hęc uelut propriam opinionem tradit. Sed uelut ea, quæ communia fuiſſe uideantur, & certa ſuo tempore. Et niſi iſta, uelut certa recipiant, incerta erit ualde doctrina ſacramentorum, & ipſe ingreſſus primus ad uitam, & periculoſum eſſet ualde ſuſcipere ſacramenta Eccleſiæ. Verum iſta quę tam multis, et quidem non ſine cauſa iactantur, quibuſq; maxime freti uidentur, qui certitudinem gratiæ tuentur, tripliciter poſſumus infringere. Primo. Eſto certa ſint, & finita, quæ requiruntur ad dignam ſuſceptionem ſacramentorum, nemini tamē poteſt ſatis certum eſſe nihil ſeſe eorū intermiſiſſe. Quia inter ea, quæ neceſſaria ſunt ad dignam ſuſceptionem ſacramentorum illud Reſpon. 1.

uel in primis ex cõsensu omnium requiritur, ne sit in ea suscepturo aliquis C
error, uel aliqua ignorantia uincibilis. Et nisi illam deponat, nunquã qui ea susceperit, iustificabitur, quantuncunq;, dolorem habeat de suis omnibus peccatis, & propositum seruandi omnia mandata. Alioqui & multos necesse erit fateri iustos, & si moriantur, saluos fore, qui obstinate permanent in suis erroribus. Quare, cum nullus posit per fidem, esse certus, quod careat omni ignorantia culpabili, ut supra ostendimus, & Paulus uidetur testari, cum ait. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, uel ex hoc liquere potest nemini posse esse certam ex fide suam iustificationem, etiam per sacramenta. Neq; hoc est sane, quia doctrina Ecclesiæ circa ista sit incerta. Certa enim est & indubitata, sed quia nemini potest satis constare, an huiusmodi aliqua ignorantia, uel inconsideratione obicem sacramentis ponat, quod quidem & nouit Ecclesia, & explicat cunctis necessarium esse, ut per ea iustificemur. Sed neq; uideo esse usquequaq; certum, etiam cessante errore, uel ignorantia uincibili, sufficere, quæ computata sunt, ad iustificationem cum sacramento Baptismi, uel pœnitentiæ. Non est enim apud omnes certum, sacramenta ista conferre primam gratiam. Quin de sacramento pœnitentiæ grauissimi autores tenent contrarium, & de sacramento Baptismi, & generaliter de omnibus sacramentis Maioris in. 4. idem tenet. Quod si ista sacramenta non conferunt primam gratiam, probabile erit requiri ad dignam eorum susceptionem tantam dispositionem, quanta sufficiat sine ipsis ad gratiam, & qui illa sine ea reciperet, uel peccare mortaliter, D
uel siquidem per ignorantiam inuincibilem excusetur, neq; assequi gratiam, neq; peccare mortaliter, sed & in eorum sumptione dari medium accessum, quem plærię; non infimi nominis autores circa susceptionem sacramenti Eucharistæ tuentur. Itaq; omnibus dubijs & hęsitationibus de nostra iustificatione potest esse locus secundum prædictas opiniones, etiam susceptis sacramentis, quibus & posset esse illis non susceptis. Quare cum istæ opiniones damnatę non sint ab Ecclesia, licet oppositæ sint multo probabiliores, non est, unde magis certitudo fidei de gratia nostra posit colligi propter suscepta sacramenta, quam propter nostras dispositiones. Vtq; radicitus totum hoc argumentum subruamus & eneruemus, dico tandem, etiã si certum sit ex fide ad gratiam sufficere cum sacramento Baptismi uel Pœnitentiæ, qualencunq; pœnitentiam peccatorum, cum proposito seruandi mandata, & uoluntate suscipiendi Baptismum, adhuc tamẽ non sequitur nobis posse certam esse ex fide nostram gratiam. Quanquam enim cuiuis potest constare euidenter, an ista habeat, nec ne, nemini tamen certum esse potest ex fide, uel euidenter, ut c. 17. tradidimus, se esse uere Baptizatum, uel absolutum. Quia requiritur adhæc sacramenta & alia omnia conficienda intentio faciendi quod Ecclesia facit, ut apertissime diffinitum est in Concilio Florẽtino, & in sessione. 7. nostri huius concilij, can. 11. de sacramentis in genere. De intentione autem ista nullus potest absq; diuina reuelatione certus esse p̱ fidem,

1. Cor. 4

Respon. 2.

Mag. sent.
Alex. Hal.
Gabr.
Maio.

S. Bona.
Gers. Cai.
& alij.

Respon. 3

A fidem,uel euidentiam.Quis enim teste Paulo,scit hominum quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis,qui in ipso est.Neq; salua fide crediderim posse defendi,quod quidam uir pius,idemq; doctissimus,ob obliuionem, ut ipse interpretor,definitionum Ecclesiæ tuetur,non requiri intentionem ministri ad conficiendum hęc sacramenta,sed satis esse,si exterius ostendat,se uelle conficere,quod Ecclesia intendit. Nam sanctus Thomas ut inquit tertia parte,quæstione sexagesimatertia, articulo octauo satis esse ad hæc sacramenta tradit intentionem Ecclesiæ, quæ uerbis sacramentalibus exprimitur,ubi contrarium exterius non ostenditur. Et alioqui, quomodo, ait, hęreticus,qui non credit sacramentis Ecclesiæ, uere baptizaret? Cunque euidentissime quis faciat,quod Ecclesia intendit,qui addit, possibile est baptizantem non habere intentionem baptizandi? Et cur non potius credamus ita nobis notam esse ipsius intentionem,ac notum putamus & indubitatum,eum habere intentionem,percutiendi,quem uidemus nullo cogẽte alterum percutere.Sed hæc argumenta nullius planè momenti sunt. S. Thomam pie satis exponit Caietanus in citato loco.Et quidquid in eo arti.dixerit,& in.4.d.6.palam est statim in art.10.eum dicere ueritatem sacramenti non subesse,siquis derisorie uel ioco & non serio sacramentum conferret.Et quanuis in corpore art.adiecerit,pręcipue si exterius eam peruersitatem intentionis minister manifestet,tamen in resp.ad.2. nullum tale temperamentum adiungitur.Et cum in.q.68.art.7.ad.2.& in.4. d.6. palam asseueret,rebaptizandum esse adultum,qui non habuisset intentionem suscipiendi sacramentum,idq; Innoc 3.clare definierit,quomodo credamus illum sensisse,non esse requisitam intentionem ex parte ministri, qui uerius, & principalius concurrit ad sacramentum conficiendum?Nam suscipiens, tantum concurrit passiue. Hęreticus uero ideo rite baptizare potest,quia licet erret circa sacramentum Baptismi, potest tamen uelle facere quod faciunt fideles,ut si forte uerum sit quod ipsi sentiunt,non careant sui tanto salutis remedio.Et ita multi possunt facere pleraq;,quæ alij faciunt,etiamsi ea credant esse inutilia,ut uel ea ratione celent suam perfidiam. Vnde & illi peccato superstitionis peccant,qui faciunt,quæ docent superstitiosi uel necromantici,& apostasiæ uel idolatriæ peccato obnoxij sunt, qui se iuxta ritum Iudæorum circuncidunt,uel thura idolis offerunt,quantuncunq; hæc inutilia & uana credant.Et nisi hoc credebatur esse possibile,cur eo recursum est,ut diceretur non esse necessaria intentio ministri ad conficienda sacramenta?Quæ potest esse magis manifesta contradictio,quam asserere hæreticum non habere intentionem faciendi,quod Ecclesia facit, & tamen rite baptizare propter intentionem Ecclesiæ, & rursus adiungere, non esse possibile,ut quis non habeat intentionem faciendi quod euidentissime facit?Sed in hunc paralogismum ideo inciditur,quia nõ aduertitur, aliud esse proferre uerba sacramentalia quod nunquam fit sine intentione proferendi,aliud conficere sacramentum Baptismi,quod potest non intendi ab eo,

1.Cor. 2.c
Necessaria est intentio ministri ad cõficienda sacramẽta.

B Maiores de bap.& eius eff.

qui profert uerba,& in omnibus ostendit se exterius uelle illum conficere. C
Quod si potest hæreticus carere intentione baptizandi, tametsi exterius baptizet,non igitur ita nota mihi est hæc illius intentio,ac intentio me percutiendi in eo,qui me nullo cogēte percutit.Neq; si esset ita nota,nota esset censenda ex fide uel euidenter.Neutra enim intentio maiori certitudine nobis nota esse potest,quam morali.Quare illud nullatenus est cōcedendum, quod & idem autor ait,certiores nos esse quoad nos,ꝙ rite sumus baptizati,quam quod rite Baptizatus consequatur gratiam. Et uel ipsa absurditas & impietas,quam hæc uerba sonant,deterrere quenuis debent ab eorũ in quenuis sensum assertione. Atque ex his liquere potest,quid ad illa, quæ magis urgent,respondere debeamus,quæ ad probādam ex susceptis sacramentis certitudinem gratiæ inducta sunt. Non enim dubitamus, sed certa fide credimus,eos omnes iustificari,qui digne suscipiunt sacramenta.Neq; tantum ineptum,& periculosum,sed plane hæreticum censemus, eos gratia sacramenti fraudare,qui se uere probant & conscientiam suam discutiūt ad ea reuerenter suscipienda.Tantum autem dicimus,neq; per fidem,neque euidenter posse quempiam scire,an illa susceperit,uel se idonee & quantum necesse est ad ea sumenda parauerit.Neq; ideo ab eis suscipiendis continere se quis debet.Satis quippe est,ut ea sine periculo sumātur,probabilitas moralis de sufficienti præparatione.Et ueritas formarum sacramantalium Baptismi,& pœnitentiæ nihil amplius exigit,quam ut uere mundentur & absoluantur a suis peccatis,qui se ad illa legitime disposuerint, neq; sacerdotes D
per illa uerba,Absoluo te,aliud intendunt significare,quam quantum ex se est,absolutionem peccatorum efficacńer pręstare. Quamobrem nemo deberet dubitare de sua gratia,qui putat rite ad ea se præparasse, & deuote ac reuerenter ipsa susceperit. Siue autem dubitet,siue non,indigni sunt sacerdotes,quibus illa irrogetur contumelia,de qua argumentatur Lutherus. Et ut potest colligi ex statim dictis,non solum iniuste,sed & falso eis tam contumeliosa uerba dicerentur,etiam si constaret pœnitenti se propter suam indispositionem remansisse post eius absolutionem in peccato. Et quoniam

Resp. ad Ambr. dum nulla apparet causa dubitandi de legitima dispositione ad Baptismũ, & de intentione baptizantis,quicunq; fidelis certo credere debet, se esse interius mundatum,atq; hanc persuasionem causat fides de efficacia Baptismi merito Amb.animam recens baptizatam asseruit se oculis fidei uidere mūdatam,& eam pręsumptionem non esse arrogātiam sed fidem.

Resp. ad 3 locū Aug. Et Aug. ob eandem causam asseruit fideles posse dicere Deo. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Et quia prudētia humana dictat,ut in officijs & operationibus humanis contenti simus certitudine humana in.9. Cofess.admonet,ne quispiam oret pro peccatis sibi dimissis in Baptismo.

Resp.ad.2 locum. In loco autem citato ex lib. de utilitate pœnitentię propterea dicit dubitare de fide,qui dubitant dimissa sibi esse peccata in Baptismo,quia cum non dubitēt se rite baptizatos,& fecisse præscripta sibi ad Baptismum reuerenter suscipiendum,

A consequens est ut de efficacia Baptismi dubitent. Nam solum dubium de efficacia & uirtute Baptismi uisum ei esse dubium de fide, ex illis, quæ & ibi & alibi dicit, facile possumus approbare. Ibi nanque hoc tantum uelut constans & certum tradit, in Baptismo salutarem omnium peccatorum fieri remissionem, & pœnitentiam parturire nouum hominem, donec per ipsius sanctificationem Baptismi in nouam uitam baptizatus nascatur. Et cum in Baptismo omnia peccata deleri ex testimonio Petri probasset, catechumenos sic alloquitur. Ergo interim nunc, siqui forte assunt ex eo numero, qui baptizari disponunt, credimus enim eos adesse tanto ad uerbum studiosius, quanto ad indulgentiam uicinius, hos primum paucis alloquimur, ut erigant mentes in spem, ament fieri, quod nō sunt, oderint, quod fuerint. Nouum hominem nasciturі iam in uoto concipiant. Quidquid de uita præterita remordebat, quidquid angebat conscientiam, quidquid omnino uel magnum uel paruum, uel dicendum uel non dicendum, non dubitent posse dimitti, ne forte quod uult Dei miseratio dimittere, cōtra se teneat humana dubitatio. Et hoc confirmat, sicut faciunt Cypri. & Hierony. exemplo illo, quo omnes Ægyptios mortuos esse in mari rubro scriptura testatur. Nam mare rubrum significasse putat aquam Baptismi cruce Cristi consecratam, qui pro nobis sanguinem fudit, & transitum ipsum per mare rubrū typum fuisse Baptismi omnia Ægypti peccata delentis, & aquis submergētis. Et cap. 2. cum quæreret, Quæ debita nobis dimitti oramus, cū dicimus, *Catechumenorum exhortatio* *Cyp. ep. 7 li. 4. Hiero. 1. cōtra Ioui.* *Bap. mare rubrum.*

B Dimitte nobis debita nostra, respondet. Quandoquidem debita hic intelligi non possunt, nisi peccata, quæ debita dimisit & in Baptismo, iterum, ut dimittat oramus? Certe mortuus est omnis Ægyptius, qui sequebatur. Si nihil de sequentibus hostibus residuum factum est, quid oramus, ut dimittatur, nisi propter manus deficientes contra Amalech. Et male omnino sentit de eruditione, & pietate Augustini, qui putat ipsum sensisse, dubitare de fide, eum qui dubitat remissa sibi esse peccata, quia dubitat, an fuerit rite Baptizatus, uel an se sufficienter ad gratiam Baptismi disposuerit, atque ideo duntaxat dubitat de accepta remissione peccatorum. Hoc enim dubium est de facto parum spectanti ad fidem, & non de fide ipsa, neque de accepta remissione peccatorum. Tantum autem esset dubium de fide ipsa, cum oriret ex dubio de efficacia Baptismi. Et eodem modo, eum qui post Baptismum peccasset, & absolutus esset a sacerdote, possemus dicere, dubitare de fide, si dubitet remissa esse sibi peccata quo ad culpam, & tamen nemo intelligeret, id affirmari de dubio, quod quis haberet de sua iustificatione propter dubium de sua dispositione, uel intentione sacerdotis absoluentis, sed solum intelligeretur, de dubio emananti a dubio de efficacia clauium. Et ideo forte Augustinus in fine libelli citati de pœnitentiæ medicina, uelut dans locū huiusmodi dubio, uel formidini, ita scribit. Sed fac esse incertum, utrū ignoscat Deus. Quid perdit, cum supplicat Deo, qui salutem perdere non dubitauerit, cum offenderet Deū? Quis enim certus est, quod etiam imperator *Exo. 15. a 17. c*

ignoſcat. Et tamen pecunia funditur, maria transmeant ur, procellarum in- C
certa ſubeuntur, & pene, ut mors uitetur, mors ipſa ſuſcipitur, ſupplicatur
deinde per homines homini. Sine dubitatione fiunt iſta, cum ſit dubium
quo fine proueniant. Et tamen certiores ſunt claues Eccleſiæ, quàm corda
regia, quibus clauibus quodcunq; in terra ſoluitur, etiam in cœlo ſolutum
eſſe promittitur. Et multo eſt honeſtior humilitas, qua ſe quiſque humiliat
Eccleſiæ Dei, & labor minor apponitur, & nullo temporalis mortis peri-
culo mors æterna uitatur. Hæc Aug. Et quidem in autoritate citata eodem
Cyp. modo locutus uidetur Aug. quo Cyp. in ſerm. de eleemoſyna, ubi ita ſcri-
bit. Eleemoſynis & fide delicta purgantur, non utiq; illa delicta, quæ fuerãt
ante contracta. Nam illa Chriſti ſanguine, & ſanctificatione purgantur.
Item denuo dicit. Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit pec
catum. Hic oſtenditur quoq;, & probatur, quia ſicut lauacro aquæ ſpiritua
lis, gehennæ ignis extinguitur, ita eleemoſynis atq; opationibus iuſtis deli-
ctorum flamma ſopitur. Et quia ſemel in Baptiſmo remiſſa peccatorum da
tur, aſsidua, & iugis operatio Baptiſmi iſtam imitata, Dei rurſus indulgen-
tia largitur. Hæc Cyp. Eundem etiam in modum locuti ſunt & patres in
Concilijs, & doctores in ſuis ſcriptis, quotienſcunq; aſſeruerunt in Baptiſ-
Hier. 3. in Pelag. mo omnia peccata dimitti. Et nominatim ita loquitur Hiero. cum conce-
dit Critobulo, ſtatim a baptiſmate hominem peccato carere & migrare ad
dominum, ſi mox de hac uita morte ſubtraheretur, ante quàm aliquod ad
mitteret peccatum. Quod enim non omnino integram ſecuritatem Bapti- D
zatis his uerbis tribuerit, ſatis indicat in ſequentibus ſubnectens. De baptiſ-
matis fonte ſurgentes, & regenerati in dominum ſaluatorem, impleto illo
Pſal. 31 quod de ſe ſcriptum eſt, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum
tecta ſunt peccata, ſtatim in prima corporis communione Chriſti dicunt.
Et dimitte nobis debita noſtra, quæ illis fuerant in Chriſti confeſsionę di-
miſſa. Quanuis ſit hominis perfecta conuerſio, & poſt uitia atque peccata
uirtutum plena poſſeſsio, nunquid ſic poſſunt eſſe ſine uitio, quomodo illi
qui ſtatim de Chriſti fonte procedunt? Et tamen iubetur dicere Dimitte no
bis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, non humili-
tatis mendacio, ut tu interpretaris, ſed pauore fragilitatis humanæ ſuam cõ
ſcientiam formidantes. Hæc Hiero. Ex quibus patere poteſt, non fuiſſe illi
uiſum dubium de fide, dubium de remiſsione peccatorum obtenta in Ba-
ptiſmo, quando de illa dubitatur duntaxat ob pauorem fragilitatis huma-
næ. Nam cum non ſemper peccemus, non uidentur hæc tantum dicta eſſe
Reſ. ad 4 locũ. Aug. propter peccata commiſſa ſtatim poſt baptiſmum. Atq; ex his non erit dif
ficile reſpondere ad ea, quæ ex eodem Aug. allegata ſunt ex libro contra li
teras Petiliani. Primo enim neq; omnia argumenta Aug. ſunt demonſtra-
tiones, neq; cuncta, quæ dicuntur a doctoribus de certitudine ſunt referen-
da ad certitudinẽ fidei, præſertim quæ ſit ex parte intellectus, neq; ſi aliquid
poſſumus credere, aut aſſerere, neceſſarium eſt, ut & id ſit nobis certum, prę
ſertim

A ſertim certitudine fidei. Et in capitulo.7.lib.1.non docet Aug.nos reſpondere, certos nos eſſe de noſtra iuſtificatione, ſed certos nos eſſe de Chriſti miſericordia. Deinde uero quæ citata ſunt, de incertitudine ſalutis noſtræ ſpiritalis, non ſunt intelligenda de incertitudine ex parte intellectus, ſed de incertitudinè ex parte rei. Non enim ad hoc inconueniens deducit Auguſtinus ibi Petilianum, q nos non poſſemus eſſe certi de noſtra ſalute ſpiritali, ſed ad hoc potius, quod uere inconueniens, & abſurdum, & impium eſt, quòd noſtra ſalus eſſet incerta, hoc eſt q non certo poſſemus ſalutem aſſequi, neque certum eſſet nos poſſe obtinere ſalutem ſpiritalem. Et q iſte ſit germaniſsimus ſenſus Auguſtini, ne quis a me cõfictum cauſetur, ex ipſius uerbis poſſumus cõuincere. Ita enim ibidem, ait. Sed quomodo, & de bonis ſecuri erunt, ſi conſcientia dantis attenditur, quæ latet oculos accepturi? Ita ſecundum eorum ſententiam fit ſalus illa ſpiritalis incerta, dum contra Scripturas ſanctas, quæ dicunt, Bonum eſt confidere in domino, quàm cõfidere in homine, Et maledictus omnis, qui ſpem ſuam ponit in homine, *Pſal. 117*
ſpem baptizandorum auferunt a domino Deo, & in homine ponendam eſſe perſuadent. Vnde fit omnino, ut non incerta, ſed prorſus nulla ſit ſalus. Quia domini eſt ſalus, Et uana ſalus hominis. Itaq; quiſquis in homine ſpẽ *.3.*
põſuerit, etiam quem iuſtum, & innocentem nouit, maledictus eſt. Vides *.107.*
ut Auguſtinus, non ad incertitudinem intellectus, ſed ad incertitudinem ex parte rei deduxit. Ita enim impugnat opinionem Donatiſtarum, quaſi aperte diceret, & citra omnem ambiguitatem. Si pendet a bonitate miniſtri uirtus Baptiſmi, nutaret, & uacillaret, dubiaq; eſſet ſalus ſpiritalis, ſicut & ipſa bonitas miniſtrorum, a qua pendet, immo prorſus nulla eſſet noſtra ſalus. Si enim pendere credatur a bonitate miniſtrantium, in illis ergo conſtituere uideremur noſtram ſpem, & ita non iam ſalui, ſed maledicti eſſemus, quia maledicti omnes, qui ſperant in homine. Et ut hunc ſenſum magis perſpi- *Hier. 17.a*
cuum faceret, ex opinione illorum hoc inconueniens, ſtatim ſubintulit, nẽpe originem eſſe, & radicem, & caput Baptiſmi ipſum, qui baptizat, ſi pendet Baptiſma a bonitate miniſtrorum, & id aſſerentes recidere aſſeuerat in ſchiſma Corinthiorum dicentium, Ego quidem ſum Pauli, Ego autem *1. Cor. 1. b*
Apollo, quos Paulus duriſsime obiurgauit illis uerbis. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Neq; Auguſtinus hic, aut alibi credidit, non poſſe impediri effectum Baptiſmi per maliciam miniſtrantis nolentis facere quod Eccleſia facit. Et ſi uoluiſſet, acquieſcendum eſſet potius concilij Florentini, & Tridẽtini citatis definitionibus. *Conc. Flo.*
Tantum autem uoluit Auguſtinus, hoc conſtare inter catholicos, non ob eſſe baptizatis maliciam conferẽtium Baptiſmum. Quod quidem ſatis eſt, ut moraliter poſsimus certo credere, & aſſerere, nos baptizatos eſſe, & iuſtificatos, & innocentes eſſe factos per Baptiſmum. De nullo enim miniſtro tantum ſcelus præſumendum eſt, ut nõ ſerio, neq; uere, ſed ioco, uel ficte baptizet quempiam. Licet de multorum bonitate, & quidem ſæpius quàm

Respõ. ad i. locum. uellemus, merito ambigamus. Quoniã autem, quidquid sit de his, uel illis Baptizatis, hoc certum & indubitatum est, in Ecclesia semper esse fuisseq;, et in æternum fore. ss. ideo incunctanter dicit Aug. in loco primo aduersum nos citato, integra & catholica fide nos cognoscere spiritum Dei nobis inesse. Quippe si ad se uel alium, direxisset sermonem, nũquam dixisset, se hoc nosse catholica fide. Nam catholica fides non est, nisi de obiecto communi & catholico. Neq; sufficeisset Augustino, ex propositione communi & catholica conflari eam fidem, ut catholica fide hoc agnosci diceret. Alioqui & qui hanc certitudinem fidei haberent, dici possent habere certitudinem fidei catholicæ. Cunq; Augu. non de se tantum ibi loquatur, & de nullo alio certus esse potuerit, q̃ haberet spiritũ Dei, nunquam si ad particulares personas uerba sua retulisset, dixisset integra & catholica fide nos agnoscere inesse nobis spiritum Dei? Quis enim ita loqueretur communiter fidelibus, nisi crederet cũ Luthero, omnes eos habere spiritũ dei, & de hoc certos esse

Replicatio per fidem? Sed adhuc uidetur superesse fortis quædam replicatio, quęq; maxime possit constabilire certitudinem gratiæ ex susceptis sacramentis. Videtur enim certum esse ex fide tantundem ualere sacramenti fidem, & uotum ad remissionem culpæ, ac ualeret ipsum sacramentum re exhibitum, quando uel articulus necessitatis illud impedit, uel sola malicia eius qui debebat illud administrare, & tunc omnino apud clæmentissimum dominum uoluntatem pro facto reputari. Nam alias aliquis damnaretur per id quod non est in sua potestate. Neque de illo Iudæo, qui cum esset in mortis articulo solus inter Iudæos, se ipsum in aquam mersit dicendo, Ego me bapti-

Debitũ, de bap. et eius effectu. zo in nomine patris, & filij, & Spiritussancti, Amen, uere dixisset Alex. tertius. Si talis continuo decessisset, ad patriam protinus euolasset propter sacramenti fidem, & non propter fidei sacramentum. Hoc siquidem præstare non poterat solus flamminis Baptismus, qui non absoluit a culpa, & pœ

Apostoli. de presb. nc. bapti. na sicut Baptismus fluminis. Innoc. etiam. 3. expresse dicit incunctanter se asserere, eum presbyterum gaudium esse cœlestis patriæ adeptum, qui licet mortuus fuerit sine unda baptismatis, tamen in fide sanctæ matris Ecclesiæ, & Christi nominis confessione perseuerauit. Hoc autem asseri ab eo non potuit, nisi credidisset certum, fidem sacramenti potuisse prodesse illi presbytero ad remissionem peccatorun, omniunq; pœnarum, quas debebat pro peccatis. Et si fides sacramenti præstare potest remissionem totius pœnæ, quæ debetur pro peccatis, præstare etiam poterit remissionem culpæ, quã faceret Baptismus, quando non est ex parte nostra, q̃ illũ non suscipiamus, sed ex malicia, & dolo conferentis. Nam multo magis consonum uidetur bonitati diuinę, ut suppleat uicẽ Baptismi quo ad remissionem culpæ, quã quoad remissionem pœnę. Et decere magis uidetur clæmentiam diuinã, ut malicia alterius non impediat iustificationem nostram, quam ne impediat

Respon. relaxationem pœnarum. Neq; ista tamen nos de nostra statione dimouebunt. Verum est, in his casibus uoluntatẽ pro facto reputari, & nemini im-

A putandum in eiusmodi casibus, quod non susceperit Baptismum. Neque si tum contingat quempiam dānari, qui saluus fuisset, si suscepisset Baptismū dānabitur ille propter culpam aliquam quam commiserit non suscipiēdo Baptismum, sed damnabitur propter alia peccata, neq; ut obÿcitur, propter illud quod non fuit in sua potestate, sed uere propter culpam subiectā suæ ipsius libertati. Potuit nanq; quiuis ita perfecte cōuerti in Deum, ut etiā si decederet sine Baptismo, saluaretur. Et cum Deus gratis dederit hoc priuilegium sacramentis nouæ legis, ut iustificent eos, qui non habent sufficiētem pœnitentiam, non est cur queramur, si quantum ad participationem huius tanti beneficÿ non reputet pro facto uoluntatem, sed locum det & articulo necessitatis, & maliciæ ministrantium, ut impedire queant tantum beneficium, & uel in hoc puniat remissionem & negligentiam nostram in faciendo dignam, & idoneam pœnitentiam ad consequendum suam gratiam. Neq; oppositum diffinierūt, aut senserunt pontifices statim citati. Nō enim quidquid dicitur a summis pontificibus in suis epistolis decretalibus censendum est ab eis esse diffinitum. Expectandum est quid ex professo in eis agatur, quis ue sit scopus, & intentio principalis cuiuscunq; epistolæ. Et ille tantum articulus existimandus est in eis diffinitus a sede apostolica, non autem quæ obiter, & minus ex professo ibi dicūtur. Atq; ideo, cū Alexander tertius ubi citatur, tantum exprofesso diffiniat, neminē posse seipsum baptizare, hoc unum pro certo tenendum est ex ea diffinitione, reliqua uero non est necessarium, uelut certa acceptari, satisq; est, si ut pia, & probabilia re- *Nō sunt de fide omnia quæ habentur. ĩ decretalibus.*

B cipiantur. Cum etiam Innoc. 3. in citata diffinitione solum uideatur uoluisse diffinire, posse per fidem Ecclesiæ, & Christi nominis cōfessionem saluari, qui propter articulū necessitatis decedit sine Baptismo, quantū ad hoc unū necessarium est illius diffinitionem acceptare, non uero quoad alia, quę obiter ibi dicuntur. Neq; uideo sane, unde ista potuerint diffiniri. Quoniam si pro dignitate rem istam expendamus, inconueniens uidetur tantam uim præbere fidei Baptismi quantam habet ipsum sacramentum, cum in aliÿs sacramentis hoc neq; diffinitum sit, neq; cōmuniter credatur, sed potius contrarium. Omnes enim credunt plus gratiæ, & remissionis pœnarum eos consequi, qui cum habeant contritionem, accipiunt etiam sacramenta Ecclesiæ, quam si tantum habeant contritionem, & propter defectum sacerdotis, maneant, uel moriantur sine sacramentis Ecclesiæ. Et longe quam par esset de pręcellentia sacramentorum sentit, qui tantam uim credit esse in uoto sacramenti, quantam in ipso sacramento, licet hoc tantum credat in articulo necessitatis contingere. Neq; Alexander, neq; Innocentius senserunt aut docuerunt fidem Baptismi sufficere ad remissionem omnium pœnarū. Quin Innocentius ad finem citati capitis expresse admonet episcopū Cremonensem, ad quem scribit, ut iuges preces, & hostias iubeat offerri pro presbytero memorato. Quod non faceret si illum diffinisset iam esse in cœlo. Et ex his, quæ statim ex Augustino & Ambrosio allegat, aperte docet, *Nō ē tāta uirtus fidei sacramēti, q̄nta sacramenti. Arg. 1 Notanda expositio c. Debitū, &c. c. Apostolicam.*

se nihil aliud uoluisse pro certo constituere, quàm Baptismum inuisibiliter C
ministrari illis, quos non contemptus religionis, sed articulus necessitatis a Baptismo excludit. Neque aliquid amplius diffiniuit, aut docuit Alexander.
Aliud ē uolare statim ad cœlum aliud peruenire statim
Nam aliud est statim euolare in cœlū, aliud statim peruenire. Volat statim qui mox incipit celerrime in cœlum tendere. Quod quidem etiam ei conuenit, qui decedit in salutis statu, & breui expedietur a purgatorio. Peruenit uero statim, qui nullibi moram aliquam facit, sed mox ut moritur, incipit esse in cœlo. Et ideo licet Alexander. 3. diffinierit Iudæum illum, de quo agebat, statim euolaturum fuisse in cœlum, si continuo decessisset, non propterea existimandus est uoluisse diffinire eum habiturum remissionem omnium pœnarum statim, si statim decessisset. Et hoc potest confirmari, quia nec Alexander, neque Innocentius habuerunt satis sufficientia motiua, ut uel Iudæum illum, uel presbyterum illum memoratos canonizarent, & definirent iam tum esse in cœlo. Itaque ex eorum definitionibus nihil contra nos habetur, sed nos potius ex definitione Innocētij habere possumus contra aduersantes, non tantam esse uirtutem fidei sacramenti, quanta est ipsius sacramenti. Atque ex his patet infirmitas argumenti, quo quidam ex uirtute sacramenti Baptismi, uel fidei ipsius certam pergunt facere nostram iustificationem. Sed quo magis eneruem & debilitem hoc argumentum,
Arg. 2
addam & ista. Nusquam legitur Deus fecisse tale pactum nobiscum aut expressisse hoc, uel innuisse in scripturis, neque in sacramento Baptismi, neque in alio sacramento, ut fides sacramenti tantum ualeat, atque ipsum sacramentum, & extra articulum necessitatis manifestum est non habere eam prærogatiuam fidem aut uotum Baptismi. Vnde ergo eis illam quis tribuat in tali articulo? D
Arg. 3
Et si de Iudæo memorato pro constanti haberetur, eum fuisse statim euolaturum in cœlum, si continuo decessisset, eadem ratione de quocūque decedenti sine Baptismo cum simili fide, & uoto idem deberet certo affirmari. Par quippe est ratio, neque aliquid peculiare constitit Alexandro de illo Iudæo, quod non constaret de quocunque petente Baptismum in articulo necessitatis, & contra uoluntatem suam decedente sine eo. Nā fides sacramenti, cui uni in textu uidetur imputari ea prærogatiua faciendi euolare statim in cœlum nemini deest, qui decedit cum uoto illud recipiendi, &
Arg. 4
absque obice ullo, qui impediret ipsius dignam susceptionem. Quod si de quocunque sic decedente sine Baptismo hoc assereretur, consequens profecto esset, ut etiam idem crederemus de quocunque ueniente ad gratiam, ante Baptismum, immo de quocunque habente ante Baptismum similem dispositionem, etiam si sola non ad id sufficeret. Insuper. Non sufficeret paruulo
Arg. 5
fides offerentium eum Baptismo, si minister ex malicia non haberet intentionem baptizandi, aut aliquo casu moreretur sine Baptismo. Et hoc diffinitum est ab Alexandro tertio, & libro quarto, latissime a nobis est probatum. Communiter etiam receptum est in Ecclesia, fidem sacramenti, non supplere uicem Baptismi, aut ordinis, quo ad characterem. Et quantuncunque
Non ut ap. ꝙ bap. & eius ef.
Arg. 6

A tumcunque legitime uideatur quis fuisse ordinatus, si tamen euidenter postea constiterit, eum non fuisse baptizatum in forma Ecclesiæ, quia non recepit characterem baptismalem, baptizandus est iterum, iuxta definitionem Innoc. 3. & concilij apud Compendium, & omnibus denuo initiandus ordinibus, ut posit in sacerdotio ministrare. Præterea. Quantuncunque aliquis baptizatus crederet, & uellet recipere ordines ab episcopo, qui talis communiter existimatur, si tamen casu aliquo aut malicia episcopi uel alterius, uel ipse episcopus non esset episcopus, uel non habuisset aliquam intentionem ordinandi eum, & hoc postea pro certo constaret, absque dubio iterum ordinandus esset, ut esset sacerdos, & ut communiter tradunt doctores thæologi, quidquid senserint aliqui ex canonistis, nec ille consecrasset eo tempore Eucharistiam, neque absoluisset quenquam, quippe qui nullam uere potestatem habuisset idoneam ad hæc præstandum. Quod si fides sacramenti non supplet uicem sacramenti, quo ad characterem, & præsentiam corporis Christi in Eucharistia, unde nobis uel probabiliter promittamus supplere quoad remissionem culpæ & pœnæ? Sed hactenus de certitudine ex susceptis sacramentis.

Veniēs de pres. non bap. et. c.1 *Arg.7* *Inno. albritius sum. cōf. li. 3. ti. 22. q. 8. Ange. uerbo. Bap. 7*

De incertitudine innocentiæ. Cap. XLII.

Quod non possunt aduersarij generaliter conficere, contendunt in aliquibus saltem particularibus personis a nobis extorquere. Et obijciunt nobis innocentes, qui nullum admiserunt lætale peccatum in uita, Hisque ut minimum putant, necesse esse, concedere certitudinem de sua iustificatione, saltem pro tempore propinquo principio usus rationis, & ante quam se ingesserint periculis, laboribus, & difficultatibus huius uitæ, in quibus paucissimi sunt, qui tueantur suam innocentiam. Et quod innocentes hoc saltem tempore certi posint esse de sua iustificatione, hac ratione conuincere se existimant. Ad remissionem originalis peccati certum est, sufficere propositū seruandi omnia mandata diuina, uel quod idem est, propositum honeste, & sancte uiuendi iuxta lumen, & ductum rectæ rationis. Et illi de hoc proposito possunt, non solum certitudinem, sed etiam euidentiam habere. Et præter hoc certi possunt esse, se non admisisse aliquod mortiferum peccatum. Possumus enim & nos de paucis diebus, aut saltem de paucis horis eiusmodi certitudinem habere. Quod si participes facti per confessionem sacramentalem de puritate, & sancto proposito eiusmodi puerorum, aut puellarum in principio usus rationis, eo modo sumus certi de ipsorum iustitia, quo certi sumus uerum nobis ab eis dici, cur non & ipsi habentes certitudinem, immo euidentiam de ueritate eorum, quæ nobis dicunt, poterunt certi fieri de sua iustificatione, si admoneantur a nobis sufficere illa ad remissionem peccati originalis? Concederem profecto totum, quod infertur, siquidem uel per nostram admonitionem, uel per suam aliquis industriam, aut diligentiam posit esse certus de sua innocentia quo ad lætalia peccata. Sed qui nobis ob nostram hu-

Obiec. 6 *Respon.*

B

militatem et utilitatem, ut supra docuimus ignotã esse, quo ad hic uiuimus, C
nostram iustificationem uoluit, ne quispiam superbiat de sua innocentia,
ignotum quoq; statuit esse nobis hoc tantum, & tam praecellens bonum.
Quod quidem uel ex hoc manifestum esse potest. Ignotum quippe est omnibus, & omnino incertum, quando primo uenerint ad usum rationis, &
an tunc se conuerterint ex toto corde ad Deum, ita, ut assecuti fuerint Dei
gratiam. Et quandiu hoc ignotum fuerit, necesse est, ignotam esse innocen-
1.2.q.89. art. ult. tiam. Quia non est improbabilis opinio sancti Thomae & suorum sequacium tenentium, quenlibet pro principio usus rationis teneri sub mortali,
sic se conuertere ad Deum, uel formaliter, uel uirtualiter, ut cõsequatur Dei
gratiam. Quae & ipsa problema est apud doctorem subtilem, ut patere potest ex distin. 7. 2. Atq; hac de causa licet de alijs horis, uel temporibus uitae,
quibus certum est non obligari nos aliquo adeo arcto, & rigido precepto,
certi esse possemus non admisisse nos laetale aliquod peccatum, de illo saltem tempore nullam certitudinem habere possumus. Ideoque multo minus de illo tempore conuincere possunt, quod uolunt aduersarij, de quo
maxime uidebantur sibi, posse se de nobis triumphare. Gratis tamen possemus eis dare, certos nos esse posse, quod non admiserimus sciẽtes aliquod
mortale peccatum. Sed ea certitudo, & pax conscientiae non reprehendentis cor nostrum de aliquo mortali crimine, fiduciam praestare potest, iuxta
1.Io.3.d uerbum Ioannis, apud Deum, ad certitudinem tamen de innocentia, uel iu
1.Cor.4 stificatione, non est sufficiens. Non enim mentitus est, qui dixit. Nihil mihi D
conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

De certitudine martyrum. Cap. XLIII.

Obiec.7 INducitur etiam contra nos fortitudo, & patientia, & laetitia, & exultatio martyrum. Videntur enim certi fuisse de sua salute, qui gaudebant in tormentis, & summo honore, sicut par erat, affici se existimabant, cum
contumelias aliquas, & opprobria pro nomine Iesu patiebantur. Illa tanta exultatio, quam prae se ferebant, indicium uidetur fuisse non obscurum
certitudinis, quam intra animum suum habebãt de hoc, quod Deo illa sua
tanta, tam rara, & tam admirabilis patientia uehementer grati essent. Nã si
de hoc certi non fuissent, nunquam tam alacres, nunquam tam laeti, nunquã
tam impauidi ad martyrium cucurrissent, neq; tanta, & tam grauia tormenta cum hilaritate tanta pertulissent. Verba etiam Christi uidentur & illos,
Mat.5.a & nos posse de ipsorum iustificatione certos facere. Beati enim, ait, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum, Beati estis, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes, propter me. Gau
10.d. dete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in coelis, Et alibi. Om-

A nis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Quod si beati illi sunt, & eorum est regnum cœlorum, & reposita est eis copiosa merces in cœlis, & Christus coram patre suo confessurus, & laudaturus est eos, qui Christum in persecutione cõfitentur, & propter iustitiam persecutionem patiuntur, possunt igitur procul dubio, & qui se uident, talia pati propter Christum, certi esse de sua iustificatione. Non enim stant cum iniustitia talia, & tam præcellentia elogia, neque tales, & tam magnifice pollicitationes. Si nos certi sumus, eos esse iustos, & sanctos, qui talia propter Deum passi sunt, & cum Iacobo beatificamus eos, qui illa sustinuerunt, & Ecclesia uel hoc solo nomine certa est de Martyrum salute, & omnes eos catalogo sanctorum annumerat, & iniuriam diffinit facere martyri, qui orat pro martyre, quare non etiam de se id ipsum sibi poterunt persuadere, quicunque uident se lætalia uulnera pro Christi confessione libenter excipere, & usque ad mortem uelle omnia grauia pro fide ipsius tolerare, cum ipsis certior possit esse sua fides, sua fortitudo, sua constantia, & sua uota quam Ecclesiæ, quæ sola exteriora uidet? Et quid est quod Christus ait, Maiorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis? Equidem maxima caritas stare nequit cum lætali peccato. Diligit siquidem Deus diligentes se. Itaque qui certi sunt, se non solum uelle mortem oppetere pro fide, iustitia, & gloria Dei, sed etiam oppetere, & iam grauia, & lætalia uulnera hac causa, & prompte, & libenter excepisse, & in ea passione uelle usque ad mortem perseuerare, certo poterunt credere se a Deo diligi, & esse in ipsius gratia. Ad hæc. Martyrium est sufficiens dispositio ad gratiam, posuitque ex lege iustificare innocentes pro Christo occisos sine ullo actu eorum. Ergo qui sunt certi de suo martyrio, certi poterunt esse de sua gratia, saltem ubi uiderint, se non ponere obicem tantæ gratiæ, sed uere habere pœnitentiam suorum peccatorum, & propositum seruandi omnia mandata, si superuixerint. Præterea. Si certus quis esset de bonitate, & gratitudine Petri, neque hæsitaret, quin ille diligeret diligentes se, certus esse posset se a Petro diligi, ubi certus esset, se grauia pro honore Petri pertulisse, & uelle etiam ad mortem usque in eis ferendis perseuerare, neque hoc ignorari a Petro. Cum ergo per fidem certi simus de incomparabili bonitate, & fide Dei & de scientia, quam habet omnium penetralium nostrorum, per eandem certi possunt, & debent esse martyres de sua gratia apud Deum, ubi certi sunt de sua fide & dilectione in Christum, & de uoluntate, & animo prompto patiendi omnia grauia usque ad mortem pro fide, & gloria ipsius. Insuper. Si uideamus aliquos dura, & acerba pro Christo pati, & in eis uelle usque ad mortem perseuerare, non dubitamus, eos fore saluos, si quidem in ea confessione usque ad mortem perseuerauerint, sed beatos illos, & fœlices pleno ore prædicamus, idemque scimus a sanctis omnibus, & præcipue a Cyp. & Aug. factitatum. Igitur dubitare nõ debemus, & illi multo

c. Cũ. Marthæ. de celeb. Missarũ

Ioan. 15

Prou. 8. b

B

magis certi esse possunt, & debent de sua iustificatione, quia multo magis C
certi esse possunt, & sunt de suo in Christum animo, & de sua fortitudine,
& constantia, & de beneficijs eximijs, quæ a Deo sibi tum conferri experiuntur, ut constantius, & alacrius propter illum omnia perferant. Amplius. Apud Deum uoluntas pro facto reputatur, neq; actus exterior auget meritum interioris. Et Deus neminem iustificat post mortem, quem non iustificauerit in uia. Sed martyres certum est fore iustos post mortem. Ergo etiam certum est, eos fore iustos ante mortem, & ex consequenti ipsi saltem, qui sciunt iam letalia habere se uulnera, & certi sunt de proposito perseuerandi in sua confessione, & maiora iam constanter tolerasse, quã supersint toleranda, certi poterunt esse de sua iustificatione. Qua ratione enim in ultima parte martyrij, quæ nonnunquam leuior, & minus meritoria est, Deus illis suam creditur, impartiri gratiam, eadem & in priori credendum est Deum ipsos iustificare. Non potest etiam constanter quis mar-

Philip. 1. g tyrium pro Christo ferre, nisi Dei ipsius gratia. Et hoc a deo, ait Paulus, non solum, ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Neque natura nostra debilitata, & extenuata per peccatum tantum, & tam præcellentem affectum, & tam repugnantem carnis affectui, & inclinationi naturali posset habere suis uiribus, nisi a Deo mirifice adiuuaretur. Et multo minus credendum est hoc posse, qui obnoxij sunt alicui letali peccato. Neque uerisimile est Deum adiuuare ad tam arduum, & tam præclarum opus, nisi eos, quos ipse diligit, & eo nomine in tantam uult gloriam prouehere. Item Martyrium Baptismus quidam est, & tali nomine honoratus D fuit a doctoribus Ecclesiæ. Inconueniens ergo uidetur, ne dicamus absurdum, non ei hanc prærogatiuam tribuere, ut certos efficiat homines de sua gratia apud Deum. Et uel hoc nomine deberet istud non negari. Accendere enim hoc poterit homines, & extimulare ad tolerantiam martyrij, & contraria sententia ab ea retrahere, uel saltem remissiores homines, & segniores ad rem tantam facere. Non occurrunt fortiora, neq; maiora argumenta, quibus iuuare possimus eos, qui pro singulari sui animi pietate, saltem martyribus uoluerunt istud priuilegium certitudinis de sua

Respon. iustificatione concedere. Sed neque istis adduci possum, ut credam aliquem martyrem, aut habuisse, aut habere potuisse certitudinem de sua iustificatione, nisi eam Deus illi reuelauerit, sicut reuelasse plærisque credendum est, etiam suam perseuerantiam, & repositam eis beatitudinis coro-

Propo. 1 nam, ut ea re alacrius, & fortius in sua confessione perstarent. Et quidem argumenta pene omnia statim facta, si probarent certitudinem gratiæ eadem ratione, ac fortasse multo maiori, possent probare certitudinem beatitudinis in martyribus. Testimonia enim scripturę, quæ allegata sunt, de co-

Causa letitiæ martyrum. rona, & ęterna beatitudinis mercede loquuntur. Et Ecclesia non solum sanctos, sed beatos credit omnes martyres. Exultatioq; martyrũ in tormẽtis, magis erat de præmio, et corona beatitudinis, quã sibi iam paratam, ac pe-

A ne pręsentem probabilissime credebant,& de constantia sibi a deo benigne concessa ad confitendum ipsius gloriam, quam de iustificatione sua. Nihil sibi iam illi alieni ab omnibus penè affectibus huius uitæ,de iustitia sua blan diebantur,sed ad ea,quæ sunt priora,nempè ad Dei gloriam, & ad immarcessibilem gloriæ coronam,quæ eos expectabat, totum suum animum ex tendebant, licet nonnunquàm etiam futurorum Dei iudiciorũ timore trepidabant,ut eleganter edisserit Ambro.in illa uerba psalmi, Principes persecuti sunt me gratis, & a uerbis tuis formidauit cor meum. Itaque si nemo unquam credidit ex doctoribus catholicis,certos ex fide fuisse martyres de æterna sua beatitudine,sine diuina reuelatione, nemo etiam propter argumenta facta certos ex fide debet eos credere fuisse,aut esse potuisse de sua iustificatione. Quanquàm autem sancti doctores appellant nonnunquã martyres,& egregios confessores,eos qui uincti erant propter Christum,& aliqua grauia tormenta, uel pericula citra mortem fortiter patiebantur, eodenque nomine,& titulo exornarunt,& beatam uirginem, & alias uirgines,& præclaros aliquos sanctos uiros,tamen Ecclesia nunquam, ut martyres coluit,neque priuilegia, aut prærogatiuas martyrij aliquibus concessit, qui non usque ad mortem perseuer. uerint in tolerantia tormentorum, aut carceris propter Christum, aut iustitiam. Est quippe,ut.S.Thom. recte credit, de ratione martyrij mors. Neque potest quisquam dici proprie martyr,aut martyrium quod ad salutem,& gratiam sufficiat,perpessus,nisi etiam mortem grato,& minime reluctanti animo pro fide uel iustitia tolerauerit. Nã alioqui multos martyres necesse esset fateri,esse in inferno, eos, uidelicet,qui cum grauia tormenta pro Christo passi fuissent,postea tamen uel in ipsis tormentis, uel ab eis absoluti ab ea uitæ sanctitate defecerunt, & condemnati sunt. Sicut igitur Ecclesia neminem colit, aut colendum tradit ut martyrem,donec consummauerit agonem suum,et uitam in tormentis, uel carcere pro Christo clauserit, ita ex nullis tormentis patienter toleratis propter Christum, potest in hac uita se quispiam uel alterum certo credere esse iustificatum propter prærogatiuam martyrij. Quandoquidem nõ est martyrium perfectũ,& consummatum ante mortẽ,& soli eiusmodi martyrio promissa est iustificatio,& merces uitæ æternę neq; cuicunq; cuiuscunque uulneris, uel tormenti, aut iniuriæ pro Christo tolerantiæ communis fieri debet laus, & prærogatiua martyrij. Neque omnino certum est inter doctores catholicos, sufficere ad remissionẽ peccati mortalis etiam ipsum martyrium perfectum & consummatum,siquidem illud patiatur, qui erat in mortali peccato, neque habeat pœnitentiam formalem suorum peccatorum. Est quidẽ hoc,ut lib.6.c.36.docuimus,multo probabilius suo opposito; tamen cum Christus dicat absolute, Nisi pœnitentiam egeritis,omnes similiter peribitis,nescio unde illud possim tradere, ut omnino certum,neque quantum recordari possum, quisquàm catholicorum autorum, quos legerim,hoc tradit pro certo. Et quemadmodum Paulus,& post eum Cy-

Propo.2 *Mors de rõne martyrij.* *2.2.q.124 art.4.* B *Propo.3* *Nõ est certum, sufficere ad gratiam martyrium sine pnĩa.* *Luc.13.a* *1.Cor.13.b*

Cypria. priamus,& Augustinus constanter tradunt, non satis esse ad salutem mortē C
August. subire pro Christo, si id fiat sine caritate, & in errore aliquo, uel schismate, ita etiam uidetur dici posse, non sufficere ad martyrium, tolerantiam mortis pro Christo, si eam quis toleret in aliquo peccato mortali absque ulla ipsius formali pœnitentia. Quod si de pœnitentia sufficienti ad reconciliandum nos Deo nemini potest, ut supra ostendimus, satis certo constare, neque poterit etiam constare de sua iustificatione per martyrium, præsertim cum neque illud habeat uirtutem, quam habent sacramenta, ut faciant de attrito contritum. Neque testimonia citata satis hoc conuincunt. Similiter enim loquitur scriptura de eleemosyna,& de remissione iniuriarum nostrarum, & de dilectione proximorum, & de tolerantia cuiuscunque contumelię,maledictionis,& persecutionis pro Christo,& tamen nullus catholicorum doctorum tribuit uim alicui iustorum iustificandi sine pœnitentia. Et sicut testimonia, quæ omnibus suscipientibus sacramenta gratiam uidentur promittere,communiter interpretamur,si quidem non sit obex peccati mortalis, qui hoc impediat,ita & exponere possumus,quæ omnibus cōfitentibus Christum gratiam & gloriam absolute pollicentur,& intrepidi,

August. in epi. ad Felicianū de Pœni. d. 1. Neminem Tres sunt, & Quis aliquando. minimeque dubij cum August. dicere. Nemo suæ uoluntatis arbiter constitutus potest nouam uitam inchoare,quin eum pœniteat uitæ prioris. Et quanuis martyrium merito dicatur baptismus, & sine ulla pœnitentia potuerit iustificare innocentes pro Christo occisos, tamen cū baptismus aquę non iustificet adultos sine pœnitentia, neque certum sit sufficere cū eo qualencunque pœnitentiam,mirandum non est,si quis dixerit,neque martyriū hoc posse præstare sine pœnitentia sufficienti ad salutem. Esto etiam maxima illa sit caritas, qua quis animam ponit pro amicis suis, tamen & de Deo & de quouis homine merito possumus ambigere, an acceptet nostrā pro ipso passionem sine pœnitentia,cuiuscunque offensæ grauis contra illum a nobis commissæ. Et cum martyres non possint esse certi de tali pęnitentia, neque poterunt esse certi de sua iustificatione absque Dei reuelatione. Et licet natura nostra in tam perfectos actus non sufficiat proprijs uiribus, immo ut illi & alij similes cum alacritate, & lætitia fiant, communiter necessarij sint habitus infusi, ex fauore tamen Dei speciali,& aliquanto maiori conatu & studio uirium nostrarum uidētur posse in nobis inueniri tales actus D

Cyp. in orat. domini. & de sīp. præla. Augu. ser. 44. par. 1. & lib. 2. ad Simp. q. 1. absque gratia gratum faciente. Vnde & Cyp. & August. palàm confitentur posse in hæreticis inueniri patientiam & tolerantiam mortis pro fide Christi. Non est quidem æquandus uerus martyr falso martyri, neque quoad affectum, neque quo ad effectum, ut egregie profecto & eleganter ante nos disseruit doctissimus Episcopus Catharinus in expurgatione sua. Quin & is, qui in lætali peccato mortem pro Christo pateretur, multis nominibus uinceretur ab eo, qui eam cum gratia toleraret. Nam in peccatoribus neque absoluta est ueritatis cognitio, neque uera lætitia, neque solida pax & constantia. Neque erroris tantæ sunt uires, quantæ ueritatis. Et hæretico

A rum morientium pro sua hæresi, quæ uidetur alacritas, & fortitudo, & con stantia, non fortitudo est, sed insania, furor, immanitas, mentis cæcitas, despe ratio, & auiditas gloriæ, atque obdurata quædam, & nimium pertinax propri e sententiæ dilectio, & fiducia. Veruntamen ista est cæcitas huius status, & medicina aptissima naturæ nostræ procliui ad superbiam, ut neque hi, qui uera mentis lætitia & fortitudine a Deo donantur, satis certo intelligere queant, an talia sint, quę in se experiuntur, ut non possint inueniri extra Dei gratiam. Cum itaque tantum dubium sit de martyrio perfecto, an sufficiat sine pœnitentia ad salutem, non deberet quisquam certum ex fide existimare, sufficere ad gratiam uoluntariam aliquorum tormentorum citra mortē perpessionem, aut uoluntatem quantuncunque efficacē moriendi pro Christo sine pœnitentia sufficienti. Certitudinem moralem de sua gratia ex tolerantia lætalium uulnerum possunt, si uolunt, & cum pœnitentia, & sine ea sibi persuadere, neque nos repugnamus, sed certitudinem fidei, unde possint sibi uendicare non uideo, neque nos tali certitudine certi possumus esse de ipsorum iustificatione. Tametsi etiam certū esset sine pœnitentia martyrium sufficere ad salutem omnibus peccatoribus, qui neque hæretici sunt, neque schismatici, & Deus in hac uita iustificationis gratiam impartiatur eis, quos optime nouit perseueraturos in suo martyrio usque ad mortem, non ideo tamen martyres certi esse possunt de sua iustificatione. Non est quippe ex fide certum temporis punctum, quo Deus eam gratiam largiatur. Nam posset B dare in quolibet tempore terminato ad instans mortis, si quidem homo desinat esse per primum non esse, & consequenter ea gratia inciperet fuisse, & in nullo instanti cœpisset esse. Si autem homo desinat esse per ultimum sui esse, sicut quidam defendunt probabiliter, quia anima successiue desinit informare corpus, & datur minima pars corporis, sub qua potest esse, defendi ualet gratiam martyrij dari in ultimo esse hominis, & tunc datam fuisse innocentibus pro Christo occisis, qui non erant circuncisi. Quare per martyrium nunquā plena certitudo suæ gratiæ haberi potest in hac uita a martyribus. Sed obijciunt quidā aduersus hæc omnia, pulcherrima uerba Bernardi. Stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter sacrum è carne sua circunspicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempè in tuto, nempè in petra, nempè in uisceribus Iesu, uulneribus nimirum patentibus ad introiendum. Si in suis esset uisceribus, scrutans ea ferrum profecto sentiret, dolorem non ferret, succumberet, & negaret. Nunc autem in petra habitans, quid mirum si in modum petrę duruerit. Hęc ille. Ex his autem uidentur iuxta Bernardum martyres non tantum esse certi, sed tuti etiam & securi de sua salute. Parum tamen expendunt propositum Bernardi in eo loco, qui hęc obijciunt. Non tutos esse martyres ostendere uult Bernardus. Si enim tuti essent, non modo de sua iustificatione, sed & de sua beatitudine certi essent, Vult tamen docere eos in tutissimo & firmissimo loco mentē

Propo. 4.

Incertū est punctū collatiōis gratiæ martyrij.

Ber. ser. 61 in Canti.

Vnde constātia martyrij.

Responsio

animumq; suum posuisse, nempè in uulneribus Christi, ut inde fortes red- C
dantur ad exuperandum, & contemnendum omnes corporis dolores. Et hoc ex antecedentibus, & consequentibus manifestissimũ esse poterit omnibus, qui ea legerint.

Neque ex Philosopho, neq; ex rebus, quibus comparatur caritas, idonee probatur certitudo gratiae. Cap. XLIIII.

Obiect. 8. OMnem mouent lapidem, qui uolunt certitudinem suae iustificationis & sibi, & aliis uendicare, & arrogare. Et ubi uidẽt parum se profecisse argumentis Theologicis, ad philosophum, & similitudines,
2.post.ca. ultimo. siue allegorias recurrunt. Atque in primis obiiciunt nobis illud philosophi inconueniens est nobilissimos habitus esse in nobis, & latere nos. Ita enim ille impugnat Platonem dicentem, omnem nobis inesse scientiam a nostra formatione, sed quasi obnubilatam & obrutam propter impedimenta aliqua, & nostrum scire nihil aliud esse, q̃ quodam reminisci. Quod si hoc uerum est de habitibus naturalibus, cur non & idem credamus de supernaturalibus? Cum igitur nobilissimus sit habitus gratia nostra informans, uel caritas, inconueniens erit, aiunt, eam esse in omnibus iustis, & tamen nemi-
Respon. 1. nem posse scire, an illam habeat nec ne. Laterem tamen lauant, cum nobis
Non oĩno ignoti nobis habitus nostri. putant aduersari Aristotelem. Non omnino dicuntur latere nos, quae sciri possunt a nobis scientia quadam humana. i. cõiecturali, siue morali, aut uiolenta aliqua praesumptione. Quo modo supra asseruimus nobis posse innotescere nostrã gratiã neq; maiorem sciẽtiam de habitibus naturalibus requi D
Respon. 2. rit Philosophus. Sed & quae ab eo dicuntur de habitibus naturalibus qui
Ignotiores sunt habitus sup naturales q̃ naturales. per actus possunt a nobis utcunque cognosci, non necesse est, neque iustum transferri ad habitus supernaturaliter infusos nobis. Nam hi duntaxat per fidem nobis possunt innotescere, propterea quòd licet actus praecellentes ab eis profluant per quos possent utcunque constare, tamen nobis non potest satis constare, an ab habitibus acquisitis, uel a potentiis nostris cum spe
Respon. 3. ciali Dei auxilio illi prodeant. Et ut de habitibus operatiuis supernaturali-
Ignotior gratia habitibus operatiuis. bus cõcederemus parẽ esse rationẽ, ac de naturalibus, certe de gratia infusa, uel de caritate infusa, quatenus facit nos & nostra bona opera grata Deo, & uitę ętern ę meritoria, par nõ est, sed lõge dispar ratio. Haec. n. conditio propria, quam facit in nobis, & in bonis actibus nostris, & q̃ non potest esse ab
1. Cor. 2. alio habitu, omni uia naturali ignota est, nisi Deus reuelet. Quę Dei enim
Obiect. 9. sunt, nemo nouit nisi spiritus Dei, et cui uoluerit ipse reuelare. Verũ caritas,
Luc. 12. f addunt, comparatur in scripturis igni, & lumini. Igni quidem secundum communem doctorum expositionem cum Christus ait. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut accendatur? Lumini uero comparatur, cũ
1. Ioan. 2 Ioannes dicit. Qui diligit fratrem suum in lumine est. Cum ergo & ignis & lumen sint maxime manifesta, & cognoscibilia, aut istae comparationes reiiciendę erunt, aut concedendum prorsus erit, posse a nobis cognosci nostrã caritatem. Quod & apparenter sic confirmant. Impossibile est de lege carita

tem

A tem esse in aliquo, & non magna operari, sicut impossibile est ignem esse alicubi, & neque ardere, neque comburere, neque sui aliquam notitiam alijs præbere. Magna .n. operatur Dei amor, si est, & si operari renuit, amor nõ est, sicut dicit Gregorius. Quicunque ergo caritatem habet, poterit nosse se eam habere. Verum symbolica Theologia non est argumentatiua, sicut dicit Dionysius. Et tolerandum non est, sicut dicit Augustinus contra Vincentium Donatistam, uelle dogmata firmare ex illis, quæ sunt posita in allegoria, nisi alijs testimonijs scripturarum illa possint firmari, & doceri ab Spiritusancto intēta esse. Et satis est, ut caritas ignis dicatur & lumen, quod mentes nostras uere illuminat, & ad amorem Dei & proximi iugiter inflāmat, & quod ea nobis, ubicunque sit, potest saltem coniecturis quibusdam constare. Vt enim hoc in genere moneamus pro omnibus argumentis defendentium certitudinem fidei de gratia, sæpe in his quinque grauiter paralogizant. Nam & quæ de certitudine coniecturali, aut morali dicuntur, quæque ea certitudine contenta essent, ad certitudinem fidei transferunt, & quæ de fiducia ad fidem, & quæ de fide absolute ad fidem uiuam, & quæ de donis Ecclesiæ, ad dona singulorum, & quæ de testimonio probabili Spiritussancti ad testimonium certum uel euidens. Verum hactenus de certitudine fidei de gratia.

Greg. ho. 30. in euā. Respon. 1. Diony. August. Respon. 2.

De signis, & indicijs seu coniecturis gratiæ. Cap. XLV.

B CVm ex prædictis satis constet, neminem posse in hac uita mortali certitudinem fidei assequi de sua iustificatione, nisi per diuinam reuelationem, tempus appetit, ut & illud edisseramus, an aliquam saltem minorem certitudinem obtinere de ea re possimus. Et quidem apud omnes, quos legerim, hoc uideo extra controuersiam receptum, posse quenuis iustum certitudinem coniecturalem de sua iustitia habere. Vt enim, neque penitus, sicut Damascenus dicit, reliquit nos Deus sine notitia sui, neque penitus nobis uoluit in hac uita innotescere, ita sublimem statum gratiæ, quē iusti omnes habent adoptati in filios Dei, & diuinæ facti consortes naturæ, neque penitus uoluit ipsis in hac uita notum esse, ne superbirent, neque penitus ignotum, ne nimium timerent, & desperarent. Nam manifesta notitia tātæ dignitatis paruulos, & ad elationem, & inanes glorias procliues, ad superbiam posset inflectere. Et qualis qualis tanti beneficij notitia ad amorem diuinum mirum in modum & excitare omnes potest, & trahere, atque inflammare. Certitudo autem coniecturalis, quā omnes doctores iustis omnibus concedunt possibilem, sicut patere potest ex his, quæ superius diximus, non est certitudo simpliciter & absolute, sed duntaxat est opinio ex coniecturis, signis, uel indicijs, aut argumētis probabilibus collecta. Cū .n. coniecturę, demonstratiua argumenta non sint, sed topica duntaxat, & probabilia, nullis coniecturis firmari sic potest intellectus noster in assensu alicuius propositionis, ut non hęsitemus de ueritate opposita. Signa autem probabilia ualde, quibus conijcere possunt iusti se esse iustificatos, sunt illa, quæ

1. Orthod. fid.

Cap. 5.

cap. 35. retulimus, & quę statim referemus ex diuo Bernardo. Verisimilia C
Alex. Hal. 3. par. q. 71 etiam nostrę iustificationis signa tria illa sunt, quorum meminit Alexander Halensis, lumen, lętitia, pax. Cum enim Deus lux sit augustissima, & prorsus inaccessibilis, quas inhabitat animas, luce implet, & circundat, ut & mysteria diuina, & agenda omnia, & se ipsos plenius possint cognoscere. Vbicunque enim habitant ueri filij Israel, lux est. Et iustorum semita quasi lux splendēs procedit, & crescit usque ad perfectum diem. Pręceditq; eos Deus in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem, donec ueniāt ad promissionis illam terram, ubi Deus sine ulla noctium & dierum uicissitudine fulgentissima erit omnium eorum lux. Et hinc est, ut anima uiri sancti annunciet aliquando uera plusquam septem circunspectores sedentes in excelso. Neque solum illustrantur iusti ad Dei illapsum, & pręsentiam, sed & mirum in modum recreantur consortio ipsius, & lętitia, & gaudio impleantur corda ipsorum. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, sed lętitiam & gaudium. Et uerissime scriptum est. Secura mens quasi iuge conuiuium. Et rursus. Quam magna multitudo dulcedinis tuę, quam abscondisti timentibus te, & reuelasti ijs, qui sperant in te. Et alibi illis qui reuertuntur ad Deum, & sermones eius ponunt in corde suo etiam in hac uita deliciarum affluentiam super omnipotentem pollicetur scriptura. Et admirabilis nonnunquam pax & tranquillitas in conscientia & mitigatio incredibilis fomitis sequitur ad aduentum Spiritussancti. In pace enim factus est locus eius. Et tumultus omnes & anxietates conscientiæ sua pñ̄sentia sedat, rebellenque carnem sub ditione spiritus comprimit. Apparentissima etiam signa interioris gratię sunt contemptus mundi, despicientia honorū, diuitiarum, & uoluptatum huius sæculi, desiderium patriæ cęlestis, feruor in executione diuinorum mandatorum, & omni carere remorsu, aut conscientia alicuius peccati mortalis. Sed inter omnia nostræ iustificationis indicia, duo uelim præcipue mādari memoriæ, quæ ut facilima, & numero paucissima, ita & præcellentissima, & certissima sunt, & maximam securitatem præstare possunt his, qui certo sciunt, se permanere in fide catholica. Alterum est dolor de peccatis omnibus contra Deum commissis. Alterū propositum uitandi omnem ipsius offensam, & seruandi per omnia, cuncta diuina mādata. Et qui se certo nouerint hoc animo esse, ut supra modum doleant de omnibus offensis, quas contra Deum admiserint, & eas in posterum non obstantibus quibuscunque incommodis & periculis, quanta maxima poterint cura, & diligentia, cupiant uitare, probabilissimam sanè suæ iustificationis coniecturam habent, & merito toto pectore totisque pręcordijs de tanto & tam præcellenti beneficio possunt intra se exultare. Et hanc qualencunque cognitionem nostræ iustificationis, uel nostri status possibilem esse nobis, satis apertè docent diuus Thomas, Alexander Halensis. d. Bonauentura, Scotus, Nicolaus Lyranus, Gerson, Durandus, Gabriel in locis, in quibus eos pro nobis supra citauimus, & ante eos docuit, uel in-

Margin notes: Tria signa gratiæ. — Lumen iustorum. — Exod. 10. f — Prou. 4. c — Exod. 13. d — Eccl. 37. b — Lętitia iustorum. — Sap. 8. c — Pro. 15. b — Psal. 30. c — Iob. 22. — Pax iustorum. — Alia. 4. signa gratiæ — Duo potissima signa gratiæ. — Capit. 14. & 15.

D

A nuit potius diuus Augustinus libro de Pastoribus.c.12.his uerbis, Temerariis iudiciis plena sunt omnia, neque timor certus est, neque amor. Quid sit hodie quisque homo, uix nouit ipse homo, tamen utcunque quid hodie, quid autem cras neque ipse. Hæc Augustinus. *August.*

Possunt uiri spiritales certitudinem assequi de sua gratia. Cap. XLVI.

SVperest, ut & illud quoque expediamus, an certitudinem aliquam maiorem quam coniecturalem possimus habere de nostra iustificatione. Est enim & certitudo aliqua humana, omnis plane hæsitationis expers, atque ideo maior quam coniecturalis, sed minor tamen certitudine fidei, ut c.4. huius libri docuimus. Et eam nos certitudinem moralem censuimus appellandam. Occurrunt autem utrinque non leuia argumenta, quæ me profecto nunc in unam partem inflectunt, nunc in alteram. Atque hactenus nulla occurrerunt arg. quę mihi hanc uel illam partem certam fecerint. Et cum pars negatiua fuerit communis opinio scholasticorum, ut patere potest ex citatis supra cap.14.&.15. neque unquam fuerit damnata ab Ecclesia, miror quendam catholicum tanto affectu parti oppositæ adhæsisse, ut non ueritus fuerit dicere peiorem & detestabiliorem esse Lutherana opinione sententiam, quæ asserit, non posse iustos hic assequi suæ gratię certitudinem omnis metus & formidinis expertem. Cum enim, ait, Lutherani multum tribuant fidei, hęc sententia derogat & fidei, & sacramentis, ac uirtutum

B meritis & operibus. Mature tamen omnibus hinc inde pensatis probabilius profecto esse crediderim, posse aliquos uires spiritales tantopere in exercitiis spiritalibus & in familiaritate diuina proficere, ut absque ulla temeritate possint certo & absque ulla hęsitatione credere, se inuenisse gratiam & remissionem peccatorum suorum apud Deum. Primo. Tam fortia occurrere possunt argumenta, quę suadeant spiritalibus uiris suam iustificationem, quam sunt illa, quę suadent alia, quę omnes censent, & posse, & debere a nobis certo credi, & absque ulla formidine. Credimus enim certo omnes Christiani ex parentibus Christianis orti, & inter Christianos educati, nos esse baptizatos, neque uel minimam habent nisi rarissimi, & scrupulosissimi ea de re formidinem. Idenque & de quibuscunque aliis similibus ita firmiter præsumimus, ut ea præsumptio merito pro certitudine sit habenda, sicut supra ex Innocentio.3. docuimus. Credimus etiam omnes sacerdotes absque ulla hęsitatione, nos esse ordinatos ab episcopis, qui nos exterius ordinarunt. Eadenque certitudine credimus sacerdotes consecrare uere Eucharistiam, quotiescunque altaris sacrificio assistimus, tametsi neque euidenter, neque per diuinam reuelationem constet nobis intentio uel episcopi ordinantis, uel sacerdotis baptizantis, aut consecrantis, quam certo scimus per fidem, ad conficiendum ista sacramenta esse necessariam. Neque est qui temeritatis, uel pręcipitationis notam ob ista cuiquam inurat, immo omnes culpabile esse censent de aliquo istorum, nisi grauissimis de causis, uel tantillulum

Possibilis spiritalibus certitudo de sua gratia.

Argum.1.

C. Veniens de presbytero nõ baptizato.

hęsitare. Quod autem tam grauia queant subesse iustis argumenta, ut credāt C
se esse iustificatos, quam sunt illa, quę faciunt nos certo credere, et episcopos & sacerdotes habere, dum conficiunt & conferunt hęc sacramenta intentionem debitam, exemplo uno possumus facere dilucidum. Videt se Antonius fidelibus & religiosis parentibus natus, & ab eis Christiane & sancte educatus omnia firmiter credere, quę credit Ecclesia Romana, & nulli opinioni adhęrere, quę non censeatur communiter probabilis in schola catholicorum theologorum, uel quam non acceperit ab optimis & doctissimis theologis, cum quibus omnes scrupulos suę conscientię contulerit. Videt dolere se de omnibus offensis Dei, quas admisit, & uelle se illi placere in omnibus usque ad grauissimam mortem, & in nullo quātuncunque paruo, etiam grauissima ex causa displicere. Videt se paupertatem extremā propter Dei obsequium et gloriam esse amplexum, et nullius honoris, dignitatis ue, aut emolumenti temporalis teneri affectu, sed omnia bona huius mundi despicere, & solum Deum, & quæ suæ conueniunt glorię, & saluti proximorum concupiscere, & quam regulam professus est pro humana fragilitate obseruare. Videt & cognoscit ex dono Dei se habere, ut neminem oderit, neminem fastidiat, neminem lædat, nemini sit difficilis, aut grauis, omnes amet, omnes præ se honoret, omnibus se facilem, humanum, benignū, morigerum, & obsequentem præbeat. Videt & Eucharistiam se & pœnitentiæ sacramentum singulis penè diebus cum huiusmodi affectibus, & quanta maxima potest deuotione frequentare, & officiū diuinum, ad quod tenetur, recte singulis diebus persoluere, neque intermittere exercitia alia sancta & spiritalia familiaria uiris spiritalibus, sed illis potius multis diebus studiose assueuisse, & pijs operibus & studijs iugiter ex Dei gratia uacare & inhærere, & omnia acta cuiusque diei diligenter secum quolibet die ante somnum nocturnum reputare, ut lugeat, & emendet, siqua forte admiserit peccata, & totam gloriam & laudem operum bonorum, quæ fecerit, Deo uni & sanctis eius exasse adscribat. Et præter hæc, & alia huiusmodi, quæ Antonius in se, & de se experitur, quibus uelut gradibus certis minimeque fallacibus suos Deus perducit proficientes de uirtute in uirtutem ad uidendum se, ex fide nouit Deū recipere confugientes ad se, & omnes se diligentes diligere, optimeque scit ex doctrina Ecclesiasticorum doctorum rarissime, aut nunquam contingere, ut aliquis diu perseuerauerit in uno peccato, quin alia de nouo adiecerit. Peccatum enim quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere, sicut dicit Gregorius, trahit ad aliud. Hæc igitur cum simul in Antonio concurrerint, quid impedit, quo minus ipse possit, & debeat certo credere se esse in gratia, neque uel tantillulam admittere de hoc trepidationem? Bonus est dominus animæ quærenti illum, & suauis uniuersis, & iugum illius suaue, & mandata eius non grauia. Et tanta hæc sunt, & tam fortia argumenta, ut iudicio omnium sapientium merito certum censeatur Antonium, qui, quæ diximus de se experitur, esse in Dei gratia, neque debere de ea re trepidare. D

Descriptio iusti certi de sua iustificatione.

Gre. i Ezech. Chry. i illud Mat. 21. Soluite et adducite mihi. mag. d. 25. 2. tho. 1. 2. q. 109. ar. 8. Hen. quodli. 5. q. 20. Marsi. q. 18. 2. art. 2.

Thren. 3. c Ps. 144. c Matt. 11. d 1. Io in. 5. a

A dare. Exuperant nimirum, aut certè exæquant hæc argumenta, omnia argumenta quæ faciunt nos certos de intentione conferentium aut conficientium sacramenta. Et profecto nescio, an aliqua quæ communiter censentur certa moraliter, tam uehementibus argumentis probari posśint quàm Antonius, de quo locuti sumus, posset probare, & persuadere sibi suam iustificationem. Et quomodo non certus sit de sua gratia, si ad hęc accesserit, ut ea in se experiatur, quæ solent in se uiri spiritales experiri cum ad perfectionem uenerint? Habent quidem illi pacem in conscientia, & contemplationi, & meditationibus spiritalibus iugiter sunt intenti, toti exultāt, quod in gratia Dei sint, quod uiam mandatorum Dei percurrant, quod mundum despiciant, & omnia quæ sunt in eo, uelut stercora arbitrentur, quod uni Deo seruire, & placere cupiant, quod unum Deum desiderent, ambiant, gestiant, securique, & mundi instar habentes, nihil timent, nihil formidant, nihil uerentur, sed quasi Leones confidentes, una Dei prouidentia, & solicitudine de se contenti, absque terrore sunt. Quia perfecta caritas foras mittit timorem. Et ubi metus est, non est dilectio perfecta. Multoque magis impauidi, quàm ille de quo quidam poeta dixit, Si fractus illabatur orbis impauidum ferient ruinę, fluctus omnes mundi, & sęuientem in se dæmonem contemnunt, magnoque cordis iubilo ex corde dicunt cum Psalmista, Ex pectans expectaui dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me lacu miseriæ, & de luto fecis. Et statuit supra petram pedes

Philip. 1. d
1. Ioan. 4.
Hie. tract. de filio prodigo.
Horatius.
Psalm. 39.

B meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Dominus solicitus est mei. Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Deo spē meam. Et Salomon admirabili prorsus fiducia cantat. Dilectus meus mihi & ego illi. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam uinariam, ordinauit in me caritatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cunque abundantiam spiritualium charismatum in se experiuntur, & dulcedine magna afficiuntur ex meditatione beneficiorum diuinorum, pasśionis Christi, & bonitatis, & prouidentiæ Dei tripudiantes toto corde dicere assolent. Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam, & nō timebo. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, quia magnus in medio tui sanctus Israel, Et alia similia, quæ qui accipiunt nouerunt. Vox enim exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum. Vox gaudij, & uox laudis. Vox sponsi, & sponsæ. Neque solum spectant ad patriam cœlestem, sed in hac uita implentur illa, quę olim Deus pollicitus est populo suo, in lege gratię. Et erit opus iustitię pax, & cultus iustitię silentium, & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulen-

22.
39. 72.
Cant. 2.
6.
7.
2.
Esa. 12.
Psalm. 11.
Zach. 9.
Psalm. 117
Hiere. 7. 6
Esa. 32.

ta. Quia non in regno duntaxat cœlorum, sed & in hac uia exhilarat sua ui- C
sitatione, & confirmat iustos dominus ne semper uacillent, & nutent, & hę
sitabundi de sua iustificatione & de beneficijs sibi collatis anxiam & solici-
Argum.2. tam uitam agant. Deinde. Illud possumus moraliter certo, & absque ulla hę
sitatione credere, cui non nisi rarißime, & difficilime potest subesse falsum,
& de quo, cum fortißima sint argumenta pro ipsius ueritate, nulla occurrit
uerisimilis causa dubitandi. Ideo enim & moraliter certum uidetur appella-
ri. Sed potest sic apparere certum Antonio in casu prædicto se esse iustifica-
tum, ut raro, uel nunquam contingat decipi in eiusmodi assensibus, qui tan-
ta & præclara argumenta habuerit suæ iustificationis. Nulla etiam occurrit
ei causa dubitandi de hoc, multæ autem & maximæ sic assentiendi. Ergo id
erit Antonio certum moraliter, & ipse poterit certo & absque ulla formidi
Argum.3. ne sic assentiri. Ad hæc. Vbi certum mihi esset Petrum esse optimum & per-
fectum, & pro eo certum esset mihi, me uelle omnia damna & pericula li-
benter, & prompte tolerare, & in omnibus uelle ipsi morem gerere, & de
omni ipsius offensa acerbe, & amare dolere, certum esset mihi me inuenisse
gratiam apud illum, & obtinuisse remißionem omnium offensarum, si qui
bus contigerit eum offendisse. Cum igitur certi simus per fidem de eximia
bonitate Dei, & singulari propensione ad nos amandum & recipiendum
in suam gratiam oēs confugientes ad se, ac nobis certa poßit esse plęrunque
nostra animi promptitudo ad ferendum omnia damna & pericula pro-
ipsius gloria, & obędientia, & dolor de omni offensa ipsius poßit esse ma- D
Argum.4 nifestus, poterimus & certi esse de nostra iustificatione apud ipsum. Insuper.
Potest esse certum moraliter nos facere quod in nobis est ad obtinendum
Dei gratiam, aut saltem ad recipiendum digne sacramenta Ecclesiæ. Possu-
mus enim certi esse moraliter nos facere omnia præscripta a doctoribus ca
tholicis tanquam necessaria ad ista, & certum est saltem moraliter ista suffice
re, satisque esse ad euitandum peccatum & damnationem omnia illa nos fa-
cere, quæ satis ad hoc sunt secundum opiniones probabiles catholicorum
Argum.5. doctorum. Præterea. Certum est moraliter saltem cum sacramento baptis-
mi, uel pœnitentię ad iustificationem peccatoris sufficere qualencunque do
lorem de peccatis, quatenus sunt offensæ Dei, cum proposito seruandi om
nia mandata. Tā apparentia enim argumēta sunt pro his, ut profecto absq;
temeritate crediderim, posse nos certo, & sine formidine assentiri huic opi-
nioni, tametsi diffinita ab Ecclesia non sit, Ergo ubi moraliter certum sit no
bis de istis & de susceptione alicuius istorum sacramentorum, poterimus
Argum.6 sine temeritate certo assentiri nos esse iustificatos. Itē. De obseruatione alio-
rum præceptorum diuinorum potest nobis certo moraliter constare. Cur
non ergo etiam de obseruatione præcepti contritionis, aut susceptionis di-
gnæ sacramentorum, quæ certum est moraliter sufficere ad consecutionem
Argum.7 gratiæ, quia in eum finem sancita & præscripta sunt? Amplius. Nō est qui-
dē par ratio de statu peccati mortalis, & de statu gratiæ. Pręcellentior quip-

A pe est status gratiæ & multo plura ad sui acquisitionem & conseruationem requirit. Omniũ siquidẽ mandatorũ plenã obseruationẽ exigit cũ, ad statũ peccati mortalis cuiuscunq; mãdati trãsgresio satis sit. Atq; ideo mirandũ nõ est, si difficilius sit cognoscere, nos esse in statu gratiæ q̃ cognoscere nos esse in p̃cõ mortali, & hoc quidẽ posse cõstare per fidẽ, nõ illud. Verũtñ ad perfectionẽ legis diuinę uehemẽter profecto uidet̃ spectare, ut si nõ per fidẽ, saltẽ certo moraliter posit cõstare obseruatio ipsius, illis, qui quantũ humana fragilitas sinit, dant operã & diligẽter & ex aĩo studẽt illã seruare, ac uere obseruãt. Nã alias q̃uo mãdatũ dñi lucidũ? q̃uo iugũ eius suaue, & onus leue? Si hoc munus est sapiẽtiũ legislatorũ, ut nõ solũ uniuscuiusq; sui mãdati trãsgresio uel impletio posit euidẽter suis subditis cõstare, uerũetiã & oĩm obseruatio, ut uel sic innotescere queãt, qui pœnis, & obiurgationibus, uel cõtra qui præmijs & laudibus sint afficiẽdi, multo profecto magis credẽdũ est Deũ, cuius sp̃ia summa est, sic suas leges statuisse, ut certitudo moralis possit haberi de earũ oĩm obseruatione. Et cũ nihil obstare uideat̃, ut c. 41. monuimus, quo minus de hoc aliq̃ñ certi simus, nisi, q̃ non satis constat, an aliqua laboremus ignorãtia uincibili, cur nõ posit de hoc certitudinẽ moralẽ adipisci, qui certus est per fidẽ se uerã fidẽ & religionẽ tenere & profiteri, & nullo pernicioso errore in fide laborare, quiq; cõscius sibi est, diu ac noctu meditari in lege Dei, & in his quæ ad suã conditionẽ & statũ spectant, & de utrisq; contulisse sæpe cũ doctisimis uiris, & paratũ esse semper, cũ cõmodũ uidebitur, conferre, nulliq; opinioni pertinaciter uelle adhęrere. Enim uero huiusmodi sapientẽ, nemo nostrũ ambiget liberum esse ab omni errore, uel saltem oẽm ipsius errorẽ esse inculpabilẽ et inuincibilẽ. Quid. n. amplius ad ignorãtiã inuincibilẽ necessariũ sit in hoĩe pręsertim, qui pro humana fragilitate seruat mãdata, et ne in minimis uult Deũ offendere? Quòd si nos certi sumus moraliter nulla illũ laborare ignorãtia uincibili, cur nõ & ipse multo magis de hoc certus sit, qui apertè omnia illa in se uidet, & experitur? Decet etiam bonitatem & suauitatem diuinam, ut ad lætitiam & consolationẽ eorum, qui fideliter ei seruiunt, innotescere posit sua in eos gratia & amor non tantum per coniecturas, sed etiam aliqua certitudine. Et hoc uidetur requirere lex amicitię, quam non dubitamus, sed certo scimus inter Deum & iustos esse. Quis enim uerus amicus non aliquando suum pectus effundat in amicum, & certum eum faciat moraliter, de sua in eum gratia & amore? Familiaritas item & eximius amor, quem cantica canticorũ indicant Deũ habere in Ecclesiam, atque ei nonnunq̃ ostendere, exigunt reuera, ut aliqui sint semper uiri spiritales in Ecclesia, quibus cum Deus sic familiariter loquatur, quiq; certi sint & nihil dubitent de ipsius in eos amore. Siquidem si nulli essent tales in Ecclesia, neq; ecclesię possemus dicere sic illã familiarẽ se præbere, q̃a Ecclesia militãs nihil aliud est, q̃ fideles & sancti uiri qui sunt in hoc mũdo. Illa insuper quies & securitas qua plęriq; migrant de hac uita, illud ardẽs desideriũ, quo caritas, cum perfecta fuerit, clamat, Cupio dissolui & esse cum Christo, illa lætitia, qua per multi exultant, dum intelligentes sibi pro-

B (margin, beside "dũ uidebitur, conferre")

Psalm. 18.
Matth. 11.
Argum. 8.
Argum. 9.
Argu. 10.

pinquũ esse diẽ mortis, dicẽt cũ Dauide, lętatus sunt in his, quę dicta sunt mi C hi, in domũ dñi ibimus, alacritas etiã & admirãda cõstãtia martyrũ, & despicietia oium tormẽtorũ quã pręse ferebãt quid aliud sunt ꝙ testimonia apertissima certitudinis moralis quã habebãt de sua iustitia & gratia apud Deũ? Nõ sic exultarẽt adueniẽte morte, nõ sic illã desiderarẽt, non sic lætarẽtur in tormẽtis, neq; tãta quiete & placiditate animi de hac uita decederent, qui hę Ambro.in sitarent & dubij seu ancipites & anxij essent de suo statu. Vnde & Amb. in psalm.118. expositione illius uersiculi, Memor fui iudiciorũ tuorũ a sæculo dñe de iustis quorũ bona uita pcessit, & mors est preciosa in cõspectu Dei, sic scribit. Videmus in sęculo innocẽtes lętos ad iudiciũ festinare, odisse moras, celeritatẽ affectare iudicij. Beatus itaq; ille, q cęleste iudiciũ lętus expectat. Scit.n. sibi regnũ cęlorũ, angelorũ cõsortiũ, coronã quoq; bonorũ repositã eẽ meritorũ. Hęc ille. Ideq; ꝗ Hil. Mar. & Pau. aliorũq; sctorũ exẽplis docte & elegãter oñdit eruditiss. episc. Catha. i expurgatiõe sua. Verè etenim plęriq; ita sunt parati i occursum iudicis & patrisfamilias nostri oium, ut cũ ille ianuã pulsauerit, cõfestim, hoc est, sine aliqua trepidatione, aperiant ei, & gaudẽtes a nocte huius uitę ueniãt ad lucẽ, ut manifestenť opa ipsorũ. Qꝺ si haberi nõ posset aliqua certitudo de his, nũquã tãto studio niterẽtur pij uiri pacatos & q etos reddere eos, quorũ morti sũt pñtes, & de quorũ bona uita et sctã morte ipsi tuti et securi sunt. Et talẽ certitudinẽ suę bonę uitę uideť habuisse Eze. cũ

4.Reg. 20.a orauit dñm, & ex fiducia suæ bonæ cõsciẽtiæ dixit. Memẽto quęso qũo ambulauerim corã te in ueritate & in corde perfecto, & qꝺ bonũ est in oculis D

Argum.11 tuis feceri. Nã hãc orõnẽ uerã fuisse, & Deo nõ displicuisse, manifeste oñdit Rom.8. diuinũ respõsum. Audiui orõnẽ tuã. Et qdẽ, quãquã sæpe citata uerba Pauli de testimonio ss. ad testimoniũ magnificũ et exterius, qꝺ. ss. exhibuit adoptioni recipiẽtiũ doctrinã Christi pcipue referẽda sunt, ut c.19. docuimus, tñ & illa quoq; cõtestatio uideť requirere, ut aliquibus saltẽ uiris perfectis et spiritalibus hoc ipsum in particulari semp cõtesteť interius. Atq; ut semp uera sint & nõ tm̃ i primis ecclesiæ, ut sic dixerim, crepũdijs, & qlibet iustorũ ex eo testimonio uerè possit, audacter clamare, Abba, pr̃, ẽt ad testimoniũ interius cõmodũ est ea referre. Et uerbũ istud spũi nr̃o huc uideť nos uocare & inflectere. Cũq; illud testimoniũ, qcquid sit de intelligẽtia Pauli, dubiũ non sit, ut & .s. doctores sæpe tradiderũt, psæpe interius exhiberi a ss. loquẽte interius familiariss. cũ his, q ei toto corde famulanť, cõsentaeũ nõ est neq; uerisimile qn aliqñ ita sese illis aperiat, ut oẽm abigat formidinẽ de ipsius pñia &

1.Cor.2.c eorũ iustificatiõe, psertim cũ, teste Paulo, ad hoc deť nobis, ut sciamus, q̃ nobis a Deo sunt donata. Possunt nimirũ ista arg. ni fallor, sufficere ad cõfirmationẽ pfatæ sniæ. Et eam cõire possumus pluribus argumentis ex illis, quæ pro certitudine fidei de nostra iustificatione facta sunt. Quippe licet non extorqueant certitudinem fidei, ut iam ostendimus, certè non plene multis ex illis satisfit, nisi cõcedamus posibilẽ esse iustis aliquã certitudinẽ de sua gr̃a, alienã ab oi metu & formidine. Pręter illa uero testimonia sctorũ, quę citata

Dionys. sunt, quæ hãc certitudinem exigunt, libet & hic alia pro his adijcere. Diony.

in my-

A in mystica Theologia inter mentales excessus computat unionem, qua quidam sic arcte Deo coniunguntur, ut cum fiducia dicant. Dominus protector uitæ meæ a quo trepidabo? Quod quidem certitudinem uidetur exigere. Origenes in uerba illa Pauli, Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro clare testatur, cum nihil timoris est, hoc est, cum nihil propter pœnam, sed propter amorem patris cuncta perficimus, spiritum confirmare spiritum nostrum, quod sumus filij Dei. Augustinus in libro de bono perseuerantiæ sic scribit. Sicut ergo sanctus, cum Deum rogat, ut sanctus sit, id utique rogat, ut sanctus esse permaneat, ita utique & castus cum rogat ut castus sit, continens, ut continens sit, iustus, ut iustus sit, pius, ut pius sit, & cætera, quæ contra Pelagianos dona Dei esse defendimus, hoc sine dubio petunt, ut in eis perseuerent bonis, quæ se accepisse nouerunt. Quibus uerbis satis indicat, posse sanctos uiros nosse hæc dona sibi a Deo collata. Gregorius insuper aliquam certitudinem gratiæ posse haberi a sapientibus, & a simplicibus palàm docet his uerbis. A Dijs & terra manus domini releuatur, cum tam sapientes, quam simplices ad certitudinem diuinæ indulgentiæ aut occulto, & spiritali solatio, aut prædicatorum iudicio reducuntur. Et ita Paulum docet quasi releuatæ manus domini iudicium Romanis protulisse, cum ad eos scribit. Nunc autem liberati a peccato, serui autem facti Deo habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Et alibi explicans, cur iustos scriptura ante faciem domini uel in conspectu domini stare, ambulare, aut exultare describit, peccatores autem a tergo aut retro esse commemorat, sic inquit. In conspectu quidem domini, uel ante dominum stare, est testimonio bonæ conscientiæ de amore conditoris præsumere. Stant quidem in conspectu eius, qui ex merito magnę actionis de superna conditoris sui gratia securi sunt. Peccatores autem cum mala cōmittunt, a facie domini fugiunt, sed cum redire pœnitendo deliberant, quasi post tergum domini sunt. Quia & discedere longius nolunt, & tamen præsumere de Deo quasi amici non possunt. Sed inter omnes doctores Ecclesię quos legerim, apertißime a nobis stat Bernardus. Nam in serm. 68. ex professo tractat, an essent aliqui uiri ita spirituales, qui fiducialiter arrogare possent sibi uoces illas, uel ex canticis, uel ex alijs libris sacris, quæ diuinū quendam affectum, & singularem fauorem erga alios exprimunt, & quas certi sumus Ecclesiæ conuenire. Quales profecto sunt illæ, Dilectus meus mihi, & ego illi. Expectans expectaui dominum, & intendit mihi. Dominus solicitus est mei, & similes. Et non ausus ingredi scrupulosam istam, quam uocat, disputationem, nisi prius super uerbo abscondito, orato illo, qui aperit & nemo claudit, tandem præmissa unius diei oratione sermone 69. ita scribit. Siquis alicui licere crediderit eas uoces sibi arrogare, ego non abnuo, sed interest cui. Non enim cuicunque. Prorsus habet Ecclesia Dei spirituales suos, qui non modo fideliter, sed & fiducialiter agant in eo, cum Deo quasi cum amico loquentes, testimonium illis perhibente conscien-

Marginal notes: *Orig.* — *Aug.* — *Gre. lib. 13 In Re. c. 4* — *Lib. 5. c. 2.* — B — *Bern.*

tia gloriæ eius. Qui nam illi sunt, id quidem penes Deum, tu uero audi qua- C
lem te esse oporteat, si talis uis esse. Quod tamen dixerim, non quasi exper-
tus, sed quasi experiri cupiens. Da mihi aĩam nihil amantem præter Deum,
& quod propter Deum amandum est, cui uiuere Christus non tantum sit,
sed & diu iam fuerit, cui studij & ocij sit prouidere Deum in conspectu suo
semper, cui solicite ambulare cum domino Deo suo, non dico magna, sed
una uoluntas sit, & facultas non desit. Da inquam talem animam, & ego
non nego dignam sponsi cura, maiestatis respectu dominantis fauore, soli-
citudine gubernantis. Et si uoluerit gloriari, non erit insipiens, tantum, ut
qui gloriatur in domino glorietur. Hæc Bernardus. Sed in istis dicet ali-
quis non exprimit Bernardus aliquos sanctos habere certitudinem de sua
iustitia. Tantum enim dicit esse in Ecclesia uiros aliquos spirituales, qui fidu-
cialiter agant cum Deo, & eos dignos esse Dei cura, & fauore, qui proui-
dent Deum in conspectu suo semper, & nihil amant præter ipsum, & soli-
citi cum eo ambulant, quibusque uiuere, tantum Christus sit, & diu fuerit.
Ad fiduciam autem satis posset esse certitudo coniecturalis, aut probabilis,
& uehemens opinio de Dei amore erga ipsos. Et quanuis uerum sit eos ui-
ros, quos ipse describit, iustos esse, tamen non explicat, an possit aliquis eo
rum certus esse, se omnia ab eo statim numerata opere complere. Ne locus
sit huic cauillo, uide quid ad finem eiusdem sermonis subijciat. Nam cum
præsentiam filij & patris, immo & eorum mansionem in animabus sanctis
ex sapientia & caritate, siue amore sapientiæ, & zelo uellet ostendere meri- D
to colligi posse a iustis, ita de se ait. Si sensero aperiri mihi sensum, ut intelli-
gam scripturas, aut sermonem sapientiæ, quasi ebullire ex intimis, aut infu-
so lumine, desuper reuelari mysteria, aut certè expandi mihi quasi quoddã
largissimum cœli græmium, & uberiores desursum influere animo medi-
tationum imbres, non ambigo sponsum adesse. Verbi siquidem hæ copię
sunt, & de plenitudine eius ista accipimus. Quod si se pariter infuderit hu-
milis, quædam, sed pinguis intimæ aspersionis deuotio, ut amor agnitæ ue-
ritatis, necessarium quoddam odium uanitatis in me generet, & contem-
ptum, ne forte aut scientia inflet, aut frequentia uisitationum extollat me,
tunc prorsus paterne sentio agi mecum, & patrem adesse non dubito. Si
autem perseuerauero huic dignationi dignis semper, quod in me est, affecti-
bus & actibus respondere, & gratia Dei apud me uacua non fuerit, etiam
mansionem apud me faciet tam pater enutriens, quam uerbum erudiens.
Quanta putas ex hac mansione inter animam & uerbum familiaritatis gra
tia oriatur, quanta de familiaritate sequatur fiducia? Non est, ut opinor,
quòd talis anima dicere uereatur, Dilectus meus mihi, quæ ex eo quod
se diligere, & uehementer diligere sentit, etiam diligi nihilominus uehe-
menter, non ambigit, ac de sua singulari intentione, solicitudine, cura,
opera, diligentia, studioque quo incessanter & ardenter inuigilat, quem-
admodum placeat Deo, æque hæc omnia in ipso indubitanter agnoscit re-

A cordans promißionis eius. In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. Et paulo poſt. Ergo ex proprijs, quæ ſunt penes Deum, agnoſcit, neque dubitat ſe amari, quæ amat. Et ſtatim. Igitur qualem te parauerìs Deo, talis, oportet, appareat tibi Deus. Cum ſancto ſanctus eris, & cum uiro innocente innocens erit. Quid ni æque & cum amante amans & cum uacante uacans, & cum intento intentus, & ſolicitus cum ſolicito? Denique ait. Ego diligentes me diligo, & qui mane uigilauerint ad me inuenient me. Vides quomodo non ſolum de amore ſuo certum te reddat, ſi quidem tu amas illum, ſed etiam de ſolicitudine ſua, quam pro te gerit, ſi quidem te ſenſerit ſolicitum ſui. Vigilas tu, uigilat & ille. Conſurge in nocte in principio uigiliarum tuarum. Accelera quantum uis, etiam ipſas anticipare uigilias, inueniens eum, non præuenies. Temere in tali negocio, uel prius aliquid tribuis tibi, uel plus, & magis amat, & ante. Si hæc anima ſcit, immo quia ſcit, miraris, quòd illa maieſtatem quaſi cętera non curantem, ſoli ſibi intendere glorietur, cui ſoli ipſa poſtpoſitis curis tota ſe deuotione cuſtodit. Hæc Bernardus. Ex quibus manifeſte patet Bernardum ſenſiſſe poſſe uiros ſpiritales ex ſuis affectibus certitudinem aſſequi & ſcientiam aliquam amoris & ſolicitudinis Dei erga ipſos. Expreſſe enim dicit, uiros ſanctos certos a Deo reddi, & indubitanter agnoſcere, & ſcire ſe a Deo diligi, neque dubitare, aut ambigere ea de re dum ſentiunt ſibi aperiri diuina ſecreta, & amare ſe Deum, & ei intendere.

B Et de iſtis perinde loquitur, ac de illis, quæ poſſunt ſpiritales uiri de ſe experiri. Atque hanc certitudinem uidentur requirere multa, quæ ſupra de teſtimonio Spiritusſancti interius exhibito ſanctis uiris, ex eodem citauimus. Verum illa præcipua ſunt, quæ in trigeſimoſeptimo ſermone in Cantica ſcribit. Ideo ſpes non confundit, quia caritas certitudinem infundit. Per hanc enim ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Et alias. Spiritum nouum aduenìſſe, certiſsime noua conuerſatio teſtatur. Sed neque illa ſunt intermittenda, quæ alibi de peccatore qui amore ſæculi, & ſuę carnis retentus in umbra mortis ſedet, ſic loquitur. At uero ſi ſuperna eum miſeratio dignanter quandoque reſpexerit, immiſeritque ſpiritum compunctionis, quatenus ingemiſcat, & reſipiſcat, mutet uitam, domet carnem, amet proximum, clamet ad Deum, proponatque de cętero uiuere Deo, non ſęculo, ex qua deinde superni luminis gratuita uiſitatione & ſubita mutatione dexterę excelſi, agnoſcat ſe merito quidem non iam irę, ſed gratię filium, quippe qui paternum erga ſe diuinę bonitatis experitur affectum, quod ſe utique hactenus in tantum latuerat, ut non ſolum neſciret, utrum nam dignus foret amore, an odio, uerunetiam odium magis, & non amorem propria conuerſatio teſtaretur. Erant enim tenebrę adhuc ſuper faciem abyſsi, nónne is tibi uidetur quaſi de abyſſo profundiſsima, & tenebroſiſsima horrendę ignorantię, in aliam quandam quoque trahi abyſſum è regione amœnam, &

Ser. 2. in 8 Paſch.
Epi. 107
Signa gratiæ.

lucidam, claritatis ęternę? Et tum demum quasi diuidit Deus lucem a tenebris, cum peccator, Sole illuscescente iustitię, abiectis operibus tenebrarum, induitur arma lucis, & is, quem prior uita, ac propria conscientia, tanquam re uera filium gehennæ deputauerat ardoribus sempiternis, ad tantam uisitantis se orientis ex alto dignationem respirans, gloriari etiam incipit præter spem in spem gloriæ filiorum Dei, quam iam nimirum è uicino reuelata facie exultans, nouo in lumine speculatur, & dicit. C

Psalm.4 Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. O Domine, quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis, quia reputas eum? Iam se o bone Pater uermis uilissimus, & odio dignissimus sempiterno, tamen confidit amari, quoniam se sentit amare, immo quia se amari præsentit, non redamare confunditur. Iam apparet in lumine tuo o inaccessibilis lux, quid boni penes te, etiam cum malus esset, miserum maneret homunculum? Amat proinde non immerito, quia amatus est sine merito. Amat sine fine, quia sine principio se cognoscit amatum. Prodit in lucem ad miseri consolationem, magnum consilium quod ab æterno latuerat in sinu æternitatis, quod nolit uidelicet Deus mortem peccatoris, sed magis, ut conuertatur, & uiuat. Habes homo huius arcani indicem spiritum iustificantem, eoque ipso testificantem spiritui tuo, quod filius Dei & ipse sis. Agnosce consilium Dei in iustificatione tui. Confitere & dic. Consilium meum iustificationes tuæ. Præsens nanque iustificatio tui, & diuini est consilij reuelatio, & quædam ad futuram gloriam præparatio. Hæc Bernardus. Ex quibus patere potest ex sententia Bernardi posse iustificatos exhis donis Dei, quæ in se experiuntur, certitudinem aliquam de sua iustificatione habere. D

Amor noster signũ est Dei amoris in nos.

Amati sumus sine merito.

Testimonium Spiritussanct.

Psalm.118.

De tribus differentijs certitudinis moralis & fidei. Cap. XLVII.

NE uero quispiam hanc certitudinem, cum fidei certitudine confundat, aut eam, qualis qualis sit, definitioni sanctæ Synodi, aut illis, quę ad eam confirmandam inducta sunt, aduersari existimet, placet ad absolutionem huius libri, quibus & quantis inter se istæ certitudines distinguantur, explicare. Et primum quidem discrimen, quod inter eas occurrit, est, quod huic certitudini morali simpliciter & absolute subesse falsum potest, certitudini autem fidei nullo modo. Itaque qui moraliter certus est de sua gratia, certus quidem est se non decipi, sed non est certus, se non posse in eo assensu decipi, qui uero per fidem certus esset se habere gratiam, certus esset, neq; decipi se, ne q; posse decipi in eiusmodi assensu. Et ratio huius discriminis est, quia certitudo fidei innititr uel soli reuelatiõi Dei, qui neq; fallere, neq; falli potest, uel reuelationi Dei, & alicui propositioni euidẽter cognitę. Quod autem euidens uel reuelatũ est, neque falsum est, neque esse potest, ut cap. 40. docuimus. Certitudo uero moralis, quanuis in proposito colligatur ex aliquibus propositionibus reuelatis, tamen pendet etiam a propositionibus, in quarũ assensu posset contingere deceptio, etiam in homine,

Differentia.1.

A qui se suosq; omnes affectus uideretur sibi optime explorasse. Nam qui moraliter certus esset, & planè absq; ulla formidine assentiretur se esse in gratia, in eam certitudinem induceretur, ex his propositionibus de fide, facienti quod inest, aut conuertenti se in Deum toto corde, Deus impartitur suam gratiam, Deus diligentes se, diligit. Sacramenta conferunt gratiam deuote & reuerenter illa suscipientibus, & similibus, & ex his propositionibus, ego facio quod in me est, ego diligo Deum toto corde, ego me sufficienter disposui, & deuote & reuerenter suscepi sacramenta. Quanquam autem in prioribus propositionibus quæ sunt de fide, nulla potest esse falsitas, tamen in posterioribus, etiam qui maxime sibi uideretur ita in se experiri, ac per illas significatur, posset omnino decipi. Non quidem ut diximus, quia non posimus habere euidentiam de actibus & affectibus nostris, sed quia facere quod in nobis est, & conuerti ad Deum ex toto corde, & legitime nos præparare ad suscipienda sacramenta, non unum aliquem actum significāt, sed obseruationem omnium mandatorum diuinorum, & dolorem de omnibus peccatis, & in nullo peccato perseuerare, neq; per ignorantiam, neq; per negligētiam, neque per obliuionem, aut inconsiderationem. Quis uero tam certus sit de sua iustitia, Deo non illustrante intellectum nostrum, & peculiariter eam reuelante, ut non solum certo credat se ista omnia fecisse, sed & in eo assensu sibi persuadeat, se non posse decipi? Cum tam multi, qui ista sibi de se persuadebant, uehementer decepti fuerint, & per illusionem dę

B monis posint peccatores de aliquibus ueritatibus illustrari, & pacati esse & læti in conscientia, & affectus spiritalisimos in se sentire, cunque & alios nos baptizasse aut absoluisse solum sit certum per fidem humanam, quæ temeritas est putare non posse decipi, ubi tam multis uijs falli & hallucinari omnes possumus? Equidem neque intelligentia mysteriorum diuinorum, neq; spiritalium charismatum abundantia, neque experientia qualiscunque dulcedinis, neq; quantacunque uitæ mutatio, ex quibus certitudinem hanc probauit Bern. infallibilia signa sunt gratiæ, sed si permittente Deo transfiguret se satanas in angelum lucis, posset peccator hæc omnia se uidere & experiri, existimare, & tamen esse extra gratiam Dei. Cur ergo propter hæc certo credimus nos non decipi? Quia non tantum illis certo possumus assentiri, in quibus scimus nos non posse decipi, sed & illis, quæ sic uera apparent, ut ne minima quidem occurrat causa de illorum ueritate dubitandi. Et propter hanc tam latam, & pręgrandem differentiam certitudinis moralis a certitudine fidei, crediderim diuum Bern. ne certitudinem fidei uideretur docere, addidisse in ep. 107. iam citata etiam aliquid dari iustis præsentire de sua beatitudine, ita tamē, ut de sui percepta ex parte noticia, interim quidem glorietur in spe, sed non in securitate. Illo temperamento ex parte, & illo uerbo præsentire satis indicauit, neq; gratiam neq; gloriam iustorum esse prorsus & absolute ipsis certas in hac uita, sed duntaxat quātum satis est, ut confidant se amari adeo, & ab omni anxietate & formidine de sua salute

Obiect.

Responsio

Nemini licet iurare se esse in gratia. liberi incipiant gloriari in spe gloriæ filiorum Dei. Et quoniam iuramentum propter honorem nominis diuini arctissime ueritatem requirit, quantuncunque certi simus de nostra iustitia, & de susceptione Baptismi sacramēti, non careret culpa eam sub iuramento asseuerare. Atq; ideo satis esse potuit Innoc.3. certitudo de impossibilitate certitudinis fidei de gratia, ut sicut c.18. monuimus uelut temerarium damnauerit iuramentum de absolutione uel immunitate ab omnibus peccatis. Sed est & alia non parua distātia inter has certitudines. Ad ea, quæ sunt certa tantum moraliter non concurrit fides infusa, sed duntaxat ad certa certitudine fidei, hoc est, ad ea, quæ uel reuelata sunt, uel euidenter inferuntur ex reuelatis. Et quoniam in hoc nonnulli pij & doctissimi uiri decepti sunt, atq; ideo certitudinem fidei possibilem de gratia defenderunt, quamuis non maiorem certitudinem crediderint esse in hac uita possibilem, quam eam, quam nos statim tradidimus, adnitar differentiam istam firmis argumentis ostendere. Primo. Fides infusa ad hoc tantum datur nobis a Deo, ut per eam certo & indubitato assentiamur reuelatis ab ipso. Quandiu ergo non constiterit aliquid esse a Deo reuelatū, uel deduci ex reuelatis, nunquā per fidem infusam assentiemur illi. Deinde. Habitus nunq; concurrit ad illa, quæ non continentur sub ratione ipsius formali. Ratio autem formalis fidei infusæ est reuelatio diuina. Insuper. Fides infusa istrumentum est. s s. nostræ potestati subiectum, & citra nostram uoluntatem ad nullum assensum concurrens. Nunq; ergo per eam assentiemur illis, quę possunt esse falsa, licet neq; sint, neq; futura sint. Quia neq; nos imperabimus intellectui, ut plena certitudine eis assentiatur, neq; si nos maxime imperemus, illa eorum assensum coefficiet. Præterea. Omnis assensus fidei infusæ certior est omni fide humana, idq; non tantum secundum se, sed etiam quoad nos. Præbet enim maiorem certitud nem lumen fidei quàm omnis autoritas & ratio humana. Si autem per fidem infusam nos assentiremur etiam illis, quæ non constant nobis ex autoritate diuina, non semper esset maior certitudo, aut maior firmitas in eo assensu quàm in alijs tantum certis per autoritatem humanam. Quia cum nobis non constet eorum ueritas ex reuelatione diuina, non plenam neq; indubitatam fidem eis pręstabimus, si sapimus, & possemus alijs certis ex fide humana plenius aut firmius assentiri. Item. Ea quæ per fidem infusam credimus, æquali quidem certitudine & firmitate uidemur credere. Nam & fides, cum sit naturale agens, æqualem certitudinem præbet omnibus assensibus, quos nobiscum coefficit, & nos æquali, immo eadem pia affectione pręcipimus intellectui, ut ex ęquo assentiatur omnibus, quæ nobis constat esse a Deo reuelata. Cū igitur nemo ex catholicis æqualiter assentiatur se esse in gratia, quando non habet de hoc reuelationē, ac assentitur alijs fidei articulis, uel assentiretur, se esse in gratia, si haberet reuelationem, uel hinc cōmoneri debemus, ne credamus a fide infusa esse assensum, quo assentimur nos esse in gratia, quantuncūque certo id credamus. Et quia fides infusa nullos gradus certitudinis daret

Differēt.2 *Per fidē infusa solis reuelatis & ex eis deductis assētimur.* *Arg. 1* *Arg. 2* *Arg. 3* *Arg. 4* *Arg. 5* *Differēt.3*

C D

A huic nostro assensui aliunde certo palam est etiam in hoc exuperari a certitudine fidei, quod illa multo maior & certior est. Dices. Fides lumen quoddam spiritale est, & non tantum inclinat intellectum nostrum ad assentiendum reuelatis, sed & docet, quæ sint reuelata, & ita posset testificante. ss. quod sumus filij Dei, inflectere intellectum ad assentiendum nos esse in gratia, etiamsi aliunde non constet nobis hoc testificari. ss. Sed si fides docere posset, quæ sint reuelata, infans baptizatus, & postea nutritus in nemore, nosse posset absque ullo doctore mysteria fidei supernaturalia, & frustra Paulus generaliter de omnibus pronunciasset. Quomodo credent, nisi audiant? Quomodo autem audient sine prædicante? Et qua ratione de uno aliquo supernaturali nos illustraret, ut illud certo ac firmiter credamus, illustraret et de omnibus, quod absurdum & contra experientiam est. Quanuis autem fides infusa neque inclinet nos ad assentiendum, neque faciat nos certos, neque moueatur a ss. ut ullum coefficiat nobiscum immediate assensum nisi eorum, quæ ante ipsius concursum prius saltem natura constat nobis esse a Deo reuelata, uel ex eis deducta, tamen mediate ad certitudinem moralem de nostra iustitia concurrit, & ei debent bonam partem perfecti suæ certitudinis moralis. Nisi enim per fidem assentirentur illi maioribus illis propositionibus de fide, facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam, Conuertens se ad Deum ex toto corde, inuenit & obtinet gratiam ipsius, &c. nunquam illi certitudinem aliquam haberent de sua gratia. Quare recte dixit Ioannes Bachonis

Obiect.

Respon.

Rom. 10

B hanc certitudinem non esse certitudinem fidei, sed esse certitudinem consequentem fidem. Quod si hoc putas esse satis, ut uocetur certitudo fidei, non admodum repugnabo, sed ut pax sit, & omnes in unum conueniamus, dabo quod uis, & me uolensque, uictusque remittam. Illud tamen ex omnibus dictis dilucidum esse potest, nihil istam certitudinem moralem aduersari definitioni. s. Synodi. Non enim negarunt patres posse nos certo scire, quod assecuti simus Dei gratiam. Et forte non solum propter ea, quæ cap. 8. diximus, & quia non erat necessaria, intermissa est illa particula, nisi ex speciali reuelatione, quæ adiecta est cap. 12. & can. 26. sed etiam, ne quis putaret, absque Dei reuelatione neminem posse esse certum de sua gratia. Duntaxat autem negarunt patres posse quenque eam scire certitudine fidei, cui non possit subesse falsum. Et hac periphrasi omnem & solam, ueram & legitimam rationem fidei excluserunt. Hoc quippe unum, & propositum exigebat capituli, & non solum commodum, sed & necessarium erat ad damnandum inanem & uanam hæreticorum fiduciam, & certitudinem. Sic uero nos asserimus gratiæ certitudinem moralem iustis esse possibilem, ut ei dicamus posse subesse falsum, neque ad eam certitudinem fidem concurrere. Quorum utrumuis satis est, ut manifestum sit, synodum non hanc certitudinem damnasse. Neque opus est pro ea tuenda ad alia recurrere, ad quæ alij recurrerunt quæ & definitionem patrum uehementer infirmant, & autoritati Synodi, ut cap. 8. ostendimus, non parum derogant. Non solum autem non dam-

Nõ aduersatur certitudo moralis definitioni Synodi.

nauit.8.Synodus huiusmodi certitudinem ex gratia & benignitate diuina, C
& ex experientia donorum ipsius, sed & uelut dans locum ipsi non dixit,
neminem posse esse certum de sua gratia, sed quenlibet posse formidare & ti
Obiecti. mere de illa, dum se ipsum suamque propriam infirmitatem respicit. Dices.
Non solum iusti possunt esse certi de sua gratia sic, ut certo sciāt se in hoc nō
decipi, sed & possunt scire, se non posse decipi, cum ea uere concurrunt, ex
quibus colligitur certitudo gratiæ. Quanquam enim qui assentitur certo
Petrum esse, quem coram uidet, possit in eo assensu decipi, tamen tum, cum
eum uidet, sicut capi.40.docuimus, non potest decipi. Et alias neque cer-
Respon. tus tum esset se non posse decipi. Sed hoc antecellit euidentia uel uisio intui-
tiua argumenta, quæ præstant certitudinem moralem. Nam ista argumen-
ta dant certitudinem tantummodo de hoc quod non decipimur. Visio ue
ro intuitiua dat etiam certitudinem tantam, de suo obiecto, ut certo assen-
tiamur illud esse, & in eo tum nos non decipi, neq; posse decipi. Ac uel hinc
manifestū esse potest, quantum intersit inter uirum spiritalem, qui ex argu
mentis factis certo assentitur, se esse in gratia, & inter eum, qui huic assentire-
tur ex reuelatione, temerariunque omnino esse, & præceps tantam fidem
adhibere nostræ gratiæ habita de ipsa reuelatione, quantam non habita.
Existente enim reuelatione, quæ induceret in certam gratiæ persuasionem,
impossibile prorsus est, quenquam decipi, existentibus uero, & concurren
tibus omnibus, quæ inducunt uiros spirituales ad certitudinem ipsius mo-
ralem, possibile est, neque alicui ueritati necessariæ repugnat, ipsos deci- D
Epilogus totius libri pi. Potest igitur, ut tribus uerbis concludamus totum hunc librum, habe-
ri a nobis citra reuelationem diuinam certitudo coniecturalis de nostra gra
tia. Potest & a uiris perfectis haberi certitudo moralis aliena ab omni me-
tu & formidine. Sed non potest haberi certitudo fidei, cui non possit sub-
Dan.2.d esse falsum, nisi ille reuelet, de quo dicitur. Est Deus in cœlo reuelans my-
steria. In cuius gloriam ad ea exponenda hinc progrediemur, quæ patres
capi.10.tradidere.

DE GRATIAE AC GLORIAE INAEQVA-
litate Liber.x. in Caput.x. Decreti de Iustificatione.

PRAEFATIO.



EXPLICATIS ijs, quæ ad acquisitionem iustitiæ spe-
ctant, de ipsius incremento pauca quædam, sed ea utilissi-
ma & absolutissima, cap.10. nobis tradidit sancta Synodus.
Ita sane ordo doctrinę poscebat, & incremento iustitiæ per
quam belle conuenit numerus decimus, qui nota perfectio
nis est. Sed enim solida ac uera incrementa iustitiæ unus elar
gitur Deus, & nisi ex illius dono, neq; intelligi plene possunt, neque differi

Quare

A Quare ipsius unius fauore consisi elucidare, & firmare, quæ de his patres statuere, aggrediemur. Et librum hunc. 10. de inæqualitate gratiæ ac gloriæ iustorum, quem in hunc usum lucubrauimus, ab ipsis eorum documentis, & definitis, quæ ita habent incipiemus.

DE ACCEPTAE IVSTIFICATIONIS IN cremento. Cap. X.



SIC ergo iustificati, & amici Dei, ac domestici facti, euntes de uirtute in uirtutem renouantur, ut Apostolus inquit, de die in diem, hoc est mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem, per obseruationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ, in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus crescunt atque magis iustificantur, sicut scriptum est. Qui iustus est iustificetur adhuc. Et iterum. Ne uerearis usque ad mortem iustificari. Et rursus. Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc uero iustitiæ incrementum petit sancta Ecclesia, cum orat. Da nobis domine fidei, spei, & caritatis augmentum.

Ephe. 2
2. Cor. 4
Rom. 6
Apoc. 22. c
Eccle. 18
Iacob. 2

DE EXPOSITIONE SENTENTIAE PATRVM, ET erroribus ab eis damnatis. Cap. I.

B

NON solum curarunt patres docere fidei ueritates, & damnare errores ad hoc argumentum iustificationis spectantes, sed & illa studuerunt diserte tradere, ex quibus possent quiuis perdiscere, quemadmodum ueram iustitiam & comparare & augere & conseruare possent. Quod uel ex hoc capite. 10. luculentum esse potest. Nam in eo traditur in primis hæc ueritas fidei. Iustificati euntes de uirtute in uirtutem renouantur de die in diē & in ipsa iustitia crescunt, ac magis iustificantur. Et obiter quemadmodum in iustitia proficere debeamus, edocemur. Euntes, inquiunt, de uirtute in uirtutē renouantur, & crescunt mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma iustitiæ, & per obseruationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ, ac deniq; cooperante fide bonis operibus. Atq; ut liqueret ueritatem fidei quam docuerunt, traditam esse a Christo & ab Apostolis, & perpetuo retentam ab Ecclesia, tribus eam Scripturarum testimonijs communierunt, & communi quadam oratione Ecclesiæ dominicæ. 13. post Pentecosten. Ex plurimis autem scripturæ testimonijs, quibus luculenter poterat conclusio hæc firmari, delecta sunt potissimum illa tria, quia non solum ueritatem doctrinæ constabiliunt, sed & docent, longe aberrare qui iustificationem putant duntaxat esse acquisitionem iustitiæ, & non etiam incrementum iustitiæ, Et profecto superstitiose trepidant, ubi nullus est timor,

Definita ueritas.
Modus proficiendi in iustitia.

qui tunc solum dicunt, aliquos iustificari, cum ex iniustis fiunt iusti. Nam C
his testimoniis liquido cõstat, etiam eos iustificari, qui ex iustis fiunt iustiores. Et possunt ab hoc timore liberare nos hæc exempla. Ditari quippe dicimus, & locupletari non solum eos, qui ex pauperibus fiunt diuites, sed q ex diuitibus fiunt ditiores. Et mundari non eos solos asserimus, qui ex immundis fiunt mundi, sed & qui ex mundis fiunt mundiores. Et expoliri, & ornari, non eos solos affirmamus, qui ex impolitis, & incultis fiunt politi, & ornati, sed & eos etiam, qui ex politis, & ornatis, fiunt politiores, & ornatiores. Et explicari dicuntur, & illustrari, non ea tantum, quæ ex obscuris fiunt explicita, & clara, sed & quæ ex claris, & apertis, fiunt apertiora, & clariora. Et quemadmodum qui ditior fit, diuitias aliquas de nouo acquirit, & ideo ditari dicitur, et qui mundior, uel ornatior, aliquam munditiam, uel ornamentum assequitur, & ideo mundari, & ornari dicitur, ita qui iustior fit, nouum aliquem gradum iustitiæ adipiscitur, quem antea non habuerat, & idcirco merito iustificari, dici potest. Ac secundum quidem testimonium desumptum est ex Ecclesiastici. 18. cap. Vbi enim communia aliqua exemplaria latina habent, Ne ueteris usque ad mortem iustificari, alia non minus communia, & aliqua antiquiora habent. Ne uerearis usque ad mortem iustificari. Et utriusque lectionis sententia eadem est. Græca uero sic habent. μὴ ἐπιμείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι. Hoc est, ut uerbum uerbo reddamus. Ne cesses usque ad mortẽ iustificari. Et quęuis istarum lectionum satis est ad confirmandam patrum sententiam & ostendendum, posse iustos usque ad mortem proficere in iustitia. Neq; minus id docte confirmarunt ex testimonio Iacobi. 3. loco inducti. Quoniam uero dignissima est animaduersu expositio data illi a patribus, & peculiares quasdam habet difficultates, quæ circa illa notanda sunt, in finem huius lib. differemus. Interim aduertamus ex ista patrum definitione manifeste sequi, non omnes iustos æquales hic esse in iustitia, & gratia Dei, & ex consequenti, neq; omnes fore æquales in gloria. Si enim propter noua bona opera, qui iustus erat, fit iustior, tanto ergo erit quisq; iustorum aliis melior, quanto plura, aut meliora opera, quam ipsi fecerit. Quia sicut se ipsum exuperat iustus, & melior hodie est, quam heri, quia uel alia, uel meliora opera hodie facit, quam heri fecerat, ita & alios iustos sibi heri æquales, hodie exuperabit, & uincet, si ipsis dormientibus pręclara ille hodie opera fecerit, uel saltẽ meliora opera, quam illi. Et cum gloria commensuretur gratiæ huius uitæ, quanta fuerit in æqualitas in gratia huius uitæ, tanta & consequetur in gloria, & beatitudine patriæ. Itaq; in his uerbis damnati sunt tres errores. Primus est negãtiũ iustos proficere. Qui error sequitur ex eo, ꝙ Lutherus asserit oẽs iustos æquales esse in grã et in gloria. Et ne quispiã existimet, gratis nos tm̃ ei errorẽ imponere, audiat, quid ille dicat in ser. de nati. beatiss. uirginis Mariæ, si tñ Christianę aures ferre possunt tantã blasphemiam. Oẽs, ait, Christiani ęque magni sumus sicut mater Dei, & ęque sancti sicut ipsa. Damnatus est etiam D

Tres errores hic damnati.

2.

C A his uerbis error Iouiniani, qui testibus diuo Hieronymo in libris contra ipsum, & Augustino in libro de hęresibus ad Quod uult Deum, ęqualem asseruit, immo unam fore omnium sanctorum remunerationem. Qui & cōsequenter iustos omnes in uia ęquales fuisse, & esse in gratia dicebat, ut manifeste potest colligi ex argumentis, quę ex illo citat ibidem Hieronymus. Quæ ideo admonuerim, ut preciosior sit antidotus Christi, si diaboli uenena non lateant. Et manifeste potest colligi ex patrum diffinitione damnatio secundi erroris. Si enim non est ęqualis gratia iustorum in hac uita, neque erit in cœlo ęqualis eorum gloria. Exęquabit siquidem Deus, sicut dicit Zacharias, gratiam gratię, hoc est teste communi Glossa, gloriam patrię, gratię uię. Neq; dubitari potest quin eos maioribus honoribus prosecuturus sit Deus post hanc uitam, quos hic habuerit cariores, quosque pręstantiores nouerit fuisse in sanctitate, & iustitia. Ratio quippe iustitię distributiuę exigit, ut maiora respondeant pręmia maioribus meritis. Et natura, seu lex gratię iustorum hęc est, ut quo fuerit maior, eo ad maiorem gloriam acceptos eos faciat. Possuntq; ad confirmationem huius doctrinę iuuare, quę lib. 6. cap. 41. disseruimus, cum interprętati sumus, quod patres asseruerunt, nempe ununquenq; recipere iustitiam secundum propriam dispositionem suam, & cooperationem. Et quę nunc ad confirmandam pręfatam conclusionem subnectemus, utilia esse poterunt ad fulciendum, & firmandum magis omnia, quę tum tradidimus. Coniuncta quippe sunt hęc illis, et illa istis. Veruntamen quia ad hunc locum omnia magis spectant, quę de inęqualita-

D te gratię & glorię traduntur, hic rem totam exacte magis, & omnino ad uiuum discutiemus. Neq; inanis opinor, aut superfluus noster uidebitur labor illis, qui Hieronymum, & Augustinum, & alios doctores catholicos hac de re legerint, immo tanto, spero magis placebit, quanto eos accuratius perlegerint. Nam contentioso, & concertatorio disputandi genere, qd alij, & pręcipue Hieronymus secutus est, intermisso, unū didascalicon, siue dogmatisticon, hoc est doctrinale disserendi genus secuti, aperte omnia, & perspicue, suoq; ordine tradidimus, & quę ad reuincendos aduersarios minus efficacia uideri poterant, aut in totum reiecimus, aut certe alijs efficacioribus, ut fideles obiter edoceremus, adiunximus, atq; ijs, quę notatu in eis digna uisa sunt, plęraq; alia nostro marte, & ingenio, Deique in primis auxilio adiecimus. Quanquam autem connexa sibi sunt, & se mutuo inferunt tria ista, Iusti proficere possunt, & uere proficiunt in iustitia, Iusti non sunt hic ęquales in iustitia, Iusti non erunt ęquales in beatitudine, & quidquid ad confirmationem unius ualet, ualet & ad confirmationem cœterorum, tamen quo omnia clariora, & firmiora sint, singulum quodq; eorum seorsum firmabimus.

Quod iusti queant, dum hic uiuunt, in iustitia crescere & proficere. Cap. II. *Conclu. 1*

PORro, iustos proficere, posse, ac uere proficere in iustitia pręter argumenta a patribus inducta, his potest argumentis edoceri. Primo, Apo *Arg. 1. ex Apostolis*

Luc. 17. b stoli petierunt a Christo augmẽtum fidei his uerbis, Adauge nobis fidem. C
Mar. 4. d Et non sunt de hoc reprehensi a Christo, sicut alias cum dixit eis. Quid timidi estis? Necdum habetis fidem? Nouerant ergo Apostoli, uel ex lumine naturali, uel ex doctrina Christi posse se in fide proficere. Et ita intellexit
Ambro. hęc uerba Ambrosius ad finem. 74. epistolę ubi ita scribit. Apostoli, qui futuri erant amici, dixerunt. Adauge nobis fidem petentes a bono medico, ut infirmantem in se fidem sanaret. Infirmabatur adhuc fides in eis, cum audiret etiam Petrus, Minimæ fidei, quare dubitasti? Hæc Ambrosius. Et pul-
Hier. 2. cõ chre Hieronymus. Quare dicunt Apostoli, Domine adauge nobis fidem,
tra Iouini si omnium una mensura est? Et Gregorius in Ezechielem. Si ipsa fides ad p
Grego. fectionem suam non quibusdam gradibus duceretur sancti Apostoli minime dixissent. Auge nobis fidem. Et ibidem hoc ipsum statim confirmat ex responsione illius, qui cum uenisset ad dominum, ut curaret suum filium,
Mar. 9. g requisitus an crederet, respondit. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Pensate, inquit, rogo, quod dicitur. Si credebat, cur incredulitatem dicebat, si uero incredulitatem se habere nouerat quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiæ meritorum suorum gradibus fides crescit, uno eodemq; tempore, is qui nõdum perfecte crediderat, simul & credebat, & incredulus erat. Hæc Gregorius. Quod si in fide proficere Apostoli poterant, poterant & in aliis uirtutibus, & ex consequenti in iustitia, & gratia Dei. Par enim est ratio de omnibus. Et hunc fidei & cæterarum uirtutum profectum Christus ipse dilucidum nobis fecit parabola il-
4. a la. Sic est regnum Dei quemadmodum, si iactet homo semen in terram, & D
dormiat, & exurgat nocte, ac die, & semen germinet, & crescat, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbã, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica, & cum ex se produxerit fructum, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Quid hic aliud nobis a Christo explicatur quã profectus iustorum per uerbum Dei illis diuina largitate immis-
Greg. in sum? Sed ut dilucidior aliquatenus fiat tota hęc parabola, non grauabor ex
Ezech. positionem illius ex Gregorio adiicere. Semen, inquit, homo iactat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit, & postquam semen iactatum est, dormit, quia iam in spe boni operis quiescit, nocte uero surgit, ac die, quia inter aduersa, & prospera proficit, & semen germinat, & crescit dũ nescit ille, quia cum adhuc metiri incrementa sua non ualet, semel concepta uirtus ad profectum ducitur, & ultro terra fructificat, quia præueniente se gratia mens hominis spontanea ad fructum boni operis surgit, sed hæc eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumẽtum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonę adhuc teneritudinem habere, ad spicam uero herba uenit, cum se uirtus animo concepta, ad profectum boni operis protrahit. Plenum uero frumẽtum in spica fructificat, quando iam tantum uirtus proficit, ut esse robusti, & perfecti operis possit. Sed cum ex se produxerit fructus statim mittit falcẽ, quoniã

A adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit, & messem suam desecat, quia cum unūquenq; ad perfecta opera produxerit, eius temporalem uitam per emissam sentētiam incidit, ut granū suum ad cœlestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona concipimus, semē in terram mittimus. Cum uero operari recta incipimus, herba sumus. Cū autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam peruenimus. Cumq; in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenum fructum in spica proferimus. Hęc ille Et aliquanto post. Nullus itaq; qui per propositum bonum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despiciatur, quia fructum Dei ab herba incipit, ut granum fiat. Quę & ibi in Petro late ostendit, & nos in Apostolis omnibus non obscure intuemur. Cum enim ante aduentum spiritussancti modica fuissent fide, magnaq; debilitate, & timore, & nonnullis imperfectionibus obnoxij, post quam illius illapsu roborati, & perfecti sunt, tātā fuerunt fide, fortitudine, humilitate, & caritate, ut toti mūdo terrori, & stupori fuerint, & sicut eleganter persequitur Gregorius, uires principum etiam cęsi presserint. Quod perspicuum esse potest cuiuis, si quidem quæ de illis Euangelistæ commemorant, in unum contulerit, cum eis, quæ historia Actorum Apostolicorum de ipsis testatur. Eadem q; docere nos potest ipsa Deipara uirgo. Quis nanque neget ipsam sanctiorem, & gratiorem Deo fuisse, post quam filium Dei concepit, peperit, nutriuit, & pro nobis patienter tulit in cruce mori? Si fieri potest, ut gratior sit aliquis

Gre. hom. 30. in Euā.

Arg. 2. ex b. uirgine.

B apud Deum uno tempore quàm alio, nescio quemadmodum possit, quis credere, tam parui apud eum fuisse tanta illa & tam pręcellentia obsequia, ut non eam post ipsa, multo habuerit cariorem, et gratiorem. Nam quod quidam existimant, datam ei esse in conceptione filij Dei totam gratiam, quam postea meritura erat, somnium est absq; ullo apparenti fundamento contra legem Dei effictum, quod eadem facilitate, qua dicitur, merito est contemnendum. Sed & in Abrahā patre fidei nostrę hoc idem contueri licet. Quādoquidē cum ob mandatum domini egressus est de terra sua, & uenit in terram, quam ei monstrauit dominus, perfectior multo fuit, & iustior, Deoq; carior, quā fuerat ante. Vnde & maiora multo pręmia tum a Deo accepit, & familiarior ei factus est post id temporis. Quod & ipse Deus pollicitus ei fuerat illis uerbis. Egredere de terra tua, & de cognatiōe tua, & de domo patris tui, & ueni in terram, quam monstrauero tibi. Faciamq; te in gentem magnā, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eris q; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atq; in te benedicentur omnes cognationes terrę. Et post aliquantum tēporis, ubi iam ille obędierat mandato domini, factus est rursus sermo domini ad eum per uisionem dicēs. Noli timere Abraham. Ego protector tuus, & merces 15. tua magna nimis. Eoq; tēpore iniuit Deus fœdus cū ipso, & pollicitus est, semen eius multiplicare sicut stellas cœli, & sicut puluerē terrę, & dare terrā illam totā Chanaan. Et quis posit dubitare, fuisse eum perfectiorem postq̄

Arg. 3. ex Abrahan

Gen. 12.

17. audiuit iterum a Deo, Ambula corã me,& esto perfectus. Ponamq; fœdus, C
meum inter me,& te,& multiplicabo te uehementer nimis. Quod autem
mãdato huic obædierit scriptura statim indicat. Subdit enim, cecidisse mox
eum pronum in faciem,& Deum ipsius humilitate commotum,& mutas-
se ei nomen,& statuisse pactum circuncisionis inter se,& ipsum,& totã pro
geniem ipsius. Et si perfectus, sanctior est,& iustior, ut in aperto est, quam
imperfectus, cum Deus his uerbis ad perfectionem uocauerit Abraham, et
postea coruscante iam Euangelio, & Apostolos, & adolescentem illum,
qui omnia mãdata seruauerat, ad idem hortatus fuerit, manifestum est pos-
se eundem progressu temporis fieri iustiorẽ,& sanctiorem. Quod si Abra-
ham non multo magis quàm prius Deo placuisset, quando ad mandatum
ipsius districto iam gladio immolare ei uoluit unigenitum suum Isaac, nun
quam profecto iuramento ei firmasset magnificẽtissimam illam promissio
nem de assumptione carnis ex progenie sua. Per me metipsum, inquit, iura-
ui, quia fecisti hanc rem,& non pepercisti unigenito filio tuo &c. Et statim:
Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obædisti uoci meæ.
Placuit nimirum hac obædientia plus Abraham, quàm olim placuerat. Ne
que enim frustra bis asseritur ea una fuisse causa tam magnificæ promissio-
nis. Et si attente legamus,& reuoluamus libros sacros, hæc eadem incremẽ
ta,& profectus iustitiæ licebit legere in Isaac, Iacob, Moyse, Samuele, & in
Arg. 4. ex alijs prophetis. Atq; ideo a pluribus exemplis commemorandis supersede
psal. 83 bo,& hunc iustorum profectum in gratia ostendam ex uerbis Dauidis. D
Graphice enim uidetur illum descripsisse, cum ait. Beatus uir, cuius est auxi
lium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in ualle lachrymarum in lo-
co, quem posuit. Etenim benedictionem dabit legis lator, ibunt de uirtute
in uirtutem, uidebitur Deus Deorum in Sion. Sed expendamus aliquan-
tum hæc uerba, ut sensum, et uim eorum magis penetremus. Ne quis putet
iustificationem opus Dei esse, profectum autem iustitiæ opus suum, Bea-
tus, inquit, uir cuius est auxilium abs te. Qui dat enim uelle, dat & perficere
pro bona sua uoluntate. Et qui incipit, ipse perficit,& incrementum dat so-
lus. Eoq; auxiliante fit, ut iusti in hac ualle lachrymarum ascensiones in cor
de suo disponant, hoc est meditentur in iustitia crescere,& proficere. Norũt
quippe ad progrediendum,& proficiendum in iustitia datam esse hanc ui-
Greg. tam, uerissimeque dictum a Gregorio. In uia Dei non procedere retroce-
dere est. Neque frustra hæc meditantur iusti. Vota Deus iustorum exau-
dit. Et qui tulit legem, ipse eis benedictionem impartitur, ut per uiam
mandatorum currant, & eant de uirtute in uirtutem, idque non ad ho-
ram, aut diem, uel annum, sed donec uideatur Deus Deorum in Sion.
Certe si non essent progressus, & incrementa in iustitia, neque iusti ex au-
xilio Dei disponerent ascensiones in corde, neque ex benedictione ipsius
Gre. ho 15 de uirtute in uirtutem graderentur. Quare Gregorius. Si quidem, gra-
in Eze. dus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret. Ambulabunt

A de uirtute in uirtutem. Neque mirum si de uirtute in uirtutem, gradus sunt, quando ipsa una quæque uirtus quasi, quibusdam gradibus augetur, & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Alia nanque sunt exordia uirtutis, aliud uirtutis profectus, aliud perfectio. Et his gradibus ibidem aptat illa uerba Iob. Per singulos gradus meos pro- *Iob. 31.d* nunciabo illum. Omnipotentem enim, inquit, dominum per singulos gradus suos ille pronunciat, qui per incrementa uirtutum, quæ accipit, ei semper laudem suæ pietatis reddit. Hactenus Gregorius. Eandem *Arg. 5. ex* etiam ueritatem docuit Ecclesiam uas electionis Paulus, & non uno sæ- *Pau. testi-* ne in loco, sed multis. Quosdam enim parturire se aiebat, donec forma- *monijs.* retur Christus in illis. Alijs tanquam paruulis in Christo lac dabat po- *Gala. 4.b* tum, donec capaces fierent solidi cibi, & sapientiam loquebatur inter per- *1. Cor. 3.a* fectos. Nonnullis incrementa, frugum iustitiæ, & abundantiam om- *2. Cor. 9.c* nium gratiarum, nomine Dei pollicetur. Alios beatiores fore pronun- *1. Cor. 7* ciat, si permanserint secundum ipsius cosilium. Quibusdam excellentio- *12.* rem uiam demonstrat, & ad æmulandum charismata meliora inuitat. Et *Ephe. 4.* alibi ad hoc dicit præcellentissima dona a Christo data fuisse Ecclesiæ, ut iam non simus paruuli, sed ueritatem facientes crescamus in ipso. Et alias interiorem hominem renouari tradit de die in diem, licet is, qui fo- *1. Cor. 4.* ris est, noster homo corrumpatur. Et sæpe affirmat, Deum esse, qui in- *1. Cor. 3.b* crementa iustitiæ confert, quique perficit, quod in nobis incipit. Pro *Philip. 1.a*
B quibusdam etiam orat, ut caritas eorum magis, ac magis abundet. Et *& 2.b* de se ipso manifeste testatur, nondum se perfectum esse, aut ad eum sta- *3.c* tum uenisse, in quo non posset proficere. Et ut intelligas etiam eum, qui tanta gratia ab initio suæ conuersionis præfulserat, disposuisse ascensiones in corde suo. Vnum autem, addit, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernæ uocationis in Christo Iesu. Vnde & diuus Hieronymus secundo, contra Iouinianum hæc uerba eleganter expo- *Hiero.* nens, sic scribit. Apostolus Paulus præteritorum obliuiscitur, & ad ea quæ in ante sunt, se extendit, id est quotidie proficit, nec seruat in sudario delicate gratiam, quam accepit, sed auarus negociator renouatur de die in diem, & decrescere se putat, nisi semper creuerit. Hæc ex Hieronymo. Et incredibile est profecto, ac plane impium, non eum in maiori gratia quàm prius apud Deum fuisse, post grauissimos illos, & innumerabiles labores, quos se ob Christi gloriam pertulisse aliquando com- *2. Cor. 11* memorat. Et quid aliud, rogo, quam hunc profectum & incrementum uir- *Argum. 6* tutis & gratiæ significabant illa uerba, quæ audire a domino meruerit, suffi- *1. Petr. 2.a* cit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur? Vnde & ipse de tan- *2. Co. 12.c* to beneficio exultans, gloriabatur, & placebat sibi in infirmitatibus, & tribulationibus suis. Cum enim infirmor, inquit, tunc potens sum. Et hanc immutationem & renouationem electorum, & præsertim prædicatorum

Greg. uerbi Dei explicat eleganter Greg. in illa uerba, Mutaberis in uirum alium. C
1.Reg.10. Stabiliuit & hanc doctrinam princeps Apostolorum Petrus, cum ad eos,
1.Pe.2 qui recens erāt per Baptismi gratiam iustificati. Quasi modo, inquit, geniti infantes, rationabiles sine dolo, lac cōcupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis, quoniam dulcis est dñs. Nunquam sane Petrus adiecisset illam particulam, ut in eo crescatis in salutem, si non certo sciret, posse iustificatos proficere in iustitia. Quid est enim aliud crescere in salutem, quā proficere in iustitia, & gratia apud Deum? Et ne quisquam dubitet, hanc etiam
Arg.7 semper fuisse doctrinam Ecclesię, possumus hoc ipsum fulcire ex diffinitione Clæmentis quinti in Concilio Viennensi. Inter cęteros siquidem errores Begardorum & Beguinarum in ea generali Synodo damnatos, unus atque adeo primus hic fuit. Homo in uita præsenti tantum, & talem perfectionis gradum potest acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis, et in gratia amplius proficere nōn ualebit. Et commemoratur hoc in Clæmentina Ad nostrum de hæreticis. Quod si bene expendamus argumentum, quo illi fuisse usi asseruntur, uerisimilimum erit, non damnasse patres hunc errorem ea duntaxat ratione, quod assererent hæretici illi, posse homines tantum proficere, ut redderentur impeccabiles, sed & eo quoque nomine, & titulo, quòd ad talem, & tantum perfectionis gradum uenire posse homines in hac uita contendebant, ut amplius in gratia Dei proficere non ualerent. Ratio enim eorum ibi subiecta hæc est: Nam, ut dicunt, si quis semper posset proficere, posset aliquis, Christo D perfectior inueniri. Quod si illi, ut docet hæc ratio, in hoc potissimum suam referebant assertionem, ut crederent homines posse esse hic ita perfectos, ut amplius proficere non possent, & patres quoque minime dubium est, damnationem huius erroris in hanc etiam assertionem retulisse. Et si tantum patres illi profectum in iustitia, in nullo sanctorum ferre potuerunt, quando tulissent blasphemiam Lutheri asserentis, omnes iustos esse æquales in gratia, neque profectum ullum, aut incrementum iustitiæ
Arg. 8 agnoscentis? Sed pudet me iam dudum profecto, & tædet, in tam apertum, & manifestarium errorem solis fidei argumentis pugnare. Ipsi lumini naturali hanc insaniam aduersari ostendamus. Rogo te Luthere, & uos o quicunque huius factionem sectamini. Nonne iusti omnes possunt quandoque exercere, ac uere exercent opera aliqua uirtutum, quæ ante non exercuerant? Et quæ prius operati fuerant, nonne possunt promptius, alacrius, feruentius, deuotius, ac denique perfectius operari? Certe hoc experientia constat omnibus, qui uerisimiliter possunt credere se esse a Deo iustificatos. Cur non igitur per illa opera proficiant, & crescant in iustitia? An non tanto quisque iustior & melior est, quanto plura, uel meliora opera exercet? An non natura nostra hoc comparatum est, ut tanto promptiores simus, & procliuiores ad iustitiam, & uirtutes, quanto frequentius, aut magis ex animo bonis operibus

A studemus? Nunquid uultis nos esse stipites et truncos, ut neque actus nostros, *Argum.* 9
neque naturam nostram, neque ipsa, quae patimur, quaeque in nobis experimur, agnoscamus? Si in iustitia politica, & morali proficere hoc modo possumus, idque de se & de aliis semper sensere omnes philosophi probi, cur non poterunt omnes iusti similiter proficere in iustitia Theologica, et Christiana? Nihil equidem minus perfectionis, & uirtutis habent, pietatis, & religionis nostrae sancta opera, quàm opera bona iustitiae ciuilis, immo tanto plus quanto ipsis sunt sanctiora, et perfectiora. Et si Deus omnes bonos, et iustos diligit, quis credat, non esse illi summae bonitati tanto quenquam cariorem, quanto melior, & iustior fuerit? Hominibus qui mali sumus, tanto sunt cariores amici nostri, quanto meliores sunt, aut saltem quanto plus de nobis merentur, & Deo qui summe bonus est, et supra modum omnium, qui se amāt, amicus non erunt iusti cariores, etiam si plus fuerint de ipso meriti? Enim uero hoc bonitati diuinae manifeste repugnat, & contra omnem iustitiam, & aequitatem est, & legibus amicitiae palam dissonat. Ad haec. In caeteris artibus, & *Argum.* 10
uirtutibus sunt certi progressus, & incrementa, & apud omnes amicos, & fauentes nobis proficere possumus in gratia, & amicitia. Intolerabile est igitur in una iustitia Christiana, & gratia, seu amicitia apud Deum, non posse quenque proficere, aut ad gradum superiorem conscendere, quantuncunque uehementer hoc contenderit. Deinde Quandiu in hac uita sunt iusti, perdere *Argum.* 11
re possunt gratiā Dei secundum communem legem. Ergo etiam proficere
B possunt in ea per obseruationem mādatorum diuinorum. Dura quippe esset, & iniqua nimium conditio principis, & apud omnes haberetur inhumanus, si qui in eius sunt gratia, perdere illam possent per transgressionem mādatorum suorum, & non in ea proficere per eorum obseruantiam. Et contra rationem uiae uidetur, ut retrocedere quis ab ea possit, non tamen ulterius progredi. Neque esset profecto gratiae deputanda longiturnitas uitae, sicut plaerunque scripturae deputant, si perdere in ea possumus, & omnium bonorum, quae in ea comparauimus, iacturam facere, & non uel aliquantum gratiae incremētum lucrari. Cunque ut lumen naturale, & experiētia, & ipsa scriptura passim *Argum.* 12
docet, peccatores peiores in dies fieri, possint, tantoque in dies peiores fiant, quanto peioribus uacant exercitiis, uerisimile non est, non posse & iustos iustiores fieri, & meliores quanuis melioribus, & sanctioribus studiis animum iugiter intendant. An non eadem est natura contrariorum? An non iniquum negare uirtutibus eam uim & potestatem ad nos perficiendum, quam uitiis concedis, ad deturpandū, & inquinandum? Sed si proficere pos *Obiect.*
sunt iusti in iustitia, & gratia Dei, idque quandiu fuerint in hac uita, ut argumenta facta luculenter ostendunt, poterit ergo, inquies, sicut argumentabantur Begardi, aequari aliquis in gratia Christo. At hoc nimium est humili- *Responsio*
ter sentire de augustissima Christi gratia. Non perueniet quispiam, etiam si *Immēsitas*
infinitis diebus proficiat in merito ad tantam gratiā, quanta est gratia Chri *gratiae*
sti. Non, n, solum est infinita respectu suae humanitatis, sed etiā respectu om- *Christi.*

nium hominum producibilium,& acceptum facit Christum, inquantum C
homo est,ad infinita,aut certe ad summa præmia respectu sui, & respectu
omnium quibus uoluerit,applicari sua præcellentia merita. Et de cōdigno
meruit,quicquid alijs obtinet,& obtinuit. In hūc autem gradum, nulla pura creatura potest peruenire.

De inæqualitate gratiæ iustorum in hac uita.

Cap. III.

Conclu.2 IVstos etiam non esse in hac uita æquales in iustitia,& gratia his argumen
Argum. 1 tis monstrare possumus. Primo Christus admiratus est fidem Centurio
Matt. 8.b nis,& aperte testatus est,non se inuenisse tantam fidem in Israel. Et Cana
15.c neę dixit. O mulier magna est fides tua. Et de Magdalena Simoni ait. Remit
Luc.7.g tūtur ei peccata multa,quoniam dilexit multum. Atq; statim subdidit. Cui
autem minus dimittitur,minus diligit. Manifestissime igitur docuit,neq; fide,neq; caritate iustos esse inter se æquales, sed quosdam parum credere & diligere,alios multum,& magnam esse inter hos & illos distantiam,& cum par sit ratio de alijs uirtutibus,& habentes maiorem fidem,& caritatem,in maiori sint gratia apud Deum,perspicuum hinc esse potest, nō esse omnes
2.cō. Ioui. iustos æquales in gratia. Vnde & Hieronymus ex his uerbis, Cui autem minus dimittitur,minus diligit,recte sic colligit. Qui minus diligit, & cui minus dimittitur,utiq; in minori gradu erit. Et aliquanto post. Quare dicunt Apostoli,Domine adauge nobis fidem,si omnium una mensura est? Et do
Argum.2. minus ad discipulū. Modicæ fidei,quare dubitasti? Deinde. Ex scripturis clare constat,quosdam fuisse alijs sanctiores,& cum eis non esse cæteros com D
Matt. 11.b parandos. Christus enim de Ioanne asseruit,neminem fuisse maiorem Ioan
Iob.1 ne Baptista. Et de Iob dominus dixit ad Satanam. Nunquid considerasti
seruum meum Iob,q non sit ei similis in terra,homo simplex, & rectus,&
1.Reg.9.a timens Deum,& recedens a malo? Et de Saule palam asserit Scriptura tempore quo electus est a Deo in regem adeo bonum fuisse, ut non esset uir de filijs Israel melior illo. Et Dauid tempore quo in regē electus est, fuisse mul-
13.c tis alijs meliorem abunde patefaciunt uerba illa Samuelis. Quæsiuit dominus sibi uirum iuxta cor suum. Et aliquanto magis idem docent illa Dei ip
Act.13.d sius uerba. Inueni uirum secundum cor meum. Et Augustinus & Hierony
Aug. trac. mus,quia scriptura dicit fuisse in Eliseo duplicem spiritum Eliæ concordi-
74.su.10. ter colligunt, abundantius habuisse Eliseum ipsum spiritū sanctum, quàm
Hier.2. cō Eliam. Vnde & Hieronymus dicit. Duplex gratia fecit signa maiora. Ille. s.
tra Ioui. Elias uiuus mortuum, iste. s. Eliseus mortuus mortuum suscitauit. Ille fa-
4.Re. 2.b mem imprecatus est populo, iste obsessæ ciuitati sub una die hostiles copias præbuit. Verum hoc exemplum de Elia & Elisæo,non satis quod uo
Nō habuit Eliseus.ss. abundantiusquā Elias. lumus conuincit. Aliud enim est, Spiritum sanctum fuisse in aliquo abundantius ad miracula,aliud ad faciendum eum gratum Deo. Et spiritum hūc duplicem Elisei rectius est ad prophetiam & ad miracula referre. Neq; ego ausim Eliseum præferre Eliæ præsertim in gratia apud Deum. Magnificen-

A tius nanq; de illo loquitur scriptura, quàm de Eliseo. Et quidem scriptura non dicit Eliseum habuisse abundantius spiritum quàm Eliam. Sed tantum ait, filios prophetarum post discessum Eliæ, agnouisse, spiritum Eliæ requieuisse supra Eliseum. Neque cum ille petijt, Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus uerisimile est petijsse, ut duplo copiosius haberet spiritum, quam Elias magister ipsius. Dixit quidem hoc rabi Salo. & apparenter probauit, quia octo tantum miracula narrat scriptura facta per Eliam, decem & sex uero per Eliseum. Sed profecto non congruit ea petitio cum modestia Elisei. Non est discipulus super magistrum, ait Seruator noster, *Luc.6.f* perfectus autem omnis erit, si sicut magister eius. Et uerba ipsius petitionis, etiam ut Latine ea habemus, non hoc sonant, sed duntaxat, ut qui in Elia erat duplex spiritus, fieret etiam in ipso Eliseo. Vnde & nulla nota distinguitur uerbum, Duplex, a uerbo spiritus tuus. Et illis qui norunt, uel Hebraice uel Græce perspicua hæc esse possunt. Hebraica enim ad uerbum sic possunt reddi. Fiant obsecro super me utraque in spiritu tuo, id est, utraque dona, quæ sunt in spiritu tuo. Et Græca etiam sic. Fiant super me, uel mihi, duplicia in spiritu tuo. Et sensus ipse dehortari poterat ab alia expositione. Quia non dicimus, Spiritum sanctum habitantem in Petro fieri duplicem in Ioanne, quanuis duplo abundantius communicetur Ioãni. Et argumentum ex excessu miraculorum, siue in numero, siue in magnitudine nõ est satis efficax. Nam forsan plura, & maiora Deus fecit per Eliam, quæ tamẽ ob causam nobis ignotam subticuit scriptura. Et ut bene Nicolaus Ly-

B ranus dicit exoluendo hoc argumentum, Ioannes Baptista, qui nullum signum fecit, minimus esset omnium prophetarum, qui aliqua miracula fecerunt, si quidem ex præcellentia in miraculis efficaciter probaretur præcellẽtia in sanctitate. Possumus tamen ex Petro efficacius propositum nostrum conuincere. Cum enim dominus rogasset ipsum, an plus eum cæteris dili- *Io.21.d* geret, neq; ille propter eximiam suam humilitatem aliud respondisset quã, Etiam domine, tu scis, quia amo te, perinde tamen ac si uerissime respondisset, se eum amare præ cæteris, subiecit ilico dominus. Pasce agnos meos. In *Necesse est* quo formã dedit posteris, ut sicut communiter docent Theologi non nisi *eligere di-* digniorem, & plus alijs amantem Christum, dignitatibus, & prælationi- *gniorem.* bus Ecclesiasticis præficerent. Et si omnes sancti æquales fuissent in fide, nũquam Paulus peculiarem catalogum epistolæ ad Hebræos intexuisset, eorum, qui fide uidentur præ alijs claruisse. Qualitercunque tamen hæc se habeant, liquet satis ex inductis exemplis, contra Scripturam pugnare, qui asserunt iustos esse hic æquales in gratia. Et piaculum est profecto grãde, Deiparæ uirgini aliquem sanctorum ęquare, cum Gabriel plenam gratia, & benedictam inter mulieres. i. supra cæteras mulieres pleno ore pronunciauerit, & eam unam a Deo electam sciamus, ut per ipsam mundus acciperet suum redemptorem. Et si omnes sancti in hac uita fuissent æquales, nullum fuisset priuilegium eorum, quos Scriptura ita magnifice commendat,

Argum.3. ut Spiritu sancto plenos eos dicat fuisse. Item. Paulus constanter docet, C
uaria esse dona Spiritussancti in Ecclesia,& quosdam maiora dona participare quam alios,& quosdam paruulos in Christo,& alios adultos & perfectos, & expresse quosdam aliis praefert,& se plus aliis Christo ministrasse,& in propagatione fidei laborasse asserit. Aduersantur igitur Paulo, qui omnes iustos aequales asserunt in gratia. Sed ipsa Pauli uerba subiungam, quo res haec tota manifestior fit. Cum in priore ad Timotheum Ecclesiam Dei uiui, domum Dei appellasset, ne in ea omnes esse aequales, quis crederet, sed certo potius sciret, quosdam esse iustos,& alios peccatores, & inter ipsos iustos quosdam aliis praecellere,& inter peccatores alios esse aliis pe-
2.Tim.2.c iores,& abiectiores, addidit in posteriore. In magna autem domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea,& fictilia,& quaedam quidem in honorem, quaedam autem in contumeliam. Certe peccatores neque uasa sunt aurea, neque argentea,& aurea longo interuallo praestant argenteis. Et alibi ex iustis qui supra Christum fundati sunt, quosdam, affirmauit ędificare supra illum aurum, alios argentum, alios lapides preciosos. Vnde
Ambro. & Ambrosius in haec uerba Pauli, In magna autem domo, ita scribit. Hoc dicto significauit Apostolus in Ecclesia diuersos esse homines quosdā bonos,& summos uiros, quos in auro intelligi uult, quosdam bonos tantum quos in argento designat, alios uero non bonos, quos uasa lignea, & fictilia appellat, quod nulli ambiguum puto. Haec Ambrosius. Ex comparatione etiam Ecclesiae ad corpus naturale, sic docet Paulus, quosdā alios D
Rom. 12.b anteire, ut in corpore naturali quaedam membra aliis pręponuntur. Sicut enim, ait, in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam, quę data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui pręest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Et toto capite.12. prioris ad Cor. nihil aliud agit, quam ut ex eadem comparatione quosdam aliis pręstantiores ostendat esse in Ecclesia, sicut quędam membra nobiliora sunt aliis. Et stultissime contra Apostolum, & communem sensum dixit Iouinianus, nos omnia mēbra ęqualiter diligere, neque unum pręferre alteri. Et si in gratiis gratis datis tanta est distantia, erit & similis in gratia gratū faciente. Nam cęteris paribus is diligitur plus a Deo, cui maiores gratiae in suā,& aliorum utilitatem ab eo confe-
1.Co.14.a runtur, quiq; praecellentioribus studiis occupantur. Atq; alibi idē Aposto-
2.Cor.11.e lus inquit. Nā maior est, qui prophetat, quā qui loquitur linguis. Et rursus.
1.Cor.15.b Ministri Christi sunt, ut minus sapiēs dico, plus ego. Et iterū Abundantius
2.Cor.9.b illis oībus laboraui. Et alio in loco, quosdā ait seminare parce, alios in benedictionibus, id est large & affluēter. Et rursus ex uiuificādis in Christo unun-
1.Cor.15. quenq; in suo ordine resurrecturum tradidit, ut indicaret profecto ut opti-

A me colligit Hieronymus, diuersa esse merita resurgentium. Neque se minimum Apostolorum dixisset, nisi intellexisset inter Apostolos posse esse quosdam alijs maiores. Et cum se & Apostolos dicit primitias spiritus accepisse, ostendit nimirum non esse alios sanctos cum Apostolis comparandos. Et nisi beatissima uirgo diuina se gratia supra cęteros exaltatam nosset nunquā de se cecinisset. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi dominus magna, qui potens est. Quod si nō essent alij alijs meliores in Ecclesia, & sanctiores, neque scripsisset Corinthijs Paulus, Tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam, praesertim cū statim praemisisset. Sapientiam loquimur inter perfectos. Qua quidem ratione Ioannes Euangelista inter infantes, adolescentes, iuuenes, & patres, ac filiolos in Christo apertissime distinguit dicens. Scribo uobis filioli, quoniam remittuntur uobis peccata uestra propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est. Scribo uobis adolescentes, quoniam uicistis malignum. Scribo uobis infantes, quoniam cognouistis patrem. Scribo uobis iuuenes, quoniam fortes estis, & uerbum Dei manet in uobis, & uicistis malignum. Et Petrus Apostolus. Sicut boni dispensatores, multi formis gratiae Dei, uel sicut Hieronym. legit, multiplicis. Qui & significantius Graece admonet scriptum esse ποικίλης, id est uariae. Et Psalmographus hoc eodem consilio de Ecclesia cecinit. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circundata uarietate. Et ad hoc B designādum Ioseph in forma Christi uariam habuit tunicā. Et in arca Noe, quae iuxta Apostolum Petrum, typum gessit Ecclesiae diuersa fuerunt animalia, & quaedam alijs perfectiora. Et ideo plures habuit mansiones, & nidulos, & bicamerata, & tricamerata, & pro qualitate animalium habitationes quoque uel maiores, uel minores, ut diuersitas illa mansionum praefiguraret fidelium uarietatem. Qua ratione etiam in templo domini multę fuerunt, & uariae mansiunculę, exterius atrium, interius uestibula, sanctum, sancta sanctorum, culinę, cęlariola, corcularia & uasorum receptacula. Non enim sicut sapientissime ex hoc colligit Hieronymus, aeque Deus omnes inhabitat, neque ad eandem mensurā omnibus infunditur. Eadenque ob causam Ecclesia nunc soror, nunc sponsa, nunc mater, nunc filia, in scripturis appellatur, quia in alijs sponsa, in alijs soror, in alijs filia, in alijs mater est, & ex seruis Dei quidam filij tantum, alij fratres, alij sponsi, alij patres, aut matres, pro suorum diuersitate profectuum merentur nuncupari. Praeterea scriptura manifeste docet, quaedam opera alijs esse meliora, & quędam statum alio esse perfectiorem, & quosdam esse, qui uirtutem, & uitae perfectionem magis sectentur quam alij. Paulus enim apertè pręfert uirginitatem nuptijs, & statum uirginum statui coniugatorum dicens. Et qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Quae uerba docte ponderat Hieronymus his uerbis. Vbi bonum, & melius est, ibi boni, & melioris non unum est praemium, Et ubi non unum praemium, ibi utiq;

1. contra Ioui. — *1. Cor. 15.* — *Rom. 8.* — *1. Cor. 3. a* — *2. b* — *1. Ioan. 2* — *1. Pet. 4. b* — *Hier. ī apolo. li. ī Ioui* — *1. Pet. 3. d* — *Argum. 4* — *Melior uirginitas nuptijs.* — *Hieron. 1. cōt. Ioui.*

dona diuersa. Tantum est igitur inter uirginitatem, & nuptias, quantum inter non peccare, & benefacere, immo, ut leuius dicam, quantum inter bonum, & melius. Monogamiam etiam, siue uiduitatem digamiæ statim præfert idem Paulus adijciens. Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius, liberata est a lege. Cui autem uult, nubat, tantum in domino. Beatior autem erit, si permanserit secundum meum Consilium. Et hæc copiose docet Augustinus libro de sancta uirginitate. Et acute Hieronymus idem ibidem colligit ex illis uerbis, quæ in Paulo præcedunt. Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, al ius autem sic. Si eadem esset merces nuptiarum, & uirginum, nunquam dix isset, ait Hieronymus, post præceptum continentiæ. Sed unusquisque proprium habet donum ex Deo. Vbi proprietas singulorum est, ibi altrinsecus diuersitas. Concedo & nuptias esse Dei donum, sed inter donum, & donum magna diuersitas est. Et aliquanto post idem confirmat ex illis uerbis Christi. Nõ omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi &c. Qui potest capere, capiat. Et ideo, inquit, plus amat uirgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum. Maiorisque gratiæ est offerre quod non debeas, quam reddere, quod exigaris. Et statim. Grandis fidei est, grandisque uirtutis, Dei templum esse, purissimum totum se holocaustum offerre domino, & iuxta Apostolum, sanctum esse corpore, & spiritu. Et infra. In lege præcipitur, ut pontifex nisi uirginem non ducat uxorem, nec uiduam accipiat. Si eadem uirginis, uiduæque conditio est, quare altera recipitur, altera reprobatur? Si soror uirgo moritur sacerdotis, quomodo ipsa ad patris exequias, ita parer ad eam iubetur accedere. Si uero nupta sit quasi aliena contemnitur. Et infra. Si non præfertur nuptijs uirginitas, Spiritussanctus cur maritatam, cur uiduam non elegit? Et Christus uitam contemplatiuam uitæ actiuæ liquido prætulit, cum Marthæ uacanti uitæ actiuæ dixit. Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò unum est necessarium. Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea. Et alibi statum uoluntariæ paupertatis statu etiam bonorum diuitum præcellentiorem esse clare docuit dicens adolescenti diuiti, quique omnia mandata seruauerat. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ueni, sequere me. Et alio in loco maximam esse caritatem, animam ponere pro amicis perspicue tradidit. Et hac de causa profectò quosdam è iustis peculiariter beatos etiam in hac uita asfirmauit, & uaria eis præmia, & alia alijs maiora, & augustiora promisit, ut quos prædicabat beatos, sciremus superiores esse alijs, & inter se etiam inæquales, magnamque esse inter sancta iustorum exercitia disparitatem, & inæqualitatem. Cum igitur quidam è iustis usque adeo diligant Deum, ut uirginitatem seruent, paupertatem arctißimam sectentur, uitæ contemplatiuæ uacent, sanctißimis, & beatißimis exercitijs perpetuo studeant, & pro Deo libenter animam ponant, aut certè paratißimi sunt ponere, alij uero nõ co-

Melior monogamia q̃ digamia.

Cap. 26.

C

D

Contẽplatiua uita melior actiua.

Luc. 9

Melior paupertas diuitijs.

Matt. 19. c

Ioan. 15. b

A usque progreßi sint, sed quanuis Deum diligant, & mandata illius seruent, tamen in statu coniugali sint, & possesiones aliquas habeant, & soli uitæ actiuæ, & inferioribus uirtutum studijs intendant, erunt certè illi longe his superiores, si modo cętera sint paria. Fieri enim sanè non potest, ut non sint cęteris paribus illi meliores, & Deo gratiores, qui meliora opera exercent, & meliorē statū tenent & magis asiduè sese operibus uirtutū totos impendunt. Nā si Deus diligit diligētes se, ut ueteri, et nouo testamēto edocemur, diliget utiq; magis eos, qui magis eum diligunt, iuxta regulā Topicam. Si cut simpliciter ad simpliciter &c. Magis autem proculdubio eum diligunt, qui maiora propter ipsum cōtemnūt, quiq; laboriosiora, & magis ardua, aut certè præstantiora, & laudabiliora opera, uel æquæ laudabilia frequentius ob ipsius amorem exercent. Et huiusmodi graduum disparitatem ostēdit Bernardus in illa uerba Canticorum, Curremus in odorem unguentorum tuorum. Neque currimus, inquit, omnes ęqualiter in odorem omniū unguentorum. Et super illa uerba, Introduxit me rex in cęllaria sua, diuersitatem cęllarum, ad quas Deus introducit suos, edisserens, tandem subdit. Nam neq; unius rursum dicat esse meriti, uniusue uirtutis socialiter uiuere, & utiliter præesse. Hæc Bernardus. Vtque nihil aliud esset, uel hoc deberet dehortari ab opposita opinione. Omnem quippe insaniam exuperat, omnes sanctos huius uitæ æquare Apostolis, & beatæ uirgini Deiparæ, cum illi interuallis maximis omnes alios sanctitate, & exercitio uirtutum excelluerit, & Deus ipsos ad eximias, & incomparabiles dignitates prouexerit, & admirandis prærrogatiuis supra reliquos ornauerit. Insuper. Gratia noui testamenti maior multo est, quàm gratia ueteris testamenti. Ego ueni, inquit Christus, ut uitam habeant, & abundantius habeant. Et antecedit nouum testamentum longo interuallo uetus, sicut eleganter disserit Paulus tota penè epistola ad Hebræos, & sępe alias. Vnde & plura nobis sunt pręstita, & pręcellentiora sacramenta, quę gratiam posint conferre, & augere, quam ueteribus. Et maioris sunt ualoris apud Deum cæteris paribus nostra bona opera iustorum ueteris testamēti. Quia maiori est in precio apud Deum pasio Christi exhibita quam pūisa. Qui igitur sanctißimi fuere ex iustis noui testamenti sanctiores multo hic fuere, quàm sanctißimi ex iustis ueteris testamenti, & infimi quàm infimi, & mediocres quàm mediocres. Itaque saltem sub diuersis temporibus fuerint iusti inter se inęquales, neque credendum est omnes iustos fuisse in uia ęquales in gratia apud Deum. Postremo. Non sunt pares omnes qui obnoxij sunt peccato mortali, sed quidam rei sunt grauioris culpę apud Deum, & magis Deo exosi quàm alij. Nam & Christus apertè dixit, eos qui ipsum tradiderunt Pilato maius peccatum habuisse quàm ipsum Pilatum. Et alibi manifeste asseruit, peccatum in Spiritunsanctum grauius esse peccato in filium hominis, & per reditum immundi spiritus ad locum, unde exiuit, nouißima hominis illius, ad quē redit, fieri peiora prioribus. Neque dixisset Sauli Samuel quasi peccatum

Pro. 8. b
Ioan. 15. c
Ber. ser. 23. 33.
B
Argum. 5.
Ioan. 10. b
Argum. 6
Ioan. 19
Matt. 12. c

ariolandi esse repugnare,& quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere,nisi ario- C
lari,& idolatrare multo grauiora peccata essent,quam communa alia pecca
Hiere.3.d ta.Et Hieremias indicauit, grauius multo idolatrasse regnum Iuda, quã re-
gnum Israel.Et dixit ait, dominus ad me. Iustificauit animam suam auer-
Ezec.16.g satrix Israel comparatione præuaricatricis Iuda. Et Ezechiel ex præcepto
domini dixit ad Hierusalem,sceleratiora multo fecisse sororibus suis Sodo
ma,& Samaria, & uicisse, & iustificasse illas sceleribus suis, & Samariam di-
midium peccatorum suorum non fecisse. Et de optimatibus qui cognoue-
Hiere.5.b runt uiam domini,& iudicium Dei sui,apertè pronunciat Hieremias. Et ec
ce magis hi simul confregerunt iugum,ruperunt uincula.Et loquitur de iu-
go domini,& uinculis præceptorum ipsius. Et opinio Stoicorum & Ze-
nonis quòd omnia peccata sint paria, quam etiam secutus est Iouinianus,
ut in locis supra citatis testantur Hieronymus,& Augustinus, contra com-
munem sensum est, & contra insitum nobis lumen naturale. Vt enim ille
de solis peccatis lætalibus hæc docuerit, quod quidem Hieronymus non
uidetur de Iouiniano credidisse, certè non omnia talia peccata æqualem ha
bent turpitudinē,neque ex æquo aduersantur rectę rationi,sed quædã qui-
busdam magis pugnant contra reuerentiam & honorem Deo debitum, &
quædam arctius sunt, & strictius præcepta, uel prohibita a Deo & princi-
pibus,& Ecclesiasticis, & sæcularibus. Et ad oculum uidemus quibusdam
sceleribus Deũ magis offendi,& contemni,& ipsius honori,& gloriæ plus
uno detrahi,quàm aliis, & quædam magis lædere proximos, & Rempu- D
blicam,& religionem,magisque eis officere, aut certè nos magis coinquina
re,& deturpare,& a recta ratione,& debito hominis statu alienare.Et aper-
tum est eadem peccata a quibusdam pluries patrari, quam ab aliis. Quam-
obrem iusta, & sancta indignatione commotus Hieronymus ita alicubi
1. con.Io. Iouiniano alloquitur. Audebis ne igitur dicere,sic negasse Petrum,& cęte-
ros Apostolos, qui fugerunt, quomodo Caipham, & Pharisæos, & cla-
mantem populum, crucifige, crucifige talem? Et ut de Apostolis taceam,
eiusdem ne tibi sceleris uidebitur reus Annas, & Caiphas, & Iudas prodi-
tor, cuius & Pilatus, qui nolens compulsus est contra dominum ferre sen-
tentiam? Quanto maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris criminis est, &
quanto maioris criminis,tãto maioris & pęnę.Potẽtes enim potenter tor-
menta patientur. Hæc Hieronymus. Quod si non omnes peccatores sunt
pares,neque erunt oẽs iusti pares. Par nãque est de utroq; ratio,& si unum
contrarium suscipit magis,& minus,suscipiet & alterum.

Non omnes iusti erunt æquales in gloria. Cap. IIII.

Ar.1.ex te stim. Chri sti. PRobemus igitur tertium quod firmare proposuimus, nempè iustos
nequaquam fore ęquales in gloria. Hoc autem his argumẽtis certum,
& indubitatũ possumus facere. Primo. In domo patris mei dicit Chri
stus,mansiones multæ sunt.Non igitur omnium iustorum æqualis est glo
Ioan.14.a ria in regno cœlorum. Esset enim si sic esset in eo una potius omnium iu-
storum

A ftorum manfio in Deo,& non multę manfiones. Neq; tolerabile eft, quod Iouinianus arbitratus eft multas manfiones apud patrem, Ecclefias toto orbe diffufas intelligi. Antecedentia quippe, & confequentia, & ipfum uerbum manfionis manifeftifsime indicant, non de Ecclefiarum numero Chriftum locutum, fed de cœlorum manfionibus. Subdidit nanque mox Chriftus, Si quo minus dixiffem uobis, uado parare uobis locum. Hoc eft, Sin minus, uel fin aliter, & quod Græce apertifsimũ eft εἰ δὲ μή, ideft fi fecus res fe haberet, & non effent multæ manfiones apud patrem, dicerem uobis me ire ad parandum uobis locum. Nihil autem impediebat hoc dicere, fi Ecclefias toto orbe diffufas, in quibus habebant refidere, & præfidere Apoftoli in manfiones in domo patris intellexiffet. Erat enim & prẹter has locus eis parandus in cœlis. Quia non ibat Chriftus ad Ecclefias toto orbe diffufas, fed relicto toto hoc mundo feftinabat redire ad patrem, & tranfire in regnum cœlorum. Vnde & poftea palàm, & abfque ullo ęnigmate in eodem colloquio dixit eis. Exiui a patre, & ueni in mundũ, iterum relinquo mũdũ, & uado ad patrem. Et ut manifeftius effet, de quibus manfionibus locutus fuiffet, neque quifquam fic illas paratas effe apud patrem crederet, ut non & ad eas comparãdas per multũ faceret difceffus Chrifti a nobis, id eft mors, refurrectio, & afcenfio ipfius, ftatim poft illa uerba, Si quo minus dixiffem uobis, uado parare uobis locum, fubiecit. Et fi abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam, & accipiam uos ad me ipfum, ut ubi fum ego,

B & uos fitis. Quoniam etfi manfiones multę fint electis in regno cœlorum, nemo tamen ex nobis aliquam ex eis confequi potuiffet, nifi Chrifto parante unicuique per mortem fuam locum ei, & fuis meritis conuenientem. Neque fic accipienda funt illa uerba, Si quo minus dixiffem uobis, uado parare uobis locum, quafi non potuiffet Chriftus uere illa dicere, quia mãfiones multæ in cœlis erant electis prædeftinatæ. Non enim fi hoc effet mox addidiffet. Et fi abiero, & pręparauero uobis locum, &c. Nam hęc uerba clare infinuabant, fe abiturum, & pręparaturum eis locum. Sed uoluit eis uerbis explicare eximium, quo erat in eos affectus, amorẽ, et paratifsimum animum ad parandum eis locum, fi non iam effet paratus. Et fe ab illis uerbis tam apertis temperare declarabat, quia iam erant in domo patris manfiones multæ, & propofitę erant omnibus coronę, & pręmia, quę unufquifque bonis laboribus, & pręclaris operibus adniti deberet fibi comparare, neque omnia omnibus in uerbis erant inculcanda. Itaque ut poffemus intelligere, amorem quem habebat, erga difcipulos, pręd eftinationemque diuinam, & necefsitatem noftrorum bonorum operum ad beatitudinem, abftinuit aperte ftatim dicere, Vado parare uobis locum. Sic etenim Chriftus electis omnibus manfionem parauit tranfeundo ad patrem per mortem fuam, ut tamen, & pręd eftinatio patris antecedenter, & adiunctio bonorum operum confequenter neceffaria fit, ut eum locum adipifcantur. Et fic Deus electis coronam fuarum uirtutum parauit, & electi bonis operi-

bus certarunt semper, & contendunt, eam præripere, ut nemini tamen con C
tingeret illam accipere, prius quam Christus eis locum suæ beatitudinis sua
morte præpararet. Atque ideo, quod aperte tũ noluit dicere, mox insinua
uit adijciens, Et si abiero, & præparauero uobis locum. Et præparauit qui
dem Christus sua morte electis mansiones, quia meruit per illam & aper-
tionem regni cœlorum, in quo ipsæ mansiones sunt, & gratiam electis, qua
August. in illud iam apertum admittantur. Vnde & Augustinus in hæc uerba pul-
chre quærit. Quomodo uadit, & parat locum, si iam mãsiones multæ sunt?
Aut si adhuc parandus est, cur non merito dixisset, Vado parare? Et ipse
sibi statim respondet, has mansiones, & esse iam in regno cœlorum, & pa-
randas esse, & esse quidem prædestinatione, & eo modo parandas non esse,
non esse uero operatione, & eo modo etiam tum parandas fuisse. Et sub-
dit. Parat quidem mansiones, mansionibus parando mansores. Et propte
rea dicit Christum dixisse se uadere, ut pararet locum, quia dum it, ne uidea
tur, latet, ut credatur. Tunc enim locus paratur, si ex fide uiuatur. Creditus
enim desideratur, ut desideratus habeatur, & credenti colligitur meritum,
uidenti redditur præmium. Ipsum nanque desiderium uiuis præparatio est
mansionis. Et clarissime ibidem explicat, mansiones has multas significare
diuersas meritorum in una uita æterna dignitates. Et ut apertissimum esset
de domo cœlesti, & de mansionibus in æterna beatitudine sermonem Chri
stum fecisse, continuo ille adiunxit. Iterum ueniam, & accipiam uos ad me-
ipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Et eadẽ de causa cum præmisisset, Credi- D
tis in Deum, & in me credite, statim subiunxit, In domo patris mei mansio
nes multæ sunt. Quoniam uel hac ratione, ad augendum suam fidem eos
uoluit cohortari, quod præcellentiori fidei præcellentior quoque mansio
apud patrem cœlestem parata esset. Et quidem nomen ipsum mansionis
Heb. 13. dehortari potuit Iouinianum ab absurda sua expositione. Non enim ha-
bemus hic manentem ciuitatem, sicut dicit Apostolus, sed futuram inqui-
rimus. Neque Christus extra regnum cœlorum mansionẽ ullam fore ele-
ctis dixisset. Nouerat tandiu nos peregrinari, quandiu sumus in hoc cor-
pore. Hic si nescis Iouiniane peregrinatio est, non mansio labor, et militia,
non quies, exilium, non patria. Nemini hic conquiescere concessum, nemi
ni perpetuo manere, & immotum esse. Non huius uitæ hæc gratia est. Nõ
huic ualli miseriæ tanta contigit felicitas. Sperantur hæc in mansione cœle
sti, & in regno cœlorum nobis promisso. Quanquàm autem hæc satis pos
sunt esse, ut non dubitemus his uerbis Christi clare confirmatam ueritatẽ,
quam hic nitimur monstrare, ut omnia tamen cõmunita magis sint, adiun
gam his uerba, quibus interpretatur hũc locum Hieronymus, quæ & ipsa
2. Con. Io. dignissima notatu sunt. Quis autem, ait, risum tenere queat in eo, quòd
multas mansiones apud patrem, Ecclesias arbitratur Iouinianus in toto
orbe diffusas, cum manifestissime scriptura doceat secundum Euangelium
Ioannis non de Ecclesiarum numero, sed de cœlorum mãsionibus, & æter-

A nis tabernaculis, quę propheta desiderat, domino fuisse sermonem? In domo, inquit, patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem uobis, quia uado uobis parare locum, & si abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam, & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Locus, & mansiones, quas præparare se dicit Christus Apostolis, in domo utique sunt patris, idest in regno cœlorum, non in terra, in qua præsens Apostolos relinquebat. Simulque sensus scripturæ intuendus. Dicerem, inquit, uobis, quia uado, & præparabo uobis locum, si non mansiones multę essent apud patrem, hoc est, si non unusquisque mansionem sibi non ex largitate Dei, sed ex proprijs operibus prępararet, & ideo non est meum parare, sed uestrum, quia & Iudę nihil profuit paratus locus, quem suo uicio perdidit. Et ut unum locum scripturę ex altero exponat, continenter adnectit. Iuxta quem sensum & illud intelligendum, quod ad filios dicitur Zebedęi, quorum alter a sinistris, alter cupiebat sedere a dextris. Calicem quidem meum bibetis, sedere autem a dextris meis siue a sinistris nō est meum dare uobis, sed quibus paratum est a patre meo. Et ilico quęstionem sibi huiusmodi proponit Hieronymus. Non est filij dare, & quomodo est patris pręparare? Hoc est. Sed si non esset filij dare, quomodo patris esset pręparare? Omnia enim, quæ pater pręparauit, habet dare filius. Et ipse sibi quęstionem diluit statim ex hoc quod non dixit Christus. Nō est meū dare, sed non est meum dare uobis. Sunt uero hęc uerba Hieronymi. Para-
B tę, inquit, sunt in cœlo diuersę, & plurimę mansiones plurimis, diuersisque uirtutibus, quas non personę accipiunt, sed opera. Frustra ergo a me petitis, quod in uobis situm est, quod pater meus illis parauit, qui dignis uirtutibus ad tantum assensuri sunt dignitatem. Hęc Hierony. ex quibus abunde constare potest, etiam his uerbis, Non est meum dare uobis, sed quibus paratum est a patre meo, Christum dare docuisse, non fore ęqualem omnium sanctorum beatitudinem, sed quosdam quidem a dextris ei consessuros in regno cœlorum, quosdam autem a sinistris, & alios neque tam sublimia loca habituros, sed longe inferiora. Et ipsis quoque filijs Zebedęi, tametsi pręcellentibus Apostolis, uidetur ea loca Christus abnegasse. Idque fortasis, ut de beatissima uirgine taceamus, quod Petrum & Paulum sciebat longe illis fore superiores, & pręstantiores, & eorum insignibus, & eximijs meritis nobilissima illa loca deberi. Veruntamē ut aliquorū merita, et prę mia maiora fore, quàm filiorum Zebedęi his uerbis insinuauit, ita & Apostolos digniorem locum quam cęteros in cœlo habituros esse illis ad eos uerbis significauit. Amen dico uobis, quod uos, qui secuti estis me, in regeneratione, cū sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Non enim omniū iudices in illo certissimo, & exactissimo iudicio constituerentur, nisi omnes magno interuallo pręcelluissent. Et falsarij, uel imperitię reus tenetur Iouinianus, qui Apostolis, qui uniuersa bona sua propter Christum reli-

Pe. et Pau. præcellentiores alijs Apostolis.

Apostoli inter sanctos omnes eximij.

Matt. 19. d

querunt, nunc centuplum, nunc septuplum dicit esse repromissum, ne uideli- C
licet ex centupli uerbo excessum eorum supra alios colligeremus. Et hoc
illum uel imperite uel malitiose dixisse, possumus ostendere, quia in nullo
Mat.10.d Euangelistarũ habetur septuplum, sed in Matthaeo & Marco habetur dun-
Luc.19. taxat centuplum, in Luca uero multo plura, in Ioanne uero nihil de hoc ha
betur. Eandem etiam beatorum inaequalitatem Christus ipse perspicuam
fecit parabola illa de praeclaro illo rege, qui constituit supra decem ciuitates
seruum illum, qui ipsius mna acquisiuit decem mnas, & supra quinque ciui
tates seruum alterum, qui mna domini sui acquisiuit quinque mnas. Ne
enim aliquis ex officina Iouiniani & Lutheri aequalem esse omnium iusto-
rum remunerationẽ ex eo machinaretur, quia eisdem uerbis gratulatur do-
Mat.25. minus apud Matthaeum & seruo, qui lucratus est quinque talenta, & seruo
qui lucratus est duo, huic errori obuiã iuit ista alia parabola, in qua clare red
ditur maius, & sublimius praemium ei, qui talento sibi credito maius lucrũ
13. fecit, & plus sibi meritorum in hac uita comparauit. Et hoc ipsum luculen-
tius Christus fecit parabola illa de semente iacto in terram bonam, cuius
pars centesimum, pars sexagesimum, pars trigesimum fructum attulit. Nõ
enim potest respondere rei ipsi parabola, si aequaliter fructificat in omnibus
bonis uerbum Dei, & idem est uitium seminis quod cecidit secus uiam, &
super petram, & super spinas. Et stultum sane erat, ut uerissime dicit Hiero-
nymus, si nulla erat inaequalitas, neque in bonis, neque in malis pro duabus
speciebus sex species numerare. Faciamus tñ hęc testimonio Pauli clariora. D
Argum.2. In priore ad Cor. apertè docet non fore aequalem omniũ iustorũ gloriam
1.Cor.15 corporis his uerbis. Stella a stella differt in claritate, sic & resurrectio mor-
tuorum. Quod si ex his uerbis liquidum est, inaequalem fore gloriam cor-
poris sanctorum, erit profecto & inaequalis gloria animae. Par quippe est
de utraque ratio, & indecens profecto esset, ut habentes aequalem gloriam
in anima non haberent aequalem in corpore. Absurdaque est, ac planè into
lerabilis expositio Iouiniani, qui dicebat, ut testatur Hieronymus, stellam
differre a stella in claritate, quia spiritales differunt a carnalibus. Nam de
solis iustis haec dicit Paulus. Carnales etenim in coelestibus futuri non sunt,
& tenebrę sunt, & in tenebris ambulant, tantum abest, ut stellis queant com
parari. Atque ut hoc esset magis perspicuum, mox subdidit Paulus, Semi-
natur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate,
surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur cor-
pus animale, surget corpus spiritale. Quę quidem referri nullatenus possunt
ad corpora, in quibus resurgent mortui in peccato mortali, quippe quę ani
malia, corruptibilia, ignobilia, grauia, & infirma futura sunt. Et rectè Hiero-
nymus Solem, & Lunam dicit praemisisse Apostolum, cum dixit. Alia cla-
ritas Solis, alia claritas Lunae, alia claritas Stellarum, ne Stellam & Stellam,
totum quisquam intelligeret humanae multitudinis genus, sed ex coniun-
ctione Solis & Lunę, quę referri nequeũt ad malos, admoneremur & Stel-
las ad

A las ad Solos bonos referre. Itaque quod dicit Apostolus, sic & resurrectio mortuorum, ita est intelligendũ, ut alius uidelicet claritate Solis luceat, alius Lunæ splendore rutilet, alius Lucifer sit, alius Arcturus, alius Orion, alius Mazuroth, & alij cæteræ Stellæ, quæ sacrate in Iob uolumine continentur. Et pulcherrima sanè allusio hæc est Pauli ad intelligendum pro meritorum uarietate, & inæqualitate, diuersas fore, & inter se impares, glorias iustorum. Vt enim astra omnia recipiunt quidem a Sole suum splendorem, quodlibet tamen secundum probabiliorem philosophorum sententiam, iuxta suam qualitatem, & pro ut magis, minus ue solidum est, & diaphanum, plus uel minus refulget, ita & quanuis omnes iusti de plenitudine Christi, qui Sol est fulgentissimus, gloriam animæ & corporis participaturi sint, nequaquam tamen ex æquo, sed iuxta quantitatem, & modum suę dispositionis, hoc est bonorum operum, & meritorũ suorum, gloriam animæ, & corporis recipiet. Dabit nanque Deus pro bona uoluntate sua, sicut & ibidẽ dicit Paulus, unicuique seminũ corpus propriũ. Et sicut tanto melius & perfectius est corpus cuiuis semini respondens, quãto melius, & perfectius fuerit semen in terrã iactum, unde illud prodit, tanto nobiliora, & splẽdidiora corpora Deus iustis dabit, quãto illi meliores, & perfectiores fuerint, cũ absoluto huius uitæ cursu fuerint terræ, uelut semina mox uictura, mãdati. Vnde Dan. 12. & Daniel, cũ eos qui dormiunt in terræ puluere euigilaturos pronunciasset alios quidẽ in uitam æternam, alios uero in opprobrium, ut declararet eximiam fore gloriam bonorum doctorum, & multo maiorem quàm aliorũ, B è uestigio adiecit. Qui aũt docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiã erudiunt multos, quasi Stellæ in perpetuas æternitates. *Præcellentia gloriæ doctorum.* Iustitia etiam distributiua seruanda in bonorum remuneratione, manifeste exigit, ut inæqualis sit gloria iustorũ. Vnde utriusque testamenti pagina palã edocemur, reddendum esse unicuique prȩmium in iudicio diuino iuxta mensuram suorũ operum. *Argum. 3.* Ideo Daniel libros dixit esse aperiendos in iudicio, quia omnia nostra opera exactissime tunc expendẽtur, & iuxta eorũ merita suũ unicuique præmiũ, uel pœna retribuetur. Et Paulus disertissime. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, pro ut gessit, siue bonum, siue malum, uel ut legit Hieronymus, & magis conuenit cum communibus modo Græcis exemplaribus, ut recipiat unusquisque, quę gessit per corpus, siue bonum, siue malum. *2. Cor. 5. b* *2. cõ. Ioui.* Et alibi. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. *1. Cor. 3. c* Et Ioannes Apostolus in Apocalypsi apertè pronunciat, mortuos in domino opera sua consequi, nempè, ut iuxta eorum bonitatem prȩmium a iusto iudice recipiant. *Apo. 14. c* Et cũ alicubi dixerit Paulus, Nolite errare. Deus nõ irridetur. Quę.n. seminauerit homo, hęc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionẽ, & qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam ęternã, nequis hinc putaret, tm̃ fore huiusmodi duos gradus in retributione alibi huic errori occurrit, & lucidissime exposuit, nõ oẽs iustos

æqualem messem collecturos. Qui parce, inquit, seminat, parce & metet, & C
qui seminat in benedictionibus, hoc est, benigne, & abundanter, de benedictionibus & metet, idest etiã benigne, & abundanter colliget. Et hoc ipsum ipsa similitudo seminis iacti in terram nos poterat admonere. Cæteris siquidem paribus, qui plus seminat, plus colligit. Vnde & Psalmista absolute inquit de iustis, Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Venientes autẽ uenient cũ exultatione portantes manipulos suos. Itaq; cum perspicuũ sit, non omnes iustos in hac uita æqualia semina bonorũ operum seminare, sed quosdam alijs iustiores esse, & religiosiores, & uirtutũ magis studiosos, & plura, & meliora uirtutum opera exercere, ambigendum non, est quin ad patriam alij alijs maiores relaturi sint, & preciosiores manipulos, & in ea ex consequenti beatiores sint futuri. Non est enim iniustus Deus, sicut sapiẽ
2.cõ.Ioui. ter dicit Hier. ut obliuiscatur operis Pauli, qui cunctis amplius laborauit, & dispar meritum æquali mercede compenset. Ideo nanq; cum dñs disposuerit his, qui Euang. annunciant, de Euang. uiuere, & ille nõ abutebatur hac licẽtia, sed laborabat manibus suis, ne quẽpiam grauaret, & die, ac nocte operabatur, & ministrabat illis, qui cũ ipso erãt, & cum liber esset ex oĩbus, omnium se seruum faciebat, ut plus laborans, plus quoq; placeret Deo, & maiorẽ mercedẽ acciperet. Et Deus ipse, qui p Apostolos loquebatur, per prophetas olim perspicue monuerat, maiora se præmia melioribus operibus
Matth.19. impertiturũ in regno cœlorum. Qm̃.n. ut Christus per se & per Paulũ ex-
1.Cor.7. plicuit, uirginitas melius quid est castitate coniugali, de Eunuchis illis, qui se D
Esa.56.b sponte sua spiritaliter castrauerunt propter regnum cœlorum, sic per Esa. pronunciat. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filijs, & filiabus, hoc est, iuxta phrasim Hebraicã quã filiorũ & filiarũ, idest quã sit nomẽ eorum, qui patres filiorũ, uel filiarũ appellantur. Et ne nomen hoc carnalis aliquis temporale aliquid uel carnale præmium interpretaretur, cum manifeste in eo præcellentia gloriæ, aut aureola uirginũ designetur, additur continenter. Nomen sempiternũ dabo eis, quod non peribit.
Argu.4. Ad hæc. In regno cœlorũ diuersi sunt ordines beatorũ spirituum. Alij angeli sunt, alij archãgeli, alij throni, alij dominationes, alij principatus, alij potestates, alij uirtutes, alij cherubim, alij seraphim. Igit & diuersa quoq; est, &
2.cõ.Ioui. dispar eorum gloria. Sine causa quippe, ut pulchre dicit Hieron. diuersitas nominum est, ubi non est diuersitas meritorum. Neque uerisimile est tantã fore disparitatẽ in officijs, si nõ & æqualis esset disparitas in gratia apud Deũ & in gloria. Absonũ etenim in ciuitate illa dñi, ubi summus est, & omnino admirandus omnium rerum ordo, eos credere præfectos esse alijs, qui non etiam in gratia, & familiaritate apud Deũ eos excedant. Et si non esset tanta mansionũ diuersitas in regno cælorum, neq; in ueteri testamẽto, neq; in nouo alium ordinẽ pontifex teneret, alium sacerdotes, aliũ Leuitæ, aliũ ianitores, alium æditui. Descendit nanq; nostra Ecclesia, sicut Ioan. uidit a cœlesti
Apo.21.a Hierusalẽ, & typus quidã, & umbra ipsius est. Vnde & in uolumine Ezech.

A ubi futuræ Ecclesiæ & cœlestis Hierusalem ordo describitur, sacerdotes qui peccauerant, regradantur in æditiuos, & cum sint in tẽplo Dei, & a dextris ipsius, nõ sinuntur amplius esse inter arietes, sed cõstituuntur inter minimas oues. In fluuio quoq; illo, qui de tẽplo egreditur, & irrigat salsum mare, & postea uniuersa uiuificat, plurimæ species pisciũ describũtur futuræ, in symbolũ uidelicet, & adumbrationẽ huius ueritatis. Et disparitatẽ beatitudinis ciuium cœlestium expresius idem propheta designauit in illis uerbis. Et super firmamentum, quod erat imminẽs capiti eorum, quasi aspectus lapidis Saphiri &c. Quod optime exposuit Greg. ex uerbis Pauli ad Colossenses, siue throni, siue dominationes &c. Et docte quidem Hier. Ioui. dicit. Tota Iudeæ terra, tribuũq; descriptio, futuræ Ecclesię in cœlis typus est. Legamus Iesun Naue, legamus Ezec. extremas partes, & uidebimus quicquid in altero quasi per historiã in terra distribuitur, in altero in cœlis spiritaliter repromitti. Quid sibi uolũt in descriptione tẽpli, septẽ & octo gradus? Quid rursum quod in Psalterio post elementa cẽtesimi octaui decimi Psal. quibus mysticum erudimur alphabetum per. 15. gradus usque illuc peruenimus, ut possimus canere, Ecce nunc benedicite dñm omnes serui domini. Qui statis in domo dñi, in atrijs domus Dei nostri? Quare duæ & semis tribus, trans Iordanem habitant, ubi plurima sunt iumenta, & nouem & semis reliquæ, uel expellunt pristinos habitatores de sedibus suis, uel cum ipsis habitant? Cur Leuitica tribus in terra partem non accipit, sed dominus pars eius est, & inter ipsos Leuitas & sacerdotes ad sancta sanctorum ubi cherubin & propiciatorium est, põtifex solus ingreditur? Quare reliqui sacerdotes, lineis tantum utuntur uestibus, & non habent indumẽtum auro, hiacyntho, cocco, purpura, byssoq; contextũ? Inferioris gradus Leuitę & sacerdotes plaustra & boues accipiũt. Maioris ordinis gestant arcã dñi humeris suis. Si tollis ordinẽ tabernaculi, templi. Ecclesiæ, si omnes qui a dextris sunt, corpus unũ, & ut uulgo dicitur ἐν κοινῷ nequicquã Episcopi frustra presbyteri, sine causa diaconi sunt. Quid perseuerãt uirgines? Quid laborant uiduæ? Cur maritatæ se continent? Peccemus oẽs, & post pniam idem erimus quod Apostoli sunt. Hæc ille. Præterea. Non erit æqualis damnatorum pœna, sed eodẽ igne, & eadẽ diuinę uisionis carentia quidam acerbius, alij mitius cruciabũtur. Et hoc Christus disertisime expresit, cũ dixit Apostolis suis. Amẽ dico uobis tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorreorum in die iudicij, quam illi ciuitati, quę scilicet non receperit uos. Et alibi Corozaim & Bethsaidę dicebat. Tyro & Sidoni remisius erit in die iudicij, quam uobis. Et mox ad Capharnaum sic locutus est. Terrę Sodomorum remisius erit in die iudicij, quam tibi. Et alio in loco disparitate reatus, iudicij. concilij, & gehennę ignis idem ipsum ostendit his uerbis. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Graue siquidem est reum esse iudicij, grauius concilij, grauisimum Gehennę ignis. Alias etiam

B

Ez. 44. c
47. b.
Hom. 8.
Sup. Eze.
Argum. 5.
Matt. 10. b
11. c.
5. c.
Luc. 12 f

palàm docuit, peccatum ex malicia grauius esse puniendum quam peccatum ex ignorantia. Et ut ostenderet etiam, eos grauioribus pœnis esse mulctandos, qui maiora dona a Deo acceperunt, & ingrati illis fuerunt, subdidit statim. Omni autem cui multũ datum est, multũ quęretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petẽt ab eo. Et hoc est, quod & Salomon olim docuerat dicẽs. Iudicium durissimum in his, qui pręsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Et post paululum. Fortioribus enim fortior instat cruciatio. Paulus itẽ grauioribus pœnis esse mulctandos Christianos peccatores quam alios, si modo cętera sunt paria, eleganter diffinit, & probat in ep. ad Heb. Et Petrus idem ipsum manifeste docet his uerbis. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri, & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis, non cognoscere uiam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud ueri prouerbij, Canis reuersus ad suum uomitum, & sus lota in uolutabro luti. Et sufficere possent ad hanc inęqualitatem pœnarum constabiliendam illa protrita testimonia. Pro mensura delicti erit, & plagarum modus. Quantum se quisque glorificauit, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentorum. Apertissimum nanque est, non omnes peccatores ex ęquo delinquere, neque ex æquo se glorificare, & delitijs uacare. Atque ideo neque paria erunt eorum supplicia. Et iam inde a principio mundi sic iuste iudicaturum se, & animaduersurum in peccatores per Lamech Deus ostenderat. Occidi inquit uirum in uulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Septuplum ultio dabitur de Caim, de Lamech autem septuagies septies. Quantum enim numero pœnæ distabant, tantum & crimina. Quod si tanta erit inæqualitas in pœnis, & unicuique malorum iuxta magnitudinem suorum peccatorum iustissimus iudex retribuet, neque erunt æqualia præmia bonorum, sed recipiet unusquisque secundum suum laborem, sicut iam citauimus ex Paulo.

C

Sap.6.a

Heb.10.e

Deut.25.a

Apo.18.b

D

De profectu iusti, & inequalitate gratiæ & gloriæ sanctorum. Cap. V.

AD pleniorem omnium, quæ diximus, confirmationem placet tria hæc in commune probare, quæ seorsum iam firmauimus iustos uidelicet quandiu sunt in hac uita proficere posse in gratia & uirtutibus, neque æquales hic esse in gratia, neque æquales post hanc uitam futuros in gloria. Et primo quidem hæc omnia constabilire possumus ex uerbis Christi ad Apostolos suos. Quicunque, uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus. Non diceret Christus. Quicunque uoluerit inter uos maior fieri, & qui uoluerit inter uos primus esse, nisi quilibet proficere posset, & alios exuperare ualeret & hic & in gloria. Et qui dixit, Inter natos

Argum.1.

Matth.20

tos

Atos mulierum non surrexerit maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno coelorum, maior est illo; Indicauit profecto & in regno coelorum, & in hac uita alios esse alijs minores. Non est quippe locus minori uel maiori, ubi omnes sunt aequales. Et si omnes sancti hic sunt pares, nulla sanè est gloria Ioannis Baptistae, quod nullus eo maior surrexerit. Quod per- 2. con. Io.
spiciens Hieronymus, docte ex hoc loco colligit, Ioanne Baptista caeteros & 2. cont.
fuisse minores, & inter Angelos ipsos multiplicem esse & infinitam diuersi- Pelag.
tatem. Haec etiam ipsa luculenter tradiderat suis Apostolis in sermone habito ad illos in monte. Nam & eos turbae longe praetulit, & praeclarissimis elogijs insigniuit, & sal terrae, & lucem mundi, & ciuitates supra montem, Matt. 5
& lucernas supra candelabrum positas appellauit. Et ut spe praemij ad uirtutes & labores doctrinae accenderet, continuo subdidit. Qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno coelorum. Et alibi. Quicunque hu- 18.
miliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in Regno coelorum. Quomodo Christus bonum doctorem, magnum fore in regno coelorum pronunciasset, Quomodo humiliantes se instar paruulorum, maiores in eo fore asseruisset, nisi & hic & ibi & magni & parui futuri essent, & parui in gradum maiorum possent proficere? Concinit his testimonijs Christi Hieremias, quippe qui perspicue, ut patet ex contextu, de futuri Christi regni felicitate
differens, inter caetera haec quoque loquitur. Et non docebit unusquisque Hiere. 31
proximum suum, & unusquisque fratrem suum dicens, cognosce domi-
B num, quoniam omnes scient me a minore usque ad maiorem, uel ut legit Hieronymus, a minimo usque ad maximum. Qua autem consequentia ibi erunt maximus, & minimus, si omnes aequales futuri sunt? Qui possunt maximus, minimus ibi esse, si omnes hic fuerint pares, neque promouere quispiam sic potest, ut è minore fiat maior? Atque haec omnia ipsa sa- Argum. 2
cramentorum efficacia mirifice confirmat. Aut enim oportet dicere contra scripturam, & contra totius Ecclesiae sententiam, sacramenta non causare gratiam in iustis, qui bene se ad ea recipienda praeparant, aut siquidem hoc fateamur, sicut concedendum est ab omnibus fidelibus, necesse erit fateri, per susceptionem saltem sacramentorum fieri posse, ut iustus fiat iustior, & exuperet alios, hic quidem in gratia, & postea in gloria. Possu- Argum. 3.
mus item hunc progressum iustorum, & excessum unius supra alterum in gratia & in gloria inde ostendere, quod ex sacris literis, & ritu Ecclesiae, multisque fide dignissimis sanctorum uirorum testimonijs scimus quosdam iustos uno in tempore maiori fuisse in precio quam alio apud Deum, & plura apud Deum suis orationibus, & in hac uita, & post illam impetrasse, & ob eorum gratiam maiora nobis a Deo beneficia conferri, atque eos eximie, & singulariter prae alijs commendari. Haec quippe haud quaquam fierent, si non ipsi adeo promouissent in gratia, ut caeteros, quibus ea beneficia propter illos conferuntur, magno interuallo exuperarent. Sed faciamus hoc argumentum exemplis scripturae aliquanto dilucidius. Et quoniā

solos iustos iustis nunc comparamus, intermittam modo beneficia pecca- C
toribus propter iustos exhibita, quę passim occurrunt in scripturis, & ea
duntaxat attingam, quę iustis Deus propter iustos exhibuit, ut monstraret
& ex ipsis, alios se alijs pluris facere. In diluuio liberatus est Noe, & tota do
mus ipsius, reliqui perierunt. Et filios quidem, tametsi iusti tum fuerint, nō
Gen.6.a tamen suis meritis, sed propter parentē liberatos esse dicit bis Hier. Et id po
test colligi, quia cum dixisset dominus. Ingredere tu, & omnis domus tua
in arcam, ut intelligeremus propter Noe liberari domū ipsius subdidit sta-
tim. Te enim uidi iustum in generatione hac. Et paulò ante. Ponam fœdus
meum tecum, & ingredieris in arcam tu & filij tui, uxor tua, & uxores filio-
rum tuorum tecum. Et aliquanto ante de eo solo dicitur. Noe uero inuenit
gratiam coràm domino. Vides cū eo solo iniri fœdus, & de eo solo asseri,
quod inuenerit gratiā coràm domino, & dubitas eum fuisse maioris meriti
apud Deū, quā suos filios etiā si illi iusti tum fuerint, ut uerisimilimū est saltē
2.Pet.2.b de Sem & Iaphet? Et Loth quidē iustus erat, ut patere pōt ex testimonio Pe
Gene.19.f tri, & tn̄ meritis Abrahæ liberatus est, cū subuerteret dn̄s ciuitates, in quibus
habitauerat, ut sciremus profecto iustiorē fuisse eo Abrahā. Cū subuerteret
dn̄s ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, dicit scriptura, & libera
20. uit Loth de subuersione urbiū, in quibus habitauerat. Puniuit & Deus Abi
melech & domū ipsius, quia uoluit Sarā uxorē ducere, & quia simplici cor-
de hoc fecerat, custoditus est, ne peccaret. Orante autē Abrahā sanatus est a
Deo Abimelech, uxorq;, & ancillæ ipsius. Num dicere poterimus æquali D
fuisse Abimelech gratia apud Deū cum Abrahā, tametsi tum ille ad uocem
Dei pn̄iam egerit? Si ita esset, non ei dixisset Deus per somniū. Nunc ergo
redde uiro suo uxorē, & orabit pro te, quia propheta est, & uiues. Non.n.
ita Abimelech ab orationibus Abrahæ dependisset, si non fuisset multo eo
iustior Abraham. Et hanc tantā gratiam habuisse illum ante quam Deus di
ceret illi Ambula coràm me, & esto perfectus, nō est unde colligamus. Egis
Iob.42.b se etiam scimus pn̄iam amicos Iob sui peccati ad cohortationē domini, &
dn̄m conuersum esse ad pn̄iam Iob, et faciem illius, suscepisse cum oraret ille
pro amicis suis, & tamen illos etiam post suā iustificationē nemo sanè mētis
audebit cum Iob cōparare. Quod si non fuissent cęteris sanctiores Abrahā
Isaac & Iacob, nunquā toties sancti uiri, & tota synagoga Iudæorum meri-
ta illorum Deo in suis tribulationibus allegasset, & propter illos liberari se
petijsset. Et si nō antecelluisset multis parasangis totū suū populū Moyses,
nunquā tā crebro ad ipsius preces tēperasset dn̄s irā suā cōtra populū, neq;
Psalm.109 psalmista de illo caneret. Si nō Moyses electus eius stetisset in cōfractione in
Act.13.d cōspectu eius. Vt auerteret irā eius, ne disperderet eos. Deus ēt, sicut Paulus
ait, testimoniū p̄cellētis Dauidis sanctitatis exhibuit dicēs, Inueni Dauid fi-
liū Iesse, uirū secūdū cor meū, qui faciet oēs uolūtates meas. Et in eius gratiā
4.Re.8.c etiā multis, et grauissimis pc̄tis, p̄uocatus a filijs ipius, noluit, sicut scriptura
2.Par.21.b apertè dicit, disperdere Iudā propter Dauid seruū suū, sicut promiserat ei, ut

A daret illi lucernam & filijs eius cunctis diebus. Et hanc promissionē eleganter ipse cecinit in Psal. his uerbis. Si aūt dereliquerint filij eius legē meā, & in iudicijs meis nō ambulauerint &c. Semel iuraui in sctō meo, si Dauid mentiar, semē eius in æternū manebit. Neq; tñ Dauidi & Abrahę sub iuramēto pollicitus esset dñs incarnationē suam, si nō illi sanctiores plurimis alijs fuissent. Et quod de spū Moysi aufertur, &. 70. presbyteris datur, satis indicat excessū Moysi supra alios. Alia .n. sicut Hiero. bene dicit, abūdātia est fluminum alia riuulorū. Et si nō habuisset plurimis alijs cariores Noe, Daniel, & Iob nūquā ad Ezec. dixisset peculiariter de eis, ne illos quidē suffecturos ad liberādū terrā præuaricantē cōtra ipsum, Si fuerint, inquit, tres uiri isti in medio eius .s. terrę, ipsi iustitia sua liberabūt aīas suas, ait dñs exercituū. Et qui sępe Hier. dixit, ut nō oraret pro populo, neq; obsisteret ei, indicabat quidē, multo esse eū alijs sanctiorē, & orōnes illius maiori in ṗcio esse solere apud ipsum, quā orationes alioꝝ. Sed trāseamus ad nouū testamentū. Cū ad preces Cēturionis sanauit Deus puerū, & ad preces Cananeę filiā eius, certè & Cēturionē suo puero, & Cananeā suæ filiæ Christus prętulit. Alioqui non eorū dūtaxat fidē suscepisse se dixisset, sed & pueri Cēturionis, & filię Cananeæ. Quis aūt tñ pōt insanire, ut Apostolos cęteris ęquet, cū ꝑ Apostolos facta fuerint plurima signa, & prodigia toti orbi stupēda adeo, ut & ad ṗces eorū, & cōtactū suoꝝ uestimētoꝝ, imo ēt ad umbrā ipsoꝝ sanarēt infirmi? Cunq; meritis Pauli in naufragio ducētæ &. 76 aīæ fuerint donatę, ut & ipse expresse eis asseruit, argute rogat Io. Hiero. Nūqd, is cui donātur, & q donātur unius meriti sunt? Qđ si oēs sancti pares sunt post hanc uitā, cur Paulus, cur Eccle. cur demū tota scriptura quosdā eoꝝ nobis præ alijs cōmendat, idq; de illis, quę maiorē gratiā arguūt apud Deū? Atq; usus totius Ecclesię hęc nos pōt abūde docere. Frustra equidē, & stulte Ecclesia quosdā sctōs præ alijs coleret, & quorūdā solēnitates arctius iuberet obseruari, & quorūdā præ alijs intercessionibus uteretur, & uti fideles doceret, si oēs essent inæquali gratia apud Deū, & nō potius certissime sciret dari profectus in gratia, & Deū quosdā habere alijs cariores. Vnde aduocatā nostrā antonomatice appellat Deiparā uirginē, quod & plus cǽ precari pro nobis, & gratiores esse in cōspectu Dei preces ipsius, non dubitat. Scit, quippe exaltatam ipsā supra choros angeloꝝ. Et saltē in aliqua beneficia impartiēda quosdā sanctos a Deo præ alijs exaudiri, ita certis miraculis perspicuū factū est, ut nefas sit de hoc dubitare. Sed qui negāt orādos esse sanctos, qui iā sunt in gloria, uidētes hęc nō uidēt, et audiētes hęc nō audiūt, neq; intelligūt. Atq; ideo nō mirū, si hoc arg. nō cōuincātur. Si tñ resipiscere uelint, & ad Deū pleno corde cōuerti, auferetur ab eoꝝ cordibus uelamē, & ueritatē ipsam ex alijs arg. quę quidē fortissima & ualidissima facta sunt a catholicis, qui de orādis & colēdis sanctis scripserūt, satis superq; poterunt intelligere. Adijciā tñ his aliud, quod quidē uel solū deterrere oēs deberet ab errore, in quē modo pugnamus. Et hoc alta in mēte reponerēt aduersarij, optarim. Cunctorū san-

Psalm. 88.

Ezec. 15. d

Hiere. 7. 11. 14.

B

2. cont. Io.

Argu. 4

ctorum, excepto infimo, in cõe hostis est, qui omnium asserit, æqualia esse C merita. Oicq; ordini, omni statui, omni cõditioni, cunctis uirtutibus exceptis infimis & ipsi suæ naturæ, suæcq; famæ, & honori aduersat, qui sic sentit. Nã qui asserit, oim ęqualia esse merita, nõ unũ ordinẽ angelorũ alteri pręfert, nõ Eccle. laico, nõ religiosum sæculari, nõ doctorẽ idiotę, nõ martyrem cõfessori, nõ uirgines uiduis, nõ uiduas cõiugatis, nõ unius uxoris uiros digamis, aut trigamis, nõ polygamũ scortatori pœnitẽti, nõ caritatẽ fidei, aut spei, nõ iustitiã tẽperãtiæ, et ne reliqua persequar, oïa cõfundit, oïa cõturbat, decorẽ uniuersi in spiritalibus tollit, suã naturã accusat, suę industriæ inimicatur, suã famã, & honorẽ perdit. Quippequi in qua re maxime oportet proficere uidelicet in gratia Dei, & uirtutibus, in ea se neq; proficere, neq; alios exuperare posse existimat. Et quę põt esse uerior antichristi pręedicatio? quę pernicies maior? quæ doctrina hoïes alioqui satis p se torpẽtes, & remissos ad uirtutes, segniores põt, aut magis pigros efficere, & i uitia plenius laxare, quã quæ inter Ioan. & infimũ pœnitentem nullã prorsus facit distantiam?

Confirmatur profectus iustorum, & inæqualitas ipsorum in gratia & gloria ex consensu Ecclesiæ Catholicæ. *Cap.* VI.

QVanuis aũt plurima sint sanctorũ testimonia pro ueritatibus, quas docuimus, & plæracq; iã citauerimus in cõfirmationẽ, & illustrationẽ argumẽtorum, quæ fecimus, ut tñ clarior sit oïbus cõsensus totius Ecclesię de his, adiũgã & alia q̃dã quæ aliis in locis occurrerũt. Tertul. augumentũ dari in uirtutibus, & Ecclesiã in tribulationibus proficere his uerbis declarat. Q̃n Deus magis creditur, nisi cũ magis timetur? nisi in tpe persecutionis? Ecclesia in attonito est. Tũc & fides in expeditione sollicitior, & disciplinatior in ieiuniis, & stationibus, & orationibus, & humilitate, in alterutra diligẽtia, & dilectione, in sanctitate, & sobrietate. Non. n. uacatur, nisi timori & spei Cyp. sępe hãc eandẽ ueritatẽ docet. Idq; manifestũ esse potest, cũ ex aliis, quæ alias ex eo citauimus, tum uero ex illis, quæ de laude uirginitatis & martyrii scribit. Nã omnia uult martyrio cędere, & ipsius esse centesimum fructum, uirginitatis autem sexagesimum. Et ad quosdã egregios confessores sic scribit. Tot uestræ laudes, quot dies. Quot mensium curricula, tot incrementa meritorum. Quo longior uestra pugna, hoc corona sublimior. Et alibi. Tobias in quantum patienter cœcitatẽ tulit, in tantum granditer Deum patientiæ laude promeruit. Ambrosius in sermone quodam resurrectionis, iustos omnes, quandiu sunt in hac uita proficere posse in gratia, & mundicia clare tradit his uerbis. Quis in hac uita tam mundus, qui amplius mundari non possit, magis magisque mundandus non sit? Et sequitur. Vt tanto sint fœcundiores, quanto mundiores. Nedum inter uirtutes, sed etiam in uirtutibus eisdem gradus esse probantur. Et præter loca, quæ iam citauimus ex Hieronymo ex secundo contra Iouinianum, ubi ex pfesso disputat contra hunc errorem de æqualitate gratiæ & gloriæ sanctorum, est locus quidam ipsius ualde notandus de hoc, quem non grauaD

Tertull. Lib. de fuga in persecutione.

Cyp. de laude martyrii, & de habitu uir.

Idem. lib. 2 epist 4.

Serm. 3. Ambro.

A bor hic transcribere. Confirmant enim mirifice illius uerba multa ex argumentis iam factis, & quae fuerit semper germana expositio multorum locorum scripturae, quae supra induximus, perspicue ostendunt. Cum igitur in primo libro contra Pelagianos dissereret, nullum hominem posse esse in hac uita sine peccato, nisi ex speciali priuilegio, ne per hoc omnes uideretur aequaliter sanctos, aut peccatores constituere ita subdit. Ego hoc sentio nullam creaturam secundum ueram consummatamque iustitiam posse esse perfectam. Caeterum alium differre ab alio, & diuersas esse in hominibus iustitias nulli dubium est, & uel maiorem esse alium, uel minorem, & tamen secundum statum & mensuram suam posse iustos nominari, qui aliorum comparatione iusti non sunt. Verbi gratia, Paulus Apostolus, uas electionis, qui plus omnibus Apostolis laborauit, utique iustus erat, scribens ad Timotheum, certamen bonum certaui, cursum consumaui, fidem seruaui, de caetero reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed omnibus, qui diligũt aduentum eius. Iustus erat & Timotheus discipulus eius & imitator, quem docet, quid agere debeat, & quem modum teneret uirtutum. Putamus ne unam & eandem in utroque fuisse iustitiam, & non plus habere meritorum eum, qui plus omnibus laborauit? Multae mansiones sunt apud patrem, quia & merita diuersa. Stella a stella differt in claritate, & in uno ecclesia corpore, membra diuersa sunt. Habet sol fulgorem suum, Luna quoque noctis tenebras temperat, & quinque sydera alia, quae uocantur errantia, diuersis

B & cursibus & luminibus coelum peragerant. Innumerabiles sunt aliae stellę, quas micare in firmamento cernimus. In singulis diuersa sunt lumina, & tamen in suo unaquęque perfecta est, ita duntaxat, ut comparatione maioris perfectione careat. In corpore quoque cuius membra diuersa sunt, aliud oculus, aliud manus, aliud pes agunt. Vnde & Apostolus dicit. Non potest oculus dicere manui, non es mihi necessaria, aut iterum caput pedibus, non desidero operam uestram. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetae. Nunquid omnes Magistri? Nunquid omnes cunctas habẽt uirtutes? Nunquid omnes donationes habent sanitatum? Nũquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Aemulamini dona ma maiora. Omnia autem haec operatur unus atque idẽ spiritus, diuidẽs propria unicuique prout uult. In quo diligenter attende, quod non dixerit, secundum quod unumquodque membrum cupit, sed secundum quod ipse uult spiritus. Neque enim dicere potest uas figulo suo, quare uel ita me fecisti. An non habet figulus potestatem de eodem luto, aliud uas facere in honorem, aliud in contumeliam? Vnde cõsequenter adiecit. Aemulamini dona maiora, ut in fide & industria plus caeteris charismatibus habere mereamur, melioresque simus his, qui comparatione nostri in secundo uel tertio gradu positi sunt. In magna domo uasa diuersa sunt, alia aurea, alia argẽtea, aenea, ferrea, ligneaque. Et tamen secundum modulum suum, cum aeneum

Hiero.

uas perfectum est, comparatione argentei uasis imperfectum dicitur, rursumque argenteum aurei collatione deterius est. Atque hoc modo, dum sibi inuicem comparantur, imperfecta & perfecta sunt omnia. In agro terrae bonę, ex una semente tricenarius, & sexagenarius, & cētenarius fructus exoritur. Ipsis numeris indicatur impar esse quod nascitur, & tamen in suo genere perfecta singula. Elizabet & Zacharias quo testimonio, quasi impenetrabili uteris clypeo, nos docere possunt, quanto inferiores sunt beatae marię matris domini sanctitate, quae conscientia in se habitantis Dei libere prodamat. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo. In quo animaduerte quod beatam se esse dicat, non proprio merito, atque uirtute, sed Dei in se habitantis clæmentia. Ipse quoque Ioannes, quo maior non fuit inter natos mulierum, parentibus suis melior. Non enim solum hominibus, sed & angelis testimonio domini comparatur, & tamen qui cūctis hominibus erat maior in terra, minimo in regno cœlorum minor fuisse perhibetur. Quid mirum in collatione sanctorum, alios esse meliores & alios inferiores, cum econtrario in collatione peccatorum hoc intelligi possit? Ad Hierusalem dicitur, quae multis peccatorum erat confossa uulneribus. Iustificata est Sodoma ex te, non quod Sodoma per se iusta sit, quę in aeternos collapsa cineres, audit per Ezechielem, Sodoma restituetur in antiquū, sed quod comparatione sceleratioris Hierusalem haec iusta uideatur. Illa enim Dei filium trucidauit, haec propter abundantiam panis, & per luxurię magnitudinem excessit modum libidinis. Publicanus in Euangelio, qui percutiebat pectus, quasi thesaurum cogitationum pessimarum, & conscientia delictorum oculos non audebat attollere, superbientis Pharisaei collatione fit iustior. Et Thamar sub specie meretricis fallit Iudam, & ipsius sententia qui deceptus est, meretur audire. Iustificata est Thamar magis quam ego. Ex quibus omnibus approbatur, non solum ad comparationem diuinae maiestatis homines nequaquam esse perfectos, sed ne angelorum quidem, & caeterorum hominum, qui uirtutum culmina conscenderunt, cum & tu qui melior es, alterius collatione, quem imperfectum esse monstraueris, rursum ab alio te praeeunte uincaris, ac per hoc non habeas ueram perfectionem, quae si perfecta sit, nulla re indiget. Hactenus Hieronymus. Augustinus etiam tractans illa uerba Ioannis, Ego rogabo patrem, & alium paraclętum dabit uobis, pulchre quaerit, quomodo promitteretur ss. discipulis, cū ipsum iam haberent. Et ipse sibi respondet ideo ista dominum dixisse, quia habentes Spiritum sanctum, possunt eum habere adhuc perfectius, & qui habebāt occulte, ut ipsum diligerent, & mandata ipsius seruarent, accepturi eum erant manifeste. Verba Augustini post tractatam hinc inde quaestionē sunt haec. Restat ergo, ut intelligamus Spiritum sanctum habere, qui diligit & habendo mereri, ut plus habeat, & plus habēdo plus diligat. Iam itaque

Ioā. caeteris maior.

Luc. 18

August.

Ioan. 14.

A habebant Spiritum sanctum discipuli, quem dominus promittebat, sine quo eum dominum non dicebant, neque tamen eum ad huc habebant, sicut dominus promittebat. Et habebant ergo, & non habebant, qui quantum habendus fuerat, non dum habebant. Habebant itaque minus, dandus erat eis amplius. Habebant occulte, accepturi fuerant manifeste. Et subdit. Proinde non solum non habenti, uerum etiam habenti non in cassum promittitur, non habenti quidem, ut habeatur, habenti uero, ut amplius habeatur. Et idem multis aliis locis constanter docuit. Protrita sunt illa ipsius uerba, caritas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, cum autem perfecta fuerit, clamat cupio dissolui, & esse cum Christo. Et super epistolam Ioannis de eadem caritate sic scribit. Vt perficiatur nascitur, cum fuerit nata, nutritur, cum fuerit nutrita, roboratur, cum fuerit roborata, perficitur, cum ad perfectum uenerit, quid dicis? Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Et ibidem augmentum caritatis dicit esse diminutionem cupiditatis, & timoris. Et rursus. Quantum caritas crescit, timor decrescit, & quantum illa fit interior, timor pellitur foras. Maior caritas minor timor. Minor caritas maior timor. Et ibidem. Quantum in te crescit amor, tantum crescit pulchritudo, quia ipsa caritas est animae pulchritudo. Et de Paulo subdit. Ideo erat omnibus superior, quia caritate optabat omnes esse sibi aequales. Et alibi. Coeterum qui futuri sint pro meritis praemiorum, etiam gradus honorũ, atque gloriarum, quis est idoneus cogitare, quanto magis dicere? Quod tamen futuri sint non est ambigendum. Et in libro de inquisitione trinitatis, cum quaereret, an omnes sancti aequaliter deum uidebunt uel intelligent, ita respondet. Nullatenus aequaliter omnes uel angeli, uel animae sanctorum, deum, uel nunc uident, uel post resurrectionem uidebunt, sed secundum donatoris dispensationem & meritorum qualitatem. Et. 13. de ciuit. Dei. cap. 7 per martyrium dicit peccata dimitti, & merita cumulatius augeri. Et tract. 7. in Ioan. Non omnes sancti, ait, paria merita habent. Sunt alij alijs sanctiores. Chrysost. etiam exponens illa uerba, Sedere a dextris atque a sinistris, nõ est meum dare uobis, ita scribit. Propter me quidem, ac praedicationis meę gratia moriemini, & meae passionis participes eritis, sed non est id satis ad primum locum, atque ordinem obtinẽdum. Nam si quis postea ueniet martyrio, & aliorum omnium numero uirtutum ita decoratus, ut non parum excedere uos uideatur, nolite credere, quia uos amo, ceterisque antepono, id circo eo, qui maioribus nitet operibus expulso, uobis primum me locum daturum. Et in hom. 22. in ep. ad Heb. Quanto quis acerbiora passus, tanto gloria eius ex crescit. Theophilatus in illa uerba Matthaei de semine iacto in terram bonam quod facit fructum, aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud uero tricesimũ. Variae, inquit, uirtutis species sunt, uarij & qui proficiunt. Et in Lucę parabolam de seruis constitutis pro meritis suis in plures uel pauciores ciuitates, sic scribit. Quando apparebit Christus rex cum angelis in gloria patris ueniens, & omne genu flectetur ei, tũc

Tracta. 9

18.

22. de ciui. c. 30.

B

Chry.

Theophi. Matt. 13

sane ad rationem adiget & eos qui dona acceperũt,& inuenietur unus qui C
dem multis profuisse,& duplicasse donum,alius autem profuisse quidem et
ipse,sed paucioribus profuisse, alius autem nemini profuisse, sed ignauiter
transiuisse negociatiõis tempus. Proinde qui decuplicauit quod acceperat,
super decem ciuitates constituitur,hoc est multiplices retributiones accipit,
& alius deinceps iuxta suam recipit proportionem. Qui autem nihil lucra-
tus fuit,condemnatur. Et paulo inferius. Tollitur donum ab ignauo,& da-
tur bono negociatori,nam licet is habeat,propter istuc ipsum tamen ma-
gis debet plura accipere. Habenti enim dabitur, hoc est ei,qui ex negocia-
tione boni multa lucratus fuerit,illi dabitur & amplius. Nam si parua in de
cupla fecit crescere,manifestum est,ꝙ & plura decuplicabit,maioris lucri au
Homi.15 tor domino futurus. Hæc Theophilatus. Et Gregorius in illa uerba Eze-
chielis. Et ascendit per gradus eius cum exposuisset portæ nomine fidem in
telligi a propheta,quia eam primam contingimus,ut ad uirtutum ædificia
intremus. Quid,subdit,sunt gradus huius portę,nisi merita uirtutum? Siue
enim in cognitione mediatoris Dei & hominum hominis Iesu Christi, seu
in scientia diuini eloquij, seu in ipsa fide, quam de illo accipimus,quibusdã
gradibus ad altiora incrementa peruenimus. Nemo enim repente fit sum-
mus, sed in bona conuersatione a minimis quisque inchoat, ut ad magna
Psal.47 perueniat. Et his gradibus aptat illa uerba Psalmistæ. Deus in gradibus eius
cognoscetur,cum suscipiet eam. Et Ecclesiæ profectum,& cuiusque animæ
sanctę his uerbis declarat. Cum sanctam Ecclesiam dominus suscipit, in gra D
dibus eius dignoscitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur.
Quantum enim Ecclesia ascendendo proficit,tantum Deus hominibus ex
eius uirtute innotescit. Addit & his pulchriora alia & apertiora, quæ ad lõ
De Pœ.d gam renarrauit Gratianus. Bernardus etiam in ep. quadam Abbatibus Suis
2.c. cũ san sione congregatis sic scribit. Minime pro certo est bonus, q melior esse nõ
cta. uult. Et ubi incipis nolle fieri melior,ibi etiam desinis esse bonus. Et alias.
ep. 91 Cum in nobis deficimus,tunc coram Deo per desideriũ proficimus. Quia
non attendit Deus,quod es,sed quod esse desideras. Et his consona sunt il-
la peruulgata uerba Augustini. Vbi dixisti sufficit, ibi defecisti. Neque mi-
nus illa. Omnia illi desunt,qui nihil sibi deesse putat. Quomodo proficis si
De uerb. iam sufficis tibi? Et alibi. Semper tibi displiceat quod es, si uis peruenire ad
Apo. id quod non es. Et Grego. In uia Dei non procedere,retrocedere est. Et tan
dem omnibus his suffragatur illa cõmunis apud omnes Ecclesiasticos do-
ctores distinctio,qua iusti diuiduntur in incipientes, proficientes & perfe-
ctos. Sed ne quispiam amplius de his dubitet, quia profectus iustorum in
gratia apertissime diffinitur in hoc capitulo & inæqualitas gratiæ iustorum
apertissime etiam cap.7. diffinita est,sciat inæqualitatem meritorum,& pec
catorum,gloriæque & pœnæ inferni apertissime etiam esse diffinitam in cõ
Cõc. Flo. cilio Florentino his uerbis. Diffinimus illorum animas,qui post Baptisma
susceptum,nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ
post

A post contractam peccati maculam, uel in suis corporibus, uel eisdem exutę corporibus prō ut superius dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & unum sicuti est, meritorum tamē diuersitate alium alio perfectius, illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, uel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Hæc ibi. Et inæqualitatem pręmiorum & meritorum olim diffinierat Concilium Thelense in Aphrica autoritate Syricij Papæ congregatum. In epistola enim quadam ita inter cætera patres illius Concilij ad eum scripsisse legimus: Agrestis ululatus est, nullam uirginitatis gratiam, uullumq; castitatis ordinem reseruare, promiscue omnia uelle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quādam cœlestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit palma, quam tribuat, & non plurimi abundent tituli præmiorum. Et approbauit hanc sententiam idem Syricius quantum ad præcellentiam uirginitatis supra matrimonium, ut constanter uidelicet posset defendere inæqualia esse omnium iustorum merita & præmia. *Præfatuir ginitas matrimonio.*

Respondetur argumentis Iouiniani. Cap. VII.

QVoniam uero iam hunc errorem feliciter Deo auxiliāte expugnauimus, & contra utriusque testamenti paginam, & contra sanctorum patrum, immo etiam contra totius Ecclesiæ autoritatem, & contra communem hominum sensum, eum esse ostendimus, ut nihil neq; pij, neq; impij hic à nobis iure desiderare queāt, ad ea respondebimus, quibus eum errorem adnixus est tueri Iouinianus. Nam Lutherus quibus argumentis ad id uteretur, me fugit. Sed argumēta Iouiniani tam putida sunt, tam leuia, tam nullius ponderis, ut me pigeat singillatim referre, leuauit nos hoc labore beatus Hieronymus, qui propter utilitatem Christi fidelium non grauatus est, eam molestiam subire. Poterit, qui uolet in eo ea legere in 2. libro contra ipsum in examinatione quartę propositionis ipsius. Sciat tamen cui non placuerit, aut non uacauerit, ea legere, omnia illa huc recidere, ut ex multis parabolis & exemplis, in quibus duo tantum ordines ponuntur bonorum & malorum, colligere uelit, nullos gradus fore in ipsis, nulla interualla, nulla discrimina. Neque aduertit miser & insipiens homo, non omnibus in locis omnia posse, aut debere edoceri, & unam quanque parabolam, seu similitudinem ad id referendam esse cuius similitudo est. Conuenientissimum nanq; fuit, & nostræ imbecillitati necessarium, ut quibusdam parabolis, figuris, exemplis, & similitudinibus traderetur bonorum & malorum distantia, in alijs uero & gradus explicarentur, quibus distant boni inter se, & e contrario mali. Exēpli gratia. Parabola quinq; uirginum sapiētum, & quinque stultarum docet quantum sit inter solicitos & pigros inter fitium. Parabola duorum fratrum diuersitatem explicat frugi & luxuriosi, & non ad merita totius generis humani, sed uel ad Iudæi pertinet, Christianique personas, uel sanctorum & pœnitentium. Parabola dragmæ perditæ

Obiect. 1

Respon.

& inuentæ, & similis parabola de oue, reparationem humanæ naturæ, & C coniunctionem ipsius cum angelis explicat, neq; merita hominum exæquat meritis angelorum. Et hoc ipsum docere possumus in figuris. Quod enim in diluuio, & apud Sodomam et Gomorram omnes iusti seruantur, peccatores in commune pereunt, & postea omnes Ægyptios tenebræ cooperiunt, & ubicunq; habitabant filij Israel, lux est, & in mari rubro iusti pariter transeunt, peccatores pariter obruuntur, & in iudicio omnes uel oues sunt, & a dextris ponuntur, & ad posidẽdum regnum cœlorum uocãtur, uel hirci, & a sinistris sunt, & ut discedant in ignem æternum præcipiuntur, hoc nimirum Deus nobis significauit, nullum fore medium, neq; in hac uita, neq; in alia inter filios regni, & filios perditionis, et omnes uel in luce, uel in tenebris esse, & uel perire, uel saluari. Sed ne ex istis parabolis omnes bonos inter se, aut malos ediuerso æquaremus, parabolis alijs, & exemplis, & figuris, quas supra induximus, & diuersa talenta hic bonis distribui & impa ria præmia postea reddi, & uerbum Dei inæquales in bonis fructus facere, & quosdam iustos a Deo præ alijs honorari, & quosdam peccatores, acerbius alijs, & hic & in alio sæculo, puniri per eandem scripturam est monstratum. Et peculiariter in his licet admirari, & adorare prouidentiam Spiritus sancti. Quoniam enim futurum erat, ut Iouinianus ex parabola Christi de ouibus & hircis argumentaretur unam duntaxat fore hominum distantiam, malorum uidelicet a bonis, iam olim huic errori Deus prospexerat p Ezechielem, qui oues rationabiles, & diuersitatem inter pecus, & pecus suę D prophetiæ autoritate demonstrat dicens. Ecce ego iudico inter pecus & pecus, & inter arietes & hircos, & inter pecus pingue & macilentum. Pro eo, quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus uestris uentilabatis oĩa infirma pecora donec dispergerentur. Et ut sciremus, quæ ista sunt pecora intulit statim. Vos autem greges mei, oues pascuę meæ homines estis. Cum igitur præter distantiam inter arietes, & hircos, clare distinxerit propheta inter pecus & pecus, & inter pecus pingue & macilentum, & ex natura ipsa manifestum sit per multum interesse, an in pecore aliquis aries sit, an ouicula, & an primam lanam habeat, an secundam, & infirmum sit, & fragile, an uegetum, & subsultans, contra autoritatem Scripturæ, & contra rationem ipsam manifeste pugnant, quicunq; omnes homines oues dicunt esse & a dextris, uel hircos & a sinistris, & nullam esse aliam inter eos diuersitatem. Verum unum illud argumentum, quod Iouinianus contra nos intorsit ex parabola Euangelica de uno denario reddito operarijs primæ horæ, & tertiæ, & sextæ, & nonæ, & undecimæ, quia multo cæteris apparentius est, libet aliquanto accuratius tractare. Et quia tela aduersariorum nihil timet ueritas, quæ semper uincit, roborabo ipsum, & urgentius faciam. Cur itaq; si inæqualia sunt præmia sanctorum inęqualiter laborantibus in excolenda uinea domini, unum tamen, & eũdem denarium dedisse dicitur pater familias in parabola Euangelica, neq; plus accipiunt qui toto die la-

Eze. 4. e

Obiect. 2

A borauerunt,quam qui una duntaxat hora? Voluit hac parabola Christus *Respon.*
ostendere unius & eiusdem Dei participes fore omnes beatos, & eandem uitam æternam esse in prǫmium omnibus dandam,licet pro diuersitate meritorum,alius alio clarius Deum uidebit,& alius alio plenius,& suauius eo fruetur. Sicut enim idem est cœlum commune omnibus syderibus, & tamen stella a stella differt in claritate,ita quanuis eadem uita ǫterna,& idem regnum cœlorum, idenq; denarius beatis omnibus concedatur, quia idem Deus omnibus se benignissime præstabit uidendum,fruendum,participādum,tamen pro diuersitate meritorum alius alio clarius in eodem denario honorabitur, quia quidam intimius,& perfectius eum participabunt. Et hunc in modum respondent huic obiectioni Hiero. Aug. & Greg. Vnus *Denarius*
denarius ait Hiero. ubi supra,non unum est præmium,sed una uita, & una *unus bea-*
de gehenna liberatio. Cǫterum quomodo ad indulgentiam principalem, *torum.*
diuersorum criminum rei dimittuntur de carcere,& unusquisque pro labo *Hieron.*
re,uel operibus suis in hoc uel in illo statu uitæ est,ita & denarius quasi indulgentia ueri principis omnes per baptismum emittit de carcere. Iam nostri laboris est,pro diuersitate uirtutum diuersa nobis prǫmia prǫparare. Huc usq; Hieronymus. Augustinus uero in illa uerba Ioannis, In domo *Augu.*
patris mei mansiones multǫ sunt,sic inquit. Eo utique denario uita signifi- *Ioan. 14.*
catur æterna,ubi nemo amplius uiuit alio, quia uiuendi non est diuersa in ǫternitate mensura, sed multǫ mansiones diuersas meritorum in una uita
B ǫterna significant dignitates. Alia enim gloria Solis, alia gloria Lunǫ, alia gloria Stellarū. Stella enim a stella differt in claritate,sic & resurrectio mortuorum. Tanquam stellǫ sancti diuersas mansiones diuersǫ claritatis, tanquam in cœlo sortiuntur in regno,sed propter unum denarium nullus separatur a regno. Atq; ita Deus erit omnia in omnibus, ut quoniam Deus caritas est propter caritatem fiat,ut quod habent singuli commune sit omnibus,sic enim quisq; etiam habet,cum amat in altero,quod ipse nō habet. Non erit itaq; inuidia imparis claritatis,quia regnabit in omnibus una caritas. Hǫc Aug. Et in libro de sancta uirginitate in eandem sententiā sic scri- *c. 26*
bit. Quia ipsa uita ǫterna pariter erit omnibus sanctis,ǫqualis denarius omnibus attributus est. Quia uero in ipsa uita ǫterna distincte fulgebunt lumina meritorum,multǫ sunt mansiones apud patrem. Et hǫc eodem Pauli testimonio confirmat,quo & proxime citato loco usus est. Eadenq; & in eūdem sensum eleganter persequitur Gregorius in illa uerba Iob. 3. Paruus & *Greg. 4*
magnus ibi sunt. Quia in hac uita,inquit,nobis est discretio operum,erit in *mor. c. 42*
illa proculdubio discretio dignitatum,ut quo hic alius alium merito superat,illic alius alium retributione transcendat. Vnde in Euangelio ueritas dicit. In domo patris mei mansiones multǫ sunt. Sed in eisdem multis māsio- *Ioan. 14*
nibus erit aliquo modo ipsa retributionum diuersitas concors, quia tanta uis amoris in illa pace nos sociat,ut quod in se quisq; non acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Vnde & non ǫque laborantes in uinea,ǫque cuncti *Matt. 20*

denarium sortiuntur. Et quidem apud patrem mansiones multę sunt, & tamen eundem denarium dispares laboratores accipiunt, quia una cūctis erit beatitudo lętitiæ, quamuis non una sit omnibus sublimitas uitę. Superesse tamen adhuc uidetur unus scrupulus. Cur enim qui pondus diei, & ęstus portauerunt, quererentur, pares sibi effectos esse, qui una duntaxat hora laborauerant? Si in eodem denario dispar erat eorum & aliorum gloria, & eodem denario perinde inæqualiter præmiati sunt, ac si distincta præmia et suis laboribus proportionata eis concessa, & distributa fuissent, quæ poterat iusta esse ratio quærelæ? Posset quidem referri hæc querela ad eiusdem præmij, & eiusdem diuinitatis denarij participationem. Sed commodius est dicere cum Chrysostomo satis esse si ex parabolis explicetur propositum ad quod afferuntur, neq; opus esse, ut omnia quæ in eis dicuntur examusim, & per omnia ueritati respōdeant. Et hoc ex multis parabolis apud Matthæum colligi potest. Et una hæc parabola nobis hoc luculenter potest ostendere. Non enim erunt querelę aliquæ, aut indignationes in beatis, neque quispiam eorum grauiter ferret, si alios eis impares Deus æquaret, neq; unquam data fuit, aut dabitur beatitudo nouissimis prius quam primis. Verum cum parabola, ut patet ex antecedentibus, & consequentibus in hoc unum proposita fuerit, ut docerentur præferendi esse, qui tempore legis gratiæ uocati sunt ad uitam perfectam, eis qui ante illam uocati fuerant ad consequendum regnum cœlorum, cum hoc explicetur parabola ista, debemus eo esse contenti, neque solicitari, si non omnia alia ueritati respondeant. Transeamus ergo ad ea, quę circa uerba Iacobi differere. cap. 1. promisimus.

Replic. — *Respon.* — *Regula p rītelligēdis parabolis.* — *Matth. 13*

C — D

De pulcherrima uia conciliandi Paulum cum Iacobo, quæ nobis ex doctrina sanctæ Synodi illuxit. Cap. VIII.

GRauiter quidem torsit plerosq; ex Ecclesiasticis doctoribus diaphonia illa, quę inter Paulū & Iacobū esse uidetur, dum Iacobus in tertio testimonio citato a patribus in hoc capite, clare asserit ex opibus iustificari hominē, & non ex fide tantum, Paulus uero in omnibus pene suis epistolis & pręcipue in illis, quas ad Ro. & ad Gala. scripsit, contra affirmat, homines per fidem iustificari, & nō ex operibus. Et cū certo scirent omnes catholici, nullam inter eos esse dissonantiā, ut pote qui uno & eodem. ss. inspirāte locuti sunt, pro suo quisq; captu & ingenio pie conatus est omnem istam amoliri difficultatem, & catholicis ostēdere eximios hos Apostolos penitus sibi cōsensisse, & per omnia fuisse concordes. Sed ex omnibus uijs ad concordiam istam conficiendam excogitatis, illa mihi aptissima & præstantissima uidetur, quæ ex sententia Synodi in hoc capi. potest colligi. Sed quo dilucidior illa sit, & pleniori applausu excipiatur, maioriq; precio, sicut par est, a cunctis habeatur, proponam in primis uarias huius conciliationis uias, quas in diuersis autoribus legi. Quidam contrarietatem istam quæ inter Pauli & Iacobi uerba citata statim occurrit, diluere tentarunt dicentes

Iaco. 2 — *Ro. 3. 4. 11* — *Gal. 2. et. 3* — *Prima uia cōciliandi Paulū & Iacobum.*

A centes Paulum de operibus legalibus locutum esse, quæ neminem potuerunt iustificare, Iacobum uero de operibus caritatis pietatis & obœdientię, quæ ad omnium iustificationem nimium conducunt. Quanuis autem Paulus aliquando locum dederit huic expositioni, quia diserte dixit, ex operibus legis neminem iustificari, & absque operibus legis per fidem hominem iustificari, tamē ne legis nomine sola lex Mosaica intelligeretur, alias palam asseruit sine adiectione uerbi legis, neminem ex operibus iustificari, sed per fidem & gratiam Christi. Quare & Hiero. in ep. ad Ctesiphontē, & Augu. in de spiritu & lit. cap. 4. 13. 14. & 29. nomine operum legis non tantum legalia & ceremonialia opera pręscripta in lege Mosayca, sed etiam moralia intelligunt a Paulo exclusa, quæ lege naturali cōprehenduntur. Alij, sequentes August. in lib. 83. q. q. 76. dixerunt Iacobum locutum esse de operibus sequentibus fidem, Paulum uero de operibus antecedentibus fidem. Hæc enim neminem iustificant, illa uero iustificationi cooperantur. Alij generaliter Iacobum dicunt locutum esse de operibus sequentibus iustificationem, Paulum uero de operibus antecedentibus ipsam. Nam hæc putant, siue antecedant fidem, siue sequantur, aliena prorsus esse ab omni coefficientia ad iustificationem. Possent & alij dicere Paulum de operibus per legem uel naturam factis agere, & ea sola excludere a iustificatione. Iacobum uero de operibus agere generaliter, & quia quædam ex eis ex gratia & Dei auxilio facta ad iustificationem possunt cooperari, & in Abraham talia opera fuerunt, & in quouis alio possunt similia esse, ideo dixisse Abraham iustificatum ex operibus, & hominem quenuis iustificari similiter ex operibus & non ex fide tantum. Sed Paulus & Iacobus generaliter & absque ulla limitatione locuti sunt. Cur non igitur eorum uerba sic excipiantur, ut habentur? Deinde. Secundum legem Dei ita sunt ad iustificationem nostram necessaria, & requisita bona opera antecedentia gratiam & fidem, & ita necessarium est, ut nos faciamus quod possumus, ut iustificemur, ac necessaria sunt bona opera ex Dei auxilio, siue antecedentia fidem & iustificationem siue sequentia. Non ergo illa magis quam ista, neq; ista magis quàm illa a iustificatione exclusa esse sunt credenda. Nos igitur in libello de iustificatione quęstione. 2. ad. 1. aliter dissoluimus hanc apparentem discordiam. Diximusque particulam, ex, diuersimode acceptam esse a Paulo & Iacobo, & apud Paulum quidem meritum & debitum significare, apud Iacobum uero tantum cooperationem et coefficientiam. Ita uidelicet, ut Paulus cum dixit, neminem ex operibus iustificari, ut ex alijs Pauli testimonijs docuimus, hoc senserit, neminem ex meritis, aut debito suorum operum iustificari, cum uero Iacobus dixit, hominem iustificari ex operibus, & non ex fide tantum, hoc significauerit, opera ad iustificationem concurrere, & non solam fidem. Et sic etiam particulas illas, ex & per, accepit Paulus, cum asseruit homines per fidem, & ex fide iustificari. Neque enim merito fidei, aut ex debito iustificari nos aiebat, sed per fidem assequi iustificationem. Quā

Impugnatio. *Rom. 3* *Rom. 4. 11* *Via. 2* *Via. 3* *Via. 4* B *Impugnatio. 2. 3. & 4. uiæ.* *Via. 5*

Vis.6 to uero commodior, & dilucidior uia dirimendi omnem istam dissonan- C
tiam nobis illuxit, ex eo, quod patribus nostris uisum est, iustificationis in
crementum ex hoc testimonio Iacobi approbare. Dicere enim possumus
breuiter, Pauli uerba ad primam iustificationem esse referenda. Iacobi uero
ad secundam, hoc est ad iustificationis incrementum. Sicut autem bona pec
catorum opera, prima iustificatione indigna sunt, atque eam minime me-
rentur, eaque ratione a Paulo merito exclusa fuerunt a iustificationis effi-
cientia, ita bona opera iustorum, iustificatione secunda, dignissima sunt, &
eam ex condigno merentur, atque ideo ex eis hominem iustificari Iaco-
Iacobus d̃ bus constanter asseruit. Et Iacobum de secunda iustificatione loeutum es-
2. iustifica se in illis uerbis, Vides quoniam ex operibus iustificatur homo, rectissi-
tiõe præci me intellexerunt patres. Intulit quippe hæc uerba ex eo, quod mox dixe-
pue agit. rat Abraham ex operibus iustificatum esse, cum obtulit filium suum Isaac.
Constat autem ante illud tempus iustum fuisse Abraham, neque incepisse
iustificari per oblationem filij sui. Immo si ea quæ de illo commemorat
scriptura, pro meritis expendamus, non aberrabimus a uero, si illum iam
tum credamus, fuisse omnium hominum suæ ætatis iustissimum, et religio
sissimum. Nullum enim scimus, aut audiuimus tot, & tantis prærogatiuis
eo tempore a Deo insignitum. Sæpe familiarissime iam cum eo locutus
fuerat dominus, & ex iussu ipsius peregrinatus fuerat in terram Chanaam,
peragraueratque Ægyptum, & australem plagam, & auxilio Dei qua-
tuor debellauerat reges. Quater etiam ei pollicitus fuerat Deus multipli- D
cationem nimiam sui seminis, & semel ei dixerat, in ipso benedicendas es-
se ommes cognationes terræ, & ad perfectionem eum uocauerat domi-
nus. Circuncisusque tum erat, immo & pactum circuncisionis cum eo
Deus pro ipso, & tota ipsius posteritate inierat. Neque segniter ille, aut
remisse uocationi suæ, & eximijs Dei in ipsum beneficijs responderat, sed
strenua, & præclarissima obædientiæ, caritatis, fortitudinis, & contem-
ptus mundi opera ædiderat. Et Deus se protectorem ipsius, mercedemq;,
& Deum ipsius affirmauerat, & propter illum in subuersione Sodomæ &
Gomorræ, Loth fratruelem ipsius seruauerat. Et Melchisedech sacerdos
Dei altissimi, benedictum illum Deo excelso dixerat. Scriptura insuper
de illo adiecerat. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.
Itaque ex omnibus his constat de secunda, prorsus iustificatione intelligi
præcedentia illa uerba Iacobi. Abraham pater noster nonne ex operibus
iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Quare & quæ ex
his inferuntur, sapientissime secundæ iustificationi sancta Synodus apta-
Pau. d̃.1.iu uit Acceditque ad hæc, quòd sicut Paulus in omnibus pene epistolis suis,
stificatiõe & præcipue ad Romanos, & Galatas, hoc agit, & omni ui & ope sua ad-
præcipue nititur, ut persuadeat cunctis, neque Iudæos propter opera legis, neque
agit. gentiles propter bona opera uenisse ad gratiam legis Euangelicæ, sed per
fidem & gratiam Christi, atque ideo ubique omnia opera a iustificatione

A excludit, ita Iacobus cum fidelibus & iam iustificatis agebat, et ideo ex operibus iustificari homines asserebat, quia non tantum utilia, sed prorsus necessaria sunt ad perseuerandum, & proficiendum in accepta gratia, & ipse per bona opera profectus iustificatio quædam est, & plenioris iustitiæ acquisitio. Et uidere hic licet, ac par est omnes admirari, atque exosculari benignissimam & propensissimam in nostram salutem prouidentiam Dei. Duo quidem necessarium fuit fideles scire. Primum est, iustificationem primam nemini contingere ex merito suorum operum, & ad eam posse homines nonnunquam uenire per fidem uel solam, uel certe absque operibus exterioribus. Et hæc nobis explicuit Deus clare per Paulum. Alterum est, ad iustificationem secundam necessaria esse bona opera etiam exteriora, si uita aliquando longior sit, & eam posse nobis ex merito, & debito bonorum operum contingere, & hæc per Iacobum sumus a Deo edocti. Vt infideles ad fidem allicerentur, neque desperarent de sua salute, quantuncunque grauibus essent obruti peccatis, iustificationem posse per fidem absque operibus contingere, annunciauit Deus per Paulum. Ne uero, qui receperant fidem, & iustificati iam erant, audientes ex Paulo, per fidem se iustificatos fuisse absque operibus, torpescerent, & segnes fierent ad exercitia uirtutum, putarentque ad perseuerandum, & proficiendum in iustitia satis sibi esse fidem, quæ uel per se solam, uel saltem absque bonis operibus exterioribus, ad assequendum iustitiam eis suffecerat, per Iacobum exposuit nobis idem B Deus necessitatem bonorum operum. Et obiter etiam insinuatum est augmentum iustificationis, quod acquirebamus per illa, ut uel huius spe præmij incitaremur, & extimularemur ad ipsa. Et propterea dilucide & palam admonuit. Vides quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Et in hanc uiam conciliandi Iacobum cum Paulo tendebant quidem, sed a longe, neque eam assequebantur aliæ pene omnes uiæ, quas statim retulimus. Nam & Augustinus, si bene animaduertantur, quæ in loco citato dicit, inuenietur opera antecedentia fidem, uocasse ea opera, quę antecedunt iustificationem, quæ habetur per fidem. Et Paulus nunquam exclusit a iustificatione opera ex gratia Dei facta, de quibus potissimum uidetur locutus Iacobus, sed cum fide, quæ opus est Dei uidetur ea adnumerasse. Verissimumque est meritum simpliciter inueniri in bonis operibus sequētibus iustificationem, non autem in illis, quæ ipsam antecedunt. Eaque de causa Paulus dicere potuit, neminem ex operibus iustificari, quia de prima iustificatione loquebatur, quam nemo meretur, neque facere potest sibi debitam. Contra uero Iacobus, homines ex operibus iustificari, etiam si particula ex meritum simpliciter, & debitum requireret. Quoniam de secunda iustificatione precipue loquebatur, quam iusti operibus bonis merentur simpliciter, & debitam sibi uere faciunt. Non sistet tamen hic curiosus scripturarum scrutator, sed si ita est, inquiet, neque quæ Paulus scripsit ad 2. iustificationem, neque quæ Iacobus asseruit ad primam referri poterūt? Et frustra

Obiect. 1 (margin, beside "simpliciter, & debitam sibi uere faciunt")

graues doctores ex uerbis Iacobi probauerint, necessaria esse ad primam iu C
Respon. stificationem alia bona opera, ut pœnitentiam, spem, dilectionem Dei: Lõ-
Iacobus ẽt ge tamen hæc a ueritate & a nostra sententia absunt. Iacobus enim generali
de iustifi.1 ter intulit, ex operibus iustificari hominem, & non ex fide tantum, neq; li-
locutus est mitauit uerba ad secundam iustificationem. Generaliter item dixerat. Quid
Arg. 1 proderit fratres mei si fidem quis dicat, se habere, opera autem non habeat?
Arg. 2 Nunquid poterit fides saluare eum? Quibus uerbis satis indicabat, neq; fi-
Arg. 3 dem sine operibus posse ad primam iustificationem sufficere. Nam saluare posset, si posset ad eam sufficere. Et ideo statim subiecit, fidem destitutam bonis operibus, mortuam esse, et ociosam, ut non solum intelligeremus, necessaria esse bona opera ad perseuerandum, & proficiendum in gratia, sed & ad eam obtinendam. Mortua siquidem non esset, neq; ociosa fides sine ope
Arg. 4 ribus, si ad primam saltem iustificationem posset homines perducere. Et in hoc induxit exemplum Raab, neq; contentus fuit exemplo Abrahæ, ut ad utranq; iustificationem referremus ipsius uerba. Quippe ut Abraham ante oblationem filij sui iustificatum certo scimus, ita de Raab nihil est, unde ante piam susceptionem exploratorum Israel iustificatam eam fuisse asseuerare possimus. Neq; patres eo animo usi sunt testimonio Iacobi ad stabiliendam secundam iustificationem, ut excluderent sensum alium, quem plærique doctores catholici secuti sunt aptantes uerba Iacobi etiam primæ iustificationi. Nouerant unius, & eiusdem loci scripturæ plures esse iuxta sententiam Augustini, & illustriorum Theologorum, sensus etiam literales. Et uerba Iacobi non dubitabant etiam de prima iustificatione uera esse. Eum D
tamen absque præiudicio alterius elegere sensum, quem collatis anteceden
Pau. ẽt de tibus, & sequentibus nullus iure posset repudiare. Et Paulus sic in epi-
iust. 2. locu stola ad Romanos de prima iustificatione magis, quàm de secunda ex
tus est. professo deputat, & ei aptat uerba Geneseos, credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, ut tamen neque de secunda omnino taceat, neque ei eadem uerba aptare intermittat. Nam cum in principio quarti capituli, hæc uerba eò induxisset, ut probaret, nullam esse ueram iustitiam apud Deum, quæ non sit per fidem, aut eam prærequirat, mox magnitudinem fidei Abrahæ ex eo commendauit, quòd iussus sacrificare filium suum Isaac, in quo acceperat repromissiones, non hæsitauit diffidentia, sed contra spem in spem credidit, & confortatus est in fide dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere. Et hic rursus adiecit. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Vt intelligamus profecto dari suos progressus in iustitia, & utrique iustificationi conuenire illa uerba, & non tantum imputari, nobis fidem ad iustitiam, cum per eam primo iustificamur, sed etiam cum propter, eandem augetur a Deo nostra iustitia. Non est enim tantum, subdidit, scriptum propter ipsum, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesun Christum dominum nostrum a mortuis.

A Et manifeste hanc secundā iustificationem nobis explicuit illis uerbis, quibus ex parte usi sunt patres in principio huius cap. Sed licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diē. Quid enim est aliud renouari de die in diem, quàm meliorem, & cumulatiorem donis spiritalibus in dies fieri? Et sic hunc locum exponit Augu. I. de moribus Manichæorum. cap. 35. & ex eo probat contra illos, non perfici hominem in Baptismo, sed inchoari renouationem interioris hominis ut proficiendo postea perficiatur. Cur tamen, inquies, quæ scriptura Geneseos, & post eam Iacobus de secunda iustificatione dixerunt, ad primā transtulit Paulus. Hoc est profecto quod plærisq; difficilimam facit inductionē huius testimonij factam a Paulo. Et demiror sane a nemine hactenus, quod sciam, hunc nodum fuisse explicatum. Et me re uera multum, ac diu torsit, & inter uarias rationes & causas ancipitem, & ambiguum sæpe tenuit. Atque ita sum modo animatus, ut doceri hac de re maluissem, quàm nisi suscepta prouincia me cogeret, aliquid de re tanta proferre. Dicam tamen sub cēsura cuiuscunq; rectius sentientis, quod nunc magis nobis arridet. Certus quidem fuit Paulus iam tum iustificatum fuisse Abraham, cum hæc de illo dicta sunt. Sed altisimo suo sensu intellexit & ad primam iustificationem posse transferri, quæ ad iustitiam dicuntur imputari, etiam iam iustificatis. Quæ enim sufficiunt ad augendum iustitiam, sufficerent, aut certe conducerent ad eam obtinendā, si iam non inesset. Ac proinde, cū in superioribus

2. Cor. 4

Obiect. 2

Respon.

Cur Pau. aptauit iustificatio ni. i. uerba illa, Credidit Abraham deo &c.

B illius epistolæ satis stabilisset, nullū neq; Iudęū, neq; Gentilem potuisse unq̄ ex suis operibus iustificari, & de industria constituere uellet contra Iudęos, nullam ueram iustitiam potuisse præstari ab operibus legalibus sine fide, et fidem sine illis potuisse uere iustificare, utrūq; credidit idonee posse probari, quia scriptura longe quidem ante legem iustificatum dicit his uerbis Abraham, idq; non ex operibus, aut ex debito, sed ex gratuita fidei ipsius imputatione ad iustitiam. Quod scriptura tacens de operibus, unam fidem Abrahæ commendaret, suadere apparenter poterat, neminem ex operib. sed ex fide duntaxat apud deum iustificari. Sed altius penetrauit ingenium Pauli, & uerbo illi reputatum est ad iustitiam magis uidetur inniti argumētum ipsius, quàm uerbo credidit. Et duo quidem uidetur in his uerbis uidisse. Vidit primo gratuito, & non ex debito, neq; suapte natura imputari ad iustitiam ea opa, quæ simpliciter dicuntur ad eam esse a Deo reputata. Nam si ex debito, & suapte natura tantum præmium merebātur, nihil erat opus reputatione diuina. Atq; ideo constanter dixit. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deūm. Vt enim statim subiicit, gloria, seu iustitia, quæ est ex operibus, est debita. Deus autem nulli est iustitię, seu glorię debitor. Et in principio capituli in hoc tantum usus est hoc scripturę testimonio, ut ostenderet neminem ex operibus apud deum iustificari. Ad quod probādum nihil obest, sed prodest potius, & ualidius facit argumentum, quod scriptura de fide iam iustificati Abrahę hæc dixe-

rat. Nam si fides iam iustificati Abrahæ imputatione gratuita Dei indiguit, ut sufficeret, ad augendam ipsius iustitiam, quantum abesse existimanda sunt omnia opera peccatorum ab hoc, ut facere possint sibi debitam iustitiam? Sed cum fides hic dicatur reputata fuisse Abrahæ ad iustitiam idque ante circuncisionem, & legem, intellexit secundo in his uerbis Paulus efficaciam, quam habet fides ad comparandam nobis iustitiam, & propter nos etiam ea esse scripta asseruit. Et ne quisquam ad fidem iam iustificatorum eam efficaciam coarctaret, coniunxit hæc uerba cum illis, quæ citat ex Dauide, quæ manifeste de prima iustificatione loquuntur, & ex illis nullam esse ueram iustitiam ex operibus collegit, & omnibus credentibus uniuersaliter intulit reputandam esse fidem ad iustitiam. Quod autem, quæ dicuntur reputari ad iustitiam, sint etiam ex ea imputatione, & ad eam obtinendam sufficientia, uel saltem efficacia, siquidem aliunde non apponatur impedimentum, sic possumus suadere. Quæ sufficiunt ad augendam aliquam formam, sufficiunt, & ad eam introducendum, si non sit impedimentum. Neque est luminosum quod augere posit lumen, quod non etiam tenebrosa posit illuminare. Neque est ignis tam paruæ uirtutis, qui posit calidum facere calidius, & non posit etiam, non calidum calefacere, si non sit impedimentum aliquod in passo. Et si quæ dicuntur reputari ad iustitiam ijs, qui sunt iustificati, non essent, etiam cessante impedimento, ad eam obtinendam reputanda, cur dicerentur reputari ad iustitiam? Non est enim reputari ad iustitiam, esse actum iustitiæ, meritoriumque, & Deo acceptum, sicut opus iusti, sicut quidam nimium frigide, & perperam modo exposuit. Nam & conuersionem peccatoris Deus imputat ad iustitiam, & tamen non est illa actus meritorius, & acceptus Deo, sicut opus iusti, presertim in opinione ipsius, qui negat etiam merita ex congruo respectu primæ gratiæ. Sed reputari a Deo aliquod opus ad iustitiam est, acceptari sic ab ipso, ut propter illud iustificet ipsum operantem, siue iustitiam ei largiatur, qua opus ex sua natura non erat dignum. Vnde & Glossa interlinearis uerba illa, Et reputatum est illi ad iustitiam, sic exponit. Id est. Fuit ei causa sufficiēs ad iustitiam, & est etiam alijs. Et eandem expositionem sequitur Glossa ordinaria, sed prouide propter hæc tempora adiecit sufficere quidem solam fidem ad iustitiam, sed ei qui non habet tempus operandi. Et est eadem limitatio Iacobi secundo, in Glossa interlineari, & haberi potuit ex Augustino in libro octoginta trium, q. quæstione septuagesima sexta. Si cum quis crediderit, inquit, mox de hac uita decesserit iustificatio fidei manet cum illo, neque præcedentibus bonis operibus quia non merito ad illam, sed gratia peruenit, neque consequentibus, quia in hac uita esse non finitur. Hæc Augustinus. Et quidem nulli diceremus ad redemptionem a captiuitate imputatum esse a rege aliquod egregium ipsius facinus, si non tanti fuisset apud regem, ut eum a captiuitate eriperet. Et ad diuitias, & nobilitatem minime diceremus a

Dicta ď iustificatiōe 2. trāsferri queūt ad. 1

Arg. 1

Arg. 2

Arg. 3

C

D

A rege imputata Petro opera ipsius, si rex propter ipsa auxisset ei quidem diuitias, & nobilitatem, non tamen tantopere, ut ex paupere, & ignobili diuitem eum, & nobilem illud augmentum posset facere. Item. Gratiam primam posse ab aliquo sacramento præstari, recte quis colligeret, ex hoc, quod ad gratiam ipsius susceptio sufficisse, uel imputata fuisse iam iustificato diceretur. Potuit ergo Paulus similiter fidei sufficientiam ad iustificationem primam sine operibus colligere, quia iam iustificato Abrahæ dicitur, fides ipsius reputata fuisse ad iustitiam. Itaque ex autoritate Apostoli colligere possumus transferri posse recte, quæ de secunda iustificatione dicuntur ad primam, & econuerso, & ex una posse nos ad alteram argumentari. Et Iacobus hoc forte secutus, dicta de una iustificatione secunda, transtulit ad aliam secundam. Nam cum certo sciret, dictum fuisse de Abraham ante quam offerret filium suum, credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam, tamen & eam scripturam etiam tum impletam esse dixit. Quo modo & si factum aliquod egregię simplicitatis factum a Nathanaele decursu temporis narraremus, dicere & nos possemus. Et impleta est scriptura dicens Ecce uere Israelita, in quo dolus non est. Et facto ex una iustificatione in alteram transitu, quia iustificatio secunda non fuit in Abraham sine adiunctis operibus, satis idonee edocere se existimauit Iacobus fidem non posse impetrare salutem, sed ociosam esse & mortuam, nisi uiuificetur adiunctis illis operibus, quæ sunt uelut spiritus eius. Et hæc fortasis intellexerunt, qui & testimonio Iacobi usi sunt, ut ad primam iustificationem non esse satis fidem solam probarent. Atque hæc satis erunt pro elucidatione testimonij Iacobi, quo usi sunt patres ad confirmandum doctrinam in hoc cap. definitam. Quamobrem ad ea opera explicāda, quæ hanc iustificationem secundam in nobis perficiūt de quibus in c. 11. patres agunt, Dei freti auxilio, transibimus.

Arg. 4

Io. 1. g

B

LIBER VNDECIMVS IN CAPVT VNDECIMVM DECRETI DE IVSTIFICATIONE.

PRAEFATIO.

ON minima pars iustitiæ nostræ, sed magna & omnino maxima in obseruatione mandatorum Dei consistit. Omnia in se Dei promissa continent. Omnium bonorum sunt causæ. Cuncta commoda nostra tuentur ornant, perficiunt. Et absque illis nemo hactenus iustificari potuit, neque unquam poterit. Euangelica præcepta fratres dilectissimi, ait eleganter, & pientissime Cyprianus, nihil sunt aliud, quàm magisteria diuina, fundamenta ædificandæ spei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendę salutis, quæ dum dociles credentium mentes in terris instruũt, ad cœlestia regna perducunt. Et ob hanc sane causam, & iustitiæ, & iustificationes nostræ sæpe in scripturis appellantur. Certissima quippe sunt uia acquirendæ, augendę, perficiendę, & conseruandę salutis. Quare patres quo plenam iustificationis doctrinam traderent explicandę obligationi, possibilitati & facilitati eorum, & quo illa fine possint, & debeant seruari, capitulum hoc. xi. prudenter dicarunt. Et nos ipsorum uestigia secuti, exponendis, & tuendis illius sententijs, quę quidem multę & grauissimę sunt, libellum iam. xi. Deo auspice consecramus.. Ades o lector quisquis es, nostraque studia tuis orationibus apud Deum adiuua, & his Ecclesię, immo Dei in ipsa loquentis definitionibus libenter, & alacriter intende. Non enim mentitus est ille, qui dixit. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem uiam iniquitatis. Et iterum. Super senes intellexi, quia mandata tua quęsiui.

Cyp. in ex po. ora. do mi.

Psal. 118

D

DE OBSERVATIONE MANDATORVM, *deque illius necessitate, & possibilitate.* Cap. XI.

Concl. 1.
Concl. 2

NEMO *autem quantumuis iustificatus liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet, nemo temeraria illa, & a patribus sub anathemate prohibita uoce uti, Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubẽdo monet, & facere qđ possis, & petere quod nõ possis, & adiuuat, ut possis. Cuius mandata grauia non sunt, cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt, qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, seruant sermo-*

1. Ioan. 5. a
Matt. 11. d
Ioan. 14. c

A nes eius, quod utique cum diuino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali uita quatunuis sancti & iusti, in leuia saltem, & quotidiana, quæ etiam uenialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa uox est, Matth. 6. & humilis, & uerax, Dimitte nobis debita nostra. Quo fit, ut iusti ipsi eo magis, se Corro. 1. obligatos ad ambulandum in uia iustitiæ sentire debeant, quo liberati iam a peccato, ser- Rom. 6. b ui autem facti Deo, sobrie, iuste, & pie uiuentes proficere possunt per Christum Iesum, Tit. 2. d per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus nanque sua gratia semel iustificatos Rom. 5. non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, pu- Corro. 2. tans fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatenque consecuturum, etiam si Chri- Rom. 8. sto non compatiatur, ut & conglorificetur. Nam & Christus ipse, ut inquit Paulus, Heb. 5. c cum esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est obœdientiam, & consummatus factus 1. Cor. 9. c est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ? Propterea Apostolus ipse monet iustificatos dicens. Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium, sic currite, ut comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem uerberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Item Princeps Apo- 2. Petr. 1. b stolorum Petrus. Satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem, & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Vnde constat eos Ortho- Corro. 3. doxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt, iustum in omni bono opere saltem ueniabiliter peccare aut, quod intolerabilius est, æternas pœnas mereri. Atque etiam eos qui Corro. 4. statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitan-
B do, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam. Cum scriptum sit. Inclinaui cor meum ad facien- Psalm. 118. das iustificationes tuas propter retributionem. Et de Mose dicat Apostolus, quòd re- Heb. 11. e spiciebat ad remunerationem.

Breuis summa capituli & de quatuor erroribus damnatis in primis illius uerbis. Cap. I.

QVæ sunt in summa conclusiones in ipso huius capitis frontispicio a patribus diserte, & clarissime expositę. Earunque probationi ac explicationi quatuor, ut scholastice loquamur, notāda mox appenduntur corolaria. Quæ omnia, quia facilime possunt ex textu ipso colligi, contenti fuimus unum quodque eorum in margine textus signare. Vt aūt cōfirmatiora sint pleniusque intelligantur, & auidius, ut par est, ab omnibus suscipiantur, aliquanta de cunctis singillatim disseremus. Sed ipsa patrum in primis uerba audiamus. *Nemo autem quantumuis iustificatus liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet.* Habes hic conclusionem priorem, tam iustos quam peccatores omnes, tam perfectos, quàm imperfectos mandatorum obseruationi subijcientē Nemo quantunuis, asserunt, iustificatus, liber ab obseruatione mandatorum reputatur. Et qui affirmant neminem, apertè docent Conclu. 1.

nullum excludi. Et quantumuis iustificatus, addunt, ut nemo sibi de sua iu- C
Errores 4. damnati in con. 1. stitia, aut perfectione blandiatur. Quatuor uero in his uerbis condemnati sunt errores aduersus obligationem mandatorum pugnātes. Primus error est eorum, qui solam fidem asseuerant sufficere ad salutem. Quid enim aliud
Error. 1. est, asserere, fidem solam sufficere ad salutem, quam firmare, reliqua omnia,
De fide et mor. c. 14. neque præcepta esse, neq; prohibita? Et hunc errorem tenuerunt quidam, ut supra monuimus, etiam uiuentibus Apostolis, Augustino teste. Et po-
de hær. 58. stea eum errorem secutus est Eunomius, ut idem dicit. Et hoc est quod Ae-
Eunomius Aetius tius etiam docuit, cum dixit, nullum peccatum quantumlibet graue, imputari homini habenti fidem. Eamque hæresim iam olim sepultam exsuscitauit
Luther. Lutherus nostris temporibus. Nam in libello de libertate Christiana docet, eum qui habet fidem, per eam liberum esse ab omni lege. Et in commentarijs epistolę ad Galatas, solam fidem, ait, esse necessariam, cætera omnia liberrima, neque præcepta, neque prohibita. Et in sermone, quo expli-
Ioan. 3. cat illud Euangelij, Sic Deus dilexit mundum, &c. Et in libris aduersus Carolstadium, nullum esse affirmat peccatum, nisi incredulitatem, nullam iusti-
Melan. tiam, nisi fidem. Et nōnulli eum in hoc errore secuti sunt, & nominatim Melanchthon in locis communibus. Illiusque uerba hæc sunt. Sicut Euangelio sola fides iustitia est, ut scilicet, si omnia omnium peccata feceris, tamen credis misereri tui patrem propter Christum, saluus sis, ita econtra Euangelio sola incredulitas peccatum est. Sed iam ab hoc errore uidetur resiliisse. In cōfessione enim Augustana fatetur cum cæteris Protestantibus, salutem quidem acquiri sola fide, posse tamen malis operibus amitti. Quod etiam Ioan- D
Riuius nes Riuius in opusculo de fide, & operibus docet. Error secundus in hac
Error. 2 conclusione damnatus, est eorum, qui propter quædam Pauli testimonia perperam intellecta, iustificatos saltem asseuerarunt, liberos esse ab omni
Luthe. lege. Quo in errore Martinus etiam est Lutherus. Vnde in libello de libertate Christiana, fidem qua credit homines iustificari, ita magnificat, ut
Protestantes. per eam dicat impleri totam legem, & a lege liberari. Et hinc sumpserunt protestantes, ut fidei iustificanti illud priuilegium tribuant, quod quidam beatificæ uisioni concessere, ut liberos nos faciat a tota lege. Et in eodem libro Lutherus illam statuit antithesim. Christianus homo dominus est omnium liberrimus, nulli subditus, sed tamen omnium officiosissimus, & ideo omnibus subiectus. Et iustum, addit, non operari ex obligatione, sed tan-
Bucerus tum ex amore. Et Bucerus in concordantia huius controuersię idem sequitur, & hoc argumento leuissimo confirmat. Quia qui fide uiua credit, nihil aliud potest quam gloriam Dei quærere, & hac fide meritur necessario omnia. Ex commentarijs etiam diui Hieronymi in illa uerba Apostoli, Per caritatem spiritus seruite inuicem, satis liquet, fuisse olim, qui senserint, ei qui semel spiritu uiuens opera carnis mortificauit, & a saluatore dilectus, nequa-
Error. 3. quam seruus, sed amicus uocatur, non esse legem positam. Tertius error da-
Beghardo. mnatus hic a patribus est error Beghardorū & Beguinarum, qui nō quos-

A libet iustos, sed perfectos duntaxat, liberos dicebant ab obseruatione mandatorum humanorum, neque subditos esse alicui humanæ obœdientiæ. Et ut error iste in hac conclusione damnaretur, prouidentia Spiritussancti factum est, ut non tantum diceretur, neminem etiam iustificatum liberum esse ab obseruatione mandatorum, sed & absolute diceretur, neminem quantunuis iustificatum, hoc est neminem quantunuis sanctum, & iustum, liberum esse ab obseruatione mandatorum. Et quanquam nulla sit in conclusione mentio mandatorum Ecclesię, a quibus solis liberos esse perfectos docuere Beghardi, tamen hoc ipso quod asseritur, nemo quantunuis sanctus liber esse a mandatis, manifeste traditur, neminem esse liberum a mandatis Ecclesiæ. Siquidem & mandata Ecclesiastica, & ciuilia, uere, & proprie sunt mandata, neque illi hoc unquam negarunt. Aduersari etiam huic doctrinæ palam uidentur nonnulli scholastici, qui nescientes explicare quemadmodũ confirmati in obseruatione mandatorum meruerint, & tamen non potuerunt de lege peccare, hoc sibi tandem asylum inuenerunt, ut dicerent, nullis eos adstrictos fuisse uinculis ad mandata affirmatiua seruanda. Deberentq; post hac magis sobrie sapere, & uel eo nomine ab eiusmodi commentis abstinere, quod huic patrum diffinitioni talis libertas manifeste repugnat. Nã qui quantunuis iustificatos liberos esse ab obligatione mandatorũ negant, & confirmatos, & non confirmatos mandatorum uinculis profecto subijciunt. *Error. 4.*

B *De certa distinctione mandatorum a consilijs.* *Cap. II.*

NE uero ignoremus, quæ sunt mandata, a quibus neminem esse liberum patres affirmant, & Andabatarum more contra hæreticos pugnemus, commodum erit ante omnia lectorem monere, mandata hic uocata esse a patribus regulas, seu leges uiuendi, quas non licet absq; culpa prȩterire. Quanquam enim apud Latinos, & in scripturis large quãdoq; accipitur hoc uocabulum, & quæcunque uiuendi documenta, mandata nonnunquam uocantur, tamen ex more communi recepto iam apud omnes sapientes, illa sola mandata appellamus, quæ indicta nobis sunt, & sub præcepto obligante ad culpam præscripta. Eoque nomine potissimum distinguuntur a consilijs, quod consilia neminem obligant, sed adoptioni & arbitrio cuiusque permittuntur, liberunque est nobis ea pro uoluntate, & libito nostro, uel exequi, uel intermittere. Et licet commodissimæ regulæ sint ad mandatorum custodiam, non sunt tamen tanti existimandæ, ut eorum aliquod præterire, faciat aliquem minimum in regno cœlorum. Quare uehementer meo sane iudicio errat quidam pius autor, qui putat consilia dicta esse a Christo mandata minima, cum dixit. Qui ergo soluerit unũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Nam si præterire minimum consiliorum, facit minimum in regno cœlorum, nullus erit qui non sit minimus, & falso Chistus addi-

Mandata proprie. *Mandata large.* *Distinctio potissima consiliorũ a mãdatis.* *Cõsilia nõ sunt mãdata minima* *Matth. 5*

disset statim. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno coelorum. Quis est enim, aut fuit unquam tam sanctus excepta Deipara uirgine, qui omnia consilia Dei seruauerit, & ne minimum quidem ex eis intermiserit? Qua ratione & illud constare potest, neque minima mandata dicta esse, quæ duntaxat obligant sub ueniali. Multi quippe magni in regno coelorum, ea quoque præteriere. Sed mandata minima dicta sunt minima ex mandatis, quæ sub mortali culpa obligant. Et sensus germanus illorum uerborum, Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis &c. hic est. Quantuncunque aliquis præcellenti doctrina fulgeat, uel minimi horum mandatorum transgreßio satis est, ut constituat illum minimum apud Ecclesiam militantem, & apud triumphantem. Nam nomine regni coelorum, non solum Ecclesia triumphans intelligitur, sed ut alias sæpe, etiam Ecclesia militans. Quod & Augus. & Chrysost. & Greg. non semel admonent. Et quanquàm transgressor mandati minimi coelũ ingressurus non est, nisi eius forte transgreßionis poenitentiam dignam fecerit, tamen hoc non impedit, quin apud ciues regni coelorum minimus habeatur. Quæ uero in peculiari sint minima hæc mandata, parum profecto ad intelligentiam genuinam huius loci spectat. Veruntamen, si quem ea cura solicitat, sciat mandata minima dupliciter a Chrysostom. exponi. Primo mandata minima interpretatur, quæ Christus mox subiecit de non irascendo, & non concupiscendo, quia licet magna quidem sint renumeratione, tamen quia difficilia sunt seruatu, transgressores suos minimę culpæ reos faciunt. Secundo mandata minima dicit esse pręcepta legis, de quibus statim eximius magister dixerat. Non ueni soluere legẽ, sed adimplere. Etenim ista iure minima mandata dici potuerunt, quia licet liberabant a culpa, neminem tamen introducebant ad regnum. Atque huic expositioni posteriori consentit August. Sed in genere mandata minima illa sunt, quæ transgressores suos minimę culpæ reos constituũt, & de per se quidem hoc faciunt mandata quorum impletio, uel minus est necessaria, uel ad minorem uirtutem spectat. De per accidens uero hoc efficient, quæ fuerint seruatu magis difficilia.

Chrys. ho. 10. & 11. in Matth.

August. 9. de ciui. dei

C

D

Distinctio mandatorum a Consilijs probatur ex scripturis, & sacris doctoribus, ac consensu totius Ecclesiæ. Cap. III.

Porrò distinctio hæc mandatorum a Consilijs recepta est non solum ab scholasticis, & antiquis Ecclesiæ doctoribus, sed ab uniuersa prorsus Ecclesia. Neque eam nobis catholici, capite ex nostro cõfinximus. Habet illa fundamenta apertißima in scripturis. Nam & Paulus, De uirginibus, inquit, præceptum domini non habeo, consilium autem do. Et luculenter explicat, non peccare qui matrimonia ineunt uel prima, uel secunda, etiam si contra consilium faciant, quod ipse dat non nuptis, & uiduis de non cõtrahendis matrimonijs. Vnde Ambrosius in hæc uerba. Integritas non imponitur, sed præponitur. Præceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Vbi præceptum est, ibi lex est, ubi consilium, ibi gratia est. Et

Distinctio mandatorum a cõsilijs ex scripturis.

Testim. 1. 1. Cor. 7

Amb. lib. de uiduis.

A est. Et statim. Præceptum ibi est, ubi est pœna peccati. Alibi etiam quas nuptias adolescentulis nullo uoto adstrictis Paulus permittit, lætales esse uiduis uoto continentiæ ligatis, manifeste indicat. De uiduis uoto continentiæ constrictis dicit. Adolescentiores autem uiduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. De liberis uero uiduis ait. Volo iuniores nubere, sicut de uirginibus liberis dixerat alias, Si nupserit uirgo, non peccabit. Atque ita hæc exposuit Hieronymus. Edisserens enim hæc. Si nupserit uirgo non peccauit, sic scribit. Non illa uirgo, quę semet Dei cultui dedicauit. Harum enim siqua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de uiduis dictum obiecerit Iouinianus, quãto magis de uirginibus pręualebit, cum etiam his non liceat, quibus aliquãdo licuit. Virgines enim, quę post consecrationem nupserint non tam adulterę sunt quam incestę. Hęc Hieronymus. Et magister noster Christus adolescentem, qui eum rogauit de necessarijs ad consequendum regnum cœlorum, diserte docuit, quantum inter mandata & consilia interesset. Nam de mandatis dixit. Si uis ad uitam ingredi, serua mãdata. Quibus uerbis explicuit mandata necessaria esse ad salutem. Et cum nemini occludatur ianua regni cœlorum, nisi propter culpam, satis inde aperte colligitur, ad illa nos sic esse adstrictos, ut si ea pręteteamus, in peccato simus, & culpa. Consilia uero non sub ea conditione tradidit. Sed si uis, dixit, perfectus esse, uade, & uẽde omnia, quę habes, & da pauperibus. Si uis, inquit, perfectus esse. Ergo

Votorũ cõtinẽtiæ obligatio.

1. Tim. 5

Hier. 1. cõ. Ioui.

1. Cor. 7

Testim. 2.

Matth. 19.

B hic liber est a pręcepto, optime colligit Amb. lib. de uiduis, cuius desertur arbitrio. Enimuero si abdicatio proprietatis bonorũ temporalium esset necessaria ad salutem, & qui ea non abdicaret, peccaret, & eam quoque abdicationem connumerasset Christus inter illa, quę explicuit necessaria ad salutem, neque sub noua, & non necessaria cõditione seorsum ab illis eam tradidisset. Et qui putant hoc consilium, mandatum esse, & necessarium ad salutem, geminam culpam Christo, dum non aduertunt, inurunt. Siquidem & insufficientem eum coarguunt in connumerandis mandatis, & imprudentem, ac parum prouidum faciunt in eo quod tam diuersis & tam distantibus conditionibus discriminauit renunciationem bonorum temporalium a mandatis. Nam si renunciatio illorum ad salutem necessaria est, sub mandatis illa continetur, neque ab eis debuerat distingui. Quoniam igitur hęc Christo tribuere nephas, & omnino impium est, merito Ecclesia olim hęreseos damnauit Iulianum apostatam, Manichęos, Pseudoapostolos, Apostolicos, & Pelagianos, qui asseuerarunt necessariam esse paupertatem omnibus Christianis ad consequendum regnum cœlorum. Perspicue etiam distinxit Christus inter pręceptum, quo coniugati adstricti sunt ad non dimittendũ uxorium thorum, nisi ob fornicationem, & consiliũ de non contrahendis nuptijs. Nam de primo ait. Quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliã duxerit, mæchatur. Ecce adulterij eum damnat.

Abdicatio tpaliũ non est in præcepto.

Hæretici damnantes ppietatẽ tpalium.

Testim. 3.

De secundo uero dicit. Sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum C
cœlorum. Qui potest capere capiat. Vides ut in arbitrio relinquat nostro,
uelimus, nec ne perpetuam seruare castitatem? Et ita intellexerunt hunc lo-
Virginitas cum doctores antiqui colligentes ex eo, uirginitatem rem esse consilij, &
res est con non praecepti. Sed ex multis unum duntaxat testimonium hic subscribam
silij. ex mirifico illo uirginitatis praecone Hieronymo. In propatulo est, ait, cur
1.cõ. Ioui. Apostolus dixerit, De uirginibus praeceptum domini non habeo. Profe-
cto quia praemiserat dominus. Non omnes capiunt uerbum, sed quibus
datum est, & qui potest capere, capiat. Proponit agonothetes praemium,
inuitat ad cursum, tenet in manu uirginitatis brauium, ostēdit purissimum
fontem, & clamitat. Qui sitit, ueniat, & bibat. Qui potest capere, capiat. Nō
dicit, uelitis nolitis, bibendum uobis est, atque currendum, sed qui uoluerit,
qui potuerit currere, atq; potare, ille uincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat
uirgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum.
Maiorisque gratiae est, offerre, quod non debeas, quam reddere, quod exi-
garis. Hactenus Hieronymus. Et eodem modo exponit haec uerba Chri-
Nuptiae li- sti Cyrillus libro quarto in Ioan. 21. cap. Et qui uirginitatem, aut cęlibatum
citae sunt. hic consultum a Christo, in praecepto esse putarent, manifeste aduersarentur
1.Ti.4.a Christo ibidem approbanti matrimonium, & Paulo alias id mirifice cōme
Hebr.13.a danti, & in haeresim antiquam damnantium nuptias inciderent. Quae iam
Con. Gan saepe damnata est ab Ecclesia contra Martionem, Manicheum, & Tatianum
gren. c.14. Encratitarum principem, & Apostolicos. Atq; ex his patere potest, quam D
Braca.1.c. sit cauendum dogma illud Protestantium qui asserunt omnia consilia esse
11. Thelen. pręcepta, si non in particulari, saltem in genere in praecepto dilectionis Dei
& Rhom. super omnia. Cum enim nemo possit in hac uita satisfacere huic pręcepto,
sub Siricio quidquid enim faciat, plus debet, omnia, quae in Dei obsequium facere pos
Papa. sumus, praecepta esse existimant, & nos irrident, q cogitemus non solum
Error Pro posse satisfacere legi, uerum aliquid ultra supererogare. Quamobrem, cum
testantium ad instantiam doctissimi Ioānis Echij in libello imperatorio scriptum esset,
opera quidem a nobis fieri bona, quae a Deo sunt mandata, & commenda
ta, Bucerus circa finem libri de concordantia controu. reclamauit, & satis
esse asseruit uerbum mandata, quia nihil est, ait, in Euangelio, quod non pro
cedat de mandato dilectionis. Sed utcunque illi senserint, certum est de hoc
Haeretici dogmate non constare inter eos, & suum magistrum Lutherum. Is enim
damnantes paupertatem mendicantium, quam in uerbis statim paulo ante citatis Chri
paupertatē stus consuluit, non solum non putat esse in pręcepto, uerum & prohibitam
existimat, sicut & ante eum censuerant Vuitclephus & Vuillelmus de san-
cto amore. Sed quid mirū si a suo praeceptore hic dissentiant? Dissentiunt
plane, & a seipsis. Quid enim potest esse magis alienum à libertate Euange-
lica, quàm se ubique praedicare iactant, quàm omnia Dei consilia, mandata
facere, & ad ea Christianos omnes constringere? Quod quidem non est
aliud, quam nouum Euangelium orbi tradere, immo non Euangelium, sed

A antiquum legis Mosaicæ importabile pondus renouare. Consuluit quippe Christus nō resistere malo, & si quis nos percusserit in dexteram maxillam, præbere illi & alteram, & ei qui uult nobiscum in iudicio contendere, & tunicam nostram tollere, dimittere & pallium, & quicunque angariauerit nos mille passus, ire cum illo & alia multa longe difficilima. Veruntamen nemo fuit unquam tam ignarus, tam rudis, tam mandatorum diuinorum imperitus, qui hęc putauerit Christianis esse in præcepto, nisi in animi præparatione pro articulo necessitatis, hoc est, cū fuerint hæc necessaria, uel pro gloria Dei, uel pro salute proximorum. Quod & Augustinus Ecclesiam docuit in expositione sermonis domini in monte. Et ex Ecclesię communi consuetudine possumus hoc intelligere. Nunquàm enim facientes horum contraria damnauit, neque a participatione suorum sacramentorum repulit, sicut repellit præuaricatores mandatorum. Et sexcenta sunt huiusmodi, quæ laudabilia certo scimus, & ut talia consuluntur, & consulta semper sunt à doctoribus in tota Ecclesia, nequaquam tamen præcepta. Ac ne quis tali laboraret insania, iam olim huic malo Apostoli prospiciebant, cum in initio nascentis Ecclesiæ, conuersis ex Gentilibus hæc scripserunt. Visum est Spiritui sancto, & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quam hæc necessaria, ut abstineatis uos ab immolatis simulachrorum & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Cum hæc sola necessaria dixerunt manifesto indicarunt, hæc præcepta esse, alia uero, quæ commoda forte fuissent ad pacificam B eorum cōuersationem cum Iudæis præcepta minime fuisse. Nam præcepta proprie non dicuntur, nisi quæ necessarium est facere. Et quanuis Hierony. in libris contra Iouinian. & in dialogis aduersus Pelagianos, & in alijs locis quorum modo non recordor, sępe confundat pręcepta cum consilijs, & utraque nomine communi pręcepta, seu mandata appellet, tamen in libro primo contra Iouinianum, ubi res poscebat, sua quibusque accommodare uocabula, apertè distinguit, sicut & nos fecimus pręcepta a consilijs. Verba illius hęc sunt. Quod pręcipitur, imperatur, quod imperatur, necesse est, fieri. Quod necesse est fieri, nisi fiat, pœnam habet. Frustra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur, cui iussum est. Et paulo inferius. Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est, ubi pręceptum, necessitas est seruientis. Hęc Hieronymus. Porrò quę in hanc tam certam, & tam solidam ueritatem obijci possunt ab hęreticis, tam sunt leuia, & inania, ut me pigeat, uel tantisper in eis diluendis immorari, Eanque ob causam ad alia commodiora festinabimus.

Margin notes: August. — Testim. 4 — Act. 15. — Hieron. — Diserte cōsilia distinguit a præceptis Hie.

De triplici uia dignoscendi mandata a consilijs. Cap. IIII.

QVoniam uero, dum eodem persępe uerborum tenore mandata traduntur in scriptura & consilia, incertum fit, & ambiguum, qua uia discerni queant inter se, & hoc plerosque catholicos, & quidem non iniuria, solicitos nonnunquam habet, commodum erit ante omnia aliquas statuere regulas, quibus mandata distinguamus a consilijs. Et prima

Via.1.disti quidem uia ad ea distinguendum sumenda est ex scripturis. Idem est, scio, C
guēdi man quandoque mandatorum & consiliorum tenor. Sicut tradens conslia pa-
data a con tientiæ dixit Christus, Ego autem dico uobis, non resistere malo, sed siquis
silijs. te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram, & quę sequuntur, ita tradens mandatum diligendi inimicos mox subdidit. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, &c. Attamen & ipsæ Scripturæ aliquando sese aperiunt, & Deus misertus nostri inspirauit prophetis, ut ea hinc inde adiungerent, ex quibus facile esset studioso lectori intelligere, quædam nobis in eis suggeri, ut consilia, alia uero ut præcepta. Præceptorum autem signa certissima sunt, necessitas ad uitam æternam, uel ad proficiendum, aut perseuerandum in Dei gratia, & comminatio grauium pœnarum. Itaque manifestum est ea esse præcepta quę nobis præscribuntur, ut necessaria ad consequendum uitam æternam, uel ad habēdum, tuendum ue Dei gratiam, aut certè sub interminatione grauium pœnarum, uel temporalium, uel æternarum. Et econtrario illa duntaxat, ut consilia nobis proponūtur, quę sic constat ex circuniacentibus nobis proponi, ut prætereuntes illa nulla maneat pœna, nulla uindicta. Et hoc modo in testimonijs ex Euangelio & ex Paulo, & ex actis Apostolorū mox citatis collegimus, Christū, & Apostolos distinxisse præcepta a consilijs. Nam Christus præcepta decalogi necessaria ad ingrediendum ad uitam asseruit, de paupertate uero Euángelica tantum dixit. Si uis perfectus esse &c. Et de uirginitate. Qui potest capere, capiat. Et Paulus expresse dixit. Si nupserit uir- D
Gala.5. go, non peccauit. Et alibi opera carnis liquido asseruit excludere à regno Dei. Et Apostoli tantum tradiderunt, ut necessaria, abstinere ab immolatis
Via.2. simulachrorum, sanguine & fornicatione. Secunda uia dignoscendi mandata a consilijs ex ipsa natura eorum, quæ nobis per ea præscribuntur, capienda est. Quod enim huiusmodi est, ut dilectioni Dei, & proximi habendæ, & seruandæ necessarium esse uideatur, id procul dubio mandatum esse nobis censendum est. Quod uero promouendæ illi cōmodum est & conueniēs, haud quanquàm tamen necessarium, id consilij loco duntaxat est habendum. Atque hac regula usos fuisse doctores Ecclesiæ crediderim, ut mādata distinguerent a consilijs, quando in ipsis Scripturis nihil elucebat, unde hæc distinctio colligeretur. Et hanc nobis distinctionem ipsum lumen naturale a Deo inditum subministrare uidetur. Cum enim omnia, quæ in hoc mundo sunt, propter Deum sint in primis, & deinde propter nos & angelos, ea sola officia necesse est in operibus erga proximos districte nobis esse præcepta, quæ necessaria sunt ad acquirendam amicitiam, seu caritatem inter nos inuicem. In operibus uero erga Deum ea dūtaxat nobis ab illo sub præcepto edicta sunt, quę ad amandum ipsum, sicut par est, ex toto corde ex tota anima, ex tota mente, & ex totis uisceribus nostris, & ad habendum, & tuendum amicitiam nostram seu caritatem inter nos & ipsum, necessaria, aut prorsus commodissima sunt. Non enim uoluit Deus ex magnitudine

suorum

A suorum in nos beneficiorum obligationem nostram metiri, sed suauiter cuncta disponens, ad ea tantũ uoluit nos esse sub præcepto adstrictos, quæ nobis possibilia, & factu non admodum difficilia quocunque loco & tempore possent esse, quibusq; seruatis & unitas & pax totius mundi satis posset constare. Habet etiam hæc regula dissparandi mandata à cõsilijs, fundamentũ, & sane non exiguum, neque parum firmum in scripturis. Christus enim ad compendium duorum præceptorum diligendi Deum & proximum, omnia præcepta reduxit. Et Paulus ait, Plenitudo legis dilectio. Et rursus. Finis præcepti est caritas. Atque his concinunt illa, quæ hinc docte collegit Gregorius. Omne mandatum de sola dilectione est, & omnia unũ præceptum sunt, quia, quidquid pręcipitur, in sola caritate solidatur. Ex quibus omnibus uidetur satis constare, illa esse prohibita, quæ dilectioni, uel Dei, uel proximi aduersantur, illa præcepta, quæ ad eam necessaria sunt, illa consilia, quæ congruentia illi sunt, neque tamen necessaria, neque repugnantia. Nam nisi hęc regula suscipiatur, non est modus, quo defendi posit, omnia præcepta sub præceptis diligendi Deum & proximum contineri. Occurrit & tertia uia distinguendi præcepta a consilijs, nempè ex ipsa Ecclesię consuetudine, quæ optima est legum interpres, & ex communi bonorum & doctorum Christianorum existimatione. Nam quæ ut præcepta communiter seruantur in Ecclesia, ea uere pro præceptis habenda sunt. Quę uero duntaxat ut consilia, illis uim non inesse pręceptorum, certo existimandum est. Et ut hanc uelut certissimam regulam habeamus ad dignoscẽdum

Matth. 22. Rom. 13. 1. Tim. 1 Greg. Via. 3.

B consilia a mandatis, duplex subest, & utraque iudicio nostro iustissima causa. Non enim in re tanta errare permitteret Deus dilectissimam suam sponsam, quam semper sua, & Spiritussancti illustrare pręsentia pollicitus est. Et ab ipsis Apostolis, immo & ab ipso Christo legislatore nostro, credere par est dimanasse, opiniones, & consuetudines, quas tanto consensu, & constantia creditas semper scimus & traditas ab uniuersis Ecclesię doctoribus, neq; alias uerisimile est tãto eas tempore ubiq; gentiũ potuisse perseuerare. Et tribus his regulis, ut inferius latius ostendemus dignoscere etiam possumus peccata uenialia a mortalibus, & mandata præcipua, seu grauia, quorum transgressio mortalis est, a mandatis non ita grauibus, si quæ tamen talia sunt, quorum transgressio uenialis est. Et de utrisque mandatis, siue quæ obligant sub mortali culpa, siue quę obligant, sub ueniali, si tamen hęc proprie dicenda sunt mandata, intelligenda est prima conclusio a patribus in hoc capite diffinita, qua asseritur nullus quantunuis iustificatus liber esse ab obligatione mandatorum. Et quando illam iam satis ex dictis cunctis fecerimus perspicuam, superest, ut & eam aduersus commemoratas hęreses uerissimam esse, & a Christo nobis, & Apostolis, & perpetuo Ecclesię consensu traditam ostendamus.

Matt. ult. Ioan. 14. b

De tribus, quæ in genere ostendunt, & perfectos, & iustificatos omnes, subditos esse mandatis. *Cap.* V.

C

QVod diffinientes patres, nullum quantunuis iustum liberum esse ab obseruatione mandatorum, nullam ei sententię adiunxerint probationem, arbitror illam fuisse causam, quod tam constanter ubique, & ab scripturis utriusque paginę, & a tota Ecclesia, & ab omnibus ipsius doctoribus tradita est, ut superuacaneum uisum fuerit in re adeo aperta immorari. Tam frequentia etiam, & tam efficacia testimonia pro illa passim occurrunt, ut uelut in dubia cœna, nescias quæ quibus anteponas. Et quidem neminem, siue iustificatum, siue non iustificatum liberum esse a præcepto credēdi fidei nostrę, tam perspicuum est ex illis uerbis Christi, Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur, ut neminem hactenus legerim, siue catholicum, siue hæreticum, qui ea de re dubitauerit. Omnes qui Christi susceperunt Euangelium unanimiter intellexerunt, necessitatem credendi indictam omnibus fuisse in his uerbis. Verum de alijs mandatis longe diuersa a catholicis tradiderunt hæretici, quos citauimus. Quoniam uero in illo libro, quem de iustificatione ædidimus, errorem illum affirmantium omnia alia a fide libera esse, abunde satis confutauimus, & ex sex capitibus ad quæ omnia testimonia scripturæ reduximus, fidem solam non sufficere ad salutem luculenter ostendimus, hoc loco contra errores absoluentium a præceptis iustificatos omnes, uel saltem perfectos, duntaxat pugnabimus. Et primo quidem tria uelim in genere attenderent, qui uel omnes iustificatos, uel saltem perfectos liberos esse docent a mandatis. Primum est. Mandata omnia præsertim diuina, generaliter esse omnibus data, neque abrogata fuisse unquam, neque restricta ad non iustificatos, uel ad non perfectos. Et naturalia præcepta omnium sunt mentibus a natura ipsa impressa, neque uerisimile est, Deum naturæ perfectorem, ea pro suis iustis abrogasse. Quod si neque legislator, neq; lex, ut manifestum est, excipit aliquos, qua quispiam temeritate, hos uel illos audeat excipere?

Præceptũ fidei etiam hæretici recipiunt.

Marc. ult.

q. 2.

D

Argum. 1.

Argum. 2. Secundum quod hic cuperem aduerti, est non minus generaliter, neque minus stricte tradita esse aliqua alia præcepta, quàm præceptum de fide. Et patet hoc in præceptis de Baptismo & de Pœnitentia. Cùm igitur a pręcepto fidei nullus credatur esse liber, quantuncunque iustus, quantuncunque perfectus, neq; ab alijs erit credendus esse liber. Qui enim dixit. Qui uero non crediderit condemnabitur, dixit etiam, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei, Et iterum, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et similia sunt alia non pauca.

Marc. ult.
Ioan. 3.
Luc. 13.

Argum. 3. Tertio illud etiam hic ob oculos habendum est, necessario consequi, ut asserant, non posse iustos, uel perfectos peccare saltem mortaliter, quicunque affirmant, eos liberos esse ab omni lege. Omne enim peccatum dictum est, uel factum, uel concupitum contra legem Dei, ut Augustinus contra Fau-

Augu. 25. cõt. Faustũ

A stum dicit. Et ubi non est lex, neque praeuaricatio teste Apostolo. Et si fides, aut gratia iustificans non facit hominem impeccabilem, sicut apertè Lutherani fatentur, neque faciet profectò iustos credentes, liberos ab omni lege. Itaque qui dicunt, uel omnes iustificatos, uel perfectos saltem esse liberos ab omni lege, plane illos faciunt impeccabiles. Esse autem omnes iustos impeccabiles, fuit hæresis Iouiniani iam olim testantibus Hieronymo & Augustino, damnata Romæ & in Aphrica. Neque distantia inter perfectos huius uitæ & imperfectos tanta est, ut non idem sit habendum iudicium de asserentibus hoc conuenire perfectis omnibus huius uitæ. Quod quidem ex inferius dicendis patebit. Possent uel hęc tria ad expugnationem horum errorum sufficere. Sed adijciam & alia, quæ seorsim contra ununquenque istorum errorum militant. Rom. 4. Hier. 1. cō. Pelag. Aug. d hæ res. hæ. 82.

Iustificatos non esse liberos a mandatis. Cap. VI.

ET quidem iustificatos subiectos mandatis docere in primis possumus ex uerbis Christi ad adolescentem, qui eum rogauit. Quid faciendo uitam æternam posidebo? Legimus apud Matthæum respondisse ei Saluatorem. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Hic autem adolescens fidem habebat, & iustificatus iam tum erat. Omnia etenim mandata custodierat, ut ipse mox de se subiecit. Et quanquam Aug. ep. 89. & Chrys. Hil. B Amb. arrogantius hoc putant quàm uerius eum dixisse, tamen, sicut Bas. & alias idē Chrys. & alij doctores non minoris nominis tradunt, dubitandū non est, quin uere ille, & syncere hoc de se dixerit. Alioqui nunquam subdidisset Marc. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei. Vnum tibi deest &c. Non sic humane & benigne, ut hæc uerba innuunt, conieciſſet Christus in eum placidisimos suos oculos, non eum dilexisset, neque per sectionis semitam ei tradidisset, & ad eam uocasset, nisi uere illum, & ex animo, & absque ulla iactantia ea de se affirmasse intellexisset. Auertit Deus oculos suos a peccatoribus, exosos eos habet, & ad maiora non uocat, quos & minora uidet non præstare. Et si iustificatus non fuisset, non unum adhuc ei deesse magister ueracisimus dixisset. Quoniam eis uerbis responsum illius confirmabat, & uelut eum, qui iam minora impleuerat, ad superiora, & difficiliora uocabat. Et Hierony. non ab hac absuit sentētia. Quid quid enim alias dixerit, certè in secundo contra Pelagianos, de hoc adolescente sic scribit. In lege doctisimus, omnia mandata fecisse se dicit, quam ob rem & amatur a domino, & tamen plenam iustitiam non habuit, quia noluit substantiam suam pauperibus erogare. Hæc ille. Quibus uerbis iustitiā ei tribuit, sed plenam abrogat. Possumus & hāc obligationem iustorum ad mandata firmare, quia discipulis inter se disputantibus de primatu in regno cœlorum, tametsi fidem habebant & iustificati iam erant, humilitatem tamen eis esse necessariam ad salutem Christus docuit dicens. Nisi conuersi Argum. 1. Matt. 19. c Adolescēs Euangelicus uere dixit, se omnia seruasse mādata. Mar. 10. c Matth. 18. Hieron. Argum. 2. Matt. 18. a

Ioan.13. fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Et C
Argum.3. alibi. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. Cunque Chriſtus clare aſſeruerit
Matt.22.b Phariſæis primum & maximum mandatum eſſe mandatum de dilectione
Mar.12. Dei ex toto corde, & ut eſt uidere apud Marcum, adiuncto præcepto diligendi proximũ, mox ſubdiderit, nullũ eſſe mandatum his duobus maius, abſurdũ eſt profecto, & omnino intolerabile, eo præterito unũ mãdatũ de fide docere neceſſarium eſſe & ſufficere ad ſalutẽ. Nam utiq; illud maximum mandatum eſt cenſendum, quod unum ſufficit ſine alijs ad ſalutem, cum re-
Argu.4. liqua ſine ipſo non ſufficiant. Iuſtificati etiam erant Corinthij, & credebant,
1.Cor.7.d & tamen conſtanter eis prædicabat Paulus, Circuncisio nihil eſt, & præ-
1.Cor.5.et putium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Et ſæpe alibi neque iu-
6.& Ga- ſtis, neque alijs exceptis, omnes mandatorum tranſgreſſores manifeſte ex-
lat.5. cludit a regno Dei. Et tam ipſe, quàm cæteri Apoſtoli palã docuerunt adeo
Hebr. 10. non eſſe liberos a lege credẽtes in Chriſtum, ut grauioribus eſſent mulctan-
& 12. di ſupplicijs, ſiquidem deprehenderentur mandatorum diuinorum præua
2. Pet.2. ricatores. Quicunque igitur omnia alia præcepta abrogant, uel certè ad nõ iuſtificatos, aut ad non perfectos arctant, aut doceant ubi Deus eam abro-
Deut.13.a gationem, uel limitationem fecerit, aut iuxta antiquum Dei mandatũ lapidibus obruantur, ut pſeudoprophetæ fingentes ſomnia, & uolentes nos abſtrahere a uia, quam præcipit nobis, qui cum omnium eſſet liberrimus, pro
Mat.5.b nobis tamen ſub lege factus eſt, & diſcipulis ſuis dixit. Non ueni ſoluere le-
Ioan.5.e gem, ſed adimplere. Et Iudæis alias. Et procedent, qui bona fecerunt in re D
ſurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt in reſurrectionem iudicij.

Perfectos ſubditos eſſe mandatis. Cap. VII.

Argum.1. ATque ut ad expugnationem tertij erroris liberantium perfectos a mandatis, aliqua ſubnectamus, certè Chriſtus, ut c.21. oſtendemus tanto arctius ad mandata quenque adſtrinxit, quanto perfectior &
Matth.5. ſanctior fuerit. Niſi abundauerit, inquit ad ſuos Apoſtolos, iuſtitia ueſtra
Io.15.et 14 &c. In quæ uerba Hilarius. Pulcherrimo ingreſſu opus legis cœpit excedere, aditum in cœlum Apoſtolis, niſi iuſtitiã Pariſæorum ante irent, denuncians non futurum. Et alibi palàm aſſeuerat neceſſarium eſſe omnibus ad permanendum in ſui dilectione, ſeruare ſua præcepta, & ab illis ſolis ſe dili-
Argum.2. gi, qui ea ſeruant. Tuba etiam illa cœleſtis, ac plane prodigium, & miracu-
1.Cor.9. lum mundi Paulus, perfectionis culmen tenebat, & tamen nunquam hanc libertatem a præceptis Dei in ſe agnouit, ſed aſtrictum ſe ad prædicandum, & ad ſeruandum caſtitatem palàm confitetur. Væ, ait, mihi, ſi non Euangelizauero. Et paulo poſt. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum, ſic pugno, non quaſi aerem uerberans. Sed caſtigo corpus meum, & in ſerui-
Argum.3. tutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Perfectio etiam quantacunq; uiatoris non facit quẽquam ſubditorum, parem, uel ſu-
Argum.4 periorem ſuo prẽlato. Neq; igitur eximet eum ab obędientia ipſius. Itẽ facilius

A lius qui perfecti sunt, possunt, cæteris paribus, seruare præcepta generaliter omnibus lata. Et maius scandalum est, si ipsi non seruent, quàm si alij ea negligant. Neque propter perfectionem desinit quispiam esse pars Ecclesiæ, & societatis, in qua uiuit. Adstrictus ergo erit perfectus quiuis legibus, & mandatis humanis ad suum statum, & conditionem spectantibus. Vnde & in Concilio Viēnensi inter cæteros Beghardorum errores, hic quoque tertius in ordine damnatus est. Illi qui sunt in gradu perfectionis, & spiritu libertatis non sunt humanæ subiecti obędientiæ, neq; ad aliqua præcepta Ecclesiæ obligantur. Porrò gradus ille perfectionis, de quo loquebantur Beghardi, ad quem peruenientes, ab obœdientia humana liberos faciebāt, nemini hactenus contigit in hac uita, neque potest cōtingere de lege. Nullus in hac uita fuit, neque potest esse, qui neque peccare possit, neque proficere, & in quo sensualitas ita perfecte rationi, & spiritui subiecta sit, ut homo possit libere corpori concedere quidquid placet. Hæc patriæ sunt priuilegia, non huius uiæ. Si tamen hæc in aliquo uiatore inuenirentur, argumenta facta probant, eum non esse liberum ab obœdientia humana. Et quia ipsi putabāt ea reperiri in uiris perfectis, merito potuimus dicere, errorem eorum in Concilio illo damnatum, licet ipsi solos eos exemerint ab obœdientia humana, in quibus illa tria inueniebantur. Fuitque hæc doctrina semper recepta, & tradita ab Ecclesiasticis doctoribus. Cyprianus fortissimos illos Christi athletas, qui pro confessione fidei uincti, & grauibus tormētis pressi erant, ad patientiam & perseuerantiam uelut ad rem omnino necessariam passim cohortatur. Et ad quosdam ex eis sic scribit. Quid enim petitis de indulgentia domini, quod non impetrare mereamini, qui sic domini mandata seruatis? Hilarius in illa uerba, Clamaui in toto corde meo. Hęc fidei nostræ militia est custodire mandata, & secreto fidelissimo hunc thesaurum depositi & commendati nobis præcepti reseruare. Et in illa, Viuifica me, & custodiam sermones tuos, ideo uitam resurrectionis postulatam dicit a Dauide ad custodiendum mandata domini, quia hic non est perfecta eorum custodia, tunc autem uere uiuemus. & mādata Dei sequemur. Hieronymus quæstione octaua ad Algasiam. Et præceptum est Apostolis. Estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Nunquā autem Apostolis hoc imperaret, nisi sciret hominē posse esse pfectū. Et addit. Sed Apostolis, non pueris, uerum iam ætatis robustæ, præcipitur, ut assumant perfectionem, quam & nos confitemur in ætate esse perfecta. Augustinus de spir. & lite. cap. 10. Iusto inquit lex est necessaria, non qua iniustus ad iustificantem gratiam perducatur, sed qua legitime iam iustus utatur. Cyrillus in illa uerba, Amen amen dico uobis. Non est seruus maior domino suo &c. Legibus quasi firmis exempli uirtutem confirmat, detrimenti plenam pręuaricationem præcepti ostendens. Et mox subdit. Ita mihi non aliud dicere uidetur, quam non paruam hominibus imminere pœnam, si cum natura serui sint, ea tamen facere alter in alterum nolint, quę ipse, cum natura Deus,

Margin notes: *Argum. 5.* — *Clem. Ad nostrum de here.* — *Cyp. Libr. 2. epist. 4.* — *Hila.* — *Hieron.* — *August.* — *Cyri. 9. in in Io. c. 9.* — *Ioan. 13.* — B

ac dominus sit, in discipulos fecit. Et propterea adiectum putat, Si hęc scitis, beati eritis, si feceritis ea, quia melius quodam modo, inquit, est nescire, quàm cum scias, per ignorantiam negligere. Greg. ho. 38. in Euang. Pulchris allegorijs explicat omnibus esse necessariũ seruare præcepta diligendi Deũ, & proximum, & aliter ad cœlum peruenire neminem posse, atque inter alia dicit. Duo ergo hæc necesse est, ut caritatis præcepta custodiat, quisquis habere in nuptijs uestem nuptialem curat. Et hom. 17. elegãter docet labrum æneum, in quo habebant Aaron & filij eius lauare manus, antequàm accederent ad altare ad offerendum thymiama, figuram tenuisse legis, & propterea illud ex speculis mulierum factum, quæ excubabant in ostio tabernaculi, quia specula mulierum, sunt præcepta Dei, in quibus sanctæ animæ semper aspiciunt, & si quæ in eis sunt fœditatis maculæ deprehendunt. Sed quid necesse est plura in re adeo aperta sanctorũ testimonia cõgerere? Nunquàm aliquis eorum, uel iustos, uel perfectos a mandatorũ obligatione exemit, sed generaliter ad omnes spectare intellexerunt & docuerunt Dei mandata. Nam cum Deus omniũ sit dominus, & mãdata ad subditos & seruos dirigantur, non putarunt quenquàm adeo fore insanũ, ut propter iustitiam uel perfectionem se a Dei præceptis exemptũ putaret, cuius potestati & iurisdictioni nihil potest esse subtractum. Eadenque ratione cum Ecclesiæ nossent subiectos esse omnes Christianos, & scripturis Euangelicis & Apostolicis nobis cõmendatam esse obœdientiam principũ & prælatorum, neminem ex Christianis propter quãtancunq; sanctitatem liberũ putarunt a positiuis Ecclesiæ aut principũ mãdatis. Itaq; toties pro nobis illi stant, quoties aliquod diuinũ, aut humanum præceptũ uel annunciant, uel edisserunt. Et ut plenius & manifestius eliminarentur oẽs prædicti errores, confirmarunt patres hanc doctrinam tribus canonibus. In canone 19. sic inquiunt. *Siquis dixerit, Nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.* Quibus uerbis damnarunt erro. 1. Lut. & sequacium cõmemoratum. 1. ca. huius lib. Et peculiariter decem pręceptorum facta est mẽtio, quia non puduit Melan. in locis cõmunibus ab illis absoluere Christianos. In can. 20. ita statuunt. *Siquis dixerit, Hominem iustificatum, & quantumlibet perfectum non teneri ad obseruationem mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum, quasi uerum Euangelium sit nuda & absoluta promißio uitæ æternæ sine conditione obseruationis mandatorum, anathema sit.* Et hic damnati sunt. 2. 3. 4. error citati in eod. c. 1. Et ex illis uerbis, *Quasi uerum Euangelium sit nuda & absoluta promißio uitæ æternæ sine conditione obseruationis mandatorum,* Liquido colligitur, uerum Euangelium non esse nudam & absolutam promissionem uitę ęternę, sed cum conditione obseruationis mandatorum. Quod quidem uerissime statutum esse a patribus, his possumus argumentis docere. Adolescenti Euãgelico dixit Christus. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Ecce adiectam conditionem. Apostolis in cęna similiter sub conditione pro-

Marginalia: Greg. — Exod. 30. 38 — C — D — Can. 19. — Expo. cano. 20. — *Euang. nõ est promissio absoluta uitæ æternæ.* — Matth. 19. — Ioan. 13.

A misit beatitudinem. Si hęc scitis, inquit, beati eritis, si feceritis ea. Et ite- 15.
rum. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio uobis. Quid exprimi potuit apertius? Et cum ipse, & Ioannes Baptista appropinquasse regnum cœlorum annunciarent, atq; inde exordirentur prędicationes suas, ut conditionē tacite exprimerent, pręmittebant. Pœnitentiam agite. Quo consilio Rom.8.
Paulus, cum constanter traderet nos esse filios & hęredes Dei, & cohęredes Christi, ne quispiam putaret nihil aliud esse opus, ut hęreditatē ęternam asse Heb.3.b.c
queremur, adiecit. Si tñ compatimur, ut & cōglorificemur. Et alibi, cum dixisset nos esse domos Dei, in quibus habitaret Christus, adiecit. Si tñ fiduciam, & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Et statim. Participes.n. Christi effecti sumus, si tñ initium substantię eius usq; ad finem firmū retineamus, dum dicitur. Hodie si uocem eius audieritis &c. Et cū princeps apostolorum ad scientiam, abstinētiam, pietatem, & caritatem Christianos omnes cohortaretur, mox adiecit. Hęc.n. si uobiscū adsint, & superent non 2.Petr.1.b
uacuos, neq; sine fructu uos constituent in dñi nostri Iesu Christi cognitione. Et per Io. dñs ait. Siquis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuā, Apoc.3.d
intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Atq; his Christi & Apostolorum testimonijs, & hac Ecclesię doctrina edocti & admoniti sumus, omnes promissiones uitę ęternę factas credentibus, quātuncunq; absolutę uideantur sub hac cōditione intelligere. Et licet ipsa tam dilucide non fuisset expressa, colligenda nimirum erat ex eo, quod alia pter fidem nobis indicta sunt, & alia ab in-
B credulitate prohibita. Qua etiam ratione promissiones omnes de conferenda gratia, & perducendis nobis ad beatitudinem per sacramenta merito intellexerunt doctores oēs catholici sub hac conditione, siquidē non opponatur obex sacramentis, aut gratia per ipsa recepta, propter ingratitudinem non perdatur. Ac ne quispiam liberum se a pceptis putaret, quod Christū crederet redemptorem tm̄ fuisse, & non legislatorem, & uenisse ad liberan- Expo. canon.21.
dum nos, & reconciliandum nos Deo & explendum oracula prophetarū, & non ad ferendum aliquam legem, iuxta illud Ioan. lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesun Christum facta est, adiecit. s. Syn. can. 21. huiusmodi. *Siquis dixerit, Christum Iesun a Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem, cui fidant, non etiam ut legislatorem, cui obœdiant, anathema sit.* Et hanc Christi pręrogatiuam, quod legislator sit, cui obœdire teneamur, q̄ illi et secundū naturam diuinam, & secundū humanam conuenit, primo docent illa eximię autoritatis uerba, quibus legem Euang. Apostolis suis in monte denunciauit. Christus legislator. Argum.1. Matt.5.
Audistis quia dictū est antiquis &c. Ego autē dico uobis. Non n. ut & ante nos sancti doctores optime expēderunt, dicebat quemadmodū prophetę, 7.
Hęc dicit dñs, sed dñm se & autorem legis indicans, aiebat. Ego aūt dico uobis. Vnde et admirabantur turbę super doctrina eius. Erat.n. docens eos sicut potestatem habens. Et cum ubiq; gloriam patris manifestaret, ut tamen Argum.2.
agnosceretur ipse esse, de quo Esa. dixerat. Dñs iudex noster dominus legi- Esa.33.d

ſer noſter, dominus rex noſter. Ipſe ſaluabit nos, aperte quãdoq; dixit. Man- C
14.c datum nouũ do uobis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. Et rurſus. Qui
15.b habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui diligit me. Et ſtatim. Siquis diligit me ſermonẽ meum ſeruabit. Et aliquanto poſt. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Et mox. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. Agnouitq; Cyril. in hæc uerba iſtam Chriſti
Argum. 3. poteſtatẽ. Et ne putaretur decẽ illa præcepta abrogare, roganti adoleſcenti,
Tert. 4. in Marc. quid faciendo, uitam æternam poſſet acquirere, Mandata, inquit, noſti. Quibus ex uerbis improperat Tertul. Marcioni, & eius aſſeclis exiſtimantibus, aliũ eſſe Deũ legis, alium patrẽ Chriſti. Recidit ne, ait, Chriſtus præcepta non occidendi, non adulterandi, non falſum teſtandi, diligendi patrẽ & matrem? Ante & illa ſeruauit, & quæ deerant adiecit. Et continuo. Saluũ eſt & hoc in Euang. Nõ ueni diſſoluere legẽ & prophetas, ſed potius adimplere. Atq; iterũ ilico repetit, Chriſtũ præcepta patris implẽdo confirmaſſe & au
Hila. xiſſe. Et Hil. illa uerba. Qui ergo ſoluerit unũ de mandatis iſtis minimis &c. ita exaggerat. Ne minima quidẽ mandatorũ Dei, niſi cũ piaculo Dei conſtituit eſſe ſoluẽda, futuros minimos, nouiſsimos, ac penè nullos denuncians, minima ſoluẽtes. Vide quã longe tpe Tertul. & Hil. aberat Eccleſia ab errore iſto quẽ hęretici noſtri hoc tpis docuerunt, aſſerẽtes Chriſtũ nullã legem tuliſſe, & oĩa nunc præter fidem libera eſſe, atq; ideo ſtatũ noſtrũ dici ſtatum
Argu. 4. libertatis & gratiæ. Sed & ipſe Chriſtus, ne tã pernicioſus error ſuis ſuaderetur fidelibus, tum cũ in cœlos aſcendebat, hanc ueritatẽ ut pote maxime ne D
Matt. ult. ceſſariam ſtabiliuit, & cõmendauit nobis dicẽs Apoſtolis. Data eſt mihi oĩs ptãs in cœlo & in terra. Euntes ergo docete oẽs gentes, baptizantes eos in noĩe patris, & filij, &. ss. docẽtes eos ſeruare oĩa q̃cunq; mãdaui uobis, Quę
Hieron. oĩa erudite, ut aſſolet, exponit Hiero. his uerbis. Ordo præcipuus. Iuſsit Apoſtolis, ut primũ docerent uniuerſas gentes, deinde fidei intingerent ſacramẽto, & poſt fidẽ ac baptiſma, quę eſſent obſeruãda, pręciperẽt. Ac ne putemus leuia eſſe, quæ iuſſa ſunt, & pauca, addidit. Oĩa quæcunq; mandaui uobis. Vt quicunq; crediderint, quia in trinitate fuerint baptizati, oĩa faciant,
Argum. 5. quæ præcepta ſunt. Et firmauit hæc oĩa Paulus tũ in locis ſupra citatis, tum
Rom 3. uero cum ait. Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit. Sed legẽ ſtatuimus.
Auguſt. de ſpir. et lit. Nam uere legem ſtatuebãt per fidem, ſiue, ut dicit Aug. quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur, ſiue quia impleta explicabant omnia prędicta a lege, & quam ipſa præſtare non potuerat iuſtificationem per fidem offerebant, & quo ad moralia in perpetuum, quo ad alia uero ad tempus, ut ſan-
Argum. 6. ctam & bonam, eam eſſe ſeruandam incunctanter affirmabant. Et qui dixit,
Heb. 7. b Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt ut legis trãſlatio fiat, palàm indicauit non ſic Chriſtum abrogaſſe ueterem legem, quin nouam tulerit. Nam transla-
Chryſoſt. tio legis non eſt, niſi uni ſuccedat altera. Neq;, ut in hęc uerba dicunt Chry-
Theoph. ſoſtomus & Theophilatus, ſacerdos poteſt eſſe ſine teſtamento, aut ſine

A lege & prophetis. Quod & aliquanto apertius fecit idem Paulus cum non utcunque legem mandatorum euacuasse dicit, sed decretis. Quæ Theophilatus refert ad mandata data ab ipso Christo in mõte. Arg.7 Ephe.2.

Diluuntur obiectiones hæreticorum. Contra obligationem mandatorum. Cap. VIII.

Quid ergo, inquiũt hæretici, uoluit Paulus, cum dixit, Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum? Et rursus. State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Et iterum. In libertatem uocati estis fratres. Ad seruitutem, iugum maledictum, & importabile onus ueteris legis, quæ morte Christi quo ad legalia, & ceremonialia abrogata est, referenda hæc sunt omnia. Galatis ea scripsit Apostolus, qui seducti a falsis prophetis, legem simul, & Euangelium uolebant obseruare, ut patet toto pene epistolæ decursu. Vnde & ibidem, ne hanc libertatem ad alia præcepta naturalia extẽderent. In libertatem, inquit uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. Quæ uerba Hieronymus sic edisserit in commentarijs, ut Apostolum doceat, ea dixisse cõtra illos, qui occasione libertatis Euangelicæ extorquere uolebant, licere sibi, ut libertati conuenit uiuere, neque aliquibus præceptis teneri. Et quoniã sciebat Apostolus abusuros quosdam hac libertate, eamq; auidißime in uelamen maliciæ arrepturos, adiecit, ait, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, diligenterq; ibidem docuit, quæ essent opera carnis, & eos qui ea B seminant in carne sua, regnum Dei non assecuturos, sed ex carne messuros tandem corruptionem. Verum fortius, & apertius in nos uidentur militare testimonia alia tria Pauli. Ad Corinthios, qui non leguntur errore Galatarum decepti, generaliter scribit. Vbi spiritus domini, ibi & libertas. Ad Timotheum. Iusto non est lex posita, sed iniustis, & non subditis. Et ipsis Galatis. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Absit tamen, ut Paulus his, aut alijs similibus uerbis credatur, libertatem docuisse a præceptis naturalibus, & diuinis. Ira, inquit, & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operãtis malum. Iudæi primum & Græci. Et mox. Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus. Et se dicit alias non esse sine lege, sed in lege esse Christi, lex quidem neque esse potest, neq; dici, quæ non obligat eos, quibus fertur. Et alio in loco non tantum diuinis præceptis, sed humanis uult omnes esse subiectos, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Et Thessalonicensibus aperte legem Dei exponit dicens. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatione &c. Sed cum generoso, & liberrimo esset animo, cunctos uolebat in spiritu libertatis Deo seruire, non pœnæ scilicet metu, sed uirtutis, & gloriæ Dei amore, & ad hanc libertatem cunctos paßim exhortabatur. Et in citatis testimonijs hoc agit, ut omnes edoceat, nihil generosę libertati p̃iudicare legem diuinam, neq; officere Christianę libertati, subiectos esse mãdatis, immo hoc ipso posse, iustos esse liberiores, quo diuinis mãdatis ple-

Obiect.1 Gala.3.c. 5.a.b Respon. c.5.b Hiero. 6.b Obiect.2 2.Cor.3.d 1.Tim.1.b Gala.5.c Respon. Paulus oẽs subiecit legibus etiã humanis. Rom.2 Roma.3 1.Cor.9 Rom.13 1.the.4.a Studium Pau.

nius, & promptius obsequerentur. Pęnas etiam docet, Deum neq; parasse, C neque comminatum fuisse propter iustos, sed propter rebelles, & in obsequentes, qui non nisi uerberibus, & flagellis ad uirtutis studia inducuntur. *Exposit. 2 testimonij* Ideo dixit iusto non esse legem positam, quia iustus sponte sua, quę sunt legis, obseruat, neq; pęnis, & comminationibus, quas leges comminantur, ut stimulis ad uirtutem indiget. Et hoc est quod quidam scholastici dicunt, iusto, esse legem positam quo ad uim quam habet lex directiuam, non autem quo ad coerciuam. Quia licet adstricti sint ad seruandum leges, & pęnis illarum subiaceant, siquidem deliquerint, tamen pęnę non propter illos adiunguntur legibus, qui amore uirtutis ea seruant, sed propter peccatores pertinaces, & rebelles, qui non adiguntur ad uirtutem, nisi pœnarum formidine. *Exp. test. 1* Et ubi est spiritus domini, libertatem ueram esse, propterea asseruit quia liberi sunt iusti a seruitute dæmonis, & mundi, & a uitijs, & prauis affectibus, quibus seruiunt peccatores, neq; timore, sed amore & suapte uoluntate obœdiunt legi. *Exposi. 3* Et qui spiritu ducuntur, eam ob causam, non esse sub lege, tradidit, quia qui spirituales sunt, & spiritualiter uiuunt, non uelut adacti ac presi sub iugo legis, sed libere, & sponte eam implent. *Seruitus peccãtiũ.* Seruiunt peccatores dęmoni facientes ipsius uoluntatem. Seruiunt mundo, duro. s. & difficili tyranno. Seruiunt carni, & concupiscentijs eius. Seruiunt & suis ipsorum peccatis, & partim ut ea perpetrent, partim quia ea patrarunt, multis sunt obnoxij & subiecti seruitutibus, nihilq; propemodum boni, nisi inuiti, ac uelut coacti, & humanis quibusdam respectibus operantur. *Libertas iustorum.* At iusti quidquid faciunt, liberrime, & cũ magna uoluptate, & solo Dei, & uirtutis amore faciunt. D Dæmonem respuunt, mundum contemnunt, carnem despiciũt, præcepta, quia placent, & iusta, & sancta sunt, implent, & hoc ipsum quod lege se ad hæc constrictos norunt, gratum habent. Liberum est, inquiunt philosophi, quod gratia sui est. Et uiolentum id esse diffiniunt, cuius principium est ab extra, passo non conferente uim. Quoniam igitur iusti uirtutẽ propter ipsammet & Dei gloriam colunt, & uolũtarie præceptis Dei sunt subiecti, & ea usq; adeo libenter opere perficiunt, ut etiam cessantibus omnibus pœnis, & mandatis eadem præstarent, merito liberi a legibus, neque tam esse sub lege, quàm in lege prædicantur. Vsiq; sunt sancti doctores hoc Paulino loquendi modo in eundẽ prorsus sensum. *De spi. & lit. c. 9.* Eaq; de causa dixit Augustinus. Sanata per gratiam uoluntas implet legem, non constituta sub lege, neq; indigens lege. *Gal. 5* Et Hiero. exponens illa uerba. Si spiritu ducimini, nõ estis sub lege, hac opinor ratione absolute affirmauit, sanctos ueteris testamenti spiritu ambulantes, & spiritu uiuentes non fuisse sub lege, sed quasi sub lege, ut alios lucrifacerent, sicut & de se aperte testatus est Paulus. *Sancti ueteris testi nõ fuerũt sub lege, sed q̃ si sub lege. 1. Cor. 9* Vel certe eo spectauit, cum illa scripsit Hieronymus, quod sancti ueteris testamenti in exequendis mandatis diuinis magis spiritum uiuificantem, & latentia in eis mysteria, & promissa, eorum expletioni reposita, sanctitatemq; ipsorum magis spectabant, quam literam occidentem. Dicit enim ibidem, eos illa scr

A uasse, ut ab humilitate literæ ad altitudinem spiritus prouocarent, & Paulũ ideo se dixisse fuisse quasi sub lege, quia non ueritatem legis, sed similitudinẽ custodiuit. Planius tamen est, & simplicius, quod subdit in illa uerba, Aduersus huiusmodi non est lex. Nam ideo hæc dicta esse putat, & legem iusto non esse positam, quia superflua sunt præcepta legis illis, qui regnante in se caritate ea faciunt. Et sapiẽtes mundi addit, de philosophia sic opinati sunt, ut quod leges publicæ facere homines necessitate compellunt, hoc illa persuadeat fieri uoluntate. Atq; ex hoc approbare possumus iustos, qui soli uere sapientes sunt, libere implere præcepta. Præceptum nanq;, sicut dicit Augustinus, liber facit, qui libens facit. Quare uehementer deceptus est Lutherus, qui existimauit contraria inter se esse, aliquid facere ex obligatione & ex amore, cum tamen iusti, ut Dei sint per omnia uoluntati conformes, eo ex maiori amore faciant aliqua, quo se uident ad illa arctius ab eo esse cõstrictos. Et ipse Apostolus hanc esse libertatem, quam in iustis prædicabat, exposuit, cum ad Romanos scripsit. Quicunq; spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei. Quibus uerbis luculenter expressit, eos esse seruos, & ad ueterem legem pertinere, qui timore implent præcepta, eos uero liberos, & plane Euangelicos, ac filios potius Dei quam seruos, qui amore. Vnde & diuus Aug. non minus docte quam iucunde, Breuis differentia legis & Euangelij, timor & amor. Atq; hæc satis poterũt esse

Gala. 5. d

De gratia Christi cõtra Pelag.

Rom. 8. c

Aug.

B pro explicatione principij huius capituli.

De poßibilitate mandatorum ex doctorum Ecclesiæ concordi testimonio. Cap. IX.

NEmo, inquiunt patres, temeraria illa & a patribus sub anathemate prohibita uoce uti, subaudi, debet, Dei pręcepta homini iustificato ad obseruandum esse possibilia. Nam Deus impossibilia non iubet &c. Ex his uerbis colligi potest secunda conclusio huiusmodi. Nulli iustificato pręcepta sunt impossibilia. Hęc autem conclusio aperte militat contra errorem Lutheri, qui, ut est uidere in libro de libertate Christiana, diserte affirmat impossibile esse nobis pręcepta Dei implere in hac uita. Et idem tuetur in articulo. 2. & 31. suarum assertionum contra bullam Leonis. 10. & latissime in libro de decem pręceptis. Secutiq; uidẽtur eum Protestantes. Nã in confessione Augustana palam asserunt, non posse nos in hac uita satisfacere legi, neq; eam implere, sed duntaxat ipsius impletionem inchoare. Et Melancthon nominatim in apologia titulo de dilectione, & impletione legis improperat nobis, q́ prędicemus nos legem implere, cum in hac uita non possimus legi satisfacere, sed tantum inchoare, & imperfecte implere. Atq; idem latius persequitur in locis communibus tit. de impletione legis. Et Bucerus quantuncunq; resultet, & ipsa quasi ueritatis uirtute compulsus horrere tantam blasphemiam uideatur, tamen in eandem uolens nolens incidit, neq; eluere satis potest errorem, quo semel a suo magistro tinctus est.

Conclu. 2

Error Lutheri.

Art. 6.

Melãcthõ

Bucer.

Ait enim in lib. de concordia controuerſ. in conciliatione art. de iuſtificatio C ne, blaſphemum quidem eſſe aſſerere, Deũm aliquid præcepiſſe, quod in ſe eſſet impoſsibile, uerum præcepiſſe quod homini erat impoſsibile, poſsibile autem Deo, ut concluderentur omnia ſub peccato, & homo recurreret ad miſericordiam Dei, & hic impleat homo legem ex parte, in patria uero ex toto. Quibus uerbis ſatis indicat, ne per auxilium quidem diuinum, & recurſum ad miſericordiam Dei, poſſe a nobis mandata Dei ſecundum ipſum impleri in hoc ſæculo, niſi ex parte. Senſerint tamẽ illi quod uoluerint. Vtinam fieri poſsit, ut uel argumentis ſuis, uel noſtrorum conuicti aliquando reſipiſcant, & nobiſcum concilientur, de quo lib. 14. nonnihil attingam. Modo ad expoſitionem noſtri decreti redeamus, uideamuſq; quibus argumentis patres approbent diffinitionem hanc tam claram, & perſpicuam. Mãdata Dei ſunt homini iuſtificato poſsibilia. Primo antiquos patres pro ſe inducunt, qui ſub anathemate cauerunt, ne quis diceret, Deum præcepiſſe aliquid impoſsibile. Neq; primi hoc fecerunt huius concilij patres, ut ueritatem fidei, antiquorum patrum autoritate communirent. Fecerũt & hoc
Actiõe. 10 ipſum olim patres in ſexta Synodo, dum ueritatem conſtabilierunt duarũ uoluntatum, & duarum operationum domini, ac Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Porro ex multis patribus, qui poſsibilia eſſe mandata tradiderunt, non grauabor aliquorum teſtimonia ſubijcere, ut manifeſtum ſit uerum eſſe quod citatum eſt a patribus, & uel hinc conſtet, hanc ueritatem ꝑpetuo fuiſſe creditam, & traditam ab Eccleſia.
Hiero. Hieronymus in explanatio- D ne ſymboli ad Damaſum Papam ſic ſcribit. Execramur etiam eorum blaſphemiam, qui dicunt, impoſsibile aliquid homini a Deo præceptum eſſe, & mandata Dei non a ſingulis, ſed ab omnibus in communi poſſe ſeruari. Et infra. Liberum ſic confitemur arbitrium, ut dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicũt, hominem peccatum uitare non poſſe, quam illos, qui cum Iouiniano aſſerunt, hominem nõ poſſe peccare. Vterq; enim tollit arbitrij libertatem. Nos uero dicimus, hominem ſemper peccare, & non peccare poſſe, ut ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrij. Quod ſi, ut quidam non omnino ſine cauſa exiſtimãt, hæc explanatio non eſt Hieronymi, haud quaquam deſunt nobis teſtimonia alia ipſius, quibus idem aſſeratur. In libro primo aduerſus Pelagianos nomine ſui Attici ſic ait. Poſsibilia Deus præcepit, & ego fateor. Et ibidem. Reſeruato igitur hoc, quod fatemur, poſsibilia Deum dediſſe mandata, ne ipſe autor iniuſtitiæ ſit, ſi id exigat fieri, quod fieri non poteſt, nunc illud imple, quod propoſueras, poſſe hominem ſine peccato eſſe, ſi uelit. Et in. 2. aduerſus eoſdem cum difficultatem exaggerat illius conſilij, quo iubemur reconciliari fratribus, antequam munera Deo offeramus, ſubdit. Non quod impoſsibilia Deus præceperit, ſed in tantum patientiæ culmen aſcendit, ut prope impoſsibilia pro difficultate nimia præcepiſſe uideatur, ad deſtruendam ſententiam tuam, qua ſcribis, facilia Dei eſſe mandata. Et paulo poſt

principium

A principium tertij librij, Critobulo colligenti hominem posse esse sine peccato, si uelit, nam alias frustra data essent mandata, si ea implere non possumus, sic sub nomine Attici respondet. Deus possibilia mandauit, hoc nulli dubium est, sed quia homines possibilia non faciunt, idcirco omnis mundus subditus est Deo, & indiget misericordia eius. Haec Hiero. Augustinus in quodam sermone ita scribit. Deus neque impossibile aliquid potuit imperare, quia iustus est, neque damnaturus est hominem pro eo, quod non potuit uitare, quia pius est. Et in libro de gratia & libero arbitrio. Non iuberet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. Et illius sunt uerba illa, quibus patres hic suam confirmarunt conclusionem. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo admonet, & facere quod possis, & petere quod nō possis, & adiuuat, ut possis. Et de natura & gratia. c. 69. firmissime creditur, inquit, Deum bonum, et iustū impossibilia non potuisse praecipere. Chrysostomus idem testatur his uerbis. Possibile est Dei iussa perficere, si modo uelimus omnem naturae trepidationem alacriter superare, nihilque impossibile est eorum, quae a Christo hominibus imperantur. Accedit & his Basilius. Dilectionem quippe inimicorum probat esse nobis possibilem, quia praecepta est. Nunquam, inquit, praeciperet hoc iustus & clemens Deus, nisi utique etiam possibilitatem nobis donasset. In Concilio Arausicano secundo sic legimus. Hoc etiam secūdum fidem catholicam credimus, quòd accepta per Baptismum gratia omnes baptizati, Christo auxiliante, & cooperante, quae ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare B uoluerint, adimplere. Omnia etiam doctorum testimonia, quibus dicitur, omne peccatum esse uoluntarium & neminem peccare in eo, quod uitare non potest, pro his stant. Omnis enim inobaedientia, & transgressio mandati, peccatum est, & uoluntarie non potest dici illud fieri, quod ineuitabile est. Sed ex multis testimonijs, quibus constanter hoc asseritur, sufficiāt in praesenti haec pauca. Tertullianus. Neque boni, neque mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus, aut malus necessitate fuisset inuentus, non uoluntate. Ambrosius, Non est, quod cuiquam nostram adscribamus culpam, nisi nostrae uoluntati. Nemo tenetur ad culpam, nisi uoluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quae inferuntur reluctantibus. Quis etiam, ait Augusti. peccat in eo, quod caueri nullo modo potest? Peccatur autem, caueri igitur potest. Et in quodam sermone. Seruum pigrum non damnaret, si ea quae fieri nullo modo poterant, imperaret. Et alibi. Ego dico peccatum non esse, nisi propria uoluntate peccetur. Et in libro de duabus animabus peccatum diffinit, esse uoluntatem retinendi, uel consequendi quod iustitia uetat. Et in de uera religione, ubi proprie de hoc disputat, ita concludit. Nunc usque adeo peccatum uoluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit uoluntarium. Et hoc quidem ita manifestum est, ut nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare aut negandum est, peccatum committi, aut fatendū est uoluntate committi. Non

Au. ser. 61

c. 16

De natura et gratia. c 43.

Hom. 7. d laudibus Pauli.

In regula mona. c. 81

Can. 25

Li. 2 aduer sus Marcionem.

Lib. de Iacob et uita beata. c. 3

Disput. 2 cōtra Fortunatum.

enim nisi uoluntate peccatur. Hactenus Aug. Et ut intelligamus idem fuisse Augustino, uoluntate peccare, & libere seu spontanee peccare, subdit. Voluntas autem est animi motus nullo cogente ad aliquid uel non admittendum, uel non adipiscendum. Et in hoc totum pene librum de gratia & libero arbitrio insumpsit, ut ostenderet hanc ueritatem omnibus receptissimã, quòd sola propria uoluntate peccemus. Sunt uero hæc satis de testimonijs doctorum. Transeamus ad fontes, unde huius saluberrimæ doctrinæ fluenta dimanarunt. C

De testimonijs scripturæ pro mandatorum possibilitate. Cap. X.

Matt. 11.d PRobant patres secundo possibilia esse mandata ex testimonio Christi & ipsius dilecti Apostoli & Euangelistę Ioãnis. Et in testimonio Christi
Arg. 1 sti affirmantis iugum suum suaue esse, & onus ipsius leue, animaduertendum est, ipsis etiam uocabulis oneris et iugi, quibus Christus appellauit secundum omnes doctores suam legem, satis indicatum nobis esse, eam uolentibus se ei subijcere, nõ esse impossibilem. Quis enim bobus suis iugum imponit, quo uti non possunt? Quis iumentis onera importabilia? Neque leuis aut suauis lex Christi dici posset, si seruatu esset impossibilis. Quid.n. grauius, aut molestius esse potest subditis, quàm si exigãtur, quod præstare non possunt? Et qui statim dixerat, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, satis significauit, multo suauiorem esse suam legem, & faciliorem, quàm fuerint omnes leges siue Iudæorum siue Gentilium, neq; posse quempiam tãta suauitate perfrui dum uel sub onere aliarum legum pressus militat, uel per abrupta, & lubrica uitiorum difficiles oberrat uias, quę si sub iugo & onere Christi uitam spontaneus agat. Nam labor ad molestias, uitæ præsertim peccatorum refertur, onus autem ad pondera, & uincula legum. Cum uero Ioannes ait, Mandata Dei grauia non esse, satis explicuit, ea non esse impossibilia. Nullum quippe grauius pondus, quàm id quod portari nequit. Confirmatur insuper tertio a patribus hæc conclusio argumento satis forti desumpto ex uerbis illis Christi Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Nam cum iustificati filij sint Dei, & Christum diligant constat ex his uerbis, eos seruare mandata Dei & ex consequenti, non esse eis mandata impossibilia. Et quid necesse est ex uerbis adeo apertis ratiocinari? Ipsa per se uerba satis indicant, posse mandata seruari, quandoquidem si nemo posset seruare mandata diuina, neq; sic Christum diligere, ut ea expleat, non dixisset Christus, Siquis diligit me sermonem meum seruabit. Et paulo ante. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Nemo quippe sic loquitur de re, quam credit esse impossibilem. Et quid est, quod alibi Christus dicit. Regnum cœlorũ uim patitur, & uiolenti rapiunt illud? Si nullus est hominum, qui possit, seruare mandata Dei, nullus erit, qui uim possit inferre cœlo, nullus qui illud rapere. Fortiter nanq; clausum est, & uectibus ferreis obseratum, atq; una mandatorum obseruatione re- D

Marginal notes: Arg. 2 — 1. Ioan. 5. a — Arg. 3 — Ioan. 14. c — Arg. 4 — Matt. 11. b

C A ſeruari poteſt. Non enim mentitus eſt ille, qui dixit. Si uis ad uitam ingredi, Matt.19
ſerua mandata. Qui etiam in his uerbis luculentum, & perſpicuum fecit, uolentibus mandata eſſe poſsibilia. Vtrunque ſiquidem uoluntati noſtræ perinde ſubiecit, & ingreſſum ad uitam, & obſeruationem mandatorum. Et alioqui nullam hic uiam ad ingrediendum ad uitam patefeciſſet illi adoleſcenti, qui ea una de re ipſum rogauerat. Quod quidem de tanto & tam benigno magiſtro nephas eſt credere. Apertum inſuper huius doctrinæ teſtimoniũ ſunt omnia ſcripturę loca, quibus aliqui uiri ſancti aſſeruntur diuina mandata ſeruaſſe. Nam quæ ſeruata ſunt, ſeruatu profecto impoſsibilia non ſunt. Et ut a lege naturali, ad quam totus ſpectat præceptorum decalogus, exordium faciamus, Paulus quidem obſeruabilem fuiſſe, & obſeruatam legem naturalem a multis ante legem Moſaycam perſpicue demonſtrat dicens. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Cum enim gentes, quæ legem non habẽt, naturaliter, hoc eſt, citra ullam reuelatam, & poſitiuam legem, quæ legis ſunt, faciunt. Eiuſmodi legẽ non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſciẽtia ipſorum. Et quis ambigat legem naturalem ſeruaſſe Enoch, quem liber geneſeos tradit ambulaſſe cum Deo? Quis Noe, quem eadem ſcriptura uirum iuſtum & perfectum uocat? Quis Abraham, cui dixit Deus, Ambula coram me, & eſto perfectus? Quis Iob, cui ſcriptura teſtimonium perhibet, quod fuerit uir rectus, & timens

Arg.5 Arg.6 Rom.2. Gen.5. Iob.1

B Deum, & recedens a malo. Et conſtanter Dauid explicat, ſe ſeruaſſe, & ſeruaturum omnia mandata Dei, & in toto corde ſuo exquiſiſſe dominum his uerbis. In toto corde meo exquiſiui te. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Et cuſtodiam legẽ tuam ſemper in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. Ab omni uia mala prohibui pedes meos. Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea uehementer. Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua. Neque his contentus alias dicit. Viam mandatorum tuorũ cucurri. Et agnoſcens donum Dei, addit, cum dilataſti cor meum. Et clariſsimum dominus per Ahiam prophetam teſtimonium ei perhibuit, quod ſeruauerit mandata ipſius, & ſecutus ipſum fuerit in toto corde ſuo. De Aza etiam ſcriptum eſt cor eius fuiſſe cũ Deo perfectum. De Ezechia item quod rectum fecerit coram oculis domini. Et ipſe de ſeipſo dixit ambulaſſe ſe in conſpectu domini, in ueritate, & corde perfecto. De Ioanne etiam Baptiſta impium eſt dubitare, an ſeruauerit omnia mandata, cum Chriſtus dicat. Non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta. Et Zacharias & Elizabeth omnia Dei mandata ſeruauerant, cum de eis dicit ſcriptura. Erant autem iuſti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus domini ſine querela. Atque ut nemo cauſari poſſet impoſsibilia eſſe præcepta aut Arg.7

Pſal. 118 3.Re. 11.et 14. 3.Reg.15 4.Reg.20 Matt. 11

se hoc tueretur, ab eorum transgreßione, prætextu & ut a Moſis tempore C
fortißima, & lucidißima nobis arma ſub miniſtrarentur contra hæreticos
Deut. 30 noſtri temporis, Deus per illum iam olim dixit. Mandatum, quod ego pr̨cipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neq; procul poſitum, neq; in cœlo ſitum, ut poßis dicere, quis noſtrum ualet ad cœlum aſcendere, ut deferat illud ad nos, & audiamus, atq; opere compleamus, neq; trãs mare poſitum, ut causeris, & dicas, quis e nobis poterit mare transfretare, & illud ad nos uſq; deferre, ut poßimus audire, & facere quod præceptum eſt, ſed iuxta te eſt ſermo ualde in ore tuo, & corde tuo, ut facias illum. Equidem nihil poterat, neq; expreßius, neq; elegantius dici, ad oſtendendum præcepta Dei impoßibilia non eſſe, neq; poſſe quempiam aliquam excuſationem obtendere iuſtam, quo minus opere legem cõpleat, & ipſi ſatisfaciat. Q̃d eſt enim aliud mandata non eſſe ſupra nos, neq; procul poſita, neq; in cœlo, aut trãs mare ſita, quàm non excedere uires noſtras adiutorio diuino ſubnixaſ? Et quid eſt aliud iuxta nos eſſe in ore, & in corde, quàm in promptu nobis eſſe, & ad manum, illa perficere, ſicut & noſtræ ſubeſt poteſtati, & procliue eſt, &
Arg. 8 ore, & corde, & illis, quæ in ipſis ſunt, cum uolumus, uti? Eandemq; facilitatem mandatorum diuinorum agnouit Pſalmiſta, cum dixit. Latum mãdatum tuum nimis. Neq; opus eſt profecto, ut aliunde poßibilia legis gratiæ mandata doceamus. Si enim hæc dicta ſunt de ueteri lege, quam Petrus clare dixit fuiſſe, & ſibi & patribus ueteribus iugum importabile, quid cenſendum eſt de noua lege, quam benignißimus & mitißimus magiſter noſter, D
& dominus, ad differentiam præcipue ipſius legis Iudaicæ, & uitæ laborioſæ peccatorum, leuem, & ſuauem appellauit?

De difficultate mandatorum, & neceßitate gratiæ ad ea ſeruanda. Cap. XI.

NOn autem, ut hoc obiter, ne quiſpiam decipiatur notemus, his teſtimonijs hoc agimus, ut facilia nobis Dei mandata abſq; ipſius gratia
2. Cõ. Pel. oſtendamus. Nouimus Hieronymum in dialogis contra Pelagianos copioſe eius dogmatis falſitatem oſtendiſſe, & luculenter ſæpe mõſtraſſe, temere Pelagium ſcripſiſſe, facilia eſſe Dei mandata, & erubeſcere debere de ea ſententia, immo radi ab eo oportere de libro, quem iam euulgauerat.
Matt. 7. b Anguſta, teſte Chriſto, & arcta eſt uia, quę ducit ad uitam, & pauci ſunt, qui
Pſal. 16 inueniunt eam, multoq; pauciores, qui ingrediuntur per eam. Et propter
93. uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras, ait Dauid. Et alias. Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto. In quæ
Hiero. uerba Hieronymus. Omnia præcepta domini habent laborem. Sine labore non poſſumus poßidere regnum cœlorum. Et ſicut idem alio ex loco ſcripturæ citat. Vir in dolore laborat ſibi, & uim facit perditioni ſuæ, ut oppreſſa uidelicet, & ſubiugata, & moriente carne, uiuat in eo ſpiritus. Atq; ut idem ait, manifeſtum eſt, eſſe difficile, quod rarum eſt. Certo etiam ſcimus, ut idem Hiero. in loco citato latißime differit, non ſolum non eſſe mandata

A seruatu facilia, sed prorsus esse nobis factu impossibilia, nisi Deus sua ope, & gratia imbecillitatem nostram adiuuet. Et hoc testimonijs apertis scripturæ, Concilijque Mileuitani, & cuiusdam Concilij Carthaginensis, Arausicanique secundi, ac Innocentij primi, & Celestini primi, nec non & ex Cypriani & Augustini autoritatibus, ac nonnullis alijs argumentis perspicuũ fecimus in opusculo de iustificatione. Amisit enim homo per peccatum, ut bene explicat Rich. de .S. Vict. non libertatem, sed potestatem, qua potuit omne debitum soluere, & omne malum cauere. Et cum audimus, uel legimus lib. arbitrium esse captiuum, nihil aliud, ut idem admonet, intelligere debemus, quam infirmum, & huius natiuæ potestatis uirtute priuatum. Et qui hoc negaret, errori Pelagij damnato a prædictis summis pontificibus, & Concilijs, & a Palæstino quodam Concilio, sine dubio consentiret. Neque dubitamus, quin & iustificatis ipsis necessaria etiam sit auxilij specialis gratia præter gratiam gratumfacientem, ut diuina omnia mandata impleãt, & in accepta gratia perseuerent. Et hoc etiam satis, abundeque ex Innocentij primi, Celestini primo, Cypriani, & Augustini testimonijs, in eodem opusculo demonstrauimus. Et diffinitum id uidetur in Concilio secundo, Arausicano. Quare patres post uerba, ex quibus secundam conclusionem quam modo tractamus, collegimus, non simpliciter, & absolute dixerunt, iustos posse seruare mandata, sed adiecerunt hoc temporamentum, cum auxilio diuino. Verba uero decreti sic habent. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt. Qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, seruant sermones eius. Quod utique cum auxilio diuino pręstare possunt. Et ut sciremus hoc auxilium tam potens, quam necessarium, nulli deesse iustorum, mox subiecta sunt illa uerba totius suauitatis plena, ex Augustino desumpta. Deus nanq; sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Quæ quidem uerba fundamentum habent in illis non minus suauibus scripturæ sanctæ uerbis. Dominus uobiscum est, quandiu uos estis cum eo. Si reliqueritis eum, & relinquet uos. Et hanc in iustos gratiam explicuit Christus, cum non contentus dicere, se simul cum patre ad eum uenturum, qui sermonem ipsius seruauerit, adiecit. Et mansionem apud eum faciemus. Nunquam siquidem adeo liberaliter, adeo absolute, & absque ulla restrictione mansionem suam iniustis polliceretur, nisi tandiu in eis esset mãsurus quandiu ab ipsis non expelleretur. Et ab hac felici præsentia habent iusti, ut seruare possint mandata, & occurrentes deuincere tentationes. Vnde & Paulus de ea gloriabundus, & exultans ait. Omnia possum in eo, qui me confortat. Et iterum. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et rursus. Quis ergo nos separabit a caritate Christi? Neq; aliud modo contendimus perspicuum facere, quam per hanc Dei gratiam, qua omnes paratissimus est iuuare, nobis possibilia esse mandata.

Impossibilia nobis mãdata sine dei gra. q. 8

Ric. de sta tu ĩte. ho. c. 20. 21. et 22.

q. 14

Can. 10. et 19.

De nat. & grat. c. 26

2. Para. 15.

Phili. 4. c

Rom. 8. f

NEq; solum sunt per Dei gratiam mandata possibilia, addam & hoc, sunt etiam per Dei gratiam seruatu suauia, & adimpletu facilia. Et hoc postulant uerba Christi, & Ioannis, & Moysi, & Dauidis statim citata. Nisi enim mandata possent fieri iustis facilia, profecto neque latum diceretur mandatum domini, neque leue, & suaue, & iuxta nos ualde. Neque dixisset Ioannes, Mandata eius grauia non sunt, nisi intellexisset mandata esse semitas illas aequitatis, de quibus Salomon nomine Dei ad iustos dicit. Ducam te per semitas aequitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Nam & ideo angusta uia coeli dicitur, quia nō nisi angusto initio incipitur, processu uero temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. Et iugum quidem domini graue est detrectantibus, sed non dilatato iam corde uiam domini percurrentibus. Quia quantumuis grauia sint mandata, est in iustis persaepe per diuinam gratiam tantus affectus ad eorum obseruationem, & tanta auiditas iustitiae, ac sitis exequendi in omnibus diuinam uoluntatem, ut omnia sint eis, & leuia, & iucunda, & sicut in scripturis Deus pollicetur, super omnipotentem, & delectentur, & delitijs affluant, atq; animae eorum sicut iuge sint conuiuium, nihilque eis sit dulcius, quam respicere in mandatis altissimi. Et haec diserte tradit Augu. his uerbis. Omnia facilia sunt caritati, cui uni sarcina Christi leuis est. Et pulchre subdit. Aut enim quisquam non diligit, & ideo graue est, aut diligit, & graue esse non potest. Et iterum. Praecepta legis per caritatem impleta sunt, quae per timorem non poterant. Et ideo affirmat non fuisse impletam legem a ueteribus, quia nondum erat caritas, quae dilectione teneret interiora mentis. Fusius tamen, & operosius haec docet in de perfectione iustitiae. Adhibet, inquit de Celestio, testimonia, quibus ostendat, non esse grauia diuina pręcepta. Quis autem nesciat, cum praeceptum sit generale caritas, quia finis pręcepti est caritas, & plenitudo legis caritas, non esse graue quod diligendo fit, non timendo. Laborant autem in Dei praeceptis, qui ea timendo conantur implere. Sed perfecta caritas foras mittit timorem, & facit praecepti sarcinam leuem, non solum non prementem onere ponderum, uerum etiam subleuantem uice pennarum. Et paulo post. Cui grauia sunt praecepta, intelligat nondum se accepisse donum, quo grauia non sint, nec arbitretur ea se perficere, quando ita facit, ut grauia sint. Hilarem enim datorem diligit Deus. Nec tamen, cum ea grauia sentit, desperando frangatur, sed ad quaerendum, petendum, pulsandumq; cogatur. Et statim hoc approbat ex testimonijs legis, Euangelij, & Apostolorum. Et inter alia dicit, caritati dei non esse graue mandatum dei, debere omnes persuaderi ex uerbis Ioannis. Haec est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. Et testimonia scripturarum, quibus aliquando durae aliquando leues dicuntur uiae domini, de-

Dei mādata facilia et suauia iustis. | *Prou. 4.b* | *Iob. 22* | *Pro. 15.b* | *De natura & gratia.* | D | *Cap. 66* | *Respo. 17* | *1. Ioan. 5.a*

A ganter capite sexagesimonono de natura & gratia conciliat. Vtrunque, ait, uerum est. Duræ enim sunt timori, leues amori. Quam concordiam insinuant uerba illa Dauidis. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Nam amoris proprium est, corda dilatare. Et ut uerissime dicit Bernar. Solus spiritus promptus experitur iugum domini esse suaue & onus leue. Eximium etiam premium nostris operibus repositum faciebat sanctis uideri leuia mandata. Vnde Cyprianus elegantissime uirgines alloquitur in tractatu de habitu uirginũ. Arcta, & angusta uia, quæ ducit ad uitam, durus, & arduus limes, qui tendit ad gloriam. Per hunc uitæ limitem martyres pergunt, eunt uirgines, iusti quique gradiuntur. Lata & spaciosa itinera uitæ lætalis, illic illecebræ & mortiferæ uoluptates, illic diabolus blanditur, ut fallat, arridet, ut noceat, illicit, ut occidat. Primus cum centeno martyrum fructus est, secundus sexagenarius uester est. Vt apud martyres non est carnis, & sæculi contagio, nec parua & leuis & delicata congressio, sic & in uobis, quarum ad gratiam merces secunda est, sic & uirtus ad tolerantiam proxima. Non est ad magna facilis ascensus. Quem sudorem pepetimur, quem laborem, cum conamur ascendere colles & uertices montium? Quid ut ascendamus ad cœlum? Et, ut emolliret difficultatem castitatis, subdidit. Si præmium pollicitationis attendas, minus est quod laboras. Immortalitas perseueranti datur, perpetua uita promittitur, regnum dominus pollicetur. Et in sermone de stella, et Magis, si tamen illius est, propterea iuxta tropologiam dicit Magos nõ eadem

Côciliãtur testimõia, quibus uiæ dñi nũc leues, nũc duræ dicũtur

Psal. 118

Ber. ð præcep. et dis.

Cyp.

Nõ est ad magna facilis ascensus.

B uia redisse qua uenerãt, quia necesse est ut qui credunt ad iustitiam, ore etiam confessi sunt ad salutẽ, deinde uias eligant arctiores, et se districtioribus mandatis obligent. Quoniam per uias arctas, descensusque præcipites itur, inquit ad inferos. Per arctas uero, & difficiles reditur ad superos. Et addit. Propter uerba labiorum Dei religiosus quisque uias duras ingreditur, & iugulator uoluptatum stantem ex diuerso hostem securus aggreditur. Arcta uia est castitas, trames strictus humilitas, ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigere, scopulosę sunt semitæ, sed ad patriam superiorem, non nisi per meatus difficiles armati milites reuertuntur. Quãuis igitur mandata Dei ex se, & ad exiguas uires nostras comparata difficilia sint, per adiutorium tamen Dei diffundentis in nobis suam caritatem ad ea implenda, & spe magnorum præmiorum animos nostros erigentis, fieri possunt, fiuntq; iustis pſępe, & leuia, & omnino iucũdissima.

Leuia fiũt præcepta charitate, & spe.

 C

Poßibilia esse Dei mandata ex lumine naturali. Cap. XIII.

SEd quid opus est scripturis, ut poßibilia esse Dei mandata doceamus? Ipsum lumen naturale nobis a Deo inditum, ipsa scintilla rationis, mentibus nostris impressa, ipsa naturæ nostræ uis, & conscientia, satis nobis potest esse ad expugnandum hunc errorem. Quæ nanque fuit unquam gens tam barbara, quis hominum tam stolidus, & stupidus, ut putaret, se in culpa esse, aut in crimine propter ea, quæ uitare non posset? Quis etiam tam durus fuit unquam, tam crudelis, tam immanis, & ab omni humanitate alienus tyrannus, ut ea suis subditis imperauerit, uel ab eis exegerit, quæ præstari ab ipsis non poterant? Certe præpositi filiorum Israel iure se naturę tuebantur, cum uociferabantur ad Pharaonem dicentes. Cur
Exod.5.c ita agis contra seruos tuos? Paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur. En famuli tui flagellis cædimur, & iniuste agitur contra populum tuum. Et uel hoc solo titulo, ubi alij, qui fuerunt, cessassent, iustum habuissent bellum contra Pharaonem, & quo iure, quaque iniuria se ab illa ferrea seruitute, utcunque licuisset, potuissent eripere. Quorsum etiam Deus ea imperaret, uel postularet ab hominibus, quæ præstare ipsi non possunt? Neque bonorum nostrorum indiget, neque frustra nouit aliquid facere, neque inuidus, aut malignus est, ut credere poßit quisquam querelas in nos eum inquirere, & occasiones, ut nos opprimat, captare. Saluare uult omnes, & neminem perire. Si peccaueris, quid ei nocebis? D
Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Homini, qui similis est tibi nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Longe abest ab illo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Neminem condemnabit frustra. Ipsa enim iustitia est. Neque omnipotens subuertet iudicium. Quis est autem, aut fuit unquam uirorum, ut Lutherus, qui bibit subsannationem quasi aquam, & graditur cum operantibus iniquitatem, & blasphemat cum uiris impijs? Dixit enim. Non placebit uir Deo, neq; illius mandatis faciet satis, etiam si cucurrerit cum ipso, & quantum maxime poßit, ei seruiat. Et ubi est impie libertas Euangelica, de cuius prædicatione te ubique iactabas? Quæ durior, aut ferrea magis potest esse seruitus? Si exactio grauißimorum, & difficilimorum tributorum inclæmentiam, & crudelitatem arguit quouis in principe, quis ferat Deo optimo maximo, benignißimo, & suauißimo dominantium omnium domino tantam inuri blasphemiam, ut exigat ab imbecillis, & misellis hominibus etiam impoßibilia? Profecto, ut cum stomacho pro Dei gloria loquar, nihil magis impium, aut blasphemum in Deum comminisci potuit humana mortalitas, neq; quod magis mentes hominum omnium ab illius amore posset auocare. Quid nihil prodest, si omnipotens Deus meus sit, et

infinitę

A infinitæ uirtutis, nisi sit etiam benignus, & bonus? Aut quomodo bonum & benignum possum credere, si a me exigat, quod exhibere ei non ualeo? Quemadmodum eum amabo, quem amando quantum possum, promereri non possum, ut me uel tantillulum amet? Paulus ipso lumine naturali admonitus constanter asserit, fidelem esse Deum & negare se non posse, & iniustum fore, si obliuisceretur obsequiorum, quæ ei impendunt sui serui, uel laborum, quos pro ipsius gloria tolerant. Et Hieronymus eum secutus dicit. Neque enim iniustus est dominus, ut tantum peccata condonet, & bonorum operum non meminerit. Et alibi. Re uera grandis iniustitia, si tantum peccata puniret, & bona opera non susciperet. Et audet qui se Euangelicum, & Apostoli Pauli imitatorem profitetur, de illa summa bonitate tantam impietatem docere, ut exigat a suis impossibilia? Non tibi satis erat o Luthere de uirginibus, de coniugibus, de Christi sacerdotibus, de Ecclesiæ doctoribus de sacramentis, de sanctis imaginibus, de præceptis, de scriptura, de traditionibus Ecclesiasticis, ac denique de omni ordine, & conditione hominum, de ipsis hominibus, & operibus eorum, & de omnibus rebus sacris male esse meritum, nisi etiam os poneres in cœlum, & Deo ipsi impingeres blasphemiam, quam nunquam barbari, nunquam sacrilegi, nunquam ulli impij, immo ne ipsi quidem Gentiles, & idolatræ suis dijs & idolis, quod sciam, sunt ausi tribuere. Extant ubique argumenta mirifica diuinæ in nos dilectionis, diuinæ suauitatis, & benignitatis.

2. Tim 2.c
Heb. 6.b
Hiero. 1. i Pelag.
2. cōt. Iou.

B Patent ubique miserationis ipsius erga nos uiscera. Plena est terra quoquo uersum spectes, misericordia ipsius. Et tu nobis seueriorem eum facis in præcipiendo, quam benignum in adiuuando, ut quæ præcipit, a nobis impleantur? Credat unusquisque, cui uolet. Ego quidem in eum Deum neque credo, neque credam, neque dominum eum, uel principem pati unquam potero, qui quæ fieri non possunt, suis præcipiat. Quod si Deus exigeret a suis, quæ ipsi implere non possent, absit impietas uerbo, audacter dicerem, neque bonum eum esse, neque iustum, sed iniquum, & iniustum, & impium, ac per hoc iam non Deum. Quid, quod non solum iniurius est in Dei bonitatem Lutherus, sed & nostræ ipsorum naturæ & diuinæ omnipotentiæ palam in hoc errore aduersatur, & Manicheorum hæresim non tantum renouat, sed etiam exuperat, & nonnihil ei absurditatis accumulat. Quod enim illi uoluntati nostræ, quam a malo principio conditam credidere, tribuebant, ut peccatum uitare non posset, hoc Lutherus, & ipsius sequaces uoluntati nostræ impingunt, quam a Deo optimo creatam cognoscunt. Et id quidem non solum nudæ uoluntati abrogant, sed etiam uoluntati iustificatæ, & diuina ope subnixæ, ut naturæ uidelicet & cōditoris ipsius manifestos aduersarios se probent, qui tantam utriusq; imbecillitatem tanta obstinatione profitentur.

 C

De argumentis Lutheri contra poßibilitatem mandatorum. *Cap.* XIIII.

ACcedamus tamen propius,& comminus cum hoste confli&temur. Non reticebo quibus argumentis tantam sibi insaniam persuaserit Lutherus, & Germanos suos non fuerit ueritus tam multis in libris edocere. Primum & ultimum præceptum decalogi potißimum pro-
Arg. 1 fert, quæ constanter asserit, nobis esse seruatu impoßibilia. Manet, ait, etiam post Baptismum in nobis concupiscentia carnis, quæ est transgreßio ineui
Arg. 2 tabilis præcepti, Non concupisces. Et propter rixam, & contentionem carnis fit, ut non poßimus Deum diligere ex toto corde, sicut primo præcepto adstringimur. Quinimmo quia contra omnia alia præcepta concupiscentia carnis inclinat, colligit, eam concupiscentiam etiam citra consensum uoluntatis omnium esse uirtute præceptorum trangreßiones ineuitabiles.
Argum. 3. Et poßumus hæc Lutheri argumenta sic corroborare. Nullus in hac uita potest sicut præceptum est, Deum diligere ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex tota uirtute sua. Necesse est enim, dum peregrinamur a domino aliqua præter Deum amare, aut saltem cogitare, & meminisse. Necesse est etiam aliis rebus quam amori diuino intendere. Eaque cum facimus, iam non Deum ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota nostra
Argum. 4 uirtute amamus. Insuper. Non potest quispiam, dum hanc uitam agit, secūdum legem communem ita emortuum habere suum corpus, ut non aliquādo caro concupiscat aduersus spiritum, reluceturq; ei. Caro siquidem,
Gal. 5 ait Paulus, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc D
Arg. 5 enim sibi inuicem aduersantur, ut nō quęcunq; uultis, illa faciatis. Item. Paulus, qui iugiter mortificationem Christi in suo corpore circunferebat, tamē adeo non erat liber ab hac concupiscentia, ut qui sibi placebat in persecutionibus & afflictionibus innumeris, tamen ea molestia grauatus, et uel ob eā,
Rom. 7 uitæ huius pertęsus cogeretur sępe exclamare. Infœlix ego homo, quis me liberabit a corpore mortis huius? Quis igitur tantum sibi arroget in hac peregrinatione, ut a transgreßione huius pręcepti poßit esse liber? Verum hęc argumenta non erit operosum diluere ei, qui sanum horum pręceptorum sensum assecutus fuerit. Procedunt quippe ex ignoratione uerę eorum, & germanę intelligentię. Eanque ob causam dabimus nunc operam, ut ea dilucide, & clare exponamus, eorunque declaratio, responsio erit ad hæc argumenta.

De expositione illius præcepti Non concupisces. *Cap.* XV.

Propo. 1 ET ut a pręceptis carnalia nobis prohibentibus incipiamus, pręcepto illo, Non concupisces, hoc in primis statuamus, & certum habeamus, non esse nobis prohibitam concupiscentiam carnis, quę naturalis est. Nam illa rebellio carnis ad spiritum, & furiosi illi motus, & indomiti ardores libidinis, quos plerunq; nolentes, & inuiti patimur, quiq; sublimem illū & diuinum spiritum Pauli, ad ea quę oderat, sępe degrauabant, & ad ea quę

A fugiebat, plerunque deprimebant, nostrę potestati subiecti non sunt, & cõmunes sunt nobis cum brutis, & homini creato in puris naturalibus minime defuissent. Sed enim prohibita est hoc pręcepto concupiscentia libera, & uoluntaria, qua quis, siue per appetitum intellectiuum siue etiam per sensitiuum libere sponteq; sua mulierem non suam concupiscit. Atq; ita Paulus uelut fulgentissimum sydus, ac uerus utriusq; testamenti sol, exponens hoc pręceptum, non iussit, ut non inhabitaret in nobis hęc concupiscentia. Nouerat hoc metas excedere pręcepti, neq; a nobis id fieri, neq; a Deo pręcipi posse, pro hoc statu. Sed quid ait? Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obędiatis concupiscentijs eius. Quod igitur hoc pręcepto est prohibitum, id duntaxat est, ne patiamur nobis sic dominari concupiscentiam carnis, ut sponte nostra acquiescamus, & cõsentiamus illi & eos affectus & motus turpes libenter, & uoluntarie cõtinuemus, quos ipsa per se caro ad malum prona in nobis naturaliter excitauerit. Tunc etenim uere regnat in nobis, & dominatur concupiscentia carnis, quam peccatum aperte hic appellat Paulus, cum nos ei obędimus, & sponte nostra nos illius cõcupiscentijs subdimus, & naturalia carnis desideria, spontanea, & uoluntaria facimus. Itaq; ut uno uerbo dicamus, non pugna carnis contra rationẽ, sed uictoria ipsius de nobis prohibita est, & seruitus nostra. Et ita intellexit hęc uerba Pauli Greg. Peccatum, inquit, in mortali corpore non esse, sed regnare prohibuit. Quia in carne corruptibili non regnare potest, non esse nõ potest. Et subscribit Richardus de .s. Victore his uerbis. Cęteris sanctis in commune pręcipitur, ut in mortali corpore peccatum non regnet, soli isti, loquitur de Dei para uirgine, singulariter datur, ut mortale corpus eius peccatum non inhabitet. Non regnet, inquit Apostolus, peccatum in uestro mortali corpore. Ecce pręcipit, ut non regnet, sed nunquid, ut non inhabitet? Hęc ille. Neq; mouere quenquam debet, quod Paulus concupiscentiã hanc appellauit peccatum. Varie nanq; accipitur peccatum in scripturis. Et quanuis proprie peccatum idem sit quod culpa, aut offensa Dei, uel sicut Ambro. diffinit, cœlestium inobędientia mandatorum, tamen aliquando peccatum abusiue uocatur hostia pro peccato, & frequenter sic usurpatur in ueteri testamento. Et Paulus more Hebręorum appellauit Christum peccatũ dicens de patre cœlesti. Eum qui non nouerat peccatum .s. Christum, pro nobis peccatum fecit. Et alibi. De peccato damnauit peccatum in carne. Aliquando etiam uocatur peccatum, quod affectus est, uel sequella, seu pœna peccati, uel quod trahit, aut allicit, uel inclinat ad peccatum. Consuetum nanque est, & in scriptura, & in communibus nostris colloquijs, ut effectus appellentur nominibus causarum, & econtrario. Et hac ratione uocauit Paulus concupiscentiam carnis peccatum, quia effectus est & pœna peccati, uel certe quia trahit, et inclinat ad peccatum, non autem quod eam crediderit proprie esse peccatum, id est, diuini transgresionem mandati. Qua de re copiose disseruit diuus Augustinus multis in locis, sed pcipue in

[Margin notes: Propo.1 — Roma.6 — Greg. 21 Mo.c.3. — B — Rich.2.de Emanu.c. ulti. — Peccati deceptiões.3 — 1. — 2. — 2. Cor.5.d — Rom. 8.a — 3. — Aug.]

libro de nuptijs & concupiscentia ad Valerium per multa capita, & libro C
primo de ciuitate Dei, capite uigesimoquarto, & libro decimoquarto,
capi. decimo. Et ex multis quæ eleganter super hac re dicit, duntaxat subijciam hic quædam illius uerba ex capi.13. lib. primi contra duas epistolas Pelagianorum. Hæc, inquit, concupiscentia carnis, etiam si uocatur peccatũ, non utique quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic uocatur. Sicut scriptura manus cuiusq; dicitur, q manus eam fecerit. Et ut omnis cesset iam ambiguitas, confirmata est hæc expositio, a patribus in hoc concilio Tridentino, & definitum est Ecclesiam catholicam nunq intellexisse hanc concupiscentiam appellari peccatum, q uere & proprie in renatis peccatum sit, sed quod ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Itaq; ex hoc præcepto. Non concupisces, male collegit Lutherus, Deum præcepisse nobis aliquid impossibile. Non enim prohibita est hic concupiscentia carnis, quæ ineuitabilis est, sed spontanea & uoluntaria.

Sessi.5.cã. 5.

Expugnantur alienæ quædam intelligentiæ præcepti diligendi Deum. Cap. XVI.

NEque firmior est, aut ualidior collectio, quam ex primo præcepto idem Lutherus fecit. Quod quidem in procliui fuisset illi gnoscere, si superbum illum suum, & arrogantem spiritum ad hoc inflectere uoluisset, ut quam non assequebatur præcepti intelligentiam, eam ex sacris D doctoribus, aut certe ex aliorum scripturæ locorum collatione mendicare maluisset, quam ex suo cerebro. Ne uero nos etiam a germana huius præcepti intelligentia aberremus, in quo, teste Augu. summa & uera sapientia est, operæprecium erit in primis falsas quorundam ipsius interpretationes impugnare. Ac primo quidem illud certissimo statuendum est, non exigi a nobis hoc præcepto, ut Deum solum cogitemus, & amemus, uel ut uni solummodo ipsius amori studeamus. Quis amens ita desipiat? An non statim subiectum est præceptum de dilectione proximi, et particulatim de honorandis parẽtibus? Ipse certe Deus, qui iussit ut se amaremus, iussit, ut amaremus & proximum? & ut honoraremus parentes? Porro amor proximi si uerus est, & non simulatus, aliquam partem cordis, mentis, & animæ nostræ requirit. Et necesse erit, si aliud dicamus concedere, præcepta inter se repugnare, neque beatos hoc pręceptum implere. Quoniam licet beati hac gaudeant felicitate, qua nos caremus, ut semper & absque ulla intermissione supra se, & omnia alia a se, & ex totis uiribus suis Deum diligant, & per omnia illius sint uoluntati conformes, hisque de causis perfectius hoc impleant pręceptum, quam nos, tamen & alia eos cogitare, & se ipsos & nos maxime amare certum est. Neque id uetat, quominus uerissime & perfectissime Deum censeantur amare ex toto corde. Amant.n. quæ amãt in Deo, & ad Deum et propter Deum. Immo amor ipse aliorũ a Deo, amor quoq;

Aug. ep. 120.

Propo. 1

A ipsius Dei in ipsis est. Perfectissimus nanque proximorum amor, quem nõ est dubium eos habere, est amor quo gaudent, uel cupiunt Deum ab eis amari, & ipsius gloriæ per omnia eos seruire. Neque hoc præcepto nobis est indictum, ut Deum sic diligamus ex omnibus uiribus nostris, ut nulla in nobis uis ipsius mandatis obluctetur. Nouit Deus figmentum nostrum. Nouit carnem nos esse. Neque ignorat, quòd nobis persæpe inuitis caro resultat spiritui, & nunc in uetita infrenis, & indomita furit, nunc ad præcepta languescit & obmurmurat. Et si hæc nobis sub præcepto isto indicta essent, nemo profecto hactenus præcepta Dei in uia, excepta saltem Deipara uirgine, seruasset. Cuius contrarium cap. 10. luculenter satis commonstrauimus. Quis fuit enim mortalium, qui non aliquam carnis, seu fomitis incursionem passus fuerit? qui non aliorũ a Deo amorem habuerit? qui de nicq; non de aliis nonnunquã solicitus fuerit? Sanè si hæc necessaria essent, ut toto corde Deum diligeremus, eadem & necessaria forent, ut Deum toto corde quæreremus. Et frustra dixisset Deus per Mosen. Inuenies Deum, si tamen toto corde, & tota tribulatione animæ tuæ quæsieris eum. Siquidem possibile non est, ut sic quispiam in hac uita eum requirat. Tantum uero hæc omnia absunt a fidelitate, & suauitate Dei, & ab eximia caritate, qua nos prosequitur, ut non dubitem pro certo & constanti ab omnibus esse credendum, asserere, neque hoc quidem his uerbis toto corde, tota anima, tota mente, totis uiribus, a nobis Deum exegisse, ut quanto maximo pote B rimus nixu & conatu eum amemus. Nihil equidem habuisset Lutherus a nobis requisitum esse impossibile, si hoc nobis Deus sub præcepto edixisset. Sed non est adeo difficilis, & morosa illa summa benignitas. Leuioribus, & facilioribus contenta est. Ne ipso profecto tempore, quo ad eum amandum tenemur, ad tantum feruorem, & intensionem amoris obligat. Sicut alia amare, & curare, quę nobis cõmoda sunt, permisit, ita qui bonorum nostrorum nõ indiget, ne ipsum amoris pręceptum graue esset, & aliquam quoque partem conatus nostri, & facultatis ab eo mandato suspendere indulsit. Sentite, inquit Salomon, de domino in bonitate. Et bonum & clęmentem principem haud quaquam tam graue præceptum de sui dilectione decet. Quæ posset esse pax in conscientia, quæ lætitia, quæ tranquillitas, si tam graue nobis esset iugum impositum? Nullus quippe nostrum, ne probabiliter quidem potest scire, sic se Deum ex toto corde, ex tota mẽte, ex tota anima, & ex totis uisceribus dilexisse. Quia nemo scire potest, quantæ intensionis sit feruentissimus, quem habere potest, amor. Quid ergo tandem, inquies, hæc tanta & tam grauia uerba sibi uolunt? Quid a nobis exigunt, & postulant? Nunquid & hæc quoque hyperbolice dicta accipienda sunt, sicut & illa quæ mox subiecit scriptura? Eruntque uerba hęc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebun-

Prop. 2.
Deut. 4. c
Prop. 3.
Sap. 1. a

tur inter oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostijs domus domus tuæ. C
Quibus quidem uerbis non illa præcepta sunt, quæ superstitiosi pharisæi di
cuntur intellexisse, dum iuxta corticem & uerba ipsa literę ea seruabant
alligantes mandata manibus, appendentesq; fronti & oris uestimentorum,
sed iugis duntaxat, & assidua quædam præscripta est memoria, & medita-
tio, & traditio perpetua mandatorum diuinorũ ad posteros. Nunquid igi-
tur & his uerbis, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, hoc solum nobis præceptum est,
Expo.4. ut Deum studiose, solicite, intente, & feruenter diligamus? Absit, ut primũ
& maximum mandatum hyperbolice nobis traditum esse credamus. Non
conueniunt hi tropi mandatis. Et cum Christus hoc mandatum primum,
& maximum dicit aliquid nobis maius illis uerborum circunstantijs com-
Expo.5. mendatum esse nobis, & impositum significauit. Neque probare possum
quod quidam adeo frigide hoc mandatum interpretantur, ut propter quæ-
Ser.50.su dam uerba Bernardi asseuerent tantam Dei dilectionem ex toto.s.corde,
p Cant. mente, anima, & uniuersis uiribus, non esse uiatoribus iussam affectu, sed in
actu, proximorum uero dilectionis mandatum affectu magis quam operi
bus esse implendum. Profecto uerbum dilectionis, seu amoris animum ma
gis respicit, quam exteriores uires. Et præcepta hæc duo diligendi Deum
& proximum, amoris sunt & caritatis præcepta. Et eodem modo, quod
attinet ad substantiam operis, in eis præscripti, sunt interpretanda. Neque
difficultatem, quę nos urget, hac uia euadimus. Siquidem non est difficilius D
in effectu seruire Deo ex toto, corde, aĩa, mente, & cęteris uiribus quã in affe
ctu. Et male sanè officia caritatis proximis exhibebimus, si non intus uiuida
sit in nobis, & feruens erga illos caritas. Beneficentia nimirũ ex beneuolẽtia
Expo.6 oritur. Neque oportet catholicum, ne per somnium quidem, credere, præ-
ceptum diligendi Deum ad affectus interiores duntaxat referri, præceptum
uero diligendi proximum ad officia exteriora. Quid hoc esset aliud, quam
in eam sententiam declinare, quam nonnulli ex protestantibus inuehere or-
bi moliuntur, dum præcepta primę tabulę a pręceptis secundę tabulę per
opera interna & externa distinguunt? Equidem ne in adeo peruersam ex-
positionem laberemur, adiectum esse crediderim ab Spiritusancto uerbum
illud, ex omnibus uiribus tuis. Qui enim non contentus corde, mente, ani-
ma, sed insuper & uniuersis uiribus nostris petit se amari, profecto etiam of
ficia exteriora, quę amoris interni & signa sint & effectus, a nobis efflagitat.
Et distinctio ista primę tabulę a secunda per opera interna & externa noua
est, & de suo ab eis capite conficta, et ut nihil grauius dicam, est certè iudicio
nostro illa ineptissima. Et sanè demiror homines, qui uel tantisper gustarint
sacras literas, in tantã potuisse incidere cęcitatem. Neq; nos sine causa reos
eos facimus usque adeo ineptę distinctionis. In colloquijs suis & apologijs,
& nominatim in Apologia Augustana frequens est, posse a nobis per liber
tatẽ arbitrij nostri absque gratia diuina fieri opera externa & ciuilia secundę

A tabulę non tamen illa, quę ad primam tabulam pertinent & sunt proprie legis diuinę uidelicet diligere Deum ex toto corde, timere Deum, confidere Deo, credere uerbo Dei, firmare fiduciam, ne uincat dubitatio de adepta gratia & de promissionibus diuinis & huiusmodi. Et Philippus in loco communi de bonis operibus, & Bucerus in concordantia controuersiarũ accusant & insimulant nos, quòd doctrinam operum pręclare tradimus de externa scilicet hypocrysi, deque humanis ceremonijs, opera uero primę tabulę & fontem bonorum operum ignoramus, & obruimus. Et sępe etiã alibi suggillant nos, quod tantum intueamur pręcepta politica & externa, quę pertinent ad secundam tabulam & iustitiam philosophicam, non autem interna, quę pertinent ad primam tabulam, & in quibus proprie est lex diuina. Et hausisse uidentur huius doctrinę partem aliquam a suo pręceptore Luthero, qui in libro de libertate Christiana nihil ait prodesse opera externa uersari in locis & officijs sacris, ieiunare, uoce orare, immo neque interiores speculationes uel meditationes, pręter unam fidem & fiduciam. Sed quanta hic sunt hęreseon monstra, & commenta? An non qui primam tabulam nobis dedit, dedit & secundam? Cur igitur audetis o cęci, externam hypocrisim appellare, quę dicitis spectare ad secundam tabulam? Quod si non uestros ad eiusmodi opera externa refertis sermones, cur ea contra primam tabulam distinguitis? Hypocrisis certè simulatio est exterior eius, quod non habetur in corde. Opera autem seu officia externa caritatis ex corde & interiori in ipsos amore procedunt. Et nõ tantum signa sunt interiorum affectuum, neque solum a Deo requiruntur, ut protestationes latentium uirtutum fidei, spei, & caritatis, sed etiam, ut officia, quę par est eos exercere, qui ex corpore, & anima constant. Nam constituti huiusmodi partibus, Deo omnium autori utrisque in primis seruiamus oportet, & cor nostrum, & caro nostra iustissimum est, exultẽt cum Dauide in ipsum, qui utrunque dedit. Et anima corpus, & corpus animam his assolent se ad Deo obsequendum alacrius, & libentius congaudendum ipsius glorię, & pręstandum quae exigimur, uicissim souere, & excitare. Ac deinde proximis, qui utriusque partis subsidijs, & adiumentis indigent, necesse est & utraque parte nostra pro uirili inseruire & eos nobis non tantum affectu intimo, sed officijs & obsequijs externis palàm & apertè, ut pax constet, & caritas, conciliare, delinire, promereri, ac uincire. Si iustitia Christiana in obseruantia mandatorum Dei consistit, ut iam ipsi utcunque fatentur, cõsequens est omnino, ut non tantum ad iustitiam philosophicam, sed etiam ad Christianam, & Euangelicam pertinere opera externa, quę in secunda tabula sunt pręcepta, fateãtur. Et quę ista stultitia est, intima opera ad primam duntaxat tabulam referre, extera uero ad secundam? Nónne primę tabulę pręceptum requirit, ut diligamus affectu, & effectu? Et tertium pręceptum primę tabulę, an non manifeste est de cultu exteriorio Dei? Et secundo quid cauetur aliud quam ne exterius nomen eius periurio, aut blasphemia

Impug.

Opera externa cur a nobis requiruntur.

B

Non distinguitur tab. 1. & 2. per opa interna & externa.

Argum. 1.

Argum. 2.

Argum. 3.

Argu. 4. prophanetur? Praeceptum etiam secundae tabulae, Non concupisces, con- C
Argum. 5. cupiscentiam interiorem certè prohibet. In praecepto primo de honoran-
Argum. 6 dis parentibus pius in parentes affectus indicitur. Et mandatum nouum Christi, quodq; unum signaculum esse uoluit, & certissimum symbolum, quo discipuli sui a caeteris dignoscerentur, mandatum nimirum fuit, de interiori dilectione cordis. Hoc mandatum habemus a Deo, inquit Ioannes, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum, & multa in ea epistola replicat, quo ostendat nihil nobis esse sanctius aut religiosius mandatum a Christo, quam mutuam animorũ nostrorum caritatem, & dilectionem. Et Paulus
Rom. 13 cum praestanda omnibus exteriora officia tradidisset illis uerbis. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal &c. mox adiecit. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Sed quid mirum si transgressores mandatorum diuinorum tam multis in eis exponendis labantur? Errant & in exponendis internis ipsis operibus, quae in prima tabula praecipiuntur, & quorum sibi doctrinam intolerabili supercilio arrogant. Non enim spectat ad primam tabulam persuasio illa certa de adepta iam iustificatione, & gratia diuina, quam nunquam non inculcant. Non hoc nobis edixit unquam Deus sub praecepto, ut credamus, ut libro nono abunde ostendimus, sed credere ei, fidere ipsi, timere illum, laudare, diligere, colere, nullum alium Deum nosse, nomen illius sanctificare, & non prophanare. Et di
Distinctio uera tabulae. 1. & 2. stinctio certa primae tabulae a secunda ex illis demum, circa quae uersantur, D colligenda est. Quae enim nos instruunt in his, quae ad cultum gloriam, pietatem, & amorem Dei pertinent, quaeque his aduersantia, interdicunt, praecepta sunt primae tabulae, siue ad interna referantur opera, siue ad externa. Quae autem in proximos nos instituunt, & uel interiores erga ipsos animi affectus, uel exteriora eis debita officia praescribunt, aut his contraria uetãt, ea nimirum, ad secundam tabulam spectant. Neque ignoramus, ut calumniantur Protestanties internam iustitiam, quin illam multis nominibus praeferimus externae. Neq; praecepta secundae tabulae praecipue intuemur, sed illa necessaria omnibus ueneranda, seruanda, & amplectenda esse tradimus, uerum longissimis interuerallis exuperari a pręceptis primę tabulę certo scimus, & constanter docemus. Et hoc tandem, ut ad propositum nostrum regrediamur, modo contendimus, non esse affectu & effectu distinguendum pręceptum diligendi Deum a pręcepto diligẽdi proximum, sed utrunque utroque esse implendum, & affectum & effectum ad utriusq; impletionem esse necessarium. Et id confidimus, ipsis uel repugnãtibus, uel inuitis, catholicis omnibus ex prędictis esse persuadendum.

De legitima intelligentia praecepti diligendi Deum ex toto corde. Cap. VII.

INtermissis igitur his & aliis distortis, & adulterinis expositionibus, quãtum possum ex multis aliis scripturę locis, & ex Ecclesiasticis doctoribus,

A bus, & nonnullis efficacibus argumentis colligere, genuinus huius præcepti diligendi Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex omnibus uiribus nostris, sensus est, ut Deū sic diligamus, & colamus, sicq; ei credamus, & seruiamus, & in eo speremus, ut non partem nostrorum affectuum, & uirium ipsius cultui & amori impendamus, & partem alienis & factitijs Dijs. Voluit quippe dominus hoc præcepto a nobis exigere, ut non eum diligamus, & colamus sicut gentes illæ, quas Regum historia commemorat, dominum quidem coluisse, & timuisse, sed nihilominus, & idolis suis seruisse. Patiebantur quidem alij Dij, quos stulti Gentiles colebant, & adorabant, alios Deos secum coli. Quia dæmones, quorum impulsu ea illi, uel patiebantur, uel pati uidebantur, se sui utcunque uoti compotes fieri agnoscebant. Nam in omnibus, & ita in illis atque in Dijs, uel idolis se coli sciebant, & quaruncunque creaturarum adoratione persuasa habebant quod uolebant, nempè ut auerterent homines a uero Dei cultu. At uero Deus, qui optime nouit, se unum esse uerum Deum, neque alium posse esse ei parem, se solum diligi & coli, ut uerum Deum semper uoluit, idque hoc primo præcepto ab omnibus requisiuit. Eaque ratione, ut doctissime adnotauit diuus Augustinus prudentes Romani, tametsi Fortunę & Quartanę templa dicarunt, & omnibus Dijs terrarum, quas suæ ditioni subiugabant templa, uel statuas mox consecrabant, nunquam tamen Deo Israel templum erexerunt, neque eum coluerunt, aut receperunt. Intellexerunt enim sapientes uiri, eum non posse rite & iuxta suas leges coli, nisi abiectis omnibus alijs Dijs. Et cum nondum ea uirtute, & sapientia præditi essent, ut eum solum Deum colerent, & colendum esse intelligerent, ne alios omnes Deos ex quadam rationis consequentia a se expellere cogerentur, eum nunquam ante susceptam Christi fidem receperunt. Non prohibuit itaque Deus hoc præcepto alia a se amari, cogitari, aut appeti, neque uoluit, ut uni ipsius amori, & quam ardentissime possemus uacaremus. Sed uoluit, neque affectu, neque appetitu, neque sensu, neque uiribus nostris exterioribus alij a se, ut uero Deo nos seruire. Totum certè idem est quod integrum, perfectum non diuisum. Is ergo demū censendus est Deum diligere ex toto corde, qui non diuidit suum affectum in alium Deum. Et is tota mente, qui non adhibet fidem alijs sectis & doctrinis repugnantibus fidei diuinæ. Et is tota anima, qui non diuidit sensum & appetitum sensitiuum in aliqua a Deo prohibita. Et is tota uirtute, qui non diuidit suæ animæ uires in cultum aut obsequium alterius Dei. Nam qui amat, aut colit creaturas propter Deum, uel sub Deo, quique illis seruit, aut alia a Deo cogitat, aut alijs operibus, quam amori Dei student, propter Deum tamen, uel sub Deo, aut saltem non contra Deum, neque ea Deo præferens aut exęquans, is non potest dici diuidere affectum suum. Vt enim Philosophus inquit, ubi unum propter alterum, ibi tantum unum. Et uide ut hæc, quæ obscura esse poterant, alijs in locis scripturæ nobis palàm disseruit. Propterea Samuel

B

4 Reg. 17

Aug. de cō sen. Euāg. lib. 1. c. 12.

1 Reg. 7. 4

cum ad huius præcepti obseruationem suum populum Israeliticum horta- C
batur dicebat. Si in toto corde uestro reuertimini ad Dominum, auferte
Deos alienos de medio uestri Baalim & Astaroth, & præparate corda ue-
3.Re. 18.d stra domino, & seruite ei soli. Et cum idem faciebat Elias, aiebat. Vsque-
quo claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini eum, si au-
tem Baal sequimini eum. Et quia Hieroboan coluit uitulos aureos, & ad
eos colendos induxit populum Israel, tametsi non legatur a Dei cultu, &
fide ex toto recessisse, factus est sermo domini ad eum per Ahiam prophe-
14.b tam dicens. Non fuisti sicut Dauid seruus meus, qui custodiuit mandata
mea, & secutus est me in toto corde suo. Ecce Dauid dicitur secutus domi-
num in toto corde suo, quia custodiuit mandata domini, & non erexit sibi
Deos alienos, & conflatiles. Et Hieroboan, quia illos erexit, asseritur non
Ecc.47.a fuisse secutus Deum in toto corde suo. Et hac de causa etiam Ecclesiasticus
scripsit de Dauid. De omni corde suo laudauit dominum, & dilexit eum,
qui fecit illum. Et ipse Dauid, quia conscius sibi erat, non sic diuisisse cor in
Psalm.118. duas partes, confidenter dicebat. In toto corde meo exquisiui te. Et rur-
sus, Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. Quia uidelicet non
ad alium Deum confugiebat, neque ab alio auxilium sibi postulabat. Et sic
accepit Salomon, ambulare in toto corde, cum ad Deum orauit dicens.
2. Par.6.c Domine Deus Israel non est similis tui in cœlo, & in terra, qui custodis
pactum, & misericordiam cum seruis tuis, qui ambulant coràm te in toto
Pro.3.a corde suo. Et alibi, cum dixisset, Habe fiduciam in dño ex toto corde tuo, D
uelut explicans quid esset cõfidere in domino ex toto corde, mox adiecit.
Et ne innitaris prudentiæ tuæ. Et quoniam rex Asa abstulit idola de omni
terra Iuda & de Beniamin, & ex urbibus, quas ceperat montis Ephraim, &
dedicato altari domino, intrauit ex more in templum ad corroborandum
fœdus inter Deum & populum, ut quærerent dominum in toto corde &
2.Par.15.d in tota anima sua, subdit scriptura, eos iurasse uoce magna in iubilo, & in-
uenisse Deum, quia in omni corde suo iurauerunt, & in tota uoluntate sua
quæsierunt Deum. Et de Iehu rege Israel quanuis aliqua recte, & studiose
iuxta uoluntatem domini fecerit, quia tamen non dereliquit uitulos au-
4. Reg. reos, qui erant in Bethel, & Dan, sic loquitur scriptura. Porrò Iehu non
10.g custodiuit, ut ambularet in lege domini Dei Israel in toto corde suo. Non
Deut.4. enim recessit a peccatis Hieroboan, qui peccare fecit Israel. Et quia Moses
dixerat Inuenies Deum, si tamen toto corde, & tota tribulatione animæ
Sap.1. tuæ quæsieris eum, Salomon exponens quid esset, in toto corde quære-
re dominum, dixit. In simplicitate cordis quærite illum. Et ut hanc sim-
plicitatem, quæ duplicitati, & diuisioni cordis opponitur, explicaret, adie-
cit statim. Quoniam inuenitur ab eis, qui non tentant illum, apparet au-
tem eis, qui fidem habent in illum. Et ut sciremus hunc esse germanum hu-
ius præcepti sensum, post illa uerba, Diliges dominum Deum tuum ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, statim in

A Deuteronomio subiecta hæc legimus. Caue diligenter ne obliuiscaris domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Non tentabis dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Custodi præcepta domini Dei tui, ac testimonia & ceremonias, quas præcepit tibi, & fac quod beneplacitum est, & bonum in conspectu domini, ut bene sit tibi. Indicatum quippe est nobis in his uerbis, eum uere diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota uirtute, qui sic eum diligit, colit, obseruat, ac præ oculis habet, & in eo confidit, ut nulli alieno Deo seruiat, sed unius ipsius Dei mandata obseruet. Quo uero apertius hoc esset, Deum uelle, ut & alia mandta ex toto corde seruaremus, expresit Moses dicens. Hodie dominus Deus tuus præcepit tibi, ut facias mandata hæc, atque iudicia, ut custodias, & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Et concinit ei regius propheta his uerbis. Tu mandisti mādata tua custodiri nimis. Quid est aliud, nimis, uel ex toto corde seruare mandata diuina, quam sic ea seruare, ut nihil eis aduersum, & repugnans admittamus? Profecto ab obseruatione alicuius mandati ex toto corde non recedit, qui alia mandata implet, aut quæuis alia facit, quæ illi mandato non aduersantur. Neque igitur pręteribit mandatum de diligendo Deum ex toto corde, nisi qui aliqua repugnantia unius Dei dilectioni, aut crediderit, aut amauerit, aut fecerit. Et licet Christus dixerit, mandatum hoc de diligendo Deum ex toto corde

Deut. 6.

26. d

Psalm. 118.

B primum esse, & maximum mandatum legis, tamen in Exodo, ubi primum legimus decem pręcepta decalogi, neque amor, neque memoria creaturarum interdicitur, neque studium aliarum rerum ab amore diuino prohibetur, sed expresse, & aperte duntaxat districte cauentur, que ad idolatriam spectant, ne habeantur Dij alieni, ne fiant sculptilia, aut imagines creaturarum, ne adorentur ea, aut colantur. Vt intellegeremus nimirum ab eis diligi Deum ex toto corde, qui sic diligunt eum, ut neque actu, neque uirtute aliquam creaturarum ei pręferant, aut ex ęquo cum illo ament, uel colant. Neq; aliud profecto fuit, quod dominus a suo populo exigebat, cum ei per Mosen dicebat. Perfectus eris, & absque macula cum domino Deo tuo. Vt enim antecedentia, & consequentia manifeste indicant, & sua nobis autoritate exposuit Hieronymus, Perfectus ibi dicitur, non qui cunctas uirtutes habet, sed qui perfectum & unum sequitur Deum. Et ideo Ezechias in oratione sua dixit. Obsecro domine memento quomodo ambulauerim in conspectu tuo in ueritate, & corde profecto. Dissipauerat quippe excelsa, contriuerat statuas, succiderat lucos, & omnem denique idolatrię ritum a populo abstulerat.

Exod. 20.

Deut. 18.

1. con. Pel.

4. Reg. 20. a

 C

De quadam expositione præcepti diligendi Deum, neque omino eadem, neque in totum ab statim tradita diuersa.

Cap. XVIII.

HVic expositioni conueniunt aliquantulum, qui asserunt his uerbis, ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex tota uirtute hoc esse nobis præscriptum, ut Deum sic diligamus, ut neque affectu, neque intellectu, neque sensu, neque ui aliqua exteriori, aliquod Dei præ-
3.Re.14.d tereamus mandatum, sed his potius potentijs omnibus omnia singulis præscripta mandata suo loco & tempore compleamus. Et quia in idem re-
12 g cidebat, aliquando sic laudat Deus regem Dauidem, ut dicat illum secutum
4.Reg.18 fuisse dominum in toto corde suo, aliquando uero sic, ut dicat illum custodisse omnia mandata ipsius. Et insigne illud, & eximium testimonium Ezechiæ perhibuit scriptura. Similis illi non fuit ante illum rex qui reuerteretur ad dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & uniuersa uirtute sua iuxta omnem legem Moysi, neq; post eum surrexit similis illi. Et hanc esse ueram Dei dilectionem, quæ facit, ut omnibus nostris uiribus affirma-
Ioan.14 tiua mandata nobis imposita seruemus, & ab omnium negatiuorum transgresione abstineamus, Christus ipse explicuit, cũ dixit. Siquis diligit me,
1.Io.15.a sermonem meum seruabit. Et iterum. Qui habet mandata mea, & seruat
3.d ea, ille est qui diligit me. Et Ioannes idem exponit dicens. Hæc est caritas
Ho. 30. in Dei, ut mandata eius custodiamus. Et rursus. Filioli mei non diligamus D
Euang. uerbo, neque lingua, sed opere, & ueritate. Et his concinit uerbum Gre. Verè Deum diligimus, si ad mandata eius a nostris nos uoluptatibus coarctamus. Atq; ista expositio nõnihil conuenit cum ea, quam statim præmisimus, aut certè nihil ei repugnat. Nã q sic affecti sunt, Deũ ita diligunt, ut nihil ei neq; anteferant, neq; exæquent. Sicut & qui aliquid contra Dei uoluntatem & præceptum uel opere, uel affectu scientes admittunt, illud utique illi præferunt, cuius gratia sic operantur, & iam Deum quendam alium re-
Eph.5.b centem actu uel uirtute sibi constituunt. Vnde & Paulus hac ratione, auari-
Philip.3.d tiam dicit esse idolorum seruitutem, & gulosis Deum esse suum ipsorum
1. de doct. uentrem asseuerat. Et huc spectat, quod Augustinus dicit nobis esse præ-
Chr.c.22 ceptum his uerbis ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ut nulla alia re uelimus frui, neque aliqua uitę nostrę pars uacet, & quasi locum det, ut alia re fruamur, sed quidquid aliud diligendum uenerit, illuc rapiatur, quo impetus dilectionis currit. Dixi autem nonnihil conuenire hanc expositionem cum ea, quam ante statueramus, & non dixi eandem esse, aut ex toto cum ea cõuenire, quia siquis quęrat a nobis quid formaliter nobis hoc prę cepto sit mandatum, non dicam mandatum esse, ut seruemus omnia mandata diuina, aut quod nulla alia re fruamur, hęc tantum uirtute, & uelut ex consequenti sub eo continentur, mandatum uero formaliter per hoc pręceptum est, ut Deum amemus, & colamus, ut solum uerum Deum, & ut ni-

A ut nulli alteri, ut Deo, actu & uere seruiamus. Et alias oportebit duo fateri, quorum utrunque est absurdum. Primum est, omnem peccantem cõtra aliquod mandatum, peccare contra primũ mandatum, & consequenter contra duo præcepta. Secundum est, hoc mandatum nõ esse primum, neque distingui a cæteris. Ab his autem incommodis liberi erimus, si distinguamus illud quod formaliter ab eo quod uirtute, & interpretatiue per hoc præceptum nobis est præscriptũ. Nam ex parte eius, quod formaliter sub hoc cadit præcepto, primum, & maximũ est, & a cæteris distinguitur. Ex parte autem illius, ad quod duntaxat uirtute pertingit, non est aliquod peculiare præceptum, sed est quoddã uelut genericum præceptum, distributum, & explicatum per cetera præcepta. Et ex hac parte Christus, & Ioannes & Augustinus & Gregorius subiecere huic mandato obseruantiam omnium mandatorum in locis statim citatis. Et qui hęc nõ assecutus est ausus est dicere hoc præceptum non contineri intra decalogum, sed esse præambulum toti decalogo, & primum præceptũ non esse formaliter dilectionis, sed esse ipsius explicationem, & principiũ esse, Vnũ cole Deum. Quod si uerum esset, nunquam Christus dixisset primum, & maximum mandatũ esse, Diliges dominũ Deum tuũ, neq; distinxisset contra mãdatum de dilectione proximi. Et si ob id negabat hoc præceptum diligendi Deum primum esse, quia non sic formaliter habetur in Exodo, neq; debuisset etiam primum dicere, Vnum cole Deum, quod ibi non sic expresse habetur, & ad tertiũ præceptum potius spectat. Et si præceptum de diligendo Deo non sic expresse ponitur, ut

Præceptũ diligẽdi deum et gñale & peculiare diuersis rationibus.

B primum in Exodo, satis est omnibus aliis præmitti in Deuter. ut a Christo diceretur primum. Et alias cogeremur undecim præcepta ponere. Neq; negatur enim, neque potest negari, distinctum esse a ceteris præceptum de dilectione Dei. Itaq;, ut compendio dicamus, præceptum hoc ex parte est affirmatiuum, & ex parte negatiuum. Affirmatiuũ est, quia exigit, ut Deum diligamus, & ut ei oĩbus nostris uiribus, & interioribus, & exterioribus, suo tñ loco & tempore, uere & non ficte seruiamus. Negatiuum est, quia cum totum cor, totam animam, totam mentem, & totam uirtutem requirat, eo ipso postulat, ut nulli aliĩ ut Deo actu uel uirtute istis uiribus nostris seruiamus. Licet igitur beati perfectius impleant hoc præceptũ quàm nos, quia nos hic sicut ex parte cognoscimus, ita etiam ex parte diligimus, tamen qui Deum sic diligunt in hac uita, ut nullum sibi alium Deum constituant, nullũ ament, nullum colant, nullum sibi aliũ persuadeant, aut in aliquo alio confidant, licet tepide, & non absque intermissione Deum ament, & aliis rebus amore, & studio inhæreant, aliaque nonnunquam cogitent & operentur, & nonnullas tentationes aduersus Dei mandata patiantur, implent re uera & ipsi, ut ex omnibus his patet, hoc præceptum, quãtum satis est pro ipsius obligatione. Itaq; cum hęc omnia factu sint possibilia, & si uelimus, facilia, nihil habet ex hoc præcepto Lutherus, quo cuiquã persuadere possit, Deũ nobis aliquid mandasse impossibile.

Præceptũ diligẽdi deum partim est affirmatiuum, partim negatiuum.

De manifesta quadam Lutheri circa hæc contradictione. Cap. XIX. C

NEque silētio prętereundum est manifeste sibijpsi in his contradixisse Lutherum, dum seruatu imposibile hoc pręceptum tradit. Nam cū de peccatorum confessione disserit, ita probat non oportere confiteri uenialia, immo neque omnia mortalia, quia imposibile est omnia mortalia cognoscere, ad imposibile autem, dicit, nemo obligatur. Et alibi contra primatum Petri sic argumentatur. Omnia quæ Deus præcepit, sunt ab aliquibus impleta. Primatus Petri ne una quidem hora impletus est. Nō est igitur ille a Deo præceptus uel promissus. Est etiam hic error repugnās errori, quo tuetur homines iustificari per solam fidem. Immo planè omnem iustificationem tollit. Et si ad iustificatos hoc dogma suum de imposibilitate præceptorum extendit, ut quidem extendisse uidetur, quia generaliter & indistincte omnibus dicit primum & ultimum præceptum esse imposibilia, ipse etiam error manifeste sibijpsi aduersatur & repugnat. Quomodo enim iustus, aut iustificatus quispiam esse potest, qui non modo præceptum hoc primum & maximum de diligendo Deo nō impleuit, uerum in ipsius perpetua transgresione semper est? Iacobus dicit. Quicunq; totam legem seruauerit, offendat aūt in uno, factus est omnium reus. Qui ergo omnium mādatorū est reus, iustus esse qui potest? Deinde quod satis est ad perdendū gratiam, satis est profecto & ad impediendum ipsius acquisitionem. Si igitur iustificati gratiam perdimus, mox ut incidimus in quancunq; præcepti trāsgresionem, nunquam certè eam acquiremus, qui iugiter permanemus in huius præcepti transgresione. Nunquid Deus aliquando peccatorem perseuerantem in peccato iustificat? Nunquid gratia, & peccatum mortale simul possunt esse? Nunquid Deo quisquam potest esse simul carus & exosus? Ego quidem nulla ratione possum intelligere, quorsum Deus aliquem iustificat, quin planè mihi uidere uideor, fieri non posse, ut quęquam Deus è nobis iustificet, si præcepta ea præsertim, quæ pro omni tēpore nos obligare creduntur, iustificatis sunt imposibilia. Necesse est quippe iustificationem donatam statim perdere, & qua ratione quisquam è nobis crederetur perdere, eadem omnino necesse est fateri, neq; unquam illam acquisisse. Tā enim reus erat mandati, cum eam consecutus existimaretur, ac cum creditur perdere. Insuper. Omnes iustos Deus diligit, et omnes pręuaricatores odio habet. Qui ei sunt cari, iusti sunt, & præcepta ipsius implēt. Qui ipsius mandata transgrediuntur, neq; iusti possunt esse, neq; summæ illi bonitati grati. Si nemo igitur implet hoc præceptū, sed oēs sumus in iugi ipsius transgresione, nemo ex nobis iustificat. Aut si iustificamur, implemus profecto præceptū. Manifeste ergo sibijpsi repugnat, qui dicit hoc præceptū seruari non posse a iustificatis. Et mirabilis sanè trāsgresio pcepti est, quā hic adinuenit Luth. quę neq; iustitiā impedit acquirere, neq; acquisitā tollit. Pugnat etiam hic error cū illis, quæ in lib. de liberta. Christ. tradit, ubi expresse dicit. Quia sunt nobis imposibilia præcepta, fit, ut unico actu fidei impleamus illa. Sed

Iacob. 2. b

D

A quę iſta ſunt uerborũ portenta? Ipſa ſecum apertè pugnant, & diſsidēt. Si.n. mandata ſunt impoſsibilia, quomodo ergo fide implētur? Et ſi fide implentur, quomodo ſunt impoſsibilia? Et ſi fides iuſtificans omnia præcepta implet, non eſt ergo impoſsibile præceptum de diligendo Deum ex toto corde implere. Aduerſantur etiam iſta uerbis illis ipſius in lib. de libert. Chriſt. Ipſe qui ſolus præcepit, ſolus quoque implet. Si enim per fidem iuſtificantē nos omnia implemus præcepta, non ergo ſolus Deus implet.

Quod nos impleamus legem Dei & non ipſe ſolus. Cap. XX.

Non ſolus Deus implet legem ſed nos cũ ipſius numine.

QVoniam uero hinc hauſiſſe uidentur, qui dicunt in operibus gratię nihil liberum arbitrium cooperari, & Deũ per filiũ ſuum in credentibus legem implere, quo in errore non ſolum hæretici noſtræ tempeſtatis ſunt, ſed nonnulli etiam, ut audio, catholici, libet hic obiter ad expugnationem huius tantę ineptię, immo inſanię, aliqua adijcere illis, quę ſupra cap. 13. ſcripſimus. Et quę lib. 2. in confirmationem noſtrę libertatis tradidimus, etiam huic propoſito uehementer poſſunt conducere. Et primo, quę uos obſecro, quicunq; tanto errori aſſenſiſtis, ſtultitia eſt, credere Deũ optimum, & ſapientiſsimum dediſſe aliquibus leges, quas non ipſi, ſed ipſe ſolus deberet implere? Quis ita ineptiat legiſlator? Cur non eadem opera dicitis *Argum. 1.*
& brutis dediſſe leges & cunctis creaturis? Nam in omnibus ipſe uolunta- 2.
B tem ſuam implet. Quid item nobis opera legis pręcepiſſe putatis, potius q̃ 3.
pecoribus, ſi non magis in noſtra ſunt poteſtate quàm illorum? Quorſum & ſuam nobis adiuuantem & cooperantem gratiam impartitur, ſi neque cum illa ſuam uoluntatem poſſumus explerē? Nónne manifeſta irrogatur gratię, immo Deo ipſi iniuria, cum & aſſerentes non nos, ſed eum implere in nobis legem, tamen ne hoc quidem ab eo perfecte, ſed ex parte fieri dicitis? Certè Dei perfecta ſunt opera, neque ſi ille implere haberet legem, imperfecte, ut nos, ſed perfectiſsime impleret. Deinde. Si ipſe ſolus implet legem, nulla igitur eſt laus obſeruantiũ mandata, neque ea de cauſa digni ſunt aliquo pręmio, nec eſt quòd bonos malis pręferamus, immo neq; bonus aliquis erit. Siquidem bonus dici non poteſt, qui legem domini ſui non ſeruat. Ad hęc. Non magis profecto nobis uidemur opera naturalia, aut peccata facere, quàm opera pręſcripta a lege. Aut ergo ne illa quidem nos facimus, ſed patimur, quod impium iam oſtendimus, aut iſta non tãtum fiunt a Deo in nobis, ſed & nos ea quoque operamur. Perinde enim utraq; ſubeſſe noſtrę poteſtati experimur, & per fidem tantum habemus ad ſeruanda pręcepta nos indigere diuino auxilio. Videre tamen hic licet & exoſculari prouidentiam ſcripturarum, immo Dei per ipſas commonentis ſuam Eccleſiam. Nondum ita aliquis delyrauerat, nec quiſquam aduerſus libertatem noſtram, immo aduerſus gratiam Dei, & contra Deum ipſum ora ſua laxauerat, & iam nobis. ss. arma proſpexerat, quibus tantum errorem debella-

Margin: 4. 5. 6. *Lib. 2. c. 15* 7.

Deut.6.a remus. Hęc sunt, inquit Moses, præcepta, & ceremonię, atque iudicia, quæ C
mandauit uobis dominus Deus uester, ut faciatis ea in terra, ad quam trans
gredimini possidendam, ut timeas Dominum Deum tuum, & custodias
omnia mandata & præcepta eius. Et statim. Audi Israel, & obserua, ut facias, quæ præcepit tibi Dominus. Cur Moyses non fuit contentus dicere, illa esse mandata, quæ pręcepit Dominus, sed adiecit bis, ut facias, & semel, ut custodias, & similia postea non semel repetit, nisi ut intelligeremus, non Dei solius subesse potestati, sed & nostræ quoque implere præcepta, neque ipsum solum sed & nos quoque cum ipsius adiutorio ea facere, & custodire? Et ualidissima sunt ad hoc confirmandum illa uerba, q̃ uel de primo & maximo mandato, uel, ut probabilius uidetur, de uniuersa lege postea adiecit.

30.c. Argum.8. Iuxta te est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Quam

Phil.1.et 2 ob rem Paulus non dixit, Deum uelle per uoluntatem nostram, sed eum

2.Cor.10. dare nobis & uelle & operari, & perficere. Et alibi omnia quæ facimus in

Colos.3. gloriam Dei, & in nomine Domini nostri Iesu Christi docet facere. Et Thes

2.Thes.3. salonicensibus gratias agit, q̃ quæcunque præceperat, fecerant. Et Galatis

Gala.6. ait. Bonum autem facientes non deficiamus omni tempore. Atque ut in-

Heb.13 telligeremus sic Deum facere in nobis, quæ sibi placent, ut & nos ei in illis cooperemur, ad Hebræos scribit. Deus autem pacis aptet uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatem, faciens in uobis, quod placeat corãm

Argum.9 se. Et ne superfluis testimonijs utamur, satis deberet profecto esse ad eliminationem huius erroris, perinde Scripturam asseuerare sanctos uiros D mandata fecisse, & implesse, ac asseuerat, omnes homines, immo omnes creaturas, & Deum ipsum aliqua facere. Quare necesse erit, aut omnem omnibus abrogare efficientiam, aut tribuere iustis impletionem man-

August. de gra. et lib. arb. c.16 datorum. Docuitque ista, & mirifice confirmauit Augustinus in hæc uerba. Non iuberet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. Et subdit. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit, ut faciamus, præbendo

Ezech.36 uires efficacissimas uoluntati, qui dixit. Faciam ut in iustificationibus meis

De spir. et lit. c.9. ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis. Et illa uerba Pauli, Iustificati gratis per gratiam ipsius, ita exponit. Non quod sine uoluntate nostra fiat, sed uoluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia

c.10. uoluntatem, & sanata uoluntas impleat legem. Et paulo inferius. Non quia legem impleuimus, gratia data est, sed datur gratia, ut legem implere possimus. Ex quibus omnibus liquere potest summo iure sanctã Synodũ, in loco quem modo exponimus, & in canone decimo octauo prohibuisse assertionem illam, Dei præcepta homini iustificato esse ad obseruandum impossibilia, neque locum iam esse ullum suffugio, quod adinuenit Bucerus in conciliatione art. de iustificatione Ait. n. blasphemiam esse dicere, id quod Deus pręcepit esse impossibile, pie tamẽ dici esse homini impossibile. Neque hoc eo sensu dicit, quia homini sine auxilio Dei est impossibile. Sic quippe nulla inter nos & ipsum esset controuersia. Sensus uero illius

est, le-

A est, legem, quam nos implere non possumus, Deum per filium suum in credentibus implere in præsenti ex parte, in futuro in totum. Vt hoc autem occluderet diuerticulum sancta Synodus, non contenta fuit statuere, præcepta Dei esse posibilia, sed anathema indixit asserentibus homini iustificato esse ad obseruandum impossibilia. Voluit quippe certissimum esse, iustificatos posse Dei præcepta implere. Et in hunc sensum sua autoritate exposuit accipiendum esse anathema olim indictum a patribus contra asserentes Deum præcepisse aliquid homini impossibile. Quid igitur quærentibus Apostolis, Quis poterit saluus esse? respondit Christus, Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia sunt possibilia? Nempè ut intelligeremus opus esse diuina gratia, ut castitatem & paupertatem seruemus. Nam quod non uoluerit his uerbis nostram nobis cooperationem abrogare, Petrus manifeste ostendit subiungens statim. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Non dixit, tu reliquisti in nobis, sed nos reliquimus, & uelut pro opere ab ipsis facto præmium reposcens addidit. Quid ergo erit nobis? Quod & Christus recte dictum confirmauit subijciens. Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me &c. Et alioqui impossibile, ut ex antecedentibus patet, non metaphysice capitur in hoc loco pro eo, quod nullatenus potest fieri, sed moraliter pro eo, quod arduum & difficile est. Cur igitur Christus ait. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos? Et Paulus. Deus est qui operatur omnia in omnibus? Et rursus iuxta Græcam lectionem, quam sequitur Hieronymus secundo contra Iouinianum. Abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem sed gratia Dei quæ est in me. Et alias, Viuo ego iam non ego, uiuit uero in me Christus. Quod quidē & ad singula opera nostra quidam ita referebat, ut assereret nos posse dicere. Oro ego, iam non ego, orat uero in me Christus. Abstineo ego, iam non ego, abstinet uero in me Christus. Et huc uidetur pertinere, quod idem Paulus dicit. Ipse spiritus postulat in nobis gemitibus inenarrabilibus. Augu. etiam de gratia & libero arbitrio cap. 7. ait. Non Deus coronat merita tua, tanquam merita tua, sed tanquam dona sua. Verum hæc & similia lib. 2. satis copiose ostendimus propterea a Christo, Apostolis, & sacris doctoribus esse dicta, ut ostendatur principatus gratiæ diuinæ, in operibus mandatorum, & Deo potius quam nobis tribuenda esse opera gratiæ. Et Augu. quidem, ne quisquam aliter exciperet sua uerba ibidem. c. 6. prædixerat. Si merita ita intelligantur esse nostra, ut etiam dona esse Dei cognoscātur, non est reprobanda sententia. Neque satis profecto firmo argumento Laurentius reuincit Aug. & scholasticos autores, qui gratiam cooperantem adstruunt ex illis uerbis. Non ego autem sed gratia Dei mecum. Nam quod ait Græce pro mecum haberi ἡ σὺν ἐμοὶ, hoc est, quæ mihi est, uel quæ est in me, non satis, quod uult, conficit. Etenim præpositio illa Græca σὺν auxilium & opitulationem significat, quæ nō excludunt operam eius, qui adiuuatur. Et hoc liquet in illis prouerbijs

Obiect. 1. *Matt. 19. d* *Respon.* *Obie. 2.* *Ioan. 15. b* *1. Cor. 12.* B *1. Cor. 15.* *Gal. 2. d* *Rom. 8.* *August.* *Respon.* *Defensio cōis translationis.*

uulgatißimis σὺν τῷ θεῷ σὺν ταῖς νούσοις, Vt igit fauor gratiæ hic insinuatus C
nobis non esset occultus optime interpres noster Græcã lectionem illis uer
bis reddidit. Quæ mecũ est. Et potuisset uertere. Quæ mihi adest, Vel aper-
tius. Quæ mihi auxilio est. Et communi lectione cõmuniter doctores san-
Greg. cti usi sunt, & nominatim Greg. hom. 9. in Ezech. & ipse Hiero. in dialo. in
Hieron. Pelag. Quanuis autem Paulus rectißime dixerit, Viuo ego iam non ego,
uiuit uero in me Christus, non est tamen hæc forma loquendi ad omnia
opera nostra transferenda, sed uidendum est diligenter quatenus, & quo-
usque, & in quibus hoc sine absurditate ulla fieri poßit. Quare cum abstine-
re non sit mera negatio, lapis quippe non abstinet, sed sit priuare nos con-
cupitis cibis uel uoluptatibus, & Deus nihil tale concupiscat non recte meo
iudicio ille quisquis fuerit, aiebat, Deum in nobis abstinere, & ieiunare. Cun
que alius sit, qui meretur, ab eo apud quem meretur, quis dicat, Deum in
August. 1. uobis mereri apud se? Vnde recte Augustinus. Quanuis Deus dicatur ope-
Rhe. c. 23. rari omnia in omnibus, tamen non credit omnia in omnibus. Non enim
ipse sibi, sed nos ipsi credimus. Neque se per caritatem, quæ in nobis est, a-
mat ipse, sed nos ipsum. Neque sibi ipse loquitur, dum oramus, sed nos se-
cum. Atque hæc poterunt nunc esse satis pro huius erroris confutatione,
immo & pro diluendis argumentis omnibus Lutheri contra poßibilita-
tem mandatorum &c. Nam alia quæ obijciuntur ex Augustino, ut docea
tur ille sensisse hoc præceptum diligendi Deum esse nobis in hac militia, ut
præcipitur, factu impoßibile lib. 15. c. 24. luculenter dissoluemus. D

Peccatoribus etiam poßibilia esse mandata. Cap. XXI.

QVia uero non est simpliciter dictum in hac conclusione præcepta
esse homini cuiuis poßibilia, sed dictum est homini iustificato esse
poßibilia, dubitare posset, qui bene expenderet uerbum illud iusti
ficato, an aliqua sint præcepta, quæ nequeant impleri ab eis, qui non sunt
iustificati. Non enim credendi sunt patres Concilij sine causa adiecisse illud
Causæ. 3. ob quas ad ditũ ẽ uerbũ hoc iustificato. uerbum. Verum ab hoc dubio facile se explicabit, qui legerit. q. 13. opusculi
nostri de iustif. Ex ea siquidem intelliget, peccatores quandiu manent in pec
cato, neque omnia posse implere Dei mandata, neque singula. Nam imple-
tio omnium mandatorum ad uitam sufficit æternam teste Christo, qui di-
xit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Vita autem æterna nemini po-
Causa. 1. test, nisi ex gratia Dei contingere. Vt enim Paulus dicit. Gratia Dei uita ęter
Rom. 6. na. Et aliqua sunt præcepta, quæ ad sui impletionem, saltem ueram, & fructi
feram, prærequirunt gratiam, ut præcepta de suscipiendis, uel administran
Gre. Chr. dis sacramentis. Neque desunt præcepta, quæ si impleantur, mox repo-
Mag. sent. nunt peccatores in gratia, ut præcepta de martyrio, pœnitentia, ac fortaßis
Tho. Her. etiam de dilectione Dei. Et apud grauiores autores receptum est, non poß-
Caie. se peccatores diu perseuerare in conscientia peccati mortalis, quin & no-
uam aliquam adijciant transgreßionem alicuius peccati mortalis. Ac ne ali-
cui horum contraria persuaderentur, prouide cautum est adiectione illius

A particulæ iustificato. Sunt insuper etiam nonnullæ opiniones protritæ in scholis, quæ impedimento potuerunt esse, quominus generaliter diffiniren tur pręcepta Dei cuiuis esse possibilia. Siquidem Dionysius Cistertiensis au sus est asserere, nullum præceptum posse impleri a perseuerante in peccato. A qua sententia non absunt Lutherani, qui asserunt, non posse impleri pręcepta nisi ametur Deus ex toto corde, & in quocunque opere hoīs quantuncunque iusti necessario inesse omissionem præcepti illius dilectionis. Et Marsilius in.2.sent.credidit, posse aliquem nonnunquam perdere gratiā Dei per omissionem alicuius pręcepti pro eo tēpore ineuitabile. Et ponit exemplum de dormiente, qui proposuit non surgere ad dicendum officium matutinum, cum teneretur ad illud persoluendum surgere, idque potuisset, & debuisset ante præcauere. S. Thomas etiam sæpe tuetur amentes, ebrios, furiosos, & dormientes posse peccare in eo, quod uitare non possunt, si ex culpa sua & uoluntate in eam impossibilitatem sic inciderint, ut antecedenter saltem censeri possit transgressio materialis præcepti fuisse illis uoluntaria. Ad hæc. Aliqui pij doctores tuentur aliquas esse ita graues tentationes, ut uinci non possint ab existentibus in peccato, nisi illi toto corde ad eum reuertantur. Et felicis memoriæ Adria.6.probabile putat esse aliquas ignorantias culpabiles in peccatoribus, quę uinci non possunt, neque fieri inuincibiles nisi illi se in Deū perfecto, & pleno animo conuertant. Deinde Gregorius Ariminen etiam nouum peccatum admittit, & noua pœna imputa
B bile in peccatoribus, qui ob culpam suam destituuntur auxilio Dei speciali necessario secundum illum ad implendum quoduis præceptum. Et sanctus Episcopus Roffensis in libro, quo impugnat assertiones Lutheranas contra bullam Leonis.X. uidetur ipsius opinioni subscripsisse. Tenet nanq; omnes induratos & traditos in reprobū sensum carere ob sua peccata auxilio necessario secundū patres ad bene operandum moraliter. Ad quod consequens est, uel eos credere liberos esse a pręceptis, neque in eorū transgressione peccare, aut certè illis esse impossibilia pręcepta, ad quę tenentur, & in ea, quam nequeunt iam uitare, pręceptorum transgressione peccare. Cum igitur tot, & tam uarię scholasticorum doctorum essent opiniones de hac quęstione, an non iustificati possint Dei mandata seruare, ne in dubijs non necessarijs ad fidē, suam interponeret autoritatē Concilium, & uel huic, uel illi opinioni pręiudicium faceret, commodum uisum est adijcere uerbum illud iustificato. Sat quippe habuerunt patres hęresibus nostri tēporis obuiare. Et scholis crediderūt posse reliqua absque animarum discrimine permitti. Ad hęc. Si non fuisset adiectū uerbum illud iustificato, potuissent forte uideri aduersari antiquis patribus, qui asseruerunt, non posse omnia mandata seruari absque gratia, qua liberamur a peccatis, & iustificamur. In Con. Mileui. sic legimus. Item placuit, ut cuicunque dixerit, gratiam Dei, in qua iustificamur per Iesum Christum dñm nostrum ad solam remissionem peccatorum ualere, quę iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, ut non cō

Causa.2. *Dion.* *Marsi.* *Thom.* *Adr. quod lib.4.* *Greg. 2. d 28.q.1.et 2* *Rosf.ar.36* *Causa.3.* *Can.3.*

mittātur, anathema sit. Et inferius multo apertius. Item placuit, ut quicunq; C
Can.5. dixerit, ideo nobis gratiam iustificatiōis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitriū, facilius posimus implere per gratiam, tāquā & si gratia nō daretur, non quidem facile, sed tñ posimus sine illa implere diuina mādata, anathema sit. Et approbatus est hic canon, & ut canon Apostolicæ sedis receptus a Celest.1.can.10.suæ.1.epist.decretalis. Et in Con. Arausi.2.tm̃ uideo
Can.25. diffinitū, oēs baptizatos posse Christi auxilio, & coopatione, et debere implere, q̄ ad salutē ptinēt. Aug. etiā nō tm̃ dicit ad hęresim Pela. ptinere, ut credāt sine grā hoiem posse facere oia diuina mādata, qđ qdē ad gratiā gratis datā
C.9.10.19 referē, sed in lib. de spi. & lit. sæpe repetit sanari uolūtatē p gratiā, ut uoluntas sanata impleat legē & gratiā, dari nobis, nō quia legē impleuimus, sed ut legē implere posimus. Et.li.1.ad Simp.q.2.lib. uolūtatis arbi. plurimū ualet, immo uero est qdē, sed in uenūdatis sub pc̄ō qd ualet? Et paulo post. Sed quis potest recte uiuere, & bene operari, nisi iustificatus ex fide? Et aliquāto ante. Qūo potest iuste uiuere, qui non fuerit iustificatus? Qūo sancte uiuere, qui non fuerit sanctificatus? Vel oino uiuere qui nō fuerit iustificatus? Iustificat aūt gratia, ut iustificatus posit uiuere iuste. Hæc ille. Et huc spectāt ista, quæ uel in eo, uel in alio magni nominis autore legisse me recolo. Peccata nō possunt uitare, cū uolunt, qui nolunt, cum possunt, nisi filius eos liberauerit. Ma
9.sup Ioā. gnus etiā pater ille Cyril. Conc.1. Ephesini præses sic scribit. Impossibile est
cap45. quicquā boni a nobis peragi, neq; pturbationes animi superari, neq; acres diaboli laqueos euitari, nisi gratia spiritus muniti ipsum hac de causa in no- D
Cap.46. bis habeamus. Et inferius. Corda spūs habētes uacua, & propterea orphanorū protectore priuati ab omni dæmonio, aut turbatione animi, aut quauis alia cupiditate facile rapiūtur, & ad peccata impelluntur. Et Basi. serm. de lib. arb. ad uincendū incursus et insidias diaboli uirtutē Christi & armaturā ss. necessariā esse apertis scripturæ testimonijs confirmat. Crediderim uero præcipue appositū fuisse hoc uerbū iustificato pp primā causam iā dictā ne quispiā. s. crederet, posse oia præcepta impleri, aut saltē singula a perseuerāte
Tho.in.2. in pc̄ō mortali. Quorū.1.ad Pelag. hæresim putāt nobiles autores ptinere.
d.29.ar.3. Scdm aūt pręcepta irritat de martyrio, pnia, & dilectione Dei super oia, aut
Henr. qd= certē eorū obseruātiæ uirtutē, & efficaciā eneruat. Ita ergo oia tēperata sunt
lib.5.q.20 huius particulę iustificato adiectione, ut ne Momus quidē aliquid hic posit
Marsil. q. habere, qđ reprehēdat, & oīs est præclusa occasio hæreticis calūniandi Ecc.
28.2. catho. sicut sæpe faciūt, q̄ cōueniat cū Pelag. Aggrauata est insup his uerbis, & aliquanto apertior facta blasphemia Lutheri, qui etiā iustificatis præcepta Dei dicit esse impossibilia. Nihil enim dici, aut esse potest iniquius quàm & ab amicis impossibilia requirere, eo præsertim rigore, ut ea non pręstantes de amicitia perdenda periclitentur. Quæ uero scholasticorum authorum placita retulimus, non arbitror alicui ex patribus tanti momenti fuisse uisa, ut propter illa a generali diffinitione huius ueritatis de posibilitate mandatorum fuerit temperandum. Aut enim ad quæstionem de nomine spe-

A ctant, aut certe omnes illæ opiniones, quæ ad præceptorum impletionem gratiam prærequirunt „ dignæ erant quæ autoritate Concilij de scholis exterminarentur. Exceptis namq; fortasis præceptis de conferendis, uel suscipiendis sacramentis, quibus non qualiscunq; susceptio, uel administratio præcepta esse uidetur, sed munda & impolluta, ad nullum aliud præceptum implendum requiritur gratia gratumfaciens, & gratis fingitur, & absque fundamento ullo in scriptura, Deum requisiuisse in aliquo præcepto, ut impleretur ex gratia. Quod quidem, spero intelliget, quicunque citatam statim.q.perlegerit. Et uel hac ratione deberet quiuis catholicus a prærallegatis opinionibus longe esse, quod omnes illę affines esse uidentur errori Lutheri, quem paulo ante confutauimus. Et quanquam hoc habeat peculiare præceptum diligendi Deum, ut & modus ille ex toto corde cadat sub eo præcepto, tamen non cadit sub ipso, ut impleatur ex gratia. Vere nanq; impleret præceptum illud, qui sic Deum ex toto corde diligeret, ut per eam dilectionem assequeretur Dei gratiam, etiam si eiusmodi dilectio antecederet natura ipsam gratiam. Neque debet hic modus ex gratia, cum illo ex toto corde, confundi, sicut plæriq; parum hæc expendentes faciunt. Dicet tamen aliquis. Cur anathema indicitur Luthero, q̃ impossibilia seruatu dixerit præceptum primum & ultimum, si uerum est peccatores non posse seruare oĩa præcepta? An non idẽ qui p̃cepit singula, pręcepit omnia? Nũquid non contẽtus erit Deus singulorũ obseruatione, nisi etiam p̃stemus & omnia? Minor ne est, & non potius maior, & importabilior iniquitas, exigere

Præceptũ diligendi Deum nõ prærequirit gratiã.

Obiect.

B a subditis aliqua coniunctim, quæ coniunctim exhiberi non possunt, quàm exigere unum aliquid factu impossibile? Vrgeri etiam potest hoc argumẽtum & premi aliquanto magis. Quia nos non tantum fatemur, non posse peccatores seruare omnia præcepta, sed & diximus, neq; posse ab eis impleri singula. Et constanter defendimus, neminem diu perseuerare posse in peccato lætali, quin aliquod nouum mandatum transgrediatur. Pręterea. Licet maior sit tyrãnis exigere à seruis bonis, & fidelibus quę factu sunt impossibilia, quàm si eadem exigantur a seruis malis & perfidis, tamen nõ uidetur tyrannide, & quidẽ magna carere, si quis dominus exigat à seruo quantũcunq; malo et exoso, quod ipse pręstare non potest. Atq; ideo ne diuinæ bonitati, & suauitati iniurij essemus, perinde deberemus cauere, ne diceremus eum pręcepisse peccatoribus aliqua ab eis inobseruabilia, ac cauendũ esse docuimus, ne quispiã crederet deũ iustis pręcepisse, q̃ ab ipsis nequeunt fieri. Cogunt hæc argumenta concedere absolute et generaliter potuisse dici à cõcilio, et sub anathemate interdici nequis diceret, pręcepta Dei esse homini impossibilia. Atq; ita uideo doctores sanctos, quos supra citauimus uniuersaliter, & generaliter dixisse. Neq; nos diximus esse aliqua præcepta, quæ non possent seruari à peccatoribus, immo neq; absolute asseruimus, eos non posse seruare omnia præcepta coniunctim, sed diximus non posse ab eis seruari omnia, immo neq; singula, si perseuerarent in peccato. Possi-

Respon.

Firmiter d bile nanq; est eis seruare, & singula, et omnia. Quia ut iam Ecclesia diffiniuit, C
sum. trini. potest quicunq; peccator per ueram semper pœnitentiam reparari. Et si ad
et fi. cath. hoc adnitatur, ut debet, implebit, & singula, & omnia, & perueniet statim ad gratiam. Itaq; tam peccatoribus, quam iustis concedendum est simpliciter præcepta Dei, & omnia & singula esse posibilia. Neq; uerbo illo iustificato fuit opus, sed adiectum est ob causas quidem iam dictas, ac fortasis etiam, ut satis fieret scrupulosis quibusdam trepidantibus, ubi nullus erat timor. Qua forte ratione adiecta sunt illa uerba. Cum auxilio diuino, cum dictum est iustos posse cum auxilio dinino præstare, ut seruent sermones Christi. Intrepide enim potuit absolute dici, iustos hoc posse. Quia quę per amicos, nostro præsertim auxilio promptos & paratos, possumus, per nos ipsos possumus. Sed addita sunt illa uerba, ut omnis adimeretur occasio errandi. Verum de his satis. Pergamus ad illa uerba exponenda, quę statim subiecere patres.

Explicatur patrum responsio ad argumentum ex frequentia uenialium. Cap. XX.

A Moliri uoluit hæc pia, & sacrosancta synodus difficultates omnes, & remoras, quæ fideles possent impedire, quo minus obuijs, quod
Arg.1.cõ- aiunt, manibus uniuersam hanc doctrinam exciperent. Ac propte-
tra poßibi- rea curauit, ut & illud dilueret argumentum, quod cuiuis posset contra sta-
litatẽ man- tim dicta ex frequẽtia uenialium peccatorum occurrere. Quomodo.n.cre
datorum. damus iustos, sicut statim dictũ est, seruare sermones Dei, cũ tam frequenter D incidãt in peccata uenialia? Huic aũt argumento respõdẽt patres his uerbis. *Licet enim in hac mortali uita quantumuis sancti & iusti in leuia saltem, & quotidiana, quæ etiam uenialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam & iustorum illa uox est, & humilis, & uerax. Dimitte nobis debita nostra.* Et quod his uerbis præfato argumento respondent, eiusmodi est. Esto incidant iusti frequenter in peccata, at ea leuia sunt, & minuta, neq; tanti apud Deum momenti, ut propter illa desinant esse iusti aut de eis posit dici, q
Doctrinæ non seruant sermones Dei, uel mandata. Et ex hac responsione quinq; pos
5.ex resp. sumus colligere singulares doctrinas. Prima est. Venialia peccata non repu
patrũ col- gnant iustitiæ, seu amicitiæ diuinę, neq; desinit aliquis esse iustus, quia labi-
lectæ. tur in peccata uenialia. Et hanc doctrinam possumus his approbare. Pri-
Prima. mo. De huiusmodi peccatis scriptum est, Septies cadet iustus & resurget.
Pro.24.b Et iterum Iustus in principio est accusator sui. Et rursus. In multis offendi-
Ioan.1 mus omnes. Hoc est, siue iusti, siue peccatores. Atq; hoc tradit non semel
Hiero. Hieronymus in dialogis cõtra Pelagianos, & Augustinus multis in locis,
Aug. & præcipue lib. de natura & gratia. c.36. ubi inter alia de multis sanctis dicit. Quia sæpe in leuisimis, & aliquando in cautis obrepit peccatum, & iusti fuerunt, & sine peccato non fuerunt. Et confirmata est hæc doctrina sub in
Cõc. Mil. terminatione anathematis in Concilio. Mileuitano. Can. 6. 7. & 8 Secũda,
Doctri.2 quæ hinc potest colligi doctrina, est. Multum interest inter peccata uenialia

A & mortalia. Mortalia enim iustitiam tollunt, & gratiæ Dei repugnant, neu trum uero, ut statim dictum est, conuenit uenialibus. Docuit & tertio hic sancta Synodus, iustos debere semper agnoscere infirmitatem suam, & ueraciter & ex corde posse, & debere dicere, Dimitte nobis debita nostra. Et cum non contenta est dicere, iustos quãdoq; cadere in uenialia peccata, sed dixit quantuncunq; sanctis & iustis id contingere, in ea particula quantumuis sancti & iusti, docuit quarto, longe a uero aberrasse omnes illos hęreticos, qui tenuerunt ad tantam perfectionis celsitudinem, & fortitudinẽ posse iustos in hac uita peruenire, ut ultra peccare non possint. De quo errore in expositione. 12. Cap. copiosius agemus. Potest & quinta hæc doctrina, ex uerbis his decreti colligi. Tametsi peccata uenialia uere sint, & proprie peccata, tamen nunquam propter illa dici potest quisquam transgressor esse mandatorum diuinorum, aut non seruare sermones Christi. Nam hæc nomina conuenire nequeunt iustis. Et peccata uenialia propè nihil sunt respectu arctę obseruantię mandatorum, quam Deo pręstant iusti. Quare cum a pręstantiori fiat denominatio absolute asserendum est, eos seruare mandata etiam si nonnunquam incidant in peccata uenialia. Et ex his potest patere optima, & facilima uia dissoluendi argumentum quoddam apparentissimum, & longe certe apparentius, quàm duo argumenta Lutheri cõtra possibilitatem mandatorum. Argumentari enim aliqui possunt hoc pacto. Iusti quantuncunq; sancti, & perfecti incidunt quotidie in peccata. Neq; est q̃

Doctri. 3
Doct. 4
Doctrin. 5
Arg. 4
Prou. 20

B possit dicere, Mũdum est cor meum, purus sum a peccato. Quomodo igitur credamus uel iustis esse Dei mandata possibilia? Si possibilia essent Dei mandata, cauerent utiq; omnia peccata, qui tantam adhibent diligentiam et curam eis obseruandis, quantam iusti & perfecti adhibent. Nam peccatum non est, ubi nulla est transgressio mandati. Estq; hoc fortassis argumentum quod patres in his uerbis, quę nunc elucidamus, uoluerunt dissoluere. Et non opus est pro hoc argumento explicando eo diuertere, ut dicamus, uenialia non esse contra mandata. Hoc enim infra ostẽdemus esse falsum. Trepidare etiam uidentur, ubi nullus est timor, qui dicunt, satis esse, q̃ mandata seruare possumus, quatenus satis est ad perseuerandum in iustitia, & amicicia diuina. Siquidem in promptu est iam ex pręedictis uia euadendi hoc argumentum. Ea scilicet, quam collegimus ex uerbis patrum. Seruant nanq; iusti mandata etiam si labãtur in uenialia. Siquis uero roget, an possibile sit saltem iustificatis seruare sic mandata ut ne minimam quidem culpam admittant contra ipsa, huic nos quæstioni faciemus satis Deo auspice inferius lib. 15. ubi & omnia, quę hic collegimus ex sententia patrum copiosius explicabimus, & fortius communiemus. Videamus ergo quę post hęc subiunxerint.

Respon.

Quod arctius teneantur iusti seruare mandata. Cap. XXI C

VT plenius instruerentur fideles de obseruatione mandatorum diuinorum, illis q̃ de necessitate & possibilitate ipsorum tradita sunt, appenderunt patres quasdam per quã utiles doctrinas, q̃ nos quoniã ex prædictis inferuntur, & uelut auctaria quædam sunt eis pro ornamento & firmamento pleniori adiecta, usitatissimo scholarum uocabulo corolaria, seu appendicia nominabimus. Et quod primo ex dictis colligunt, est huiusmodi. Quo fit, ut iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in uia iustitiæ sentire debeant. Et si clariora uerba requirimus, quod primo in

Iusti arcti us adstricti mãdatis. serunt, est. Iustificati sunt magis obligati ad ambulandum in uia iustitiæ, quã olim, cum erant peccatores. Et tres causas insinuarunt hic patres propter quas iusti plus tenentur ad seruandum mandata, quam peccatores. Prima,

Arg. 1 quia a Deo habuerunt beneficium suæ iustificationis. Lege enim naturali tenemur magis obædire & obsequi, qui pluribus nos sibi obstrinxit beneficijs.

Greg. ho. 9. in Euã. Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum, ait Gregorius. Et subdit. Tanto ergo esse humilior, atq; ad seruiendum Deo promptior quisq; debet ex munere, quanto obligatiorem se esse conspicit in reddenda ratione.

Arg. 2 Secunda causa, propter quam iusti magis tenentur ad obseruantiam mandatorum est, quia ipsi melius, & facilius ea possunt implere. Per gratiam enim diuinam, & habitationem spiritussancti in ipsis, potentiores sunt ad uirtutum exercitia, & fortiores ad resistendum peccatorum incursionibus. Postulat autem hoc ratio bonitatis, & suauitatis diuinæ, & naturale lumen id docet, ut ad ea sit quisq; minus adstrictus, quæ difficiliora sunt ipsi, & contra ad ea magis, quæ commodius, & leuius potest præstare. D

Tertul. Vnde Tert. lib. 2. ad uxorem. Omne delictum uoluntarium in domino grande est. Quanto enim potestas uitandi fuit, tanto contumaciæ crimen oneratur. Et Bern. In difficilioribus agendis obædítio gratior, quàm grauior præuaricatio iudicetur, & in facilioribus minusque onerosis contẽ

Arg. 3 ptus damnabilior, quàm actus laudabilior æstimetur. Tertia eiusdem ueritatis causa est, quia à Deo hanc habent iustificati gratiam præter suam iustificationem, ut ab eo non deserantur, nisi prius ipsi illum deserant. Qua ratione duplex ipsis nomen uidere mihi uideor custodiendi mandata accrescere. Videlicet ne & tãto beneficio sint ingrati, & ne tam fidelis, & benignus hospes eos deserat, & tantum beneficium perdant, si obtorpere cœperint in uia iustitiæ, quam unam ille a nobis exigit, ut nobiscum maneat. Et sicut capit. 12. admonuimus, sunt hæc uerba, Deus nanq; sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur, desumpta ex Augustino. Et fundamentum habent in scripturis. Præter hæc autem argumenta, quæ satis idonee probant maius hoc uinculum, quo iusti adstringuntur ad obædientiam Deo exhibendam, possumus & hanc sententiam apertis testimonijs

Matt. 5. 4 scripturarum confirmare. Nisi abundauerit iustitia uestra, ait Christus ad suos Apostolos, plus quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in

regnum

A regnum cœlorum. In quæ uerba Theophilatus ubi exposuisset iustitiam di ci omnem uirtutem, sicut cum Iob dictus est iustus, subdit. Horresce homo animaduertens quanta a nobis repetātur. Et alibi Christus generaliter pronunciat. Omni autem, cui multum datum est, multum petetur ab eo, & cui Luc. 12. f. commendauerunt multum, plus petent ab eo. Et Paulus inquit. Irritā quis Heb. 10. e faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei concul cauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & in quo sanctificatus est, spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Et Petrus dicit. Si enim refugientes 2. Pet. 2. d coinquinationes mūdi in cognitione domini nostri, et saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quam post agnitā retrorsum conuerti ab eo, quod traditum est illis, sancto mandato. Confirmant etiam hanc doctrinam omnia, quę docent maiora esse cęteris paribus nostra peccata quam Iudęorum uiuentium sub lege Mosaica. Quod & Paulus eleganter docet in epistola ad Hebre. præcipue uero in illis uerbis. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non refugerūt recusantes eum, qui Heb. 12. g super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis auertimus. Quæcunque etiam probant maiora fuisse cęteris paribus peccata Iudæorum, quam Gentilium, quia sicut Psalmista dicit, Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, stabilire queunt pręsentem

B diffinitionem. Si enim propter beneficium pręcellentioris legis, & perfectioris pastoris inducitur maius uinculum ad obseruantiam mādatorum, multo magis hoc fiet propter beneficium iustificationis. Et si peccata principū & pręlatorum grauiora sunt, iuxta illud, Potentes potenter tormenta patientur, & si peccata sacerdotum & ecclesiasticorum maioris sunt reatus a- Sap. 6. a pud Deum, iuxta uerbum Christi, Hi accipient damnationem maiorem, Luc. 20. b erunt igitur & peccata iustorum cæteris paribus culpabiliora. Quandoquidem omnia principum & Ecclesiasticorum beneficia antecellit gratia iustificationis. Acceptaruntq; doctrinam istam, & docuerunt concorditer omnes Ecclesiastici doctores & antiqui & scholastici. Quippe qui ubiq; asseuerant maiora esse cęteris paribus, & grauiora peccata fidelium, quam infidelium, & iustorum, quam peccatorum, tantoq; ununquenque apud Deum grauioris esse delicti & criminis reum, quanto maioris erat meriti antequā caderet. Et hęc satis possunt esse manifesta ex his, quę de inęqualitate bonorum & malorum meritorum lib. 10. tradidimus. Quęcunq; enim docent grauiora esse peccata iustorum, quam peccatorum, docent & eos ad legis pręcepta fortius adstringi. Et pręter ibi citata expressus est locus Hieronymi in illa uerba Apostoli, Manifesta autem sunt opera carnis, Vbi sic scribit, In eo fornicator maioris est criminis, quia tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis. Erunt quippe duo in carne una. Qui non est fidelis neque credit in Christo, sua membra facit membra meretricis, qui credit, &

fornicatur, Christi membra facit membra meretricis. Ecõtrario infidelis in C
fornicatione sua, utrum uiolet, an ędificet templum idolo, nescio. Per uitia
quippe maxime dęmones coluntur. Hoc unum scio, ꝙ qui post fidẽ Chri
Matt. 18 sti fornicatur, uiolat templum Dei. In illa etiam uerba, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, sic scribit. Quando autem dicitur sit tibi sicut ethnicus & publicanus, ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quàm hi, qui aperte Gentiles sunt.

Nemini satis est fides sola ad consequendum regnum coelorum. Cap. XXII.

SEcunda doctrina, quam his appenderunt patres, quæque aperte sequitur ex priore conclusione huius cap. est hæc. Nulli satis est sola fides, ut hæres constituatur regni cœlorum, & eam hæreditatem consequatur. Verba decreti sic habent. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putās fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatenq; consecuturum. Firmatur autem doctrina hæc duobus Pauli testimonijs, & alio Petri. Atque in illis uerbis. Etiam si Christo non compatiatur, ut & conglorificetur, innuitur aliud, quod & eandem ueritatem luculenter confirmat. Ait quippe Paulus. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, ꝙ simus filij Dei. Si autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Quibus uerbis docemur necessarium esse nobis pręter fidem pati aliqua aduersa & laboriosa cum Christo,
Luc. 24.d ut simul cum illo glorificemur. Si enim oportuit pati Christum, & ita in- D
trare in gloriam suam, multo magis oportet nos pati, sicut dicit eleganter
Bern. Bernardus, ut intremus in gloriam alienam, supernaturalem uidelicet nobis, & indebitam, ac nostris meritis longe maiorem. Vnde & idem Apo-
2. Tim. 2.b stolus alibi ait. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinems & con regnabimus. Et pauloante. Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Et merito patres tam multis utūtur testimonijs. Conueniebat siquidem fortius hic figere pedem, et apertiorem facere, & firmiorem doctrinam traditam, quia articulus iste inter Ecclesiam catholicam & hæreticos nostri temporis, & fuit, & est etiam num in primis controuersus. Ambigere tamen potest, qui hanc diffinitionem attente legerit, an hoc loco diffinierint partes, neq; fidem solam sufficere, ut quis hæres constituatur, neq; satis esse ad hæreditatis assecutionem, an postremum hoc duntaxat. Distincta enim hæc sunt, & posset quis defendere solam fidem satis esse ad iustitiam, hec tamen esse satis ad beatitudinem. Et patres non dixerunt sub disiunctione, Nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutum, aut hæreditatem consecuturum, sed copulatiue adiunxerunt, hæreditatenq; consecuturum. Ac Protestantes quidem sola fide tuentur impios iustificari, nequaquam tamẽ assentiuntur suo præceptori Luthero asserenti in lib. de captiui. Baby. solā

A fidem satis esse ad beatitudinem, & promissionem ipsius iustificatis factam, nullis peccatis esse commutabilem, nisi sola incredulitate. Et cum dicunt so la fide impium iustificari, tantum sentiunt sola fide apprehendi iustitiam, ne que negant alia esse impio necessaria, ut assequatur iustitiam. Nam hoc quid aliud esset, quam asserere fidem solam sufficere ad beatitudinē? Quod enim sufficit ad introducendam aliquam formam in subiectum, si non superue niat fortius aliquod agens, quod inde ipsam pellat, sufficiet & ad eam con seruandam, ut dicunt physici. Et si ad acquirendam iustitiam non requiri tur pœnitentia peccatorum, sed sufficit sola fides, neque amittetur profecto iustitia per alia peccata, sed manebit, quandiu manserit integra fides. Quan uis autem in hunc potissimum errorem, ut pote omnium perniciosissimū, uerba sua patres direxerint, & testimonia ex Petro & Paulo huic soli uideā tur aduersari, tamen si aliquanto penitius hęc, & pro dignitate expēdamus, & errorem quoq; protestantium intelligemus hic esse ab ipsis damnatum. Quoniam qui dicunt fide sola apprehendi iustitiam, fide sola dicūt, impios fieri hæredes, & hęreditatem consecuturos. Iustificati quippe, si moriantur, nullo opere indigent, ut consequantur beatitudinem. Et licet iustis in hoc mundo manentibus necessaria sit ad perseuerandum in iustitia obseruatio mandatorum, tamen si fide sola apprehenderit quisquam iustitiam, fide sola perueniet, si statim moriatur ad beatitudinem. Cum igitur monuerunt pa tres, ne sibi quispiam in sola fide blandiretur, putans ea sola hæredem se cō stitutum, hæreditatemq; consecuturum, tametsi hæc non sub disiunctione,
B sed copulatiue in unum coniunxerint, non solum damnarunt dicentes, sa tis esse fidem solam ad iustificationem & beatitudinem, sed etiam illos, qui dicunt, eam solam satis esse ad comparandam iustitiam, uel certe ea sola cō parari iustitiam. Nam ex quocunque istorum trium, definitio ipsorum pa lam eneruatur. Sed enim, ut nullus esset tergiuersationibus locus, & omni bus extinctis erroribus, sola ueritas in fidelibus regnaret, in canonibus huic diffinitioni respondentibus omnia hæc clare, & dilucide diffinita sunt, Can. 9. 19
& anathema indictum est tam asserentibus, fide sola impium iustificari, quā 20.
contendentibus, fidem satis esse ad æternam beatitudinem assequendam. Quoniam uero errorem protestantium lib. 6. cap. 31. & lib. 9. c. 17. Deo fa uente extirpauimus, & fidem solam non satis esse ad beatitudinem, quod præcipuum est huius loci. q. 2. libelli de iustificatione apertissimis Christi & Apostolorum sententijs & ex lumine naturali luculentum fecimus, hoc ip sum perpetuo Ecclesiam catholicam credidisse, & docuisse contenti erimus nunc monstrare. Et id quidem ex uniuersis pene Concilijs & generalibus et prouincialibus ostendi potest. Vt enim, omittamus prouincialia, in om nibus generalibus, excepto Ephesino primo quędam inueniemus spectan tia ad mores statuta & diffinita, & tradita uelut necessaria ad salutem, aut cer te prohibita, ut noxia & mortifera. Sed ne fastidium faciamus lectori, sat fuerit pauca quædam uelut indicare, In Nicæno quidem multa talia licet le-

Sũma quæ dã eorũ, q̃ de operũ necessitate habẽtur in Cõc. generalibus.

gere, canone.2.3.4.9.10.12.16.18. In primo Constantinopolitano præcipitur, ut Episcopi suam diœcesin gubernent, neque ad alias non inuitati accedant. In Chalcedonensi actione.5. patet damnatum esse Dioscorum, non propter fidem, sed quia ausus est excomunicare summum pontificem Leonem. In quinta Synodo generali, quæ est secunda Constantinopolitana canone nono anathematizatur, qui non una adoratione adorat Deum uerbum incarnatum cum eius carne. In.7. Synodo quæ est.2. Nicęna approbatur & religiosus diffinitur cultus imaginum consuetus in Ecclesia, & reprobantur sacrilegia execranda, quæ his temporibus non sunt ueriti Lutherani patrare cõtra imagines Christi & sanctorum. In.8. damnatus est Photius propter ambitionem Patriarchatus Constantinopolitani. In Lateranensi sub Innocentio.3. Canone.1. damnata est expresse hæc hæresis in hæc uerba, quæ relata sunt extra de summa trinitate & fide cath. cap. Firm ter. Non solum autem uirgines, & continentes, uerum etiam coniugati, per fidem rectam, & operationem bonam, & sic placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Vides utrunque oportere coniungi, & fidem rectam & operationem bonam, ut ueniatur ad beatitudinem? Et in canone.6 ad hoc præcipiuntur Concilia prouincialia singulis annis, ut de reformandis moribus præsertim cleri diligens habeatur cum Dei timore tractatus. Si uero sola fides satis esset ad salutẽ, nõ esset necesse, nisi pro una causa fidei cogi Concilia, & nullæ essent leges neq; Ecclesiasticę, neq; ciuiles, quæ obligarent in conscientia, neque puniri quispiam posset grauiter, nisi pro incredulitate. Quod quidem non aliud est, quam sontes & sceleratos homines aduersus iustos & innocentes armare, pacenq; & tranquillitatem, & omnẽ commodam administrationem ex ciuitatibus tollere, ac deniq; sacra & sæcularia, cœlestia & terrestria, diuinaq; & humana omnia miscere, turbare, et sub teterrima quadã caligine, & uertigine confundere. In Constantiensi concilio multa damnantur spectantia ad mores contra Ioannem Vuitclefum & Ioannem Hus. In Cõcilio Florentino & Lateranensi ultimo pleraq; spectãtia ad mores uelut necessaria ad salutem sancita, & definita sunt. Ex doctoribus autem sanctis tam frequentia passim, in ipsis obuia sunt, testimonia pro hac ueritate, & tã multa, dum alias communimus, iam citauimus, ut me pigeat, & tędeat, nouas alias eorum sententias hic adijcere. Siquis de re adeo manifesta hæsitat, deponet suum dubium, si legat commentarios eorum, siue in ea loca, quæ ex nouo testamento citauimus, siue in complurima, quę tertia quaq; pagina in ueteri testamento, & pręcipue in prophetis occurrunt, quibus obiurgantur transgressores mãdatorum diuinorum & uę illis, & ardores sempiterni prędicuntur, nisi resipiscant. Integro uolumine disputauit Augustinus contra hunc errorem sub titulo de fide & moribus. Multa contra eundem scripsit Hieronymus in libris contra Iouinianum. & contra Pelagia. Et pulchre idem in illa uerba Matthęi, Non omnis qui dicit mihi domine, domine &c. Sicut supra dixerat eos, qui haberent

uestem

A uestem uitæ bonæ non recipiendos propter dogmatum nequitiā, ita nunc econtrario ne his quidem accomodandam fidem qui cum polleant integritate fidei, turpiter uiuunt, & doctrinę integritatē malis operibus destruunt. Vtrunq; enim Dei seruis necessarium est, ut & opus sermone & sermo operibus comprobetur. Et tractantes illa uerba Pauli, Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt multi Orig. in psa. 37. & Iob. 1. Cyp. in ser. 5 Chrysostomus, Theop. in hæc uerba & Augu. in serm. de cœna domini et Cassianus, & deniq; quotquot legi catholici doctores aperte confitentur non satis esse fidem rectam ad sumendam Eucharistiam, sed necessariam etiā esse mentem puram & nouam & magnam examinationem conscientiæ, et ideo multos ex Christianis ęgrotare, & debiles esse, et morte mulctari, quia indigne & irreuerenter eam sumunt Et ipse Lutherus in sermone quodam de eucharistia, referente Roffense, asserit necessariam esse cunctis cōmunicare uolentibus confessionem omnium peccatorū, quæ manifeste sunt mortalia, & maxime eorū quæ inuidiam, displicentiam, & amaritudinem habēt in proximum. Quæ manifeste pugnant cū illis, quæ ex eo sæpe retulimus. Si enim necessaria est confessio aliquorum mortalium ad dignam susceptionem Eucharistię, & qui illam indigne sumit, iudicium sibi manducat, nō ergo una fides sufficit ad salutem, & cætera liberrima, neq; præcepta, neq; prohibita. Aduersantur etiam hæc illis, quæ in arti. 15. contra bullam Leonis. 10 legimus. Ait enim ibi. Qui ad sacramentum Eucharistiæ accedunt, si credāt se gratiam ibi consecuturos, hęc sola fides eos facit puros & dignos. Sed frequens B hoc est Luthero, ut secum ipse pugnet & dissideat. Sola ueritas constans est, & perpetuo eadem. Porro ad argumenta, quæ ex scripturis nobis obijci possunt, copiose, ubi supra, respondimus. Nunc igitur, quoniam tantum contendimus consensu Ecclesiæ catholicæ communire definitionem patrum, quæ ex doctoribus Ecclesiasticis torqueri in nos queunt, ut ostendatur fides sola ad salutem posse sufficere, curabimus pro nostra exiguitate explicare. Nam ex lumine naturali scripturis sanctis adiuto, nulla nisi futilia argumenta, neq; in Luthero, neq; in ipsius sequacibus legi. Traditi quippe in reprobum sensum, lumen naturale, neq; agnorunt, neq; quanti opus est, faciunt, sed resistunt, & reluctantur ipsi.

Ori. Cyp. ser. d̄ mor. Chry. the. aug. Caßi.

Rof. art. 6 con. Luth. Cōtradict. Lutheri.

Quo sensu doctores Ecclesiastici aliquando dixerint, fide nos sola iustificari & saluari. Cap. XXIII.

AC primo quidem induci cōtra nos potest. Orig. Qui. 3. cōm. epi. ad Rom. sensum Pauli in illis uerbis, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis hūc in modū interpretat. Dicit Apostolus sufficere quidem solius fidei iustificationē, ita ut credens quis tantummodo iustificetur, etiam si nihil ab eo operis fuerit expletum. Et statim ipse sola fide sine operibus iustificatum dicit latronem, & Magdalenæ ex nullo legis opere, sed pro sola fide dixisse Christum, Remittuntur tibi peccata tua. Et mox. Fides tua te saluam fecit, uade in pace. Sed & in multis Euange

Orig. Luc. 7

iŋ locis, addit, hoc sermone usum legimus saluatorem, ut credentis fidem, C
causam diceret esse salutis ipsius. Sed nequis resoluatur, & bene agendi negligentiam capiat, audiens ad iustificandum fidem solam sufficere, mox ad monet indulgentiam non futurorum, sed præteritorum esse criminum, & nemini dari licentiam peccandi ex iustificatione. Quibus uerbis innuere uidetur errorem Protestãtium, hoc est, fide sola comparari iustitiam, tametsi amitti iustitia possit per alia peccata ab incredulitate. Sed & illa urgere uidentur, quæ continenter adiŋcit. Iustificatur, homo per fidem, cui ad iustificandum nihil conferunt opera legis. Et paulo post, quia nemo iuxta prophetam potest gloriari castum se habere cor, & omnis iustitia nostra, est iuxta Esaiam sicut pannus mulieris menstruatæ, sic infert. Sola igitur iusta gloriatio est in fide Christi crucis, quæ excludit omnem illam gloriationẽ, quæ descendit ex operibus legis. Hilarius in illa uerba Christi, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Mouet scribas remissum ab homine peccatũ. Hominem enim tãtum in Iesu Christo contuebantur, & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim sola iustificat. Et quoniam cæci quia crediderũt, uiderunt, colligit fide merendũ esse quod petitur, & ex ea salutem esse expectandam. Ambrosius in sermone. 45. dum fœlicitatem explicat latronis, qui meruit a Christo audire, Hodie mecum eris in paradiso, ita scribit. Sed hanc tantum gloriam, ut non in alterum diem differretur, sed eadem die, qua paradisus Deum suscepit, susciperet & latronem, fides latroni præstitit. Fides enim est, quæ peccata cooperit, quæ uincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes. Quanuis enim delinquentium grandis sit culpa, fidei tamen maior est gratia. Et euestigio addit, quod magis uidetur urgere. Sicut suffecit Iudæ ad scelera Christum deseruisse, ita suffecit latroni ad innocentiam, domino credidisse. Et in ep. quæ est ad Irenæum. Nemo glorietur in operibus, quia nemo factis suis iustificabitur. Sed qui iustus est donatum habet, quia post lauacrum iustificatus est. Fides ergo est quæ liberat per sanguinem Christi, quia beatus ille, cui peccatum remittitur, & uenia donatur. Et. 1. de pœnitentia cap. 10. Qui fidem habet, habet uitam æternam. Qui uitam habet, non est exclusus a uenia. Omnis, inquit, qui credit in eum, non pereat, cum omnis dicitur, nullus excluditur, nullus excipitur. Et cap. 11. Vbi quis credit, ira Dei discedit, uita autem accedit. Et lib. 2. capi. 8. Fœtorem habet peccator, tamen fidei preciosæ emendatur unguento. Tantum enim gratiæ fides habet, ut ubi ante diem fœtebat mortuus, illic bono odore tota repleatur domus. In art. item. 5. confess. Aug. citantur hæc eiusdem uerba. Hoc constitutum est a Deo, ut qui credit in Christum, saluus sit sine opere, sola fide accipiens remissionem peccatorum. Neq; dissimilia uidentur tradi a Chry. in serm. quodam de fide, & lege naturę. ss. Hoc. n. nomine fidem p̄stare operibus ostendit, quia fides sine operibus sufficit ad salutẽ, non aũt opera sine fide. Sed uerba illius subscribã. Eum, ait, qui operatur opera iustitię sine fide, non possum probare uiuum fuisse, fidelem autem

Esa. 64. c
Hil. can. 8. in Matth.
Can. 9
Ambro.
Epi. 71
Ioan. 3
Chrysost.

A absq; operibus possum monstrare, et uixisse, & regnum cœlorum assecutū. Nullus sine fide uitam habuit, latro aūt credidit duntaxat, & iustificatus est a misericordissimo Deo. Atq; hic ne mihi dixeris, defuisse ei tempus, quo iuste uiueret, et honesta faceret opera. Neq; enim de hoc contenderim ego, sed unum illud asseuerauerim, q̄ sola fides per se saluum fecerit. Nam si superuixisset, fideiq; & operum fuisset negligens, a salute excidisset. Hoc aūt nunc queritur, & agitur, q̄ & fides per seipsam saluum fecerit, opera autem per se nullos unquā operarios iustificarunt. Et hoc probat ex Cornelio, in quo dicit ante acceptam fidē Christi bona quidem opera fuisse, sed mortua, quia fidem non habebat Christi, licet in Deum crederet. Nondum.n. addit, habebat ex operibus salutem, donec operibus suis fides acquirēdū pręmium offerret. Oportet.n. ante opera lucere fidem, & fidei pedissequa esse opera. Aug. super psal. 31. tractans illa uerba apostoli Arbitramur iustificari hominem per fidē sine operibus legis. Noli inquit præsumere de operibus ante fidem. Noueris, quia peccatorē te fides inuenit. Et si te fides data fecit iustū, impium inuenit, quo faceret iustum. Et ibidem ex fide dicit iustificatum esse Abraham, & si fidem, ait, opera non præcesserunt, tñ secuta sunt. Et iam ut citauimus. q. 76. lib. 83. q. expressissime dicit aliquem iustificari posse per fidem sine operibus bonis præcedentibus, atq; ita putat debere interpretari testimoninm Pauli statim citatum, & addit iustificationem fidei manere in illo, neq; operibus bonis præcedentibus, neq; consequentibus, si mox ut crediderit de hac uita discesserit. Ac ex illis uerbis Christi. Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, uiuet, sic colligit. Crede ergo, & si mortuus fueris, uiues. Vnde mors in anima? Quia non est fides. Vnde in corpore? Quia nō est ibi anima. Ergo animæ tuæ anima fides est. Et. 1. contra. 2. ep. Pelag. c. 21. Quantælibet fuisse uirtutis antiquos prædices iustos, nō eos saluos fecit, nī si fides mediatoris. Et sæpe alias constanter dicit per fidem Iesu Christi nos impetrare salutē. Leo etiam in serm. quodam de Epiphania. Hoc est, ait, qđ iustificat impios, hoc est quod ex peccatoribus facit sanctos, si in uno eodē que domino Iesu Christo, & uera deitas, & uera credatur humanitas. Præcipue uero uidentur urgere uerba illa Bernardi ad Deum serm. 22. in canti. Tā ualidus es ad iustificandum, quam multus ad ignoscendum. Quamobrem quisquis pro peccatis cōpunctus esurit, & sitit iustitiā, credat in te, qui iustificas impiū, et solā iustificatus p̄ fidē, pacē habebit ad te. Et in ep. 77. ita scribit. Cum Christus dixisset, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, caute nō repetijt. Qui uero Baptizatus non fuerit, sed tm̄ Qui uero nō crediderit condēnabit, nimirū innuens solam interdū fidem sufficere ad salutē, & sine illa sufficere nihil. In bulla ēt Mart. 5. qua condēnati sunt Ioā. Vuicletfus & Io. Hus, dilucide asserit fides sola catholica saluare, & sine ipsa nulli subsidiū salutis cōtigisse. Neq; ista tñ aut alia similia satis debent esse catholicis, ut credāt fide sola posse impiū iustificari, aut tueri & cōseruare iustitiā, uel deniq; beatitudinē adipisci. Dū.n. ecclesiastici tractatores secuti in speciē Apostolū

[Margin notes: Aug. — Rom. 3 — B — Ioan. 11. — Leo. Pap. — Bern. — Mar. ult. — Mart. 5 — Respon. — Exposi. 7 iustificationis per solam fidem]

Paulũ, fidei soli iustificationem tribuere, & necessitatẽ aliorum operum ne- C
gare uidenť, non sic intelligẽdi sunt, ut opera ex grã & auxilio Dei facta, q̃
Prima. scriptura ad salutẽ impiorũ exigit, illis uerbis excludãt. Excludũt uero aliqñ
sola opera exteriora. Et hoc uolũt duntaxat ꝑ certo statui, nõ esse opus ex
2. teriori sacramentorũ susceptione, ubi eã articulus necessitatis excludit. Ac
qñq; ad opa tm̃ cerimonialia, uel iudicialia ueteris legis, q̃ proprie legalia di
3. & 4 cunť, sermonẽ referũt, & ea sola affirmant necessaria ad iustitiã nõ esse. Et nõ
nunq̃ de opibus agũt ante fidẽ, uel certe de operibus, q̃ fiũt, uel per legẽ, uel
per naturã sine gratię ꝑuenientis auxilio, & illa dũtaxat, ut ad iustificationẽ
5. parũ utilia rejiciũt. Interdũ etiã hoc unũ eis uerbis uolũt explicare, non ꝑce
dere iustificationẽ aliqua opera, q̃ sint proprie ipsius merita, qbusq; ipsa ue-
6. re debeať. Vel quia fides sicut dicit Chrys. in ser. statim citato per seipsã ple-
na est operibus, & ubi primũ credimus, nisi nos eã impedierimus, simul &
operibus eam ornamus, fide oĩa cõplectunť, q̃ ipsam sequuntur, uel comitã
tur, quæq; ipsa ꝑscribit necessaria ad iustificationẽ, & fide sola aiũt nos iustifi
cari, ut intelligamus nõ iustificari nos, nisi illis, q̃ ipsa in nobis & efficit, & ꝑ
7. stituit. Et aliquoties fidẽ nõ opibus, sed nepharijs infideliũ, & hæreticorũ se-
ctis opponũt, & dicẽtes solã fidẽ nostrã saluare, tantundẽ exprimũt, ac si ap
tius dicerẽt, in nulla alia secta, uel religione posse quẽpiã saluũ fieri, sed solũ
modo in fide Christi, & extra illã nemini posse salutẽ cõtingere. Et hic est si
ne dubio sensus Mart. 5. in bulla citata & Aug. in ult. ipsius testimonio. Sed
Ad Orig. hęc aptiora fiẽt si singillatim ad aliqua ex locis citatis respõdeamus. Et Ori. D
quidẽ manifestũ est, nõ exclusisse ꝑ illud uerbũ sola fide, opera ex fide proce
dentia, uidelicet, dilectionis, cõfessionis, orationis, aut pnię interioris, sed ex
clusisse dũtaxat opera exteriora, uel legalia mosaicę legis. Nã ut sola fide mõ
straret posse hoies sine operibus legis iustificari, inducit exẽpla latronis san
Luc. 23. f cti & Magdalenę, & utrunq; dicit sola fide iustificatũ, cum tñ ex Luca cõstet
& latronẽ suorũ peccatorũ pœnituisse, & Magdalenę remissa esse pctã, qa dile
Ad Hil. xit multũ. Hila. uero propterea dixit fidẽ solã iustificare, qa absq; illa, lex nũ
q̃ potuit ꝑstare iustitiã, illa aũt cum illis, q̃ ipsa & facit & ꝑcipit, credẽtes paſ
sim iustificat. Nã uerbo solã, tm̃modo legẽ excludit. Et hoc nimirũ uideť il-
Theoph. le dixisse, qd Theo. in illa uerba Chri, Corã te comedimus, minus scrupulo
Luc. 13 se, & aliquãto aptius sic dicit. Nõ sufficiebat Iudęis ad iustificationẽ cultus il
le ꝑ sanguinis effusionẽ, nõ accedẽte fide, q̃ iustificat ipiũ. Vñ & ipse Hila. ne
libertatẽ ab alijs ꝑceptis uideri posset docuisse, cã. 10. sbdit. Fides nr̃a oĩbus
Ad Amb. ꝑceptis diuinę uolũtatis intẽta est. Et Amb. in latrõis iustificatione, nõ exclu
sisse opa interiora, ꝓcedẽtia a fide, manifestũ est. Quia i loco citato deuotio-
nẽ fidei, & spẽ, & orõnẽ ipsius mirifice cõmẽdat, & eũ sua orõne iustificatũ
apte dicit. Et ser. 44. ne putareť noie solius fidei exclusisse cofessionẽ latrõis
q̃ actus fidei est, aut Dei dilectionẽ, aut alios ꝑclaros animi affectus, quos ille
habuit in cruce, expresse dicit, eum plus amasse in cruce Christũ, quam Iu-
das amauerit in cœna, & cum a Iuda pacis blandimenta fuerint uendita,

a latrone

A a latrone crucis uulnera constanter prædicata,& despexisse eum uitam pręsentem,& pro sola futura Christum orasse,& se quidem accusasse grauiter illis uerbis. Et nos quidem iuste. Nam digna factis recipimus. Et addit plus amare Christum ipsum cœpisse ex quo intellexit, uulnera illius esse, uulnera sui ipsius, non Christi. In alijs uero testimonijs ex eodem citatis perspicuum est ipsum sola opera legis ueteris excludere,& fidei nostræ sufficientiam ad salutem ostendere. Ideo insuper & ipse & Chry.& Aug.& Bern.in locis allegatis,cum & in ipsis fateantur distincte operum necessitatem, soli fidei iustificationem tribuunt,quia alienum esse putarunt,ut illo uerbo sola fide excludi crederentur opera,quæ ab ea procedunt,&plęrunq; euenire intellexerunt,ut positis illis operibus,quorũ ipsi meminerunt, nihil amplius ad iustificationem,deesset,quam sola fides,& pręter eam statuere uolebant, neminem posse iustificari. Et de Chrysostomo hoc liquet. Quia nihil aliud dicit defuisse Cornelio ad salutem. Et in hom.20.in Ioã.ex illis uerbis Christi, Quinimmo beati,qui audiũt uerbum Dei,sic colligit. Hinc intelligimus fide semper nobis opus esse, et uita, quæ uirtutibus luceat. Hæc duntaxat saluos nos facere poterit. De Bernardo etiam apertum idẽ est. Quid enim aliud desit compuncto corde,& esurienti iustitiam, quam fides, & spes in Deum? Qua ratione in uerbis supra citatis ex serm.3.de Annunciatione sola spe impetrari dicit miseratione͂ apud Deum. Fides siquidem & spes, si ueræ sint,& non inanes, possunt cum illis,quæ ex eis sequũtur,uel quibus innituntur,impetrare Dei gratiam,non autem alia opera sine ipsis. Atq; ita dicimus,sola Dei misericordia nos ipsi reconciliari,& saluari,quia illa ad hoc sufficit ex lege,cum illis,quæ requirit,& in nobis efficit,nihil autem sufficit sine illa. In testimonio autem.2.ex Bernardo perspicuum est,solã fidem, ab eo appellari fidem,quæ non habet exteriorem sacramenti Baptismi susceptionem. Etenim & ibi meminit conuersionis ad Deum,& desiderij percipiendi Baptismum,& tantum promittit salutem sine Baptismo, si non desit fides recta, pia spes,& caritas syncera. Et in multis locis,quæ lib. 14.citabimus,palam dicit,fidem non posse quenq; efficere rectum absque mandatorum obseruatione.

Luc.23.e

Ad Chry. Augu. & Bernar.

Li. 6.c.27

B

Expreßis scripturæ testimonijs ostenditur aliqua fuisse opera iustorũ aliena ab omni sorde peccati. Cap. XXIIII.

Tertia doctrina, quã ex secunda conclusione collegerunt patres est huiusmodi. Iustus neq; in omni bono ope uenialiter peccat,neq;, quod intolerabilius esset,meref pęnas ęternas. Sed p̃stat ipsa uerba decreti audire. Vnde cõstat eos orthodoxę religionis doctrinę aduersari,qui dicũt iustũ in omni bono opere saltem uenialiter peccare, aut quod intolerabilius est,pœnas ęternas mereri. Et manifeste hęc sequuntur ex possibilitate pręceptorũ. Si.n.pręcepta Dei possibilia sunt,poterũt igitur absq; culpa ueniali, & multo magis absq; merito ęternarũ pęnarum impleri. Et ex his uerbis, Aut quod intolerabilius est,pęnas ęternas mereri,p̃spicue possumus colli-

Corro.3 cõfirmatio

gere,quod & circa.c.15.magis firmabimus,uenialia peccata,neq; mereri pę C
nas ęternas,neq; eis digna esse.Alioqui non intolerabilius esset,'asserere iu-
stum in omni bono opere pœnas æternas mereri quam iustū in omni ope
re bono uenialiter peccare.Est autem hęc doctrina contra Martinū Luthe-
rum.Eius quippe articulus.31.damnatus a Leone.10.est hic.Iustus in omni
opere bono peccat. Et.32. opus bonū optime factū est ueniale peccatum.
Et illius errorem integris uoluminibus defenderunt Andreas Carlestadius
& Ioannes Dolitius. Eūdenq; errorē tribuit quidam Erasmo Rot. in com
Matt.19 pendio Theologico,& in adnotationibus in illa uerba Matth. Nemo bo-
nus,nisi solus Deus.Pugnarūt uero contra hoc peruersum dogma, immo
uere de illo palam triumpharūt pręclari Ecclesiæ doctores.Episcopus Ros
fensis eruditione et uitę sanctitate,& sanguine pro Christo effuso illustris in
art.31.&.32.confutationis Lutheranarum assertionū.Iodocus Cliptoueus
in lib.1. Antilutheri,Ioannes EKius in Enchiridio,frater Alphōsus Castro
in pręclara summa aduersus omnes hęreses in uerbo opus.Gaspar Sagerus
in Scrutinio scripturæ conatu tertio,et nouissime Frater Dominicus Soto
in lib.& pio,& doctissimo de nat.& gra.Ex quibus optima quæq; decer-
pens,& quædā alia a patre luminum nobis suppeditata adijciēs,primo ad
nitar ostendere doctrinam hic traditam a patribus,in sacris scripturis diser-
te,& expresse contineri & ab uniuersa Ecclesia perpetuo fuisse creditam,Lu
theranorumq; errorem etiam ipsi lumini naturali repugnare. Deinde uero
& ueritatem fidei ab impugnationibus Lutheranis defendemus,& uindica
bimus.Sed ut distinctiora omnia sint, suis quæq; capitibus distinguemus. D
Libet hic ut sanctitatē & ingens meritum operū iustorum contra hęreticos
nostri tēporis & tueamur,& monstremus,aliquanto longius per amęnissi
Arg.1.scri ma scripturarū prata expatiari. Atq; ut a clarioribus testimonijs, sicut par
pturis. est,exordiamur,apertissime docuit Scriptura,non omnia opera iustorum
esse peccata,cum enumeratis grauissimis Iob tētationibus,& admirabili pa
Iob.1.d tientia ipsius in uerbis & operibus,subdidit.In omnibus his non peccauit
Matt.6.c Iob in labijs suis.Et manifesta sunt uerba illa Christi.Lucerna corporis tui
est oculus tuus si oculus tuus simplex fuerit,totum corpus tuum lucidum
erit.Si autem oculus tuus fuerit nequam,totum corpus tuum tenebrosum
erit.Si.n.oculi simplicitas,hoc est,simplex & recta intentio totū corpus il-
lustrat,non ergo erunt peccata,opera ex bona intentione promanantia,&
multo minus ipsa pura & recta intentio,quę omnia elucidat.Nam peccata
utiq; tenebræ sunt,eoq; elogio notantur in scripturis,tantum abest,ut alia
illuminent.Paulus etiā & ipsum contractum matrimonij,quem docet non
esse opus ad modum perfectum luculenter exprimit non esse peccatum in
1.Cor.7.e illis,qui non sunt alteri alligati. Solutus es,inquit,ab uxore,noli quęrere
uxorem.Si aūt acceperis uxorem non peccasti,et si nupserit uirgo non pec
cauit.Et paulo inferius.Siquis autem turpē se uideri existimat super uirgine
sua quod sit superadulta, & ita oportet fieri,quod uult faciat. Non peccat,

A si nubat. Et alibi. Aduersus fructus spiritus dicit non esse legem. Ex quo per Gal.5.d
spicuum est eum docere fructus spiritus, nulla ratione posse censeri peccata.
Nam aduersus omnia peccata lex est aliqua. Siquidem peccatum non est,
ubi nulla est legis transgresio. Et lex Dei perfecta non esset, nisi omnibus
aduersaretur peccatis. Et ut ostēdat alia esse opera bona, & alia peccata, alio
in loco palam distinguit inter aurum, argentum, & lapides preciosos ac li- 1.Cor.3.
gna, fœnum et stipulam. Apertissima item sunt uerba Petri, ex quibus pa-
tres hanc collegerunt doctrinam. Quapropter fratres magis satagite, ut p 2.Pet.1.c
bona opera certam uestram uocationem, & electionem faciatis. Hæc enim
facientes, non peccabitis aliquando. Neq; frustra Iacobus. In multis offendi Iaco.3.a
mus omnes. Non ait in singulis. Et cum subdit. Siquis in uerbo non offen
dit, hic perfectus est uir, perspicue indicauit, esse aliquos uiros perfectos, qui
aliquo saltem breui tempore, uerbo non labuntur, neque Deum offendūt.
Cunque Ecclesiasticus dicit, Omne opus electum iustificabitur, & qui ope Ecc.14.c
ratur illud, honorabitur in illo, profecto ostendit, esse aliqua opera electa et
laude & honore dignissima, & nullatenus pœna, aut uituperio. Sæpenume
ro etiā Deus per se & per suos prophetas, & Apostolus hortatus est om-
nes, & ad hoc suis nos præceptis constrinxit, ut uitemus peccatum. Ecce sa Ioan.5.c
nus factus, es dixit paralytico, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contin- 1.Cor.15
gat. Et Paulus omnibus iustis loquitur. Euigilate iusti & nolite peccare. Et Ephe.4
iterum. Irascimini, & nolite peccare. Et Ioannes. Hæc scribo uobis, ut non 1.Ioan.2
B peccetis. Cum igitur, ut iam copiose docuimus, Deus neq; hortetur quen-
quam, neq; adstringat ad impossibilia, inane quippe hoc esset, & uanū, po-
terunt iusti aliquando uitare omne peccatum. Et alioqui frustra a Deo pete
remus, Sanctificetur nomen tuum Fiat uoluntas tua sicut in cęlo, & in ter- Matt.6
ra. Fidelis etiam Deus est, ait Paulus, qui non patietur uos tentari supra id 1.Co.10.c
quod potestis, sed faciet etiam cū tentatione prouentum, ut possitis sustine
re. Profecto si nulla diei hora, nulla temporis particula, nullo uitæ momen
to possumus Dei mandata seruare absq; ipsius offensa, semper tentaremur
ultra id, quod possumus, semperq; essemus perplexi, & ad impossibilia, &
importabilia coarctati. Quæ quidem de diuina maiestate absurdū est & ne-
phas sentire. Dixerit forte quispiam. Possumus nos quocunq; momento,
& quauis uitę particula omne uitare peccatum, haud quaquam tamen id fa
cimus, neq; Luther negasset potentiam, sed factum. Verum hoc alienū esse
a mente Lutheri conspicuum potest esse ex locis citatis. Vtrunq; siquidem
negat & potentiam & factum, & omnia opera nostra contendit esse pecca
ta, & nihil nos ita bene operari posse, ut non eodem bono & sancto opere
peccemus. Si quis est tamen, qui potentiam concedit, & factum negat, atq;
hoc prætextu Lutherum uult tueri, libenter eum rogarem. Vnde scis hoc
nunquam esse, siquidem semper potest esse? Quid uetat, quominus aliquan-
do fit, quod quocunq; in tempore posse esse concedis? Cur non saltem ali-
quorum iustorum opera ab ea communi lege excipis, eorum uidelicet, qui

quantam maximam queunt, diligentiam adhibent, ut omnem Dei euitent C
offensam? Vbi est etiã fidelitas Dei? ubi gratia? ubi auxilium? ubi cum tentatione prouentus? Si nullus unquam sic uicit aliquã tentationem, & obsecutus est consilijs, & præceptis diuinis, ut euaserit omnem culpam, nullus omnino plene & quantum necesse habuit, adiutus est a Deo. Et quid, cedo, minus possemus, si Deus pateretur nos tentari supra id quod possumus, si destitueret, si non adiuuaret, neq; curaret, ut bene nobis cederẽt tẽtationes? Si aũt ualemus Deo fauente omnes tentationes sustinere, & ut Græce magnificẽtius Paulus dixit ὑπενεγκεῖν, hoc ẽ, sic ferre, ut eis diutius, et importunius ferẽdis superesse, & superare ualeamus, nõ ergo semper corruimus & succũbimus, neq; sunt omnia opera nostra peccata. Cunq; de ratione peccati sit, ut sit uoluntarium, quod paulo ante luculenter probauimus, & iusti, obfirmatissima sint plærunq; uoluntate uitandi omnia peccata, uitabunt quandoq; illa, & facient aliquod opus bonum, liberum prorsus ab omni macula peccati.

De repugnantia bonitatis, & maliciæ. *Cap.* XXV.

POssumus et aliqua opera iustorum euincere nõ esse peccata ex ipsa boni ac mali, iustiq; & iniqui contrarietate. Nã cum multa opera bona dicantur in scripturis, & præcepta ac consilia nõ sint, nisi de bonis operibus, si nequit idẽ opus simul esse bonum & malũ, certum erit aliqua iusto-
Nequit idẽ rum opera non esse peccata. Porro hanc repugnantiã bonitatis moralis, de
opus simul qua sola modo agimus, cum malicia, seu peccato, sic cunctis perspicuam & D
eße bonũ indubitatam ualemus facere. Bonitas moralis habet se in operationibus no
& malum stris, sicut pulchritudo in corpore humano. Sicut igitur non stat idem cor
Arg.1 pus pulchrum esse ac deforme, quidquid enim desit ei ex requisitis ad pulchritudinem, siue ex parte quantitatis, siue ex parte coloris, aut figuræ uel
Aug.8. de proportionis membrorũ inter se, mox teste Aug. definit esse pulchrum, ita
trin. c.3 profecto & eũdem actum humanũ bonum esse & malum, impossibile est, quia bonitas mox ab operibus nostris abscedit, ubi uel aliqua eis accesserit mala circũstantia, uel ex illis quæ ad bonitatem requisitæ sunt, aliqua defue
Diony.4. rit. Vnde & Dionysius dicit, bonũ esse ex integra causa, & malũ ex circun-
d diui.no. stãtia. Et Philosophus inqt. Vno nanq; modo bonus est, uidelicet actus noster, multisq; nefandus. Receptissimunq; est, & indubitatũ apud bonos oẽs philosophos, non tantũ omnẽ circunstantiam malã superuenientem cuicũque operi bono reddere illud uitiosum, & ab eo tollere p̃existẽtem totam bonitatem, uerũ & idem efficere cuiuscunq; circunstantiæ debitę inesse defe
Arg.2 ctum, siue in productione operis, siue etiam in continuatione. Et communis animi conceptio uidetur, bonum opus non esse malum, neque malum esse bonum. Et lumen ipsum naturale quod bonum esse faciendum & malum fugiendum dicit, bona certe discriminat a malis. Et hac luce nobis indita admonitæ omnes gentes bona semper a malis distinxerunt, & quæ bona censebant, & laudi tribuebant, ea mala dicere, & uitio uerte-

A re nephas, & absurdissimum putarunt. Et quanquam inter scholasticos nonnulli authores tenuerunt eundem actum humanum posse simul esse bonum & malum, cum uidelicet qui ob malum & ob bonum finem fieret, & a bona & mala intentione prodiret, tamen eis semper aduersati sunt meliores, & primę classis theologi. Et in schola tam philosophorum quam theologorum semper pro comperto, & certo habitum est, eundem actum non posse esse simul bonum & malum. Manifestam enim contradictionem uidetur hoc habere, & eiusmodi cōtraria sunt bonitas & malicia in eodem genere, ut nullis in gradibus simul possint esse in aliquo subiecto. Et qui ad actus interiores hoc restringunt, & in actibus exterioribus secus esse posse existimant, inconstantissime nostro iudicio loquuntur. Sunt quippe utriq; actus humani, & liberi, ac eisdem legibus, & regulis subiecti, & possunt ex æquo ob malum etiam ob bonum finem fieri simul, & a bona, & mala intentione trahere originem. Et utrosque uel hoc possumus argumento expugnare. Quis enim nō uideat absonum esse, ut idem actus donum sit Dei & peccatum, lege Dei sit prohibitus & eadem præceptus, placeat Deo & displiceat, Dei instinctu & dęmonis simul fiat, & utriq; simul sit gratus, ascēsus sit mētis i Deū & descēsus seu recessus ab eo, meritū pmij & simul meritū pœnæ, laudabilis & uitupabilis, cōformis legi diuinæ & difformis, uirtus & uitiū, & causa uirtutis & uitij, & deniq; iustitia, & iniqtas? Quæ oīa manifeste sequuntur, si idem actus simul sit bonus, & peccatum. Ex Scripturis item

Adā fine 2 Gulliel. de bell. mon. Mona. Al may. c.12. Moraliū. Dauid Castron. Tho. in 2. d. 40. art. 4. Bon. d. 41. q. 1. sco. d. 40. dur. d. 40. q. ul. Gre. d. 42 q. 1. arti. 1. Argum. 3.

B docere possumus hanc repugnantiam bonitatis, & maliciæ moralis in eodem opere. Nam Christus dicit. Nemo potest duobus dominis seruire. Et alibi. Qui non est mecum, cōtra me est, & qui non colligit mecum, spargit. Et rursus. Qui non est aduersus uos, pro uobis est. Quāto igitur minus credendum est, eodem nos opere posse Deo seruire & dæmoni, esse cum Christo & contra illum, Christi & suorum Apostolorum mandata, & uestigia sequi, & aduersus eorum doctrinam, & exempla facere? Pulchre nimirum Paulus. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial? Et paulo ante apertè distinguit bona a malis dicens. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis pro ut gessit, siue bonum, siue malum. Et alias longe docet inter se distare fructus spiritus, & opera carnis, & alia esse horum, alia illorum stipendia. Ac Petrus pollicetur nos nunquā peccaturos, si quidem per bona opera certam nostram uocationem faciamus. Ait quippe. Hæc. n. facientes, non peccabitis aliquando. Quod utique nequaquam satis esset, si eadem opera, & bona possent simul esse & mala ac peccata. Huc etiam profecto Psaltes egregius allusit, cū dixit. Declina a malo & fac bonum. Sed expressius est illud, Esaiæ quod ad se dictum iuste putare deberēt Lutherani. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Diuus etiam Augustinus contra mendacium sic pro-

Arg. 4. Matth. 6. 12. c. Marc. 9. f 2. Co. 6. d 5. b. Gal. 5. et 6 2. Pet. 1. Psalm. 33 Esa. 5. g Argum. 5. August.

bat, nullum mendacium esse iustum, quia alias aliquod peccatum esset iustū. C
Quod absurdissimum esse statim confirmat, quia nihil aliud est dicere, aliqua peccata esse iusta, quam aliqua iusta esse, quæ iniusta sunt. Quo quid absurdius, ait, dici potest? Vnde est enim peccatum, nisi quia iustitiæ contrariū est? Et sub infert. Dicantur ergo alia magna, alia parua esse peccata, quia uerum est, neque auscultandum est Stoicis, qui omnia paria esse cōtendunt. Dicere autem quædam iniusta, quædam iusta esse peccata, quid est aliud, quam dicere quasdam iustas, quasdam iniustas iniquitates, cum dicat Apostolus Ioannes, Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit & peccatum est iniquitas? Et rursus. Quod aliquis faciendo quod debet, peccet, & quod debet, scelus est dicere. Quare non īmerito quidam eximij Lutheri antagonistæ eum arguunt, quod sibijpsi aduersatus fuerit in articulis, quos modo impugnamus. Si enim aliqua iustorum opera, bona sunt, non ergo erunt peccata. Et si omnia sunt peccata, nulla ergo bona sunt, & falsum est quod ait. Iustus in omni opere bono peccat. Insuper. Si aliquod opus bonū optime fit, ita fiet igitur, ut debet fieri, & nihil ei deerit necessarium ad ipsius bonitatem, neq; aliquid circunstabit, quod ipsum uitiet. Ac proinde apertam claudit repugnantiam, quod dicit. Opus bonum optime factum est ueniale peccatum. Quicquid nanque uituperatur, ideo uituperatur teste Augustino, quia nō est ita, ut esse debuit. Quod si apud Lutherum, ut testis est Roffensis. Nullum est peccatum ueniale, sed omnia peccata sunt mortalia, alia item hic latet cōtradictio. Aduersantur quippe gratia & iustitia peccato cuiuis mortali, & si iustus quis est, non peccat mortaliter, & si peccat mortaliter, non est iustus, sed eo ipso perdit iustitiam, quam prius habebat. Non uideo sane, uel rimulam, qua possit elabi, & has contradictiones uitare, nisi forte dixerit, bona se opera appellasse, non quæ sint, nulla enim talia sunt, sed quæ bona communiter uidentur, & a malis discernuntur operibus, & opus bonum optime factum se dixisse, non quod optime fiat, nihil nanque a nobis optime fit, sed quod fit a nobis quam optime possumus, & iustum se dixisse, non qui sit, nullus quippe apud eum erit iustus, sed qui fecit, quod potuit, ut esset iustus. Sed si in eum sensum uel ipse, uel sequaces ipsius interpretentur præcitatos articulos, duplici se malo, & incommodo obnoxios facient. Nam naturam nostram cogentur cum Manichæis malam, & a malo conditam principio asserere, quippe quam nullum bonum posse operari asseuerant. Et sexcentis locis scripturæ aduersabuntur quibus multi, iusti, sancti grati Deo, & amici & filij ipsius, & multa hominum opera, bona, & Deo grata affirmantur. Pergamus uero ora eorum omni ex parte obturare, & opera bona ab iniquitate & uitio defendere, quę nunquam ipsi tam obstinate oppugnarent, nisi procul ab ipsis essent.

1. Ioan. 3. 4

Contradictio Lutheri.

August.

Ros. ar. 39 cont. Lut.

Contradictio altera Lutheri.

D

A *De præmijs operibus iustorum repositis.* Cap. XXVI.

EX præmijs etiam, quæ aliquibus nostris operibus a Deo & promissa sunt, & passim exhibentur, docere possumus multa esse opera bona in iustis, quæ nulla aspergantur labe peccati. Quid enim summa illa, & incomprehensibili Dei bonitate indignius, quam asserere eum præmiare mala opera & peccata? Dæmones hoc faciunt persæpe & qui sunt ex parte illorum. Deus autem, Absit ab eo impietas, & ab omnipotēte iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta uias singulorum restituet eis. Vindex ille est profecto in iram eis, qui male agunt. Vultusque illius super faciētes mala, ut disperdat de terra memoriam eorum. Atq; odio sunt ei impius & impietas eius. Et sicut dicit Abacuq, Mundi sunt sunt oculi ipsius, ne uideant malum, & respicere ad iniquitatem non potest. Et quamuis multa sæpe bona Deus peccatoribus contulerit, & conferat, non peccata tamen in eis, sed bona, quæ alioqui fecerant opera, in eis remunerabat. Et hoc sæpe Deus in scripturis explicuit. Et uel uerba illa ad Iosaphath regem Iuda hoc nos possunt docere. Iram quidem merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te. Atque hinc sunt illa uerba Augustini de obstetricibus Pharaonis. Nō est itaque in eis renumerata fallacia, sed beneuolentia & benignitas mentis, non iniquitas mentientis. Et alibi gloriam illam præcellentis imperij concessam dicit a Deo esse Romanis propter quædam bona opera, quæ in eis fuerunt. Quod autem multa sint opera iustorum, quibus magna Deus &

Argu.4 *Iob.34.a* *Psalm.33.* *Sap.14.a* *Abacu.1.d* *2. Para.19* *Aug. cont. mend.* *Idem.s. de ciuit. Dei.*

B contulerit, & pollicitus sit præmia, luculentissimum est ex scripturis. Oblationem Isaac factam a patre suo Abraham magnificentissima illa pręmiauit Deus suæ incarnationis promissione. Et quidem, si uel tantillulum maliciæ, & culpæ in ea oblatione fuisset, nunquàm dixisset. Quia fecisti, hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi &c. Et mox. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obœdisti uoci meæ. Neque descendisset filius Dei ad liberandum nos propter gemitus, & suspiria sanctorum, neque de beatissima uirgine propter fidem & humilitatem ipsius carnem sumpsisset, sicut sæpe asserunt doctores sancti, neque absque autoritate scripturarum, si gemitus illi & suspiria sanctorum, & fides & humilitas uirginis, culpæ & peccata fuissent. Non tam leue est beneficium incarnationis, quod omnem gratiam exuperat, ut præmium fuisse malorum operū Christianus homo uel suspicari debeat audere. Et ut de alijs beneficijs taceamus, nónne absurdissimum dictu est, nos Deum placare, uel mitigare iratum, aut iustificationem nostram, et reconciliationem cum ipso, ac remissionem peccatorum nostrorum per peccata comparare, & pro peccatis Deo per peccata satisfacere? Non placatur homo per suam ipsius offensam. Non alicui condonamus iniurias nostras propter nouas nobis illatas iniurias. Neque aliquem ad gratiam nostram recipimus propter opus, quo male de nobis meretur. Illa igitur opera, quibus Deus in scripturis sæpe est placatus & reconciliatus nobiscum, quibusque nobis suam gratiam, & beneficentiam

Gen.22.d

pollicetur, longe absunt, longeque abesse fateri oportet ab omni culpa. C
Subijciamus tamen aliquot Scripturæ testimonia, quæ sua luce & fulgore,
errorem hunc magis faciant perspicuum. Si reuersus fueris ad omnipoten-
Iob.22.d tem, ait per spiritum domini Eliphaz Themanites ad Iob, ædificaberis, &
longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem & pro
silice torrentes aureos. Eritque omnipotens contra hostes tuos & argen-
tum coaceruabitur tibi. Tunc super omnipotentem delitijs affllues, & eleua
bis ad Deum faciem tuam. Rogabis Deum, & exaudiet te, & uota tua red-
des. Decernes rem, & ueniet tibi, & in uijs tuis splendebit lumen. Potest tan
topere quis desipere, ut tanta, & tam eximia beneficia reposita esse a Deo
credat operi malo? Et quomodo qui reuertitur ad Deum, longe facit ini-
quitatem a tabernaculo suo, si ipsa reuersio, & quicquid postea facit pecca-
1. Ioan. 3.a tum est? Certè omne peccatum iniquitas est. Quam longe uero aberat ab
hac insania Sophar Naamathites, qui in spiritu domini confidenter dicebat
eidem Iob & in illo omnibus nobis. Si iniquitatem, quæ est in manu tua
abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare po
teris faciem tuam absque macula, & eris stabilis & non timebis. Miseriç quo
que obliuisceris, & quasi aquarum, quæ præterierunt, non recordaberis, &
reliqua lętissima, quæ ibi sequuntur. Quæ libertas unquàm a macula, quæ
stabilitas, quæ securitas, quæ miseriæ obliuio potest esse, si omnia opera no
Esa.1.d stra sunt peccata? Et iterum per Esaiam Deus clamat. Lauamini, mundi esto
te, auferte malum cogitationum uestrarum. Quiescite agere peruerse, discite D
benefacere. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defen-
dite uiduam, & uenite, & arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata ue-
stra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi uermicu
lus, uelut lana alba erunt. Et similia his, aut certè magnificentiora postea per
eundem prophetam operibus pœnitentiæ & misericordię pollicetur, inter
quæ illa præcipuum locum tenent. Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ
tuæ erunt sicut meridies. Porrò neque iusti possunt esse mundi, & nitidi si-
cut nix, aut sicut lana alba, neque auferre possunt malum cogitationum sua
rum, si neque carere queunt, uel ad modicum tempus, culpa aliqua, neque
habere aliquam cogitationem, quę non sit peccatum. Et si omnia iustorum
opera sunt peccata, non ergo eorum tenebræ sunt sicut meridies, sed meri-
dies potius ipsa est tenebræ, & caligo. Et utcunque ista se habeant certè nulli
iustorum iure possunt unquam dominum arguere, aut cum illo ob bona
negata, uel ob mala inflicta merito expostulare, si omnia eorum opera sunt
peccata. Quam enim iustitiam apud Deum habeant, & nobis comparent
opera, quæ ipsa sunt mala & iniqua, ac per hoc iram potius quam præmiũ
1. Ioan.1.d merentur. Et Esaiæ quidem & Paulo aperte concinit Ioannes his uerbis. Si
confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata
nostra. Vtque omnem tolleret euasionem, statim adiecit. Et emundet nos
ab omni iniquitate. Et ne in aliud fortaßis sæculum hæc promißio referre-
tur,

A tur, statim præmiserat. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce societatem habemus adinuicem, & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Emundat, inquit, ab omni peccato. Sunt ergo aliquā do iusti in hac uita sine peccato, & confessio ipsa peccatorum, qua tantam gratiam obtinent, omni prorsus uacat culpa. Idenque postulant illa uerba Ezechielis. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, re scilicet, uel uoto, uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatū eius, quas operatus est, non recordabor. Sed & aliquanto expreßiora sunt illa alia eiusdem prophetæ uerba. Si dixero impio morte morieris & egerit pœnitentiam a peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinanque reddiderit, in mandatis uitæ ambulauerit, neque fecerit quicquam iniustum, uita uiuet, & non morietur. Nunquam sanè Deus propter opus malum suam reuocaret sententiam, neque diceret. Neque fecerit quicquam iniustum, si non hoc subesset cum Dei auxilio impij potestati. Et qui pollicetur omnium se iniquitatum oblitурum, satis indicat, impium aliquando immunem fieri ab omni peccato propter suam conuersionem & pœnitentiam. Quare uel ex hoc apertum esse potest, eam pœnitentiam non esse peccatum. Non enim fieri potest, ut per aliquod peccatum etiam ipsius remißionem assequamur. Neque tam sæpe & Christus, & Apostoli, iustificationem nostram, & multa miracula

Ezec. 18. e

33.

B quæ faciebant fidei tribuissent, si illa in nullis fuisset opus bonum. Certè qui dixit. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, & rursus, Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, satis indicauit, & spem iustorum in Deo, & dilectionem Magdalenæ in ipsum bona esse opera, neque quidpiam habuisse malicię. Alioqui non eas Deus ut causas allegasset liberationis & remißionis peccatorum. Ostendit & hoc ipsum olim Deus Elię de pœnitentia Achab dicens. Quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Et alibi de zelo Iehu regis Israel, cum deleuit domum Achab & Baal de Israel idem docuit his uerbis. Quia studiose egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quę erant in corde meo, fecisti contra domum Achab, filij tui usque ad quartam generationem sedebunt super tronum Israel. In ipsa etiam retributione iustorum, ubi omnia ad uiuum discutientur, & uniuscuiusque opus, quale sit, Christus, qui neque falli, neque fallere potest, lucidißimum omnibus efficiet, nunquam quidem opera misericordię, quę iusti fecerunt in hac uita, ut causa beatitudinis ipsorum commemorarentur, si & ipsa quoque uitiosa fuissent. Quandoquidem non iusti & prudentis, sed iniqui, aut certè inepti iudicis officium est, eas causas in sententia absolutionis rei allegare, aut proferre, quæ condemnationem uerius efflagitant, & misericordia & excusatione indigent.

3. Reg. 21. e

4. Re. 10. f

Matth. 25.

Sa.3.Lu.6 *De fructibus bonorum operum.* Cap. XXVII. C

1. Tim.4. Fruct' bonorũ operũ 40 HVc etiam spectant, & eandem ueritatem egregie nos docent plurimi & eximij fructus, quos Scriptura commemorat a bonis operibus prouenire. Vt enim in genere prius dicamus, bonorum laborum gloriosus nimirum est fructus & mensuram bonam & coagitatam, & superfluentem dant in sinum nostrum, promissionemque habent uitæ, quæ nunc est, & futuræ. Tantos autem & tam præclaros fructus ex peccatis sequi, quæ Deo sunt inuisa, quis nisi stultissimus posset credere? Quoniam uero hæretici nostri temporis, dum fidem tantum necessariam ad salutem putant, operibus nostris & multum & in multis detrahunt, & in eo se egregios Christi gratiæ & fidei assertores, & buccinatores putant, si opera suggillent, & contemnant, placet hic sub compendio lectori subijcere aliquot bonorum operum fructus, quos sparsim in Scripturis nobis commendatos notaui. Qui norunt ex paruis maiora cogitare, poterunt hæc copiosius persequi. Amœnissimus quippe, & latissimus est ad expatiandum campus, si quis uelit singulos bonorum operum fructus, uel illis testimonijs scripturarum illustrare, quæ nos aliò properantes contenti erimus hic indicare. Implent opera bona præcepta, eoque uitant peccata, & tollunt pœnas peccatoribus paratas, atque eos, qui illa operantur bonos, & laudabiles efficiunt. Iucundant mœrentes, tranquillant commotos, sedant turbatos, corroborant debiles, confortant timidos, accendunt segnes, & deiectos erigunt. Aegrotos sanant, mortem depellunt, uitam prolongant, pauperes ditant, steriles fœcundant, superbos humiliant, humiles exaltant, & ad cœlos usque extollunt. Domos ædificant, honores, & famam comparant, a periculis & tribulationibus eripiunt, uictorias, dignitates, & principatus pariunt, ac regna, & imperia constabiliunt. Quin & peccatores iustificant, animæ sordes lauant, debita relaxant, satisfaciunt pro peccatis, & reatum ipsorum minuunt, & nonnunquàm in totũ delẽt, Deoque nos reconciliãt, iram ipsius mitigant, & sententiam uindictæ iam ab eo latam reuocant. Augent gratiam, & uirtutes, mentium tenebras fugant, splendoribus & delitijs animas complent, carnem mortificant, contra hostes spiritales muniunt, ab eorum insultibus protegunt, & mirabiles de ipsis triumphos nobis reportant. Proximos ædificant, Deum glorificant, prophetas constituunt, miracula faciunt, mundum ad fidem conuertunt, errantes ad ueritatem reuocant, angelos & beatos omnes lætificant, & quod omnium maximum est, Deum hominem fecere, & uitam & beatitudinem æternam apud eum impetrant & merentur. Eant nunc hæretici, & bonis operibus obloquantur & insultent, quæ tantos nobis fructus concilient. Nec danda illis uenia est, quia existimant laudem operum in Christi iniuriam & gratiæ & fidei ipsius redundare. Quippe, si rem bene perpenderent, agnoscerent proculdubio, Christi & donorum ipsius uerissimam esse, & certissimam commendationem, ipsam nostrorum operum

Marginal references: 2.Petr.1. Iacob.2. 1.Cor.9. Deute.28. 1.Ioan.3. Sap.3. Esa.54. Iob.22. Deut.28. 4.Reg.20 1.Reg.20. Exod.1. 14.17. Deut.28. 3.Reg.20. Num.25. Esa.37.38 1. Mach.2 Roman.2. lu.7.da.4 Esa.1. Mat.18. 2.Re.12. Exo.10. 1.Pa.12.19 Io.3.Iud.8 2.Petr.1 Esa.58. Iob.11.22. Coloss.3. Eccle.29. Rom.12. Matth.5. 4. Reg.2. Mar.16. 14.5.lu.16. Ge.22.lu.1 Matt.19. 22.25.

D

A laudem. Quia tum demum uerè intelligimus, quanta sit uirtus fidei, & gratiæ Christi, quanta & illius in nos beneuolentia, & magnificentia, cum agnoscimus, quanta ipsius ope, & quam frugifera & præcellentia opera possimus facere, qui per nos ne cogitare quidem aliquid boni sufficimus. Neque alia nos modo magnificamus opera, quam ea, quæ ob Dei misericordiam, & Christi merita per gratiã, & fidem efficimus. Didicimus enim ex Chrys. Iudæorum fuisse spem salutis in operibus ponere, & non in fide, & hoc eis, & gentibus impedimento fuisse, teste Apostolo, ne ad ueram iustitiam peruenirenr, primanque esse iustitiam fidem, secundam uero, quę ex illa sequuntur opera. Quia uero tantum est, uel certè fuit inter nos & hæreticos nostri temporis cotrouersia de eo, quod asserimus iustificare bona opera peccatores, & promereri uitam æternam, & de priore ex his duobus lib. 6. 8. & 9. satis egimus, de posteriore uero agunt patres in. 16. cap. contenti erimus hic ista attigisse, & monuisse. Et alioqui ad euertendum hæresim, quam modo oppugnamus, non satis esset opera nostra etiam uitę ęternę meritoria probare. Nam qui absurdum non putant, opus idem simul esse bonum & malum, neque uererentur concedere & simul esse meritorium & peccatum. Quare ad alium pergemus locum, unde errorem hunc reuincamus.

2. Cor. 3. b
Chrys. ho. 31. in Mat.
Rom. 9.

De laudibus bonorum operum. Cap. XXVIII.

PORRO aliqua fuisse opera iustorum nulla peccati immundicia inquinata, docere nos queunt laudes, quibus scriptura nobis prędicat, & commendat multa talia, sicut Abrahę fidem, obędientiam Moysi, Dauidis
B mansuetudinem, Elię & Phinees zelum, Ioannis Baptistę constantiam, & uitę rigorem. Petri prrfectam dilectionem, Magdalenę religionem, & pœnitentiam, Cananeę & Centurionis fidem, & similia. Nunquam equidem scriptura, hęc, & alia plęraque laudasset, si non procul fuissent a peccati labe. Nemini adulari nouit, nemini blandiri. Quidquid commendat, certissimum est, inculpatum esse & irreprehensibile, longissime enim abest Deus, qui in illa loquitur, ab assentatione, & dolo. Et Paulus, qui de se fiducialiter aiebat, An experimentum quęritis eius, qui in me loquitur Christus? nunquam tam multa bona opera sua, tam interiora, quam exteriora magnanimiter prędicasset, si non illa proculdubio credidisset, sic fuisse bona, ut nihil eis adhęsisset malicię. An uero quisquam tam impius erit, ut & illam reprobet flagrantissimam in Christum & in proximos caritatem, qua succensus & exęstuãs dicebat. Quis ergo nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Et alijs in locis. Cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerẽ saluos. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scãdalizatur, & ego non uror? Ministri Christi sunt, & ego. Vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum in mortibus frequenter. Et cętera, quę ibi admirãda commemorat. Multo re uera aliter,

2. Co. 13. a

& de se, & de alijs persuasus ille erat. Gloria, inquit, nostra, hęc est, testimonium conscię̄tię nostrę. Viuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Christus. Et iterum. Nolite amittere confidentiam uestram, quę magnam habet remunerationem. Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. Et alibi in suis sibi gloriabundus tribulationibus confidenter dicebat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruiaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Quę quidem haud quaquam dixisset, si uel tantisper hęsitasset, an fides sua, an cursus, an prædicatio, & iugis tribulationum & laborum pro Christo, & pro Ecclesia tolerantia, fuissent peccata. Quod enim ius tribuerent peccata ad beatitudinis coronam?

C

2.Tim.3.b

De quibusdam alijs, quæ ostendunt aliqua opera iustorum omni culpa uacaße. Cap. XXIX.

IPsa insuper gratiæ potē̄tia, quæ cum iustis teste Paulo operatur, ipsa Dei in nos beneficentia & sanctitas, ipsa salus, quam Christus attulit mundo, & scintilla rationis mentibus nostris inserta, & communia Ecclesiæ dogmata, reuocare potuerunt Lutherum, & sectatores ipsius ab hac insania, qua omnia omnium hominum facta condemnant. Nam gratia ad peccatum non concurrit. Quid enim tam alienum a gratia, quam peccatum? Si uirtutibus nemo male utitur teste Aug. & philosophis, quanto minus id est concedendum de gratia? Deus etiam ad peccandū̄ nos non adiuuat, adiuuat tñ ad multa opera. Perditio tua Israel, inquit, tā̄tummodo in me auxiliū̄ tuum. Beatus uir cuius est auxilium abs te. Et si Christus naturam nostram sanauit, ut supra certum esse ostendi, poterimus ergo redempti, & iustificati aliqua opera facere aliena ab omni sorde peccati. Profecto aut oportet dicere gratiam nihil posse in iustis efficere, & Deū̄ nunquam eos adiuuare ad operandum, neque Christum naturam nostram sanasse, aut si hæc quę aperto Marte pugnant contra fidem, & contra mille scripturarum loca, negantur, concedantur, necesse, est aliquando iusti aliqua bona opera facere, quę nulla sint inquinati peccati macula. Si Lutherani ubique iactant se Christi & ipsius gratiæ prædicatores, uel hoc nomine agnoscere deberē̄t, ne suo instituto aduersari probarentur, aliqua opera iustorum munda esse ab omni culpa. Nam si omnia eorum opera mala asseuerant, nulla re magis gratiam possunt infirmam, imbecillam, ac prorsus eneruem ostendere. Quamobrem prędicatores eos uerius dixerim fomitis peccati, quam gratiæ quando eum ita potentem faciunt, ut omnia inficiat nostra opera, & ne minimo quidem tempore patiatur se deuinci a gratia. Sed quod de gratia tam male merentur, mirandum non est, qui & in hoc errore etiam Dei sanctitatem infamant. Quid nanq; potest in Deum esse magis blasphemum, quàm eum usque'adeo difficilem & morosum facere, ut cum apud homines multa nostra opera bona sint, & omnino ipsis grata, tamen apud Deum nullum nostrum

Potentia gratiæ.

D

Oseæ.13.c

Psalm.83.

Efficacia meritorum Christi.

Dei sctitas

A strum opus sic possit omni ex parte bonū esse, ut non aliquādo malum sit, & ei ingratum? Et nonne in Dei iniuriam & contumeliam cedit, eum, qui in omnibus operibus suis laudandus est, usq; adeo malam & imperfectam fecisse naturā nostram, ut nihil a nobis possit procedere, quod non sit illius offensa & peccatum? Et qui libertatem nobis abrogant, & Deum ad omnia opera nostra, saltem bona & pia necissitatem nobis affirmant inferre, dum omnia opera quantuncunque sancta damnant, suis uerbis compellent con- Rom. 8.
cedere etiam illam orationē esse malam, per quam spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, et Deo authore fieri hoīes deteriores, ac uere adigi ad peccandum. Quæ horrēda uel dictu sunt. Et nisi rebelles essent lumini naturali, & infesti, uel eo admoniti, ab hoc errore resipiscerēt. Nam & lumen naturale docet certum esse, & nostræ potestati subiectum numerum circunstātiarum, qui necessarius sit, & sufficiat, ut opus aliquod uirtus sit, & non uitium. Nemo recte culpatur, ait Cyril. ob id, quod in sua nō est situm Cyr. s. in
potestate. Et Bern. Si uolumus, scilicet, aliquid facere, & non possumus, se- Ioan. 5.
curi sumus. Et philosophi hæc abunde & consentienter in moralibus tradi Ber. d præ
dere. Vnde & apud omnes etiam barbaras nationes aliqua fuerunt semper ce. et disp.
laudi, & decori uirtutis officia, & ab omni uituperio, & opprobrio aliena, sicut amor patriæ, honor parentū, subuentio miserorum, & pauperum, fidē seruare, neminem lædere, de oībus bene mereri, & quæ uolumus, ut faciant nobis hoīes, eadem & nos illis efficere, & similia. Quo circa hæc modo da-
B mnare, & uitiosa existimare, aut in parte uitiorū ponere, inuertere est & accusare naturam, & omnium iudicium damnare, immo uerius, omnium sæculorum & ætatum hoīm odium & inuidiam contrahere. Nam qui oīum omnia opera damnant, omnium sibi merito odium & indignationem conciliant. Deinde. Si omnia opera iustorum sunt peccata, neq; adulti, qui mox post susceptum baptismū de hac uita decedunt, neq; martyres pro Christo occisi, statim in cœlū peruenirēt, sed & ipsis necessarium esset purgatorium, ut expiati a culpa baptismi & martyrij in illam ciuitatem intrarent, in quā nihil coinquinatum introibit. Quod & baptismi & martyrij prærogatiuis Cum Mar
derogat, & expressis Ecclesiæ definitionibus, & alijs ab eodem Luthero tra thæ de ce-
ditis aduersatur. Et si hæc pergit, ut pergit quidem, etiam ad animas purga leb. miss. de
torij prōtendere, quas dicit art. 39. in bullam Leonis, sine intermissione pec bitū de ba
care, quando prœcor purgatorij erit finis. Nōnne noua peccata nouis ptis. et eius
satisfactionibus indigent, & in illis tanto erunt grauiora, quanto liberiores eff. Conc.
iam sunt ab infirmitate carnis, quę excusetę Polluentur sanè magis q̄ munda Floren.
buntur illæ animæ, si hoc uerum esset, & nihil minus ei loco conueniret, q̄ nomen purgatorij, quod hactenus tota Ecclesia illi tribuit. Atque ut tandē finiamus, ipsa opinionis Lutheri absurditas dehortari, & deterrere omnes ab ea potest. Putat quispiam forsan, dum tantum in genere audit ipsius sententiam, leuem esse hominis blasphemiam. Videamus igitur in specie, quid ad illius opinionem consequatur. Non solum, aduertamus bene, in iudiciū.

uocantur, sed & damnantur ab eo, & mala esse affirmãtur, omnia omnium C
pœnitentium ieiunia, afflictiones, & carnis mortificationes, consilia pruden tium, præcepta, & pię solicitudines superiorum, sanctiones legum, patrocinia omnia, & auxilia miserorum, & afflictorum, coniugatorum nuptiæ, uota uirginum, professiones monachorum doctorum, lectiones, scripta, uigilię, prompta obœdientia, pura castitas, arcta paupertas, ardens, & iugis oratio, totus Dei, & sanctorum cultus, & uenerandorum sacramentorum pia, & deuota susceptio, & administratio, feruentissimæ etiam Eliæ, Ioannis, & Apostolorum omnium prædicationes, ac denique omnia fortium uirorum præclara gesta, & ipsa sacratissima, & stupenda omnium martyrum martyria. Quid his absurdius, quid magis impium, aut magis alienum & a fide, & a ratione naturali dici potest? Verum & qui ita est in omnes omniũ hominum ordines blasphemus, audebit, & opinor, os ponere in intemeratam uirginem. Neque solum uituperabit omnia ipsius in Christum recens natum obsequia sanctissima, cum eum, ut pia & sedula mater, lactabat, nutriebat, & proprio labore partis alebat, sed & alia præcellentia opera, ex quibus beata dici meruit in omnibus generationibus, & illum summum amorem, quem semper in Deum gessit, perfricta fronte, & impudenti ore accusabit, neq; parcet admirabili uirtuti, qua Christo pendenti in cruce gladio quidem doloris transfixa, sed immota astitit. Quid autem hoc est, o Luthere, quam laudes omnium sanctorum labefacere, exempla uirtutum tollere, pacem, & lætitiam conscientiæ auferre, excusationes peccatis suggerere, D
& cohibere homines a uirtute, atque habenas ad uitia laxare? Qui persuasus fuerit se nulla ratione posse peccatum uitare, quantumuis solicite, & diligenter uirtutem, & mãdata Dei obseruet, quid superest, nisi, ut uirtutem negligat, mandatorum semitam contemnat, ac de ipsorũ obseruantia desperans, in latam & spaciosam peccantium uiam migret, & se in eam præcipitem de dat? Et ubi est o infœlix, & omni lachrymarum fonte plangende, libertas illa Euangelica, quam tantopere prædicasti? Vbi pax, & lætitia conscientię, quam te unum docuisse mundum iactabas? Quod iugum grauius, & durius, quam nunquam posse uitare peccatum? Quæ pax, quæ lætitia conscientię potest esse tot semper obruentibus nostras mentes, alio post alium, peccatorum fluminibus?

Ex consensu doctorum aliqua iustorum opera non esse peccata. Cap. XXX.

HÆc nimirum, aut his similia, tam fortia, tam aperta, tanque efficacia sanctis Ecclesiæ doctoribus uisa sunt, ut non dubitauerint ueritatem traditam hoc in corrolario a patribus, ut certam, & indubitatam in his, quæ ædiderunt, uoluminibus, summo consensu affirmare. Et unanimis eorum in his sententia constare potest, partim ex multis, quæ iam hoc eod. lib. citauimus, partim ex his, quę modo adijciemus. Tertul. Marcionẽ cõtra Christum, Paulum, & Mosen dicit pugnare, quia omnem concubitum peccatum aiebat. Quando igitur tolerasset Lutherum dicentem omnia opera

Tert. 5. in Marcio.

A nostra esse peccata? Et his fauent, quæ supra ex ipso & Cyp. & alijs doctori Cypr.
bus allegauimus ad probandum posse Dei præcepta impleri, & a quibusdã
esse impleta. Nam iustitia, teste Aug. ser. 59. de tempore, non aliud est, quam
non peccare, non peccare autem legis præcepta implere. Orig. hom. 2. in Lu Origenes.
cam ex proposito disputat contra eos, qui peccatis suis excusationem hãc
obtendebant, ꝙ omnia hominum opera essent peccata. Hil. illorum uerbo Hilarius.
rum Christi, Nemo potest duobus dominis seruire, ueritatem cõprobat,
quia idem opus nequit conuenire diuersæ dominorum uoluntati. Chryso. Chry. ho.
Qui habet oculum animæ simplicem. i. mentem mundam & spiritalem, nec 16. ĩ Mat.
terrena, sed cœlestia meditantem, ille potest corpus suum seruare lucidum. i.
sine peccato. Theophi. illa uerba Apostoli, Nõ peccat, si nubat, sic explicat. Theophy.
Si eam locare maluerit, nihil, cum id egerit, peccat. Et mox. Non. n. nuben-
do delinquitur. Amb. in illa uerba Apostoli, Si acceperis uxorem non pec Ambro.
casti. Nõ utique qui peccat, quod concessum est, facit. Et idẽ postea in simili
bus uerbis Apostoli repetit. Hier. contra Pelag. copiose & diserte tradit pos Hierony.
se hoĩem per gratiam Dei esse sine peccato aliquo breui tempore. Qui cau- 3.
tus, inquit, & timidus est, potest ad tẽpus uitare peccata. Et postea pro loco 2.
& tẽpore, & quandiu animus intentus est, & corda nullo uitio relaxatur in
cythara, multa posse facere affirmat, quæ non sint peccata. Augu. de nat. & August.
gratia, & de gratia Christi, & de gratia lib. arb. & de spir. & lit. & lib. contra
duas epi. Pelag. & in Hypog. sicut ex professo contendit contra Pelagianos
B non posse hominem per sui lib. arbi. uires uitare in totum peccata, ita con-
stanter ubique tradit, hoc posse per gratiam Dei, & sæpe facere. Cyril. posse Cyril. 5.
hominem declinare a malo & facere bonum, non tantum asserit, sed & egre in Ioan. 5.
gie probat, quia Deus hoc nobis præcepit, & nihil impossibile factu nobis Psalm. 33.
præceptũ est. Quod & eisdem testimonijs confirmat, quibus patres in hoc
cap. Et manifeste asserit, Deũ probari iniustum, si hoc non subsit nostræ po-
testati. Grego. Si in sermonibus suis dicimus Iob deliquisse, quod sentire ne Greg. 2.
phas est, Deum dicimus in sua propositione uictoriam perdidisse. Et in illa Mo. 8.
uerba. In omnibus his nõ peccauit Iob. Beato Iob & oris testimoniũ perhi 18.
betur, & cordis. Prius. n. dicitur, Nõ peccauit, & tunc demũ subditur. Neq;
stultum aliquid contra Deum locutus est. Qui. n. stultiũ locutus non est, cul
pam a lingua compescuit. Sed cum præmittitur, Non peccauit, constat, ꝙ
murmurationis uitiũ etiã a cogitatiõe restrinxit. Idẽ alibi. Bonarũ mẽtiũ est Resp õ. 10.
etiã aliquo modo culpas suas cognoscere, ubi culpa nõ est. Quia sæpe sine ad Aug.
culpa agit, qđ uenit ex culpa. Vnde etiã cũ esurimus, sine culpa comedimus
quibus ex culpa primi hoĩs factũ est, ut esuriremus. Hæc ille. Quibus nescio
quid expressius aut asseuerantius requiratur. Veruntñ audiamus & Bernar. Ber. đ præ
Non tangere mulierem meriti est, inquit, non mediocris, & nullius tamen ce. et disp.
delicti propriam amplecti coniugem. Et mox. Istiusmodi sunt, quæcunque
Euangelico illi capitulo congruere possunt. Qui potest capere, capiat. Et
faciunt pro his canones Concilij Mileuitani, quibus asseritur, gratia, qua iu

stificamur, adiuuare nos ad implendum Dei mandata, & non peccandum. C
Can. 22. Expressissime etiam distinxerunt patres in Concilio secundo Arausicano
23. & 25. inter opera bona, quæ ex Dei dono habemus, & facimus, & mala, quę ex nobis. Et ne plura ex superfluo coaceruemus testimonia, quotiescunque uel sancti doctores, uel Concilia opera bona a malis distinguunt, quotiescunque aliqua bonorum opera laudant, quotiescunque Deum uel gratiam ipsius nobis ad aliqua bona perficienda opem ferre testantur, quotiescũq; ad uirtutum cultum, & ad auxilium Dei pie implorandũ & diligenter quærendum nos extimulant, quid aliud quam hanc doctrinã confirmant? Nõ enim laudant peccata, neque ad peccata exhortantur, & ubique Deo autore docent neminem fieri malum, aut ex malo deteriorem.

De legitimo sensu testimoniorum, quæ Lutherus pro se affert ex Genesi. Cap. XXXI.

OPeræprecium tamen fuerit uidere, & singillatim diluere argumenta quibus tantum delyramentum moliti sunt Lutherani, & sibi, & aliis, persuadere. Neq; enim putat Lutherus se in articulis citatis damnatum esse, sed Esaiam, Dauidem, Salomonem, Paulum, Christum, & ex doctoribus sacris Cyprianum, Augustinum, & Gregorium. Ac
Obiect. 1. primo quidem multa complicat aduersum nos testimonia ex Genesi. Nam
Gen. 6 capite sexto sic scribitur. Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra &c. Et statim pręcesserat. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Et capite octauo subdit. Nequaquã ultra maledicam terræ propter homines. Sensus enim & cogitatio cordis humani in malum prona sunt ab adolescentia sua. Ex his autem locis colligit, eos qui asserunt hominẽ posse aliqua bona opera facere, aduersari palàm scripturæ, quæ hominem carnalẽ mortuum, & spiritu domini destitutum nobis hic declarat, & cunctas operationes ipsius damnat. Quid, ait, boni queat caro operari? Quid hõ mor-
Responsio tuus & spiritu domini destitutus? In hoc tamen argumento tot ipsius hallu-
Lapsus. 3. cinationes & lapsus, imo errores propalare possumus, quot nobis obiicit
Lutheri. testimonia. Labitur primo, ac planè cęcutit, dum malicia propria excęcatus
1. non aduertit, priora duo loca manifeste intelligi de hominibus illius sæculi Noe, neque posse, neque debere ad uniuersum hominum genus & omnes ipsius ætates referri. Et hoc omnia circuniacentia uerba luculenter demonstrant. Nam ibi apertè describitur maxima corruptio & deprauatio hominum illius sęculi. Et ea asseritur fuisse causa indignationis domini, & diluuii inducti super terram. Non poterant uero esse causa tanti mali peccata homi-
Lapsus. 2. num, qui nondum erant. Secundo labitur Lutherus dum ex illis uerbis colligit omnes cogitationes hominis esse malas, quia cuncta cogitatio ipsius intenta esse dicitur, & prona ad malum omni tempore. Aliud quippe est, nos esse semper ad malum procliues, & intentos, aliud semper malum operari.

A operari. Nam per libertatem arbitrij resistere possumus prauæ nostræ inclinationi. Et uel ipsa absurditas sententiæ admonere debuit Lutherum, ne sic interpretaretur, quæ ex c.8. Gen. citauit. Non est.n. rationi consentaneum, ut Deus cũ assignaret causam, pp quam non ultra terram esset pp homines maledicturus, quod omnia opera eorũ sint pctã ab adolescẽtia sua. Hoc.n. potius diuinã maiestatẽ ad seueriorẽ uindictã irritasset. Allegauit uero pronitatem & propensionem nostram ad malum, in causam mitioris sentẽtię, quam in posterum statuebat. Aequum.n.est, & diuinam cõdecet misericordiam, ut mitius sese gerat in homines ab adolescentia suã perinde ad malum propensos. Neq; cõsueuit scriptura huiusmodi generales & uniuersales sententias eo in rigore accipere, ut quanuis cunctas cogitationes hominis malas esse dixisset, aduersari eis uerbis deberet censeri, qui diceret etiam tum, aliquas bonas cogitationes fuisse. Nam & Noe scriptura ibi subdit inuenisse gratiã corãm dño, & a Deo laudatum, ut iustum. Satisq; est pro huiusmodi uniuersalibus ex cõmuni more & inter uulgares, & inter sapientes recepto, si penẽ omnes cogitationes essent malę. Neq; illa collectio quicquam ualet. Oẽs homines sunt caro, idest carnales, & mali, ergo & omnes operationes hoĩum sunt carnales. Tertio errauit hic Lutherus, & a se ipso dissensit, dum illa uerba. Non permanebit spiritus meus in hoĩe in æternum, perinde contra nos inuertit, ac si in eis dñs significasset nunquam se permansurum in nobis. Absit a dño tanta seueritas. An non tunc mansit spiritus dñi in Noe, &
Regula p uniuersalibus propositionibus scripturæ.
Lapsus. 3 & contradictio Lutheri.

B & uel te teste Luthere in iustis manet per spem, & gratiã? Quid, q; ne sic quidem cõficeres, quod uis. Nam & peccatores, in quibus spiritus dñi non manet, operantur aliqua bona, ut lib. 6.c.39. docuimus. Et non dixit Deus in æternum non permanebit spiritus meus in homine. Sed dixit. Non permanebit spiritus meus in hoĩe in æternum. Hoc est. Non semper, neq; in perpetuũ manebit. Et hoc quo sensu dixerit, statim dilucidius fecit illis uerbis. Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hoĩem, quem creaui a facie terræ. Ideo.n. spiritum suum non semper mansurum dixit in homine, quia eum statuebat delere a facie terræ.

De uera intelligentia testimonij Dauidis citati a Luthero. Cap. XXXII.

SEcundo citat contra nos Lutherus Psalmistam dicẽtem. Non intres in iudiciũ cum seruo tuo dñe, quia non iustificabitur in cõspectu tuo oĩs. uiuens Cum enim bonum opus Deus damnare non posit, constare putat ex his uerbis, aut esse oĩa opera nostra peccata, aut multos uiuẽtes posse corãm Deo iustificari, & iustum damnationis Dei iudiciũ iure posse euadere. Et huc alludunt uerba Chrys. Quis est homo natus de muliere, qui credat, iustum se inueniendum in conspectu Dei? Diuersa tamen sunt hominẽ in aliquibus non peccare, & hoĩem in nullo peccare. Et qui dissentimus Luthero asserenti hoĩem in omnibus peccare, haud quaquam consentimus Pelag. & Iouí. dicẽtibus hoĩem baptismo iustificatũ in nullo peccare. Sed media incedimus uia inter utranque hęresim, concedentes, iustos omnes aliqñ
Obiect. 2. Psalm. 142
Chrys.
Responsio

August. non peccare. Porrò Psalmista ideo dixit secundum Augustinum in enarratione eiusdem psalmi, neminem uiuentium in conspectu Dei iustificari, quia nullus est, qui sic posit apud Deum iustificari, ut possumus apud homines. Nam apud homines sic possumus ex nostris uiribus aliquam mereri mercedem, ut proprio eam iure, & ex rigore iustitiæ ualeamus eam reposcere. Nō sic autem est apud Deum. Nullus enim prior dat ei aliquid, ut retribuatur ipsi. Facilius tamen est, & pro tenuitate nostri iudicij, antecedentibus, & consequētibus quadrantius, si dicamus ob id Psalmistam dixisse, neminem nostrum in conspectu Dei iustificandum, quia nullus ad plenum iustus est, sed omnes potius alicui peccato obnoxij, uel sumus, uel certè fuimus. Et ut hunc sensum innueret, peccata sua ibi enumerat Dauid, & dominum humiliter precatur, ne intret in iudicium cum seruo suo. Itaque cum causam huius suæ petitionis explicat dicens, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, satis innuit, non ea ratione se deprecari iudicium domini, quia non habebat merita aliqua sua, ob quæ iure posset iustitiam, & beatitudinem postulare. Quanquam enim hoc uerum esset, non tamen eo in allegatis uerbis uidetur spectasse, sed ad peccata potius, quorum sibi conscius erat, & a quibus nullum sciebat esse omninò liberum. Et quod dicit huiusmodi est. Ne intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia nemo est qui apud tuam iustitiam, quem nihil fallit, ita omni ex parte sit iustus, ut non aliqua proferre queas aduersus illum, propter quæ merito posis eum tibi reū

Hieron. declarare. Et in hunc sensum exposuit hæc uerba Hieronymus epistola ad Ctesiphontem, & primo contra Pelagianos. Et in eundem sensum exponenda sunt citata ex Chrysostomo, & plæraque alia similia, quæ in lectione Ecclesiasticorum doctorum pasim occurrunt. Atque ipse Psalmista quā longe esset a sensu, in quem eum exposuit Lutherus satis dilucide alibi expo

Psalm. 118. nit, cum ait. Beati immaculati in uia. Et alibi. Domine in uoluntate tua pręstitisti decori meo uirtutem. Et iterum. Et ero immaculatus cum eo & obseruabo me ab iniquitate mea. Et ipse Augustinus in libro de perfectione iustitiæ in eundem tandem sensum nobiscum exponit hęc uerba. Ne intres in iudicium. Sic nanque ibi scribit. Iudicium timet, quia misericordiam desiderat, quæ superexultat iudicio. Hoc est enim, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, noli me iudicare secundum te, qui es sine peccato, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quod de hac uita dictum sine difficili quæstione intelligitur. Et quod ait, Non iustificabitur, ad illam perfectionē iustitiæ retulit, quæ in hac uita non est. Hucusque August.

29. August. Respō. 17.

Quis sit genuinus sensus uerborū Salomonis, quæ pro se inducit Lutherus. Cap. xxiij.

Obiect. 3. OBijcit insuper nobis uerba sapientissimi Salomonis. Non est homo

Eccl. 7. c iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Et similia his uerbis

3. Reg. 8. referuntur dicta ab eodem Salomone, in libris Regum & Paralipo.

2. Para. 6. Si autem aliquod hominis opus peccatum nō esset, homo qui faceret illud

1. Ioan. 1. non peccaret, ait Lutherus. Et cōcinere his uidetur Ioan. Si dixerimus, ait,

A quod peccatum nō habemus ipsi nos seducimus. Si.n.aliqua opera nostra peccata non sunt, aliquando dicere possemus, nos non habere peccatum, videlicet statim post baptismum, uel absolutionem sacerdotalem. Quanta tamen inscitia est ab homine ad opus hominis argumētari? Ridicula sanè collectio. Omnes homines peccant, Ergo omnia hominum opera sunt peccata. Ipse Salomon satis indicauit, posse homines aliqua bona opera facere, & omnia peccata aliquādo uitare. Ne festines, inquit, recedere a facie Dei, neque permaneas in opere malo, quia omne, quod uoluerit facere, faciet. Qui custodit praeceptum, non experietur quicquam mali. Et alibi. Qui custodit legem, beatus est. Et iterum. Vade ergo, & comede in laetitia panem tuum, & bibe cum gaudio uinum tuum, quia Deo placent opera tua. Et rursus. Qui in uno peccauerit multa bona perdet. Vides ut apertè distinguit opera bona a malis, Deo placentia a displicentibus, & clarissime obseruabilia a nobis praecepta Dei tradit. Quid igitur sibi uult, cum ait, Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet? Ad naturam auxilio Dei destitutam, iuxta quosdam pios & doctissimos uiros hęc uerba referuntur. Et sensus est, neminem uitare peccata, nisi ope diuina adiutum, & suffultum. Praecedunt.n.statim haec. Sapientia confortabit sapientem super decem principes ciuitatis, & ea causa ponitur, ob quam sapientia sic confortet sapientem. Non est.n.hō iustus super terram, qui faciat bonū & nō peccet, uel sicut significantius uerti posse existimant, & non peccabit. Qm̄ uero in his uerbis Responsio Eccl. 8. Prou.29.c

B nulla mentio fit auxilij diuini, sed generaliter etiam de ipsis qui a Deo iuuantur, dicitur. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet, melius arbitror, & simplicius, si dicamus, his uerbis significatam esse nobis fragilitatem humanam, in hoc eod.cap.a patribus expressam, quod nemo quātumuis iustus in hac misera uita diu uiuat absque peccato, neque possit satis esse securus, sed semper metuere debeat in trāquillitate naufragium. E sic illa exponit Hier.in dial.contra Pelag.& ep.ad Ctesi. Et in eū sensum exposita haec uerba, optime respondent p̄cedentibus. Ideo nanque sapiētia confortat sapiētem super decē principes ciuitatis, quia sapiētissimi quique sępe peccant, & labuntur, & ne inde aīum despondeant, a Deo confortanť, ac plus quam cōfortari possent ab uniuersis principibus ciuitatis fortiores fiunt nonnunquam. Et huic etiam alludit expositioni Hiero.in haec uerba, quę sic habēt. Propterea sapientia cōfortat iustum, & omnium principum ciuitatis super eum excedit auxiliū, quia quamuis aliquis iustus sit, tamen dum in hac carne est constitutus, subiectus est uitijs atque peccatis, & maiore praesidio indiget. Haec ibi. Itaque non uniuersa opera, sed uniuersorum uita labe aliqua peccati conspersa hoc loco indicatur. Et in ipsis his uerbis inter facere bonū, & peccare distinguitur. Siquidem non est dictum, Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non eodem in opere peccet, sed tātum dixit, Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & nō peccet. Et hoc est quod idem Salomon alibi explicuit dicens. Septies.n.cadit iustus, & resurgit. Si cadit sę Hieron.

pissime iustus & resurgit, nemo quidem a peccato immunis, sed quoniam C
neque semper cadit iustus, neque semper resurgit, alius ipsius esse casus ostē-
ditur, & alia resurrectio, neque eodem opere cadit, & resurgit, peccat, & bo
num facit. Et utrouis horū modorum respondere possumus ad Ioan. Pen-
satis.n. omnibus & antecedentibus, & consequentibus profecto eo praeci-
pue uidetur ibidem spectasse, ut ostenderet, neminem esse, qui non subdi-
tus sit ut plurimum, uel fuerit saltem aliquando alicui culpae ac per hoc san-
guine Christi indigeat, quo ab omni expietur peccato. Aliud est autem mū
dari a Deo, aliud per se esse sine uitio.

Eneruatur argum. Luth. ex prauitate fomitis, & uerbis Christi de arbore mala. c. xxxiiij.

Obiect. 4 EX iugi etiam pugna carnis in spiritum, & ex uerbis Christi, Non po-
test arbor mala bonos fructus facere conuinci putat Lutherus omnia
opera nostra esse peccata. Nullus, inquit, iustus est in hac uita ad plenū
iustus, sed omnis iustus partim iustus est, partim peccator. Mēte enim seruit
Rom. 7. legi Dei, sicut Paulus de se ait, carne autem legi peccati, quae est in membris
Galat. 5. suis. Et caro in omnibus concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduer-
sus carnem. Neq; est in hac uita, qui ab hac pugna, & concertatione sit ex in
tegro liber, ut potest colligi ex eodē Paulo. Cum igitur ex testimonio Sal-
uatoris, arbor mala non possit bonos fructos facere, neque poterit quis-
Mat. 7. quam, ait, etiam iustus facere aliqua bona opera, quae ex toto libera sint a
culpa, sed opera quantuncunque bona, erunt etiam quadantenus mala, ea
Responsio scilicet ex parte, qua sunt a fomite. Verum hoc argumentum in multis pec- D
Lapsus. 6. cat. Primo, omnem concupiscentiam carnis aduersus spiritum, immo & ip
Lutheri. sum fomitem, seu appetitum sensitiuum ad malū procliuē proprie esse pec-
catum supponit. Vtrunque aūt satis confutauimus. c. 15. Secundo. Quanuis
oīs talis concupiscentia, immo & ipse fomes peccatum esset, cū non semper
eiusmodi concupiscentias patiamur, neq; semper fomes obluctetur spiritui,
1. neque a talibus concupiscentijs, aut ab earū corrupto principio procedant
2. oīa opera, quae facimus, sed interim dū eas patimur, multa bona possimus
mente, lingua, manibus, & alijs organis corporeis operari, absq; ulla profe
cto apparētia inde colligit, oīa opera nostra esse pctā. Nequeūt siquidē a cō
cupiscētia, uel a fomite uitiari, q̄ nec ab eis ꝓcedūt, nec ordinē ad illū habēt.
3. Tertio. Cū Christus iustos ac ueraces ꝓphetas bonis arboribus hoc loco
cōparauerit, iniquū est, & ad eos transferre, q̄ de malis arboribus dicuntur.
4. Quarto falsum & illud est, a malo principio nō posse bonū aliqd ꝓdire. Po
Li. 6. c. 39 test.n. pctōr, ut iā ostēdimus, aliqua bona opari. Et ab eo principio, qd non
Expō du- omnino, sed aliqua dūtaxat ex parte malū est, pōt aliquod bonū proficisci.
plex illorū Neq; Christi uerba, Non potest arbor mala, bonos fructus facere, sic sunt
uerborum accipienda, quasi nequeat ulla mala arbor, uel minimum facere fructum bo
Nō pōt ar num. Arborum q̄ ex sua specie malae sunt hoc proprium est, ut similes sibi
arbor ma- fructus semper efficiant, hoc est, malos, acidos, acerbos, amaros, & imper-
la. &c. fectos. Et de his locutus uidetur Christus, quia statim praedixerat. Nunquid

A colligunt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus? In arboribus uero ex ſua ſpecie bonis, ſed aliquo caſu, aut accidente nonnihil uitiatis, ſatis eſt, ſi ut plurimum, & maxima ex parte fructus eius ſint mali. Nam & a ſic uitiatis arboribus nonnunquam prodire uidemus aliquem bonum fructum. Quare cũ homines etiam exiſtentes in peccato bonæ ſint arbores, & ad utrunlibet liberæ, quanuis interueniente culpa deprauentur, & uitientur, non neceſſe eſt, ut conſtet Chriſti metaphora, omnia opera eorum eſſe uitioſa, & peccata, ſed ſatis erit ſi maxima ex parte, uel præcipua ſaltem, opera eorum ſint mala. Nanque comparatio Chriſti applicanda eſt noſtræ uoluntati, quatenus illi poteſt competere, eſſe ex accidenti aliquo arbor mala. Atque ut generaliora ſint, & in uniuerſum uera uerba Chriſti qui falſos prophetas arboribus comparauit ex ſpecie ſua malis, poſſumus illibere dicere, ſolum haberi poſſe ex hac metaphora, quod & nos libenter dabimus, ea opera & in iuſtis, & in peccatoribus mala eſſe, quæ ab eis prodeunt, quatenus uel ſimpliciter, uel ſecundum quid ſunt mali. Itaque cum nullus adeo grauibus ſit obrutus peccatis, ut ſit in hac uita in totum deprauatus, & iuſti maxima ex parte bonæ arbores ſint, ea parte, qua rationis ſcintilla, quæ ſemper deprecatur ad optima, in utriſque adhuc uiuit, & nonnullas uirtutes, ſiue acquiſitas, ſiue infuſas habent, poterunt utriq; boni aliquid perficere, quod ex omni parte conſentaneum ſit rationi, & alienum ab omni malicia. Et iuſtos ſaltem talia nonnunquam facere, ſatis & in hac

B parabola oſtendit Chriſtus. Quippe inter ueraces, & falſos prophetas, & inter fructus bonos ueracium, & fructus malos falſorum diſcernit. Quod ſi ex hoc quod Chriſtus dicit, non poteſt arbor bona malos fructus facere, non putat Lutherus conuinci, iuſtos non operari aliqua mala, tametſi illi ſint aliqua ex parte boni, & certe plus boni, quam mali, cur ex iſtis uerbis, Non poteſt arbor mala bonos fructus facere, nobis uult obtrudere nõ poſſe iuſtos aliqua bona operari, quæ non ſint etiam & mala? Chriſtus profecto utrunque perinde aſſeruit. Atq; ideo & utrunque neceſſe eſt ſimilem, immo eandem intelligentiam patiatur. Et ſana intelligentia utriuſque eſt, præcipua opera bonarum arborum bona eſſe, & malarum mala, uel certe ea eſſe bona, quæ a bonis arboribus, quatenus tales ſunt, prodeunt, & ea omnia mala, quæ a malis quatenus malæ ſunt proficiſcuntur. Et hanc expoſitionem Hieronymus innuit in expoſitione huius loci his uerbis. Tandiu ergo bona arbor fructus non facit malos, quandiu in bonitatis ſtudio perſeuerat, & mala arbor tandiu manet in fructibus peccatorum, quandiu ad pœnitentiam non conuertitur. Sed expreſsius multo pro nobis faciũt, & omnem tollunt difficultatem, quæ in illa uerba Apoſtoli, Fructus autem ſpiritus caritas, ſcribit. Illud quoque, ait, quod a ſaluatore dicitur, Non poteſt arbor bona fructus afferre malos, neque arbor mala fructus afferre bonos, non tam de hominibus, quam de fructibus carnis, & ſpiritus arbitror pronunciatum, quia neque ſpiritus poteſt unquam illa uitia, quę in carnis

operibus numerata sunt, facere, neque caro his fructibus, qui oriuntur ex spiritu, redundare. Potest autem fieri per negligentiam possidentis, ut spiritus, qui uersatur in homine, fructus non habeat suos, & econtrario caro operibus suis mortificatis, peccare desistat. Non tamen illo usque procedunt, ut et neglecta arbor spiritus opera carnis afferat, & arbor carnis exculta fructus germinet spirituales. Haec Hieronymus. Et huic sensui bene concinunt uerba illa Christi. Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Peccat & quinto argumentum Lutheri. Perinde quippe contra illum militat, ac contra nos, immo magis profecto contra ipsum. Si nanque simul quis est, ut ait, bonus, & malus, & ea ratione qua malus est, aliqua facit mala opera, quae nullam habent bonitatis moralis partem, poterit igitur & ea ratione, qua bonus est aliqua bona opera efficere, quae nihil habeant maliciae. Non enim minus potens est uirtus quam uitium, neque gratia quam peccatum, neque Deus minus est misericors, & fidelis adiutor, quam daemon promptus, & ualidus seductor. Sexto. Neque hoc dandum est, aliquos homines simul esse bonos, et malos. Aut enim peccatores sunt, & in mortali uel in originali existunt, & non boni sunt simpliciter, & absolute, sed mali simpliciter, et in speciem, uel secundum aliquam uirtutem boni. Aut iusti sunt, & in gratia Dei, & non mali simpliciter, neque peccatores simpliciter, sed boni sunt simpliciter, licet ex parte, & quadantenus possint dici peccatores, cum in aliquas leues culpas incidunt. Et haec ex testimoniis illis possunt constare, quae superius citauimus, ut doceremus propter uenialia peccata non amittere iustos nomen iustitiae. Et nouum nimirum commentum est hoc Lutheri in iniuriam sanctorum, ut & alia eius dogmata ab eo confictum. Nam aliqua ex parte esse aliquos iustos, & aliqua ex parte peccatores apud Hieronymum legi, & per aliquid esse aurum, per aliquid uero lutum apud Gregorium, & simili temperamento scio, sanctos semper esse usos, sed ante eum, ne inter philosophos quidem, quenquam noui, qui eundem simul hominem bonum & malum absolute esse, aut esse posse diceret. Et ud hoc argum. quam sit hoc absonum, repugnans sibi & possumus docere. Cum enim Deus odio habeat omnes peccatores, & diligat omnes iustos, ut ex Scripturis constat, si simul quis esset bonus & malus, iustus & peccator, simul ergo quis esset in odio & in gratia Dei. Cum Deus bonus natura, & fons, atque origo uirtutis sit, ait Cyrillus, uirtutis amatores. amplectitur, & impuros, atque sordidos depellit. Simul etiam erunt homines templa dei, & habitacula daemonum. Siquidem iusti templa sunt Dei, & peccatores habitacula daemonum, ut lib. 4. tradidimus, & Cyr. bene probat ex uerbis Christi. Vulpes foueas habent. &c. Quin & ex hoc commento manifeste sequitur, inhabitari homines a Deo & non inhabitari. Nam si iusti sunt, inhabitantur a Deo. Si uero peccatores sunt, non inhabitabuntur ab ipso. Si enim, ut pulchre dicit idem Cyril. nos quoque ipsi ab omni sorde mundam habitare domum studemus, quomodo deus, qui san

Lapsus quintus Luth.

6\. *Nullus simul est bonus & malus.*

Contradict. Lutheri.

Cyr. 10. in Ioan. 4. c

Matth. 8

C

D

A ctissimus est, sordibus deuolutam animam non abijciet, quomodo peccatis inuolutam non aspernabitur? Et uide quantum aberat hic magnus patriarcha ab insanijs Lutheri. Quia contraria in uno eodemque subiecto simul conspici non possunt, & uirtus & uitium inter se maxime distant, infert statim, neminem posse simul utrunque habere, sicut neque eodem temporis momento lux & tenebræ in eodem subiecto possunt esse. Et Christus quidem, ne in hanc tantam absurditatem quis incideret, iustis peccatores opposuit dicens. Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Et alibi iustos iniustis, & malis bonos ex aduerso statuit asserens de patre suo. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et Paulo aduersatur Lutherus, cum iustos propter fomitem uult dici, & esse simpliciter peccatores. Nam & ille dicit, iustos per baptismum mortuos esse, & cō sepultos peccato, & iustificatos, & liberatos ab eo, cuius ante erant serui, & ueterem hominem nostrum simul crucifixum esse cum Christo, ut destruatur corpus peccati, & ultra non seruiamus peccato. Et propterea neque poterit iam fomes infamia illa elogia peccatorum, & seruorum peccati, iustis accersere. Sed & quæ subdit ibi Paulus a nobis stant. Gratias, ait, ago Deo, quod fuistis serui peccati, obædistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. Liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiæ, humanum dico propter infirmitatem carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immundiciæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim ser

Matt. 9.b
5.g
Rom. 6

B ui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Hæc Paulus. Ex quibus liquidum est ita docuisse Paulum repugnare, aliquem esse peccatorem & iustum, & repugnat, esse simul uiuentem & mortuum, esse liberum & seruum, & diuersissima esse inter se, neque stare simul, seruire iniquitati & iustitiæ. Neque obstant ista uerba Christi. Si ergo uos cum sitis mali &c. Sub persona quippe Apostolorum, ait in expositione Hieronymus, omne hominum damnatur genus, cuius ad comparationem diuinæ clæmentię ab infantia cor ad malum positum est. Neque mirum, si homines huius seculi dicit malos, cum & Paulus Apostolus memoret. Redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. Et malos potuit Christus Apostolos dicere, quia in illis loquebatur omnibus, & ea appellatione nominari potest quæcunque multitudo, quæ maximæ ipsius parti conuenit. Possumus etiam ex superfluo cum Augustino adijcere, malos Christum suos Apostolos dixisse, quia etiam ipsi filij Dei comparati sibi ipsis, quales in illa perfectione æterna futuri sunt, ita boni sunt, ut adhuc & mali sint. Nam alioqui, addit, hoc de illis dicere non auderem. Quis enim audeat dicere malos esse, quorum pater est Deus, nisi ipse dominus diceret. Si ergo uos, cum sitis mali. &c. Et quanquam diuus Hieronymum in dialogis contra Pelagianos nonnunquam ita loquitur, ut in speciem uideri posset fauisse huic commento Lutheri, tamen aduertat pius lector, sic sua in. 2. libro temperasse uerba, ut diceret, nullum ad perfectum

Expo. duplex uerborū Christi si ergo uos cū sitis mali. Hiero.
Aug. De perfec. iustitiæ Respo. 71

hic esse iustum, sed omnes esse aliqua ex parte peccatores. Et rursus. Absq; C
uitio quod Graece κακία dicitur hominem posse esse aio, ἀναμάρτητον, idest,
sine peccato esse nego. Et ibidem, non inquit absolute omnia sanctorum lumina maculata esse, sed tantum ait, nullas tenebras in Dei lumine reperiri, sed omnia sanctorum lumina aliqua sorde maculari. Et rursus, non ideo peccatores esse iustos, aut iustitiæ nomen amittere, quia aliqua parua peccata peccauerint, sed ex eo iustos permanere, quod multis uirtutibus floreant.

Ex præcepto diligendi Deum, non colligi, omnia opera nostra esse peccata. Cap. XXXV.

Obiect.5 QVin & ipsum præceptum diligendi Deum ex toto corde pro se allegat nobis Lutherus. Cum enim teneamur Deum ex toto corde & ex omnibus uiribus nostris diligere, & hoc nullus sanctorum in hac uita impleat, uel hoc nomine inquit, omnia opera nostra erunt peccata, quod omisio sunt illius præcepti. Sed primum omnium quod assumitur, nempe nullum sanctorum hoc præceptum implere, falsum esse satis paulo ante monstrauimus. Deinde hoc argumentum uidetur inniti per uersæ huius præcepti intelligentiæ, qua existimatur omni tempore, & pro quolibet tempore hoc præceptum obligare omnes ad Dei dilectionem. Quod & fundamento caret, & uel hinc potest cõstare esse falsum, quia Dei mandata non repugnãt sibi inuicem. Repugnarent autem, si pro quolibet tempore ad hoc essemus adstricti. Necesse siquidem est propter ipsum Deũ D
auocare ab eo aliquando animum, ut seruemus alia ipsius mandata. Et ubi hæc duo uera essent, quæ quidem sunt falsissima, sequeretur quidem, omnes esse in perpetua huius præcepti omisione, atque ideo multos esse bonos, non posset autem quis inde apparenter inferre, omne opus nostrum, quantumcunque bonum, esse malum, & omisionem eius præcepti. Multa quippe bona opera facimus, quæ non impediunt, sed adiuuant potius, & fouent, atque augent obseruantiam eius præcepti, ut quæ propter Deũ, & ipsius gloriam fiunt, & in eius cultum & laudem cedunt, quæque ex ipsa dilectione consequuntur. Itaque quanuis uerum esset, neminem implere hoc præceptum, & omnes esse in continua transgresione ipsius, qua inde consequentia sequatur, omnia opera nostra esse peccata? Nisi forte quis ita desipiat, ut dicat ideo ab ea omisione omnia nostra opera uitiari, quia aliquam partem cordis nostri quælibet talia sibi uendicant, & uel ea ratione impediunt, ne feramur in Deum toto corde. Verum opera consequentia ex dilectione Dei, & propter ipsum facta non usquequaque certum est q; requirant nouum conatum, & utcunque de hoc sit, non tam uidentur impedire, quàm iuuare, ut Deum diligamus ex toto corde. Quomodo enim impediant Dei dilectionem, quæ ex ea sequuntur & ab ea præcipiuntur, &
Rof. ar. 31 cõt. Luth. ad eam tuendam commodisima, & persæpe necessaria sunt. Neq; mihi profecto placet, qđ Roffensis alioqui doctisimus & pientisimus concedit

Luthero

(Margin notes: Resp.1 beside "cata, quod omisio..."; Resp.2 beside "tis paulo ante..."; Resp.3 beside "auocare ab eo...")

A Luthero uenialem culpam admisisse Paulum, cum animum adeo remisit, ut Timotheo scriberet. Penulam, siue lacernã, quam reliqui Troade apud Carpum, ueniens affer tecum & libros, maxime autem membranas. Vt enim alia taceams, quæ in excusationem tanti Apostoli possemus pie & ue risimiliter dicere, certe eiusmodi cura, ubi ad corporis uitam, & sanitatem tuendam commoda esset, ne in nobis quidem accusari potest, neque est aliquid unde queat ostendi esse prohibita. Neq; diuus Hieronymus Pelagio dicenti, hominem posse esse sine peccato, hãc Paulini animi a cœlestium cogitatu remisionem in hoc obijcit, ut in his uel tantisper innuat se sensisse eũ peccasse, sicut in imprecationibus quibusdam, quas ibi uidetur ut humanos lapsus tacite accusare. Adducit tamen hæc, ut ostendat fragilitatem humanam ad perpetuo durandum in cõtemplatione cœlestium mysteriorum, & homines in hac uita uolentes nolentes a cogitatione sæpe euelli uirtutum. Voluit nanq; his Pauli uerbis infirmare fundamentum, quo Pelagiani poterunt uti, ut ostenderent posse hominem uiuere absque peccato quia potest semper Deo, aut certe cogitatibus de uirtute excolenda intentus esse. Eoque consilio supra multa & facta, & uerba ipsius Christi obiecerat testantia ipsius carnis imbecillitatem, ut os obstrueret Pelagij immodice, & in gratiæ iniuriam, iactantis potentiam libertatis humanæ. Vnde & statim in hunc scopum respiciens subnectit. Da mihi hominem, qui non esuriat, non sitiat, neque algeat, non doleat, non febricitet, non torminibus & urinæ difficultatibus torqueatur, & ego tibi concedam posse hominem nihil nisi de uirtutibus cogitare. Neq; propter hæc oportet confugere ad id, quod quidam putãt Bern. sensisse, ut hoc præceptum dicatur non esse de affectu, sed de actu caritatis. Iam hoc. cap. 16. impugnauimus. Et ipse Bern. in lib. de diligendo Deo, ubi erat proprius locus hæc explicandi, diserte docet affectum præcipue esse nobis hic indictum. Esto tamen uerum esset, omnem animi remisionem a Dei contemplatione & amore, & omnem aliarum rerum curam, seu solicitudinem, peccatum esse, & transgresionem prę cepti diligendi Deum ex toto corde, adhuc tamen non sequeretur ipsam dilectionem Dei esse malam. Nam ea neque omisio est eius præcepti, neque causa omisionis, sed impletio ipsius potius. Quod si eam quis & malam nitatur ostendere, quia imperfecta est, & non ex toto corde, iam hoc supra inualidauimus, cum ostendimus non ad quantam maximam possumus, dilectionem hoc nos pręcepto alligatos. Saltenque hoc habebimus, eas Dei dilectiones malas non esse, quę fuerint ardentisimę, & feruentisime, & ex toto nostro conatu. Quales multas fuisse in Dei para uirgine, & in Ioanne Baptista, & in prophetis, & Apostolis constantisimum est. Et si tandem uel hoc nomine & hę quoque dilectiones reprobę habentur, q; quantęlibet sint, semper imperfectę sunt in hac uita, facile, & hanc quoque oppositionem diluere possumus. Esto enim non ita perfectę sint, ac erunt in patria, ac proinde & in eius comparatione dici queant imperfectę, ea tamen

2. Ti. 4. c
Hiere. 3. in Pelag.
B
Bern.
Respon. 4
caritas suo ĩ genere p fecta est ẽt in hac uita

imperfectio culpa non est, neque uitio nobis dari potest, quādo nostrę po- C
testati non subest, & alia sunt uiatorum, alia beatorum pręcepta. Nā Deus
suauiter omnia disponit, neque ita rigidus exactor est, sed nostrę se infirmi-
tati benignissime attemperat. Quare satis est pro quocunq; opere nostro,
ut peccatum non sit, si suopte in genere, & quantum nostra imbecillitas pa
titur, bonus & perfectus sit. Et ut nemo de hoc ambigeret, spirante spiritu
1. Ioā. 2 sancto dixit Ioānes. Qui autem seruat uerbum eius, uere in hoc caritas Dei
perfecta est. Et rursus, si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & caritas
eius in nobis perfecta est. Et nisi posset in nobis perfecta esse caritas, nō hor
tatus fuisset Christus ad ipsius perfectionem dicens. Estote perfecti, sicut &
pater uester cœlestis perfectus est. Quanquam autem Paulus dum se ad per
Philip. 3 fectionem patrię conferebat, constanter aiebat. Non quod iam acceperim,
aut quod iam perfectus sim, sequor autem, si quo modo comprehendam,
tamen nequis inde occasionem errandi arriperet, & assereret nulla ratione
posse uiatores dici perfectos, mox subiecit. Quicunque perfecti sumus, hoc
1. Cor. 2. b sentiamus. Et alias sapientiam loquimur inter perfectos. Et iterum. Perfe-
Resp. 5 ctorum est solidus cibus. Atque, ut undiq; argumentum hoc infirmemus,
& aduersariorum errorem conspicuum cunctis faciamus, adijciam hoc
unum. Si eo tandem peruicacia hæretica proruat, ut dicat nos ad perfectio
nem solis beatis possibilem hoc præcepto coarctari, neq; sic habebit pec-
cata esse dilectiones Dei perfectas, quas habuerunt sancti in hac uita, sed dū
taxat eos fuisse semper in peccato. Nam per eiusmodi dilectiones non trans
grediebantur profecto hoc præceptum, sed uerius ad ipsius obseruantiam D
pro sua quisq; uirili nitebatur. Et possumus hæc declarare tali exemplo. Si
præceptum esset Petro, ut in montem aliquem ita celeriter conscenderet, ut
in una hora ad ipsius cacumen pertingeret, & ille quantum uelocissime pos
set conscendens, non eo ante unam horam & quartam partem alterius per-
ueniret, accusari posset de omissione illius pręcepti, si ad impossibile potest
quis obligari, sed ille ascensus celerrimus, quo ipse enixus est totis suis uiri-
bus præceptum implere, neque accusari posset, neq; malus aliqua ex parte
cēseri. Quare & omnibus erroribus, quos Lutherus supponit in hoc argu
mento, concessis, adhuc nō euincit, quod cupit uidelicet, omnia opera hic
peregrinantium esse peccata.

De uerbis Esaiæ, Quasi pannus menstruatæ, omnes iustitiæ nostræ. Cap. XXXVI.

Obiect. 6
Esa. 64 VAlidissime, & ut ingenue fateamur, satis apparenter nobis obiectat
Lutherus uerba illa Esaiæ, Facti sumus ut immundi omnes nos, &
quasi pannus menstruatæ, uniuersæ iustitiæ nostræ. Et utran-
que uniuersalitatem aduersum nos exaggerat. Nam & se alijs coniunxit
propheta, & ad iustos, & peccatores, et ad cuncta cunctorum opera sermo
nem suum direxit. Et ne ipsa quidem opera, quæ adeo bona & pfecta sunt,
ut & ipsa iustitiæ appellari queant ab hac generalitate excepit. Et hoc testi-

A monio triumphare sibi de nobis uidetur. Et Esaiæ aduersari putat, qui non intrepidus fatetur, & omnes homines in hac uita immundos esse, & omnia omnium opera immunda, & aliqua peccati labe sordidata. Quo tamen *Resp.* Lutheri immodicam & insolentem petulantiam fortius retundam, & quãtum ille a uero prophetæ sensu aberrauerit, apertius faciam, libet expositionem horum uerborum aliquanto accuratius tractare. Ac legem commentariorum secutus, qua se sæpe tuetur Hieronymus, subijciam lectori, et multas, & uarias doctorum catholicorum expositiones. Et cum eas quadrantissimas, & conuenientissimas docuerimus, agnoscet, uelit, nolit hæreticus, multas nobis patere uias elabendi retia, quibus nos implicitos & circunscriptos putat. Ac primo quidem dicere possumus, hæc Esaiam dixisse, non *Expo. 1* quidem, quod omnes hic uiuẽtes immundi simus, & omnia opera nostra peccata, sed quod ad supremam illam, & purissimam Dei iustitiam, & bonitatem collati etiam ipsi uiri sanctissimi, immũdi sunt, & perfectissima eorum opera, quasi pannus prorsus menstruatæ. Quemadmodum enim minus album ad albissimam niuem collatum, nigrum uidetur, & diuitiæ huius mundi ad diuitias cœlestes collatæ, stercora sunt uerius quàm diuitiæ, ita ad iustitiam Dei, cum quo hæc loquebatur propheta, iustitiæ nostræ comparatæ, pollutæ sunt, & immundæ. Atque in his omnes docebamur, quam sumus indigni, quantuncunque iusti, ut a Deo audiamur. Et hanc expositionem sequitur Iodocus Cliptoueus in suo Antiluthero. Secundo possunt explica- *Expo. 2* B ri hęc uerba de iustitijs legis ueteris. Et ita diuus Hieronymus in commentarijs huius loci exponit. Vere nanque quasi pannus menstruatę sunt iustitię ueteris legis, siue quia ad puritatem Euangelicam comparatę, immunditia quędam sunt, siue quia pro tempore isto coruscantis legis gratię, immundę & abominabiles sunt coram Deo. Tertio in persona peccantium, quorum *Expo. 3* cum maxima erat multitudo, uideri queunt dicta fuisse hęc uerba. Frequens enim hoc est in prophetis, ut nomine peccatorum plęraque loquantur. Unde & Hieremias ait. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos igno *Hiere. 3* minia nostra, quoniam domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra usque ad diem hanc, & non audiuimus uocem domini Dei nostri. Cum enim ipse ab utero matris sanctificatus fuerit, ac propterea merito communiter credatur tota sua uita peccato caruisse mortali, non uidetur hęc nomine suo dixisse, sed nomine peccatorum, quibus loquebatur, & quorum peccata sua existimabat, & ut propria lugebat. Et uerba, quę modo tractamus, sic esse exponenda docent, quę statim sequuntur. Et cecidimus quasi folium uniuersi, & iniquitates nostrę, quasi uẽtus abstulerunt nos. Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Et hãc expositionem amplectitur etiam Hieronymus. Et sicut quia paucissimi sunt boni, Dauid dicit, omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt, *Psal. 13* & Micheas, Perijt sanctus de terra, & uir rectus in hominibus non est, & *Mich. 7* Hieremias, A minimo usque ad maximum omnes auaritiam sequuntur, *Hiere. 8. d*

ita quia pauci sunt, qui bona bene faciant, uniuersas iustitias dixit propheta quasi pannum esse menstruatę. Quarto possunt intelligi hęc dicta, non quod omnes iustitiæ nostræ sint peccata, sed quod omnibus ipsis aliquę imperfectiones sunt admixtæ, uel aliqua uenialia peccata, aut eodem tempore, aut certe paulo post, aut ante. Nanque hoc satis est ut merito iustitiæ nostræ pannus dici possint menstruatæ, in quo siquid forte repertum contigerit purum & mundum, tamen adiunctione circunstantium sordium, totum aliquo modo defœdatum, & deturpatum uidetur. Atque hanc expositionem sequitur etiam Cliptoueus, ubi supra. Alludunt etiam eo uerba Hieronymi in Pelagianos. Ideo enim fuisse immundos dicit non paucos, sed omnes & quasi pannum menstruatæ reputatata esse in lege omnia opera nostra, quia nullum Deus reperit, qui iudicaret iuste, & suam in omnibus faceret uoluntatem. Et manifestum est, pannum menstruatæ non sic in totum semper fœdari, ut omnes ipsius partes sint impuræ, & sordidatæ. Quinto hæc uerba in eum sensum queunt accipi, ut propheta non intellexerit nomine iustitiæ opera nostra iusta, neque hæc pannum mēstruatę dixerit, sed iustitiā appellauerit, sicut & sæpe fit in scripturis, sanctitatem, & iustificationem, quam operibus nostris acquirimus, & hanc dixerit esse uelut pannum menstruatę, quod nullius iusti uita sic splendeat, ut nō eadem multis uenialium peccatorum maculis respergatur. Omnia quippe sanctorum lumina aliqua sorde maculantur, & nemo est hic ad plenum purus, & perfectus, sicut paulo ante ex Hieronymo citauimus. Sexto. Cum frequenter prophetæ nomine Ecclesiæ loquantur, quod & factitari sæpe uidemus a prædicatoribus, qui eorum nunc personam referunt in Ecclesia, non absurde hic locus poterit sic intelligi, ut uniuersæ iustitiæ Ecclesiæ militantis, uelut pannus dicantur menstruatæ. Quia iustis, & mundis, peccatores, & immundi sunt commixti. Quo fit ut Ecclesia suis nullatenus fidere possit iustitijs, sed potius cum propheta dicere, uniuersas illas uelut pannum esse menstruatæ, quousque de sæculo isto translata, immaculata appareat, & absque ulla ruga conspectui Dei præsentetur. Et consonat hæc expositio uerbis omnibus sequentibus, & proposito toti Esaiæ. Septimo ad perfidos Iudæos referri possunt hæc uerba pro isto tempore, quo illorum iustitiæ a superueniente sanguine & reatu suorum peccatorum, & potissimum mortis Christi pollutę sunt, & turpiter inquinatæ. Nam cum sæpe eorum malum pro isto tempore, & lugeant, & prædicant prophetę, haud incommode huc & ista quoque uerba referrentur. Et nonnulla ex sequentibus huc uocant lectorem, qualia sunt, uel maxime illa, quę in fine cap. legimus, ciuitas sancti tui facta est deserta, Syon deserta facta est, & Hierusalem desolata, domus sanctificationis nostrę, & glorię nostrę, ubi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionē ignis, & omnia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinam. Quibus nimirum uerbis satis uidetur docere propheta hęc uerba, de quibus agimus ad temporariam quandam calamitatem populi Israelitici referenda esse, & non ad omne

Marginalia: C (beside line 1); Expo. 4 (beside line 2); Expo. 5 (beside line 13); Expo. 6 (beside line 21); D (beside line 22); Expo. 7 (beside line 30)

A ad omne tempus. Sequunturque istam expositionem tum Nicolaus super hunc locum, tum Roffensis ubi supra. Sed Nicolaus alia ratione iustitias Iudæorum putat dictas esse pannum menstruatæ, quam hactenus exposuerimus, neq; mihi eius ratio displicet. Ait siquidem iustitias Iudæorum huius temporis ideo a propheta appellatas esse pannum menstruatæ, quia cum nequeant extra Hierusalem sacrificia facere, quibus suas aspergere solebant immunditias, necesse est, ut toto nunc orbe dispersi & a terra illa sancta extorres, immundi, & quasi pannus maneant menstruatæ. Octauo & literalius possunt, ac debent exponi nostro iudicio ista uerba de iustitijs populi Iudaici pro tempore, quo ad illum ea loquebatur Esaias. Non in eum sensum tamen ut iustitiæ idest opera iusta, quę tum operabantur, immunda essent, ac uelut pannus menstruatæ, sed sic, ut uniuersa, quæ ante bene fuerant & sancte operati, delictis, quæ tunc innūdabant in populo, inquinata essent & sordidata, ac uelut pannus effecta menstruatæ. Et hunc sensum expostulant p̄cedentia uerba. Ecce tu iratus es & peccauimus, & in ipsis fuimus semper. Et multo magis quę sequuntur. Et cecidimus quasi folium uniuersi, & iniquitates nostrę quasi uentus abstulerunt nos. Nō est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Abscōdisti faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Ex quibus luculenter patet iustitias, quas ꝓpheta dicit quasi pannum factas esse menstruatæ, nō fuisse illa opera, quę tū Iudęi operabātur, cum hęc ad eos ille dicebat, sed ea potius, quę olim pie & B sancte fecerant, cū Deus ipsis propicius erat. Siquidem & hoc propheta tū dolebat, ꝙ nullę pene erant iustitię in populo, neq; fere erat, qui inuocaret nomen dn̄i, & consurgeret, & teneret ipsum. Et ut intelligas, longe abfuisse prophetam a sensu Lutheri, aperte hic docet fuisse tempus, quo Iudęi perstabant constantes & firmi contra peccata, et quo Deus non erat eis iratus, neque abscondebat faciem suam ab eis, neq; labi eos permittebat, & allidi in iniquitatibus suis usq; adeo, ut non esset qui inuocaret nomen eius. Quod tempus fuit nimirum illud, de quo per Ezechielem ad Iudęorum Synagogam loquitur. Perfecta eras in decore meo. Quare & eoquoq; tēpore affirmare, nihil fuisse in Iudæis liberum a sordibus, & immūdicia, nihil ēst aliud, quam Dei testimonio aduersari, & illius in nos beneficijs ingratos esse. Et Lutherus sibi ipsi dissentit, cum huic tempori applicat hæc uerba. Ipse nanque fatetur, hoc tempore peccatores horrore peccatorum suorum nomen Christi inuocantes, & ad ipsius misericordiam confugientes, fide iustificari. Ac proinde apertum est, neque secundum ipsum illa conuenire huic tempori. Non est, qui inuocet nomen tuum. Et manifesta profecto nō solum impietas, sed & repugnantia est, illam fidem peccatum dicere, qua ipse fatetur uniuersa impleri pręcepta, ac proinde & impium iustificari. Quia si per illam implentur omnia pręcepta, nulli igitur ipsa pręcepto aduersabitur, & ex consequenti, nec erit peccatum. Etenim ut Ambro. Augustinus, Cyrillus, & Bernardus, & omnes doctores, quos legi, constanter tradunt, om

Expo. 8
Eze. 16.b
Cōtradict. Lutheri.
Cōtradict. Luthe.
Cyr. 10. in Ioan 4. c.
Ber. d̄ pręcep. et dis.

ne peccatum inobędientia eſt,& a contemptu mandatorum originem tra‑ C hit. Sed uide dementiam,& inſaniam Lutheri. Quod propheta manifeſtiſsi me dixit pro tempore,quo exigua,uel nulla erat iuſtitia in Dei populo,ip ſe etiam pro eo tempore,quo plurima fuit in eo iuſtitia,putat ipſi conueniſ ſe,& Eccleſiæ noſtræ pro quocunq; tempore huius uiæ contendit uerisſi‑me poſſe aptari. Quod ſi uerum eſſet,menſtrua,& ſordes, & immundicias commodius eas,dixiſſet propheta,quam quaſi pannum menſtruatę.

Ex Cypriano & Auguſtino nihil habet contra ueritatem fidei Lutherus. Cap. XXXVII.

Obie.7 NOn contentus Lutherus ſcripturas,qui mos fuit ſemper hæreticorum,deprauare,contendit, & ſanctorum teſtimonia inuertere, qui nobis eas expoſuere. Cunque alias non ſemel floccifaciat,& pro nihilo habeat ipſorum autoritatem,nunc cum maxime ſanctitati illorum derogat,eorum affectat uideri ſtudioſus obſeruator,& lector. Et pulcherrima quędam uerba,quibus Cyprianus elegātiſsime noſtram expreſsit miſeriā, *Cyp.ſer.7* in teſtimonium ſui erroris in primis uſurpat. Sūt autem hæc uerba Cypriani. Obſeſſa mens hominis,& undiq; Zabuli infeſtatione uallata uix occurrit ſingulis,uix reſiſtit. Si auaritia proſtrata eſt,exurgit libido. Si libido cōpreſſa eſt,ſuccedit ambitio. Si ambitio contempta eſt, ira exaſperat, ſuperbia inflat,uinolentia inuitat,inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus *Reſpon.* abſcindit. Verum hæc uerba pro nobis profecto faciunt. Nam in eis aperte Cyprianus fatetur,nos occurrere,& reſiſtere aliquibus tentationibus,& nōnulla uitia deuincere,& uictoriam eorum,laudi certe,et non uitio ducit. D Poſſent quidem eo adhiberi hęc uerba,ut probarent nos nunquam carere peccato,neq; ſic aliquam noxiam animi affectionem ſuperare,ut non & ab alia uincamur. Sed ne hoc quidem ſatis hinc euincitur. Qui enim ait,uix occurrere nos ſingulis,oſtendit difficulter quidem,ſed aliquando tamē occurrere. Et non dixit Cyprianus,uno a nobis uitio deuicto,mox ab alio nos uiciſsim ſuperari,ſed tantum ait uno uitio proſtrato,& compreſſo aliud exurgerē,& una triumphata pugna,in aliud mox certamen prouocari,et alia *Obie.8* pene ſemper nobis ineunda eſſe de integro prælia,& conflictus. Auguſtinū *Aug.9.cō ſe.ca.13* inſuper inducit pro ſe Lutherus dicentem Deo. Vę hominum uitæ quantūcunq; laudabili,ſi remota miſericordia diſcutias eam. Ex quibus uerbis colligit Lutherus non ſolum opera noſtra quantuncunq; bona mala eſſe, ſed & æternas pœnas mereri,ſi remota miſericordia iudicentur. Nam uæ hoc in ſcriptura ſignificare ſolet. Per miſericordiam uero diuinam fieri putat, ut quæ de ſe digna eſſent cruciatibus æternis, non imputentur nobis, niſi ad *Reſpon.* pœnas temporarias. longe uero fuit Auguſtinus ab eo ſenſu,in quem eum interpretatur Lutherus. In eo loco,unde hoc teſtimonium depromitur,aſſerit multa bona opa ab ipſius matre effecta, de qbus domino gratias agit, & ea manifeſte diſtinguit ab alijs malis operibus,quę non dubitabat,eam p̄ fragilitatem admiſiſſe,quorūq; remiſsionē a Deo poſtulat. Et quia remiſsio

A quoruncunq; peccatorum misericordia indiget,& nisi illa remittantur, uæ erit quibuscunq; hominibus,qui cum eorũ reatu inuenti fuerint in diuino iudicio,subiecit ipse uerba illa. Væ enim hominũ uitæ &c. Et non dixit,ut bene ante nos adnotarunt uiri doctissimi. Vę hominum quibuscunq; ope ribus quantuncunq; laudabilibus,sed uę hominum uitę,quantuncunq; lau dabili.Non enim omnia opera nostra indigere misericordia putauit,ut nõ imputarentur in pęnam,sed duntaxat omnium uitam.Et hoc nõ ob aliud, nisi quia nullius uita tam pura est,& sancta,ut non aliquibus interdum inquinetur sordibus peccatorum,quibus abluẽdis necessaria sit misericordia diuina.Et uę illud,quo usus est Augustinus,& cui Lutherus maxime est ni xus,licet sæpius in scriptura de æterno luctu,quam de presenti soleat intelli gi,ut bene notauit Gregorius in illa Ezechielis uerba,quibus asserit in libro sibi ostenso scriptas fuisse lamentationes,carmen,& uæ,tamen manifestum est,non semper pęnam gehennę æternam sonare,neq; apud Latinos Ecclesiasticos scriptores,neque in ipsis scripturis sanctis. Quandoquidem cum Christus dixit, Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus, non sanè pęnam illis æternam comminabatur, sed labores prædicebat temporarios,quos in excidio Hierosolymitano postea passæ sunt.Et cum Esaias di cebat.Vę mihi,quia tacui,non sibi pęnam ęternam impendere significabat, & aliquando tantum dolorem cordis exprimit hæc particula.Et sic Hieremias dixit.Væ mihi,quia defecit anima mea propter interfectos. Et Miche as.Væ mihi,quia factus sum,sicut qui colligit in autumno racemos uindemiæ.Et Matathias.Vę mihi,ut quid natus sum uidere contritionem popu li mei.Et Aug.in uerbis citatis non significasse pœnam æternam per illam particulam,uę,uel inde possumus euincere,quia nonnullos ipse credidit nũ quam admisisse peccatum mortale.Quales cõmuniter credũtur fuisse Iob, Hieremias,Ioannes Baptista.Qui autem nunq; patrauerũt peccatum mor tale,nequaq; pęnis æternis digni inuenirentur,etiansi iudicarentur remota misericordia.Porro quod in hoc argumento innuit Lutherus, non solum opera nostra mala esse,sed & æternas pęnas mereri,si remota misericordia discutiãtur,multo sane est absurdius,quam ea,quæ hactenus refellimus. Verum illud commodius circa cap.15.impugnabimus.

Rof. Cast. *Væ nõ sęp notat æternã pœnam* *Gre. hõ. 9 in Ezech.* *Matth. 24* *Esa. 6.b* *Hiere. 4* *Mich. 7* B *1. Ma. 2.b*

De uerbis Iob & Gregorij, quæ in specie uidentur fauere Luthero. Cap. XXXVIII.

INtorquet tandem aduersum nos Lutherus uerba illa Gregorij in Iob. Quia sanctus uir omne meritum uirtutis nostræ uitium esse conspicit,si ab interno arbitrio districte iudicetur,ideo recte subiungit,si uoluerit cõ tendere cum eo,non poterit ei respondere unum pro mille. Hæc Greg. Et pensanda hic sunt,primo uerba illa generalia omne meritũ uirtutis, deinde uerbum illud conspicit. Nullum quippe actum nostrum quantuncunque bonum,uidetur excipere.Et cum dicit conspicit,liquido asserit,ita uere esse

Obie. 9 *Grego. 9 Mor. c. 1* *Iob. 9*

& non tantum ob humilitatem tale iustis uideri. Quæ enim conspicimus, C
perinde sunt, ac uidentur. Nec minus urgent, quæ eodem in libro subdit.
Cap. 14 Explicans quippe causam, ob quam dixerit Iob, Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor, ita scribit. Vt enim sępius diximus, omnis humana iustitia iniustitia esse conuincitur, si districte
Respon. iudicetur. Sed cum Iob palam in his uerbis fateatur, se potuisse quippiam iustum habere, & nulla ex parte culpabile, & Gregorius in eodem loco clare concesserit, posse iustos facere aliqua opera, quæ non sint mala, ut patet ex uerbis supra citatis, dubitandum non est, quin alium in sensum hæc ille dixerit, quam accepta fuerint a Luthero. Quis tamē sit genuinus eorum sensus, non est admodum facile explicare. Quidam putant ideo ista dixisse Gre
Exposi. 1 Greg. gorium, quia ut plurimum nullius iusti uita tantopere uirtutum fulgoribus splendet, ut non eadem multis sit obnoxia peccatorum uenialium maculis. Nam iustitiam in illis uerbis, omnis humana iustitia, non pro iustis actibus humanis accepisse uidetur, sed pro iustitia, quam nobis per eos comparamus. Et quantanuis iustitiam merito dixisse, iniustitiam esse, si districte iudicetur, possumus, si hunc sensum sequamur explicare, & approbare. Quia plura sunt iustorum peccata, quam bona opera, & plus illi deficiunt, quam proficiunt in uia Dei. Quare si Deus districte uellet iudicare uitam nostram, plus in nobis inueniret iniustitiæ, & culpæ ad reatum, quam iustitiæ, & bonitatis ad præmium, & coronam. Ac proinde iure potuit
Impugna. dici nostra iustitia esse iniustitia, si deus districte iudicaret. Subtilis quidem D
& in speciem plausibilis uidetur hæc euasio, sed minus habet soliditatis, quam apparet, si quidem uerba Gregorij & rem ipsam totam attentius, & penitius dispiciamus. Nam ille de omnibus iustis etiam perfectissimis loquitur. Contra libertatem autem Euangelicam esse uidetur, & contra suauitatem Dei & legis gratiæ, & cōtra id quod omnes credimus de multis iustis, asserere etiam eiusmodi iustos plus peccare, & deficere, quam bene operari, & proficere. Et si hoc uerum esset etiam modo cum Deus neminem districte iudicat, plus esset in eis iniustitiæ ad reatum quam iustitiæ ad coronā, itaq; & modo nostra iustitia esset iniustitia, quod Gregorius minime dicit. Deinde. In eūdem sensum & priora, & posteriora citata uerba dixit. Vtrobiq; nanq; uerba Iob idem significantia exponit. Vbi uero hæc satis essent pro illis uerbis, omnis humana iustitia, iniustitia est, si districte iudicet, equidem satis non sunt pro illis uerbis, Vir sanctus omne meritum uirtutis nostrę conspicit esse uitium. Si dixisset ille, uirum sanctum omne meritū conspicere esse uitium, utcunq; posset defendi hoc uere dictum. Qm̄ in meritis nostris, ut meritum bona & mala merita complectitur, plus est uitij quam uirtutis, & denominatio fit a maiori parte. Sed cum dicat omne meritū uirtutis nostræ esse uitium, non solum uitam cuiuscunq; iusti, obnoxiā uitijs
Expo. 2 Greg. declarat, sed et singulū quodq; uirtutis opus uitio dare & reprobare, immo & uitium plane appellare uidet, perinde ac facit Luth. Diceret forte aliquis
hæc

A hęc dicta esse a Grego. illo loquendi tropo, quo diuitias huius mundi, quę quidem bonæ sunt, & diuitię possunt appellari, tamen stercora sæpe dicimus, & paupertatem potius quam diuitias, dum de eis agimus, quatenus conferuntur ad regni cœlorum diuitias. Et ipse quidem eo tropo credit esse usum Iob in uerbis illis, Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint uelut mundissimę manus meę, &c. Atq; ideo appositum ab eo putat temperamentum illud, uelut, quia quantunlibet rectis operibus insudemus, ueram iustitiam nequaquam apprehendimus, sed tantum imitamur, & quanto ad Deum uerius per bona opera surgimus, tanto subtilius uitę nostræ sordes agnoscimus, quibus ab eius mundicia discordamus. Et tandem sensum eorum uerborum sic explicat. Ait ergo, si lotus fuero &cet. Ac si aperte dicat. Quanuis lamentis supernę compunctionis infundar, quanuis per studia rectę operationis exercear, in tua tamen mundicia uideo, quia mundus non sum. Intenta quippe Deo anima, in ipsam ad huc corruptibilis caro diuerberat, eiusque amoris pulchritudinem obscœnis', & illicitis cogitationum motibus fœdat. Hactenus Gregorius. Et hac usitata figura diceret aliquis forsan Gregorium merita nostra uitia appellasse, & iustitias iniustitias. Quoniam sicut quo sanctior, quisque est & iustior, eo clarius, & dilucidius culpas suas agnoscit, & grauitatem earum magis perpēdit, ita re uera quo sancti in Dei celsitudinis, & bonitatis cognitione magis proficiebant, eo utique magis opera sua quantuncunq; bona despiciebant, & uitiosa ea esse, & sordida, id est imperfecta, & deficientia, & indigna Dei

B conspectu, & approbatione agnoscebant. Et uerissimum nimirum est, oīa merita nostra, & iustitias, & uitia, & iniustitias, & sordes posse appellari, nō solum si ad mundiciam, & iustitiam diuinā, sed etiam si ad sanctitatem & iustitiam humanitatis Christi, immo et cuiusuis beati cōferantur. Et alias hoc loquendi tropo scio Gregorium dixisse, omnem humanam iustitiam iniusticiam esse. Sic nanque alibi scribit. Omnis uir iustus, Dei illustratione iustus est, non comparatione. Humana quippe iustitia autori comparata, iniustitia est, quia etsi in ipsa sui conditione homo persisteret, creatori non posset ęquari creatura. Cui tamen ad grauiora defectus pondera, accessit & culpa, quam serpens insidians intulit, & mulier infirmata persuasit. Sed in his locis, quę modo tractamus, illa uerba ab ipso Gregorio adiuncta. Si districte iudicetur, manifeste indicant, non ea loquendi figura eum esse usum. Nam si ea fuisset usus, nihil erat opus hoc temperamento. Et Deus quidem, quantacunque districtione, & rigore iudicare uellet, exigere certe a nobis non posset iustitiam, & mundiciam, quę ad suam, uel humanitatis Christi uel beatorum collata, iustitia nihilominus esset. Nam hoc pręstare, aperte est nobis impossibile. Neque ideo succumbere timuisse Iob dixisset Gregorius, quia tantam iustitiam pręstare non poterat. Alio ergo nimirum spectauit Gregorius, cum hęc scripsit. Et cum diu, multunque mecum de his uerbis hęsitauerim, tandem fauore ipsius

9.mo.c.28

17.mo.c.8

Impugnat.

Exp. german. Gre.

opinor me inueniſſe germanam eorum expoſitionem, Sed ante omnia, ut C
argumentum Lutheri confringamus, & omnibus pateat, nullum eum apparens fundamentum ſuę ueſaniæ hinc habere, aduertendum eſt, non dixiſſe abſolute Gregorium, omne meritum uirtutis noſtræ uitium eſſe et omnem humanam iuſtitiam iniuſtitiam eſſe. Immo adiecit hoc temperamentum commodiſsimum, et neceſſarium, ſi diſtricte iudicetur. Itaque pro nobis facit hoc teſtimonium, hoc eſt, pro ueritate, non pro errore. Cum enim Deus modo non diſtricte iudicet, nec uirtutes noſtræ erunt modo cēſendę uitia, neque iuſtitia iniuſtitia ſecundum Gregorium. Ideo uero ſi diſtricte Deus noſtra opera iudicaret, ſi ſpectemus quidquid id eſt laudis, quod a nobis habent merita noſtra, poſſunt dici eſſe uitia & iuſtitię noſtrę eſſe iniuſtitię, quia multa, quę nunc ſunt bona opera & iuſta & meritoria, ad eam ſanctitatem & puritatem exacta, qua Deo deberemus ſeruire, quan que Deus à nobis poſſet ex rigore exigere, tum propter ſuam bonitatem, tum propter eximia ſua in nos beneficia, uere uitia eſſent, & mala opera, & iniuſtitiæ. Non ſolum enim uerum eſt, uitam quorunuis iuſtorum multis peccatis uenialibus iugiter ſordidari, & deturpari, ſed ipſa etiam perfectorum opera a bonitate illa longe deficere, qua deceret nos Deum colere, laudare, & honorare. Sunt quippe multis imperfectionibus, quo ad hic uiuitur coniuncta, neque tam pura, neque tam ſancta, & feruentia, quam magnitudo diuinæ bonitatis, & beneficentiæ in nos exigeret. Et cum Deus modo propter eximiam ſuam in nos dulcedinem, & ſuauitatem, ne ad culpam quidem uenialem eos nobis defectus, & imperfectiones imputet, poſſet tamen culpæ eos nobis tribuere, ſi diſtricte & præter ſuauitatem ſuam, & benignitatem nobiſcum uellet agere. Ac præter hæc talia ſunt profecto noſtra opera, ut ſi Deus diſtricte uellet agere, neque ad futuram gloriam, neque ad obtinendum ueniam peccatorum noſtrorum ſufficerent. Et ideo Iob dixit in illo loco, quem exponit Gregorius in uerbis citatis. Vere ſcio, quod ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit reſpondere ei unum pro mille. Et cum magnitudinem ſapientiæ, & omnipotentiæ diuinæ oſtendiſſet, & nihil eum poſſe fallere, aut impedire, quo minus debita animaduerſione uniuſcuiuſque culpam feriat, & ne angelorum quidem iuſtitiam iuſtitiam eſſe, ſi Deus diſtricte uellet iudicare, infirmitatem noſtram agnoſcens, qui multo inferiores ſumus angelis, & corruptione corporis a puritate, & perfectione Dei obſequio debita impedimur, ſubdit. Quantus ego ſum, ut reſpondeam ei, & loquar uerbis meis cum eo? Et de iuſtitiæ ſuæ meritis, non confidens, ad ſolam ſe ſpem poſtulationis conferens, mox adiunxit. Qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor. Sed & de ipſa quoque poſtulatione pauidus, ſtatim ſubnectit. Et cum inuocantem me exaudierit, non credo quod audierit uocem meam. Et continuo ut ſuam, & perfectiſ-

A simi cuiusque iustitiam apertius iniustitiam esse monstraret, si Deus districte iudicaret, adiecit. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint uelut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me uestimenta mea. Et propterea Gregorius affirmat, omne meritum uirtutis nostræ uitium esse, quia nullum opus nostrum tam pure, tam sancte, tam feruenter, tam omni ex parte perfecte fit a nobis quam fieri deceret, ut Deo iuxta magnitudinem suæ bonitatis, & suorum in nos beneficiorum seruiremus, & quam ipse a nobis posset exigere, si uellet districte iudicare. Et quia, qui tantam sibi iustitiam arrogat, autorem suorum bonorum Deum non agnoscit, & magnæ se superbiæ reum facit audi, quæ ante hæc ipsa uerba absque ullis interpositis præmittit, & quemadmodum uerba illa Iob exponit. Vere scio, quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo compositus Deo. Homo quippe, ait, Deo non compositus iustitiam percipit, compositus amittit. Quia quisquis se autori bonorum comparat, bono se, quod acceperat, priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat, suis contra Deum donis pugnat. Vnde ergo despectus erigitur, dignum est, ut erectus inde destruatur. Hæc ille. Quoniam uero huic tantæ superbiæ obnoxius, toto cœlo errat, & non solum non est perfectus, uerum neque perfectionem inchoauit, uide quid e uestigio subnectat, & quemadmodum interpretetur consequentia uerba Iob. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille. Nam cum exposuisset

B unius appellatione, bene uiuendi initium, millenarij uero numeri ampliatione, eiusdem bonæ uitæ perfectionem iuxta tropologicum sensum designari, sic subiungit. Cum Deo autem contendere est, non ei tribuere, sed sibi gloriam suæ uirtutis arrogare. Sed sanctus uir conspiciat, quia & qui summa iam dona percepit, si de acceptis extollitur, cuncta, quæ acceperat, amittit, & dicat. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. Qui enim cum autore contendit, unum pro mille respondere non sufficit. Quia qui de perfectione se erigit habere se bene uiuendi neque initium ostendit. Vnum nanque pro mille respondere non possumus, quia cum de bonæ uitæ perfectione extollimur, hanc nos neque inchoasse monstramus. Hæc Gregorius. Et cum hæc, quæ Lutherus pro se ipso citauit, Gregorius dixerit edisserens uerba illa Iob. Vere scio, quod ita sit, & quòd non iustificetur homo compositus Deo, hoc ipso pro magnifico suo sensu excitauit nos ad ueram eorum intelligentiam. Non enim germanus horum uerborum sensus est, non iustificari hominem compositum Deo, hoc est non habere eum iustitiam, quæ collata ad diuinam sit iustitia. In quem sensum communiter solent exponi hæc uerba. Sed sensus est, quòd homo quanuis compositus hominibus possit iustificari, quia eis tantam iustitiam, & obsequia tanta præstare potest quanta debet, & ab eo iuste possunt exigi, tamen cum Deo nequaquam potest sic homo iustificari. Non enim tantam habet unquam iustitiam, quantam de-

Quo sensu dixerit Iob nō iustifica ri hominē cōpositum Deo.

bet pręcelsę illi bonitati, & singularibus illius in nos beneficijs, neque quan C
ta necessaria esset ad promerendam ipsius gratiam, & assequendam ueniam de peccatis, si Deus ex rigore iudicaret. Et hunc sensum abditum, & occultum postulabant illa uerba. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. Nec minus quæ subintulit. Si habuero quippiam iustum &c. Immo uere totum propositum Iob & scopus, in quem illa omnia dirigebantur, hunc sensum requirebant. Quorsum nanque erat fateri hominem non habere iustitiam, quæ diuinæ sit exęquabilis? Nunquid tam stultus fuerat Baldath Suites, cui ibi respondet, ut eam stultitiam, immo insaniam persuasam esse Iob putaret, ut crederet suam iustitiam comparabilem esse diuinæ? Non hoc sane inter eos agebatur. Sed hoc tractabant, an tanta esset in quoquam iustitia, quantam Deo deberet mortalis, ita ut etiam si Deus eum puniret, neque supplantare tamen iudicium esset censendus, neque subuertere quod iustum est. Et quia Iob uidebatur tantam sibi iustitiam tribuisse, atque ideo, & iudicium in se diuinum reprehendere, obuiam ei iuit ille amicus eius. Quod tamen neque tantam sibi unquam arrogauerit iustitiam, his uerbis luculenter exposuit. Noluit enim tantæ calumniæ, & notæ sibi inustæ non respondere, ne uideretur taciturnitate sua apertę illi blasphemiæ consentire. Et propterea Gregorius in uerbis secundo allegatis a Luthero omnem humanam iustitiam fatetur iniustitiam esse, si districte iudicetur, quia neque tanta est, quanta a Deo possit exigi ad impetrandam ueniam peccatorum, & promerendam gratiam ipsius, & quantuncunque aliqui per donum spiritus adiuti, aduersus infirmitatem suæ carnis sese erigant, uirtutibus emicent, signo D
7. Mo. c. 8 rum miraculis coruscent, nullus tamen est, ut ipse alibi dicit, qui sine culpa uitam transigat, quousque carnem corruptionis portat. Et in hunc sensum dixisse Gregorium, omnem humanam iustitiam iniustitiam esse, si districte iudicetur, satis indicant uerba circumiacentia. Subdidit enim statim post illa. Prece ergo post iustitiam indiget, ut quæ succumbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate conualescat. Et mox. Dicat ergo. Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Velut si apertius fateatur dicens. Et si ad opus uirtutis excreuero, ad uitam non ex meritis, sed ex uenia conualesco. Prece ergo innitẽdũ est, cum recta agimus, ut omne, quod iuste uiuimus, ex humilitate condiamus. Et in consequenti capitulo apertius explicat, ideo se dixisse omnem humanã iustitiam esse iniustitiã, si districte iudicetur, quia insufficiẽs est ad ueniam, & gratiam coram iusto iudice impetrandam. Enarratis quippe & expositis omnibus sancti uiri timoribus, Cur, inquit, tãta circunspectione trepidat? cur tanta solicitudine formidat, nisi quia terrorem iudicis in extrema districtione considerat, & uim discussionis illius non ferens, omne
17. Mor. quod gerit, esse sibi insufficiens pensat? Et alibi dicit. Recte nunc dicitur. Nũ
cap. 8. quid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus na-

A tus de muliere? Ac si aperte diceretur. Ne contra autorem suum homo superbiat. Cōsideret unde huc uenit, & intelligat qd sit. Hæc ille. Neq; ex Iob ergo, neq; ex Greg. Lutherus habere potest bona opera iustorū esse mala, aut quæ mala sunt, ex misericordia diuina non imputari ad pœnas æternas. Sed habere potest, quod tamen assecutus non est, multa nunc fieri a nobis bona opera, & absque ulla macula peccati, quæ tamen, si Deus districte uellet nobiscū agere, uitia & iniustitiæ essent, ac mala, & nō bona probarētur.

Expositio corrolarij quarti de intuitu mercedis æternæ. Cap. XXXIX.

VErum iam cœpimus terram prospectare de pelago, & post montes gurgitum, & spumosos fluctus, & nauim uel in sublime subrectam, uel in ima præcipitem; fessis, ac languentibus portus aperitur. Tradita quippe & exposita a patribus necessitate, & possibilitate mandatorum, & sanctitate operum, quibus illa seruantur, ut iacentes animos, remissas manus, & soluta genua ad currendum per uiam mandatorum Dei erigamus, de mercede æterna, quæ ipsorum obseruātiæ est reposita, edisserunt, & quatenus liceat eam intueri in nostris operibus, exponunt. Verba decreti sunt hæc. *Atque etiam eos, subaudi constat, orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus,*
B *mercedem quoque intuentur æternam.* Ex quibus uerbis licet colligere hanc quartam doctrinam. Non uitiantur opera iustorum, ex eo quod illa faciāt intuitu mercedis æternæ. Et quanuis Deus ipse merces sit æterna iustorum, nam & Abrahæ ipse dixit, Ego protector tuus, et merces tua magna nimis, tamen cum patres eam a Deo distinxerunt dicentes, *Cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam*, Satis indicarunt in proposito mercedem æternam uocari beatitudinem, quam Deus elargitur iustis, dum se illis intuendum, & fruendum præbet. Itaque, ut protritis scholæ uerbis rem aperiamus, nōn hic agimus de mercede æterna obiectiua, quæ Deus est, sed de mercede æterna subiectiua, & formali, quæ est actus seu affectus interiores beatorum, uisio scilicet Dei, & fruitio ipsius, & gaudium cū securitate, & dotes exteriores corporis, immortalitas, claritas, subtilitas, agilitas, & denique omnia illa, quæ iustis in æterna beatitudine donabuntur, & eos formaliter efficient corpore, & anima beatos. Et hanc doctrinam uidentur patres intulisse ex illis uerbis Pauli statim citatis. Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currūt, sed unus accipit brauium. Sic currite, ut comprehendatis. Beatitudo quippe brauium est & corona obseruationi mandatorum reposita, cuius amore, & desiderio, sicut Rachelis Iacob, omnes dies & labores huius uitæ pauci & leues ueris Israelitis uidentur. Quanuis autem solum uideantur aduersarios doctrinæ catholicæ

Expositio coro. 4.

Gen. 29. e

eos diffinire, qui asserunt iustos peccare in omnibus operibus, si mercedem C
intueantur æternam, cum tamen par sit ratio quo ad hoc de uno opere, & de omnibus, non minus debet censeri hic esse diffinitum, eos aduersari fidei catholicæ qui uel minimum alioqui opus bonum ea ratione damnant, quod ex intuitu mercedis æternæ fiat. Neque illa uerba, *Si in illis suam socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio, cum hoc ut in primis glorificetur Deus*, in hoc adiecta sunt, ut doctrinam hoc loco traditam limitarêt. Quasi certum uidelicet non sit, ea esse bona opera, quæ intuitu mercedis æternæ fiunt, nisi eo intuitu fiant, ut socordiam nostram excitemus, & expeditiores uiã mandatorum curramus, & præter hoc Dei in primis gloriam, & non commodum nostrum spectemus. Non ea de causa profecto hæc adiecta sunt, Ac ualde nimirum fuisset imperfecta doctrina, si solum traderentur ea esse opera bona, quę intuitu mercedis æternæ fiunt, cum tam multis circunstantijs.
Can. 31. Vnde, & in canone huic doctrinæ respondenti, ut omnis tolleretur ambiguitas absolute, & absque ulla circuitione dictum est. Siquis dixerit, *iustum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit.* Adiecta uero sunt illa pauca uerba a patribus, ut docerentur omnes, quorsum & quomodo mercedem deberent in suis operibus intueri æternam. Ad hoc nanque in eum scopum subinde respectare debemus, ut dum tam grande, & tam eximium præmium bonis propositum esse operibus, mêtis oculis aspicimus, uel inde ignauiam, & socordiam nostram excitemus, & ad illud assequendum animos nostros in dies magis ac magis extendamus. Sic autem oportet in præcelsum beatitudinis nobis promissæ præmium respicere, & animos nostros ad illud persequendum, & comprehendendum iugiter accendere, ut semper tamen Dei gloriam in primis spectemus, & non tam commodum captemus nostrum, quam statum illum fœlicissimum, solida fide, alacri spe, & flagranti caritate adipisci connitamur, quem si consecuti fuerimus Deum promptius alacrius, magnificentius, ac omnino sine fine laudabimus, & proximos nostros ad idipsum faciendum potentius, & certius excitabimus. Et ex hac doctrina sic exposita aperte colligitur hæreticum esse, quod quidã Bugaurius de monte Falcone in Cataloniç regno docuit, nempe nullum opus esse bonum, nisi fiat ex puro, & syncero amore, quacunque ex causa fiat, etiam spe mercedis ęternę. Damnatusque ille fuit cum suo errore per quendam Tarraconensem Archiepiscopum Sancium nomine, ut refertur in catalogo hęreticorum edito a fratre Bernardo de Luthzemburgo. D

Confirmatio doctrinæ patrum de intuitu mercedis æternæ ex scripturis, usu Ecclesiæ, *& consensu doctorum*. Cap. XL.

POrrò pręter scripturarum testimonia a patribus inducta pro hac doctrina tria alia apertissima in Paulo occurrunt, Nõ solum enim laudat

A Paulus Mosen, quod aspiciens in remunerationem cõstanter negauit se esse filium filię Pharaonis, & cum populo Dei affligi maluit, sed & ea ratione Abraham affirmat, labores peregrinationis suę tolerasse,& patientiam ipsius commendat. Fide, inquit, commoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohęredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor est Deus. Et magistrum nostrum, singulare, uiuificum,& prorsus admirandum omnium uirtutum exemplar eadem ratione labores crucis magnanimiter perpessum fuisse, statim asseuerat dicens. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesun, qui pro proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ omni cõfusione contẽpta. Et ad Col. apertissime scribit. Gratias agimus Deo, et patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu, & dilectionem, quam habetis in sanctos omnes propter spem, quæ reposita est uobis in cœlis. Et quid aliud sibi uolunt uniuersę admonitiones, quibus legimus in scriptura Deum homines cohortatum fuisse ad uirtutem,& obœdientiam spe regni cœlorum? Quales quidem illę sunt. Pœnitentiam agite. Appropinquauit enim regnũ cœlorum. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in ęterna tabernacula. Exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam exercitatio corporalis ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia

Hebr. 11. b
12. a
Colo. 1. a
Matt. 4. c
Luc. 16.
1. Ti. 4. c

B utilis est, promissionem habens uitę, quę nunc est & futurę. Quin uero & omnes cohortationes siue ad quęrendum faciem domini, siue ad obœdiendum spe aliorum pręmiorum, uel timore malorum, constabilire possunt hanc sententiam. Nunquam enim spe alicuius pręmij Deus excitasset ad mandatorum obseruantiam, si illa uitiaretur ex intentione illud consequendi. Et si intentio assequendi pręmia alia, non uitiat bona opera, multo minus id faciet intentio adipiscendi regni cœlorum. Et si timor malorum non uitiat bona alioqui opera, ut lib. 6. ostendimus, neque uitiabit spes, aut intẽtio bonorum. Quia non minus est licitum dare operam, ut bona consequamur, quam adniti, ne in mala incidamus. Communire etiam hæc omnia potest usus receptissimus in Ecclesia & ante legem,& sub lege, & in statu gratiæ. Nam ex magno omnium bonorum consensu, & Christi, Apostolorunque ipsius institutione, omnes fideles consueuimus a Deo postulare panem nostrum quotidianum,& cętera bona tẽporalia,& liberationem ab aduersitatibus & malis, quibus premimur, & hac de causa iugiter fiunt in Ecclesia, orationes, supplicationes,& sacrificia. Quod si hæc licet intueri, multo magis licebit spectare sufficientissimum illud & perfectissimum, & consummatissimum beatitudinis bonum, quod omnia conciliabit bona suis possessoribus,& mala cuncta procul relegabit. Et uide quanto consensu doctores Ecclesiæ hæc eadem nobis tradiderunt. Nam & per eorum scripta definiri cõtrouersias uoluit Leo huius hominis quartus, ubi nequeunt

De libellis d. 20.

Cypr. neque ex scripturis, neque ex statutis Conciliorum expediri. Cyprianus C
sæpe in epistolis suis illustres illos Christi milites, qui pro ipsius confessione in carceribus detinebantur, ad patientiam & perseuerantiam spe coronæ cœlestis hortatur, & expectatione futurorum præsentia supplicia calcanda esse docet. Vnde & ad Seagrium & Rogatianum inter alia scribit. Superuenturæ claritatis gloriam cogitantes, pressuras omnes & persecutiones calcare nos conuenit. Et alibi. Vbi non nisi Dei præcepta, & Christi præmia cogitantur, uoluntas est illic tantum Dei. Et cum tantum dicat in his esse uoluntatem Dei, non solum aduersatur errori, quem nunc oppugnamus, sed & procul ostendit se fuisse ab errore Lutheri damnantis omnia opera nostra. Quia peccatum omne contra uoluntatem est Dei. Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus uerba citata a patribus ex Dauide perinde, atque ipsi interpretantur, & manifeste affirmant eximium hunc regem inclinasse cor suum ad seruandum Dei mandata, ut mereretur accipere uitam æternam. Et Chrysostomus, & Theophilatus similiter ac nos exponunt loca supra pro his citata ex Paulo ad Hebræos. Et peculiariter Theophilatus expresse dicit de sanctis patriarchis. Eo in tabernaculis habitabant, quæ minus subsisterent, quia cœlestem ciuitatem operiebantur, quæ ueris esset fundamentis perpetuis ac ualidis stabilita. Anselmus item perinde exponit loca Pauli ex cap. 11. ad Hebræos, & ex cap. 1. ad Colossenses. Augustinus insup in ps. 14. sic scribit. Non faciamus aliquid, nisi spe cœlestium præmiorum. Ipsa est enim altitudo non hic quærere mercedem, sed sursum. Et Hieronymus. 2. contra Iouinian. diserte dicit, Paulum ideo plus laborasse, ut D
plus placeret Deo, & maiorem mercedem acciperet. Gregorius alicubi hortatur ad patientiā, quia pro labore patientiæ bona speranda sunt sequentis uitæ iuxta illud Psalmistæ, Patientia pauperum non peribit in finem. Et inter alia subdit. Aeterna præmia pro damnis temporalibus quærite. Et quis unquam inter sanctos doctores fuit, qui non diligēter exhortatus fuerit fideles, ut animos suos in illam beatitudinem, quam per Dei gratiam speramus, iugi & ardenti desiderio semper suspendant, atque eo conatus, & studia sua dirigant, ut ad speciosę tandem Rachelis amplexus peruenire mereantur? Pulchre nimirum Richar. de. s. Victo. Ad hoc infunditur ęternorum intelligentia, ut sciamus quid indefesse debeamus per studium quęrere, uel per desiderium suspirare. Receperunt & hanc doctrinam celeberrimi quique ex doctoribus scholasticis in. 3. d. 27. ac nominatim. S. Thom. S. Bona. Sco. & eorum sectatores.

(Margin: Cypr. — Lib. 2. ep. 4. — Hilarius. — Ambro. — Hierony. — August. — Chry. — Theoph. — Anselm. — Greg. — Richa. 4. Benia. ma. cap. 10.)

Bona opera non uitiari ex intuitu mercedis æternæ, argumentis scholasticis declaratur. Cap. XLI.

Atque ut nemo cunctetur indubitatam fidem patrum sententię adhibere, confirmabimus ipsam argumentis apertissimis, partim ex aliis fidei dogmatibus a cunctis receptis, partim ex notis lumine naturali desumptis. Primo. Licitum est peccatori dolere de peccatis, & pie, & reuerenter

A renter sacraméta suscipere, ut assequatur gratiam diuinam. Hic est enim potissimis finis, in quem peccatores aspicere debent in sua conuersione, & in quem Deus, & pœnitentiam a nobis exigit, & religiosam baptismi, & sacramenti pœnitentię susceptionem. Conuertimini, ait, & agite pœnitentiam ab omnibus peccatis uestris, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Et iterum. Reuertere auersatrix Israel, ait dominus, & nō auertam faciem meam a uobis. Diserte etiam docuit Christus in parabola filij prodigi, non uitiari conuersionem peccatoris ex intentione assequendi gratiam, & alios prouentus, & fructus spiritales, qui eam consequuntur. In se, inquit, reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater peccaui in cœlum, & coràm te, iam non sum dignus uocari filius tuus. Fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Vides, ut spe pręmij reuertitur ad patrem? Audi ergo quę mox sequuntur, & uidebis quam non displicuerit huiusmodi pœnitentia. Cum autem adhuc longe esset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Quid potuit manifestius dici ad ostendendum non uitiari pœnitentiam ex intuitu mercedis? Et simili argumento ostendi possunt non uitiari opera nostra ex intuitu satisfaciendi Deo, & euadendi pœnas purgatorij & acquirendi aliquam uirtutem, & proficiendi in amore, & gratia Dei. Quod si p sanctum est intueri hęc commoda nostra in bonis operibus, quę facimus, & propter ipsa indesinenter uacare studio & exercitio uirtutum, licebit utique multo magis intueri mercedem ęternam, quę bonis operibus reposita est, & utilius atque honestius, & omni ex parte pręcellentius bonum est, & nos plus Deo coniungit, pręsertim cum & in eam propensiores simus ex natura nobis a Deo indita. Ad hæc. Deus in hoc impendit nobis auxilium suum ad bene operandum, ut per bona opera consequamur beatitudinem. Quia benignissimus pater, nutrit, uegetat, roborat, & perficit hic filios suos, ut hæreditate ęterna digni inueniantur. Et gratia, & merita nostra effectus sunt diuinę prędestinationis, sicut in primo sententiarum traditur. Ac Deus factus est homo, & filius Dei, filius hominis, & in carne innumeros labores, & supplicia pertulit, ut homines filiosque hominum, filios Dei, immo & Deos aliquo modo faceret. Cur igitur & nobis non liceat eadem intentione & eodem intuitu bene operari, & ad patris cœlestis, & Christi exēplum actiones nostras & studia componere? Estote, dicit, perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Et iterum. Perfectus omnis erit, si sicut magister eius. Insuper. Perfectorum est desiderare pręsentiam Dei. Quid enim magis deceat uerum amicum, quam desiderare pręsentiam amici? Et caritas cum perfecta fuerit, clamat, sicut dicit Augustinus, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et Christus hęc nos docuit petere in particula illa orationis dominicæ. Adueniat regnum tuum. Et concinit Psaltes noster dicens. Vnam petij a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus

Ezec. 18. g *Hiere. 3. d* *Luc. 15.* B *Argum. 2.* *Matth. 5.* *Argum. 3.* *Aug. epis. ad Paulinũ* *Psalm. 26*

diebus uitæ meæ. Erit igitur non solum licitum, sed & sanctum & perfectũ C laborare, & certare diu ac noctu, æstuque uri & gelu, ut tandem intremus in potentias domini, & habitemus in domo ipsius in æternum. Præterea.

Argum.4 Licitum est amare Deum, ut summum commodum nostrum, & ut remuneratorem, & glorificatorem nostrum. Cur enim minus hoc liceat, quam amare, ut creatorem & redemptorem? Quod si, ut naturalis ratio ostendit,

Argum.5. licitum est sanitatem, robur, argutum ingenium, sapientiam, industriam, & similia bona commoda nobis optare, multo magis licebit beatitudinem optare, quæ summum commodum nostrum est, & summa delectatio, & perfectio, & quies nostri appetitus, ac cumulus & complementum omnium bonorum. Et si eam optare licet, licitum etiam erit, & sanctum, bene operari propter eam assequendam. Ordo quippe naturæ exposcit, ut liceat exercere propter assequendum finem, quæ media sunt, & natura sua ad eum comparandum ordinata. Et minora bona semper licet referre in assecutionem maiorum. Ac unicuique mercenario concessum est propter expectatam mercedem laborare. Generaleque est, & in uniuersum uerum, ut si finem quempiam optare bonum sit, bonum sit etiam ad eum assequẽdum adniti, & propter illius assecutionem media ad id necessaria adhibere. Neque fieri profecto potest, ut electio alioqui bona a superueniente intentione, quæ & ipsa quoque bona est, deprauetur. Et absurdissimum re uera quacunque in materia esset, ut quæ ex se bona sunt, uel tantillulum uitientur a relatione in bonum finem, cum præsertim, in quem ipsa a Deo, uel natura D ipsa sunt destinata. Sed exemplis faciamus ista aliquanto dilucidiora. Si licitum est optare sanitatem, & aliqua ad eam assequendam necessaria uel facere, uel pati, licitum erit proculdubio, & ea facere, uel pati, ut consequamur sanitatem. Si licitum est optare sapientiam, & media necessaria ad eam assequendam sunt oratio, lectio, meditatio, & iugis cum doctis uiris collatio, licitum erit nimirum orare, legere, meditari, & disputare cum doctis, ut sapientiæ compotes tandem efficiamur. Si licitũ est bonas terræ fruges optare, ad hoc autem necessarium est aratro proscindere terram, & mandare illi semina, & collectas fruges triturare, licitum & erit hęc omnia propter spem

1.Cor.9.b fructuum facere. Debet, ait Apostolus in spe, qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi. Neque alia est utique ratio de istis, & de operibus mandatorum respectu uitæ æternę. Ipsa quippe est uelut fructus bonorum

Galat.6.b operum. Quod & Apostolus docuit dicens, Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus,

Argum.6 tempore enim suo metemus non deficientes. Item. Licitum est, & sanctum benefacere aliis, & eorum conuersioni, & ędificationi diligenter operam nauare, ut consequantur & ipsi beatitudinem. Hic fuit finis, & hæc præcipua causa prædicationis Christi, Prophetarum, Apostolorum, & omnium suorum successorum. Hæc legislatorum omnium, & principum, & prælatorum bonorum intentio. Et si non uitiatur, sed perficitur potius, & multo

A laudabilior fit doctrina,& ędificatio aliorum,ex relatione ad eorum beatitudinem,neque uitiabitur nostræ salutis studium , & cultus ex relatione ad nostram ipsorum beatitudinem. Diliges enim,ait Deus,proximum tuum, sicut te ipsum,& eadem uidetur utriusque dilectionis ratio,& regula.

De mercenario beatitudinis amore. *Cap.* XLII.

OPponet tamen his aliquis. Christus apud Ioannem inter uerum pastorem,& mercenarium distinguit, sicut inter bonum , & malum . Qui igitur mercedis causa operantur,mali sunt. Sunt etenim mercenarij , & ex consequenti malum erit mercedis causa operari. Neque uidetur quicquam interesse,an ea temporaria sit,an ęterna. Vnde & antiquiores ex doctoribus scholasticis,uidelicet,Alex.Hal.colla.60.ar.2. S.Thom.2.2. q.19.art.4.ad.3. S.Bona.in.3.d.27.q.2. ex ista Christi parabola de uero , & mercenario pastore generaliter colligunt, amorem mercenarium non stare cum caritate. Multum tamen differt inter mercenarium, quē Christus apud Ioannem damnat & eum , qui mercedis causa operatur , quem nos laudamus. Ille tantum mercedis causa operatur , & mercenarius appellatur ab ea intentione,qua sic propter mercedem operatur , ut ea semota non pasceret gregem. Hic uero,quem nos excusamus,sic mercedis causa operatur, ut ea tamen sublata,nihilominus bene operaretur. Et ut agnoscamus nō damnari huiusmodi mercenarios,multum animaduertenda sunt uerba illa saluatoris. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum

Obiect.1. *Alexan.* *Thom.* *Bona.* *Responsio* *Propo.1.*

B de ouibus.Ex his enim patet,non censuisse Christum eum esse mercenariū, qui sic spectat mercedem , ut etiam ea sublata persisteret in custodia ouium, & ad se illas crederet spectare . Vnde Cyrillus in hæc uerba . Mercenarius dicitur is,qui oues dominicas,non pro amore salutis earum,sed ad temporalem mercedem pascit. Et quia plus terrenam substantiam,quàm oues diligit,merito nomen pastores perdit. Et statim. Neque stare in periculo ouiū potest,qui in eo,quod ouibus præest,non oues diligit, sed lucrum terrenū quęrit. Eadenque eisdem penè uerbis docet Greg.in hom. Quare Hiero.in q.9.ad Algasiam, & in fine lib.6.in Esa. & in principio.11.in Ezech. mercenarios colligit, nō uerè diligere dominum,sed lucra tantum de gregibus cōsiderare,& ideo sanctorum non esse participes. Et Ambr.dicit. Mercenarij qui sunt,nisi qui ad mercedem seruiunt,qui sunt ex Israel, non id quod bonum est,probitatis studio persequentes,nec uirtutis gratia,sed utilitatis studio prouocati . Et communis usus huius uocabuli hoc ipsum nos potest admonere. Non enim uocamus mercenarios, omnes qui spe alicuius mercedis laborant,sed eos tantum qui nulla alia ratione id facerent. Atque opera quidem,quę non sunt in pręcepto,sed duntaxat in consilio,licitum est facere pręcise propter beatitudinem ęternam,immo etiam propter bona temporalia,quę licite possunt appeti,& conuenientia uidentur ad exercitia uirtutum. Neque enim ab obiecto,aut a fine,aut alia mala circunstantia uitiantur. Quin uero sicut licet facere aliquos uirtutis actus propter assecutionem

Cyril.7.in Ioan.ca.5. *Greg.ho.14.ī Euā.* *Hieron.* *Amb.7.in Luc.c.66.* *Propo.2.* *Consilia licet implere tantum propter btitudinē.*

eorum finium, ad quos ipsi natura sua sunt ordinati, ut sumere potionem C
amaram propter sanitatem belligerari propter iustam uictoriā, legere pro-
pter obtinendam scientiam, & similia, ita & licere uidetur orare, & sacrificiū
Deo offerre propter ista assequenda, quandoquidem ex misericordia diui-
na commoda sunt, & conuenientia media ad hæc omnia adipiscenda. Et fal
Dur. in.3. sum est, quod quidam contra hoc assumit, non licere maius bonum ordi-
d.29.q.3. nare in minus. Nam & orationem, & contemplationem, & misericordiam
Prop.3. licet ordinare ad habendum temperantiam, uel mortificādum carnem. Ve-
Illicitū est rum est tamen, non sufficere ad consequendam gratiam diuinā implere man
nolle serua data solummodo propter mercedem æternam, immo qui sic implet, non
re mādata, omnia implet. Nam Deus ex primo & maximo mandato diligendus est
nisi pp bea propter se, & alias non amatur ex toto corde. Neque seruatur a sic affecto
titudinem. obœdientia debita mandatis diuinis. Siquidem Deus mandata sua uult a
Argum.1. nobis seruari absolute, & contra illius obœdientiam apertè facit, quicunq;
Argum.2. deliberat, ea non seruare sub conditione possibili, neque tollente mandatū.
Qualis certè est hæc, si Deus non daret beatitudinem propter obseruatio-
Argum.3. nem mādatorum. Et quis alius uerè ac proprie operarius mercenarius sit,
qui distinguitur in citatis uerbis Saluatoris a uero pastore, sicut bonus a ma
Argum.4 lo? Certè qui eiusmodi affectum habet ad mercedem æternam, ut nolit, nisi
ea contingat, seruare mandata, uidetur ea frui, & in ea constituere suum fi-
nem ultimum, & Deo, aut saltem quod apertissimum est obœdientiæ illius
ipsam præferre mercedem. Nisi enim perinde esset in eam affectus, nunquā D
sic esset animatus, ut nollet, nisi propter illam Deo obœdire. Et hęc quidem
peruersa nolitio, ab ea praua & immodica mercedis dilectione proficisci-
tur, q̄ & omnia, quæ ex ipsa sequūtur, uitiat. Ac de huiusmodi affectu expo
August. nendi sunt doctores sancti, nēpe Aug.2. de serm. domini in monte, Bernar.
Bernar. de diligendo Deo, Thomas.2.2.q.19.art.4. ad.3. & in.3.d.29.art.4. cum da-
Thom. mnant amorem Dei propter bona tēporalia. Quippe eum duntaxat amo-
rem reprobant, quo sic ultimate, & principaliter amatur propter ipsa, ut
actu, uel uirtute sit uoluntas non amandi eum alias, neque seruiendi ipsi in
præceptis. Nam certè ipsi eum amorem, quem damnant, mortale esse pec-
catum cēsent. Facere autem unum, aut alterum opus alias bonum propter
bona temporalia, si malum esset, uenialem duntaxat maliciam haberet, quā-
diu in illis nō constitueretur finis ultimus. Non.n. potest grauius censeri pec
catum, quàm si quis propter uanam gloriā faciat aliquod opus alioqui bo-
num. Quod quidem ex sententia omnium tantum est ueniale, quando in ea
non constituitur ultimus finis, hoc est, quando propter eam obtinendam
non uolumus transgredi aliquod præceptum. Quamobrem Bern. ibidem
admonet quidem ad amorem gratuitum his uerbis. Non sine præmio di
ligitur Deus, & si absque præmij intuitu diligendus sit. Vacua nanque uera
caritas esse non potest, nec tamen mercenaria est. Quippe non quærit, quæ
sua sunt. Sed ne in his uideretur damnasse amorem Dei propter beatitudi-
nem,

A nem, uel alia præmia; qui potest stare cum amore Dei propter se, statim sub dit animam aliud præter deum sui amoris præmium requirentem, illud pro certo, non deum diligere. Nam quicquid propter aliud ultimate ama mus, id plane amamus, quo amoris finis intendit, non per quod tendit. Vt autem sciremus, quando alieni sumus & nos, & opera nostra ab huiusmodi affectus mercenarij uitio, commodissime adiecerunt patres, in cor rolario, quod modo exponimus illa uerba. Cū hoc ut in primis glorificetur Deus. Liberi enim prorsus sumus ab omni eiusmodi malicia, cum Dei in primis gloriam uolumus, & eam nostris commodis anteferimus. Vnde & alibi idem Ber. hac nota distinguit inter ueros & mercenarios pastores, quod mercenarij plus terrenam mercedem quam iustitiam quęrūt. Quanuis autem posit contingere peccatum, & mortale, & ueniale in affectu mercenario ad beatitudinem, sicut etiam in affectu mercenario respectu bonorum temporalium, triplex tamen est differentia quo ad hæc inter beatitudinem, & bona temporalia. Nam bona temporalia non sunt de se appetenda sicut beatitudo, neque habent de se rationem boni obiecti & honesti; sed duntaxat, ut sunt conuenientia ad exercitia uirtutū. Quo circa amare beatitudinem de se est bonum, non sic autem amare bona tem poralia, & ex consequenti, non sic facile inuenietur peccatum ueniale, uel mortale in seruiente Deo propter beatitudinem, ac in seruiēte propter bona temporalia. Deinde. Bona temporalia haberi possunt, & obtineri per B mandatorum dei transgresionem. Et inde oritur, ut nimius eorum affectus inducat ad transgresionem mandatorum. Sed beatitudo haberi non potest, nisi per obseruantiam mandatorum. Atque ideo ipsius amor, aut desiderium non inducet unquam ad transgrediendum, sed potius ad obser uandum mandata, & tanto magis, quanto feruētior, & maior fuerit ipsius amor. Postremo. In bonis tpalibus constitui potest tripliciter uel saltē dupliciter ultimus finis. Primo quidem ex parte obiecti, ut cum aliena & prohibita cupiuntur, aut amantur. Secūdo ex parte modi, & excessus affectus, ut cum ita ardenter appetuntur, ut ipsi deo præferantur, & propter illa asse quenda pro nihilo habeatur transgredi præcepta dei. In beatitudine uero duntaxat constitui potest ultimus finis, si illam usque adeo amemus, ut deo ipsi eam præferamus. Nam si hoc absit, tametsi uehementissime ametur, non assequor, quomodo posit in ea constitui ultimus finis. Quia neq; illius appetitus est prohibitus nobis, neque propter ipsam adipiscendam, quis statuet mandata præterire. Quid enim magis ab ea consequenda potest auertere? Et propter has fortasis tantas, & tam apertas differētias cum Alexāder Halen. & s. Bona. in locis statim citatis aperte damnauerint om nem amorem dei mercenarium, & repugnare dixerint caritati, tamen licitum esse putarunt, Deum amare, Deoque seruire etiam principaliter propter beatitudinem, non autem propter bona temporalia, & tantum dixerunt esse amorem dei mercenarium, cum amatur principaliter propter bo.

Ber. serm. 31. ex paruis.

Propo. 3 Differentiæ. 3. inter amorē dei ob beatitudinem & ob temporalia.

Prima

2

3.

Obiect. 2. na temporalia. Aliunde etiam alij hanc patrum diffinitionem infirmare co C
nantur. Deus, inquiunt, amandus est amore amicitiæ, & non amore con-
cupiscentiæ, hoc est, propter se, & non propter alia. Summa nanque per-
Lib. 83. q. 30. uersitas est, sicut dicit Augustinus, frui utendis, & uti fruendis. Et si amatur
propter alia, alia plus amantur quam deus, quia propter unumquodque
Respon. tale, & illud magis secundum philosophum. Quanuis autem Deus amore
amicitiæ, hoc est propter se amandus sit, & is sit amor Dei perfectissimus,
ad quem habendum nos iugiter assuefacere, & cohortari, & accendere ha-
Alexā. Bona. bemus, non ideo tamen, ut & ante nos graues autores docuerunt, omnis
amor cōcupiscentiæ erga deum, hoc est amor, quo Deus amatur propter
alia, malus est censendus. Potest enim licite amari amicus, ut bonum com-
modum nostrum, & propter bona, quæ ipse uult sequi ex sui amore. Et
stare quidem possunt simul utrique dei amores, & neuter alteri repugnat.
Habent enim se perinde pene, ac caritas & spes. Neque deus talem sui amo
rem alicubi legitur prohibuisse. Nimisque scholastica est, & scrupulosa, ne-
Dur. in 2. d. 38. q. 1. & in 3. d. 29. q. 3. que acceptanda distinctio Durandi, qui fatetur posse dei dilectionem refer-
ri ad beatitudinem, non autem ipsum deum. Non sunt dei præcepta tam
obscura, aut implicita. Præceptum domini lucidum, ait Psalmista. Cum au
Psal. 18. tem deus diligitur propter beatitudinem, uix distinguere scient in se docti,
an deum, an dilectionem dei referant in beatitudinem. Amor item dei mer
cenarius, qui damnatur a doctoribus, repugnat caritati, & amori amicitiæ
in ipsum. Hunc uero amorem concupiscentiæ erga deum, non repugnare D
amori amicitiæ, uel ex eo patere potest, quod in nobis ipsis experimur.
Possumus enim eundem hominem, & propter ipsum, & propter alia ab
ipso amare. Ad eundemque modum nihil uetat, quominus, & deum, &
dominum nostrum amemus, & colamus propter ipsum, & propter bea-
titudinem. Quia una & eadem actio duos habere potest fines, quādo unus
alteri nō repugnat. Et manifestissimum est, non repugnare hos duos amo-
res dei, sicut neque repugnat amor, quo deus amatur, ut summum bonū,
amori, quo amatur, ut summum commodum nostrum, quia potest utra-
que ratione simul amari. Et tunc duntaxat amori amicitiæ in deum, repu-
gnaret amor concupiscentiæ in ipsum, quando amaretur deus propter
bonum aliud ultimate, sic uidelicet, ut & ipsum illud bonum, neq; actu, ne-
que uirtute amaretur propter ipsum. Quod quidem tum contingeret, quā
do nō in primis illud quæreremus, ut glorificaretur Deus, sed gloriæ Dei
nostra commoda præferremus, neq; alias euenire potest, quod obijcitur, ut
creatura plusquam Deus ametur, & Deo, quę summa peruersitas est, quis
utatur. Iusti uero dum Deum amant propter beatitudinem, longissime ab
sunt ab hoc affectu. Deū plusquā seipsos amant ipsius laudibus, obsequio,
& amori toto pectore student, nō quia ipsis bonus est, sed quia ipse bonus
est, & oī laude pietate cultu, ac dilectione dignus. Ipsamq; beatitudinem pro
pter ipsum suum factorem, desiderant nempe, ut arctius, fortius, suauius,

A & sine intermisṡione ei, a quo cōditi sunt, amoris uinculis inhæreant, & bonorum omnium fontem cū sanctis omnibus in perpetuū exaltent. Hic aūt amor non solum licitus est, & bonus ac iustus, sed est etiam sanctus, castus, & perfectus. Et qa a fine fit denominatio, magis posset dici amicitię, quā cōcupiscentiæ, & liberalis, ac caritatis potius, ac gratuitus & nullo modo mercenarius. Atq; hęc de obseruatione mandatorū, qua in terram promisṡionis tendimus, per.42. capita, uelut per.42. mansiones uerorum filiorum Israel, disseruisse sufficiat. Pergamus ad ea, q̄ proximis duobus capitibus patres tradunt de prędestinationis arcano, & perseuerantiæ munere, sine quibus nemo in beatam illam terram ingredietur uere manantē lac, & mel.

DE INCERTITVDINE PRAEDESTINATIONIS ET PERSEVERANTIAE LIBER XII. IN XII. & xiij. Cap. Decreti de iustificatione.

PRAEFATIO.

Aug. c. x. de prædest. sanct.

B Agnam habent inter se cognationem prædestinatio & iustificationis gratia. Hoc duntaxat, teste Augusti. inter utranque interest, quod prædestinatio est gratiæ præparatio, gratia uero est ipsa donatio. Frustra uero gratia accipitur, si ante huius uitę terminum ignauia & culpa nostra amittatur. Atque ideo patres uolentes plenam iustificationis doctrinam fidelibus tradere, nonnulla de ipso prędestinationis arcano, & de perseuerantię munere attingenda sibi esse prudenter censuerūt. Quoniam autem prædestinati omnes aliquo saltem breui tempore, quod uitam istam concludit, in accepta iustificationis gratia perseuerant, & quicunque in ea perseuerant prædestinati sunt, neque potest esse prædestinatus, quin huius uitæ circulum in gratia absoluat, neque rursus potest in gratia quis illud complere, quin sit prædestinatus, uisum est spectantia ad cap.12. quod de prædestinatione differit, cum pertinētibus ad cap.13. quod de perseuerētia tractat, in unum librum compingere. Adeste ô fœlices uos prædestinati, & perseuerantes. Fauete nostris laboribus. Omnia enim propter uos fecit dominus. Et nostrum ad illius exemplum, uobis quod potest exile desudat ingenium.

PRAEDESTINATIONIS TEMERARIAM PRAESVMPTIONEM CAuendam esse. Cap. 12. C

NEMO quoque, quandiu in hac mortalitate uiuitur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio usqueadeo præsumere debet, ut certo statuat, se omnino esse in numero prædestinatorum, quasi uerum esset, quod iustificatus, aut amplius peccare non poßit, aut si peccauerit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam nisi speciali reuelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

DE PERSEVERANTIAE munere. Cap. 13.

Matt. 10. & 24. SIMILITER de perseuerãtiæ munere, de quo scriptum est. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est, eum, qui stat, statuere, ut perseueranter stet, & eum, qui cadit restituere, nemo sibi aliquid certi absoluta certitudine polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmißimam spem collocare, & reponere omnes debent. Deus Philip. 2. b enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans 1. Co. 10. c uelle, & perficere. Veruntamen qui se existimant stare, uideant ne cadant, & cum timore, & tremore salutem suam operentur, in laboribus, in uigilijs, in eleemosynis, in orationibus & oblationibus, in ieiunijs, in castitate. Formidare enim debent, scientes quod in spem gloriæ, & nondum in gloria renati sunt, de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua uictores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Rom. 8. e. Apostolo obtemperent dicenti. Debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. D

COMPENDIARIA CAP. XII. & XIII. declaratio, & errores in eis damnati. Cap. 1.

DVO sunt quæ patres de mysterio prædestinationis diffiniunt. Primo statuunt non omnem iustificatum esse prædestinatum, & iustificationis gratiam posse contingere etiã non prædestinatis, quia potest iustificatus acceptam iustificationem perdere, neque postea recuperare. Et hoc tradiderunt patres illis uerbis capitis duodecimi.

Quasi uerum esset, quod iustificatus aut amplius peccare non poßit, aut si peccauerit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Sed multo adhuc apertius

in cano.

A in can. 17. In hæc uerba. *Si quis iustificationis gratiam non nisi prædestinatis ad uitam contingere dixerit, reliquos uero omnes, qui uocantur, uocari quidem, sed gratiam non accipere, ut pote diuina potestate prædestinatos ad malum, anathema sit.* Et prædestinationis quidem nomine hoc loco intelligunt ęternam præordinationē aliquorum ad beatitudinem, uel quod apertius, & conformius Paulo est, propositum certum & firmum, quo Deus ab æterno uoluit aliquibus impartiri beatitudinem. Dum autem patres statuere, non omnem iustificatum esse prædestinatum, duplici errori aduersati sunt, duasque hæreses uno ictu ferierunt, & eliminarunt. Altera est Iouiniani, qui, teste Hieronymo, & Romæ a sede apostolica damnatus est, & in Aphrica a quodam concilio. Altera uero est Vuitcleui Anglici damnati in concilio Constantiensi. Asseruit Iouinianus, eodem Hiero. attestāte, tantam esse iustificationis gratiam, ut qui eam semel consecutus esset, nunquam posset ab ea excidere. Ideoque aiebat, eos, qui baptizati fuerint, nō posse a diabolo deuinci. Et ne hoc stulte dicere uideretur addebat eos, qui subuersi ab eo fuerint, a qua tantum sicut Simon magus, sed non spiritu esse baptizatos. Et Vuitclefus non contentus illius hæresim iam olim opera sanctorum doctorum sepultam, ab inferis reuocare, auxit eam mirum in modum, & omni ex parte aggrauauit. Quia absolute affirmauit, prædestinatos semper esse in gratia Dei, neq; posse esse extra illam, reprobos uero perpetuo esse in Dei odio, neque posse ad illius gratiam uenire. Et distinctionem illam irrisit, qua communiter so

Prædesti natiōis de finitio.

Hiero.

2. cōt. Ioui.

B lemus uti in scholis dicentes, quosdam diligi à Deo, uel exosos ei esse secundum præsentem iustitiam dūtaxat, alios secundum æternam prædestinationem, alios uero secundum utranque. Semper proficiunt in peius hæretici. Semper peccata peccatis, & tenebras tenebris adiungunt. Secundum uero, quod de prædestinatione. S. Synodus fideles suos hic edocuit, est, ita esse arcanum & occultum prædestinationis mysterium, ut nemo absque diuina reuelatione scire posit, quos Deus prædestinauerit. Verba quibus cap. 12. absoluitur, sic habent. *Nam nisi ex speciali reuelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.* Quare in principio cap. huius patres saluberrime admonent omnes fideles *ne quispiam dum in hac mortalitate uiuitur usque adeo præsumat, ut certo statuat se esse in numero prædestinatorum.* Atque in his aduersati sunt patres, errori, quem quidam tuentur dicentes sine diuina reuelatione posse iustos certos esse non solum de sua gratia, sed etiam de beatitudine. Quem errorem quidam uir doctissimus tribuit Bucero in concordantia arti. de iustificatione aut certitudine gratiæ. Et ab eo non admodum longe fuisse uidetur quidam catholicus, qui ausus est dicere, Paulum non propter aliquam reuelationem, sed propter conscientiam bonorum operum asseruisse sibi esse repositam coronam iustitiæ. De perseuerantia uero duo etiam definita sunt. Constituitur primo donum perseuerantiæ absque gratia Dei haberi non posse. Et hoc quidem explicatur illis uerbis. *Quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat statuere, ut perseueranter stet, & eum,*

Mos hæreticorum.

qui cadit restituere. Et aliquanto apertius idem confirmatum est cano. 22. C
Can.22. Qui sic habet. *Si quis dixerit iustificatum, uel sine speciali Dei auxilio in accepta iustitia perseuerare posse, uel cum eo non posse, anathema sit*. Et in his damnarunt patres errorem Pelagianorum asserentium, satis esse libertatem nostram naturalem ad perseuerandum in Dei gratia. De quo nobis erit infra copiosior & opportunior sermo. Ne uero iusti de perseuerantia sua plus iusto anxij & soliciti essent audientes se eam non posse, nisi ex dono & auxilio Dei obtinere, mox eos consolati sunt patres exponentes, nemini defuturum hoc auxilium, nisi ei, qui sibi ipsi defecerit. Verba sunt pulcherrima & suauissima decreti. *Tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent*. Deus enim, nisi illius gratiæ defuerint, sicut cœperit opus bonum, ita perficiet operans uelle & perficere. Et sunt hæc uerba deprompta ex illo mirifico paruulorum omnium consolatore. Ad Philippenses quippe sic scribit. Confidens & hoc ipsum, id est persuasum habens & hoc ipsum, quia qui cepit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. Et rursus. Deus est enim, qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Et paria his tradiderant patres cap. 11. illis uerbis. *Deus nanque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur*. Quæ & ex August. & ex scriptura desumpta esse ibi docuimus. Porro superbia exitiale est & omnino pestilentissimum malum. Omnem uirtutum nitorem obnubilat, omnia læta & florida bonorum operum facit marcescere, omnem gratię fructum depascit. Et propterea ne iusti de hac tanta, & tam benigna diuinæ opis præsentia superbiant, & dum certos & securos de sua perseuerantia se existimant, in peccata labantur & acceptam iustificationis gratiam deperdant, consultissime patres subiecerunt statim secundum, nempe certam absolute nemini posse esse suam perseuerantiam. *De perseuerantiæ, inquiunt, munere, de quo scriptum est. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur*. Quod & aliquanto dilucidius fecerunt in canone 16. sub his uerbis. *Si quis magnum illud usque in finem perseuerantiæ donum se certo habiturum, absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatiōe didicerit, anathema sit*. Et hæc manifeste confirmant secundum, quod de prædestinatione traditum a patribus statim docuimus. Causam autem propter quam formidare debeant omnes iusti de sua perseuerantia, & nemo sibi huiusmodi tantam certitudinem arrogare posit, nisi ea ex diuina reuelatione contigerit, aperuere patres ab illis uerbis. cap. 13. *Veruntamen, qui se existimant stare, uideant, ne cadant, usque ad finem capituli*. Et asignata cā in summa est, quia quandiu mortalem uitam ducimus, uiatores sumus, & militia est uita nostra super terram, pugnaque prægrandis nobis imminet cum formidandis tribus hostibus, cum carne, cum mundo, cum diabolo. Et quæ his interposuerunt patres. Scientes quod in spem gloriæ & nondum in gloria renati sunt, hunc sensum habent. Scire oportet iustos non accipere se in iu-

Marginal notes: Philip. 1. a — Superbia. — Con. 2. c. 13. — Can. 16. — D

A stificatione sua, gloriam & beatitudinem, quæ certa erit & secura omnium bonorum possesio, & omnium malorum, aduersantiumque omnium exclusio, & exilium sed duntaxat gratiam, quæ arra est & pignus gloriæ. Itaque dum iustificamur, non talem nouam uitam inchoamus, qualis erit uita illa beata, quam adepti nulli malo aut aduersitati poterunt subiacere, sed tantum inchoamus uitam, quæ habet spem gloriæ. Nam gratiam acceptam, per quam renascimur in spem gloriæ, nisi solicite custodierint iusti, in procinctu erit perdere. Quia ubique & semper insidiantur ipsis rapacissimi & præualidi hostes, qui illam deprædari & auferre ab eis tota ui & ope sua conniruntur. Participes, inquit Paulus, Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus. Hoc est, si tamen fidem usque ad finem præsentis uitæ inconcussam & illibatam seruemus. Nam fides, ut in hæc uerba dicit Anselmus, initium est bonorum, & incorporationis Christi, & per ipsam deificamur, & diuinæ substantiæ participes simus, quia fundamentum est & origo uirtutum, per quas ipse existit in nobis, & nos membra eius efficimur. Dum autem hanc iustissimam causam timendi patres edisserunt, testimonijs Pauli omnia communiunt & remedia certissima ad defendendos nos ab hostibus nostris, immo & ad deuincendos illos luculenter aperiunt. Ea autem sunt labores, uigiliæ, eleemosynæ, orationes, oblationes, ieiunia, castitas. His enim edomanda est caro, his deuincendus mundus, atque B his triumphandus est dæmon.

Heb. 3. c

Anselm. fides initiũ substãtiæ.

Reprobos aliquos fuisse nonnunquam in gratia. Cap. 2.

BEne habet profecto, & agnoscenda in hoc est benignissima Dei misericordia in nos. Nam falsitas non habet tantas uires, quantos conatus. Diu subsistere non potest. Infirma est & imbecillis, & facile amittit nitorem & speciem ueritatis, qua incautis, & parum attentis illudit. Habemus certissima & fortiss. argumẽta, quib. doctrinã à patrib. hic traditam firmemus & tueamur, ac tres, quas mox citauimus, hæreses eis aduersantes reuincamus. Vt tamen firmiora sint omnia, ac cunctis dilucidiora, operæprecium erit singillatim ea firmare, ac discutere. Ac primo quidem ad confirmandam definitionem hanc patrum, Non omnis iustificatus est prædestinatus, & euertendam hæresim Iouiniani & Vuiclerui asserentium neminem posse perdere acceptam semel iustificationis gratiam, deseruire nobis possunt multa scripturæ loca, ex quibus constat fuisse plerosque in gratia Dei, postea ab illa excidisse, & tandem fuisse condemnatos. Porro de Saule aperte testatur scriptura eo tempore, quo à Deo electus fuit in regem populi Israelitici, electum illum fuisse, & bonum usque

Falsitas imbecillis.

Saul aliquãdo bonus. 1. Reg. 9

adeo, ut non esset uir de filijs Israel melior illo. Cumque bonus & electus, dicitur, ostenditur nimirum fuisse eum in gratia Dei. Non enim solet scriptura huiusmodi elogijs ornare eos, qui extra gratiam Dei sunt. Et Deus tantæ bonitatis est, & tantopere bonitatem amat, ut omnes bonos, & gratos & caros, immo amicos habeat. Etsi nullus de filijs Israel melior illo erat, erat igitur & ipse carus & gratus Deo. Nam utique in populo illo Dei multi erant uiri sancti & probi, & quos Deus magnopere amabat. Quod tamen in hac tanta gratia non perseuerauerit Saul, eadem scriptura palam testatur. Pro eo quod abiecisti sermonem Domini, dixit ad eum Samuel, abiecit te Dominus, ne sis Rex. Dicet aliquis abiectum eum esse a potestate regia, non tamen excidisse a gratia Dei. Verum antecedentia & consequentia amplius aliquid, si bene expendantur, significant. Innuunt enim ideo eum a potestate regia depositum, quia propter suam inobedientiam exciderat a gratia Dei. Neque tanta pœna mulctatus fuisset, si non prius uiolasset & perdidisset gratiam & amicitiam Dei. Sed ne quisquam dubitet eum amisisse gratiam Dei, audiat quid postea apertius de illo subiecerit scriptura. Spiritus autem Domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a Domino. Et ipse Samuel postea ei dixit. Quid interrogas me, cum dominus recesserit a te? Et quicquid Iudæi quidam & aliqui catholici de illius condemnatione addubitent, mihi sane certum uidetur eum fuisse reprobatum & damnatum. Quippe post multa ipsius commemorata scelera, scriptura tandem subdit. Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandatum domini, quod præceperat & non custodierit illud, sed insuper etiam phytonissam consuluerit neque sperauerit in domino. Certe ista non diceret scriptura de eo, qui uitæ huius stationem in gratia dei conclusisset. Nemo morientium in gratia, claudit uitam absque spe. Et qui suis sibi manibus uitam aufert, sicut certum est eum sibi abstulisse, ipse suapte opera damnationi se perpetuæ addicit. Vnde & Augustinus eum incunctanter reprobum pronunciat. Et exemplum, ait, huius Saul, resistit superbis nonnullis hæreticis, qui uel aliquid boni de muneribus Spiritussancti negant, posse dari eis, qui ad sanctorum sortes non pertinent. Et Hieronymus in loco statim citando impijssimum regem dicit Saulem. Salomon etiam in gratia utique fuit Dei, cum apparuit ei Dominus per somnium dicens, postula quod uis. Vnde & postulante eo sapientiam ad iudicandum populum, placuit, teste scriptura, sermo illius coram Domino, & respondit ei Dominus. Ecce feci tibi secundum sermones tuos. Et dedi tibi cor sapiens & intelligens, intantum ut nullus ante te similis tui fuerit, neque post te surrecturus sit. Sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus, cunctis retro diebus. Si autem ambulaueris in uijs meis, & custodieris præcepta mea, & mandata mea,

1. Reg. 16. 29. c — *Saul reprobatus est.* — *1. Par. 10. d.* — *August. 2. ad simp. q. 1.* — *Salomō aliquando fuit in gratia.* — *3. Reg. 3. b*

A sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos. Nunquam ita familiariter & benigne locuta ei fuisset summa ueritas, quæ neminem fallit, nisi eo tempore habuisset illum gratum. Sed & tum in Dei gratia illum fuisse liquidum est, cum consummato templo, et introducta in illud arca domini, ad ipsius orationes ignis descendit de cœlo, & euidentibus cunctis deuorauit holocausta & uictimas, & dominus ei apparuit in nocte & dixit. Audiui orationem tuam. Et ideo ab Amb. sanctū appellatum crediderim, 2. Par. 7.c quia hoc tempore sanctus fuit, quia adeo electus & unctus. Nam statim ad 3. Re.11.a dit posteriora eius graui errore non caruisse. Verba Amb. hęc sunt, Quid de Salomone sancto loquar, cuius posteriora, cū graui errore nō careant, uulgus tamen Iudaicum ipsum ęstimat uenisse pro Christo? Quod uero non permanserit in hac gratia, satis manifeste ostendit scriptura, cum adeo inexplebilem illius libidinem fuisse commemorat, ut haberet uxores quasi reginas septingentas, & concubinas trecentas, & ex eis, alienigenis præcipue ardentissimo amore fuerit copulatus. Et ut intelligas uerum esse quod Ecclesiasticus dicit, Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes; addit Eccle.19.a etiam scriptura cum iam esset senex deprauatum fuisse cor illius per mulieres, ut sequeretur deos alienos et coleret eos, & phana illis ędificaret, & ira tum fuisse dominū aduersus illum, eo quod auersa esset mens illius ab ipso, & increpasse illum, neq; tamen adijcit aliquid, unde eum uel tantisper commotum esse ad pœnitentiam tantorū scelerum colligamus. & per Ahiam Ibidem.f
B Silonitem commemorauit rursum dominus peccata illius, & uindictam, quam de illo parabat sumere, nulla facta mentione correctionis aut pœnę ipsius. Et post multas ipsius laudes, uelut in eum indignatus subiecit Eccle- Eccle. 47 siasticus. Dedisti maculam in gloria tua, prophanasti semen tuum, inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris stultitiam tuam. Quare non immerito Augustinus Fausto Manichęo asserenti, eum reprobum fuisse, con Salomō re sensisse uidetur. lib 22. contra eundem Faustum. Nam de Salomone quid, probatur. ait, dicam, nisi quia grauius ipsius fidelis & sanctę scripturæ testimonio re- Aug.81. c. darguitur quàm petulantibus & nugacibus Fausti conuitijs? Et cap. 88. multo expressius. De Salomone quid dicam? Quem uehementer arguit sancta scriptura atq; condemnat, nihilq; de pœna eius, uel in eum indulgentia Dei omnino commemorat. Hæc Augustinus. Et hoc ipsum satis innuerūt Cypri. & Hiero. cum nulla facta suæ pœnitentię mentione, eum a Dei gratia et amore discessisse affirmant. Verba Cyp. hæc sunt. Salomon deniq; & Saul Cyp.lib.1. & cæteri multi, quandiu in uijs domini ambulauerunt, datam sibi gloriam epi. 5 tenere potuerunt, recedente ab his disciplina dominica, recessit & gratia. Hiero. uero sic loquitur. Salomon amabilis domini, & cui bis Deus fuerat reuelatus, quia amator mulierum fuit, a Dei amore discessit. Quod si quis ex eorum ingenio, qui librum de pœnitentia Salomonis nomine Amb. euulgarunt eum tandem egisse pœnitentiam contenderit, contentionibus deseruire nolim. Saltem illius exemplum confundere poterit Iouinianum,

qui iustos ab accepta semel gratia excidere posse in hoc statu non credidit. C
Iudas. Neque silentio prætereundus est, dum de reprobis agimus, furcifer ille Iudas Iscariotes inter reprobos omnes uel eo nomine insignis, quod & suū, & omnium dominum & magistrum nephario, & execrando scelere, ac dolo, ipsius hostibus & insidiatoribus uendere, & tradere non erubuit. Is quidem in gratia Dei fuit tempore, quo electus est a Christo in Apostolum. Non enim aliàs in tantam dignitatem promotus fuisset ab eo, qui suo exēplo habebat docere, non esse, nisi bonos eligendos ad dignitates Ecclesiasticas. Et eum fuisse aliquando in gratia, & tamen eam perdidisse, luculenter
Ioan. 17 ostendunt uerba Christi ad patrem. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Nunquam traditum sibi a patre, & postea illum solum perijsse dixisset, nisi fuisset ante patratā proditionis impietatem, in patris gratia. Ac manifestum reprobationis ipsius testimoniū
Matt. 26 perhibuit Christus dicens, Væ homini illi, per quem filius hominis trade
Psal. 108 tur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Et iam olim condemnan
Act. 1 dum eum prædixerat Dauid illis uerbis, quæ & Petrus de illo prædicta exposuit. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet a dextris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum; fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Et illum & Saulem aper-
Hiero. tissime Hieronymus in tertio contra Pelagianos asseuerat bonos & iustos fuisse, cum a deo electi sunt, hic in Apostolum, ille in Regem. Quoniam uero ex uerbis illius liquido constare poterit, non esse nouam distinctionem, qua utuntur scholastici de dilectione secundum præsentem iustitiam, & secundum æternam prædestinationem, placet hic illius uerba subscribere. Ar- D
gumentabatur Martion et omnes hæreticorum canes, qui uetus laniarunt testamentum. Aut sciuit Deus hominem in paradiso positum præuaricaturum esse mandatum illius, aut nesciuit. Si sciuit, non est in culpa is, qui præscientiam Dei non posset scientia deuitare, si nesciuit, cui præscientiam tollis, aufers & diuinitatem. Huic argumento sic respondet Hieronymus. Hoc.n. genere in culpa erit, qui elegit Saul futurum postea regem impijssimum. Et Saluator aut ignorantiæ aut iniustitiæ tenebitur reus, cur in Euangelio sic locutus. Nōne uos Duodecim ego elegi Apostolos, & unus de uobis diabolus est? Interroga eum, cur Iudam elegerit proditorem, cur ei loculos commiserit, quem furem esse non ignorabat. Vis audire rationem? Deus præsentia indicat, non futura Nec condemnat, ex præscientia, quem nouerit talem fore, qui sibi postea displiceat, sed tantę bonitatis est & ineffabilis clementiæ, ut eligat eum, quem interim bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis, & pœnitentiæ, iuxta illum sensum
Rom. 2 Apostoli. Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. Hæc Hiero. Ex quibus manifestum est primo iuxta sententiam illius,

A & Saulem & Iudam fuisse reprobatos,& tamen aliquando bonos,deinde, Deum iuxta præsentem iustitiam iudicare ununquenq; non autem secundum æternam prædestinationem. Ac subscripsit per omnia Hieronymi sententiæ Cyrillus. Qui & hoc nomine filium perditionis Iudam appellatum dicit,quia cum in suæ uocationis principio aptus esset, sua sponte perditionem elegit,& prauitate periit sua. Et exemplo Saulis, & Adę,& angelorũ non esse mirandas istas uicissitudines gratię in peccatum confirmat. Et ut alios intermittamus,qui docere nos ualent,non omnes iustificatos esse prędestinatos,ipse omnium reproborũ parens & caput,docere hoc abũdero potest. Lucifer quippe fuit atq; adeo fulgentissimus in mane creationis suę, sicut sub typo Regis Babylonis ei Esaias attestatur. Et tamen cecidit,eodẽ propheta testante,& detracta est ad infernum superbia eius,ad profundum lacus. Signaculum etiam fuisse eum similitudinis,plenum sapientia perfectũ decore,& in delitijs Paradisi Dei uersatum,& aurea fuisse ipsius opera,& in medio lapidum ignitorum ambulasse,perfectum in uijs suis a die conditionis,sub typo regis Tyri testimonium perhibet Ezechiel. Sed nunquid hæc tanta gratia,& perfectio perseuerauit in eo in perpetuum? Absit. Donec inuenta est in te iniquitas,subdit statim propheta. Et paulopost. In multitudine iniquitatum tuarum & iniquitate negociationis tuę polluisti sanctificationem tuam. Et ne tãdem aliquando rediturum eum in gratiam Dei cum Origenistis dicas, mox addidit. Producã ergo ignem de medio tui,qui comedat te,& dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium uidentium te. Omnes,qui uiderint te in gentibus,obstupescent super te. Nihili factus es,& non eris in perpetuum. Et Hieronymus in commentarijs Esa. & Ezech. super hæc loca,perinde ac nos interpretatur,immo & Christum ipsum uult utrunq; prophetam exposuisse his uerbis. Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Cui & Aug. concinit. 2. de gen. ad lit. cap. 24. & in. 3. cap. primę Ioan. &. 11. de ciui. Dei. ca. 15. &. 3. de doct. Christiana. cap. 37. Et ipse Hiero. elegantissime profecto in Iouinianum exemplum luciferi torquet in hęc uerba. Et cecidit lucifer,qui mittebat ad uniuersas nationes, Et ille qui in paradiso delitiarum inter duodecim nutritus est lapides,uulneratus a monte domini ad inferna descendit. Vnde & Saluator in Euangelio, Videbam,inquit,satanam, quasi fulgur de cœlo cadentem. Si altissima illa sublimitas cecidit,quis cadere non possit? Si in cœlo ruinę,quanto magis in terra?

Margin notes: Cyr. 9. in Ioã. 10. & li. 11. ca. 21 — De lucife. — Esa. 14. c — Ezec. 28. c — B — Hiero. — Luc. 10. c — Aug. — Hiere. 2. in Ioui.

Prædestinati nonnulli fuerunt aliquando extra gratiam Dei. Cap. III.

NOn minus autem apertum testimonium huic ueritati possunt nonnulli electi perhibere,quàm reprobi,quos statim allegauimus, immo tanto certe clarius & efficacius,quanto ipsi ueritatem prę alijs in primis coluerunt. Vt autem utranq; simul hęresim & Iouiniani & Vuitclefi expugnemus, illos duntaxat pro nobis nunc afferemus electos, quos

constat aliquando habuisse gratiam saltem in pueritia, & illam amissam per C
peccata postea per pœnitentiam uel sacramenta recuperasse. Et ut quacunq;
possimus, tędio leuemus lectorem, unum quasi corpus argumenti ex illis
omnibus efficiemus. Ac primo quidem singulare illud pœnitentiæ exem-
David. plum Dauid aperte a nobis stat. Nam & eum prædestinatum fuisse ex mul
tis locis scripturæ constat. Et cum a Deo in regem electus est, proculdubio
Act. 13 in gratia ipsius fuit. De illo quippe dixit dominus. Inueni uirum secundum
Psal. 88 cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas. Et rursus. Inueni Dauid ser-
uum meum. &c. Verum ab hac gratia eum excidisse, cum contempsit uer
bum domini, & interfecit Vriam Atheum gladio filiorum Ammon, &
uxorem eius sibi accepit, uel illa rigida & formidanda Dei sententia contra
2. Re. 12. c illum prolata potest ostendere. Non recedet, dixit ad eum Nathan prophe
ta, gladius de domo tua usq; in sempiternum. Suscitabo super te malum de
domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, &
dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Hęc quidem non gratiam
sed iram, non amorem sed odium, non caritatem sed indignationem indi-
care solent. Et postquam per suam pœnitentiam audiuit a Nathan. Tran-
stulit quoque dominus peccatum tuum, non semper perseuerauit in gratia
Dei, sed excitante Satana fecit, ut numeraretur populus domini, & usq; ad-
1. par. 21. b eo prouocauit iram domini, ut propter peccatum illud pestis absumpserit
Psal. 29 septuaginta milia uirorum Israel. Vnde & ipse uerissime de se cecinit. Ego
dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. Domine in uoluntate
tua præstitisti decori meo uirtutem. Auertisti tu faciem tuam, & factus sum D
cōturbatus. Et quis, nisi prorsus desipiat, dicere audebit fuisse in gratia Dei
Magdale. Magdalenam, cum septem dæmonijs id est uniuersis uitijs iuxta expositiō
Greg. hō. nem Grogorij, fuit obnoxia? Quis & Petrum credat perstitisse in Dei gra-
Petrus tia & amore, cum unius ancillulæ uoce perculsus, dum mori timuit, uitam
Apostoli. negauit? Quis Apostolos in gratia perseuerasse asserat cum scandalizati sunt
in morte domini, & eum solum reliquerunt? Si tunc non perdiderunt gra-
Matt. 26. c tiam Dei, quomodo erit uerum, quod Christus eis prædixit, omnes uos
scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pa-
storem, & dispergentur oues gregis. Equidem scandalum non patitur, nisi
qui offendit, & cadit. Nam scolon siue scandalon Græce ex offensione &
Hie. 2. cōt. ruina teste Hieronymo, nomen accepere. Et scādalon gręce idem est quod
Pelag. latine offendiculum. Sed ut de Dauide, Magdalena, Petro & alijs Aposto-
Paulus lis sileamus, an non satis potest esse uel unus Paulus ad confirmandum nos
1. Tim. 1. c in hac ueritate? Quis ambigat eum fuisse extra gratiam Dei, cum blasphe-
mus fuit, sicut ipse de se dicit, & persecutor & contumeliosus? Profecto si in
gratia Dei fuisset, cum spirabat minas & cædes in discipulos domini, falsum
Psal. 5 esset quod Dauid dicit. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Quam lō
Hieron. ge uero fuerint sancti ab eiusmodi sententia, uel uno Hieronymi testimo-
Matt. 7 nio docere possumus. Is igitur in expositione illorum uerborum. Nō po-
test

A test arbor bona malos fructus facere, sic scribit. Quæramus ab hæreticis, qui duas inter se contrarias dicunt esse naturas. Si iuxta intelligentiam eorũ arbor bona malos fructus facere non potest, quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, & Dauid Vria interfecto cũ Bersabee concubuerit, Petrus quoque in passione dominum negarit, aut qua consequentia Ietro socer Moysi, arbor mala, qui utique in Deum Israel nõ credebat, dederit consilium Moysi bonum, Et Achior ad Holofernem aliquid utile, & comicus dixerit, quod benedictum Apostolus comprobauit, Corrumpunt mores bonos colloquia praua? Et cum non inuenerint quid respondeant, nos inferemus & Iudam arborem quõdam bonam fecisse fructus malos, postquã tradiderit Saluatorem. Et Saulum arborem malam eo tempore, quo persequebatur, etiam fecisse fructus bonos, quando in uas electionis de persecutore translatus est. Hæc Hieronymus. 1. Cor. 15

Iusti possunt Dei gratiam amittere, & iniusti eam recuperare. Cap. IIII.

APertissime etiã, ut ueteranus miles iam olim in hoc ipsum paratus, uno rotatu gladij Vuiclefum & Iouinianum percutit Ezechiel dicens. Cum auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis. In iniustitia, quam operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium et iustitiam, ipse animam suam uiuificabit. Nescio quibus uerbis apertius nobis potuit B significari, posse iustos iustitiam suam perdere, & impios, & qui extra gratiam sunt Dei, uiuificari & saluari. Et quo omnibus testatissima esset hæc ueritas, multo pluribus uerbis eandem, idem propheta, non semel repetit & explicat. Et Hierusalem, idem propheta clare testatur, lotam & mundatam ab immundicijs suis, & perfectam & ornatam a Deo, se rursum conspurcasse & fœdasse adulterijs & fornicationibus, & tamen tertio ad pœnitentiam uocatam ab eodem propheta, & ab alijs. Et sæpe concinit illi mirifice Hieremias, sed sit satis unum ipsius testimonium. Repente loquar inquit, contra gentem & regnum, ut eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agã & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, ut facerem ei, Vides quem admodum potest gens aliqua transire ex odio in gratiam Dei? Et ne dubites ediuerso usuuenire posse, ut quis transeat a gratia in odium, audi quod statim subnectitur. Repente loquar de gente & regno, ut ædificem, & plantem illud, si fecerit malum in conspectu meo, ut non audiat uocem meam, agam & ego pœnitentiam super bono, quod locutus sum, ut facerem ei. Et re ipsa præstitit hæc dominus, dum conuersus est, & mitigauit iram suam propter pœnitẽtiam Dauid, Achab, Manasses, Nabuchodonosor, & Niniuitarum. Verum hæc latius & opportunius infra, circa capitulum decimum quartum, differemus.

Ezec. 18. f
Ezech. 16
Hier. 18. b

Prædestinati possunt esse extra gratiam Dei. Cap. V. C

VT fidei tamen ueritas dilucidior sit, & hæreticorum falsitas manifestior, iuuat & seorsum hęreses istas impugnare. Et in primis Vuitclefum urgebimus, & in quantum se blasphemiarum barathrum præcipitem dederit, monstrabimus.
Arg. 1 Si prædestinati semper sunt & fuerunt in gratia Dei, nullum igitur unquam in uita commiserunt, neq; committent peccatum mortale, sed quæ grauissima alioqui sunt sacrilegia & piacula, & ab ipsa sacra scriptura ut infra ostendemus, mortalia, & execranda & abominanda dicuntur, quia sunt in prædestinatis, exitialia peccata non erunt. Itaque neque adulterium & homicidium Dauidis, neque Magdalenæ illecebræ, neque latronis furta, neque Apostolorum scandalum & incredulitas, neque Petri negatio, neque blasphæmiæ & persecutiones Pauli, neque deniq; infidelitas idololatriæ, neq; sacrilegia, neq; incestus, neq; peccata horrenda cōtra naturam, neque furor in Christianos lætale peccatum fuerint in illis, qui tandem conuersi sunt ad fidem, & per eam & bona opera salui sunt facti. Si quidem in aperto est lætale peccatum non esse, nisi quod gratiam Dei aufert, & nos in ipsius odio, qui uita animæ nostræ est, constituit.
Arg. 2 Habebit itē Vuitclefus concedere multos iniustos, iniquos, impios, pręuaricatores, blasphæmos, & grauissimis obrutos sceleribus, in gratia Dei esse & fuisse. Scimus nanque plærosque tales ad Deum aliquando fuisse conuersos, & tandem fuisse saluos. Eiusmodi uero homines assere re in gratia Dei fuisse, cum teterrimis obnoxij uitijs erant, bonitati, & sanctitati Dei derogat, ac directe opponitur uerbis illis Salomonis. D
Sap. 14 Similiter odio sunt Deo & impius, & impietas eius.
2. Re. 19. a Conuenirentque Deo, si ita esset, amarulenta illa uerba, quæ Ioab obiecit Dauid. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te.
Arg. 3 Adhæc. Si prædestinati semper sunt in gratia Dei, nunquam igitur remittitur eis aliquod mortiferum peccatum, nunquam reconciliantur Deo, neq; per pœnitentiam, neq; per sacramenta Ecclesiastica. Non enim reconciliatur, nisi qui est inimicus. Neq; dimittitur peccatum mortale, nisi cum quis transit ex inimicitia ad amicitiam Dei. Profecto intelligere non possum quomodo uere Christus remiserit Magdalenæ, Petro, Paulo, Dauidi, Latroni, & alijs prædestinatis sua peccata, si antequam eis illa remitteret, ipsi iam erant in ipsius gratia. Si Dauid erat in gratia Dei antequam diceret. Peccaui domino, quid ergo per eam pœnitentiam assecutus est, ut merito & dixerit Nathan propheta. Transtulit quoque dominus peccatum tuū? Si Paulus, cum persequebatur Christianos, erat in Dei gratia, quid habuit, cum est conuersus ad Christum, ut uere de se diceret. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci?
Arg. 4 Quid, quod cum reprobi iuxta ipsum Vuitclefum nunquam sint in gratia Dei, consequenter habebit concedere, sacramenta Ecclesiastica non dare alicui primam gratiam, & claues sacerdotales, neque ad minimi peccati lætalis remissionem se extendere. Quod aperte est contra magnificas illas promissiones Christi,
Matt. 16 Quæcunq;, solueritis su-

A per terram, erunt soluta & in cœlis. Et iterum Quorum remiseritis peccata *Ioã. 20. f*
remittentur eis. Est & præter hæc ualidißimum argumentum contra Vuit *Arg. 5*
clefum, quodque uel solum satis est ad euertendam ipsius insaniam. Etenim
si prædestinatus nunquam est extra gratiam Dei, neque igitur Adam, quẽ
ex sapientia Salomonis liquet fuisse saluum, fuerit aliquando Deo inimicus *Sapi. 10*
aut extra gratiam ipsius. Et falso dixisset Paulus. Si enim cum inimici esse- *Roma. 5. b*
mus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconcilia
ti salui erimus in uita ipsius. Nullus etiam hominum natus esset aut nascere
tur in peccato originali. Nam si Adam nunquam ob sua peccata fuit Deo
inimicus, neque suam ergo posteritatem fecerit Deo inimicam & exosam,
neque nos eguissemus propter peccatum illius redemptore aut mediatore,
qui nos reconciliaret Deo, quiq; interficeret inimicitias nostras in semetip-
so. Siquidem qui ipse inuisus regi non est, nunquam faciet progeniem suã
regi inuisam. Quid est autem hoc quàm totum nostræ redemptionis my-
sterium euacuare & irritare? Faciamus tamen hoc aliquanto magis conspi-
cuum, ut intelligant Vuitclefistæ hanc sui præceptoris doctrinam, aperto
marte pugnare contra totum nostræ salutis mysterium. Reprobi nunquã
sunt in gratia Dei. Prædestinati nunquam sunt, neq; fuerunt extra ipsam.
Et omnes homines uel sunt reprobi uel prædestinati. Quibus ergo profuit
filij Dei incarnatio? Quibus uitam attulit Christi mors? Quos redemit pre
ciosißimi sanguinis agni immaculati & incontaminati effusio? Quos iustifi
B cauerit illa eximiæ caritatis oratio, quæ mox ut in crucem suspẽsus est, pro
persecutoribus suis orauit? Nullos utiq; Christus saluauerit, nullos uiuifica
uerit, nullos reconciliauerit, nullos redemerit, nunq; & illius oratio audita
fuerit, si uera est Vuitclefi sententia. Nulli siquidem prius inimici, per illum
facti sunt amici, nulli perditi, salui, nulli mortui, uiuificati, nulli sordidi, mũ
dati, nulli captiui redempti, nulli uincti liberati. Et quid est o miser quod ait
Apostolus. Deus erat in Christo mundum reconciliãs sibi? Quid illud be- *2. Cor. 5. d*
neficio, per quod uiuimus ingrate, Gratias agẽtes Deo & patri, qui dignos
nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potesta- *Colo. 1. b*
te tenebrarum & trãstulit in regnum filij dilectionis suæ? Et paulo post idẽ
Apostolus subdit. Et uos cũ essetis alienati & inimici sensu in operibus ma
lis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem. Et alibi de
eodem seruatore nostro dicit. Qui factus est nobis a Deo sapientia & iusti- *1. Cor. 1. d*
tia, & sanctificatio & redemptio, & sexcenta alia sunt huiusmodi testimo-
nia. Equidem si prędestinati semper fuerunt & sunt in gratia Dei, & reprobi
nunquam tantam perfectionem assequuntur, intelligere non possum, quos
Christus sanctificauerit aut iustificauerit. Immo uere si ita esset frustra in hoc
mundo natus fuisset, frustra prędicasset, frustra mortem perpessus fuisset, &
incassum ipsius Apostoli tot labores pro conuersione mundi suscepissent,
nulli quippe, neq; ipse, neque illi, salutem potuerunt afferre, quam ipse non
haberet. Et quid plura in hominem incommoda coaceruemus? Tam per-

ſpicue hęc omnia repugnant toti & nouo & ueteri teſtamento, & uniuerſę C
Chriſti, Apoſtolorunque ipſius, & totius Eccleſiæ prædicationi, tam ingrata ſunt diuinæ in nos miſericordiæ, tam inimica toti fidei noſtræ, ut nihil plane dici poſsit magis abſurdum, magis abſonum, magis blaſphemũ. Quare a confutatione huius erroris hic ſuper ſedebimus, & ad Iouinianum tranſibimus.

Adulti etiam ſub lege gratiæ iuſtificati, amittere poſſunt iuſtificationem. Cap. VI.

Adam in gratia ante lapſum. *Hiero.* FVisse quidem Adam in dei gratia ante ſuam inobædientiam lib. 7. ca. 3. ex autoritate Aug. & Cyri. tradidimus. Et hoc ipſum Hiero. docet in epi. ad Damaſum de filio prodigo, ubi ait ſtolam, quam Adam perdidit, ueſtimentum eſſe nuptiale, & ueſtẽ. ss. Nec ſi uirtus Baptiſmi conceda tur, dubitari poteſt, quin filij fidelium maxima ex parte gratiam in ętate infantili per ſacramenta Eccleſiaſtica aſſequantur. Quare multa incommoda, ex ijs quę in Vuitcleſum produximus, manifeſte militant in Iouinianum. Sed ne qua ille poſsit elabi, neue ipſius fautores inueniſſe ſe uiam putent ad ipſius defenſionem, ſi duntaxat ad gratiam adultis collatam in nouo teſtamento, opinionem illius coarctent, placet & eiuſmodi quoq; gratiam poſſe ab eis perdi peculiaribus argumentis oſtendere. *Arg. 1. in Iouin.* Si perdi non poteſt iuſtificationis gratia a Chriſtianis adultis, fruſtra igitur conſtitutum eſt ſacramẽtum pœnitentię, quod eſſet uelut ſecunda tabula poſt naufragium. Quorſum remedium naufragio, ſi nullus poteſt naufragari? *Arg. 2.* *Matt. 18. c* Petro item roganti, D Quotiens peccabit in me frater meus & dimittam ei? fruſtra Chriſtus dediſſet illud eximię clementię & benignitatis pręceptum, Non dico tibi uſq; ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties, ſi non poſſumus deperdere ſemel acceptam iuſtificationis gratiam. *Arg. 3* Atq; ut intermittamus teſtimonia a patribus in. 13. c. inducta, ut probent merito cuiuis iuſtificato timendũ eſſe, ne perdat *Gal. 3. 4 5* acceptam iuſtificationis gratiam, dicat mihi, uelim, Iouinianus. Si Chriſtianus adultus perdere non poteſt acquiſitam gratiam, quid Paulus timebat, ne forte ſine cauſa laboraſſet in Galatis? Quid illos inſenſatos appellabat, & faſcinatos aſſerebat, ut qui bene prius cucurrerant, iam non obędirent ueritati, & ſpiritu quidem cępiſſe, carne uero conſummari? Quid & illos admonebat, ut ſtarent in accepta ab illo doctrina, & ſpiritu ambularent, neque ſe *1. Co. 7* iterum iugo ſeruitutis Moſaicę legis ſubijcerent? Quid coniugatis Corin*2. Co. 6. a.* thijs, ut prudens pater proſpicit, & conſulit, ne tentet eos ſatanas, ut reuer *2. c. 11. a. 12 b.* tantur ad officium coniugale, ſi ad tempus illud propter orationem intermiſerint? Quid omnes eos alibi hortatur, ne in uacuum gratiam Dei recipiant? Quid timebat ne circunuenirentur à ſatana, & ne ſicut ſerpẽs ſeduxit Euã aſtutia ſua, ita eorum ſenſus corrumperentur & exciderent a Chriſtiana ſimplicitate, & paulo poſt, ne forte cum ueniſſet, non quales uellet, eos inueniret, & lugeret multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt *Hebr. 10. q* pœnitentiam? Quid & alijs fortibus Chriſti militibus aiebat, Nolite amittere

A tere confidentiam ueſtram, quæ magnam habet remunerationem? Et ne erres tu quiſquis es, qui acceptæ iam iuſtitiæ confidis, & fiduciam habens in pulchritudine tua, putas tibi licere quidquid libeat, audi quid continenter adijciat. Patientia enim uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem Dei facientes reportetis repromiſsionem. Et manifeſte idem Apoſtolus prolapſos fuiſſe nonnullos aſſeuerat, poſtquam accepto ſancto baptiſmate illuminati fuerant, & participes ſpiritusſancti erant effecti. Et reprobationem & maledictionem, & terribilem quandam expectationem iudicij, & ignis æmulatio nem, quæ eos conſumeret, impendere ipſis euidentibus rationibus & ſimilitudinibus commonſtrat. Et in eundem ſenſum Petrus, quia & eodem ſpiritu ſcribebat, deteriora illis fore poſteriora prioribus conſpicue denūciat, ac ſubdit. Et uos igitur fratres præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate. Et lucidiſsime Ioannes in Apocalypſi, immo ſaluator in Ioanne quaſdam Eccleſias docet corruiſſe, & a caritate prima excidiſſe, & ad pœnitentiam eas exhortatur, alias uero ſtantes ſolicite admonet, ut conſtanter retineant, quod habent, ne alij accipiant earum coronas. Et inter omnia, illa ſunt pro nobis apertiſsima, quæ ad Eccleſiam Epheſiorum dirigit. Sed habeo aduerſum te pauca, quod caritatem tuam primam reliquiſti. Memor itaque eſto, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Cum enim dicit, Memor itaque eſto unde cecideris, & pœnitentiam age & prima opera fac, & caritatem tuam primam reliquiſti, oſtendit proculdubio ad eam Eccleſiam ſe loqui, quæ ceciderat, & baptiſmum ſuſceperat, ac ſtans quondam, tandem corruerat per delictum. Et cum Sardis paucos ſe habere dicit, qui non coinquinauerunt ueſtimenta ſua, aperte ſignificat multos alios ea coinquinaſſe, & a gratia accepta cecidiſſe. Miror uero cur inter Eccleſias, quæ ad pœnitentiā prouocantur, & quibus, niſi reuertantur ad opera priſtina, Deus comminatur, Hieronymus computet etiam Smyrnam & Philadelphiam, cum harum utraque mirifice commendetur, & Smyrna diues uocetur, & non ad pœnitentiam, ſed ad fidelitatem uſque ad mortem excitetur, Philadelphia uero ſeruaſſe uerbum domini, & non negaſſe nomen ipſius dicatur, & ut teneat, quod habet, ne alius accipiat coronam ſuam, moneatur. Quod ſi iuſti ut cum ſancta Synodo li. 11. docuimus, & canone ſeptimo, & octauo, ſeſſionis ſeptimę huius Concilij Tridentini confirmatum eſt, adſtricti ſunt ad obſeruandum mandata, cum nihil ſit, quod eos compellat illa ſeruare, poterunt utique ea prætermittentes, excidere a gratia Dei. Vnde & Paulus ſibi ipſi uæ imminere aſſeuerat, ſi non Euangelizaret. Et Iacobus inquit, Eſtote factores uerbi, & non auditores tantum. Quia ſiquis auditor eſt uerbi, & non factor, hic comparabitur conſideranti uultum natiuitatis ſuę in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. Et continuo factores legis beatos prædicat, & qui totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno mandato, uniuerſæ legis reum, & fidem ſi-

Marginalia: 6.a (beside "reportetis repromiſsionem"); 2. Pet. 2. d (beside "litudinibus commonſtrat"); apo. 2. et. 3 (beside "re traducti"); Apo. 2. b (beside "Eccleſiam Epheſiorum"); B (left margin, beside "mam reliquiſti"); Hiero. 2. cō. Ioui. (beside "Hieronymus computet"); Arg. 4 (beside "neat, quod habet"); 1. Co. 9. (beside "terunt utique"); Iaco. 1. d (beside "bi ipſi uæ").

ne operibus inutilem, ac mortuam affirmat. Frustra uero monuit, ut pro- C
1.cōt.Iou. be dicit Hieronymus, ut adiungerentur opera fidei, si peccare non pote-rant, & a gratia decidere qui baptisma plena fide susceperant. Frustra etiam Ioannes monuisset, debere, qui dicunt se in Christo manere, ambulare, sicut ille ambulauit. Et si peccauerimus, habere eum aduocatum. Quid nãq; opus aduocato eis, qui nequeunt deficere? Sane quia iusti dū adhuc uiuunt, perdere possunt iustificantem gratiam, sapientissime iam olim sermo diui-
Pro.27.a nus admonuit omnes. Ne glorieris in crastinum ignorans, quę superuen-
Ecc.11 tura pariat dies. Et alibi. Ante mortem ne laudes quenquam hominem. Vel ut aliæ translationes habent. Ne beatum dixeris quempiam. Vel ne laudaueris hominem in uita sua. Quæ uerba pulchre Ambrosius in quodam sermone sic edisserit. Tanquam si diceret. Lauda post uitam, magnifica post consummationem. Lauda post periculum, prædica securum. Lauda nauigantis fœlicitatem, sed cum peruenerit ad portum. Lauda ducis uirtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Et post pauca. In huius itaque mundi pelago uolutantibus nobis ualde pertimescendum est, ne nauem nostram aut procella tempestatis arripiat, aut fluctus absorbeat, aut in æternam prædam pirata crudelis abducat. Quod intelligens clarissimus ille Christi signifer Paulus stigmata domini & mortificationem ipsius iugiter in suo corpore circunferebat, & nihil de sua sibi blanditus iustitia, uelut fortis athleta stabat iugiter in acie, & uiriliter contra hostes suos dimicabat, & persistens in sua custodia, sed ad anteriora tamen iugiter proficiēs,
1.Co.9 constanter aiebat. Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam D
quis euacuet. Et e uestigio. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem uerberans. Sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.
Gal.5 Et ut nemo se liberum ab hac pugna carnis & spiritus existimet, alibi ge-
2.cōt.Iou. neraliter pronunciat ea sibi inuicem aduersari, ut non quæcunque uolu-
Iaco.1 mus, illa faciamus. Ex utroque enim compacti, necesse est, ait Hieronym. ut utriusque contra se substantiæ bella patiamur. Et Iacobus ununquen-
Iob.7.a que dicit tentari a concupiscentia sua, & beatum prædicat uirum, qui suffert tentationem. Et alibi iuxta antiquam translationem. Tentatio est uita hominis super terram. Vasa figuli probat fornax, homines autem iustos tentatio tribulationis. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia,
Ecc.2.a & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. De dæmonis etiam sæuitia, & rabie animarum insatiabili formidanda passim scribit Iob.
Psal.9 Et Dauid sedere eum dicit in insidiis, in occultis, ut interficiat innocentem.
Luc.22 Et Christus Apostolis suis. Ecce, uel sicut Augustinus legit, Hac nocte,
Aug.2.ad satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Et Petrus. Aduersarius
Simp.q.1 uester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Et
1.Petri.5 Paulus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad-
Ephe.6.b uersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum ha-

A rum, contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Et exiſtimat aliquis, ſecuros & dormientes nos eſſe debere poſt baptiſmum, atque audet Iouinianus aſſentari nobis, & dicere eos, qui plena fide baptiſma conſecuti fuerint, a diabolo tentari, aut ſubuerti non poſſe? Cauete iuſti, cauete ſancti. Vigilate, & nolite peccare, uiriliter agite, & nolite errare. Dum falſam ſecuritatem nobis pollicentur, in præcipitium & apertam ruinam nos pertrahunt. Quandiu ſumus in hac uita, nauigamus, luctamur, pugnamus, & donec perueniamus ad portum & repoſitam nobis coronam accipiamus, nulla uſquam ſatis tuta ſtatio, nulla certa & tuta ſecuritas, ſed omnes & prædeſtinati & iuſtificati, niſi aliquo ſpeciali priuilegio fruantur, ab accepta a Deo gratia poſſunt cadere.

De conſenſu doctorum, & Eccleſiæ totius in Iouinianum & Vuitcleſum. Cap. VII.

PRædeſtinatos & iuſtificatos poſſe cadere a Dei gratia, & neceſſariam eſſe omnibus perſeuerantiam uſque ad mortem, ut perueniatur ad palmam, ſatis poteſt ex prædictis conſtare. Sed ut conſtet conſenſiſſe ſemper huic ueritati Eccleſiam, quod nos ubique oſtenſuros eſſe ſumus polliciti, adiungam ijs, que iam citauimus, aliquot alia teſtimonia doctorum, quæ hanc ueritatem luculenter nos docent. Cyprianus non con- *Cypri.*
B tentus hanc ueritatem ſua authoritate tradere, optimis illam ſcripturę teſtimonijs confirmat. Quare integrum quoddam capitulum ex libello ipſius de exhortatione ad martyrium hic ſubſcribam. Inſiſtendum eſſe & perſeuerandum in fide & uirtute, & cœleſtis & ſpiritualis gratiæ conſummatione, ut ad palmam & coronam poſſit perueniri. In Paralipomenon. *2. Para. 15*
Dominus uobiſcum eſt, quandiu & uos eſtis cum ipſo. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet uos. Item apud Ezechielem. Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die execrauerit. Item dominus in Euangelio lo- *Ezec. 33*
quitur & dicit. Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Et iterum. *Matt. 10*
Si manſeritis in uerbo meo, uere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis ueri- *Ioan. 8*
tatem, & ueritas liberabit uos. Præmonens quoque nos ſemper paratos eſſe debere, & expeditos in procinctu firmiter ſtare, adiecit, & dicit. Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris, & uos ſi- *Luc. 12*
miles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs, ut cum uenerit & pulſauerit aperiant ei. Fœlices ſerui illi, quos aduenìens dominus, inuenerit uigilantes. Item beatus Apoſtolus, ut fides noſtra proficiat & creſcat & ad ſumma perueniat, hortatur dicens. Neſcitis, quoniam qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, unus tamen acci- *1. Co. 9*
pit coronam. Sic currite ut comprehendatis. Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, uos autem incorruptam. Et iterum nemo militans Deo, implicat ſe moleſtijs ſæcularibus, ut poſſit placere, cui ſe proba- *2. Tim. 2*

uit. Sed & si certauerit quis, non coronabitur, nisi legitime pugnauerit. Et C
Roma. 12 iterum. Oro autem uos fratres per misericordiam Dei, ut constituatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, & ne configuremini huic sæculo, sed transformemini in renouatione spiritus ad probandum quæ sit uoluntas Dei bona, & placens & perfecta. Et iterum.
Roma.8 Sumus filij Dei, si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, siquidem compatimur, ut & commagnificemur. In
Apo.3.c Apocalypsi eadem loquitur diuinæ prædicationis hortatio dicens. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod exemplum perseuerandi & permanendi designatur in Exodo, ubi Moyses ad superandum Amalech, qui figuram portat Diaboli, in signo & sacramento crucis alleuat supinas manus. Nec uincere aduersarium potuit, nisi postquam stabilis
Exo.17 in signo alleuatis iugiter manibus perseuerauit. Et factum est, inquit, cum leuabat Moyses manus, præualebat Israel. Vbi autem submiserat manus, inualescebat Amalech. Et accepto lapide supposuerunt sub eo, & sedebat super eum. Et Aaron & Vr sustentabant manus eius hinc & inde, & factæ sunt manus Moysi stabiles usque ad occasum solis. Et fugauit Iesus Amalech & omnem populum eius. Et dixit dominus ad Moysen. Scribe hoc, ut sit in memoria in libro, & da in aures Iesu, quoniam deletione delebo memoriam Amalech sub cœlo. Hæc ille. Et alibi sanctos quosdam
Lib.1.ep.5 confessores sic alloquitur. Hortamur autem per communem fidem, per pectoris nostri ueram circa uos & simplicem caritatem, ut qui aduersarium prima hac congressione uicistis, gloriam uestram forti & perseueranti uirtute teneatis. Adhuc in sæculo sumus, adhuc in acie constituti, de uita nostra quotidie dimicamus, danda opera est, ut post hæc initia ad incrementa quoque ueniatur, & consummetur in uobis, quod iam rudimentis fœli- D
Nõ minor cibus esse cœpistis. Parum est adipisci aliquid potuisse, plus est, quod adeptũ
ẽ uirtus, q̃ est, posse seruare. Sicut fides ipsa & natiuitas salutaris non accepta, sed cu-
quærere stodita uiuificat. Nec statim consecutio, sed consummatio hominem Deo
parta tueri seruat. Dominus hoc magisterio docuit dicens. Ecce sanus factus es, iam
Ioan.5 noli peccare, ne quid deterius fiat. Puta autem illum & confessori suo dicere. Ecce confessor factus es, iam noli peccare, ne quid deterius tibi fiat. Et statim. Perseuerandum uobis est in arcto & in angusto itinere laudis & gloriæ. Qui & alibi docet iustos & fortes uiros, immo iam egregios con-
Hila. fessores a iustitia acquisita nonnunquam excidisse. Hilarius in illa, Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque, cum doceret liberum a crimine esse oportere cœlestis doctrinæ prædicatorem, subdit. Hinc illud est, quod Apostolus monet. Noli negligere, quod in te est charisma, ne per negligentiam, ac desidiam indigni prędicatione uerbi dei simus. Vides ut posse perdi gratiam semel acceptã ex testimonio Pauli intellexit?
Amb.c.4 Amb. exemplo Dauidis, Sansonis, Iepte, Aarõ probat alicubi hãc egregiã
Apo.dau. sententiam, Culpam incidisse naturę est, delesse uirtutis. Vbi & stantes posse

cadere,

A cadere,& lapsos posse resurgere palam docuit. Hieronymus ex statim citatis Salomonis uerbis,& Ecclesiastici sic colligit. Quandiu uiuimus,in certamine sumus,& quandiu in certamine nulla est certa uictoria. Et ibidem tractans illa uerba Michææ. Indicabo tibi o homo quid sit bonum,& quid dominus quærat a te,utique facere iudicium,& diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo,sic scribit. Nunquid dixit,habeto æqualitatem Dei,& non hoc,quod maximum est,solicitum ambulare cum Deo tuo? Vt nunquam securus sis,ut omni obseruantia custodias cor tuum, ut consideres, quoniam in medio laqueorum ambules,& sub murorum pinnis ingrediaris, ut illud quotidie mediteris. Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Superbis enim resistit Deus,humilibus autem dat gratiam. Qui cautus & timidus est, potest ad tempus uitare peccata, qui securus est de iustitia sua,repugnat Deo, illiusque auxilio destitutus, insidijs hostium patet. Hæc ille. Et alibi. Monachus uel se,uel mundum lugeat,et domini pauidus præstoletur aduentum,qui sciens imbecillitatem suam,& uas fragile, quod portat, timet offendere,ne impingat,corruat,atque frangatur. Vnde & mulierum,maximeque adolescentularum uitat aspectum, & in tantum castigator sui est,ut etiam,quę tuta sunt,pertimescat. Et statim ideo monachos in eremum fugere,quia nulla securitas est uicino serpente dormire. Hiero. Mich. 6 Iacobi. 4 Cōtra Vigilātium.

Augustinus libro de bono perseuerantiæ.ca.8.sic scribit. Hominibus uidetur,omnes,qui boni apparent fideles,perseuerantiam usq; in finem accipere debuisse. Deus autem melius esse iudicauit,miscere quosdam non perseue B raturos certo numero sanctorum suorum,ut quibus non expedit in huius uitæ tentatione securitas,non possint esse securi. Et.ca.13.ex hoc ostendit inchoandi & usq; in finem perseuerādi gratiam non secundum merita nostra dari,quia ex regeneratis alij quidem perseuerantes hinc exeunt,alij quousq; decidant,hic tenentur,alij uero iam lapsi quousq; in gratiam Dei redeant, non permittuntur exire de hac uita. Greg. in illa uerba,sic faciebat Iob cunctis diebus. Incassum bonum agitur,si ante terminum uitę deseratur,quia et frustra uelociter currit,qui priusq; ad metas ueniat deficit. Hinc est.n. quod de reprobis dicitur. Væ ijs,qui perdiderunt sustinentiā. Hinc electis suis ueritas dicit. Vos estis,qui permāsistis mecum in tentationibus meis. Hinc Ioseph,qui inter fratres usq; in finē,iustus perseuerasse describit̄,solus talarem tunicam habuisse perhibet̄. Nam quid est talaris tunica,nisi actio cōsummata? Quasi.n protensa tunica talum corporis operit,cū bona actio ante Dei oculos usq; ad uitæ terminum nos tegit. Hinc est q; per Moysem caudā hostię in altari offerre præcipimur,ut uidelicet omne bonū,quod incipimus, etiam perseuerantię fine cōpleamus. Hactenus Greg. Et alibi reprobos hac ratione non sibi,sed electis uiuere ostendit,quia dum electi eorū lapsum cōspiciunt,de suo statu contremiscūt, & ruina,quę illos dānat,istos humiliat. Et in quadam hom. In conuiuio nuptiali non initium,sed finis quæritur. Nam non solutus est a debitis,qui multa,sed qui omnia dedit. Et alibi pro Aug. Greg.1 Mo.c.40 Eccl.2 Luc.22 Gen.37.c 34.Mo.c 10.

pterea uę prædictum esse dicit ijs,qui perdiderũt sustinentiam, quia nõ solũ C
incœpti laboris mercedem perdunt,sed etiam apostatus sui pœna feriũtur.
Ansel. Anselmus in hunc sensum exponit uerba Pau.ad Timoth.quæ dilucide to
2.Tim.2 tum,quod uolumus,confirmant.Si sustinebimus & conregnabimus,si ne
Heb. 10 gauerimus ille negabit nos.Neqȝ aliter,quæ ad Heb.Nolite amittere confi
dentiam uestram,quæ magnam habet remunerationem.Patientia enim uo
bis necessaria est,ut uoluntatem Dei facientes reportetis repromissionem.
Et frustra sane Paulus patientiam necessariam esse asseruisset, & ad eam co
hortatus esset,& negantes Christum negandos ab eo pronunciasset,si non
possent iusti uicti malis & aduersitatibus negare Christum, & patientiam
Bern. amittere,atqȝ ea ratione a Dei gratia excidere. Bernar. in lib.de precep.&
disp.in multis ostendit se certum fuisse, iustitiam posse a iustis amitti,& repa
rari,et inter alia dicit.Præceptis instituitur uita contra peccatũ,remedijs re-
stituitur post peccatum innocẽtia.Et addit continuo hoc notatu dignum.
Solum censuerim fregisse uotum,qui & præceptum contempserit,& reme
dium.Nam illum sane dico securum,qui & si interdum obedientię limitem
præterit,consilium non respuit pœnitentiæ.Hæc Bern.Atque idem nobis-
Chry.hõ. cum sensisse doctores Gręcos liquere potest ex Chry.Causam Christi uer-
24.ĩ Mat. borum,Qui perseuerauerit usqȝ in finem,hic saluus erit,hanc reddit. Quia
incipere multorum est,finire uero paucorum.Et subdit continuo. Semper
in principio dilectio est,in fine probatio.Nemo enim circa Deum usqȝ in fi
nem potest perseuerare,nisi qui propter Deum tãtummodo factus est Dei. D
Omne enim quod propter carnem fit,corporale est,quemadmodum & ca
ro ipsa temporalis est,quod autem propter Deum fit,æternum est, sicut &
Deus æternus est.Cor bonæ fidei est exitus bonus, quia non incipere ali-
quod bonum,gloriosum est,sed finire.Nam quod incipit,corporis uolu-
ptas est frequenter,quod autem finit, uirtus est animi.Nam frequenter con
cupiscentia carnalis incipit bonum,sed non finit nisi gratia Dei.Hæc Chry.
Et subscribit Theophi.ut assolet.Sic enim interpretatur Pau.uerba.Si susti-
nebimus & conregnabimus.Neqȝ enim sat est,ut semel quis morti se offe
rat,sed semper id agat necesse est.Inquit enim.Quotidie morior.Est itaqȝ pa
tientia opus,ut queat quis euadere nobiscum,& eo euadere,ut regnum cœ
leste adipiscatur.Et eadem ferme repetit in illa uerba Christi, Qui perseue-
rauerit &c.& in uerba Apostoli ad Timothe.& ad Hebre. mox citata. Et
quia necessaria est omnibus perseuerantia in bono usque ad mortem, & in
hac uita nulla est securitas,uniuersa toto orbe dispersa Eccle.edocta a Chri-
sto & ab Apostolis filios suos omnes adhortari nunquam cessat, ut sobrij
sint & uigiles,& armaturam Dei iugiter accipiant,ut possimus stare aduer-
sus insidias diaboli,qui tanquam leo rugiens circunquaqȝ nos circuit,quæ-
rens quem deuoret.Et ne quisquam de ueritate ista dubitaret,iam olim pro
uisum fuit per Ecclesiam,damnato propter hoc Iouiniano a sede Apostoli-
Cõci.Lat. ca Romæ & in Aphrica a concilio quodam Aphricano.Et in concilio La

A teranensi sub Innocentio. 3. satis aperte significarunt patres posse iustificatos gratiam perdere, istis uerbis, quæ habentur in capitulo firmiter de summa trinitate & fide catholica. Et si post susceptionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per ueram pœnitentiam potest semper reparari. Hæc ibi. Et cum ex actis ipsius Cōcilij constantiensis constet, reprobatos esse in ipso duce ntos sexaginta sex articulos Ioannis Vuitclefi, dubitādum non est, quin & inter illos hic quoque, contra quem nunc disputauimus, fuerit damnatus. Nam diligentissimus scrutator & impugnator errorum ipsius Thomas Vualdensis in libro de sacramentis eum illi imputat. c.156. Habendaq; est tanto uiro fides, licet in actis concilij Constantiensis & hic quoque error, sicut & multi alij præteritus sub silentio sit. Verum est tamē, quod Ioannem Hus addictissimum ipsius discipulum ex eisdem actis possumus colligere, non fuisse secutum errorem Vuitclefi. Nam quanuis dixerit Paulum nunquam fuisse membrum diaboli, tamen expresse confessus est præscitum aliquando in gratia esse secundum præsentem iustitiam & prædestinatum excidere nonnunquam a gratia, quam dicebat aduentitia, sed nō excidere a gratia prædestinationis, a qua una secundum eum constabat unitas Ecclesiæ. Quia solam uniuersitatem prædestinatorum credebat esse Ecclesiam. Quanta uero hęc erat repugnantia, quanta absurditas, admittere absurditas erroris. præscitos esse in gratia secundum pręsentem iustitiam, & tamen non concedere eos esse partes Ecclesię. Ioā. Hus. Certe hoc nihil aliud erat, quam asserere cum

B Vuitclefo eos nunquam habere ueram gratiam. Nam si uera esset, faceret nimirum eos partes ad tempus Ecclesię. Vnde Cypri. August. & quędam iuris pontificij definitiones aperte dicunt, extra Ecclesiam non esse salutem. Quod non solum ad consummatā beatorum salutem referendum est, sed etiam ad salutem, quę constituit hominem in statu gratię, & a morte peccati mortalis eripit. Sed hęc satis sunt, ut uerissimam esse nouerimus & a Christo, Apostolisque ipsius, & a tota Ecclesia traditam & perpetuo retentam primam capitis. 12. diffinitionem, qua asseritur iustificatos posse etiam in perpetuum amittere suam iustificationem, neq; iustificatos omnes esse prędestinatos, neq; ediuerso prędestinatos esse semper iustificatos. Vt autē partes defensoris ad plenum expleamus, ad ea iam respondebimus, quę pro hęreticis contra ista afferri possunt.

De uerbis Ioannis, quæ uidentur Iouiniano fauere. Cap. VIII.

POtissimum quidem argumentum, quod pro Iouiniano torqueri in nos potest, ex uerbis Ioānis est. Ait enim ille. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. Et non contentus sic uniuersaliter, & indistincte asserere peccatum non fieri a natis ex Deo, continenter adijcit. Et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Et ut omnibus cōspicuum esset, natos se ex Deo uocare omnes iustos, statim subiecit. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli. Omnis, qui nō

Obiect. 1
1. Ioan. 3. b

est iustus, non est ex Deo. Et in eandem sententiam addidit postea. Scimus C
quia omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. In quibus uerbis uidetur potuisse Iouinianus aduersum nos exultare. Nam & Ioannes perinde aperte dicit iustos non posse peccare, ac ipse hoc asserebat Iouinianus. Quin & causas ex posuit Ioannes, ob quas iusti neq; admittunt, neq; admittere queunt peccatū. Quoniam ex Deo, inquit, nati sunt. Quoniam semen illius in ipsis manet. Quoniam generatio Dei conseruat illos, idque non utcunq;, sed ita fortiter & omni ex parte circumamiciens eos & protegens, ut malignus non
c.4.a tangat eos. Atq; hac de causa ibidem dicit. Vos ex Deo estis filioli & uicistis eum, quoniam maior est, qui in uobis est, quam qui in mundō. Quod si a maligni insidijs iusti sunt tuti, neque illius fraude aut instinctu flecti queunt ad peccata, erunt & ab alijs causis securi, quæ illicere ad ea nos solent, & impellere, leuissimę quippe omnes illæ sunt, si quidem ad dolos, artes, astum, rabiem, malignitatem, & potentiam diaboli conferantur. Neque uacant suo pondere illa uerba. In hoc manifesti sunt filij Dei & filij Diaboli. Si enim utrique admittere ualent peccatum, non erunt ergo peccata, argumentum satis idoneum ad dignoscēdum filios Dei a filijs diaboli. Quod enim aliquos inter se discernit, commune utique illis non est. Potest & ur-
Cōfirmat. gentior fieri hæc obiectio ex illis uerbis eiusdem Ioannis. Ex nobis pro-
1.Ioā.2.c dierunt, subaudi, Antichristi, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Sed ut manifesti sint, quoniam D
non sunt omnes ex nobis. Hic uidentur a Ioanne asseri, ex nobis non esse, qui nobiscum non perseuerant, & uel eo nomine manifestum nobis esse posse, aliquos nunquam fuisse ex nobis, quia a nobis tandem recesserunt. Quare cum iusti proculdubio sint ex nobis, & unius nobiscum corporis partes, quoad in fide & iustitia persistunt, qui fuerint uere iusti, a nobis recedere non poterunt, & qui recedunt, speciem quidem iustorum habuerint reuera tamen iusti non fuerint. Quod si pro meritis testimonia hæc Ioannis expendantur, non Iouiniano duntaxat fauere uidebuntur, sed etiam Vuitclefo. Quoniam si natus ex Deo, peccare non potest, omnis igitur ex Deo natus, prędestinatus est, & beatitudinem habebit, & nullū unq; in eo erit lętale peccatum. Et si qui recedunt a nobis, nunq̄ fuerunt ex nobis, & omnes, qui sunt ex nobis, permanēt nobiscū, nunquā ergo præsciti sunt ex nobis, licet uideanť esse ex nobis. Quia par omnino est ratio quoad hæc de recessu a nobis p̄ apostasiā, siue defectionem a fide, et de recessu a cōgregatione iustorꝫ per iniustitiā. Nam si perseuerantia in fide requiriť, ut quis censeatur fuisse de gremio fidelium, requiretur & perseuerantia in iustitia, ut quis existimetur fuisse de societate iustorum. Et si uera fides coniunctam habet secum perseuerantiam, habebit etiam & gratiam. Et si gratia illam non habet annexam, neque habebit fides. Atque his posterius ex Ioanne citatis innitebatur, opinor, Ioannes Hus, qui omnes & solos prædestinatos

A membra esse Christi & Ecclesiæ asseruit. Prioribus uero utebantur Pelagiani, ut colligi potest ex Hieron. lib. 1. aduersus illos, ut cõficerent iustos posse deuitare omne peccatum. Verum nulli istorum hæreticorũ sensum Ioannis assecuti sunt. Neq; mirum. Tollit nanq; aliquando se Ioannes ut aquila, multo sane altius, quam ut ab oculis repentium hæreticorum possit comprehendi. Et Pelagianis quidem bene obijcit in eo loco Hierony. necesse esse, si in eũ sensum uerba Ioannis exponant, paruam Euangelistæ epistolã sibi esse contrariam. Quãdoquidem Ioannes ipse in ea dicit. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Et mox. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Quod si opposueris, quare dixerit. Et non potest peccare, quia ex Deo natus est, audies, inquit, Et ubi erit præmium uoluntatis? Si enim ideo non peccat, quia peccare non potest, liberum tolletur arbitrium, & nequaquã nostrum fiet, sed naturæ bonum, quæ præcepta non capiet. Hęc ille. Et manifestum est in illis uerbis, quibus maxime potuerunt niti Pelagiani, maxime Ioãnem eis aduersari. Nõ enim ad libertatem arbitrij iustorum refert, euitationem peccati, sed ad natiuitatem, & generationem diuinam eos conseruantem & tuentem. Iustitia quippe nostra, sicut ibidem dicit Hiero. non ex proprio merito, sed ex Dei cõsistit misericordia. Et hæc hominis summa est iustitia, quicquid potuerit habere uirtutis, non suum putare esse, sed domini, qui largitus est. Et Iouinia-

Responsio Ioã. aquila

Ad Pelag.

1. Ioan. 1.

B nus, & Vuitclefus nihil amplius ex eisdem habere possunt, quàm iustos neque peccatum admittere mortale, neq; posse admittere, quandiu in iustitia & adoptione Dei perseuerãt, & semen Dei, hoc est, gratia, in illis permanet. Non enim ait Ioannes, iustos, siue ex Deo natos, iustitiam suam, seu natiuitatem diuinam amittere non posse. Non hoc profecto usquam dixit. Si id sensisset, nunquã dixisset. Vos quod audistis ab initio, in uobis pmaneat. Quia si in uobis permanserit, quod audistis ab initio, & uos in filio & patre manebitis. Et statim. Et uos unctionem, quã accepistis ab eo, in uobis permaneat. Et sicut docuit uos, manete in eo. Quorsum ad permanendum in gratia, & doctrina accepta exhortatus fuisset, si perdere illam non possumus? Et multa alia ibidem legimus, ex quibus patet Ioãnem certum fuisse, posse a iustis perdi gratiam acceptam, nisi diligenter inuigilent caritati, & amori fratrum, & uniuersorum mandatorum obseruantiæ. Cum ergo ait, natum ex Deo peccare non posse, sensus est, ut & ante nos Augu. tract. 5. in hanc ep. Ioã. & autores glosæ ordinarię, & interlinearis, & Nicolaus, & alij exposuerunt stare simul non posse natiuitatem diuinam, & peccatum læctale. Nam de hoc uno ibi loquitur, quia de peccato ueniali nõ diceret, quod ibi legimus. Omnis qui peccat, non uidet Deum, neq; cognouit eum. Et statim. Qui facit peccatum, ex diabolo est. Itaq; ut uerbis dialecticis, & scholasticis utamur, non in sensum diuisum hæc uerba accipienda sunt, quasi sensus Ioãnis sit, iustos neq; admittere posse peccatum, quo iustitiam suã per-

Resp. 1. ad Iouin. & Vuitclef.

Augustin. Nico.

Impoßibilia dicũtur in scriptura, quæ tã tũ sunt impoßibilia in sensu cõposito.

dant. Sed accipienda hæc sunt in sensum compositum, ita ut sensus sit, non C
posse iustitiam, seu natiuitatem diuinam stare cum peccato. Quę in sensum
Hieron. in interpretatur Hiero. illa uerba Christi. Non potest arbor mala bonos fru-
Matt. 7. ctus facere. Nam sensus est, ait. Quandiu est arbor mala, ab ea nō potest p-
1. Cor. 2. d dire fructus bonus. Necessarium est etiam sic in sensum compositum accipere, quæ Paulus dicit de animali homine, nempe quod neque percipiat, neq; possit intelligere, quæ Dei sunt. Intelligendum quippe hoc est, quandiu ab animali non transierit, & commutatus fuerit in spiritalem. Nec alius est sensus uerborum Christi. Nemo potest duobus dominis seruire. Significauit quippe nobis impossibile esse, ut simul quis duobus dominis seruiat. Nam diuisim potest quiuis duobus dominis seruire, uidelicet pro diuersis temporibus. Et ipse Hiero. in principio primi dialogi cōtra Pelagianos hanc expositionem innuit. Obijcienti nāq; Critobulo hæc uerba Ioānis, ut probaret, posse hominem esse sine peccato, ipse uicissim obijcit eundem Ioan. dicentem. Si cōfiteāmur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Atque ut obiectum exponat testimonium & simul referiat aduersariū, e uestigio subnectit. Qui ergo natus est ex Deo, non peccat, quandiu semen Dei manet in eo, & non potest peccare, quia ex Deo natus est. Sed quia in agro dominico dormiente patrefamilias inimicus homo zizania superseminat, & frumento bono, dum nescimus, Lolium, auenasq; steriles sator nocturnus interserit, ideo parabola ista Euangelici patrisfamilias formidāda est, qui pur- D
gat aream, & frumento horreis condito paleas uentorum flatibus dispergendas, & urendas ignibus derelinquit. Vides quemadmodum in sensum compositum exponit? Quandiu semen Dei, inquit, manet in eo, natus ex Deo nō peccat. Sed apertius, & copiosius in principio lib. 2. cōtra Iouinianū eundē in sensum hęc exponit. Et ut nō esset nobis ambiguus iste sensus, adiuncta sunt illa uerba. Quoniam semen ipsius in eo manet. Et illa. Quoniam generatio diuina conseruat eum. Etenim hæc satis indicant sensum illorum uerborum, quibus asseritur, natus ex Deo peccare non posse, hunc esse, quod iustus peccare nequit, quādiu in illo hæc perseuerant. Quæ enim communicatio luci & tenebris, Christo & Belial? Quomodo dies & nox misceri non queunt, sic neq; iustitia, & iniquitas, peccatum & bona opera, Christus & antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, ilico fugamus diabolum, & cum illo discedunt a nobis omnia peccata. Si peccauerimus, mox per peccati ianuam ingreditur ad nos diabolus, & protinus recedit Christus. Et ut apertior hic sensus esset, præmiserat illa Ioannes statim. Omnis qui manet in eo, non peccat. Et mox subiūxit. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Non sane qui fuerunt, sicut prperam in argumento obiectabatur, sed qui sunt. Præsenti quippe tempore Ioannes utitur. Et peccatum discernere non potest, qui fuerint filij Dei, & q filij diaboli. Nam peccare possunt, qui fuerunt filij Dei, & qui fuerunt filij

A diaboli. Bene autem distinguit, qui actu sint filij Dei, & qui filij diaboli. Docet nanque tandiu nos in generatione domini permanere, quandiu non peccamus. Quod unum nostra intererat scire. Discernit autem hæc peccatum, quia peccatum nunquam est, nisi in filijs diaboli, & eo ipso quo peccatum in nobis incipit esse, desinimus esse filij Dei, & incipimus esse filij diaboli. Vnde & ibidem Ioãnes ait, Qui facit peccatum, ex diabolo est. Potest, qui uoluerit, & aliter respondere, ac dicere, horum uerborum, Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, & similiũ sensum esse, secundum quod ex Deo nati sumus, & in Christo manemus, nos minime peccare, sed secundũ qđ ex Adam nati sumus. Et hunc sensum sequitur Aug. ep. 95. Vbi ita dicit. Illud quod scriptum est. Qui natus est ex Deo, non peccat, secundum ipsam caritatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad natiuitatem quippe, quę ex Deo est, augenda & perficienda pertinet caritas. Et alibi sic putat debere exponi illa. Omnis qui peccat, non uidit eum, neque cognouit eum, ut sensus sit secundum illam absumendam infirmitatem ex Adam contractam, secundum quam peccamus, neminem cognouisse Deum. Nam & si aliqua uident per fidem peccatores, id illi non habent ab Adam sed a Christo. Et hanc Augustini expositionem necesse esset sequi, si etiam de peccatis uenialibus accipienda essent uerba Ioannis. Quod tamen nihil est necesse, ut perspicue ostendimus. Licet & in Bern. duas alias expositiones horum uerborum difficiliũ legere. Non peccat, inquit, qui natus est ex Deo. idest, non permanet in peccato, quia conseruat illum utique, ut perire non possit, ea, quæ falli non potest generatio cœlestis. Siue non peccat. i. tantũdem est, ac si nõ peccet, pro eo. s. quod non imputatur ei peccatum. Generatio enim cœlestis etiam in hac parte conseruat illum. Hæc Ber. Qui generationem cœlestem statim dilucide exponit a se intelligi prędestinationem diuinã. Et ipse Aug. c. 14. de na. & gra. refert & alias sic exposita esse illa uerba, ac si diceret. Qui natus est ex Deo, non debet peccare. Quis enim insanus dicat, debere peccari, cum ideo sit peccatum, quia non debet fieri? Quod uero dicit Ioannes ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis &c. tripliciter potest, & per quam commode exponi. Primo dicere possumus, non negari a Ioãne posse aliquos a nobis recedere, qui prius fuerint ex nobis, & eiusdem corporis membra fide, & gratia, sed hoc duntaxat asseri, neminem ab Ecclesia decedere, qui non & ipse prius suo animo ab ea se diuulserit, & disseparauerit. Nam qui non est Christo contrarius, in corpore ipsius hęret, & permanet. Et quandiu e corpore Christi est, exire a nobis non potest, quia corporis integritas uniuersis membris constat, neque sibi sunt illa contraria. Atque hanc expositionem sequitur Augustinus tractatu. 3. in primam Ioan. Secũdo possunt referri hæc uerba ad æternam prędestinationem. Sensusque erit ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis secundum æternam Dei prædestinationem. Prodeũt quippe ex nobis hæretici & schismatici, quia nostri fuerunt, non solum per communem creationẽ, & propagationẽ, & uo

Resp. 2. ad Iouin. & Vuicle.

Augu.

Resp. 3. ad eosdẽ Ber. serm. 1. septuag.

B

Resp. 1. ad confirm.

Augu.

Resp. 2. ad cõfirm.

cationem, sed etiam per communem regenerationem, renouationem, & iu- C
stificationem, & quia creati ab eodem Deo, & nati ex eodem parēte Adā, & uocati ab eodem redemptore Christo, & iustificati per eundem Baptismum, sicut & nos, eisdem nobiscum sacramentis fruebātur, & eiusdem corporis mystici partes erant, sed ex nobis tamen non erant, quia non erant secundum propositum uocati, non erant in Christo electi ante mundi constitutionem, non erant in eo sortem consecuti, non erant in eo prædestinati secundum propositum eius, qui uniuersa operatur secundum consilium uoluntatis suæ. Et in hunc sensum dicta hæc esse a Ioanne docere uidentur statim subiuncta. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Nam utique secundum præsentem iustitiam fuisse possunt ex nobis, qui nō permanent nobiscum. Quod uero Ioannes dixerit simpliciter, & absolute non fuisse ex nobis, quos sciebat, potuisse sic esse ex nobis, mirandum non est. Possunt nanque prophetæ illa affirmare, aut negare, quæ norunt ita esse, aut non esse, siue secundum causas naturales, siue secundum supernaturales. Et sic scimus uere dixisse Ionā. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, et Esaiam ad Ezechiam. Morieris tu, & non uiues, quia secundum merita Niniuitarum & Ezechiæ ita erat iuxta communem ordinem, & legem futurum, licet secundum præscietiam Dei aliter. E contrario autē Christus uere dixit, Non est mortua puella, sed dormit. Quia licet mortua esset hominibus, & secundum causas naturales non esset amplius ab eo somno excitanda, tamen Deo non erat mortua, sed uelut dormiebat, ab eo statim D
Ioan. 11. g. potenti ipsius uirtute suscitāda. Qua ratione & alibi Ioannes filios Dei appellauit, quos sciebat nondum adeptos esse statum gratiæ, sed electos tamē a Deo, & tales tandem fore secundum æternum eius consilium. Atque istā
De pœ. d. 4. si ex bono. expositionem citat Gratianus ex Aug. lib. de correc. & gratia, & eam licet legere in eodem cap. 8. de bono perseuerantiæ. Et hoc est arcanum, quod Ioannes docet quadam tenus nobis manifestari ex eo, quod aliqui non perseuerant in fide nobiscum. Sed ut manifesti sint, inquit, quoniam nō sunt omnes ex nobis. Certissimum enim signum eorum, qui non futuri sunt secundum æternam Dei præscientiam partes Ecclesiæ iustorum, est non permanere in fide nobiscum, sed tandem auulsos, & alienos a fide nostra uitā clau-
Ad Ioan. Hus. dere. Neque Ecclesia damnasset Ioānem Hus, siquidem asseruisset, Paulum semper spectasse ad Ecclesiam iustorum secundum æternam prædestinationem, & præscitum, seu reprobum nunquam secundum eam esse illius partem. Sed propterea damnauit, nonnullas illius circa hæc assertiones, quia ut constat ex actis concilij Constantiensis, Ecclesiam catholicam ex omnibus, & solis prædestinatis constare asserebat, & de illa una esse articulum fidei contendebat, & absolute affirmabat, Paulum nunquam fuisse membrū diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus Ecclesiæ malignantium consimiles, & præscitum nunquam esse partem sanctæ Ecclesiæ, & si aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam. Ita uero oportet dicere, reprobos non

A bos non ſpectare ad ſanctam eccleſiam ſecundum ęternum Dei conſilium, ut tamen fateamur, eo ipſo partes eſſe ipſius, quo ſunt in gratia ſecundum præſentem iuſtitiam. Et ſic concedendi ſunt prædeſtinati ſemper ſpectare, ſecundum prædeſtinationem diuinam ad Eccleſiam iuſtorum, ut tamen in terim, dum ſunt in peccato, fateamur, nõ ſolum fieri ab eis quoſdam actus cõſimiles actibus Eccleſiæ malignantium, ſed uere eſſe illos partes Eccleſiæ malignantiũ, & filios, ac membra diaboli, neq; eſſe partes Eccleſiæ, niſi ſint fideles. Nam denominationes, quæ nobis conueniunt ſecundum ęternam Dei prædeſtinationem, non tollunt eas, quas tribuit pręſens iuſtitia, uel iniuſtitia. Immo cum abſolute, & ſimpliciter quærimus, qualis unuſquiſq; ſit, bonus ne, an malus, filius Dei, an filius diaboli, pars Eccleſiæ iuſtorum, an pars Eccleſiæ malignantium, ad præſentem iuſtitiam, uel iniũſtitiam ſpectã dum in primis eſt, & iuxta huius uel illius præſentiam reſponſio eſt danda. Alioqui omnes prædeſtinatos licebit beatos, & confirmatos in gratia abſolute pronunciare, & reprobos omnes eadem ratione iam nunc dicere poterimus, damnatos eſſe, & obduratos in peccatis. Siquidem tales ſunt ſecundum ęternam Dei præſcientiam, cui, ut Hiero. Aug. Greg. & alij doctores communiter docent, nihil eſt, neq; præteritum, neq; futurũ, ſed omnia præſentia. Si cui tamẽ non in totum ſatisfaciat hæc communis expoſitio, quia Ioan. abſolute & abſq; ullo temperamento locutus eſt, neq; licẽtia iſtã prophetali alias loquitur in epiſtolis, occurrit & alia fortaſsis aptior, & cõmodior uia elabendi hæreticorum obiectionem, & interpretandi hoc teſtimonium. Videtur quippe id ille ſpectaſſe, dum hęc diceret, quod ſemper eccleſia experta eſt in hæreticis. Qui prius quam aperte ſe proderent, & ut perfidi apoſtatę parricidale ipſi bellum inferrent, inquieti, ſuperbi, arrogantes, ĩobędientes, ſeditioſi, & alijs id genus uicijs obnoxij, & a cõmunibus bonorum Chriſtianorum moribus longiſsime alieni deprehẽduntur fuiſſe. Atque ideo dicit Ioannes. Ex nobis prodierunt, ſed nõ erant ex nobis. Ante ſuum enim a nobis manifeſtum receſſum, iam illi utcunque a nobis diſsidebant. Nam ſi fuiſſent ex nobis, & non putrida iam mẽbra, & ab eccleſiæ corpore diuiſa, permanſiſſent utique nobiſcum, neq; in tantum prorumperent perfidiæ ſcelus, ut ſe ab eccleſia, quæ illos in Chriſto genuit, ſepararent. Neque noſtra autoritate ſic Ioannem interpretamur. glorioſus ille martyr Cypria. ita uidetur intellexiſſe uerba iſta. Cum enim. ss. in colũba ueniſſe ſuper Chriſtum doceret, ut indicaret non aliam ſe domum inhabitare, quam eam, quę pacem, concordiam, & unanimitatem coleret, ita inter alia ſubdit. Hæc eſt in eccleſia noſcenda ſimplicitas, hæc carịtas obtinenda, ut colũbas dilectio fraternitatis imitetur, ut mãſuetudo, & lenitas agnis, & ouibus ęquetur. Quid facit in pectore Chriſtiano luporũ feritas? & canum rabies? & uenenum lætale ſerpentum, & cruenta ſęuitia beſtiarũ? Gratulandum eſt, cum tales de eccleſia ſeparantur, ne columbas, ne oues Chriſti ſæua ſua & uenenata contagione prædentur. Cohærere, & coniungi nõ

Reprobi sũt aliquã do partes ſanctæ Ecclesiæ.

Reſpon. 3. ad confir.

B

Cypria. de ſimplicitate prælatorum.

potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cum fœcunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. Nemo ęstimet bonos de ecclesia posse discedere. Triticum non rapit uentus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit. Inanes paleę tempestate iactãtur, inualidæ arbores turbinis incursione euertuntur. Hos execratur, & percutit Ioannes Apostolus, dicẽs. Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum. Hinc hæreses, & factæ sunt frequenter, & fiunt, dum peruersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem. Hæc Cyprianus. Ex quibus perspicuum est sic eum, ut diximus, uerba Ioãnis intellexisse. Estque hoc nimirum rationi ualde consentaneum. Quia sicut nemo repente fit summus, ita nemo repente fit turpissimus, nec tãtum quis sacrilegium committeret, ut ab ecclesia recederet, nisi prius minoribus uitijs sponte sua consensisset. Quod & idem eleganter in Nouato ostendit in quadam epistola ad Cornelium. Vbi de omnibus in uniuersum hæreticis, ne miremur eorum ab ecclesia discessum, sic scribit. Ferũtur semper mali suo furore dementes, & postea quam scelera fecerint, conscientia ipsa sceleratæ mentis agitantur. Neque remanere in ecclesia Dei possunt, qui deificam, & ecclesiasticam disciplinam, neque actus sui conuersatione, neq; morum pace tenuerunt. Et infra in hoc propositũ erudite inducit uerba Christi, Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Et addit. Qui plantatus non est præceptis Dei patris, & monitis, solus poterit de ecclesia ille discedere, solus Episcopis derelictis, cum schismaticis, & hæreticis in furore manere.

(Li. 2. ep. 8)

Non repugnat prædestinatio inimicitiæ ad tempus, neque gratiæ temporariæ reprobatio. Cap. IX.

(Obiect. 2.) ERrorem autem Vuitclefi asserentis, prædestinatos semper esse in Dei gratia, & reprobos nunquam ad eam peruenire inde præcipue confirmare quis potest, quod Deus semper uult prædestinatis dare suam gratiam, & gloriam, semper uult illos beare, & magnificare, & ad suum cõsortium admittere, & participes ac consortes suæ gloriæ in perpetuum facere. Reprobos uero semper Deus uoluit, & uult procul a se & a sua pręsentia habere, & grauissimis, ijsque perpetuis mancipare, & mulctare pœnis. Quare & hi semper uidentur esse in Dei odio, & illi in ipsius gratia. Nõ.n. uidetur esse locus gratię cum tanto, & tam firmo, & tam inueterato reproborum omnium odio. Neque inimicitia uidetur posse habere locum, cum eximia illa, ęterna, firmissima & immutabili dilectiõe, qua Deus in electos
(Respon.) omnes afficitur. Verum aliud est, ut statim dicebamus, quod alicui competit ab ęterna Dei prędestinatione, uel pręscientia, aliud quod a pręsenti iustitia, uel iniustitia. Et prędestinatos non ideo dicimus quandoque esse extra gratiam Dei, quod sit aliquod tempus, in quo Deus non eos diligat, neq; suam gratiam, & gloriam, eis uelit impartiri. Quãuis possit Deus nunquã

A prædestinasse, quos prædestinauit, & ipsi prædestinati propter sui arbitrij libertatem possint facere, ut nunquam fuerint pdestinati, tamen ipsam Dei prædestinationem, firmam certam, æternam, perpetuam, & incommutabilem esse scimus. Et quoscunque ille prędestinauit, semper uoluit, & uult, & in ęternum uolet participes suæ gratiæ, & gloriæ facere. Sed propterea dicimus nonnunquam illos extra gratiam esse Dei, quia habent, uel faciūt aliqua, quæ usqueadeo diuinæ maiestati displicent, ut quādiu ea in illis perseuerant, neq; gratiam suam uelit pro eo tēpore eis impartiri, neq; dignos sua amicitia, & familiaritate eos habeat, quin potius tāto ipsos odio prosequatur, ut siquidem in eis illa durauerint, & cum eis uitæ huius curriculum absoluerint, perpetuis eos uelit addicere, & punire pœnis. Et hoc odium cum illa dilectione non repugnat, quia ad diuersa referuntur tempora, odiū ad pręsens, dilectio ad futurum. Et dilectio etiam absoluta est, odium uero respectu ęternarum pœnarum, duntaxat conditionatū. Et dico respectu ęternarum pœnarum, quia aliquod est etiam in Deo absolutum odium in prędestinatos, cum sunt extra ipsius gratiam. Sed id non est respectu æternarū pœnarum, sed duntaxat respectu illarum, quibus Deus etiamnum omnes peccatores castigat, auferendo ab eis suam gratiam, & indignos eos censendo sua familiaritate, & præsentia, & alijs bonis, quibus prosequi solet, et honorare omnes iustos. Et eadem prorsus ratione, reprobos dicimus nonnūquam esse in gratia Dei, quia licet semper Deus uelit eos ęternis inferni, aut limbi pœnis punire propter peccata, in quibus scit eos tandem de hac militia decessuros, tamen interim pro sua summa misericordia, & benignitate eos ad suam gratiam, & familiaritatem admittit. Et quia personarum acceptor non est, & affectus non personas respicit, & pręsentia iudicat, & spectat, non futura, quandiu illi in fide, & amore ipsius persistūt, & ipsius sunt beneuolentię, & beneficentię non ingrati, eisdem illos beneficijs, & muneribus, & spiritalibus, & temporalibus honestare, & exornare non cessat, quibus iustos alios, quos ad suam gloriam prędestinauit. Quin & hoc animo in illos est, & hoc amore eos tametsi reprobos prosequitur, ut siquidem in obseruantia mādatorum uitam clauserint, etiam uitam eis donet ęternam, & faciat, quod & suę potestati subest, ut & ab ęterno illos prędestinauerit. Et ista iam fundata in scripturis docuimus. Nec enim nouimus ita libere, ut nobis calumniantur hęretici, de rebus pręsertim diuinis, & hoc ipso profundis, & abscōditis philosophari. Mos hic est hęreticorum. Nam eodem in uitio illos sępe manifeste deprehenderis, quod nobis pter ius, & fas obijciunt. Verum ultra scripturę autoritatem, quę sola Christiano sufficere deberet, certe ratio etiam naturalis, quę & ipsa a Deo est, perinde admonet de diuina bonitate sentire. Officium est iusti iudicis pręsentia iudicare, non futura. Officium boni, & ęqui dispensatoris, & gubernatoris est pręsentia spectare uel bona, uel mala merita, & quo quisque sit merito, nō quo futurus est, dispicere. Officium est boni, & liberalis amici, immo probi cuiusuis, &

Mos hæreticorum.

Non repugnat temporaria dilectio, cū eterno odio, nec cōtra.

Argu. 1.

ciuilis hominis præsentibus capi,& deliniri officijs, neq; irritari,aut ante tẽ C
pus exacerbari successuris in posterum dissidijs. Et si nos futura,iuxta ac
Deus nosceremus,certo uidelicet,distincte,clarissime, & infallibiliter, non
Argu. 2. minus deberemus præsentibus nos accomodare quam nunc. Et prouidos
alioqui parentes scimus sæpe a se ablegare,& amandare filios suos præsen
tibus ipsorum peccatis prouocatos,& offensos,quamuis, quæ illorum bo
na indoles apparet,dubium eis non sit,bonis se postea eorum operibus al
liciendos,ut & in suam gratiam illos accipiant,& suorum omnium bono-
rum participes,& hæredes faciant. Et in eundẽ modum prouidentissimos
sæpe homines uidemus præsentibus nominibus, & rationibus commo-
tos,& inire nõnunquam,& tueri amicitias cum hominibus, quos sibi nõ
omnino infirmis coniecturis uerisimiliter credunt perfidos, & fœdifragos
futuros. Et tandiu illis pro sua bonitate,& iustitia inuiolatam fidem & ami
citiam seruant, & quæ officia sunt amicorum eis præstant, quandiu ipsi in
Argu. 3 pacta,& iurata fide persistunt. Et lumẽ certe naturale exigit, ut perinde nos
in alios geramus,neq; icta fœdera,aut initas amicitias uiolemus, nisi malis
prius aliorum operibus prouocati quicquid nobis in futurum non omni
no falso,aut ex diuina reuelatione,aut prouidentia quadam humana de ip
sis persuadeamus. Et sicut in his stare posset præsens amicitia cum odio in
futurum,& in benignis parentibus pręsens odium filiorum cum dilectio-
ne pro tempore uenturo, ita ipsa ratione naturali docemur posse prędesti-
natos extra gratiam Dei esse ad tempus propter mala aliqua pręsentia ipso D
rum merita, & pręscitos ediuerso in eius gratia propter nõnulla bona sua
merita. Quanq; enim Deus pro sua incomparabili bonitate, & clęmentia
solem suum oriri facit super bonos,& malos,& pluit super iustos, & iniu-
stos, & beneficijs permultis omnes etiam male de se meritos prosequitur,
& pręclara sibi obsequia pręstanda,sua benignitate quandoque pręuenit, q̃
& nos quantum possumus,& assequimur,prorsus imitari par esset, tamen
in beneficio suę gratię,seu amicitię hãc legem inuiolatam seruare nouimus,
ut nemini eam uel neget,uel impartiatur,nisi iuxta ipsius pręsentia, uel bo-
na,uel mala merita. Nam hoc est iusti iudicis officium,& ęqualis omnibus
imperatoris,& administratoris uniuersi. Et hac re maxime intelligimus di-
uitias caritatis,& clementię ipsius,& quantopere omnes uellet saluos face-
re,utque ab omnibus participari,& possideri percupiat. Nihil igitur impe
diunt argumẽta hęreticorum, quominus incunctãter omnes assentiamur,
& prędestinatos nonnunquam esse extra gratiam Dei,& iustificatos quos-
uis posse,dum hic uiuunt,ab ea excidere,ac tandem reprobari, & condem
nari nisi speciali priuilegio Deus aliquos in sua gratia cõfirmauerit, sicut cõ
Apostoli confirmati munitter scholastici Theologi credunt de Apostolis a die Pentecostes, et iã
olim traditum est a Cyrillo in uerba illa,non turbetur cor uestrum. Non-
Cyp. 9. in Ioan. 29 dum,ait,inerat Apostolis ne cadere possent, quod postea superiore uirtu-
te roborati,idest,spiritus gratia muniti habuerunt.

Nemini

A *Nemini posse suam ipsius prædestinationem, seu perseuerantiam constare, nisi per diuinam reuelationem.* Cap. 10.

ET uel hoc uno argumento certę deberent esse oĩbus, & ĩdubitatę scdę ca. 12. & 13. distinitiones de incertitudine prædest. & perseuer. Nã neq; nr̃a põt nobis per fidẽ absq; dei reuelatione iustificatio cõstare, queẽad modum lib. 9. copiose disseruimus, & ubi illa cõstaret, cui certũ esse possit, i ea se pseueraturũ usq; ad mortẽ, cũ per multi insignes, et pstanteis uiri, ut ex statim dictis liquet, ceciderint, & ne minimum quidem sit huius uitę tp̃s, in quo nõ possimus iustitiam oẽm nostram amittere? Possunt sane incertitudinem istam cõfirmare oĩa, aut certe pleraque ex illis, quibus & ex scripturis, & ex unanimi cõsensu doctorum luculenter docuimus, nullam satis tutam, aut securam esse in hac uita stationem, neq; certam esse cuipiam mortalium suam uictoriam, sed necesse oĩno esse, ut solicite semper, & studiose obseruationi mandatorum intendamus, & inuigilemus, si puenire debeamus ad coronã. Vt tñ oĩa firmiora, & cõmunitiora sint, subijciam aliqua, q̃ peculiaria huius loci sunt. Ne glorieris, ait Salomon, in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. Si ignotũ ẽ, quid de nobis crastina luce fiet, multo magis ignotus erit totus uitæ nostræ decursus, incertumq; proculdubio cuiuis erit, quid de se futurum sit in ęternis illis sæculis, q̃ post huius mundi transitum succedent. Et si gloriari nemini licet de pręsenti felicitate,

Incerta omnib. sua perseuerãtia, nisi deus eam reuelet.

Arg. 1. *Pro. 27. a.*

B ꝙ ea facile in diuersum mutari potest, nequit ergo sua cuipiam perseuerantia certa esse. Quid prohiberet etiã in dño gloriari de nostra in ipsius oboedientię perseuerantia, si de ea certi esse aliqua ratione possemus? An non sancte gloriabatur Paulus in infirmitatibus suis, in uisionibus, in reuelationib. Cur igitur minus liceret nobis gloriari in nostra perseuerantia, si eam certitudinem de ipsa haberemus? Equidem Christus, hãc gloriam, & exultationem nõ tm̃ nõ prohibuit, sed consuluit etiam, & laudauit in illis, qui eam p ipsius reuelationem habere potuerunt, ab eo nimirum audientes. Gaudete autem, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. Non tñ contentus fuit Salomon omnem gloriam interdicere, sed plenissime sciens tãtæ certitudinis felicitatem nõ posse mortalibus contingere, ad timorem, & pauorem omnes rursus cohortatur dicens. Beatus uir, qui semper est pauidus. Quod si semper est timendum, nunquã igit quis põt hic esse de sua prædestinatione, seu perseuerantia securus. Nã utiq; pauor, & securitas ex diametro pugnãt. Et si beatus, qui semper est pauidus, uel hoc ipso longe quis erit a beatitudine, aut certe longe se faciet, qui timoris omnis expers certũ se putat, & omnino securum de sua beatitudine. Et ut tandem præcipitem istam, & temerariam de nostra beatitudine præsumptionem ab animis omnium auelleret, & impossibilem esse mortalibus tanti arcani certitudinẽ apertissimum Salomon faceret, tertio adiecit, & de omnibus etiam iustis, & sapientibus absolute, & indistincte pronunciauit. Nescit homo, an odio, an amore sit dignus. Profecto qui sciret se prædestinatũ esse, sciret se apud Deum dignũ

Luc. 10. c. *Arg. 2* *Prou. 28. c*

Arg. 3.

Ecel. 9. a

esse habitum, qui ab ipso amaretur. Atq; ut nullus tergiuersandi locus sit, C
uide, quid mox adijciat. Sed omnia in futurum seruantur incerta. Si omnia
quanto magis perseuerantia, quanto magis occultissimum diuinæ prædestinationis mysterium? Et ne putes ex prosperis, aut aduersis uitæ successibus, hæc posse satis colligi, uniuersa uestigio docuit æque euenire iustis, &
Ber. ser. 1. septuag. impijs, bonis & malis, mundis & immūdis. Et merito Bernardus uel unū hoc scripturæ testimonium sufficere putauit, ut nemo sibi citra Dei reuelationem, scientiam suæ prædestinationis, uel perseuerantię arrogaret. De coelesti electorum generatione sic alicubi edisserit. Sed generationē istam quis enarrabit? Quis potest dicere, ego de electis sum, ego de prædestinatis ad uitam, ego de numero filiorum? Quis hæc inquam dicere potest reclamante scriptura. Nescit homo an amore dignus sit, an odio? Certitudinem utique nō habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. Hæc ille. Et usus est eodem testimonio ad cōfirmādum certitudinē nobis eē oīno negatam sermone scd'o in octaua paschæ, & sermone. 5. dedicationis Ecclesiæ. Et quæ ista imprudentia est? Incerti sem
Arg. 4. per sumus, & ambigui, quid post paululum uolemus, quid probabimus, quid placebit. Hęremus aī, hęsitamus fluctuantes, pendemus iugiter, neque est qui satis certo sciat, qd in pxima hora de se statuet, & audet quispiā certitudinē sibi de sua beatitudine polliceri? Ipsa satis nostri arbitrij libertas, ipsa naturæ nostræ instabilitas, & ppetuis uicissitudinib. & alternationibus obnoxia conditio, ipsæ carnis, mundi, & dæmonis iuges, & irrequietæ pu D
gnæ, ac molestiæ dehortari nos possunt ab insipienti ista, & cæca temeritate. Enimuero qui istam certitudinē possibilem nobis uolunt defendere, nō tm̄ scripturas sacras, & earū explanatores, sed & se ipsos mihi ignorasse uidentur. Quā sæpe in agro dominico dormiente patrefamilias inimicus homo zizania superseminat, & frumento bono, dum nescimus, lolium, auenasq; steriles nocturnus sator interserit? Quam frequenter corruisse, & collapsos esse legimus, audiuimus, sciuimus uiros alioqui sanctitate, & pietate eximios. Sed super oīa deterrere omnes habet ab stulta ista, & superba prædestinationis suæ, & perseuerantię certitudine altitudo, & psunditas consiliorum diuinorum. Vnde scias o homo, in hac tanta pręsertim caligine, in his tantis tenebris, in hac tanta uitę huius ignorantia, cōsilia, & placita Dei de te, quę ut liberrima, ita & abditissima sunt, ac plane inscrutabilia? Si non possumus certo scire, quam perpetuo in nos habiturus est uoluntatem, uel rex, uel pręlatus noster, uel parens, uel amicus, uel seruus, neq; deniq; ullus proximus, quanta insipientia est putare posse nos scire, quid de nobis in p
petuum facere cogitauerit, & statuerit ille, cuius iudicia sunt incōprehensibi
Arg. 5. lia, & uię imperuestigabiles? Elegāter psecto, & erudite Gregorius, cū dixis
Greg. 30. Mo. 32. c set dn̄s sancto Iob, alijs quidem produci luciferum, alijs uero consurgere uesperum, ne perscrutari homo occulta Dei iudicia audeat, subiunctum ilico
Iob. 38. putat. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra. Quia

A supernarum dispositionum occultas pdestinationes nullus in hac uita positus intueri ualet, neq; ante humana corda taliũ secretorũ causas apire sufficit. Et cũ multis exẽplis imbecillitatẽ hãc nostrã luculenter pbet, tãdem ad id, quo de agimus descendens, Quis itelligat, inquit, q alius catholicę matris uentre ęditus, iuxta uitę terminũ erroris uoragine deuoratur, alius aũt uitam suam in catholica pietate cõsummat, qui ortus in perfidia cũ lacte matris hauserat uirus erroris? Quis ista iudiciorum cœlestium secreta discu iat? Quis intelligat discretam lancem ęquitatis occultę? Ad cognoscendos istos iudiciorũ secretorum sinus nullus ascẽdit. Dicat ergo homini, ut se nescire cognoscat, nescientem uero se cognoscat, ut timeat, timeat, ut humiliet, humiliet ne psumat in se, nõ pręsumat in se, ut cõditoris sui auxilium requirat, & qui in se fidens, mortuus est, autoris sui adiutorium appetens uiuat. Audiat itaque uir iustus iam quidem se sciens, sed adhuc, quæ supra se sunt nesciens. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationes eius in terra? Idest, nunquid occultos ordines iudiciorum cœlestium comprehendis, aut aperire humanis auribus sufficis? Et doctißime idem Gregorius hoc ipsum alibi colligit, & omnia quæ hactenus in hoc libro docuimus ex uerbis illis Saluatoris approbat. Spiritus ubi uult spirat, & uocẽ eius audis, & nescis, unde ueniat, aut quo uadat. Spiritus quidem uenit, & uadit, inquit, quia reprobos deserit, electos assumit. Et quia iudiciũ omnipotentis Dei imperscrutabile est, unde ueniat, & quo uadat homo nescit, quia sciri non potest, an quis in gratia, quam recipit, perseuerare in perpetuum debeat. Ab eo igi-
B tur, qui defecit, uenire spiritus dicitur, ire ad eum, qui perseueraturus est, qa alios in tempore deserit, alios assumit, nec tamen deserit. Hæc ille. Diuus etiam Augustinus librum de bono perseuerantiæ sic péne auspicatur. Asserimus ergo, donum Dei esse perseuerantiam, qua usque in finem perseueratur in Christo. Finem autem dico, quo uita ista finitur, in qua tantummodo periculum est, ne cadatur. Itaq;, utrum quisq; hoc munus acceperit, quãdiu hanc uitam ducit, incertum est. Et infra. Ad uocationem illam pertinere, de qua dictũ est, sine pœnitentia sunt dona & uocatio Dei, nullus est homo ab hominibus certa asseueratione dicẽdus, nisi cum de hoc sæculo exierit. In hac aũt uita humana, quæ tentatio est super terram, qui uidetur stare uideat, ne cadat. Ideo quippe, sicut iam supra diximus, non perseueraturi p seueraturis prouidentia Dei, uoluntate miscent, ut esse discamus nõ alta sapientes, sed humilib. cõsentientes, & cum timore, & tremore nr̃am ipsorũ salutem operemur. Et inferius docet, sic prædicãdum esse populo Dei, perseuerantiam esse donum illius, & neminem in hac uita esse posse de ea securũ, ut tamen omnes moneantur bene sperare, & confidere in eo, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectũ. Quod & secutos uidemus patres in capitulo, quod modo exponimus. Idem etiam Augusti. in ep. ad Probã tractãs illud Pauli, Nolite añ tp̃s iudicare, hęc scribit. Sicut sibi qsq;, nemo alter alteri notus est, & tñ nec sibi qsq; ita notus est, ut sit de sua crasti

Greg. lib. 6. in Reg. — Ioan. 3. — Aug. — c. 13. — Roma. 11. — c. 22. — ep. 121. — 1. Cor. 4.

na conuerſatione ſecurus. Et xi. de ciui. Dei. c. 12 cum traderet non imprudenter nos beatos uocare, quos uidemus iuſte ac pie cum ſpe futuræ immortalitatis hanc uitam ducere ſine crimine uaſtante conſcientiam, ſubdit de ipſis. Qui licet de ſuæ perſeuerantiæ præmio certi ſint, de ipſa tamen perſeuerantia ſua reperiuntur incerti. Reſpondet Bucerus in concordantia art. de certitudine gratiæ Auguſti. locutum eſſe in hoc loco de incertitudine & ignoratione, quæ opponitur ſcientiæ. Sed quid cum tali interprete agas? Nũquid Bucere, cum dixit Auguſti. iuſtos eſſe certos de ſuæ perſeuerantiæ præmio, de certitudine agebat per ſcientiam, & non potius de una certitudine fidei? Cur igitur credas tam uarium fuiſſe Auguſti. ut in ſtatim ſubiunctis certitudinem negaret ſcientiæ, cum de illa nulla poſſet eſſe quæſtio, & non potius certitudinem fidei, quam mox aſſeruerat haberi a iuſtis de ſuæ perſeuerantiæ præmio? Quis ita uel mediocriter doctus loqueretur? Sed conſuluiſſes, quæ ſtatim adiicit Augu. & depoſuiſſes tuum errorem, ſi Aug. uelles acquieſcere. Nullis quippe interiectis, mox ſubdit. Quis enim hominum ſe in actione, profectuq́ iuſtitiæ perſeueraturum uſq́ in finẽ ſciat, niſi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iuſto latentiq́ iudicio nõ oẽs inſtruit, ſed neminem fallit? Vides Aug. nullam certitudinẽ de his admittere, niſi ex diuina reuelatione? Et hoc exigunt teſtimonia Cyp. Amb. Hieron. c. 7. iã allegata. Quare dubiũ nemini eſſe debet, qn ꝑpetuo tenuerit eccleſia catho. q̃ in ſecũdis cõcluſionib. ca. 12. & 13. & in cano. eis rñdentibus ſancta ſynodus definiuit de incertitudine ꝑdeſt. & ꝑſeuerantiæ ſecluſa reuelatione. D

Quod aliquibus certa ſua ipſorum prædeſtinatio fuerit ex diuina reuelatiõe. Ca. 10.

CVm uero aſſeruerĩt pr̃es, nemini mortaliũ eſſe poſſe certã ſuã ꝑdeſtinationẽ, uel ꝑſeuerantiã, merito adiecerunt tẽperamentũ illud, niſi ex ſpãli reuelatiõe, qa ꝑ illã dubiũ nõ eſt, quẽuis poſſe ea de re certũ eſſe quẽ deus tãto bñficio, & grã dignũ fecerit. Et quãuis nõnulli ex antiq̃s doctorib. ſcholaſticis cõſtanter aſſeruerint, nemini poſſe ſuã dãnationẽ abſolute, et certo interius reuelari, tñ de btitudine nemo hactenus, qđ ſciã, neq́ catholicus, neq́ hæreticus ĩ dubiũ uertit, qn deus poſsit, eã cuicũq́ ꝑdeſtinato abſolute, & ĩfallibilr ĩterius, & exterius ꝓ uolũtate ſua certã facere. Quid. n. oĩpotentẽ ꝓhibeat, qđ certo, & infallibiliter nouit, certũ aliis, & manifeſtũ

Amos 3. b facere? Potuit ꝓphetis ſuis tã multa futura certa facere, ut uere Amos dixerit. Nõ faciet dñs deus uerbũ, niſi reuelauerit ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos prophetas. Cur ergo nõ poſsit, & hæc quoq́ futura de btitudine, uel cõdemnatiõe nr̃a cuicũq́ ſibi placuerit reuelare? A multis retro ſæculis btitudinẽ beatiſsimæ uirginis Ioã. Baptiſtæ, & Apoſtolorũ ſuorũ ꝓphetis ſuis reuelauit.

Electi, qui fuerũt certi de ſua prædeſtinatione.

Potuit igit̃ ſine dubio, & illis iã natis, & rõne utentib. eãdẽ indubitatã, imo & euidẽtẽ, et manifeſtã facere. Sed ne quiſpiã in dubiũ hoc uertat, & ut oĩb. ꝑſpicuũ ſit, iuſtiſsime appoſitũ eẽ a pr̃ib. illud tẽperamentũ, niſi ex ſpãli reuelatiõe, placet hic ſubnectere catalogũ quẽdã eorũ, quos ẽt dũ hic uiuerẽt ſuæ ꝑdeſt. cõſcios fecit, et certos. Et cũ illis reuelatiõe ſpãli fuerit opus, ut tm̃

cognoſcerent

A cognoſceret ſecretũ,hoc ipſo colliger poſſumus, neminẽ abſq; illa potuiſſe tanti arcani adipiſci cognitionẽ. Ac primo quidẽ magno illi fidei parẽti Abrahę reuelauit apte deus ſuam pdeſtinationẽ,& perſeuerantiã in gratiã ipſius,cũ ei dixit. Noli timere Abraã. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Et poſt paulũlum. Tu aũt ibis ad pr̃es tuos in pace,ſepultus in ſenectute bona. Et cũ cõſtanter,& apte pollicebat̃ ei facturũ ſe illũ pr̃em multarũ gentiũ & in ſemine ipſius bñdicendas oẽs gentes, futurũq; ipſius deũ, & ſeminis ipſius poſt ipſum,certũ eũ citra ullã ambiguitatẽ faciebat de perſeuerãtia perpetua in ipſius gratia. Iſaac etiam filius illius, & magnus quoq; ipſe patriarcha,quandam certitudinem ſuæ pſeuerantiæ in gratia diuina uidetur quidem potuiſſe habere ex uerbis illis dei ad ipſum, Ne deſcendas in Aegyptum,ſed quieſce in terra,quã dixero tibi,& peregrinare in ea, eroq; tecum,& benedicam tibi. Et paulo poſt. Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli. Daboq; poſteris tuis uniuerſas regiones has,et benedicentur in ſemine tuo oẽs gentes terrę. Et aliquanto apertior eiuſdẽ ſecreti uidet̃ facta eẽ reuelatio illi eximio luctatori Iacob,q ab eo,qđ cõtra deũ pualuit, Iſraelis nomẽ accepit. Ab ipſo qppe dño,quẽ ſcalę a terra ad cœlũ protẽſę innixũ uidit,inter alia magnifica pmiſſa hoc quoq; audiuit. Bñdicet̃ in te, & in ſemine tuo cũctę trib. terræ. Et ero cuſtos tuus, quocũq; perrexeris. Sed et pcellenti illi exercitus Iſraelitici duci Moyſi aptiſsime hoc ipſum reuelauit deus dicẽs ei. Inueniſti gr̃am corã me,& te ipſum noui ex noĩe. Ego oſtendam tibi oẽ bonũ. Nouit & certo ppheta Elias ſuam in gr̃a dei perſeuerantiam,cum certus factus, q tollendus eſſet poſt paulũlum de hac uita Eliſeo ſucceſſori ſuo dixit. Poſtula quod uis,ut faciã tibi,ante quã tollar a te. Hieremię inſup ſua eſt pdeſtinatio reuelata,cum dixit ei dñs. Prius quã te formarem in utero,noui te,& ante quã exires de uulua ſanctificaui te, & pphetã in gẽtib. dedi te. Et poſt paulũlũ. Ne timeas a facie eorũ, qa ego tecũ ſũ, ut eruam te. Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Ecce cõſtitui te hodie ſup gentes & ſup regna,ut euellãs,& deſtruas,diſperdas,& diſsipes,ędifices,& plãtes. Et ut accedamus ad nouum teſtm̃,certa fuit facta pculdubio ſuæ pdeſtinationis glorioſiſsima dei, mr̃ cum ab archãgelo Gabriele illa dulciſsima ſalutatione ſalutata fuit Aue gr̃a plena dñs tecũ,benedicta tu in mulierib. Et Elizabeth per ſpiritũſanctum idem reuelauit,cum dixit. Beata,q credidiſti,qm̃ perficientur ea,q dicta ſunt tibi a dño. Et ipſe ſe iam certam eius rei ab.ss.effectam mirifico illo ſuo cantico expreſsit. Exultãs nãq;,& iubilans in dño, & pro hoc dei beneficio,& aliĵs,q in ſe eximia agnoſcebat, gr̃as agẽs dicit. Magnificat aĩa mea dñm. Et exultauit ſpũs meus in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,ecce.n.ex hoc beatam me dicent oẽs generationes. Quia fecit mihi dñs magna,qui potens eſt &c. Gratiæ ſuæ certitudinem profeſſa eſt his uerbis. Reſpexit humilitatem ancillę ſuæ,fecit mihi dñs magna, qui potẽs eſt. Beatitudinis aũt ſuę certam ſe illis indicauit. Ecce enim ex hoc beatam me dicent oẽs generationes. Et cum Baptiſta ille dñi

B

Abraham

Gene. 15.a

22.

Iſaac

26.a

Iacob.

28.c.

Moſes

Exo. 33.d

Elias

4.Re.2.b

Hiere.

1.b

Deipara.

Luc.1.

Ioannes.

Ioan. 1. mirificus se aiebat esse illũ, de quo Esa. dixerat. Vox clamãtis in deserto. Pa C
Esa. 40.a rate uiã dñi, certũ se inuebat suę electionis. Nã et eundẽ quẽ deus uocẽ suã p
Malac. 3.a Esa. appellauerat, p Malach. sciebat, angelum suũ dixisse. Eo uero elogio ue
risimile nõ est fuisse deum quẽq; ornaturũ, q nõ pseueraturus esset in ipsius
grã. Et idẽ potuit itelligere cum se pphetam altissimi uocandũ a parẽte suo
Matth. 11. audiuit. Quod si ad ipsum puenerunt mirifica illa pconia, quib. Xps turbis
ad ipsum cõfluentib. eũ cõmendauerat, uel ide exultare, & iubilare potuit
Discipuli. in certitudine suę pdestinationis. Et discipuli oẽs Xpi certi potuerũt esse de
Luc. 10. c. sua pdestinatione, cũ ab ipsa infallibili ueritate audierunt. Gaudete aũt, quia
noia uestra scripta sunt in cœlis. Reuelauit et idẽ arcanũ firmissimis ecclesię
Ioan. 15. d. colũnis suis. s. Apostolis, cũ egresso ab eis Iuda, pollicitus est daturum se il-
Luc. 22. c. lis spiritũsanctum, qui maneret cum ipsis in æternũ. Neq; minus perspicua
reuelatio illa fuit. Vos estis, q pmansistis mecũ in oĩbus tẽtationib. meis. Et
ego dispono uobis, sicut disposuit pr meus regnũ &c. Paulo etiã, pcipuo
exercitus dñici militi, imo uexillifero, duci & mirifico añsignano, inotuit sa
ne, & cõstitit deo reuelãte hoc mysteriũ. Cũ. n. multa ei, et oĩno grauia sub-
Ansel. eunda supessent, nõ dixisset, ut inuit Ansel. Bonũ, certamen certaui, cursum
2. Ti. 4. b. cõsũmaui fidẽ seruaui, In reliquo reposita est mihi corona iustitię, q reddet
Rom. 8. g. mihi dñs in illa die iustus iudex, nisi deus, qui iã reuelauerat iminẽtẽ ipsi pas
sionẽ, securũ eũ quoq; fecisset, & certũ de uictoria impendentis certaminis.
Atq; ex hac reuelatione, pfectum est, ut alias certũ se esse diceret, nulla aduer
sitate, nullo periculo, nullo timore, aut molimine, nulla uirtute, aut potẽtia D
Philip. 4. auelli se posse a caritate dei, q est in Xpo Iesu. Et talẽ reuelatiõnẽ habuisse ui-
derẽ de beatitudine Clęmẽtis, & aliorũ coadiutorũ suorũ, quorum noia scri
pta dixit esse in lib. uitæ. Et illi ex reuelatiõe Apostoli id ipsum de se potue-
rũt certo credere. Sicut et nos mõ pp autoritatẽ ipsius idẽ credimus. Certo
qppe scimus nihil eũ, neq; in suis epistolis, neq; in sua tota pdicatione unq;
Obiectio. affirmasse, qd' nõ & uerissimũ sit, & uerissimum ei esse cõstiterit. Cur igiẽ, in
Philip. 3. c quies, trepidabat? Aiebat. n. Sequor aũt, si quo mõ cõprehendam. Et iterũ.
1. Cor. 9. Væ mihi est, si nõ euãgelizauero. Et qd' magis urget, statim addit. Castigo
corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne forte, cũ aliis pdicauerim, ipse repro-
bus efficiar. Et alibi. Infelix ego hõ, qs me liberabit de corpe mortis huius?
Responsio Nõ hęc tñ dicebat Paulus, q de sua beatitudine formidaret, sed qa molestũ
ei erat illas carnis tẽtationes, q eũ diuexabant, pati, et quia sciebat se nõ pos-
se ad gloriæ imarcessibilẽ coronã puenire, nisi carnis tẽtationes deuinceret,
et pdicationi euãgelii fideliter et solicite, ut faciebat, istaret. Sic nãq; nouerat
oĩpotentem deũ perẽne beatitudinis regnũ electis suis prędestinasse, ut ad il
lud tñ p labores iuges, & assiduas depcationes perueniãt. Neq;. n. reuelatio
pdestinationis ab obligatiõe pceptorũ absoluit, sicut neq; ipsa pdestinatio.
1. Dialog. Obtineri nequaq; possunt, ait Greg. q pdestinata nõ sunt, sed ea q sancti ui-
ri orando efficiunt, ita pdestinata sunt, ut precib. obtineanẽ. Et erudite hoc
ille oñdit, quia cum deus Abrahę semen in Isaac multiplicare pdestinasset, et

A promisisset,tñ Isaac orõne sua obtinuit, ut filios habere posset ex Rebeca. Gene. 25.
Et D. Aug. ita docet admonẽdũ esse populum dei,ut pro infidelib. oret. Si Aug. de
qui sunt nõdum uocati,pro eis,ut uocent,oremus. Fortassis.n.sic prædesti bono. per
nati sunt,ut nris orationib. cõcedant,& accipiant eandem grãm,qua uelint se. cap. 22.
esse,atq; efficiant electi. Possumus et uerbis illis. Castigo corpus meũ,q̃ ma
gis premunt,aliter satisfacere. Fortassis eo tpe,quo illa scripsit Paulus, neq;
sua ei iustificatio,neq; beatitudo fuerat reuelata. Aiebat.n.eo tẽpore. Nihil 1. Co. 4.a
mihi cõscius sum,sed nõ in hoc iustificatus sum. Et hãc opinor rñsionẽ de-
disset B. Grego. Nã is cum reprimere uellet sanctã quãdã fœminã sibi deuo
tã,Gregoriã noie,atq; Augustæ cubiculariã ab in utili desiderio,& curiosi-
tate sciẽdi,an remissa sibi sua essent peccata,ita scribit. Certe Pau. Apostolus Grego. 6.
iam ad tertium cœlum ascẽderat,in paradisum quoq; ductus fuerat, arcana ep. c. 186.
uerba audiuerat,q̃ homini loqui nõ liceret, & tñ adhuc trepidans dicebat.
Castigo corpus meum,& seruituti subijcio,ne forte alijs prædicans, ipse re
probus efficiar. Adhuc timet,qui iam ad cœlum ducitur, & iam timere nõ
uult,qui adhuc in terra conuersatur? Hæc ille.

Ex beatitudinibus Euangelicis *probabilis potest colligi nostræ, & aliorum prædestinationis, seu perseuerantiæ opinio. Cap.* XI.

VErum.n.uero cum pres nõ qualẽuis p̃destinationis nræ aut p̃seuerã
tiæ persuasionẽ damnauerunt, sed certitudinẽ duntaxat,eãq; ut cap.
13.& can.16.explicuerũt, absolutã, & infallibilẽ,satis p̃fecto inuerũt,
B posse nos aliquam ex scripturis,aut aliunde opinionẽ de hoc arcano adipi
sci. Et uerissimum sane hoc est. Nã cõditionalem oẽs catholici,et de nobis,
& de alijs ex fide habemus. Ex uerbis.n.saluatoris cõstat omnes eos futu- Matt. 19.
ros saluos,qui seruauerint mandata. Et probabilem quandam opinionem
prædestinationis, seu perseuerantiæ nostræ & aliorum assequi ualemus ex
signis electorum,quæ apud scripturam, & sacros doctores legimus. Non Ber. ser. 2.
enim penitus,sicut uere dicit Bernardus absq; testimonio cõsolationis ele- i. 8. Pasch.
ctos suos dereliquit hac in re dñs. Sed ne semper inter spem, & metũ anxia
solicitudine fluctuaremus,signa quædam proposuit, quibus cœli ciues fu-
turos a ciuibus inferni quadam tenus possimus dignoscere. Et nisi fallor,
inter omnia signa,q̃ abditissimi huius arcani habere in hac uita possumus,
primum atq; adeo potissimũ locũ tenent oĩa illa, quorũ possessores Chri-
stus appellauit beatos. Nam cum non omnes iustos appellauerit Christus
beatos, neq; oĩa etiã sancta op̃a hoc pręcellẽti beatitudinis elogio exorna-
uerit,innuisse quidẽ quantũ pro nostra exiguitate assequi possum,uidetur,
eos se appellasse beatos,quos uerisimilimũ sit p̃pter sanctitatẽ eorũ operũ
quibus student tandẽ assecuturos beatitudinem,& ea præcipue opera bea-
titudines esse appellandas,quę indiciũ qualequale,& persuasionẽ nonnullã
faciunt prædestinationis eorum,qui ipsis ex aĩo, & propensione quadam
student. Vnde & cuilibet harũ beatitudini p̃mittitur patriæ beatitudo, sub
ea tamen ratione,q̃ maxime illi respondere uidetur, & congruere. Et tan-

to quidem sub perfectiori ratione, quanto & illa perfectior est. Nam si subtiliter cunctas inter se beatitudines, & præmia illis respondentia perpendamus admirādum omnino ordinem inueniemus a Christo seruatum & inter beatitudines, & inter earum præmia, & apte intelligemus semper Xp̄m progressum esse a minoribus ad maiora, & aptissimum unicuiq; beatitudini præmiū reddidisse. Et doctores, qui tradunt his beatitudinib. explicuisse Christum præstantissima huius uitę opera, & supremas perfectiones, quas hic possumus habere, & propinqsima uitæ futurę merita, atq; adeo fines, in quos destinare debeamus reliqua huius militię studia, & regulas seu exēplaria, per quæ mensurare possimus profectus nostros, & defectus, propemodum hanc nostram sententiam attigerunt. Quæ nanq; certiora beatitudinis patriæ signa credantur, quā quæ merita sunt illius præstantissima, & certissimæ notæ beatitudinis huius uitæ. Itaq; ne in incertū hæc nostra meditatio progrediatur, ex multis signis prędestinationis, quę & alij ante nos nunc sparsim, nunc coniunctim notauerunt, ea tantum persequemur, quæ ex beatitudinibus a Christo Matth. quinto designatis colligi possunt. Nō enim nunc quęrimus, quibus in genere daturus sit Deus suam beatitudinē. Scimus quippe eam dandam esse omnibus seruantibus mādata, & in ea obseruatione, siue in ipsius uiuida, & efficaci dilectione perseuerantib. Quærimus autem quæ sint illa, quæ probabilem coniecturam faciunt de prædestinatione, uel pseuerātia in obseruatione mandatorū, & uera Dei dilectiōe. D

Humilitas præcipuum est prædestinationis signum. Cap. 12.

Signum. 1. prædest. Ac primum quidem diuinæ prædestinationis signum est margarita Christianorum humilitas, quæ principium est, fundamentum, & firmamentum, atque adeo singularis, & fidissima custos omniū uirtutum. Reproborum cor tumidum, & turgidum, ac rebus omnino nihili inflatum non capit hanc tantam uirtutem. Seipsis, ac uanis de suis persuasionibus pleni sunt. Obœdire, aut humiliari alijs nesciunt. Vinci, aut cedere ignorāt. Primos locos ubique, & semper ambiunt, & affectant. Atq; ideo
Grego. Gregorius dicit. Euidentissimū signū reproborū superbia est, electorū hu-
Mat. 20. d militas. Et Christus ipse hoc satis innuit, cum discipulis suis dixit. Quicun-
18. que uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus. Et alibi. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Cum enim testantibus hoc Aug. Hiero. Chry. Greg. per superbiam eiectus fuerit e cœlo lucifer, & protoparētes nostri de paradiso, docuit uerus humilitatis magister, & dux, non posse quenquam regni cœlorum possessionem assequi, & in amissam hæreditatem restitui, nisi per ueram cordis submissionem, & humilitatē, & eos futuros sui participes, q ex corde fuerint humiles, cōtra uero
Iob. 41. reprobos esse superbos, & ad illius partes pertinere, de quo dicitur. Ipse
Sap. 2. d est rex super omnes filios superbiæ. Et rursus. Imitantur autem illum, qui

A sunt ex parte ipsius. Et iam olim hoc signum electorum nobis indicauerat Deus per suos prophetas. Nam Dauid dicit. Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra. Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Et per Esaiam. Ad quem autem respiciam, uel, ut alia habent exemplaria. Super quem requiescam, uidelicet hic per gratiam, & postea per gloriam, nisi super humilem, aut, ut alij legunt, pauperculum, & quietum, & trementem sermones meos? Quo circa si aliquos uidemus studio, & affectu humiles, superiores omnes alios existimantes, honores mundi & prælationes fugientes, iudicio maiorum, & peritiorum acquiescentes, de nouissimo loco semper certantes, imbecillitatem suã & defectus agnoscentes, ac tandem se & sua omnia pro nihilo habẽtes, eos fore beatos iure conijcere possumus. Scriptum siquidem est. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabit. Et hoc signum colligi potest ex prima beatitudine a Christo nobis præmonstrata, cum dixit. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Siue enim pauperes spiritu intelligamus, eos qui alienæ uoluntati se propter Christum ad plenum subijciunt, siue eos qui modestissime de se sentiunt, & insufficientes ex se, & nihil omnino se esse existimant, siue uolũtarios pauperes, & qui ex corde, & affectu non tantum acceptant aut tolerant æquanimiter paupertatem, sed eam amant, colunt, amplectuntur, & sequuntur, omnia ista profecto humilitatis opera sunt. Nam & studium paupertatis, & obedientiæ ex humilitate cordis proficiscitur. Et obœdientia B perfecta propter Christum, amorque, seu obseruatio, & cultus paupertatis tantam in se habet libertatem, tantam magnanimitatem, & sanctitatem annexam, ut quos harum uirtutum studiosos sectatores, & obseruatores uiderimus, non iniuria possimus destinatos æternis, et immensis beatitudinis diuitijs coniectare.

Psal. 112 *Esa. 66.a* *Iob. 22.d* *Matt. 5* *Triplices pauperes spiritu.*

Mitem esse prædestinationis signum est. Cap. XIII.

SEcundum signum diuinæ prædestinationis est facilitas quędam, & suauitas morum miræ alacritati, & tranquillitati coniuncta. Qua quidam ita fulgent, ac splendent, & in se quieti, & imperturbato animo sunt, & alijs, quibus cum uiuunt, placidi. Qui non solum non uincuntur a malis iniuriarum, iræ, perturbationis, & tristitiæ, quod & mansueti, & clæmentes præstant, sed & uincunt in bono malum & occurrentibus quibusuis aduersis, & suaues, & utiles, & placidos etiam ipsos impugnantibus se præbent. Et tanta hęc, & tam rara uirtus est, ut non iniuria eam Christus hoc beatitudis elogio exornauerit. Vnde & ipse se exhibuit peculiarem illius magistrum dicens. Discite me, quia mitis sum, & humilis corde. Et Deum illa peculiarem habet doctorẽ iuxta illud, Docebit mites uias suas. Et Dionysius scribit propter eam fuisse Moysen Deo familiarissimum. De illo nanque scriptum est. Erat Moyses mitissimus super omnes homines, qui mo-

Signum. 2 prædest. *Psal. 24* *Nume. 12*

Greg.2.in Reg. c.3 rabantur in terra. Et Gregorius dicit. Profectus conuersationis est crescere C meritis, placere Deo & hominibus consummatæ perfectionis. Ac mites iuxta Graeci & Latini uocabuli significantiam dicti sunt a Christo, non quiuis mansueti, sed ij duntaxat, de quibus locuti sumus qui cum mansuetudine quandam etiam habent suauitatem, placorem, ac iocunditatem, & amoenitatem interius & exterius. Ex quibus fit, ut eis, qui illos bene norunt, nō omnino obscurum suæ prædestinationis argumentum prębeant. Eo enim ipso, quo tranquilli ipsi in se, & imperturbati omnium se moribus accomodant, & per caritatem spiritus omnibus inseruiunt, & tam uerbis, quam operibus omnibus se morigeros, obsequentes, tractabiles, amabiles, & faciles, atque suaues præstant, eius se filios ostendunt, qui imperturbabilis est, & supra quam dici potest dulcissimus, & suauissimus. Ac ciues se ea re foelicissimæ illius ciuitatis futuros probant, unde omnis aberit perturbatio, & summa erit in omnibus, & cum omnibus suauitas, & iucunditas. Et hoc signum innuit nobis Christus dicens. Beati mites, quoniam ipsi posside būt terram. Non enim de hac terra loquebatur quæ cum operibus, quæ in ipsa sunt, teste Petro, exurenda est. Sed loquebatur de terra illa uiuentium solidissima, & firmissima, quę in æternum stabit, in qua iustitia inhabitat, ob cuius spem & in hac uita dicuntur prædestinati beati. 2.Pet.3.c

Lachrymæ piæ signum sunt prædestinationis. Cap. XIIII.

Signum.3. prędest. Tertium diuinæ prædestinationis signum sunt lachrymæ pię, & deuotæ. Beati, ait, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et alibi uæ illis D comminatur, qui perpetuo risui, & cachinis uacant. Vę ait uobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Flent uero in hac uita prædestinati, & assidue fletibus student, non una, sed multiplici ratione. Flent primo propter peccata, quæ in Deum commiserūt. Sic flebat Dauid, cum lauabat per singulas noctes lectum suum, & lachrymis suis stratum suum rigabat, ut dilueret uidelicet lachrymis, quas teterrimas maculas ex illicitis delicijs accersiuerat suę animę. Sic fleuit & Magdalena, cum lachrymis rigauit pedes seruatoris, & capillis suis tersit. Sic Petrus, cum respiciente illum Christo, compunctus est de sua in magistrum perfidia, & egressus ab atrio pontificis fleuit amare. Flent etiam prędestinati nonnunquam ex caritate, compassione, & blando quodam affectu erga eos, quos uidēt malis aliquibus pressos, & afflictos. Sic Christus fleuit commotus lachrymis, et mœrore Magdalenę ob mortem Lazari. Sic fleuit, cum uidit ciuitatem Hierusalem, & quā certo impendentem ei calamitatem intuebatur, uelut iam pręsentem deplorabat. Et ex misericordia in humanum genus, cum alias sępe, tum uero in cruce acerbe fleuit, cum holocaustum sui corporis pro nostra reconciliatione, cum lachrymis suo patri offerens exauditus est, teste Apostolo, pro sua reuerentia. Et hęc misericordia causam præstitit nimijs illis threnis, & lamētationibus Hieremię. Et Dauid uidens præuaricantes, ut ipse de se ait, tabescebat, ac sæpe se similibus lachrymis perfundebat. Eadem prorsus ratio-

Matt.5 Luc.6 Triplices lachrymæ sanctorū. Genus.1 Psal.6 Luc.7 Matt.26 Genus.2 Ioan.11 Luc.16 f Heb.5 Psal.118

A ne Paulus flebat multos apud Philippẽses ambulare inimicos crucis Christi,& triennio integro non cessauit cum lachrymis monere ununquenque Ephesiorum in Deum pœnitentiam,& fidem in dominum nostrum Iesun Christum. Eodenque nomine,ne plura exempla persequamur leguntur in scriptura plorasse prædestinati ac deflesse damna & incommoda siue corporalia,siue spiritalia,proximorum. Et sic sancti, dolores omnes & labores Christi pro nobis suis lachrymis pientissime prosecuti sunt. Ac beatissima Dei mater,sic affatim,& supra omnes passionem unigeniti sui filij luxit,cũ gladio doloris transfixa pendentem illum in cruce uidit nudum,despectũ, nouissimum uirorum,uirum dolorum, & a planta pedis usque ad uerticem capitis pro nostra salute uulneratum. Tertio flent prædestinati ob paruos profectus,quos uident in uia Dei se facere,& propter iuges, & molestias,& tentationes,& frequentia mala,& pericula quibus uident se undiq; circundari,& ad peccata,& offensas Dei pertrahi, & tandem, quia abesse se uident a Deo,quem supra se diligunt. Ita flebat Paulus,cum aiebat. Infelix ego homo,quis me liberauit a corpore mortis huius? Et rursus. Cupio dissolui,& esse cum Christo. Ita flebat Dauid,cum de se dicit. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie,ubi est Deus tuus? Nam prę impotentia desiderij pręsentię diuinę,& ille, & sancti alij sępe lachrymis perfundebantur,neque absque illis poterant perpeti prolongari mansionem suam in hac ualle lachrymarum. Et statum lugendi pro

Act. 20

Genes. 3

Hiero. cõ. Vigilant.

B omnibus his malis,& nostris,& alienis habemus religiosi teste Hiero. Tam pię autem omnes hę lachrymę sunt,& tã profundam pietatem, & tam sanctum & sensum,& affectum arguunt,p̃sertim cum ex dolore de Dei offensa,& absentia,uel ex meditatione passionis Christi proficiscuntur, ut non leue indicium p̃destinationis faciant. Qui enim tantis malis offensus non luget,aut insipiens,uel stultus,& stupidus,& insensibilis est, aut certe corrupto est affectu circa bona p̃sentis uitę. Quo uero lachrymæ istæ pię,& sanctę largius,& uberius, & frequentius ora nostra irrigant, eo apertius eos qui hac gratia donantur,de numero indicant illorum esse, de quibus dicit. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit,neque luctus,neque clamor,neq; dolor erit ultra,quę prima abierum. Sicut enim cordis duritia testimoniũ est diuinę reprobationis, iuxta illud, Cor durum male habebit in nouissimo,ita teneritudo cordis,quam patiũtur,quibus assiduę sunt lachrymę,argumentum est suę p̃destinationis. Qui nanque usque adeo benignus est,& tener,ut ad unam nostram ex corde lachrymam temperet omnem indignationem suam, & sententiam reuocet, quam multa promeruerant delicta,eos nimirum sui consortij participes faciet,quos sua gratia in tantum affectu,& sensu mollificat,ut sentire nequeãt mala huius uitę absq; lachrymis.

Apo. 21. a

Ecc. 3. c

Esuries, & sitis uerbi diuini, profectus iustitiae, & coelestis beatitudinis signa sunt praedestinationis. Cap. XV. C

Signũ. 4 prædest. *Matt. 5* QVartum electorum signum est esuries, & sitis iustitię. Beati ait, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabũtur. Quia enim beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, et qui eam habuerit, omnium suorum desideriorum complementum asseque tur, nomine saturitatis ea nobis in pręsentia describitur. Iustitia uero appellatur a Christo, non solum plena mandatorum obseruantia, sed & ipsa eorum prędicatio, & omnia, quibus ad ea opere perficienda inducimur. Quare tres hominum ordines peculiariter intelligi possunt iustitiam esurire, & sitire. Primo. Qui audiendi, & legendi uerbi diuini desiderio tenentur. Deinde qui hoc unum optant, & cupiunt, ut iugiter in uia mandatorum Dei proficiant. Et postremo, qui coelestis patriae, ubi iustitia erit plena, cupiditate flagrant, & ardent. Et desiderium uerbi diuini, & promptam illud audiendi, & legendi uoluntatem, dulcedinemq́; inde acceptam, signum esse diuinae praedestinationis, docuit nos magister noster Christus cum scribis & pharisaeis dixit. Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Et ut intelligeremus e contrario magnum esse reprobationis signum nolle audire uerbum Dei, subdit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Et alibi nolentes recipere Apostolos, neque audire sermones eorum grauiores praedixit manere poenas, quam terram Sodomorum & Gomorraeorum. Et Ioannes dicit. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos, qui non est ex Deo, nõ audit nos. Atque ita intellexit haec loca scripturae magnus ille, ac uere sanctissimus pontifex Gregorius. Ait quippe Certissimum praedestinationis signum est, libenter audire uerbum Dei. Et ne uicunque audire aut legere, aut prędicare uerbum dei signum putetur prędestinationis, sed tum solum, quando hęc fiunt cum aliqua mentis dulcedine & suauitate, alibi scribit. Diuina eloquia etiam reprobi eloquuntur, sentire autem nisi electi non possunt. Sentitur, enim ea res, cuius uirtus agnoscitur. Nam & aegri pisces comedunt, sed uis aegritudinis tollit eis experimẽtum saporis, ut quod uidentur comedere, prohibeantur, & sentire. Sic sic nimirum carnales quique, dũ coelestia loquuntur, quae non diligunt, uelut aegri rebus utuntur, quas sentire prohibentur. Contra uero per humilitatis meritum sancti uiri coelestia quae loquuntur, magno affectu caritatis excipiunt, ut ualde dulce sit eis superna dicere, eo q̃ dulciter, ac ualde dulcius per amorem saturantur. Vnde etiam scriptum est. Edent pauperes, & saturabuntur. Diuites saturari non possunt. Quia nimirum electi uiri, qui superna diligunt, quoties haec audiunt, ad haec feruentius incalescunt, reprobi superna loquuntur, & audiũt, quę in nulla dulcedine ad mentis suę refectionem suscipiunt. Hactenus Gregorius. Et subscribit ei Bern. in hęc uerba. Porro inter ea, q̃ fiduciam p̄stant & materiam spei unum illud maximum est, de quo nunc coepimus loqui. Qui de deo est, uerba Dei audit. Nonnullos enim sic interdum audientes inuenies,

Margin notes: *Triplex esuries et sitis iustitiae* 1. 2. 3. — *Ioan. 8* — *1. Io. 13. 4* D — *Greg. 4. Reg 4. c* — *Psal. 21*

A inuenies, ac si nihil omnino ad eos pertineant, quę dicũtur, non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare, ne forte, quod audiunt, dictum sit propter eos. Ac mox subiungit. In his ergo salutis signa nõ uideo, magis autem uereor, ne forte propterea non audiant uerbum Dei, quia nõ sunt ipsi ex Deo, Hæc ille. Nec sine causa communiter existimatur propensio ista ad audiendum attente, uel legendum uerba diuina, & suauitas, & dulcedo inde percepta indicium esse diuinæ prædestinationis. Habent enim uerba diuina, nescio quid diuinum, & paternum, quod Dei filij, qui ad æternam beatitudinem destinati sunt in eis agnoscentes, gaudent, pascuntur, exultant, ac uelut in suauissimi, & benignissimi patris uerbis recreantur. Et cũ in uerbis diuinis sint omnium languorum, & malorum spiritalium remedia, & omnium uirtutum, & totius profectus spiritalis documenta, & ex eis maxime liceat cognoscere, quæ ad Deum, quæ ad angelos, quæ ad sanctos omnes, & ad ciuitatem illam Hierusalem cœlestem spectant, dum ipsa legere, & audire delectat, & eorum gustu, & desiderio quis afficitur, hoc ipso & filium Dei, & consortem electorum, & ciuem illius supernæ ciuitatis secundum æternam p̃destinationem se probat. Vnde & Dauid Dei electus dicebat. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Desiderium uero, et iuge studium proficiẽdi in iustitia, cultu, seu pietate in Deũ, quę p̃cipua pars est nostræ iustitię, electorum esse indicium, illa uerba eiusdem Dauidis palam indicant. Beatus uir, cuius est auxilium abs te. Ascẽsiones in corde suo disposuit, in ualle lachrymarum &c. Et Paulus de pietate, hoc est de religiõne, & cultu, seu obseruantia, quam Gręce Eusebiam dicit, constanter affirmauit. Pietas ad omnia utilis est promissionem habens uitæ, quæ nunc est, & futuræ. Et ut reproborum esse solet, peccata peccatis addere, & quæ praua egerint contemnere, & cæca mente præterire, & si quando quid boni egerint, in eo sibi mire placere, & conquiescere, ita electorum proprium est semper crescere, semper proficere, semper ad meliora, & perfectiora animos suos extendere, & siti, & fame iustitiæ ardere, neque contentos esse, quòd boni & iusti sint, sed inopia iustitiæ angi, & ardenti semper desiderio esurire, & sitire opera iustitiæ, & occasiones Deo inseruiendi ubicunque, & undecunque captare. Vnde Gregorius illa uerba Iob. De mane usq; ad uesperam succidentur, sic de reprobis interpretatur. Omni tempore reprobi per augmentum maliciæ contra se ictus ingeminant, quibus succisi in profundum ruunt. Et à uitæ suæ exordio usque ad terminum docet ibi iniquitatis perpetratione eos uulnerari, & per prospera lasciuientes perire, & per aduersa ad insaniam exurgere, atque ideo sua ipsorum culpa iugiter succidi. Et alibi. Reproborum esse proprium solet semper praua agere, & nunquam, quæ egerint retractare. Omne enim, quod faciunt, cæca mente pertranseunt, factunque suum, nisi cum puniti fuerint, non agnoscunt. At contra electorum est actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutere, & omne quod turbidum profluit, ab intimis exiccare. Et alias de sanctis

Psal. 118 · B · 1. Tim. 4 · Greg. 5. Mo. c. 28 Iob. 5 · 21. Mo. c. 5

uiris ita dicit. Mentem discutiunt, inuenire, si qua deliquerint, quærunt, ut C
tanto fiant irreprehensibiles iudici, quanto semetipsos quotidie, & sine cessatione reprehendunt, nec tamen hac de re gaudia iam securitatis sumunt, qui ab illo se uideri considerant, qui in eis & illa uidet, quæ uidere ipsi in semetipsis non ualent. Hęc ille. Causa uero horum omnium est, quia sicut ue

Iob. 15 risisime scribit Iob. Cunctis diebus suis impius superbit. Contra uero electi

Error. Orig. Hiero. in apolo. in Ruff. quo magis in uirtute proficiunt, eo humilius de se sentiunt, & ad seruiendū deo uehementius incalescunt longe enim absunt ab errore Orig. qui teste Hiero. omnia credidit restituenda ad ęqualem statum. Sed certisimi sunt, tanto se maiorem gloriam in æternum habituros, quanto seueriores hic in se fuerint, & studiosiores cultus & obsequij diuini. Desiderium autem beatitudinis, in qua consummabitur omnis iustitia, siquidem uehemens, uerū, integrum, ac perfectum sit, ut fames, & sitis iustitiæ iure appellari queat, merito inter signa beatitudinis connumerādum est. Nam ut idem Gregorius erudite admonet, hoc interest inter reprobos, & electos, quod electorum mens nunquam in hac uita figitur, sed etiam dum cuncta ipsis blandiuntur & ad uotum succedunt, semper ad æternam uitam, quam speramus, suspirat, reprobi uero tanto amore erga dies huius carceris constringuntur, ut etiam, cum pesime omnia succedant, immo impēdente iam morte, & ultro eos crudeli ad iudicium pertrahente, adhuc tamen hic hærere indesinenter percupiant. Quod electi exilium, & laborem importabilem putant, ipsi requiem, & gaudium, immo etiam paradisum existimant. Et ipsum hu-

Ps. 119. 41 ius uitæ tædium, quo Dauid exacerbatus aiebat. Hei mihi, quia incolatus D
meus prolongatus est, & illa flagrantia, & irrequieta uota, & suspiria, quibus pro cœlesti patria exęstuans dicebat. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat, anima mea ad te Deus, satis arguunt eos, qui hæc patiuntur ad dilecta illa tabernacula pertinere, & manentem illam ciuitatem eos expectare, cuius artifex, & conditor est Deus. Quod si eo excreuerit hæc fames, & sitis iustitiæ, ut non solum nobis, sed & alijs eā exoptemus, & sermonem Dei ubiq; currere, & radices agere, & ab omnibus glorificari, & insigniter omnes proficere, & ad beatitudinem uenire cu piamus, tanto erunt prædestinationis certiora signa, quanto maior est, & manifestior flamma, quæ ad plures se porrigit, quam quæ ad unum.

Misericordia in proximos signum est æternæ prædestinationis. Cap. XVI.

Signum. 5 prædest. Matth. 5 Luc. 6. f QVintum prædestinatorum signum est misericordia, qua ex affectu, & ex corde miserijs aliorum, ut proprijs condolentes, eas quacunque licet subleuare studemus. Beati, dicit, misericordes, quoniam & ipsi misericordiam consequentur. Et alibi. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur uobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum uestrum. Habent uniuscuiusque exercitus milites sua peculiaria signa, & ea studijs affecti-

A bus,& facinoribus cuiuſque ducis ſolent eſſe conſentanea. Et Deus propenſiſsimus ſuapte natura ad benefaciendum omnibus, atque ideo eximius, immo nimius hominum amator, inſigne ſuorum uoluit eſſe caritatem, miſericordiam, beneuolentiam. In hoc, inquit, cognoſcēt oēs, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Quare perire non patitur, quos propenſos uidet ad bene merendum de alijs, & tanto cariorem quenque habet, quanto maioribus ille caritatis facibus inflammatur. Vnde Auguſtinus dicit, dilectionem eſſe ſolam, quæ diſcernit inter filios regni, & perditionis. Et ſubdit. Hæc eſt margarita precioſa caritas, ſine qua nihil tibi prodeſt, quodcunque habueris. Quam ſi ſolam habeas, ſufficiat tibi. Et alibi talem unuſquiſque indulgentiā accipiet a Deo, qualem faciet proximo. Et ſer. ſi de tempore. Si totum genus humanum diligis, quomodo te, non remāſit ianua, unde peccatum intret ad te. Dilige, & quicquid uolueris, fac. Et Chryſoſtomus. Sic animum miſericordia confirmat, ut ſuperari a diabolo nequeat. Et Gregorius. Tanto quiſque perfectior eſt, quanto perfectius dolores ſentit alienos. Et alibi quicquid miſericorditer, ac reſpectu pietatis impenditur, & hic autorem ſuum adiuuat, & optatum ei pręmium in die retributionis apportat. Et manifeſtiſsimę ſunt illę promiſsiones diuinę. Eleemoſyna ab omni peccato, & morte liberat, & nō patietur animam ire in tenebras, fiducia magna erit coràm ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam. Et rurſus. Eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam. Et iterum. Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemoſyna uiri, quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis, quaſi pupillam conſeruabit, & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem unicuique in caput ipſorum. Et Dauid dicit. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Et cætera quæ ſequuntur, q̄ iuxta phraſim Hebraicam per futurū etiam reddi poſſunt, ut ſint promiſsiones pſeuerantiæ, & reparationis poſt lapſum. E diuerſo autem crudelitas, & inhumanitas ſigna ſunt diuinæ reprobationis. Iudicium ſine miſericordia fiet illi, ait Iacobus, qui non facit miſericordiam. Et aperta eſt illa ſententia Saluatoris. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater ueſter cœleſtis peccata ueſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, neq; pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra. Et Eccleſiaſticus diſerte pronunciat. Qui uindicari uult a domino, inueniet uindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecāti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram, & a Deo q̄rit medelam. In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Et Ambroſius ait. Indignum eſt illi Deum eſſe propicium, qui crudelis eſt ad proximum. Et Gregorius. Aliter membra noſtri redemptoris non efficimur, niſi proximo cōpatiamur. Et alias. Mi-

Ioan. 13. d.

Aug. trac. 5. in 1. ep. Ioan.

Chry. Homi. 69. in Matth.

Greg. 23. Mor.

Tob. 4. b. 12.

B

Eccl. 29.

Pſ. 40.

Iaco. 2.

Matth. 6.

Eccl. 28. a.

fericordiam Dei mereri non poterit, qui hic misericors non fuerit. C

Mundicia cordis signum est diuinæ prædestinatio-nis. *Cap.* XVII.

Signū. 6 prædest. Matt. 5 Pro. 22. b

SExtum signum electionis diuinæ est cordis mundicia, seu puritas. Beati, addit. mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Placet Deo nimium mundicia, quia & ipse mundissimus est, et ab omni non tantum sorde, sed potentia, & imperfectione longe semotus. Qui diligit cordis mundiciam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Neque alios Deus quam qui suam nobis inditam imaginem omni solicitudine mundam, & puram seruare student, ad contuendum, & fruendum se perducit. Et ideo cordis mundiciam instanter petebat Dauid dicens. Cor mundum crea in me Deus. Et tam raram esse hanc uirtutem Salomon credidit, ut rem rarissimam, & difficilimam esse innuens dixerit. Quis potest dicere, mundum est cor meum? Neque mirandum sane. Si enim iuxta Iacobum, qui in uerbo non offendit perfectus est uir, quanto erit perfectior, qui non offendit corde? Quanquam autem puros, perspicuos & ab omni uitio alienos oportet esse oculos, quibus uidendus est Deus, qui tamē in omnibus alijs beatitudinibus præcipuam aliquam uirtutem beatificauit, & his uerbis quoque non solam mundiciam ab omni sorde, & animum omni uitio uacuum, & omnis culpæ expertem beasse credendus est, sed potius ad singularem aliquam mundiciam, quæ oculos mentis purificat, & illustrat, sermonem suum uidetur retulisse. Et quantum assequi possum, duplex hoc loco beatificata est a Christo cordis mundicia. Priorq; illa est, quę peccatis, & inquinamentis carnis opponitur, quam communi nomine castitatem appellamus. Posterior autem, quę prauis, & sinistris de aliorum uita iudicijs contraria est, ac simplicitas ab omnibus uocatur. Et utraq; non exiguū diuinę prędestinationis indicium est. Quanuis enim iuxta parabolam Euāgelicam damnatę sint uirgines fatuę, quia non sumpserunt oleum necessarium in lampadibus, tamē & multos uerisimile est, ex infidelitate ad fidem uenisse, & ex alijs peccatis ad ueram pœnitentiam perductos esse, & in gratia usque ad mortem perseuerasse, quia singulari quodam affectu, & studio in uerbis, operibus, & cogitatibus, castitatem amarunt, et coluerunt. Et qui in carne pręter carnem uiuunt, ea re ostendere uidentur de numero se esse eorum, de quibus dicitur. In resurrectione neq; nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. Vnde & angelus, qui Ioannem alloquitur Zona aurea super mamillas cinctus scribitur, quia quisquis supernę patrię ciuis est, nō iam timore supplicij, sicut bene notauit Gregorius, sed amore caritatis immundiciam deserit. Et Christus lumbis pręcinctis, hoc est a carnis luxuria per continentiam coarctatis, expectari se a suis iussit. Et qui cordis mundiciam adipisci non appetit, eiusdem mundicię autorem a se repellit, & se ad eam ciuitatem non spectare demonstrat, in quam nihil intrabit coinquinatum. Quod & docte probat Gregorius, quia cū Iob dixisset.

Psal. 50 | Prou. 20 | Duplex cordis mūdicia. | D | Matt. 25 | Matt. 22. c | Apo. 1. c | Greg. 21 Mora. c. 2 | c. 3 | Iob. 31

Pepigi

A Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine, continuo adiecit. Quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Ac si aperte dicat, ait Gregorius. Si mētem cogitatione polluero eius, qui mundiciæ autor est, esse hæreditas nequaquam possum. Nulla enim bona sunt cætera, si occulti iudicis oculis, castitatis testimonio non approbantur. Hæc ille. Neque minus prædestinationis argumentum est rara illa columbinæ simplicitatis uirtus, ad quam Christus suos hortatus est dicens. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Qui enim candide omnia, quæ uident iudicant, et quantum possunt in meliorem partem omnia semper interpretantur, nulloque sinistro iudicio cor, quo uidendus est Deus, commaculari permittunt, ij proculdubio non leue suæ prædestinationis argumentum habent. Verissima quippe est illa sententia saluatoris. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et de ista simplicitate possunt illa ipsius uerba intelligi. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Sicut enim reproborum proprium est teste beato Gregorio in moralibus, etiam bona aliorum opera calumniari, & in peruersum rapere & uel inde filios se diaboli ostendunt, qui a calumniando nomen habet, ita electi assolent bene de omnibus iudicare, & omnia in bonam partem accipere, & ut nubes a terrenis contagijs semoti per caritatem uolare, per simplicitatem uero quasi columbæ esse ad sui corporis fenestras. Siue autem ad castitatem, siue ad simplicitatem B mundicia cordis hic beatifica referatur, illud pro certo tenendum est nomine cordis non solum affectum, sed etiam intellectum, seu oculos mentis intelligi. Nam sicut nomine cogitationum, etiam affectus uoluntatis designantur non raro in Scripturis, ita frequenter uidemus nomine cordis, & affectum, & intellectum, & omnes animæ interiores uires comprehendi.

Mat. 7

.6.

Greg.

Esa. 60

Cordis nomīe oēs uires īteriores significantur.

Studium pacis signum est prædestinationis.

Cap. XVIII.

Septimum beatitudinis assequendæ signum est studium pacis. Beati, subdit Christus, pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Neque pacificos hoc loco appellauit eos, qui quieti ipsi in se, & suorum affectuum domini, mira pace iam a passionibus & molestijs huius uitæ feruntur, sed ut & uerbum Græcum εἰρηνοποιοὶ aperte designat, eos qui pacem inter alios ex affectu, & animo componunt. Neque sua enim sunt, qui huiusmodi sunt, pace contenti, neque sat habent, nullis negocium, aut molestiam facessere, sed alios omnes, & inter se, & cum Deo in primis, unire, & adunare student. Porro Deus singulari amore pacem prosequitur. Est nanque pax tranquillitas ordinis, & ordo summum est bonum intrinsecum uniuersi. Et quoniam ordinem constituere & tueri, primum locum tenet inter ea, quæ ad munus gubernandi spectant, & qui cuncta mirabiliter creat, ipse ut creat sibimet conueniant, miro pacis studio di-

Signum. 7 prædest.

Matt. 5

ſponit. Ordinata eſſe non poſſet tanta, & tam diuerſarum mundi rerum C
moles, & congeries, niſi hanc ſuperni moderaminis diſpoſitio ſibi ipſi
connecteret, & colligaret. Atque ideo pacis rationem a cunctis haberi ante omnia uult Deus. Et diſsipatores pacis ſeueris, & formidandis animaduerſionibus ſemper puniuit, quin & eos ſe ipſos confundere, & ſibi ipſis aduerſari, & mille moleſtias inferre facit. Potuiſſet ſummus ille angelicus ſpiritus in culmine ſtare, ſi uoluiſſet in pace agere, ſed quia Deo rebellauit, & ſeditionis, & belli primus autor extitit dum cœleſtium ſpirituum pacem turbauit, & eos ad inteſtina bella, & diſsidia coegit, intolerabiles ipſe ſuæ ipſius conſcientiæ cruciatus patitur, & ut cœlorum pax conſtare poſſet, proiectus eſt e cœlo cum magna ignominia, & compellitur, cum magno cordis dolore errabundus foris uagari. Eaque in perpetuum pacis, & belli differentia, ciuitatem diaboli a ciuitate ſua diſtingui ſtatuit dominus.

Lucifer diſcordiæ autor.

Qua propter eos qui componendæ paci inter proximos ſtudent, uel hoc nomine conijcere poſſumus ad eam ciuitatem ſpectare, ubi abundantia erit, & omnino admirabilis multitudo pacis. Omnia quippe, quæ in illa felici ciuitate erunt, ſumma pace, & concordia inter ſe, & cum autore ipſius connexa erunt. Econtrario autem qui ſeminant inter fratres diſcordias, quique ſeditionum ciuitatum, & bellorum turbinum autores exiſtunt ijs moliminibus, & ſtudijs ſatis indicant filios ſe eſſe diaboli, & illius ciuitatis membra fore, ubi nullus ordo erit, nulla quies, nulla pax. Sed ſempiterna potius, & inter ſe, & cum alijs odia, & diſsidia. Non fruſtra Salomon. Sẽper iurgia quærit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eũ. D

Pro.17.b

Patientia in tribulationibus maximum prædeſtinationis ſignum. Cap. XIX.

Signum. 8 prædeſt. Matt.5

OCtauum eorum, qui futuri ſunt beati, ſignum eſt patientia in perſecutionibus propter iuſtitiam, aut propter Chriſtum. Et de hoc ſigno ſubnectitur a Chriſto. Beati, qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et quoniam ſingularis myſterij incarnationis nouitas, nouum etiam, atq; adeo præcellentiſsimum martyrij genus attulit mundo, in ipſis Apoſtolis inchoandum, con uerſus ad illos adiunxit. Beati eſtis, cum maledixerint uobis homines, ſiue ut antiqua melius habebat tranſlatio, cum uos oderint homines, & perſecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum uos mentientes propter me. Explicuit enim his uerbis Chriſtus, multiplices tribulationes, quas Apoſtoli, & eorum ſectatores propter ſuæ diuinitatis, & humanitatis confeſsionem paſſuri erant, dum odijs, & execrandis conuitijs, & grauiſsimis, & acerbiſsimis cruciatibus pugnare inciperet orbis terrarum con tra ipſum, & ſuos omnes. Et quia multo aliter hęc dixit Chriſtus Apoſtolis quam dixerat præcedentia, ac præmium huiuſmodi paſsionum aliter explicuit, quam præmium aliarum beatitudinum, multa ſane cum cauſa

A Cardinalis Caietanus in singulari illo ientaculo de beatitudinibus distinguit patientiam in persecutionibus propter iustitiam a patientia in persecutionibus propter Christum, ac nouem ex consequenti beatitudines a Christo nobis esse designatas contendit. Sed ad propositum nostrum parum refert, septem ne sint, an nouem. Non enim de hoc nunc agimus, sed signa duntaxat explicamus consequendæ beatitudinis. Et quia eadem ratione utraque patientia indicium est felicitatis, utranque sub uno signo comprehendimus. Immo quanuis Christus de sola patientia in persecutionibus propter se uel iustitiam hic locutus fuerit, tamen generaliter indistincte omnem patientiam in tribulationibus & aduersitatibus absolute asserimus signum esse prædestinationis. Vnde & generaliter alibi dominus dicit. Ego quos amo, arguo, & castigo. Et Raphael dixit ad Tobiam. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. Et Iob dicit. Beatus homo, qui corripitur a domino. Et sancta Iudith multis exemplis docet, omnes, qui Deo placuerunt, per multas tribulationes transisse fideles. Et Paulus. Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu persecutiones patientur. Et iterum generaliter pronunciat. Si sustinebimus, & conregnabimus. Et iterum. Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Et quoniam agnoscebat tribulationes dona esse Dei, & diuini in nos amoris indicia, & in bonum electis cædere, Gloriamur, inquit, in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationẽ, probatio uero spem, spes autem non confundit. Et Iacobus eadem de causa dicit.

Caiet.
Apo. 3
Tob. 12. c
Iob. 5
Iudit. 8. c
2. Tim. 3. c
2. Tim. 2. b
2. Co. 1. b
Rom. 5

B Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis. Sed tribulationes esse uerum signum filiorum Dei, econtrario aũt perpetuam omnium rerum absq; ulla uicissitudine prosperitatem, signum esse magnum reprobationis, multo luculentius docent illa Pauli uerba. Quem.n. diligit dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filijs uobis se offert Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. Impossibile est, dicit diuus Hieronymus transire de delitijs ad delitias, hic implere uentrem, & ibi mentem. Et Gregorius. Continuus successus temporalium est æternæ reprobationis indicium. Et super Ezechielem. Nemo sanctorum ad cœlestem gloriam, nisi patientiam seruando peruenit. Et alibi. Si exceptus es a passione flagellorumq, non eris hæres in regno cœlorum. Et iterum. Nemo potest hic gaudere, & illic regnare cum Christo. Et alias. Nunc flagellatur iustus, & uerbere disciplinæ corrigitur, quia ad æternæ hæreditatis patrimonium præparatur. In suis autem uoluptatibus relaxatur iniustus, quia tanto ei temporalia bona suppetunt, quanto æterna denegantur. Iniustus ad debitam mortem currens effrenatis uoluptatibus utitur, quia & uituli, qui mactandi sunt, in liberis pastibus relinquuntur. At contra iustus a delectationis transitoriæ iocunditate restringitur, quia & nimirum uitulus ad

Iaco. 1
Heb. 12. b
Hiero.
Greg.
Hom. 7
21. mo. c. 4.

laboris usum uitæ deputatus sub iugo retinetur. Negantur electis in hac C
uita bona terrena, quia & ægris, quibus spes uiuendi est, nequaquam a medico
cuncta, quæ appetunt, conceduntur. Dantur autem reprobis bona,
quæ in hac uita appetunt, quia & desperatis ægris omne, quod desideranr,
non negatur. Et id ipsum copiose etiam docet in tertia parte Pastoralis, ad-
Salomõ la monitione uigesimaseptima. Vbi & illud notandum adijcit, Salomonem
psus in ido ideo a tanta sapientia usque ad idolatriam esse prolapsum, quia nulla, uel
latriã pp q̃ minima tribulationis disciplina fuit, prius quam caderet, eruditus. Et alibi,
fectũ tribu Nisi quosdam pœna præsens a supplicio æterno defenderet, Paulus mini-
lationum. me dixisset. Cum iudicamur, a domino corripimur, ut non cum hoc mun
9.mo.c.33 do damnemur. Et alias apertissime. Electorum est hic conteri, ut ad præ-
1.Co.11 mia debent æternæ hæreditatis erudiri. Nostrum est hic flagella percipere,
26. Mor. quibus seruatur de æternitate gaudere. Et pulcherrime de reprobis Iob di-
c.18. cit. Ducunt in bonis dies suos. Sed ne inuideas felicitati eorum, mox addit.
Iob.21.b Et in puncto ad inferna descendũt. Et Psaltes egregius de reprobis, inquit,
Psal.72 In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo
.48. tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua. Et rursus de diui
te glorioso ait. In uita sua benedicetur. Vt uero benedictionem istam & pro
speritatem testimonium reprobationis indicaret, continenter subdit. Et in
26. Mor. ęternum non uidebit lumen. Vnde Gre. Manifestum perditionis indicium
c.16. est, quando affectatis iniquitatibus subsequens fauet effectus, & nulla cõtra-
12.mo.c.15 rietas impedit, quod mens peruersa concepit. Et alibi. Reproborũ uita tan- D
15.Mor.c. to sine flagello dimittitur, quanto ad nulla pręmia seruať. E alias. Electos
24. ad uitam flagella reuocant, & a malis actibus reprobos nec flagella compe
scunt. Sed cum uideamus plerosq; hac in uita tribulari, & uitam suã detestã-
do omnino fine in sceleribus, & flagitijs cõcludere, uideri posset aliquibus,
nullum posse ex tribulationibus haberi satis idoneũ diuinę prędestinatiõis
argumentum. Et profecto ita est, si tribulationes ipsas nudas spectes. Nã &
hic succenditur in quosdam reprobos ira furoris dñi, et ardebit usq; ad infer
Duplex di ni nouissima. Et ut ucrissime dicit Gre. duobus modis Deus in hac uita ho
iudiciũ. in minem iudicat. Quia aut per mala pręsentia irrogare iam tormenta sequen
hac uita. tia incipit, aut tormenta sequentia flagellis præsentibus extinguit. Nisi. n. de
Iudas. lictis exigentibus, nunc, & post modum quosdam percuteret, Iudas Apos.
minime dixisset. Secundo eos, qui non crediderunt, perdidit. Et de iniquis
Psal.118 Psalmista non diceret. Induantur sicut diploide confusione sua. Alias tamẽ,
Hiere.13 ut erudite & eleganter idem Greg. exponit. 5. Mora. ca. 15. iustissima et pro-
Psal.32 uidentissima dei dispositione fit, ut uia impiorum nonnunquam hic pro-
speretur, neque cum hominibus flagellentur. Neque nos tribulationes ex
se signum diximus esse prędestinationis, sed patientiam in eis perferendis.
Nam flagella benigni patris satis se esse aperiunt, cum mentem eorum, quos
percutiunt, ad meliora commutant. Et qui pro peccato percutiuntur, eo ip
so, teste Gregorio, iusti esse incipiunt, quo ferientis iustitiam murmurando
non

A non accusant, sed æquitatem potius iusti iudicis sibi anteponunt. Et hęc est distantia inter tribulationes prædestinatorum, & reproborum. Prædestinati agnoscunt eas esse iusti iudicis, aut certe benigni patris flagella, & ideo gratanter, & iucunde, uel saltem non impatienter eas ferunt, & si peccatores sunt, per eas a peccatis corriguntur, si uero iusti, cautius per eas incedunt, & ad meliora in dies proficiunt. Reprobi uero, neq; agnoscunt, se eas promereri, neq; illis ad pœnitentiam emolliũtur, immo impatienter eas tolerant, & peccata peccatis addunt, & in dies duriores, & peiores efficiuntur. Atq; ideo uerissime dicit Gregorius. Qui inter flagella deteriores fiunt, illis temporale supplicium fit æternæ pœnæ initium. Et alibi. Solos pœna a supplicio liberat, quos immutat. Nã quos p̃sentia mala non corrigunt, ad sequentia perducũt. Et rectissime de illis dicit Iob. Cor eorum longe fecisti a disciplina, propterea non exaltabuntur. Iustum enim est, sicut exponit Greg. ut ad felicitatem non exaltentur, qui tametsi corpore sub disciplina fuerint exterioris tribulationis, mente tamen longe ab ea fuerunt, neq; humiliati præsentibus, ad æterna desideranda corda sua leuauerunt. Ac pulchre nimirum Cyp. Neq; aliud magis iniustos discernit, & iustos, q̃ quod in aduersis per impatientiam quæritur, & blasphemat iniustus, patientia iustus probatur. Tum uero demum tribulationes huius uitę manifestiora sunt, & certiora diuinę prędestinationis signa, cum non solum patienter, & æquanimiter, sed libenter, hilariter, & gaudenter tolerantur. Et tum maxime hoc indicabunt, ac uelut ante oculos nobis exponent, cum propter iustitiam quispiam, aut propter Dei, & Christi gloriam uel fidem illatas eas hominibus iucundo, & lętabundo animo pertulerit. Ea nanq; lætitia, & gloria satis significabit consortem eum fore eorum, qui gaudentes ibant a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, quicq; cum maxime excruciabantur, eam esse gloriam constantissime dicebant, quam semper toto animo cõcupiuerant. Et hoc intelligens gloriosus ille martyr Cyprianus, alibi ait. Quod uel feris corpus obijcit, uel imminens gladius non timetur, dignationis ostenditur ratio, manifestat electio. Et propterea Christus hanc unam patientiam, ut pote cęterarum omnium præstantissimam, hoc loco duntaxat beatificauit. Et quoniam illa inter omnes alias beatitudines primum locum tenet, & certissimum est prædestinationis signum, & beatitudini nos maxime uicinos facit, conclusit, ut est apud Lucam, hanc doctrinam de beatitudinibus in hæc uerba. Gaudete, & exultate in illa die. Ecce enim merces uestra multa est in cœlis. Et alias absolute pronunciauit. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eũ coram patre meo, qui in cœlis est. Et tanta quidem, & tam probabilia diuinæ prædestinationis argumenta, hæc signa, quæ iam attigimus Bernardo uisa sunt, ut indubitabile asserat, eum esse de numero electorum, in quo hęc signa usque ad mortem permanserint. Quod & mirifice confirmat, quod libro nono, capite sexto tradidimus, posse iustos in hac uita habere ali-

Tribulatio nũ electorũ et reproborũ discrimen.

9. mo. c. 33

Iob. 15

23. Mor. c. 16.

Cyp. ser. 3 de bono pat.

B

Idẽ de laude martyrij.

Luc. 6. d

Mat. 10. d

Ber. ser. 1 septuag.

Possunt iusti habere certitudinẽ de sua gra.

quam de sua gratia certitudinem omnis formidinis expertem. Nisi enim C haec signa certitudinem gratiae praestare possent, nunquam perseuerantia eis adiuncta sufficeret ad certitudinem de electione, seu praedestinatione. Et

Cyp. ser. 5 de lapsis. quidem Cyp. huiusmodi certitudinem habebat non solum de sua, sed & de aliorum confessorum iustificatione, qui se morti pro fide Christi exposuerant. Constanter enim & se, & illos asseuerat tota mente dilexisse Deum.

Greg. lib. 1. ep. 5 Quod nemini dubium est sufficere ad iustificationem. Ac talem etiam de se certitudinem uidetur habuisse Gregorius. Qui statum suum in uita monastica Theotistae sorori imperatoris his uerbis describit. Nihil in hoc mundo appetens, nihil pertimescens uidebar mihi in quodam rerum uertice stare, ita ut in me pene impletum crederem, quod pollicente domino ex pro-

Esa. 58 pheta didicissem. Sustollã te super altitudines terrae. Et ne putes hanc certitudinem in uita pastorali perdidisse, statim subdit. Sed repente a rerum uertice, tentationis huius turbine impulsus, ad timores pauoresq; corrui, quia etsi mihi nihil timeo, eis tamen, qui mihi commissi sunt, multum formido. Vides ut asserit se omni de se uacasse timore etiam post uocationem suam

li. 7. ep. 57 ad pastorale fastigium, quod tentationem appellat. Et quanuis sciret iustificationem aliorum minus posse nobis constare quam nostram, tamen alibi aperte praecipit, ne dubitemus misericordiam apud Deum inuenisse, quem

Past. 1. par. c. 7 uidemus peccata sua flendo delere. Et alias non impossibile dicit, sed ualde difficile purgatum se quenquam agnoscere, & ideo praedicationis officium

Rich. c. 10 Beni. mai. tutius declinari. Suffraganturque his uerba haec Rich. Quanto uehementius de suo reatu interno dolore quis afficitur, tanto certior, tanto securior D

Cassia col. 20. de indulgentiae uenia efficitur. Nec minus illa Cassiani. Dum agimus poenitentiam, & adhuc uitiosorum actuum recordatione mordemur, necessarium est, ut ignem conscientiae nostrae, obortus ex confessione culpae, lachrymarum imber extinguat. Quum uero cuiquam in hac humilitate cordis, & spiritus contritione defixo atque in labore & gemitu perduranti, horum recordatio fuerit consopita, & conscientiae spina de medullis animae gratia Dei miserantis euulsa, certum est eum ad satisfactionis finem, atque indulgentiae merita peruenisse, & ab uniuersorum criminum labe purgatum. Neque his obstat, quód nonnulla istorum signorum aliquando uidẽtur deprehendi in haereticis, uel in infidelibus, & alijs peccatoribus. Vt

Bern. ser. 66. in cãt. enim de quibusdam haereticis, nomine Apostolicis, uerissime dicit Bernar. Nihil simile habet constantia martyrum, & pertinacia horum, quia mortis contemptum in illis pietas, in istis duritia operatur. Et ideo propheta mar

Discrimen passionum martyrum et haereticorum. tyris forsitan uoce dicebat. Coagulatum est, sicut lac cor eorum, ego uero legem tuam meditatus sum, pro eo uidelicet, quód etsi poena eadem uidetur, longe diuersa esset intentio, illo utique durante cor contra dominũ, isto in lege domini meditante. Haec Bern. Ac manifestum est non talibus amoris aculeis excitari infideles aut peccatores, ac animas iustorũ, in quarum persona dicitur. Vulnerata caritate ego sum. Sed de his copiosius egi-

A mus in lib. 9. Quia tamen neque ista præcellentia signa, de quibus tractauimus, neque aliqua alia præter diuinam reuelationem, nos possunt facere de futura nostra conuersatione securos, nullatenus concedendũ est, posse quenquam in hac uita consequi certitudinem uel moralem de sua prædestinatione, aut perseuerantia. Prudentissime profecto Augusti. Temerarijs iudicijs plena sunt omnia. De quo desperauimus, subito cõuertitur & fit optimus. De quo multum præsumpsimus, subito deficit, & fit pessimus. Neque timor noster certus est, neque amor noster certus est. Quid sit hodie quisque homo, uix nouit ipse homo, tamen utcunque ipse quid hodie, quid autem cras, nec aut ipse. Pariaque his tradit Bernar. in hęc uerba. Hoc est, unde semper soliciti, & in timore & tremore humiliemur, necesse est sub potenti manu Dei. quoniam quales sumus nosse possumus, uel ex parte, quales autem futuri sumus, id nosse penitus nobis impossibile est. Itaque qui stat, uideat, ne cadat, & in ea forma, quę salutis indicium est, & argumẽtum prædestinationis, perseueret, atque proficiat. Hæc ille. Itaque cum sancti doctores aliquando dicunt, uiros spiritales in hac uita cum certitudine expectare beatitudinem, & propter hanc spei certitudinem merito dici a Paulo consedere in cœlestibus, aut loquuntur de certitudine conditionali, siquidem in illis, quæ faciũt usque ad mortem ut confidunt, perseuerent, aut si ad absolutam certitudinem uerba sua uideantur referre, de certitudine cõiecturali & probabili ea exponenda sunt. Nequit enim absoluta alicuius spes certa prorsus esse, nisi certo B credamus, nobis illud adfuturũ. Atque ita interpretanda sunt hęc uerba Gre. Sancti uiri foris despecti sunt, & uelut indigni oĩa tolerant, sed dignos se supnis sedibus confidentes, æternitatis gloriam cum certitudine expectant.

Aug. c. 12 de pastori.

Bern. ser. 1 septuag.

Certitudo spei.

Greg. 6 Mo. c. 8

De necessitate diuinæ gratiæ ad perseuerandum. Cap. XX.

Enudeandum tamen adhuc superest, unde iusti habeant, quod in gratia Dei perseuerent, & qua potissimum ratione eximium hoc perseuerãtię donum sibi possint comparare. Ac primũ quidem diserte tradiderunt patres in principio capitis. 13. Vbi constanter aiunt, aliũde eam haberi non posse, nisi a Deo. Secundum uero paulo post nos colligemus, et fusius explicabimus ex his, quæ sparsim tradita sunt a patribus in eodẽ capitulo. Et circa horum prius nihil nobis est per Dei gratiam negocij cum hęreticis nostri temporis. Persuasissima est eis hæc patrum sententia. Vtinam sic in alijs sobrie, & prudenter saperent, neque iniuriã gratię existimarent, quod libero nostro arbitrio gratia sanato, & reparato Ecclesia catholica concedit. Facile sperarẽ, si in hoc modũ scirent tenere, omnes controuersias, quæ de his sunt inter nos, & illos, posse cõponi. At. n. quanuis modo nullas molestias Ecclesia patiatur super hoc dogmate, passa tñ olim est tẽpore Pelagianorũ non mediocres, ut constitueret, & psuaderet fidelibus, non posse quẽpiã, nisi ex gratia, & speciali dono Dei in accepta iustificatione pseuerare. Pelagius enim, & Celestius, & qui eorum fuere factionis, ut ex Hiero. dialogis cõtra ip

ſos, & maxime ex Augu. in de perfectione iuſtitiæ conſtare poteſt, magno C
argumentorum uolumine contenderunt, poſſe hominem per ſui arbitrij li
bertatem uitare quodcunque peccatum, & implere omnia mandata. Ex quo
conſequens erat, ut nullam gratiam crederent eſſe neceſſariã ad perſeuerandum in obſeruantia mandatorũ, & in amicitia diuina. Et ex his, qui nõ omnino ad partes Pelagianorũ deſciuerant, neque eorũ dogmatibus in totũ conſenſerant, diuus Aug. commemorat fuiſſe ſuo tempore quoſdã, qui initiũ fidei, & perſeuerantiam a nobis eſſe aſſeuerarent, cætera uero opera bona, & alias uirtutes Dei dona eſſe faterentur. Verũ intellexit plane Eccleſia catholica, idque optime conſtabilierũt Hiero. & Aug. in citatis libris pelagianos eſſe ſimulatos, quicunque contenderunt, libertatẽ arbitrij nobis inditã ſatis eſſe ad perſeuerandum, & non peccandũ. Et contra illos omnes tonant illa uerba quibus Aug. concluſit librũ de perfectione iuſtitiæ. Quiſquis negat nos orare debere, ne intremus in tentationem, negat autem hoc qui cõtendit ad non peccandũ gratię Dei adiutoriũ non eſſe homini neceſſarium, ſed ſola lege accepta humanam ſufficere uoluntatẽ, ab auribus omniũ remouendũ, et ore omnium amathematizandum non dubito. Sed poſſent aliqui alia uia contendere, non eſſe neceſſariũ fauorem diuinum ſpecialem ad perſeuerandum, ita ſcilicet, ut non hoc referrent ad nudam libertatẽ arbitrij, ſed ad gratiam in iuſtificatione acceptam. Dicerentque ex conſequenti neceſſariam eſſe gratiam Dei ad perſeuerandum, ſed non aliam, quam gratiam gratũ facientem, & per eam poſſe omnes iuſtos, ſi uelint, omnia mãdata ſeruare, & omnibus tentationibus reſiſtere, ac proinde nullam eſſe eis neceſſariam ſpecialem aliquam gratiam ad uitandum peccata, ſed ſi Deus iuxta legem communem, gratiam datam eis non auferat, poſſe illos per ipſam perſeuerare in ipſius gratia. Et qui hoc defenderent, hac ſe ratione tuerentur a Pelagianis longe eſſe, quod illi ad potentiam, & uirtutem gratiæ hæc referrent, quæ Pelagiani libertati arbitrij imputabant. Sed ſiue illi cum Pelagianis ſentiant, ſiue non, longe eos a ueritate aberrare ſtatim monſtrabimus. Et quidem patres in capitulo hoc, quod modo exponimus, ita uoluerunt ſtabilire a Deo eſſe perſeuerantiam, ut etiam iuſti intelligerent Dei ſe ope indigere ad perſeuerandum. Vnde & Deum ſolum, aiunt, poſſe eum, qui ſtat, ſtatuere, ut perſeueranter ſtet, neque aliunde poſſe tantum donum haberi, & eum eſſe, qui dat uelle, & perficere, & in eo uno omnes, hoc eſt, tam iuſtos quam peccatores, ſperare debere. Et in hunc ſenſum oportet hanc patrum doctrinam interpretari. Et ne quiſpiam de hoc ambigat, hanc fuiſſe Christi, Apoſtolorunque ipſius, & totius Eccleſiæ perpetuam doctrinam, contra Pelagianos & contra hos, quicunque ſic ſentiant, ſubiectis argumentis docebimus. Ac primo locupletiſsime hoc oſtendit ipſe autor, reparator, ac perfector gratiæ Chriſtus. In gratia nimirum erant ipſius Apoſtoli tempore, quo inſtante iam ſua ipſius paſsione, ad eos dixit: Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et tamen quia neceſſariam illis D

Li. de bono perſe.

Aug.

Neceſſaria ẽt iuſtis ſpecialis grat. ad pſeuerãdum.

Arg. 1

A uidebat opem diuinam ad perseuerandum, & non corruendum, ut miseri-
cors, & prouidentissimus magister, & pastor, instanter patrem pro ipsorũ
perseuerantia rogabat, & inter alia dicebat. Pater sancte serua eos in nomi- *Ioan. 17*
ne tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Et ut agnoscerent ab il
lius præsentia, & protectione habuisse, ꝙ eousque perseuerassent, adiecit.
Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi,
ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Et statim. Non
rogo, ut tollas eos de mũdo, sed ut serues eos a malo. Et ad Petrum ait. Si- *Luc. 22.*
mon, ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret, sicut triticum. Ego autem ro
gaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et ipsosmet Apostolos solicite bis ad *Matth. 26*
monuit, ut orarent, ne intrarent in tentationem. Quid uero tam solicitus
erat, ut eis impetraret fauorem diuinum ad perseuerandum, & perseueran-
tiam eorum in id usque temporis sibi tribuit, & pro Petri fide studiose ro-
gat, ne deficiat, atq; omnes Apostolos, ut pro se uigilent, & orent, tam dili
genter hortatur, si illi per accepta munera iam hoc habebant in sua potesta-
te? Pulchre profecto Hiero. in Pelagianos exaggerat hæc uerba. Quid dor- *Hieron. 2. in Pelagi.*
mitis? Surgite, & orate ne intretis in tentationem. Debuit, inquit, iuxta uos
dicere. Surgite, & resistite. Liberum enim habetis arbitrium, & semel uobis
concessa a domino potestate nullius alterius indigetis auxilio. Et in eundẽ
modum, eis qui dicerent satis esse iustis gratiã acceptam, nos possemus dice
re. Debuit iuxta uos dicere. Surgite, & uiriliter resistite. In uobis enim est,
B unde possitis de quouis hoste triumphare, & semel concessa uobis a domi
no sua gratia, nullo amplius indigetis auxilio. Et patentissime hoc idẽ ostẽ
dit, cum Apostolos suos, & in illis omnes, & iustos, & peccatores inter ce
tera patrem orare instituit. Et ne nos inducas in tentationem. Hoc est, sicut
exponunt comuniter doctores, Ne patiaris nos induci, seu inferri in tenta
tionem, & in ea deficere. Hęc nanque manifeste indicant, necessariũ esse om
nibus numen diuinum, ne incidamus in tentationem, & deuincamur a ma
lo. Nam alioqui, ut perpulchre dicit Augustinus, quid stultius, quam ora- *Augu. de*
re, ut possis, quod in potestate habeas, ut facias? Et cur oratur, ut accipiat, si *natura &*
ab homine est, ut habeatur? Docuit & hoc idem miles ille acerrimus, & in- *gra. ca. 18.*
uictissimus gratiæ defensor Paulus, cum & iustos, & peccatores orare om *Argu. 2.*
ni tempore in spiritu hortatur, ut possint dæmoni resistere, & ipse pro qui *Ephe. 6. c*
busdam iam iustificatis, orare se dicit, ut nihil mali faciant, pro alijs uero, ut *2. Co. 13. b*
ambulent digne Deo. Et alias palam fatetur non posse nos seruare gratiam *Colos. 1. b*
acceptam absq; nutu, & ope diuina. Habemus, inquit, thesaurum istum in *2. Co. 4. c.*
uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei, non ex nobis. Quæ & aper- *Hieron. 3.*
tius, & significantius Hieronymus sic legit, ut abundantia fortitudinis no- *cont. Pela.*
stræ sit ex Deo, & non ex nobis. Et in alio loco retundens impudentiã hæ *2. Co. 12. d*
reticorum, se nihil esse fatetur, & in uno domino gloriandum docet, & qui *2. Cor. 10*
se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse, inquit, se seducit. Et Deo tribuendum *Gala. 6.*
esse, si quando inuicti perseueremus in Dei gratia, his uerbis tradit. Fidelis

1. Cor. 10. Deus, qui non patietur uos tentari ultra id quod potestis, sed faciet, cum tẽ A
tatione prouentum, siue ut Concilium Mileuitanum, & alij legunt, exitũ,
August. de ut possitis sustinere. Idem etiam intellexit Augustinus significatum nobis
bono. perse. cap. 8. a Paulo in testimonijs citatis a patribus in decreto. Sic enim scribit, Multos
a perniciosa elatione reprimit, quod ait Apostolus. Quapropter, qui uidetur stare, uideat, ne cadat. Voluntate autem sua cadit, qui cadit, & uoluntate Dei stat, qui stat. Potens est enim Deus statuere illum. Non ergo ipse seipsum,
2. Cor. 3. sed Deus. Veruntamen bonum est non altum sapere, sed timere. Et statim idem etiam confirmat ex illis uerbis, quæ & ad iustificatos direxit. Nõ sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobis met ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Nam utiq; in cogitatiõe sua, inquit, uel cadit quisq;, uel stat. Cogitantes nanque credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus,
Ambr. De fuga secu li. cap. 1. quicquid agimus. Et ut magis hoc stabiliat, adducit ibi Amb. secutum Paulum & dicentem. Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes. Quod omnis, qui humiliter, & ueraciter pius est, esse uerissi-
Argu. 3 mum sentit. Quin & ex mirifico Psalte Israel potuit etiam ante Christi aduentum discere Ecclesia hanc ueritatem. Cum uideret se undique septum, & uallatum hostibus ualidis, qui eum ad peccatum excitabant, rogat auxi
Ps. 93. lium, & dicit. Quis consurget mihi aduersus malignãtes, aut quis stabit me cum aduersus operantes iniquitatem? Atq; ipse sibi mox respondet, & clare confitetur uno dei prȩsidio se protectum, & prohibitũ a lapsu. Nisi quia B
dominus, ait, adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. Et
126 alias cum dixisset. Nisi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui ædificant eam, adiecit statim. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra uigilat, qui custodit eam. Vt intelligeremus nimirum, & ad ineundũ amicitiam diuinam, & ad perseuerandum in illa necessariam esse gratiam, & cooperationem diuinam. Siue enim ad terrestrem Hierusalem hæc uerba
Hila. referantur, siue non, dubium non est, ut & Hilarius in hunc Psalmum docet, ad animas iustorum hæc pertinere, quæ alibi templa domus & ciuitates Dei dicuntur. Vnde & ipse psalmista ut hæc omnia dilucidiora faceret, generaliter dixit. Salus autem iustorum a domino, quia ipse illã dat, & ipse
Ps. 36. 55. eam seruat. Et iterum. Pro nihilo saluos facies eos. Haud dubium quin iu-
Hieron. 2. stos, inquit Hieronymus, qui non proprio merito, sed Dei saluantur clæ-
cõ. Pelag. mentia. Quare & ipse Dauid, quanquam iudicij ueritatem Dei misericordia temperabat, tamen quia ausus est dicere. Ego autem in innocentia mea ingressus sum, & pes meus stetit in directo, relinquitur, asserente Hieronymo, parumper fragilitati suæ, & per adulterium lapsus in homicidium, postea loquit. Miserere mei Deus secundum magnã misericordiam tuam. Et
Ps. 29. alio in loco suã temeritatem aperte confessus dicit. Ego dixi in abundantia mea, nõ mouebor in æternum. Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem. Auertisti tu faciem tuam, & factus sum conturbatus. Et con

A scius iam bene immo certus imbecillitatis suæ, Deo tribuit suam perseverantiam dicens. Domine uirtus salutis meæ obumbrasti caput meũ in die belli. Et pro ipsa teste Innocentio flebili sermone exorabat dicens. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, nec despicias me deus salutaris meus. Et alias dicit. In æternum misericordia ædificabitur. Nullum enim tempus est, sicut ait Hieronymus, quo non ædificetur misericordia in singulis quibusq; sanctorum. Et iterum. Domine, ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Nostra enim uictoria, addit Hieronymus, & corona uictoriæ, illius protectione, & clypeo paratur. Et quid aliud omnibus pene Psalmis, & præcipue psalmo illo, Leuaui oculos meos in montes testatur, quam indesinenter se impetrasse & implorasse auxilium diuinũ, & Deum absque intermissione ulla uigilare in suorum custodiam, & ab ipso habere iustos, ut non cõmoueantur, sed perstent, & iugiter proficiant in illius gratia. Et hoc insuper est, quod iuxta expositionem Hieronymi, & Augustini nobis indicauit sapientissimus rex Salomon, cum de Ecclesia iam abluta, & mũdata per gratiam dicit. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs affluens, innixa sup dilectum suum. Vel sicut iidem legunt. Quæ est ista, quæ ascendit dealbata incumbens super fratruelem suum? Si quidem non ob aliud ipsam iam de luto, & sordibus peccatorum, in quibus iacuerat, leuatam, & dealbatã inniti dicit, seu incumbere super dilectum suum, nisi ut intelligat, inde se habere uitam, inde robur, & uires, inde q in sua puritate, & mundicia perseuerat.

Inno. epist. ad Mileu. concil. *2. contra Pelag.* 120 *Arg. 4.* *Hieron. in Pelagia.* *August. de gratia & li. arb. c. 6*

B Vt lota quidem sit, ait Hieronymus, sed custodire non ualeat puritatem, nisi a domino Deo sustentetur. Ascendit sane de deserto huius mundi Ecclesia, & iugiter in electis suis proficit, & delitijs affluit, sed si super eum, a quo dealbata est, perseueranter incumbat. Quod & Christus significauit nõ obscure in parabola uitis & palmitum. Siquidem non solum non potest palmes ferre fructum, nisi manserit in uite, sed neque uiuere potest, nisi uitam iugiter accipiat a uite, & a qua habuit uiuere, habeat & in uita persistere. Sicut rami, & flagella uitium ilico contabescunt, cum fuerint a matrice precisa, ita omnis hominum fortitudo iuxta Hieronymum marcescit, & deperit, si a Dei auxilio deseratur. Confirmauit & hoc ipsum, præcellens ille propheta Hieremias. De omnibus nanq;, & iustis, & peccatoribus constanter pronunciat. Scio domine, q non est hominis uia eius, neq; uiri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos. Et alibi in nomine domini. Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant. Quibus uerbis hoc palam dicit. Tantus, ac talis erit timor meus, quem dabo in cor eorum, ut mihi perseueranter adhæreant. Ipsa etiam, quæ in se iusti experiuntur, quæq; ex alijs cõmunibus Ecclesiæ dogmatibus omnes recipimus, hanc necessitatem gratiæ diuinæ ad perseuerandum testantur. Certe uidemus non omnes iustos perseuerare, sed quosdam usque ad mortem in accepta gratia firmiter, & cõstanter persistere, alios uero corruere, & retro aspicere, & sicut est in Euangelio, ad tempus credere, & in tempore tẽtationis recedere. Quid est ergo,

Hiero. 3. in Pelag. *Argu. 5.* *Hiere. 10. d. 31. g.* *Arg. 6.* *Luc. 8. b*

ꝙ cum oẽs æque ad malum proni,& uertibiles ſimus,tamen cum eiſdẽ oc C
caſionibus quidam cadũt,alij ſtant, niſi quod quoſdã Deus miſericorditer
adiuuat,& benigna ſua manu tenet,ut in gratia ipſis collata perſeuerẽt, nec
ſe in uitia præcipitent,alios pro peccatis ſuis, & negligentijs, ſuæ permittit
Oſe. 13.c. libertati,ac proinde a gratia donata excidunt.Et in ruina quorundam,& ꝑ
ſeuerãtia aliorum dilucide agnoſcimus,uerum eſſe illud propheticum,Per-
Arg. 7. ditio tua Iſrael,tantummodo in me auxilium tuum.Et niſi ita eſſet,nõ plus
deberent Deo iuſti,qui perſeuerant, quam debuerunt, qui non permanſe-
runt in beneficijs acceptis,ſed per fidẽ reuerſi ſunt ad Aegyptum,quem de-
Arg. 8. ſeruerant.Ac ſatis re uera explicari nequit, quam gratiam maiorem accepe
rint confirmati in gratia,quam reliqui perſeuerantes, & tamen in illa nõ cõ
firmati,niſi credamus ex dono eſſe Dei ſpeciali utrorunquẽ perſeuerantiã.
Si enim utrique ex libertate ſui arbitrij, uel ex uirtute gratiæ in ſua iuſtifica-
tione acceptæ perſeuerare poſſunt uſq; ad mortem,& a libertate uel gratia
accepta habent quod perſeuerent,quæ maior gratia his ſit,quam illis, cum
neutri nulla noua grã ad ꝑſeuerandũ indigeant?Hoc autẽ facilimũ eſt decla
ratu,ſi qdẽ,ut par eſt,fateamur iuſtos oẽs ĩdigere grã ſpãli ad ꝑſeuerãdũ.Ma
iora qppe eis dari,& pleniora auxilia ad ꝑſeuerandũ dicemus,& Deũ ea ip
ſis ꝓmiſiſſe,uel legẽ ſtatuiſſe qua ſe benigniſsime adſtrinxerit ad ꝓtegẽdum
eos,& adiuuandum ſic iugiter,& fortiter, ut nulla ratione in aliquod trahi
Arg. 9. poſsint peccatum mortale.Nõ opus eſt tamen,ut omnes agnoſcamus ne-
ceſſariam eſſe ſpecialem Dei gratiam ad perſeuerandum,alia ſpectare,quam D
ea quę ſemper,& ubiq; patimur. Ipſa nos poſsũt plenius docere,& certius
admonere noſtræ imbecillitatis.Si fieri poſſet,ut aquæ baptiſmatis merſos
nos tenerent,uolitantia deſuper peccata non tãgerent, ipſe nos defenderet,
Pericula & tueretur ſpiritus,qui illas ſanctificat.Sed impugnat inimicus,neq; uictus
et labores recedit.Semper in inſidijs eſt,ut ſagittet in occulto rectos corde. Et aduer-
huius uitæ ſario ſæuiente error fallit,extollit ſtupor,liuor incendit, cupiditas excæcat,
deprauat impietas,ſuperbia inflat,diſcordia exaſperat,ira præcipitat.Et ma
gna eſt nobis ipſis ex noſtra natura congenita inſtabilitas.Eundem ſemper
uultum habere non poſſumus,quod de Socrate philoſophi gloriãtur,quã
to magis animum. Multæ facies hominum,ſic & corda diuerſa.Multa un-
dique pericula nos circũſtant,multæ difficultates,& moleſtiæ obſidẽt,mul
tæ inſidiæ,& offenſiones paſsim occurrunt.Furit in nos noſtra propria ca
ro,fremit mundus,rugit dæmon.Laſſamur,fatigamur,dejcimur,ægrotã-
mus,deficimus.Sciditur,& dilaceratur,ac dilaniatur animus noſter in plu
rimas,& multiplices curas,& ſtudia.Plerunq; dum minime uolumus, mi-
nimeque cogitamus,terrenarum irrepit illecebra cupiditatum, & uanitatũ
offuſio mentem occupat,& uarię cogitationes hinc & inde perſtrepentes,
& circumuolitantes animum confundunt,atq; alio trahunt,quam propo-
ſuerimus.Ad ſæcularia reuocant,mundana inſerunt, uoluptaria ingerunt,
illecebroſa intexunt,ipſoq; tempore,quo eleuare mẽtem paramus, inani-
bus

A bus degrauati, ac implexi cogitationibus ad terrena uolentes nolentes deprimimur,& in his ipsis nos deprehendimus persæpe collapsos,quę accurate uitare studebamus,& ubi tædebat cadere, iam libet iacere.Et causa omnium istarum miseriarum est,quia non plene sanatur natura,donec fides perueniat ad uisionem.Et iustificatio huius uitæ,neq; extinguit fomitem repugnantem legi mentis nostræ,& captiuantem nos sub lege peccati,neq; triũphat penitus de nostris hostibus,neq; perfecte illustrat intellectum, neq; in totum perficit appetitum. Verum superbiunt, & post ipsam, & multomagis insidiātur nobis inimici nr̃i,& in intellectu manet multæ ignorantiæ,& in utroq; appetitu sensitiuo, & intellectiuo superest non exigua procliuitas in malum,ac difficultas,& reluctatio,seu renitentia ad bonum.Nam ut uerissime nostro Salomoni concinit Flaccus,corpus onustum externis uitijs,animum quoq; degrauat ipsum. Atque affigit humo diuinæ particulã aurę.Itaq; cum in tam multis periculis,quãdiu sumus in hac uita,uersemur, & inter tam multos hinc inde sæuientes hostes agamus,& ipsi alioqui plurimis nominibus fragiles,imbecilles,& instabiles simus,& nobis ipsis graues aduersi,& inimici,nisi clausis, quod aiunt, oculis, ueritatis lumini uelimus resistere,dubitare neq; debemus,neq; possumus, quin etiam iustificati ad perseuerandum in Dei gratia auxilio ipsius speciali indigeamus. *Sap.9.d*

De consensu totius Ecclesiæ in necessitate gratiæ ad perseuerandum. Cap. 21.

B ET uide,ut magno,& unanimi prorsus consensu hanc doctrinam acceptauit,& confirmauit,& fidelibus suis tradidit semper Ecclesia.In cõcilio quodam Carthaginensi tempore Innocentij huius nominis primi celebrato,dum cõfirmant patres hanc ueritatem ex uerbis,quib. Christus nos docuit orare ne intremus in tentationem , pulcherrima illa uerba in epistola ad eundem Innocentium adiecere. Quis nõ uideat inaniter a domino peti,& fallaciter orari,cum orando poscuntur,quæ naturæ iam conditæ sufficientibus uiribus obtinentur , neq; debuisse dicere dominũ Iesum Christum,Vigilate & orate,sed tantummodo uigilate,ne intretis in tentationem?Concilium etiam Mileuitanum in epistola ad eundem Innocentiũ satis innuit sibi certam fuisse hanc doctrinam.Nam inter cætera Pelagij nõ ferenda dogmata,hoc quoq; commemorat, q̃ non sit opus poscere diuinum adiutorium,ne tentati decidamus,Et hoc confutant eodem orationis dominicæ argumento,quo usi sunt patres concilij Carthaginensis.Sed aptior est concilij Arausicani secundi diffinitio,quæ sic habet.Natura humana,etiam si in illa integritate,in qua est condita permaneret, nullo modo se ipsam creatore suo non adiuuante seruaret. Vnde cum sine gratia Dei salutem non posit custodire quam accepit,quomodo sine gratia Dei poterit reparare quod perdidit?Hæc ibi.Et uidenť hęc uerba fauere opinioni Caietani,qui etiam homini in statu innocentiæ necessariam fuisse credidit gratiã specialem ad perseuerandum . Sed contrarium huius tuentur communiter

Cõcil. Carthag. *Conci. Mileui.* *Cõc. Arausic.2.*

cap.7. doctores scholastici. Et pro eis Augustinus aperte est. Nã in de bono perse C
uerantię sic scribit. Qui non infertur in tentationem, nõ discedit a Deo. Nõ
est hoc omnino in uiribus liberi arbitrij, quales nũc sumus, fuerat in homi
ne ante quam caderet. Et hanc libertatem uoluntatis in illius primæ condi-
tionis præstantia manifestatam esse dicit in angelis, cum diabolo cũ suis ca-
dente in ueritate steterunt, & ad securitatem perpetuam nõ cadendi, in qua
nunc eos esse certissimi sumus, peruenire meruerunt. Et concilium Arausi-
canum si bene perpendamus uerba statim citata, fatetur quidem, nos non
posse sine gratia salutem custodire, sed de natura humana perseuerãte in suę
conditionis integritate, tantum dicit ꝙ nullo modo seipsam creatore suo
non adiuuante seruaret. Quibus uerbis non possibilitas, sed factum nega-
tur, & forte ad adiutorium generale referri possunt. Sed utcunq; se ista ha-
beant, pro ea, quam stabilimus ueritate apertissimę etiam prępesserant Apo
Innoc.1. stolicę sedis diffinitiones. Innocentius. 1. in epistola ad concilium Cartha-
ginense suo tempore congregatum dé omnibus & iustis, & peccatorib. sic
scribit. Nisi quotidianis, quæ Christus contulit remedijs freti, confisiq; ni-
tamur, nullatenus uincere humanos poterimus errores. Necesse est enim,
ut quo auxiliãte uincimus, eo iterum nõ adiuuante uincamur. Et in episto-
la ad concilium Mileuitanum apertius. Necesse est gratiam, restituta nobis
pristini status libertate quęramus: Quippe neq; alias diaboli machinas, nisi
Celest. 1. eadem possumus iuuante uincere, neque uitare. Et paria his diffiniuit Cele
ep.1.can.2 stinus primus in hæc uerba. Nemo etiã baptismatis gratia renouatus, ido- D
neus est ad superandas diaboli insidias, & ad euincendas carnis concupiscẽ
tias, nisi per quotidianum Dei adiutorium perseuerantiam bonę conuersa
tionis acceperit. Et concinunt per omnia concilijs his sacris, & summis Ec-
clesiæ pontificibus sancti Ecclesiæ doctores. Idque liquere potest, tum ex
Cyp. iam citatis, tum ex illis, quæ nunc subnectemus. Cyprianus in expositione
orationis dominicæ multis uerbis explicat in particula illa, Sanctificetᷣ no-
mẽ tuum, hoc nos petere, ut sanctificetur Deus in nobis, & ea in nobis san-
ctificatio, & uiuificatio, quæ de Dei gratia sumitur, ipsius in nobis ꝓtectio-
ne seruetur, & permaneat. Id petimus, inquit, & rogamus, ut qui in baptis-
mo sanctificati sumus, in eo quod eẽ cępimus, perseueremus. Et hęc uerba
Aug. Aug. in libro de bono perseuerantię cap. 2. satis esse putauit, ut crederemus
Cyprianum sensisse perseuerantiam esse Dei donum. Cur enim, inquit, per
seuerantia poscitur a Deo, si nõ datur a Deo? An & ista irrisoria petitio est,
cum id ab eo petitur, quod scitur ipsum non dare, sed ipso nõ donante, esse
in hominis potestate, sicut irrisoria est etiam illa actio gratiarum, si ob hoc
gratię aguntur Deo, quod non donauit ipse, neq; fecit? Et ibidem ostendit,
non solũ perseuerãtiam esse Dei donum sed et magnum Dei donum, quo
cętera Dei dona in nobis conseruantur. Atq; excepta quinta, in omnibus
petitionib. orationis dominicę, maxime uero in sexta, quam sic legit. Et ne
nos inferas in tentationem, erudite, et pie docet hoc donum nos a Deo po

C A ſtulare. Immo ideo adijcit Deum uoluiſſe hæc a ſe poſci, ut hoc ipſo intelligeremus unde tantum beneficium habeamus. A quo enim, ait, niſi ab illo accipimus, a quo iuſſum eſt, ut petamus? Et infra. Nō ueras ſed prorſus per ſunctorias eſſe dicit orationes eius futuras, qui hoc non crediderit ſe accipere a domino. Quis enim, inquit, ueraciter gemat deſiderans accipere, quod orat a domino, ſi hoc a ſeipſo ſe ſumere exiſtimet? Et eodem teſtimonio Cypriani firmauit Auguſtinus hanc eandem ſententiam in de correctione, *Augu.*
& gratia. c. 6. Vbi & illa noſtro propoſito apta eleganter dicit. Perſeuerantia, ſi ab homine homini eſſet, a Deo poſcenda non eſſet. Et de gratia, et libero arbitrio. c. 6. idem tradit. Et nequis cauſetur hęc dicta ab Auguſtino contra Pelagianos, qui libertatem arbitrij ad perſeuerandum ſatis eſſe putarūt, audiat quid idem in de perfectione iuſtitiæ ſcribat. Et ſi tanta caritas habeatur, quanta in corpore mortis huius haberi poteſt, parum eſt noſtræ uoluntatis arbitrium, niſi adiuuetur gratia Dei per Ieſun Chriſtum dominum noſtrum. Et ibidem docet, profiteri, ſe nō eſſe Chriſtianum, qui dicit alicui homini non eſſe neceſſarium orare orationem dominicam. Non eſſet autē neceſſarium iuſtis dicere. Ne nos inducas in tentationem, ſi non indigerent ad id noua gratia diuina. Et in de natura, & gratia cap. 26. apertiſsime idem 26.
confirmat hac ſimilitudine. Sicut oculus corporis pleniſsime ſanus, niſi cādore lucis adiutus non poteſt cernere, ſic etiam homo perfectiſsime etiā iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur recte non poteſt uiuere.
B re. Et Hiero. in ſecundo cōtra Iouinianum ſic loquitur. In bonis operibus *Hiero.*
perfector eſt Deus. Non eſt enim uolentis, neq; currentis, ſed miſerentis, & adiuuantis Dei, ut peruenire ualeamus ad calcem. Et eruditiſsime, ut aſſolet, multis hinc inde prolatis ſcripturarum teſtimonijs oſtēdit Pelagianis in dialogis contra ipſos neceſſe eſſe, ut ſemper, & in ſingulis operibus Dei ope omnes nitamur, & auxilio. Et de iuſtis, & peccatoribus aperte pronunciat & abſolute in principio primi dialogi. Non ſic donata eſt liberi arbitrij gratia, ut Dei per ſingula tollatur adminiculum. Et in principio tertij ſic Critobulo loquitur. Et tamen hoc ſcito, Baptiſmum p̄terita donare peccata, nō futuram ſeruare iuſtitiam, quæ labore, & induſtria, ac diligentia, & ſuper omnia Dei clęmentia cuſtoditur, ut noſtrum ſit rogare, illius tribuere, quod rogatur, noſtrum īcipere illius perficere, noſtrum offerre quod poſſumus, illius implere, quod non poſſumus. Et tandem prope finem tertij ſic concludit. Longum eſt, ſi uoluero cuncta ſanctarum ſcripturarum exempla p̄ferre. Totus ſermo ſanctorum ad Deum oratio eſt. Tota oratio, & deprecatio extorquet clæmentiam creatoris, ut qui noſtris uiribus, & ſtudio ſaluari non poſſumus, illius miſericordia conſeruemur. Cyrillus & noſtram *Cyr. 11. in*
cooperationem, & diuinæ gratiæ auxilium neceſſarium ad perſeuerandum *Ioan. c. 21.*
ex eo approbat, quod Chriſtus oēs ſuos Apoſtolos ſeruaſſe ſe aſſerit, & *Ioan. 17.*
neminem ex eis periiſſe, niſi unum Iudam, qui non minus q̄ cæteri diuina gratia regebatur, & per patrociniū Chriſti ſtare potuiſſet, niſi ultro & ſpon

te sua in perditionis se profundum demisisset. Verba Cyr. quae ad proposi C
tum nostrum firmandum satis possunt esse, hęc sunt. Salutē quidem uigilan
tes, attendentesq; diligenter acquirimus. Non sufficit autem id nobis, cum
diuina gratia, quę difficilia facilia faciat, & arduam iustitię uiā planam nobis
reddat, necessario indigeamus. Nostra enim uis, nisi diuinitus sustentet, nul
la penitus est, quod Psalmista cōfirmat clamās. Nisi dn̄s ędificauerit domū,
in uanum laborauerunt, qui aedificant eam. Nisi dominus custodierit ciui-
tatem, frustra uigilat, qui custodit eā. Quare necesse est, ut iugiter, magnoq;
animo ad acquirēdam salutem studeamus, & opem Dei, qua protegamur,
Chry. ho. 80. in Ioā. orando petamus. Hactenus Cyr. Chry. in eundem sensum interpretat uer
ba Christi exposita a Cyr. & nomen pro auxilio esse positum existimat,
cum dixit. Pater sancte serua eos in nomine tuo. Et ibidē statim propterea
dictum esse ab eo putat. Omne quod dedisti mihi, non perdā ex eo, & rur-
sus apertius, Quod uenerit ad me nō eijciam foras, quia quantum in se est,
neminem perdit, neminem expellit, neminem derelinquit, sed sponte sua ta
men resilientes a se, ui non trahit. Sequitur Chrysostomū more suo Theo-
Greg. 23. Mo. c. 28. Iob. 33. c phylatus in cōm. Ioa. Greg. Tentati uniuscuiusque iusti anima corruptioni
appropinquare dicitur, & uita illius mortiferis, quia ex suis se uiribus per-
ditioni proximum non ignorat, & ex infirmitate carnis proximum se pec
catis mortem ferentibus respicit. Et paulopost. Quid sumus, si a cōditoris
nostri protectione deseramur? Ac propterea mox explicat hanc protectio D
nem utiliter plerunq; subtrahi, ut sibimetipsi homo, quod sine illa nihil sit, ostē
dat. Quare continenter subnectit. Nemo ergo se alicuius uirtutis ęstimet, et
cum quid fortiter potest, quia si diuina protectio deserat, ibi repente eneruj
Ber. ser. 3. in Cant. ter obruitur, ubi se ualenter stare gloriabatur. Ber. Qui dedit uoluntatem
poenitendi opus est, ut addat & continendi uirtutem, ne iterem poenitēda,
faciamque nouissima mea peiora prioribus. Vae enim mihi etiam poeniten
ti, si statim subtraxerit manum, sine quo nihil possum facere. Nihil inquā,
quia nec poenitere, nec continere. Et statim addit. Non sum omnino con-
tentus priori gratia, qua iam malorum sum poenitens, nisi & secundam ac-
cepero, ut uidelicet dignos faciam poenitentiae fructus, & deinceps non re-
uertar ad uomitum. Hoc ergo restat mihi prius petēdum, et accipiendum,
Richar. de statu inte. ho. c. 13. quam praesumam altiora, & sacratiora contingere. Hucusque Ber. Rich. de
S. Vict. Sicut non potest homo per se gratiam semel amissam recuperare,
sic quidem gratis recuperatam non potest, nisi ex aliena tutela custodire.
Ecclesię etiam toto orbe dispersę uniuersalis cōsuetudo docere nos potest,
& confirmare apud omnes hanc doctrinam. Semper enim Deum in adiu-
torium suum humiliter implorat. Semper de perseuerantia in obseruatio-
Iob. 10. ne mādatorum gratias agit, & cum sancto Iob beneficium sibi exhibitum
agnoscit dicēs. Visitatio tua custodiuit spiritum meum. Neq; fuit unquam
inter Christianos, tam parum pius, tam parum religiosus, aut tam perpe-
ram in disciplina Christiana institutus, qui non putaret sibi fore necessariū,
ut Dei

A ut Dei in se fauorem, & propitiationem quacunque liceret, impetrare & promereri satagere, ac de præsentia, qua nos protegit, & munit, sicut liberales, & gratos seruos ac filios decet, gratias agere. Quis Christianus non aliquando pro se, ut in domino permaneret, orauit? Quis parens tam parum dilexit filios suos, quis maritus uxorem, quis amicus amicum, ut non illis orando petiuerit, ut in gratia Dei persisterent? Quis inuocantibus sacerdotibus supercircunstantem populum, Da eis domine, ut in te perseuerent usque in finem, uel similia, super talem benedictionem non respondet corde credente & ore confitente Amen? Quis in missarum solenniis exhortantibus sacerdotibus ad gratiarum actionem illis uerbis, Gratias agamus domino Deo nostro, non etiam & pro acceptæ perseuerantiæ beneficio respondet, dignum & iustum est? Nunquid soli peccatores sic respondent? Nunquid soli peccatores sic orant? An non etiam iusti eadem confitentur, & precantur, & tanto feruentius, & deuotius, & sæpius, quanto uberiora in se dona diuinæ misericordiæ in se agnoscunt? Pulchre profecto Augustinus perseuerantiam esse Dei donum hac eadem ratione sic concludit. *De bono. perse. c. 6.* Prorsus in hac re non operosas disputationes expectet Ecclesia, sed attendat quotidianas orationes suas. Orat, ut increduli accedant. Deus ergo conuertit eos ad fidem. Orat, ut credentes perseuerent. Deus ergo donat perseuerantiam usque in finem. Et infra dicit, has orationes habuisse, habituramque Ecclesiam ab exordiis suis, donec finiatur hoc sęculum, & in his natam esse, & crescere & creuisse. *22. & 23. c* C B Itaque oratio Ecclesiæ, quæ & ipsa clarissima est gratia, apertissima est fidei, & consensus Ecclesię de hac necessitate gratię testificatio.

De argumentis contra necessitatem gratiæ ad perseuerandum. Cap. 22.

NOn fuerit tamen satis, diffinitionem patrum de necessitate gratię ad perseuerandum, tam multis omni ex parte communisse, nisi etiam & illa diluamus, quæ aduersus hanc ueritatem possunt obiici. Porro quemadmodum diffinitionem istam aduersari diximus, & Pelagianis asserentibus, sufficere liberum arbitrium ad perseuerandum, & aliis, quibus uideri posset in eam rem sufficere gratiam acceptam in iustificatione; ita & duplici uia illa impugnari potest, & ab utraque necesse est eam tueamur. Et Pelagiani quidem, ut est uidere apud Augustinum decem & sex ratiocinationibus, & sane non omnino infirmis, & multis, & magnis scripturarum testimoniis constabilire nisi sunt per libertatem arbitrii, posse nos implere Dei mandata & in accepta gratia perseuerare. *Aug. de perfect. iustitiæ.* Et ad ea omnia copiose, & erudite pro sua eximia doctrina respondit Augustinus. Quod si quis uult habere summam quandam omnium illorum argumentorum, & idoneam aliquam breuem responsionem, qua possit satisfacere, & illis, & aliis omnibus, quæ pro ipsis circa pręsentem articulum adduci ualent, prę oculos habeat hęc pauca. Pelagiani inducebant pro se omnia testi-

Obiect. 1. monia, quibus Deus per se, uel suos præcepit, ut essemus perfecti, & immaculati, & irreprehensibiles. Et aiebant, impium esse credere, deum præcepisse aliquid impossibile, neque posse nobis culpæ imputari, quæ non possimus euitare. Et hæc omnia uerissime dicebant, neq; in nos, sed in hæreticos nostri tpis, qui mãdata Dei asseuerãt impossibilia, ista militant. Nos.n. hoc est, catholici, fatemur cõstantissime posse seruari ab omnibus mãdata, neq; uitio uerti alicui posse, quę nõ sunt ab eo euitabilia. Dicimus uero hæc nos posse non per uires naturales nostri arbitrij, sed per auxilium speciale Dei, qui iustos semper custodit, & protegit, & omnes sua ope uti uolentes parausissimus est adiuuare. Ac nedum populis pdicamus, uel ueritatẽ fidei de prædestinatione, uel necessitatem gratiæ ad credendum, diligẽdum, pœnitendum, perseuerandum, & similia, scandalum obijciatur infirmis, & impediri ea causa contingat, aut certe languescere studia uirtutis, cuperem hoc clare, & distincte tradi, perinde esse in nostra potestate omnia exercitia uirtutum, ad quæ credimus, necessariam esse specialem Dei gratiam, ac si solus generalis Dei concursus sufficeret, immo ac si non esset, nisi nostra sola uoluntas ad ea oĩa reqsita. Quin pinde nrę subesse potestati, et ea oĩa, & ipsam cõsecutionẽ btitudinis, ẽt si deus, neq; pdestinauerit nos, neq; psciuerit nos tãtam fœlicitatẽ habituros, ac si prędestinasset nos, & pręsciuisset, ea omnia habituros. Tam potentem enim fecit propter suam summam sapientiam, & misericordiam, nostram uolũtatem, et tam admirabiliter suum omnem concursum, & omnem suam scientiam, & prædestinationem, & uoluntatem illius arbitrio subiecit, ut possit ipsa de se quicquid uoluerit statuere, & per se censeri posse, quæ per unum ipsum specialiter adiuuantem potest. Et ille ita scit, & uoluit omnia futura contingentia, quæ nostro arbitrio subiecit, ut illius scientia, & uoluntas nihil nostræ præiudicent libertati. Neque nos aliter nostræ saluti debemus per obseruantiam mandatorum intendere, & ipsius opem assiduis, & importunis gemitibus flagitare, quam si nihil ipse prorsus de nobis neque sciuisset, neque statuisset, sed nostram prorsus expectaret ad omnia uoluntatem. Potest nanque, quod ut maxime mirabile, ita & uerissimum, & certissimum est, potest inquam absque ulla prorsus sui mutatione, & scire, & uelle, immo & sciuisse, & uoluisse ab æterno opposita omnium eorum, quæ de nobis præsciuit, & præuoluit. Et hæc sæpe desideraui, ut Augustinus palam, & aperte respondisset obijcientibus ipsi quod a prædicatione prędestinationis, & gratię cessandum esset coram populo, quod ea officeret audientibus, & segniores eos, & tardiores redderet ad studia uirtutum magis quam alacriores, & feruentiores. Quę tamen in conspicuo est falsa esse, si prędicationi prædestinationis, & gratię adiungantur ea, quę diximus, & commodis similibus declarentur, ut ex parte fecimus in libello de iustificatione, & domino dante copiosius faciemus in tractatu de prędestinatione. Atq; hæc satis possunt esse pro omnibus Pelagianorum argumentis, Quod uero gratia gratum faciẽs,

Respon.

Explicatio nostræ libertatis.

Interserenda concionibus de prædestinatione.

In fine. q. xi.

A iustis in sua iustificatione elargita sufficiat ad perseuerãdum, potest quis his argumentis suadere. In concilio Mileuitano canone. 3. sic legimus. Item placuit, ut quicunq; dixerit gratiam, qua iustificamur per Iesun Christum dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum ualere, quę iam commissa sunt, non ẽt ad adiutorium, ut non committantur, anathema sit. Et approbatus est hic canon, a Celestino. 1. canone. x. suę primę epistolę decretalis. cum igitur gratia, qua iustificamur, sit gratia gratumfaciens, ea sufficiet ad uitandum omnia peccata, & ex consequenti ad perseuerandum. Siquidem qui perseuerat, uitat peccata, & qui uitat peccata, perseuerat. Verum his uerbis dupliciter possumus satisfacere. Primo. Non hic manifeste asseritur gratia ualere ad uitãdum omnia peccata, sed solum dicitur ualere in adiutorium, ut ea non cõmittantur. Ad quod satis est, si, ut docuimus in opusculo de iustificatione, aliqua peccata posfit iustus uitare p solum gratię gratumfacientis adiutorium, quę absque illa, uel auxilio Dei speciali non posset. Deinde. Gratia, qua iustificamur, non comprehendit sub se solam gratiam gratumfacientem, sed comprehendit etiã gratias gratis datas, quibus Deus adiuuat infirmitatem nostram, ut iustificemur, & proficiamus in iustitia. Et sic acceperunt patres gratiam iustificationis in eodem concilio, cum asseruerunt non posse impleri mandata absque gratia iustificationis. Non enim statuere uolebant contra Pelagium auxilium gratię habitualis, sed dũtaxat auxilium gratię. Neque de gratia gratum faciente erat tum concertatio, sed tantummodo de gratia, seu fauore, & adiutorio diuino. Obijci etiã

Obiect. 2. *Celestinus primus.* *Respon. 1. q. 14.* *Respon. 2* *Can. 5.*

B nobis potest autoritas Augustini. Nam is toto pene libro de perfectione iustitię, Celestino reclamanti posibilia esse nobis mandata, ac per hoc posse nos esse sine peccato, aperte respondet, posse nos seruare mandata, siquidem sanemur, & reparemur. Nã si filius uos liberauerit, ait Christus, uere liberi eritis. Neque uidetur aliud exigere ad seruanda mandata, quam sanationem, & reparationem naturę nostrę lęsę, & uitiatę per peccatum. Sed ut hoc sit dilucidius aliqua ipsius uerba subijciam. In responsione ad ratiocinationem primam Celestij sic dicit. Respõdemus uitari posse peccatum, si natura uitiata sanetur per gratiam. In secunda. Vt sanemur, inuocamus eum, cui dicitur in psalmo. De necessitatibus meis educ me. In tertia. Naturale non est peccãtum, sed naturę pręsertim uitiatę. Parũque est ad non peccandum uoluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur gratia Dei per Iesun Christũ dominum nostrum. In quinta, cum urgeret Celestius, Si debet homo uitare peccatum potest. Si non potest, neque debet, respondet ex similitudine claudi, qui debet quidem, si potest uitare claudicationem, sed non potest nisi adhibita curatione sanetur, & sanum recuperet pedem. In sexta consultissime dicit homini pręcipi, ut rectis pasibus ambulet, ut cum se non posse perspexerit, medicinam requirat, quę ad sanandum interioris hominis claudicationem gratia Dei est. In quarta, libertatem, qua caruit uicta uitio natura, promissam esse credentibus dicit ab ipso liberatore in illis uerbis. Si uos

Obiect. 3. Augu. *Ioan. 8. e*

filius liberauerit &c. Et tandem in.16. cum premeret Celestius, Quomodo C
mea culpa est, si esse non possum sine peccato, hoc solum respondet. Si per seipsum potest homo esse sine peccato, Christus gratis mortuus est. Non autem gratis mortuus est. Non igitur potest homo esse sine peccato, etiã si uelit, nisi adiuuet gratia Dei per Iesun Christum dominum nostrum. Itaq; ex his omnibus uidetur Augustinus non requisisse aliam gratiã ad implenda mandata post adeptam sanitatem, & libertatem, quam acquirimus in iustificatione. At enim cum in eodem libro palam asseruerit idem Augustinus, ut iam ex eo citauimus, non sufficere ad perseuerandum, & uitãda peccata, etiam si tanta habeatur caritas, quanta in corpore mortis huius haberi potest, sed parum esse nostrę uoluntatis arbitrium, nisi adiuuetur gratia Dei per Iesun Christum dominum nostrum, satis innuit in pręcitatis respõsionibus, non se appellasse gratiam sanantẽ, & liberantem, gratiam gratum facientem. Nam ea aut caritas est, aut certe semper est ei coniuncta. Quare perinde fuit dicere, non sufficere arbitrium nostrum cum quantacunque caritate, ac si dictum fuisset, non sufficere cum quantacunque eiusmodi gratia. Vocauit igitur profecto gratiam sanantem, & liberantem, auxilium, quo Deus adiuuat uoluntatem, ne claudicet, & labatur in peccata. Et propterea ibi dicit, sanationem a peccatis fieri, cum in hominibus credentibus, & proficientibus renouatur homo interior de die in diem per diffusionem spiritussancti, donec fiat perfecta iustitia tanquam sanitas plena, & hic medicinã esse semper requirendam, quia non tota sanatur infirmitas, neque plena re- D
stituitur libertas, donec adueniat illa bene uiuendi, & nunquã peccandi uoluntaria, felixque beatitudinis, quam expectamus, necessitas. Quod siquis contenderit Augustinum uocasse gratiam sanantem, & liberantem ipsam gratiam gratum facientem, quia & illa hic quadam tenus sanat, & liberat, dicam, eum ita respondisse hæretico, tum quia qui habet eiusmodi gratiã, habet in sua potestate omnem aliam gratiam, quæ ad implendum pręcepta requiritur, tum etiam, quia aliqua sunt præcepta, ut in proximo libro docuimus, q̃ nõ possunt impleri, nisi ueniamus ad statũ grę. Et ad retundendã impudentiã hęretici, q assertores grę criminabaẽ, impossibilia facere dei mãdata, satis fuit Aug. ostẽdere aliquo modo esse nobis ea seruatu possibilia & si non sit satis ad ea implenda uoluntatis nostræ libertas, ut Celestius contendebat. Superest tamen adhuc non leue argumentum contra istam necessitatem gratiæ ad perseuerandum ex uirtute, & potentia gratiæ gratum facientis. In iniuriam nanque ipsius uidetur, & commendationi illius non parum derogare, asserere, præter illam esse iustis ad perseuerandum necessariam aliam gratiam, & perinde iustos, ac peccatores nouo indigere fauore ad uitandum peccata, & implendum mandata. Præstat tamen Dei in nos iugem beneficentiam, uel potius indeficientem misericordissimam magnificentiam, & largitatem commendare, quam gratiam gratum facientẽ. Et iniuria nõ est auroræ, si dicamus eã non habere tm̃ splendorem quantum meridies.

Margin notes: Respon. (beside "stificatione"); Obiect. 4 (beside "tendebat"); Responsio (beside "uore ad uitandum").

A tum meridies. Neque derogat puero, qui præfert ei iuuenem. Neque fidei detrahitur, si magnificetur Dei uisio. Quo circa cum status iustorum in hac uita asseratur in scripturis esse status fidei, & pueritiæ, & auroræ comparetur, nihil derogabimus nostræ gratiæ gratumfacienti, quæ hic est in statu sibi præternaturali, neque sinitur totas exerere uires suas, sed tantum datur, ut ex parte, & quantum huic statui satis est, nos perficiat, si dicamus eam non habere perfectionem tantam, quantam habebit, uel ipsa, uel certe Dei uisio, & fruitio in patria. Tunc nanque plenissima erit omnibus beatis potestas & omnem iustitiam faciendi, & omnem iniquitatem uitandi. Neque sic dicimus requisitam esse specialem gratiam ad perseuerandum, ut non quandoque per leues tentationes occurrentes, & breue tempus uitæ, etiam sine alio auxilio perseuerent iusti per libertatem suam, & auxilium gratiæ gratum facientis usque ad mortem. Neque parem tribuimus iustis & peccatoribus potestatem deuitandi peccata. Possunt siquidem iusti multa per gratiamgratum facientem bona opera facere, & multa peccata uitare, quæ alias non possent. Quia tamẽ uita nostra tametsi breuis, multos protenditur in dies, & grauiores sæpe in ea occurrunt tentationes, quã ut illis deuincendis sola gratia gratum faciens sufficiat, & hoc ipsum quod talia pericula non occurrunt, plerunq; munus est, & beneficium Dei speciale, ideo generaliter dicimus, & iustis, & peccatoribus necessarium esse Dei gratiam ad perseuerandum usque ad mortem.

1. Cor. 13.
Prouer. 4.

B *De necessarijs ex parte nostra ad obtinendum, & promerendum perseuerantiam.* *Cap.* 23.

CVm tamen saluare posit Deus omnes, & præstare illis donum hoc eximium perseuerantiæ absque ulla cooperatione nostra, neminem tamen ex adultis beat, aut tanti doni participem facit, quin & ipse suę quoque cooperetur saluti. Neque hoc statuit, qu a auarus, aut inuidus sit. Longe absunt ista humana uitia ab illa summa Dei bonitate, quæ bonorũ nostrorum, aut gloriæ nihil indiget. Plenissimam in se omnium bonorum sufficientiam habet, immo eminentissime omne bonum est, nec potest esse aliqua res bona, nisi ex participatione illius, & quo maius, & plenius, & supra quam dici, aut cogitari potest, bonum est, eo magis cupit in alios se diffundere, & suorum bonorum, & incomparabilis gloriæ participes eos efficere. Atque inde est ut coadiutores sibi nos esse uoluerit, & in nostram, & aliorum salutem cooperatores, ut & ea ratione aliqua in nos redundaret particula gloriæ, quæ perseuerantibus debetur. Et nostræ quidem libertatis cooperationem necessariam esse ad perseuerandum, sicut ex sentẽtijs patrum. c. 21. citatis satis liquet, manifeste probant omnia illa testimonia, quibus perseuerantia nobis præcipitur, & ut uigilemus, & oremus; & nobis ipsis attente prospiciamus, ne intremus in tentationem, admonemur. Nõ enim hæc nobis præciperentur, neq; ad ea nos Deus per se, & per suos interius, & exterius, uoce, & scriptura passim exhortaretur, nisi nostræ pote-

Necessitas nostræ cooperationis ad perseuerandum.

stati nostra subesset perseuerantia, & aliquid quoq; ad ipsam nostra esset ex C
parte requisitum. Verum enim necesse non est, in eis testimonijs allegandis
immorari. Sunt enim frequentissima in scripturis, atque ex dictis, & statim
Ioan. 8.d. addendis, quiuis facilime plura poterit in unum colligere. Si manseritis in
Cyr. 6. in sermone meo, ait Christus, uere discipuli mei eritis. In quae uerba Cyr. Nō
Ioan. c. 1. incipientibus, sed perseuerantibus usque in finem salus aeterna promittitur.
Apoc. 2. Idque pulchris allegorijs nauis, domus & certaminis ostendit. Et ubi nulla
& 3. alia essent, certe sufficere deberent illa tam uarie commēdata in Apocalypsi. Vincenti dabo edere de ligno uitae. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitae. Qui uicerit, & custodierit usq; in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes. Qui uicerit, faciam eum columnam in tēplo Dei mei. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Quoniam uero haec doctrina nulli catholicorum, immo neque haereticorum quidē, qui agnouerunt libertatem nostram, est ambigua, & contra negantes libertatem copiose lib. 2. disputauimus, totam eam disputationem, utpote superfluam, missam nunc faciemus, ac cum catholicis solis agentes, unū illud pro complemento huius libri curabimus docere, quae sit potissima, & certissima uia a iustis omnibus tenenda, & sectanda, ut inter tam multa huius uitae discrimina, & pericula perseuerantiam obtinere, ac promereri queāt, & ad coronam sibi paratam peruenire. Neque hoc intactum praeterierē patres in nostro decreto. Contenti quippe non fuere extirpare errores, sed et pro paterna caritate, quam gerebant in omnes filios Ecclesiae, soliciti fuerunt ea D
tradere, quae docere, & erudire omnes in iustitia possent, ut perfecti uidelicet sint, quicunque hac doctrina uti curauerint, & ad omne opus bonum
Necessaria instructi. Verba uero, quibus uiam certissimam ad perseuerandum docue-
ex nobis runt, haec sunt. *Veruntamen, qui se existimant stare, uideant ne cadant, & cum timore*
ad perseue *ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in uigilijs, in eleemosynis, in orationi-*
randum. *bus, et oblationib. in ieiunijs in castitate.* In his aūt non oīa prēs expresserūt, q̄ ad perseuerantiam conducunt, sed ea duntaxat, quae potissima uisa sunt, quęq; maxime in terris haereticorum neglecta hoc tempore audimus. Et ex eis similia uoluerūt intelligi. Quod & factitasse nouimus utrūq; Apostolorum principem, cum & methodum tradiderunt certissimam ad perseuerandū.
2. Pet. 1.b Petrus enim omnibus fidelibus sic scribit. Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patiētia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem. Haec enim si uobiscū adsint, & superent, nō uacuos, neq; sine fructu uos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Paulus autem uolens nos uigiles, attētos, & nostrae salutis solicitos efficere, expressit primo formidandam hostium nostrorum potentiam & malitiam. Deinde uero ne animum desponderemus, panopliam, hoc est uniuersam armaturam spiritalem, quia nos ab eis protegere possemus, his uerbis insti-

A nuauit. Propterea accipite armaturã Dei, ut possitis resistere in die malo & in omnibus perfecti stare. Ac mox speciatim arma, quibus & tegere nos, et ꝓtegere ab inimicis, & illos impugnare, et expugnare ualeamus, diserte tradidit dicens. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricã iustitiæ & calciati pedes in præparationẽ Euãgelij pacis. Quibus uerbis indumenta significauit tria, quæ induere debemus, ne nudi congrediamur cum hostibus, baltheum uidelicet castitatis, loricam iustitiæ, & calciamenta pedum, paupertatem, & puritatem, ut & corporalia contemnamus, & flagremus iugi desiderio bonorum spiritualium. Sed enim non satis sunt ad tantam pugnam indumenta communia, quibus contra hyemis rigorẽ, uel ardores æstiui temporis corpora nostra contegimus. Quare militię spiritalis peritissimus dux confestim addidit arma duo, quibus duas pręcipue corporis partes, quæꝗ principia uitę existimantur a philosophis, cor scilicet, & cerebrum cõmunire possimus. In omnibus sumentes, scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeã salutis assumite. Merito aũt fidem scuto cõparauit. Munimentum nanꝗ est omnium uirtutũ fides. Et si uera & uiuida sit, facile oĩa tela inimici repellemus, & ne quicꝗ noceant, extinguemus. Terrenis nõ capit oblectamẽtis, qui uere credit cœlestia. Et temporaria nõ terrent supplicia, formidantẽ ex animo ęterna. Aug. Fides scutũ est, sub quo tuta est iustitia, sicut sub munimine oĩum uirtutum. Nomine uero galeæ salutis, idest, iuxta phrasim Hebraicam galeæ salutaris, spem iuxta quosdam intellexit, quia sicut galea capitis est munimentum, spes est de fine, qui caput est uirtutum moralium. Secundum alios autem caritatem galeam uocauit. Vt enim galea cæteris armis superponitur, ita caritas complemẽtum est, & perfectio, et apex omnium uirtutum. Sed nobis magis arridet, prudentiam in galea intelligere. Sedes nanque prudentiæ, sicut & galeæ, caput est. Et prudentia sensum tuetur & moderatrix est, & auriga uirtutum, neꝗ patitur in hoc, uel illud extremum torpore, aut feruore nimio declinare, sed medium ubiꝗ tenet, & sectatur. Nõ his tamen contentus uexillifer eximius, & dux militiæ Christianę Paulus, arma adiicit, quibus & de omnibus hostibus nostris magnifice possimus triumphare. Et gladium, ait, spiritus assumite, quod est uerbum Dei. Quoniam ut Christus dæmonem lętalibus uulneribus testimonijs scripturarũ in suis tentationibus transfixit, sic & nos, ut elegãtissime docet Gregorius in pastorali, & Chrysostomus in multis homilijs, & Cassianus in collationibus, testimonia scripturarum peculiaria & propria contra unamquanꝗ tentationẽ seposita, & parata habere debemus, ut per ea deuincere, & exuperare aduersarium nostrum facile ualeamus. Ac ne quidpiam desideres in hoc mirifico, & ditissimo armorum omniũ spiritalium artifice, uel doctore potius, & subministratore, ac fidissimo custode, uide, ut cõtinuo doceat uiam, qua & nobis, & alijs hęc arma possimus parare, & ut ad manum ubiuis sint, facere. Per oẽm subdit, orationem, & obsecrationem orantes omni

Ephe. 6.

Indumenta tria militaturis necessaria.

Fides

Augu.

Galea salutaris spes, uel caritas, uel potius prudentia.

B

tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instantia; & obsecratione C
pro omnibus sanctis,& pro me. Quia dæmones per nos ipsos, per mundum,per seipsos nos infestant,quemadmodum de nobis,de mundo,& de illis nostris uiribus, & diuino in primis adiutorio triumphare possimus, diligenter docuit. Vt uero & quæ traduntur in nostro decreto a patribus, & quæ hæc duo fidissima,& firmissima Ecclesiæ columina docuere,sub aliquo cōpendio habeamus,& facilius memoriæ mandemus, possumus hęc omnia ad tria illa capita reducere,ad quę doctores cōmuniter, & patres in proximo capitulo omnia satisfactionis opera redigūt. Ad ieiunium dico, eleemosynam, & orationem. Quę sola in expositione iustitię Christus Matthęi sexto executus est,dum admonuit,ne cursum nostrum fine humanę glorię metiremur. Ieiunio nāq; uniuersa corporis castigatio, & mortificatio cōtinet. Eleemosyna,ut pcipua iustitię pars oēm in pximos beneuolentiā,beneficentiā,iustitiā,& misericordiam cōprehendit. Oratio uero oīa sub se cōplectitur,q̄ ad cultum,pietatem,& religionē deo debitum spectāt. Hęc nostra in hac peregrinatione iustitia. Hęc certissima ratio in ea pseuerādi. Sed explicemus horū triū uirtutē & necessitatem aliquanto diligentius.

Cōpendiū omniū necessariorū ad perseuerandum. Ieiunium Eleemosyna. Oratio.

Necessitas orationis.

Quia imbecilles sumus,& multis noibus impares hostib.nr̄is spiritalib. & pcipua pars nrę pseuerantię ex dei dono est,primū,et ante oīa necessarium ad pseuerandum est iugis,deuota, & feruens orō. Vt.n.quibus bellum imminet cum aliquo hoste potēti,si se impares agnoscunt ad ei resistendū,supplices cōfugiunt ad aliquem se potentiorē,& illius opem, & suppetias humiles implorant,ita & nos quib. non bellum impendet,sed iugis conflictatio est,& pugna cū potentissimis mundi principibus,qui parem potestatē non habent in terra,conscij nr̄æ infirmitatis,& exiguę uirtutis iugiter debemus ad dn̄m recurrere, & illius fauorē,& pręsidium incessantib. gemitibus implorare,& cum psalmista dicere. Adiutor meus esto,ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus. Propter pseuerantiā, ait Aug. dixisse xp̄m. Oportet semp orare,et nō deficere. Et hoc uerbo,nō deficere, satis innuebat ad pseuerandū,& nō deficiendū necessariā esse orōnē. Constat deū, ait ēt Aug. alia dāda ēt nō orantib. sicut initiū fidei, alia nō nisi orantib. p̄pa rasse,sicut usq; in finem perseuerantiam. Vt tamen apud Deum nostræ orationes efficaces sint,& ea impetrent,quæ uolumus,necessarium est mandatorum ipsius obseruationi toto corde intendere. Si mānseritis,inquit,in me, & uerba mea in uobis mānserint, quodcūq; uolueritis petetis,& fiet uobis. Ac si aptius diceret. Si uultis, ut quodcūq; uolueritis,fiat uobis, manete in me,& uerba mea in uobis maneāt. Ita.n.fiet,ut petentes,oīa,quæ uultis,ad uotum habeatis. Et Ioannes ait. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum,& quicquid petierimus,& accipiemus. Aug. cū doceret recēs baptizatos neq; dubitare,neq; solicitos esse debere de peccatis cōmissis ante baptismū, qppe quę instar Aegyptiorū in eo,ut in mari rubro,extincti & suffocati essēt,tamen ne oīno securi sint de sua pseueran-

D

Psalm. 26.

Aug. Luc. 18.a. Augu. de bono perse.c. 16. Ioā. 15.b.

1. Ioan. 3.

A tia, doctissime et pientissime admonet, non defuturum in itinere ad terram promissionis hostem fortem Amalech, & hac una ratione auxilio eius, qui eos liberauit ab Ægypto & de illo quoque triumphaturos, si imitarentur Mosen, & extentas haberent manus ad orationem & opera bona, neque ab his, & a cruce Christi eas demitterent. Dum enim extentis manibus in formam crucis orabat Moyses, uincebatur Amalech, dum deponebat, conualescebat. Quia uero sicut sub oratione, quæ Deo debentur, continentur ita sub ieiunio, quæ nobismetipsis; & sub eleemosyna, quæ proximis, orationi adiungenda esse ieiunium, & eleemosynam, quibus uniuersa disciplina erga nos, & proximos seruanda concluditur, angelus Raphael utrique Tobiæ expressit his uerbis. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna. Et ieiunium quidem necessarium est, ut lasciuientem carnem castigemus, & sub iugo Christianæ disciplinæ incursiones illius, & insultus coerceamus, & frenemus. Eleemosyna uero tum ad alia, tum ad hoc necessaria est, ut dũ proximis officia debita præstamus, Dei in nos misericordiam certius prouocemus, & obtineamus. Vt tamen his tribus optimis antidotis contra omnẽ lapsum spiritalem fidelius, & feruentius intendamus, neq; quæ bonis operibus insidiatur, inanis gloria, aut superbia, bona omnia nostra depascat, optimum est, & tutissimum omnia nostra humilitate quadam condire. Quare prudentissime secuti Paulum patres nostri admonuerũt inter alia, cum timore, & tremore salutem nostram operari oportere. Multos quippe decepit, & deiecit blanda quædam, & perniciosa securitas, qua sibi iam uictoriã, & portum, cum adhuc in certamine, & in tempestate essent, stulte promittebant. Et uerissime dixit Ecclesiasticus. Nisi in timore domini continueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Ac prudenter Hieronymus tractans illa uerba Dauidis, Vniuersa uanitas omnis homo uiuens, sic scribit. Vel uiuens in corpore, uel uiuens in uirtutibus, & tamen omnia uanitas. Incerto enim statu fluctuat, & dum non timet, in sereno patitur tempestatem. Et alibi. Sicut Baptisma priora peccata dimittit, sic in futurum seruare non potest, nisi baptizati omni custodia seruauerint cor suum. Et pulchre Cyprianus ne quispiam, etiam optimorum operum sibi conscius securitatem sibi promittat, de illis, qui iam præclari confessores extiterant, sic alicubi scribit. Quisquis ille confessor est, Salomone maior, aut melior, aut carior non est, qui tamen quandiu in uijs domini ambulauit, tandiu gratiam, quam de domino fuerat consecutus, obtinuit. Postquam dereliquit domini uiam, perdidit & gratiam domini. Et ideo scriptum est, Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod utique dominus non minaretur, auferri posse coronam iustitiæ, nisi quia recedente iustitia, recedat, necesse est, & corona. Confessio exordium gloriæ est, non meritum coronæ, nec perficit laudem, sed initiat dignitatem, cunque scriptum sit, Qui perseuerauerit usque in finem, is saluus erit, quicquid ante finem fuerit, gradus est, quo ad fastigiũ salutis ascenditur, non terminus, quo iam culminis summa teneatur. Con-

Exo. 17. c

Tob. 12. b

Condiẽda oĩa bona opa humilitate.

B

Eccl. 27. a

Hie. 2. in Psal. Ps. 38

2. cõt. Iou.

Cy. de simpl. prel.

Apoc. 3

Confessio gloriæ exordium.

Matt. 10.

Confessio n

sessor est, sed post confessionem periculum maius est, quia plus aduersarius C
prouocatus est. Confessor est, hoc magis stare debet cum domini Euangelio, per Euangelium gloriam consecutus, a domino. Et paulo post hoc exẽplo Iudæ confirmat his uerbis. Si confessor factus fidem primam perfidia posteriore mutauerit, blandiri sibi per confessionem non potest, quasi electus ad gloriæ præmium, cum ex hoc ipso magis creuerint merita pœnarum. Nam & Iudam inter Apostolos dominus elegit, & tamen Iudas post modum dominum prodidit. Hæc ille. Itaque quanto maiores progressus in uia Dei, & perfectionis disciplina iusti fecerint & quæ retro sunt obliuiscentes, ad ea, quæ sunt priora animos suos feruentius, & magis extenderint, tanto magis oportebit eos ex corde humiliari, & imitari Paulum, & cum illo dicere. Quotquot ergo pfecti sumus, hoc sapimus, siue hoc sapiamus. Diuersa enim sunt exẽplaria. Et quid sapimus, aut sapiamus? Vel quid potius sapere debemus? Quod nondum perfecti sumus, respondẽt Hiero. & Augustinus, quod necdũ accipimus, ꝙ necdũ comprehendimus, ꝙ ad huc in acie, & in mari sumus. Et subdit Hieronymus grauissime, & pientissime. Hæc est hominis uera sapientia, imperfectum se nosse, atque, ut ita loquar, cunctorum in carne iustorum imperfecta perfectio est. An uero hæc pia studia, & uerissimę nostræ imbecillitatis persuasiones, in quibus præcipua consistit gratiam conseruandi ratio, donum perseuerantiæ promereãtur, non temere asseuerauerim. Sanctus Thomas, & illius sequaces asserũt, neminem posse promereri, perseuerantiam uiæ. Et pro illius duo potissima occurrunt. Primo enim nemo potest mereri aliquo modo suam confir- D
mationem in gratia. Si uero quis semel meritus esset perseuerantiam, is certe corruere iam, & deficere non posset, ac meruisse eam censendus esset. Nã si corrueret, aut non meruisset perseuerantiam, aut defraudaretur, eo, quod semel promeruerat. Vnde & Augustinus affirmat, & ex professo probat, contumaciter amitti non posse donum perseuerantiæ, si datum fuerit. Deinde, & illud urget. Quod nulla sunt certa opera, nulli certi dies, quibus hoc tantum donum perseuerantiæ mereri possimus. Post multa enim præclarissima opera multis diebus in gratia facta, scimus iustos multos corruisse. Quare uidetur, non posse hoc donum cadere sub merito. Sed his non obstantibus ad huc uidetur probabilius, quod in opusculo de iustificatione tradidimus, posse iustos ex congruo suam perseuerantiam mereri. Et ne omnino trepidemus, habemus pro nostra sententia eximium doctorem Ecclesiæ, & propugnatorem gratię Augustinum. Verba sunt illius in libro de bono perseuerantiæ Hoc ergo Dei donum suppliciter emereri potest, sed cum datum fuerit, amitti contumaciter non potest. Et inferius dicit Posci a se Deus uoluit, ne inferamur in tentationem, quia si non inferamur, nulla ab eo ratione discedimus. Quod si, ut certissimũ est, posci a se Deus hoc donum, uult, & id iusti instanter, & frequenter petunt, & quandoque obtinent, & propter egregia eorum opera, & feruentissimas orationes Deus

Iudas. Hie. ĩ Pel. Aug. đ bono perse. 1.2.q.114 ar. 8 Aug. đ bono pse.c.6 Possunt iusti ex congruo mereri suã pseuerãtiam. q.15 Aug. đ bono.pse.c.6 c.7

A eis hoc donum impartitur, cur non & illud meruisse eos dicamus? Equidem nihil uideo, quod illis orationibus, & pijs operibus desit ad meritum ex congruo. Studeamus ergo omnes certam facere per bona opera uocationem nostram, & cum timore, & tremore, per ieiunia, orationes, & eleemosynas, saluti, & perseuerantiæ nostræ solicite inuigilemus. Hæc enim, si nobiscum permaneant, non uacuos, neque sine fructu nos patientur apud Deum esse. Sed qui dedit hæc tanta & tam eximia uelle, dabit quoque pro sua benignitate perficere, & ad brauium supernę uocationis illis repositum peruenire. Si tamen propter humanam fragilitatem quis peccauerit, & acceptam iustificationis gratiam perdiderit, aduocatum habemus apud patrem Iesun Christum iustum. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ac meritis & intercesione ipsius alleuat dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes elisos. Et ne quispiam desperet, quantuncunque grauibus obrutus sceleribus, quemadmodum eximiam istam clementissimi patris indulgentiam lapsi omnes impetrare possimus, 14. cap. patres edisserunt. Ad ipsiusque expositionem, hic facto fine huic libro, deo fauente transibimus.

1. Ioã. 2. a

Psal. 144

DE LAPSIS, ET EORVM REPARATIONE
Liber. xiiij. in. xiiij. caput Decreti de iustificatione.

PRAEFATIO.

B

INTER alia mala, quæ ex protoparentis nostri peccato cõtraximus, unum est, atque id non infimum, inconstantia. Peccauit ille, dum nesciuit in statione sua consistere, & felicitatem illam eximiam, in qua conditus fuit, instabilitate sua male perdidit. Eoque factum est, ut & filios sibi similes generauerit inconstantes, irrequietos, uarios, instabiles, quique nesciant unquam in eodẽ statu permanere. Ac proinde summus ille Deus patiens, & multæ misericordię, qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorũ, nostrę uertibilitati, & infirmitati compatiens, secundum diuitias bonitatis, & longanimitatis suę, remediũ certissimũ statuit, quo saluari, & reparari possent, quicũque mutabilitatis suę uitio, acceptam iustificationis gratiam perdiderint. Et huic uni remedio enucleãdo, roborando, & tuendo librũ istum, quem iam exordimur, secuti uestigia patrũ nostrorũ consecrauimus. Legite hæc, & attenta mente reuoluite, o quicunque estis humanę miserię, & imbecillitatis nostrę conditionis non ignari. Habetis hic lapsuum, & morborum nostrorũ spiritualiũ pręsentissima medicamẽta, ac uelut ex quadã diuite, et probatissima apotheca licet ex his patrũ diffinitionibus absque argẽto, & absque ulla cõmutatione uobis ea indubitato cõparare, q̃ oẽ uirus, et uenenũ antiqui serpẽtis de aĩs nostris eliminẽt. Ne tñ in incertũ nostra uagetur lucubratio, pponã ante oĩa, sicut & in alijs libris feci, ipsam sanctę Synodi definitionẽ q̃ sic habet.

Psal. 146

 C

CAP. XIIII.

QVI uero ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo, per pœnitentiæ sacramẽtum merito Christi amissam gratiam recuperare procurauerĩt. Hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio, quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti patres apte nuncuparunt. Etenim pro his, qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus sacramentum instituit pœnitentiæ, cum dixit. Accipite Spiritumsanctum. Quorum re-
Ioan. 20.e
miseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Vnde docendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo aliam esse a Baptismali, eaque contineri non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & humiliatum, uerum etiam eorundem sacramentalem confessionem, saltem in uoto, & suo tempore faciendam & sacerdotalem absolutionem, itemque satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritalis uitæ exercitia, nõ quidem pro pœna æterna, quæ uel sacramento, uel sacramenti uoto una cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ, ut sacræ literæ docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperunt, ingrati, Spiritumsanctum contristauerunt, & templum Dei uiolare non sunt ueriti. De qua pœnitentia scriptum est. Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Et iterum. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Et rursus. Pœnitentiam agite. Et. Facite fructus dignos pœnitentiæ. D

Apo. 2.b
2. Co. 7.c
Matt. 3.a
Luc. 3.b

QVID SVMMATIM CONTINEAT CAPITVLVM statim præmissum. Cap. I.

FIVNT, ut uideo, tria potissimum in hoc capitulo a patribus. Nam & de possibilitate disserunt, & de qualitate curationis, et de ipsa medicina, qua debet lapsus, curari. Et ex eis tres doctrinas seu conclusiones licet colligere, circa quas tota huius uoluminis disputatio uersabitur. Ac primo quidẽ, ne quispiam uel grauissimis obrutus peccatis, de curatione sua desperet, proponitur in genere possibilitas reparationis omnium, qui „ lapsi sunt a sua iustificatione. Et hoc fit his uerbis. Qui uero ab accepta iusti„ ficationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum „ excitante Deo per pœnitentiæ sacramentum merito Christi amissam gra„ tiam recuperare procurauerint. Et quæ statim sequuntur. Hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio, hunc sensum habent. Cum enim hoc modo homo iustificatur, lapsus reparatur, & lapsi dicitur fieri, & uere fit reparatio. Ex quibus colligere possumus hanc doctrinam, seu conclusionem. Possunt omnes lapsi reparari. Tradita uero possibilitate curationis, docent

Conclu. 1

statim

A statim patres aliquanto particularius medicinam, qua qui lapsi sunt, repara ri queunt, & in antiquam sanitatem restitui. Et eam, aiunt, sacramentum esse pœnitentiæ. Et ut de illius præsentissima, & certissima uirtute nemo dubitet, docetur ea medicina instituta fuisse, ab illo magno medico animarum Christo Iesu saluatore nostro, cui nulla est ægritudo incurabilis. Atque ut constet omnibus, quibus fit ex partibus ista saluberrima medicina composita, explicantur distinctissime omnia, quæ ad eam spectant, ac quodam modo, ut postea explicabimus, partes illius sunt. Et in summa quinque hic subijciuntur, ex quibus uera constat pœnitentia. Cessatio a peccatis, detestatio eorum, sacramentalis cōfessio, sacerdotalis absolutio, itemq; satisfactio per ieiunium, eleemosynas, & orationes, & alia pia spiritalis uitæ exercitia. Et ex his declaratur Christiani hominis pœnitentia post lapsum multo alia esse a Baptismali. Quæ omnia patres tradidere ab illis uerbis, Etenim pro „ his, qui post Baptismum in peccata labuntur Christus Iesus sacramentum „ instituit pœnitentiæ &c. usque ad illa, quæ nunc retulimus, Et alia pia spiri- „ tualis uitæ exercitia. Et hinc secūdam conclusionem huiusmodi possumus *Conclu.2* decerpere. Pœnitentia a Christo instituta quinque in se complectitur. Postremo exponitur obiter qualis sit ista lapsi reparatio, quæ fit per sacramentum pœnitentiæ. Et hæc in summa statuitur conclusio. Per sacramentum *Conclusi.3* pœnitentiæ, uel sacramenti uotum culpa, & pœna æterna remittitur, non autem tota pœna temporalis, ut in Baptismo, sed ea postea per satisfactiones bonorum operum expiatur. Verba, quibus hæc continetur conclusio

B sunt hæc. Non quidem pro pœna æterna, quæ uel sacramento, uel sacramē „ ti uoto una cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ ut sacræ li „ teræ docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur. Et ut constet „ integra sententia, supplenda sunt ex proximis uerbis, & istis omnibus præponenda hæc uerba. Itenque satisfactio facienda est. Ne uero istas diffinitiones ex capite suo finxisse Synodus existimetur, confirmantur omnia autoritate Pauli, & utriusque Ioānis. Sed inest singulis horum uerborum suum pondus, neque leui manu, aut perfunctorie tractanda sunt tanta nostræ salutis documenta. Quare de his omnibus speciatim, & aliquanto operosius commodum erit disserere.

De uarijs erroribus poßibilitati reparationis lapsi aduersantibus. Cap. II.

QVid est ergo, quod patres diffiniunt, audiamus. Qui uero, inquiūt, ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt. Sicut optimi medici pollicentur in primis omnibus ægrotis, q; sanari queant. Ne desperent uidelicet, ne diffidant, ne abijciant animum, ne addant morbos morbis, & fiat ægritudo, & plaga eorū insanabilis. Nemo potest facere pœnitentiam, ait Ambrosius, & uerissime, *1. de pœni.* nisi sperauerit indulgentiam. Neque ægrotus parebit medico, aut diætam ab *c.1.* eo præscriptam seruabit, nisi confidat, posse se illa ratione sanari. Cum uero

patres acceptam dicunt iustificationis gratiam, satis indicant, nemini esse iu C
Rom.3.d stitiam suam naturalem. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et nisi Deus gratis iustificet, uniuersus orbis obnoxius ei erit, & reus, atq; ex-
Ephe.2.a pers omnis iustitiæ. Et hæc hominis summa iustitia est, quidquid habuerit uirtutis, quidquid gratiæ, & iustitiæ coram Deo, non suum putare esse, sed domini, qui largitus est. Quod autem, aiunt, ab hac accepta, seu donata iustificationis gratia homines per peccatum excidere, manifeste est contra errores Vuitclefi, & Iouiniani, qui, ut in proximo libro docuimus, acceptam semel iustitiam saltem per Baptismum, amitti non posse censuerunt. Atque his uerbis indicarunt patres omnia, quę hoc in loco diffiniunt, ad eos peccatores spectare, qui post acceptam iam per fidem, & Baptismum iustitiam ab ea deciderũt, & prolapsi sunt. Nihil itaq; est nobis hic negocij cũ iustis, aut perseuerantibus in gratia accepta, nihil cum infidelibus, aut catechumenis, sed cum illis duntaxat, qui quam acceperunt mundam, & candidam iustitiæ uestem in Baptismo, eam suis postea peccatis sordidauerunt, & commaculauerunt. Et illo uerbo per peccatum palam significatum est, neminẽ
Ro.11.d gratiam semel apud Deum adeptam nisi ex culpa sua deperdere. Sine pœnitentia enim, & quod Græce significantius dicitur, impœnitenda sunt dona, & uocatio Dei. Neque retractare Deus nouit, ut homines, sua beneficia, sed fidelissimus est, & constantissimus eorum amicus, quos in gratiam suam recipit, neque quenquam deserit, nisi prius ipse deseratur. Ac tota ista diffinitio, qua generatim omnes illos, qui a iustificationis gratia, culpa, & peccato suo exciderunt, & acceptæ gratiæ ingrati fuerunt, nihilo tamen segnius, iustificari posse affirmantur, uiscera diuinæ misericordiæ & diuitias bonitatis & patientię Dei ob oculos nobis ponit. Quid enim benignius, quid clemẽtius, quid magnificentius, quid suauius esse, aut dici potest, quam Deum & dominum omnium, qui nullius obsequio, aut subsidio indiget, omnes etiã pessime de se meritos, in suam gratiam paratum esse recipere, si modo illi D
Errores.6 dãnati in conc.1 ex corde uelint ad eam redire. Et, ut iam hinc incipiamus exponere errores, qui contra possibilitatem reparandi lapsos pugnarunt, ex professo militat hæc doctrina contra omnes illos, qui affirmarunt, non semper toto huius uitæ tempore posse quosuis peccatores redire ad gratiam diuinam, quã
Error.1 Montanus Hiero. perdiderint, & quinque aut sex errores palam damnat. Primo pugnat contra Montanum de quo & sectatoribus ipsius in epistola ad Marcellam contra Montanum Hieronymus sic scribit. Illi ad omne pene delictum, Ecclesiæ obserant fores. Et ne quis hunc rigorem ex innocentia proficisci crederet, cum uerius ab hypocrisi dimanaret, subiecit statim. Rigidi autem sunt, non quo & ipsi peiora non peccent, sed hoc inter nos, & illos interest, q illi erubescunt confiteri peccata, quasi iusti, nos dum pœnitentiam agimus, facilius ueniam promeremur. Secundo aduersatur hæc patrum diffinitio
Error.2 Nouatus. Nouato, & ipsius asseclis Nouatianis, ab ipsius nomine sic appellatis. Illi enim, ut communiter traditur, & potest ex Ambrosio primo de pœnitentia

A colligi, omne peccatum lætale commissum post Baptismum irremisibile esse censuerunt. Et saltem, ut ex Cypriano, Eusebio, & Hieronymo constat, omnes negantes Christum post Baptismum susceptum, extra statum salutis posuerunt, & quocunque metu, uel occasione Christum quis fidelis negasset, aut idolis sacrificasset, pœnitentiam ei, & reditum ad comunionem Ecclesiasticam negabant. Verba Cypriani de Nouato ad Cornelium papam hæc sunt. Neque uulnus suum miser curat, sed adhuc grauius & se, & suos uulnerat in perniciem fratrum, lingua sua perstrepens, & facundiæ uenenatę iacula contorquens magis durus sæcularis philosophiæ prauitate, quam philosophiæ dominicæ lenitate pacificus, desertor Ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, ueritatis corruptor, perditor caritatis. Et in alia epistola ad eundem Cornelium, ubi & scelera Nouati commemorat, & suis eum titulis mirifice exornat, inter alia addit. Damnare nunc audet sacrificantium manus, quum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius, qui nascebatur, occisus est. Eusebius uero de eo sic scribit. Nouatus Romanæ Ecclesiæ presbyter elatione quadam tumidus spem penitus lapsis salutis ademerat, etiam si digne pœnituissent. Ex quo & princeps hæreseos extitit Nouatianorum, qui ab Ecclesia separati superbo nomine semetipsos Catharos, idest mundos appellarunt. Et ut uideas semper catholicam Ecclesiam huic errori fuisse aduersatam, statim subdit. Ob quam rem Concilium sacerdotale in urbe

Cy.1. ep.11

li.2. ep.8

eus.6. ecc. histo. c.33

B Roma congregatum est, Episcoporum quidem sexaginta numero, presbyterorum quoque totidem, cum diaconis plurimis. Præterea etiam per singulasquasque prouincias de hac re magna deliberatione habita, decretis significatur, quid facto opus sit. Statuitur ergo Nouatum quidem cum his, qui eum mentis elatione tumidum sequerentur, quique ad humanam istam & nihil fraternæ caritatis seruantem, sententiam declinarent, alienum esse ab Ecclesia, eos uero, qui lapsi in certamine fuerint, fraterna miseratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. Scribit & de hac re Cornelius urbis Romæ Episcopus ad Ecclesiam Antiochenam, indicans Fabiano eius episcopo, quid statuerit in urbe Roma Concilium congregatum, quid etiam Italis, Afris, cęterisque Occidentalibus uisum sit. Cyprianus uero de his librum magnificentisime scriptum edidit, in quo & lapsos ad pœnitentiam cohortandos, & contradicentes alienos esse a Christi uisceribus statuit. Hieronymus etiam in quadam epistola ad Marcellam de blasphemia in spiritumsanctum commemorat Nouatianum irremisibile docuisse peccatum, atque ipsissimam spiritussancti blasphemiam, si Christianus aliquis Christum negaret, quantiscunque tormentis adductus hoc fecisset. Tertio pugnat hæc nostri decreti assertio contra Armachanum, qui in quęstionibus Armenorum li. 9. ca. 27. asseruit, aliquod peccatum esse in hac uita irremisibile, & cui non esset petenda a Deo uenia. In quo errore referente Athanasio fuit nescio quis Origenes antiquus, & Theognostus quidam.

Hiero.

Error. 3 Armachani.

Fuit etiam in eo errore Augustinus eo tempore, quo sermones scripsit in C
sermone domini in monte, sed cantauit eius erroris palinodiam lib. 1. retra-
Error. 4 ctationum. Quarto opponitur hæc Synodi doctrina opinioni quorundã
Iudæorum, qui propter uerba Amos perperam intellecta, primo quidem,
secundo, ac tertio peccato post acceptam gratiam locum esse pœnitẽtię, aie
Error. 5 bant, sed quartum irremissibile affirmabant. A qua sententia non absunt,
qui certum esse aliquem numerũ peccatorum asseuerant, in quem cum pec
catores ueniũt, desperati sunt, neq; assequi ueniam possunt, tametsi cursum
huius uitę non concluserint. Et sunt nimirum, qui Tertullianum putent se-
mel tantum post Baptismum dedisse locum pœnitentię. Ac uidentur hoc
postulare quędam ipsius uerba in libro de pœnitentia, nisi ad pœnitentiam
publicam referantur, quę tunc non fiebat secundo. Attamen, quia statim ad
dit, non esse subruendum animum desperatione, si secũdæ pœnitentiæ quis
debitor fuerit, et reconciliari quenuis posse, si quod dominus offert, non re
cusauerit, atque iterata ualetudine mala, iterandam esse medicinam, & quia
omnes indistincte peccatores ad pœnam ibi hortatur, non ausim ei hunc
Error. 6 errorem imputare. Quia uero generalis est, & absque ulla limitatione pa-
trum sententia, & communem Dei legem de reparatione peccantium post
Baptismum edisserit, uidetur, & hic quoq;, si uerborum superficiem specte-
mus, condemnata esse cuiusdam catholici, & doctissimi, & probatissimi ma
gistri opinio, qui asseruit, posse peccatores in hac uita tot, & tam grauibus
sceleribus impiari, ut iam de cõmuni lege resurgere a peccatis non possint, D
sed duntaxat ex priuilegio superexcellentis misericordiæ diuinæ. Quę uer
ba, an in pium aliquem sensum recipi queant postea uidebimus. Hi sunt er-
rores, qui reparationi eorum, qui post Baptismum lapsi sunt hactenus ob-
uiam iuerunt, & materna Ecclesię uiscera peccatoribus fidelibus, quantum
in se fuit, occluserunt. Quos simul omnes utile ratus sum, quasi instructam
aciem contra nos ponere, & totum hostilem exercitum cum suis turmis,
ac ducibus congregare, ne post primam uictoriam alia nobis deinceps prę
lia nascerentur. Igitur non dimicabo contra singulos, neque unius, aut alte
rius ero passim congressione contentus. Toto certandum est agmine, &
uniuersos insimul, instructa tamen, & ordinata acie deuincere, & prosterr-
nere conabor.

De Christi uerbis pro reparatione lapsi. Cap. III.

APprobarunt patres hanc doctrinã de possibilitate reparationis eo-
rum, qui post Baptismum sunt lapsi, primo quidem ex consensu pa
trum, qui eam reparationem dixerũt esse secundã tabulam post nau
fragium, secundo uero ex quatuor testimonijs noui testamenti quibus &
Paulus, & uterq; Ioannes omnibus peccatoribus idonee suorum peccato-
rum pœnitentibus, lucidissime pollicentur ueniam. Nos autem, ut eãdem
ostendamus Christi, Apostolorum, totiusque ecclesię doctrinam fuisse, si-
cut

A cut a principio facturos nos esse promisimus, opponemus aduersantibus in prima fronte ipsum saluatorem,& salutem omnium Iesun, ac fortissimū ducem suis telis,hoc est,suis sententijs armabimus.Non sine causa publicanorum & peccatorum amicus dictus est,& ipse de se dixit. Non ueni uocare iustos,sed peccatores ad pœnitentiam. Vel unus profecto ipse satis est ad reuincendum omnes hos errores. Quia enim omnes illi ex diametro pugnant contra incarnationis suæ finem, & fructum suæ passionis impedire conātur,testatissimum esse uoluit suæ Ecclesiæ ex ipsissimis suis uerbis,nulli ad eum reuertenti claudenda esse uiscera misericordiæ. Et uide, ut ab initio suę prędicationis usque ad tempus mortis hanc doctrinā firmauit.Post susceptum Ioannis baptisma, & quadragenarium ieiunium expletum, & deuictas in deserto diaboli tentationes,mundo se reuelare incipiens,ab exhortatione peccatorum ad pœnitentiam prædicationem suam auspicatur. Atq; omnibus indiscriminatim Iudæis,interquos plærique erant,qui a gratia sibi elargita exciderant,aperta,& clara uoce intonat.Pœnitentiam agite. Appropinquauit enim regnum cœlorum. Et paulo post Matthęum publicanum ex teloneo ad se uocat,& cum illo ac multis alijs publicanis,& peccatoribus in domo ipsius discumbit. Cumq; Pharisæi ea de causa aduersus illum murmurarent,& discipulis ipsius dicerent,Quare cum publicanis,& peccatoribus manducat magister uester? audiens ille eorum obtrectationem dixit.Non est opus ualentibus medicus,sed male habentibus.Euntes

B autem discite,quid est,misericordiam uolo,& non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos,sed peccatores.Et alias palam asserit. Venit filius hominis quærere,& saluum facere,quod perierat.Et rursus. Non est uoluntas ante patrem uestrum,qui in cœlis est,ut pereat unus de pusillis istis. Et nullo excepto peccatore. Gaudium,ait,erit in cœlo coram angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.Et hoc confirmant parabolæ ouis,& dragmę perditæ,& sagenę missę in mare,& ex omni genere piscium congregantis, & infructuosæ ficus ob preces cultoris uineæ non eradicatæ. Et aliquanto apertius. Parabola filij prodigi a patre ob pœnitentiam suam benignissime ad osculum & ad primam stolam, & ad conuiuium recepti, & parabola Pharisæi & publicani,quorum hic cum se peccatorem confitetur,iustificatus in domum suam reuersus est, & parabola patris, familias remittentis seruo decem millia talenta, ac rursus mittentis primum,secundum,ac tertium seruum, ac denique ipsum filium, ut acciperet fructus uinee.Nec minus parabola regis uocantis quoscunque ad nuptias filij sui, & parabola descendētis ab Hierusalē in Hierico,qui expoliatus & uulneratus a latronibus benigne a Samaritano fouet,alligatoque uulnere in domū ec clesię reducitur.Testabatur & hoc ipsum palā diuertens ad Zacheū,& salutē ei,et domui suę annūcians,ac Magdalenę,& utriq; paralytico remissionē peccatorum magna autoritate concedens,ac mulierē adulterij ream a condemnatione liberans.Et ne ullus esset de re adeo necessaria ambigēdi locus

Luc. 7.e
5.f.
Matt. 4.c
9.b
Osee. 6.c
Luc. 19.b
Matt. 18.b
Luc. 15
.13.
.15.
.18.
Matt. 18
.21.
.22.
Luc. 19
.7.
mat. 9.10.5

Petro & reliquis Apostolis magnificentissimas claues ligandi & soluendi C
Matt.18.c omnia in terris promisit. Amen ait, dico uobis. Quaecunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in coelis, & quęcunque solueritis super terram, erunt soluta & in coelo. Neque his contentus, disertissime eis hanc suam in omnes peccatores eximiam misericordiam, & illorum in omnia peccata admirabilem potestatem statim aperuit. Rogauit Petrus caput omnium mox futurus, & ad quem ea de causa hanc in primis ueritatem scire spectabat. Domine, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Quid uero ei respondit benignissimus dominus? Nunquid certum aliquod peccatum, aut certum aliquem numerum peccatorum a misericordia sua exclusit? Minime gentium. Attende abyssum diuinae miserationis, & fontem misericordiae in immensum profluentem. Non dico tibi, ait, us-
Ori. Hier. que septies, sed usque septuagies septies. Quibus uerbis, ut Orig. Hiero.
aug. chry. Augus. Chryso. Theoph. & alij notarunt, non numerum aliquem certum
Theo. Hil. praefixit remissioni peccatorum, sed omnia peccata, quae committuntur in hac uita, quae septenario numero dierum peragitur, dimittenda esse, & toties quoties quis peccauerit, ac denique semper, & ut dicit Hila. sine modo ac numero dandam esse ueniam in hoc saeculo peccantibus expressit. Quare bene Nico. hos patres secutus, numerum determinatum pro indeterminato hic esse positum notauit. Vnde & ipse dominus testatissimam cunctis esse uolens hanc suae in nos clementiae redundantissimam, ut sic dixerim,
Luc. 17 profusionem, discipulos suos omnes sic alias allocutus est. Attendite uobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pęnitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, pęnitet me, dimitte illi. Et haec de remissione peccatorum intelligi, quae autoritate clauium ab eis erat postea facienda satis indicant uerba illa. Increpa illum. Nam pro peccatis contra nos, & in nostram iniuriam commissis, nunquam increpare alium monuisset, qui consuluit, & sinistram maxillam feriēdam prębere, cum quis nobis alapam in dextram impegerit. Sed & illud apertum est, quod ad omnes in uniuersum Christia- D
Mat. 18 nos loquitur. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Nam cum ad omne lętale peccatum, & ad omnes peccatores correctio fraterna se extendat, qui dicit, Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, manifeste ostendit posse per huiusmodi correctionem omnem peccatorem sanari. Patefecit & hoc illis
6.b uerbis. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester coelestis delicta uestra. Si nullum quippe est tempus, quo non dimittere possimus alijs, quae in nos admiserunt, nullum ergo erit tempus quo non,
7.a & ueniam peccatorum nostrorum obtinere possimus. Et generaliter alibi hortatur. Petite, & dabitur uobis, quaerite, & inuenietis, pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim, qui petit, accipit, & qui quęrit, inuenit, & pulsanti aperietur. Inter alia etiam omnes fideles & iustos, & peccatores, & baptiza

C A tos,& non baptizatos,sic orare patrem instituit. Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim ad solos catechumenos hæc oratio spectat,sed ad omnes potius Christianos, & fideles. Et quia frustra esse non potest hęc oratio,si ex corde dicatur,uelint,nolint Montanus, & Nouatus, uel ex illa dilucidum esse ualet, tandiu posse quenuis peccatorem in hac uita suorum ueniam obtinere peccatorum, quandiu illam ex corde possint dicere. Admonuit & Hierusalem diuitias illas suæ in illam,& in omnes patientię,& benignitatis,& longanimitatis, cum ad eam dixit. Hierusalem,Hierusalem,quæ occidis prophetas,& lapidas eos,qui ad te missi sunt. Quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas,&noluisti? Et nisi omnes digne pœnitentes paratissimus esset Deus ad misericordiam recipere, & omnes possent,si uelint,pœnitentiam suorum peccatorum facere, nunquam adeo amarulente exprobrasset impœnitentiam illis ciuitatibus,in quibus fecerat plurimas uirtutes,neque tristia illa, & formidanda uæ eis comminatus esset. Væ tibi Corozaim, Væ tibi Bethsaida,quia si in Tyro,& Sydone factę essent uirtutes,quæ factæ sunt in uobis,olim in cilicio,& cinere pœnitentiam egissent. Cur enim de impœnitentia sua aliqui obiurgentur, si uel pœnitere nequeant,uel per pœnitentiam non eis pateat uia ad salutem? Et quid aliud Petrum docuit,cum prędicta ei trina sua negatione, Et tu,inquit aliquando conuersus confirma fratres tuos? Atque hoc idem manifestum

23.d

Luc.22

B fecit in scandalo,quod omnes Apostoli in sua passione iuxta ipsius prophetiam passi sunt. Nam & post resurrectionem suam omnes eos ad pęnitentiam recepit. In cuius signum,cum ad eos ianuis clausis ingressus est ante omnia dixit. Pax uobis. Ac uelut confirmans & declarans adhuc in eis integram manere autoritatem Apostolatus,addidit. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Et ut omnem eis scrupulum auferret,& certos eos suę iustificationis,& remissionis suorum peccatorum faceret,insuffiauit,&dixit eis Accipite Spiritumsanctum. Vtque re ipsa pręstaret,quam prius promiserat potestatem omnia ligandi,& soluendi,subdit. Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis,& quorum retinueritis,retenta sunt. Quibus uerbis palam indicauit,nullum esse peccatum in hac uita irremissibile, nullumque peccatorem,qui non possit per claues sacerdotales inuenire ueniam, & indulgentiam suorum omnium peccatorum. Omnia siquidem peccata, & omnes peccatores eorum potestati manifeste his subiecit. Vnde recte Ambrosius. Dominus crimen nullum excepit,qui peccata donauit omnia. Ipsi igitur autoritati,& potestati clauium sacerdotalium, ipsi fonti misericordię, & salutis omnium ueracissimo,& certissimo autori, clarissime repugnant quicunque aliquot uel aliqua peccata dicere uel suspicari audent,non esse ex communi lege remissibilia.

Ioã.20

1.d.poeni. c.1

De testimonijs Apostolorum pro reparatione lapsi. Cap. IIII. C

VErum quid in Christi sententijs moror? Euangelium ipsum totum, quod iuxta etymologiam nihil aliud est quam bona annunciatio, testimonium est apertissimum gratiæ pœnitentibus omnibus exhibendę. Neq; enim solis illis erat annunciandum, qui uel nunquam habuissent gratiam, uel eam, quam habuissent, conseruassent. Nato saluatore mox omnibus hominibus pacem, & Dei bonam in omnes uoluntatem prædicarunt angeli. Et in hoc ille apparuit, ut peccata omnium super humeros suos tolleret, & inimicitias omnes in semetipso dissolueret, omnium factus reconciliatio, omnium iustitia, omnium redemptio, & propiciatio. Transibo igitur ab Euangelio ad Apostolos, & eadem illos cum duce & magistro suo, Ecclesiam docuisse monstrabo. Enimuero Paulus ad baptizatos
Ro.2 ex Romanis loquebatur, cum ea facientes, quæ in alijs iudicabant, neque suorum peccatorum pœnitentes acriter obiurgat dicens. An diuitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Quæ autem essent diuitiæ bonitatis, patientiæ, & longanimitatis diuinæ, & quorsum Deus sua longanimitate peccatores ad pęnitentiam induceret, si neque pęnitentibus ex cor
Ephe.2 de indulgeret? Cur & diues in misericordia, & diues simpliciter in om-
Rom.10 nes, qui inuocant illum, ab eodem Paulo prædicatur, si despicit aliquos ad eum confugiētes cum dolore et pęnitentia suorum omnium peccatorum? D
1.Co.5 Sed in incestuoso illo fornicatore Corinthio aliquanto apertius ostendit idem Apostolus uirtutem pęnitentiæ ad omnia peccata, & ad uniuersos peccatores se extendere. Ideo dicit, illum tametsi Baptizatum, & iam Christianum tradidisse se satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus esset in die domini nostri Iesu Christi, ideo uinculo excomunicationis illigatum non
2.Co.2.b perpetuo tenuit, ideo a Corinthijs petit, ut patratam offensam condonēt, & pęnitentem consolentur, ac tandem dicit. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nouerat omnia peccatorum uincula facile solui, & dirumpi a pęnitentia. Ac ꝓpterea inter alia facilimi, & indulgentissimi patris uerba, & illa quoque adiecit. Sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio hęc, q̄ fit a pluri
2.Co.2.b bus. Et sicut Corin. ipsos dure rep̄henderat, ꝙ inflati essent, et nō potius ex corde lugerent illum paterni thori uiolatorē, & ad expurgādum uetus fer
2.Co.7 mentum, ut essent noua consperssio, excitauerat, ita ubi resciuit eos ad pęnitētiam sua epistola excitatos, mirifice eos collaudat, & in eorū correctione & claris uirtutibus ostendit, tristitiā secundum Deum pęnitentiam in salutem stabilem operari. Et paulo post ad pęnitentiam aliorum peccatorum eosdem cohortatur. Ne iterum, ait, cum uenero, humiliet me Deus apud uos, & lugeā multos ex his, qui ante peccauerūt, & non egerīt pniam super imundicia, & fornicatione, q̄ gesserunt. Et qa poterant Galatæ emendare ꝑ pęnitentiam errores, in quos præcipitati fuerant a pseudo apostolis tota

epistola,

A epistola, quam ad eos scribit hoc agit, & hortatur ut resipiscant, & quo eorum lapsum reparari posse, dilucide ostenderet. Filioli mei, dicit, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Concinitq; huic clarissimo gratiæ, & pœnitentiæ præconi, caput, & apex Apostolorum Petrus. Neque solum eadem affirmat, sed & quæ Paulus tradidit sua autoritate, per inde ac nos exposuimus, intelligenda, & interpretanda esse docet. Non tardat, ait, dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Animaduertis optimam interpretationem longanimitatis diuinæ, & pœnitentiam ab interitu liberare? Audi uero, quæ statim subnectit, ut intelligas & saluare illam, & immaculatos, & irreprehensibiles nos constituere coram Deo, idque iuxta Pauli doctrinam. Satagite, adijcit, immaculati, & inuiolati inueniri in pace, & domini nostri Iesu Christi longanimitatem, eam uidelicet, qua dixerat, nos patienter expectari, salutem arbitramini sicut, & carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit nobis. Et in ipsis Ecclesiæ primordijs Simonem magum ad obtinendum suæ ambitionis & Simoniæ ueniam per hoc remedium inuitauit. Nam post duram illius reprehensionem subiecit. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua. Et roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Neque forte dixit, quod de uirtute pœnitentiæ dubitaret, sed ut Ambrosius recte monet, quia puram fidei conscientiam Simon ille non habebat. Cor enim tuu dixerat ei statim Petrus, non est rectum coram Deo. Et manifestum est non ei interclusisse uiam ueniæ, quem inuitabat ad pœnitentiam. Et Iacobus similiter aperte testatur, uniuersos peccatores posse suorum consequi ueniam peccatorum per orationem fidei in exhibitione sacramenti extremæ unctionis, & per correctionem fraternam. Infirmatur, inquit, quis in uobis, in ducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Quid aduersus hoc tam clarum, & tam luculentum testimonium dici potest? An non ista ad fideles, & de fidelibus scribit? An non generaliter de quocunque infirmante, qui iam renatus esset, loquitur? Vt nemo utique de hoc ambigeret, dixit. Infirmatur quis in uobis, & absolute pronunciauit. Etsi in peccatis sit, dimittentur ei. Et confirmant hæc, quæ statim subduntur. Confitemini ergo alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem, ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Liquet nimirum ex his neminem extra statum salutis esse, si possit, ut certe potest quicunque est in uia, & confiteri peccata sua, & aliorum precibus adiuuari. Et ut de nemine desperemus uiuentium, sed omnibus potius officium mutuæ caritatis pro uirili nostra exhibere studeamus, audi quid post paululum idem Apostolus subijciat. Fratres mei, Siquis ex uobis errauerit a ueritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, saluabit animam eius a mor

Margin notes: Gala. 4 — 2. Pe. 3. c — Act. 8. d — 2. de pœni c. 4 — B — Iaco. 5. c

te,& operit multitudinem peccatorum. Nondum quidem erat Nouatus, C
& iam hic lætalia nobis tela, quibus eum confoderemus Iacobus parabat. Qui nanque errantem a ueritate & conuerti, & saluari posse asserit, & hæreticis, & sacrificantibus idolis, aut alia quacunque ratione a ueritate recedentibus, ueniam proculdubio, & locum pœnitentiæ, si resipiscere uelint, pollicetur. Apertissima etiam sunt pro hac ueritate uerba Ioannis. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Certe Ioannes Baptizatus ad Baptizatos scribit, & tamen remissionem peccatorum post baptisma constanter promittit, & ad fidelitatem, & iustitiam Dei spectare dicit, ut confitentes peccata emundet. Nouerat Deum hoc promisisse, & fidelem eum esse in omnibus uerbis suis. Vnde & continenter adiecit. Filioli mei hæc scribo uobis, ut non peccetis, ac ne quispiam desperaret arbitratus nos post Baptismum peccantes non posse saluari, statim subdidit. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesun Christum iustum. Et iustum dixit simpliciter, & absolute, ut aduocatum eum intelligeremus omni exceptione maiorem, & talem, qui sua iustitia nostras possit iniustitias diluere, & candidos nos, & nitidos, uelut niuem, & lanam albam efficere. Frustra uero esset aduocatus, si ueniam de admissis delictis neque per illius intercessionem, & solicitudinem impetrare possemus. Et ne uel minimus tergiuersandi locus reliquus sit, uide quid addat. Et ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Equidem propiciatio pro nostris delictis non esset, si illa sunt irremissibilia. Quomodo enim sit propiciatio pro delictis, quæ post baptismum committimus, si facientes quicquid possumus ad eorum obtinendam indulgentiam, nunquam tamen eam ualemus, adipisci? Nunquid non hoc satis est, ut dicamus, eum non fuisse propiciationem pro peccatis dæmonum? Neque uacant suo pondere illa uerba. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Nam hæc satis innuunt, multo magis per Christum posse peccata fidelium mundari, quam infidelium, aut certe non minus. Nam ut nemo ab hac propiciatione sic exclusus putetur, ut non possit illius esse particeps, ac uelut difficilius, & maius quid addens, subiecisse uidetur, Sed etiam pro totius mundi. Quare cum Montanus, & Nouatus non dubitauerint Christum fuisse propiciationem pro peccatis quibusuis infidelium, & illorum qualiacunque, & quantacunque peccata meritis illius affirmauerint posse per Baptismum expiari, magna sane cæcitas erat hoc negare, & abrogare, uel omnibus, uel aliquibus peccatis fidelium. Atque ut hæc ueritas maxime necessaria scitu, omnibus fidelibus esset et certissima, & notissima, paulopost principium suæ Apocalypseos desertam dilectionem Ephesiis imputat, stuprum, & idolothytorum esum Thyatirenis exprobrat, Sardos non plenorum operum incusat, Pergamenos docentes peruersa reprehendit, Laodicenos fidentes diuitijs obiurgat, & tamen om

Marginal notes: 1.Io.1.c (beside "cetur. Apertissima..."); D (right margin beside "peccatis nostris..."); Apoc.2. & 3. (beside "certissima..." and "dilectionem...").

A nes ad pœnitentiam hortatur, idque sub comminationibus grauibus. Nō comminaretur aūt non pœnitenti, ut pulchre dicit Tertullianus, si nō igno sceret pœnitēti. Vnde & Amb. in illa uerba ad Ephesi angelū, Age pœniten tiam. Alioqui uenio tibi, sic scribit. Vides quod Deus, qui pœnitētiam exigit, ueniam polliceatur? Sed super omnia maxima animaduersione digna sunt illa Dei uerissima & suauissima uerba ad Laodicenses, & in illis ad omnes peccatores. Tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias, & uestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, ut uideas. Ego quos amo, arguo, & castigo. Æmulare ergo & pœnitentiam age. Ecce sto ad ostium, & pulso. Siquis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cęnabo cum illo, & ipse mecum. Expende lector omnia. Tot enim sacramenta hic sunt, quot uerba. Et miseriam peccatorū, et felicitatem iustorū, & libertatem nostri arbitrij, & fructum, ac pretium pęnitentię, & super omnia diuitias misericordię diuinę ad recipiendos omnes petentes, & ad uocandos omnes, & adiuuandos ad pęnitendum, significantissime hic per Ioannem Deus nobis expressit. Sed immorari in his exaggerandis non licet. Nam mihi propositum est singula ueritatis fidei, quam modo docemus fundamēta perstringere. Veniamus ergo ad Iudam Apostolū. Nam & ille quoq; huius indulgentię, & benignitatis diuinę testimonium non obscurum pręB buit, & ad concedendum ueniam lapsis fideles extimulauit dicens. Et hos quidem arguite iudicatos, illos uero saluate de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore odientes & eam, quę carnalis est, maculatam tunicā. Tria hic genera hominum describuntur peccatorum. Quidam, ut hęretici apostatę, & perditi alij, & scelerati, obstinati sunt in peccato, & hi ut diuino iudicio iam iudicati arguendi sunt, & suę obstinationis, siue erroris conuincendi. Alij iacent quidem in peccato, sed nulla animi obstinatione, nulla pertinacia, nulla duritie, & hi omni ui, & ope iuuandi sunt, & de igne, seu incendio uitiorum rapiendi, ne penitus intereant. Alij uero iam & ipsi sua sponte, & diuini numinis afflatu a peccatis suis per pęnitentiam surgunt. Et his pęnitentia neganda non est, sed misericordia potius impendenda, in timore tamen & debito adhibito modo, ne facilitas uenię incentiuum prębeat delinquendi. Miseremini, inquit, in timore. Et odientes, adiecit, carnalem & maculatam tunicam, quia misericordia quidem cōcedenda est ex odio macularum, & sordium spiritalium, in quibus perseuerare cogebat durities & inhumanitas Nouati. Veniam negando, incentiuum auferunt pęnitentię, ait de Nouatianis Ambrosius. Et Cyprianus ob hanc causam Nouatum interfectorem pęnitentię appellat. Ex Petro igitur, Paulo, Iacobo, Ioanne, & Iuda perspicuum est, posse peccatores fideles per pęnitentiā reparari.

Tertul. de pœnit.
Amb. 1. de pœni. c. 9.
Iudas
Amb. 1. de pœni. c. 1.
Cyp.

De sententijs & exemplis ueteris testamenti pro reparatione lapsi. Cap. V. C

HAbemus & hanc eandem ueritatem in ueteri testamento non obscure expressam. Quanuis enim seuerior sub lege fuerit Deus, quam nũc sit, & non omnino sine causa Deus ultionum appellatus, quem nũc patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis pleno ore confitemur, tamen ne tum quidem obliuisci potuit nimiæ suæ misericordiæ. Iudæis tametsi & fidei, & legi, & gratiæ, & innumerabilibus alijs beneficijs, quibus ab eo exornati, & honorati erant, ingratis, sæpe ueniam suæ perfidiæ & ingratitudinis largitus est. Quoties eum tentauerunt in deserto? Quoties & ibi, & in ipsa terra promissionis grauissimis perfidię, & idololatriæ sceleribus eum irritauerunt? Plena est Pentateuchus, pleni & libri iudicum illorum defectionibus, & obmurmurationibus. Nunquam tamen sic exacerbatus fuit Deus, quin eos ad ipsum reuertentes benigne receperit, & furorem iræ suæ ad eorum pœnitentiam, & clamores, & ad preces suorum seruorum, qui inter illos erant, temperauerit. Et ualidissima est pro pœnitentiæ uirtute, et commendatione illa magnificentissima Dei pro

Deut. 30. a missio annunciata ipsis per Mosen, quam & Esdras Deo allegauit, ut impetraret misericordiam lugentibus inita matrimonia cum alienigenis, Me-

2. Esdr. 1. c mento, inquit, uerbi, quod mandasti Moysi seruo tuo dicens. Cum transgressi fueritis, ego disperdam uos in populos, & si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea, etiam si abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo uos, & reducam in locum, quem elegi, ut habitaret nomen meum ibi. Et confirmauit dominus hanc promissionem, cum ad D

3. Reg. 8 Salomonem dixit. Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me. Inter alia enim orauerat Salomon ædificato iam templo, ut inueniret populus remissionem suorum peccatorum, cum pœnitentiam agens, & conuersus a peccatis suis eo conueniret, & ut Deus ipsius misereretur, imploraret. Et facto ostendit se hanc legem serua-

Amb. 2. de pœni. c. 9 re, cum ad trium syllabarum uocem, ut bene exaggerat Ambrosius, Dauidi crimina, & concupiscentiæ, & adulterij, & homicidij subito condonauit.

Bas. ho. 57 Et pulchre Basilius. Peccaui, inquit, & statim adest medela. Vbi nanque compunctus admonitione Natham prophetæ dixit, Peccaui, mox ab eodem propheta audiuit. Transtulit quoque dominus peccatum tuum. Et cum iterum peccasset grauiter, faciens numerari Dei populum, acceptauit

Psal. 144 145. 146. Deus, neque despexit pœnitentiam illius. Vnde & ipse dulcissime canit. Al leuat dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes elisos. Dominus sol-

Psal. 31 uit compeditos, dominus illuminat cæcos. Et iterum. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Ac magnificans diuitias misericordiæ sibi exhibitę, alibi dicit. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quid hac potest tanta facilitate esse facilius? Quid hac tanta indulgentia benignius? Dixi, inquit,

A confitebor,& tu remisisti. Dum se adhuc petere promittit, hoc quod promittebat, obtinuit. Pientissime sane Gregorius in hæc uerba. Attende, quãta sit indulgentiæ uitalis uelocitas, quãta misericordiæ Dei commendatio, ut confitentis desiderium comitetur uenia, antequam ad cruciatum perueniat pœnitentia, ante remissio ad cor perueniat, quam confessio ad uocem erumpat. Acceptauit & Deus pœnitentiam Achab tametsi grauissimis obruti peccatis. Nõne uidisti, dixit ad Eliam, humiliatum Achab coràm me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. In quibus domini uerbis pensandum est, ait Greg. quomodo & in electis suis mœror amaritudinis placeat, qui amittere timent dominum, si sic ei & reprobi pœnitentia placuit, qui timebat perdere præsens sæculũ. Aut quomodo grata sit ei spontanea afflictio pro culpis in eis, qui placent, si hæc ad tempus placuit & in eis, qui displicebant. Hęc Greg. Quid uero memorem Manassen regem, qui non quater tantum, sed sæpissime abominanda idolatriæ scelera patrauit? An non post sordidum idolorũ cultum, & effusum prophetarum sanguinem reconciliatus est ei Deus propter pœnitentiam? Qui postquam coangustatus est, ait de illo scriptura, orauit dominum deũ suum, & egit pœnitentiam ualde coràm Deo patrum suorum. Atque ut agnoscas gratiam, fructum, & uirtutem pœnitentiæ, mox subdit. Deprecatusque est, & obsecrauit intente, & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum in Hierusalem in regnum suum. Et ob eandem pœnitentiæ uirtutem B restitutus est Nabuchodonosori sensus suus, & figura corporis sui, & honor, & decor regni sui, cum his omnibus bonis peccata eum miserrime expoliassent. Eleganter profecto Tertullianus. Hæc pœnitẽtia, Babylonium regem in regna restituit. Diu enim pœnitentiam domino immolarat, septenni squalore exomologesim operatus, unguium leoninum in modum efferatione, & capilli incuria horrorem aquilinum præferente. Proh malæ tractationis. Quem homines perhorrebant, Deus recipiebat. Hæc ille. Ciuitas etiam illa magna Niniue multos, ut uerisimile est habuit qui ab accepta aliquando gratia exciderunt, & tamen subito ad prædicationem Ionæ Deum agnouit, & per pœnitentiam non solum interminatæ mortis periculum euasit, sed &, ut Chrysostomus asserit, uitæ incognitæ coronam accepit, faciliusque est, ut Aug. ait, euacuata comminatio prophetæ, quàm humiliatio pœnitẽtię. Sed transeamus ad testimonia prophetarum, & hi qp pe lucidissime ueritatem istam docent. Et dixit Sion, dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei, ait Esaias. Sed quid illi nomine Dei respõdet propheta? Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Eat nunc hęreticus, & præfigat certum limitem misericordiæ diuinæ, et reclamante ipso Deo, ac palam contestante, se non obliturum nostri, asserat aliquando Deum obliuisci peccatorum ad se reuertentium, & negare eis auxilia necessaria ad reuertendum ad ipsum.

Greg.
3. Re. 21. g
Greg. ho. 10. in Ezechi.
2. Par. 33.
Tertul.
Chry. ser. 29. To. 2.
Aug.
Esa. 49. d

Certe in Sion Ecclesia intelligitur, & quę ad Sion dicuntur, ad quāuis fide- C
lem animam referunt doctores. Et uide si non apertissime idem propheta
54.b hanc memoriam Sion miserationem illius exponat. Ad punctum, subdit,
in modico dereliqui te & in miserationibus magnis congregabo te. In mo
mento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericor
dia sempiterna misertus sum tui. Vtq; omnes peccatores similem in se mise
55. ricordiam per pœnitentiam sperarent, subiungit. Derelinquat impius uiam
suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & mise-
rebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.
Si multus ille est ad ignoscendum, quis nisi plane desipiat, desperet? quis ani
mum despondeat? quis lapsis ullis, si ad Deum reuertantur, ueniam neget?
Sed & illud manifestissimum est, quod per Hieremiam loquitur dominus
ad Hierusalem, & in illa ad uniuersos peccatores, qui aliquando ei fuerunt
Hiere. 3. coniuncti, & desponsati per gratiam. Vulgo dicitur. Si dimiserit uir uxo-
rem suam, & recedens ab eo duxerit uirum alterum, nūquid reuertetur ad
eum ultra? Nunquid non polluta, & cōtaminata erit mulier illa? Tu autem
fornicata es cum amatoribus multis, tamē reuertere ad me, dicit dominus.
Et post paululum. Conuertimini ad me filij reuertētes, quia ego uir uester,
& assumam uos. Et statim. Conuertimini filij reuertētes, & sanabo auersio
nes uestras. Et pulcherrime hanc tantam Dei patientiam & longanimitatē
Greg. ho. commendat Gregorius in hæc uerba. Ecce paradigma turpis mulieris de-
33. in euā. dit. Ostendit q̄ post turpitudinem recipi non possit. Sed hoc ipsum para- D
digma quod protulit, per misericordiam uincit, cum dicit. Fornicantē mu-
lierem recipi nequaquam posse, & tamen ipse fornicantem animam, ut reci
piat, expectat. Pensate fratres pondus tantæ pietatis. Dicit, quod fieri non
potest, & tamen demōstrat, quia hoc ipse facere, etiam contra morem po-
test. Alias etiam per eundem prophetam clare testatur, nūquam se tam ira-
tum fore aduersus aliquam gentem, quin placari ei possit, & reconciliari p
Hiere. 18. pœnitentiam. Repente, inquit, loquar aduersus gentem, & aduersus regnū,
ut eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens il
la a malo suo, quod locutus sum aduersus illam, agam & ipse pœnitentiam
a malo, quod cogitaui, ut facerem ei. Nescio quibus uerbis potuit diuina il
la benignitas, & uirtutem pœnitentiæ nostræ, & uiscera suæ eximiæ miseri
2. de pœn. cordiæ nobis clarius commendare. Merito sane Ambrosius inter alia pœ-
c. 6 nitentiæ elogia, & præconia hoc quoque adiecit. Tanta est pœnitentiæ me
dicina, ut mutare uideatur Deus suam sententiā. Nam hic palā fatetur Deus
reuocaturum se suæ indignationis sententiam propter pœnitentiam no-
stram. Addamus & his duobus præcellentibus prophetis tertium, qui &
disertissime, & copiosissime non semel, sed sępe hanc ueritatem firmauit.
Ezec. 18. Si impius, ait Ezechiel, egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ
operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium,
& iustitiam, uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius,

A quas operatus est, non recordabor. Et ut ostendat, se paratum esse adiuuare, & semper potestati peccatorum ipsorum subesse pęnitentiam, & conuersionem suam, subdit. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit dominus Deus, & non ut conuertatur a uijs suis, & uiuat? Conuertimini, & agite pęnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris, & nō erit uobis in ruinam iniquitas. Projcite a uobis omnes iniquitates uestras, in quibus præuaricati estis, & facite uobis cor nouum, & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis dicit dominus Deus. Reuertimini, & uiuite. Quid potuit clarius, dilucidius ue dici, ut intelligeremus posse quemuis peccatorem reparari, & uiuificari, quandiu uita ista non clauditur? Sed non his contentus fuit nimius ille amator hominum. Quia multum nostra interest hæc nosse, & constanter credere, rursus per eundem prophetam iuramento hæc confirmauit dicens. Viuo ego dicit dominus Deus. O beatos, quorum causa Deus iurat. O miserrimos, si nec iuranti domino credimus. Sed quid tam sacrosancto iuramento credi a nobis se cupere ostendit? Nolo, addit, mortem impij, sed ut conuertatur impius a uia sua, mala, & uiuat. Non uult mortem peccatoris, qui mori dignatus est pro peccatoribus. Nullum peccatorem excipit, omnium se uelle conuersionem palam facit, & ipsam conuersionem uel pęnitentiam, uitā esse aiæ, & impedimentum mortis, ne quispiam de hoc ambigat, sub iuramento testatur. Et uiuo, inquit, ut uiuenti mortem exosam, & uitam gratam esse, persuadeamur. Quod & Deū iuxta iuramentū suū semper re ipsa pstitisse & ostēdisse, Ecclesiasticus perspicue docet dicens. Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pęnitentibus. Et iterum. Pęnitentibus dedit uiam iustitiæ. Et ne testimonijs nihil in re usqueadeo aperta necessarijs oneremus lectorem, sat fuerit in genere admonere, omnibus illis testimonijs hanc ueritatem firmari, et stabiliri, quibus uel Dei nomine nos prophetæ ad pęnitentiam hortantur, uel Deum nostri nomine, ut ad nos se cōuertat, implorant. Frustra nanque hoc fieret, si fideles peccatores, ad quos loquuntur, non possent semper, dum hic uiuunt, & conuerti ad Deum, & ipsius inuenire gratiam, & misericordiam.

[Margin: 33. — B — Eccl. 12. a. 17. c.]

Ex consensu totius Ecclesiæ possibilitas reparationis lapsi firmatur. Cap. 6.

ET uide, ut hanc Christi, & Apostolorum, & prophetarum doctrinā mirifico semper consensu suscepit, & docuit Ecclesia. Præter conciliū Romanum sub Cornelio papa, & concilia pleraq; prouincialia, aut certe synodalia, quibus supra hanc ueritatem diffinitam ex Eusebio citauimus, in concilio Lateranensi, sub Innocentio. 3. ita legimus. Et si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per ueram potest semper pęnitentiam reparari. Vides ut omni in tēpore, & in omni peccatore, & contra omnem peccatum uirtus ualet pęnitentiæ? Neque est aliqua spūalis infirmitas, quandiu hic uiuitur, incurabilis. Et renarrantur hæc

[Margin: Conci. Late.]

Cōci.Flo. uerba in cap. Firmiter extra de summa tri. & fi. catho. In concilio etiam Florentino sub Eugenio 4. in bulla unionis Græcorum & Latinorū, quæ incipit. Lætentur cœli, & exultet terra, diffinitum est, eos qui post baptismum peccauerunt, posse omnes peccatorum maculas per pęnitētiam, & dignos pęnitētiæ fructus usqueadeo diluere, ut mox ut hinc decesserint, ipsum deū trinum & unum clare, sicuti est, intueantur. Celestinus huius nominis primus non solum esse lapsis pęnitentiæ remedium diffiniuit, uerum & id cōferri docet per orationes Ecclesiæ, quæ in toto mundo ex traditione Apostolorum uniformiter orat, & pro lapsis, & pro infidelibus, & hæreticis, & schismaticis. Sed ipsa tanti pontificis uerba subijciam. Obsecrationum, ait, sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita, in toto mundo, atque in omni Ecclesia catholica uniformiter celebrātur, ut legem credendi, lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione fungūtur, apud diuinam clęmentiam humani generis agunt causam, & tota secum congemiscente Ecclesia, postulant, & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idolatræ ab impietatis suæ liberētur erroribus, ut Iudęis ablato cordis uelamine, lux ueritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum rediuiuæ caritatis accipiant, ut lapsis pęnitentiæ remedium conferatur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cęlestis aula misericordiæ reseretur. Hæc autem non perfunctorie, neque inaniter a domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus. Leo huius nominis primus ait. Multiplex misericordia Dei lapsibus subuenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pęnitentiæ medicinam spes uitæ reparetur æternæ. Gregorius papa, ut renarrauit Gratianus, omne peccatum in ministerio fidei dicit ablui, & dominum restituisse Malcho auriculā, ut doceret peccatores posse, si cōuertantur, sanari. Idem in homilia 31.32.33.& 34. super Euangelia, & in aliquibus homilijs super Ezechielem, & in expositione psalmorum pęnitentialium, & in moralibus, & in libris Regum frequētissimus est in commendatione, & uirtutis pęnitentiæ ad sanandum omnia peccata, & diuinæ misericordiæ omnes peccatores uocantis, & expectantis ad pęnitentiam. Et ex professo in epistola ad Secundinum seruum Dei ueritatem hanc confirmat, & quatuor generalissima concilia, facto a Nicæno principio, inuenisse se ait in hoc concordantia, q lapsus a sacerdotali officio resurgere potest. Et post paululum subdit. Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem dicente propheta. Nunquid qui cadit, non adijciet, ut resurgat? & qui auersus est, non reuertetur? Et peccatori ait. In quacūque die conuersus ingemueris, saluus eris. Et prolatis statim multis alijs scripturæ testimonijs, ex quibus constat apud Deum reparari posse lapsos per pęnitentiam, colligit inde & per eandem posse illos restitui ad priorem statum in Ecclesia. Cyprianus tametsi in non facile danda lapsis pace seuerissimus, tamen mirificus est in multis epistolis pęnitentiæ prædicator.

Marginal notes: Cōci. Flo. — Celestinus epi. 1. can. xi. — Legē credendi lex statuit supplicandi. — Leo Epi. 89 — Greg. 24. q. 1. Si Petrus. — lib. 7. ep. 53. — Cyp.

C

D

A prædicator. Et in quadam epistola ad Corneliũ papam ita scribit. Primus felicitatis gradus est non delinquere, secũdus est delicta cognoscere. Illic cur rit innocentia integra, & illibata, quæ seruet, hic succedit medela, quę sanet. Et statim, ait. Amissa gratia, quę de baptismi sanctificatione percipitur, subuenire pęnitentiam, per quam culpa curatur. Et postea subdit, usqueadeo se prompta, & plena dilectione amplecti cum pęnitentia post negationem reuertentes, & peccatum suum satisfactione humili, & simplici cõfitentes, ut in delictis plus quam oporteret remittendis, pene ipse delinqueret. Scripsit & ille ex professo testibus Eusebio & Hieronymo, tractatum contra Nouatum. Sed ille desideratur. Nam qui nomine illius inter opera Cypriani circunfertur, longe profecto abest ab stylo, eruditione, & grauitate ipsius. Quare & a testimonijs ex illo citandis supersedendum duximus. Hilarius. Neq; fas est nos ex præscripto legis, dandæ ueniæ numero concludi, cum per Euangelij gratiam sine modo nobis a deo fuerit indulta. Hieronymus in epistolis ad Marcellam supra citatis, & paulo post principium libri. 2. cõtra Iouinianum multa dicit, ex quibus cõstat longe ipsum, & omnes sui tẽporis catholicos a sententia Montani & Nouati absuisse. Sed acrius, & magis ex professo hunc errorem uidetur ꝑmere in ipso statim limine cuiusdã epistolæ ad Oceanum, ubi & eam Cainam hæresim appellat, q; & Cain in ea fuit sententia, ut crederet aliquod esse peccatum in hac uita inexpiabile. Et quia non sua duntaxat autoritate, sed & optimis argumentis ueritatem Hila. can. 18. ĩ Matt. Hiero.

B fidei confirmat, ipsa illius uerba subscribam. Nunquam fili Oceane fore putabam, ut indulgentia principis calumniam sustineret reorum, & de carceribus exeuntes, post sordes, & uestigia catenarum doleret alios relaxatos. In Euangelio audit inuidus salutis alienæ. Amice, si ego bonus, quare oculus tuus nequam est? Conclusit Deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur, ut ubi abundauit peccatum, superabũdet & gratia. Cæsa sunt Aegypti primogenita, & ne iumentum quidem Israeliticum in Aegypto derelictum est. Et consurgit mihi Caina hęresis, atq; olim emortua uipera, cõtritum caput leuat, quę nõ ex parte, ut ante consueuerat, sed totum Christi subruit sacramentum. Dicit enim esse aliqua peccata, q̃ Christus non possit purgare sanguine suo, & tam profundas scelerum pristinorũ inhęrere corporibus atque animis cicatrices, ut medicina illius attenuari non queant. Quid aliud agit, nisi ut Christus frustra mortuus sit? Frustra autẽ mortuus est, si aliquos uiuificare non potest. Mentitur Iohannes Baptista & digito Christum, & uoce demõstrans, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi, si sunt adhuc in sęculo quorum Christus peccata non tulerit. Aut enim ostendendi sunt non esse de mundo, quos Christi ignoret indulgentia, aut si de mundo sunt, eligendum eduobus alterum. liberati a peccatis Christi potentiam probant. Non liberati, quasi adhuc rei, imbecillitatem demonstrant. Sed absit hoc de omnipotente credere, quod in aliquo impotẽs sit. Omnia, q̃ pater facit, & filius facit similiter. Infirmitas filij, redundat ad pa- Hiero.

trem. Cuncta ouiculæ membra portata sunt, totę Apostoli epistolæ, Christi gratiam sonant. Et ne parum uideretur simplex gratiæ nuncupatio. Gratia, inquit, uobis, & pax multiplicetur. Multiplicatio promittitur, & a nobis paucitas affirmatur? Et in illis doctis iuxta ac elegantibus libris, quos de pęnitentia scripsit Ambrosius hoc unum præcipue agit, ut ostendat, omnes peccatores posse per pęnitentiam reparari, & Deum omnibus ad se reuertentibus gratiæ suæ sinus aperire. Et inter alia multa pulcherrime in illa uerba. Si conuersus ingemueris, saluus eris, sic edisserit. Expectat gemitus nostros, sed temporales ut remittat ppetuos. Expectat lachrymas nostras, ut profundat pietatem suam. Expectat conuersionem nostram, ut reuertamur, & ipsi ad gratiam. Et iterum. Nouit omnia dominus, sed expectat uocem tuam, non ut puniat, sed ut ignoscat. Augustinus plurimus est in prædicanda propensissima Dei misericordia ad reparandum lapsos. Et alicubi uel inde capta occasione peccatores non pęnitētes acriter obiurgat his uerbis. Conuersioni tuæ indulgentiam Deus promisit, sed dilationi tuæ diem crastinum non promisit. Ac libro quidem de contritione cordis ad pęnitētiam hortatur, & quēadmodum peccatores possint & debeāt conuerti ob oculos ponit. Libris uero de pęnitentiæ medicina, & de utilitate agēdæ pęnitentiæ ex professo docet peccatores posse per pęnitentiā reparari, & tres esse in ecclesia usitatas pęnitentias, unam, quæ nouum hominem per baptismum parturit, alteram, qua peccata quotidiana, sine quibus uita ista non ducitur, iugiter oramus nobis dimitti, tertiam rigidiorem & seueriorem pro decalogi præuaricationibus post baptismum commissis. Et de singulis quibusq; istarum erudite & copiose more suo disserit. Extant etiā inter opera Chry. pluresq;.12. si bene recolo, homiliæ, & liber integer de reparatione lapsi in quibus elegantissime pęnitentię uirtutem commēdat, & ad ipsius medicinam capessendam peccatores cunctos hortatur. Basilius idem facit in duabus ep. ad monachos quosdam lapsos, & in alia ep. ad uirginem elapsam. Ac ne desperarent, tandiu, ait, esse locum pęnitentiæ, quandiu fores non sunt clausæ, neq; ciuitas refugij obserata. In homi. etiam 57. pulcherrime disputat contra eos qui post passionem Christi, uel certe lapsis post baptismum ueniam negabant, & confirmata ex ueteri, ac nouo testamento uirtute pęnitentię acute illis obijcit. Audes legem ponere Deo? Vult Deus dimittere, & tu impedis? Dominus largitur, & tu contradicis? Deus beatificat, & tu prohibes? Et tandem subdit. Qui nouit infirmitatem, suppeditat auxilium, & dabit uictoriam. Beatitudo est, ne ulcus quidem habere, sed est secunda beatitudo sanatio post plagam. Est spes post peccatū, est sanatio post ulcus, tametsi maneat cicatrix. Cyrillus de illis, qui uel lapsis a gratia baptismali, uel lapsis a gratia accepta p pęnitētiā, pniam aut ueniam dandam negant, sic in commentarijs Ioannis scribit. Hi diuinæ misericordię fontem uberrima suę gratię fluenta nobis largissime communicantem inuidere uidentur hominibus, & immensum certis uelle concludere li-

Amb. 1. de pœni. c. 4

lib. 2. c. 6.

Aug. ī Ps. 144.

Chry.

Bas.

Chry. s. in Ioan. c. 17.

Cyr.

A mitibus, & finibus constringere, ut non nisi prima deleat peccata, alijs uero delendis aut non sufficiat, aut non admoueatur. Hęc Cyr. Qui explicatis argumentis aduersariorum multis tum uerbis, tum exemplis scripturę statim ostendit, Dei miserationem toties indultam esse hominibus, quoties expetita est, & salutare pœnitentię medicamentum nulli peccatori ab errore suo resipiscenti subtrahendum esse. Fulgentius circa finem epistolę ad Venantiam de recta pœnitentia. Conuersi de remissione peccatorum nullatenus desperemus tenentes domini fidele promissum, quo ait. Cum conuersus fueris, & ingemueris, saluus eris. Isidorus. Non potest conuersum spernere, qui pœnitentem suis beneficijs prouocat ad se redire. Ansel. in com. Pauli frequenter laudat uirtutem pœnitentię & peculiariter ad Heb. 6. sententię Montani & Nouati, hęreseos notam inurit. Ber. quia Ecclesię fidem certam & indubitatam nouerat, ad pœnitentiã omnes peccatores passim hortatur, & Deum usque ad senectam eos patienter expectare. Ac uidere hoc licet nominatim in serm. de Magdalena, & in serm. de septẽ misericordijs, & in serm. de triplici misericordia, Et magno consensu hanc doctrinam recepit magister sentẽtiarum in. 4. d. 14. & qui post illum scripserunt pene omnes scholastici, quos mihi contigit legere.

Fulgen. Isido. 2. de sũmo bo. c. 5 Ansel. Bern.

Quod lapsi reparari queunt, argumentis scholasticis firmatur. Cap. 7.

B NEque desunt argumenta scholastica, quibus, amissam gratiam recuperare quosuis lapsos posse stabilire ualeamus. Primo. Vt libro proximo ex multis scripturarum testimonijs perspicuum fecimus, nullus est iustus in hac uita, qui non possit secundum communem legẽ, acquisitam gratiam perdere & ab statu gratiæ, & amicitiæ diuinæ in odium & inimicitiam ipsius transire. Nullus igitur erit econtrario peccator in hac uita, qui secundum legem communem non possit ab statu peccati trãsire ad statum gratiæ, & amicitię diuinę. Par nanque utriusque est ratio, uel certe maior pro his. Promptior quippe teste Ambrosio ad misericordiã quam ad seueritatem est spiritus Dei. Etsi nunquam secũdum legem communem ita confirmat iustos hic uiuentes, ut nõ possint fieri iniusti, neq; uerisimile est, ꝙ ita deserat impios, quin si uelint, possint iustificari. Vnde & Ezechiel in loco supra ex illo citato perinde affirmat, impium posse conuerti, ac iustũ posse auerti, & ęquam utrique legem ex parte Dei pronunciat. Deinde. Si non omnes peccatores pœnitere posset suorum peccatorum, aut non omnibus liceret per pœnitentiam inuenire misericordiam, non uniuersis peccatoribus esset uitio uertenda sua impœnitentia, nec quanto diutius quis impœnitens foret, tanto grauiorem apud Deum reatum incurreret, nec tanto ei magis sua imputaretur pręuaricatio. Quorum contraria Paulus diserte docuit, cum ad cunctos impœnitentes peccatores sic loquitur. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die irę, & reuelationis iusti iudicij Dei. Ex quibus uerbis Gregorius sic colligit.

Lapsi possunt reparari. Arg. 1. 1. de pœn. c. 2 Ezech. 18 Arg. 2. Greg. ho. in Ezech.

De benignitate ergo omnipotentis Dei iram sibi in die irae reprobus thesaurizat, quia dum ad poenitendum tempus accipitur, et ad peccandũ exhibetur ipsum remedium gratiæ uertit in augmentum culpæ. Vnde & omnipotens Deus, quia collata remedia conspicit ad culpæ augmentum trahi, ipsam benignitatem, quam contulit, in iudicij districtionem uertit, ut inde postamplius feriat, unde modo amplius expectat. Et quia homo deserere malum non uult, ut uiuat, auget unde moriatur. Eademque pene scribit, & in eundem modum Paulum interpretatur. 17. Mo. c. 3. & . 25. c. 2. ac consen- C

Arg. 3. sit ei per omnia Bern. in sermone de triplici misericordia. Præterea, licet maior sit uirtus sacramenti baptismi ad remittendum poenas debitas peccatis quam sacramenti poenitentiæ, tamen ad remißionẽ culpæ, & offensæ Dei, quæ est in peccatis, & ad reconciliandum peccatores Deo nõ minor est potestas, & efficacia in sacramento poenitentiæ, quam in baptismo. Tam aperta enim sunt, & tam magnifica priuilegia clauiũ sacerdotalium, quibus omnia, & ligare, & soluere est concessum, quam ipsius baptismi. Si nullum ergo irremißibile est peccatum baptismo, ut uolentes nolentes Montanus & Nouatus concesserunt, nullum erit etiam peccatum, quod sacramento poenitentiæ non poßit emundari. Et ut uirtutem sacramenti poenitentiæ, quæ ex sacris literis constat, paululum intermittamus, nonne hoc est cõtra legislatoris nostri, & redemptoris Christi prouidentiam, ut medicinam statuerit, qua sanari poßint omnes alienigenæ, & infideles, qui neq; ad Ecclesiæ suae sunt partes, neq; corporis sui mystici membra, non tamen qua sanari queant, si ægrotent, qui sunt membra sua, & Ecclesiae sponsae suae nomina dederunt? Minor ne misericordia, & cura domesticis debetur, quam extraneis? Et uerisimile erit non posse omnia sacramenta pro remedio, & bono omnium Christianorum constituta, quod potest quo ad reconciliationem omnium, qui foris, & extra nos sunt, uel unicũ baptisma? Pulchre D

Amb. 1. de poeni. c. 7 profecto Ambrosius. In baptismo utique remißio omnium peccatorum est. Quid interest utrum per poenitentiam, an per lauacrum hoc ius sibi datum sacerdotes uendicent? Vnum in utroq; mysterium est. Sed dices, quia in lauacro operatur mysteriorum gratia. Quid in poenitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo? Vbi uultis, uendicatis uobis Dei gratiã? Vbi

Arg. 4. uultis repudiatis? Item. Ante statuta sacramenta nouae legis nullus erat pec

Sap. 1. d. cator, qui non posset uirtute poenitẽtiae reparari, & saluari. Sanabiles quippe Deus fecit nationes orbis terrarum. Igitur & nunc, cum instituta sunt sacramenta nostra, parem habebit, immo eandem uirtutem respectu quorũcunq; peccatorum. Neq; impedimentum esse potest, q̃ fuerit quis, uel non fuerit iam semel, aut sæpe iustificatus. Potest nanq; in grauioribus esse peccatis, qui nunquam fuit in gratia, quam qui iam alias in ea fuit. Et si poenitentia potest ualere contra maiora peccata, poterit quoque praeualere cõtra leuiora. Quicquid enim potest in maius, potest in minus. Si tãtae fuit ergo potestatis poenitentia ante legem nouam, & nunc est ante susceptum baptismum,

A ptismum. Quid enim impedit, ut non eandem uirtutem habeat modo, etiã in baptizatis? Quis illius potestatem eneruauit, aut abrogauit? Quis imminuit? Quis infregit? Christus certe ad perficiendum actus nostros, non ad infirmandum, aut labefaciendũ uenit. Et baptismus potentiora nostra opera facit, & efficaciora. Et quam misericordiam præstabat antiquo tpe Deus propter dolorem de peccatis, multo magis, et copiosius nũc impartietur. Postulat hoc tps gratię, ĩ quo sumus, postulãt merita Xpi, q̃ plus ualent apud deũ exhibita quã præuisa. Postulat & ipsa insitio corporis Christi facta in baptismo. Inde siquidẽ proficiscit, ut nostra pnĩa uelut actus Xpi a deo cõputetur. Itaq; dubitari nõ põt, quin eã & modo uirtutẽ habeat, & aliquãto maiorẽ quã habuit in lege naturæ, uel scripta, & eandem post susceptũ, quã ante susceptũ baptismum. Ad hęc. Omnes Christiani peccatores tenent ad pniam interiorem, & ad cõfessionem exteriorem suorum peccatorũ. Idq; oẽs catholici doctores confitent, & nos paulo post manifestis argumentis indubitatum faciemus. Cũ igit oĩa dei mandata & possibilia sunt, & utilia, poterũt citra oẽ dubiũ cũcti xpiani peccatores & ad deũ de cõi lege cõuerti, & peccata sua cõfiteri, & ea uia a peccatis quantiscũq; sanari. Alioq neq; potestas clauiũ esset, ut supra dicebamus, gñalis & absoluta respectu oĩum peccatorum, q̃ committuntur post baptismum, neq; forma sacramentalis absolute respectu cuiuscũq; peccatoris uera esset, sed falsitatẽ apertã cõtineret, qñcunq; absolueret, qui haberet peccatum irremissibile. Et huic simile *Arg. 5*

B argumentũ fieri potest ex præceptis diligendi deũ ex toto corde, & subeũdi mortẽ pro Xpo, & orãdi pro nostrorũ indulgẽtia peccatorũ. Cũ.n. his etiã ut lib. 6. docuimus, pmissa sit in scripturis remissio peccatorum, & pcepta dei impossibilia nõ sint, uel hinc liquere potest neminem mortaliũ extra statum esse salutis. Amplius. Omnes siue iusti, siue peccatores tenentur suam beatitudinẽ sperare. Et quantuncũq; grauib. & multis quis esset obrutus peccatis, grauissime peccaret, si desperaret. Nullus qppe affectus noster perinde uidet ex diametro pugnare cõtra misericordiam diuinã, ac ipsa desperatio. Et grauius multo uidet offendisse deum Cain cũ dixit, Maior est iniquitas mea, quã ut ueniam merear, quam offenderat occidens Abel. Et de Iuda Grego. ait. Cũ mortẽ sibi cõtra peccatum intulit, ad ęternæ mortis supplicia peruenit, & peius de peccato pęnituit, quã peccauit. Hoc ipso igit q deus oẽs mortales ad sperandũ de sua salute cõstrinxit, neq; cuiquã pmittit, ut desperet, palã fecit, nullũ esse peccatorẽ in hac uita, cui pclusa sit uia salutis. Superabundat.n. immẽsa illius semp misericordia, & oĩbus oĩum peccatis superior est, nõ solum q̃ committuntur, cõmittentur, & cõmissa sunt, sed & quæ possunt committi. Quod si apud mortales faciles & benignos nunquam est desperandum de reditu ad ipsorum gratiam, dicente Ecclesiastico. Ad amicũ & si pduxeris gladiũ, ne desperes, quanto magis sperandũ est, recõciliari posse quẽuis pctõrem deo, q diues est ĩ misericordia, et cuius miserationes sup oĩa opa eius. Oratio ẽt Ecclesię & sanctorũ oĩum, qui pro *Arg. 6* *Grego. 11. Mor. c. 5.* *Eccl. 22. c.* *Arg. 7*

peccatorib. oibus indiscriminatim orāt, suadere pōt oia peccata huius uitæ C
esse remissibilia. Nō. n. inaniter putari pōt fieri qđ ab uniuersa ecclesia facti-
tari scimus, neq̧ inefficaces possunt cēseri orones ecclesiæ, & sctōrū, q̄ ma-
xima & aptissima habēt suæ uirtutis testimonia in scripturis. Ois siquidem
qui petit accipit, ait Xp̄s. Et rursus. Siquid petieritis p̄rem in noie meo, da-
1. Ioan. 5. bit uobis. Et Ioā. ait. Scimus, qm̄ habemus petitiones, quas postulamus ab
eo. Quare licet grauissime peccauerit populus Israeliticus idq̧ nō semel, ne-
que bis, sed sępe in murmuratione ad aquas cōtradictionis, & in adoratiōe
Nume. 14 uituli cōflatilis, i seditione Chore, & cū statuebāt reuerti in Aegyptū p̄ de-
siderio carniū, & cū lapidib. uoluerunt opprimere Iosue & Caleb, tn̄ in his
oibus offensionib. & aliis nō paucis flexus dn̄s ad p̄ces Moysi, dedit ueniā
Arg. 8. oium populo, & palā aliqn̄ dixit, Dimisi iuxta uerbū tuū. Deniq̧. Nullus
est in hoc mūdo tā grauib. obnoxius peccatis, ut nō possit & alia, uel gra-
uiora, uel certe ęque grauia cōmittere. Nā pc̄tā nō solēt īpedire pc̄tā, sed in-
clinare potius, & suo pōdere i alia ptrahere, & q sordidus est sordidari pōt,
Apoc. ult. et cōtaminari amplius scd̄m Ioan. testimoniū. Si igit̄ aliqui pc̄ōres hic sūt,
qui nequeūt de cōi lege, aut resipiscere a suis peccatis, aut eorū adipisci ueniā
nō solū iā essent similiter obdurati ac illi, qui sunt in inferno, sed in peiori p
fecto hic essent statu, quā si iā essent in īferno. Nā ibi hoc saltem ex consensu
oium habēt oēs damnati, q nunquā p sua peccata pęnę essentialis augmen-
tum pmerent̄, hic aūt tanto se grauiorū pœnarū reos constituerent, quāto
plurib. se peccatis cōspurcarent. Qua nihil est prorsus, unde pbabiliter exci D
pi queant, a cōi lege, scilicet, inquā alij peccatores tanto se grauiorib. essentia
liter pœnis addicunt, quanto plura cōmittunt peccata. Constat proinde ex
hoc uerissimum esse, oēs peccatores reparabiles esse per pœnitentiam, qđ
patres omnibus dogmatibus de pœnitentia præposuerunt.

De comminatione Christi contra negantes ipsum. Cap. 8.

NOn satis tn̄ fuerit nostra firmasse, nisi ēt a ualidissimis argumentis, q̄
in contrariū torqueri possunt, illa tueamur. Dabimus itaq̧ deinceps
operā, ut singula quæq̧, q̄ cōtra reparationem lapsi afferri possunt,
singillatim discutiamus. Et ut eum sequamur ordinē, quem in ea corrobo-
rāda tenuimus, primo inducemus ea q̄ ex Christi uerbis uident̄ aduersum
nos stare, secundo quæ ex Apostolis, ac postremo q̄ ex ueteri testamento.
Nam alia quæ hæretici pro se afferri possint, non uideo. In Christi autē uer
bis duo potissima sunt, quæ in speciem contra oia, q̄ tradidimus uidentur
Obiect. 1. stare. Ac primo quidem pro se adduxisse refertur Nouatus uerba illa Chri
10. d sti apud Matthæum. Qui negauerit me corā hominibus, negabo & ego eū
corām patre meo, qui in cœlis est. Et eundem sensum habent, quæ apud Lu
12. b cam legimus. Qui negauerit me corām hominibus, negabitur corām ange
lis Dei. Neq̧ alio scio Nouatum usum testimonio, ut ueniā negaret lapsis,
& negantibus Christum corām infidelibus. Quam uero infirmum sit hoc
argumentum, uel inde colligi poteſt, q hac consequentia nullū prorsus pec

A catum mortale,neq; ante baptismum,neq; post baptismum esset remissibile.Omni.n.peccato mortali cōminatur similiter scriptura non solum negationē filij corā patre cœlesti,& angelis Dei, sed pœnā ignis æternā. Et hæc uerba Xp̄i contra oēs sunt,qui illum negauerint,et erubuerint,siue ante baptismum,siue post. Si igitur, qm̄ oportet fateri hæc uerba Christi fore semper uera, negat̄ uenia lapsis, negabitur & nōdum baptizatis,imo &̄ oībus peccatoribus.Nā & oībus scriptura pœnam comminatur æternā. Necesse item erit dicere peccatū quod Adā commisit edēdo de ligno uetito irremissibile fuisse,& frustra carnem nostram filium Dei suscepisse. Oportet nanq; impleri uerba Dei. Quacunque hora comederis ex eo, morte morieris. Quæ hunc sensum habebāt.Quacunque hora comederis ex eo certo,certissimeq; morieris,idest,obnoxius eris morti spiritali tēporali, & æternæ. Quod si ex hoc,quod Christus statim dixerit confessurum se coràm patre suo illum,qui se confitebitur corā hominib. nō collegit Nouatus impeccabilem esse,& amittere coronam nō posse eum,qui semel Christum confessus esset corā hominibus,cur ex eo,quod Christus comminatur,se negaturum eum qui se negauerit,colligit irreparabilem esse illius ruinam? An non oportet ita esse uera uerba,q̄ misericordiam pollicent̄,ac illa,q̄ iram minantur?Vt uero omnia loca scripturæ sibi constent,et per oīa mutuo sint consona,q̄ misericordiam,& quæ iram,quæ beatitudinem, & q̄ condemnationem significant oportet hanc regulā prę oculis habere.Quę testimonia irā,

B & condemnationem sonant,intelliguntur, siquidem usque ad mortem durent, & non rescindantur per pœnitentiam illa, quibus ea pœna prædicit̄. Quæ autem misericordiam,& beatitudinem promittunt,intelligunt̄ si modo in bono perseueretur usq; ad uitæ terminum, & non intercidantur per aliqua peccata ea bona opera quibus tale præmiū, & talis misericordia statuit̄.Itaq; ut p̄sistamus ī testimonio,ad qd' modo m̄demus,ad ueritatē horū uerborū,Qui negauerit me corā hominib.negabo & ego eum corā patre meo,satis est qd' Christus negaturus sit corā patre suo eum, qui in negatione ipsius perstiterit ad mortem,neq; requiritur,ut si postea eum confessus fuerit,aut per pœnitentiam eam negationem retractauerit,Christus nihilominus eum neget. Et similiter,ut uera sint illa,Oīs ergo,qui confitebit̄ me corā hoībus,confitebor & ego eū corā patre meo,satis est, Xp̄m corā patre suo cōfiteri eū, qui usq; ad mortē p̄stiterit in ipsius cōfessione,neq; eā cōfessionē nouis peccatis maculauerit,nisi hac regula p̄petuo utamur ad intelligēda testimonia scripturarū ipsa sibi passim dissona erūt, & repugnabit hoc testimoniū,qd' ꝑ se Nouatus attulit testimonijs de uirtute pnię & cōfessionis xp̄i,& aliorū p̄cellentiū operū.Sed hęc fuit cęcitas,& ifelicitas Nouati.Exaggerauit testimonia,q̄ pœnā,& seueritatē dei idicāt, & neglexit q̄ plena sunt misericordię,& suauitatis,Multo certe aliter Ambro.testimonia diuina,& benignitatē, & dulcedinē diuinā expēdere didicerat.Quippe qui & in hoc testimonio citato a Nouato aliqd inuenit,qd' misericordiæ diui-

nę attestaret. Quia.n. nō dixit xp̄s, Ois, qui negauerit me, sicut dixit, Ois q̄ C
Amb. 1. de cōfessus fuerit me, misericordiā diuinā nobis ille cōmendat dicēs. Gratiam
pœn. 2. c. ꝓmittit oibus, non oibus minat̄ iniuriā. Quod est miserationis exaggerat,
Basil. ho. quod ultionis extenuat. Et Basi. inde colligit, ēt eū, qui negauit Xp̄m, pos-
57. se reparari, quia diuinā bonitatē nō decet, ut mala cōseruet, & bona repro-
bet, ac plus iputet iustis unā linguę cōfessionē tormentis extortā, q̄ꝫ multas
postmodū secutas p̄claras uerbo & opere sui nois cōfessiones. Nihil ergo
habet hinc Nouatus, qđ reparationi lapsi aduerset̄, nō certe magis quā ha-
beret ex quouis alio scripturæ loco, ubi Deus præuaricatoribus suorū mā
datorum pœnam comminatur ęternam.

De peccato in spiritunsanctum. Cap. 9.

Obiect. 2. SEcundo contra reparationem lapsi induci possunt, q̄ Christus grauissi
ma & seuerissima de peccato in .s s. Pharisæos admonuit. Ex eis quip-
pe uidet̄ esse saltem aliqđ peccatum in hac uita irremissibile neq̄ꝫ in uni
uersum uerum esse, oēm lapsum posse a suo peccato resurgere. Verba Xp̄i
Mat. 12. c. sic habent. Omne peccatum & blasphemia remittet̄ hominib. spiritus autē
blasphemia non remittet̄. Et ut cōfirmatius hoc esset, adiecit statim. Et quis
cunq̄ꝫ dixerit uerbum in filium hominis, remittetur ei, qui autē dixerit con
tra spiritunsanctum, non remittetur ei neq̄ꝫ in hoc sæculo, neque in futuro.
Quibus uerbis palā uidetur Christus legem statuisse, aut certe declarasse de
blasphemia seu conuitio aut maledicto in spiritunsanctum, quod irremissi
bile peccatum sit, & inexpiabile. Distinxit enim hoc peccatū cōtra blasphe D
miam in filium hois, immo contra oia alia peccata, & blasphemias. Et om-
nia alia asseruit remittenda esse hominibus, de hoc aūt uno id negauit. Cū
autem neq̄ꝫ omnia alia semper remittant̄, ea uidetur ratione dixisse, q̄ꝫ illa re
mittentur, quia remissibilia sunt. Itaq̄ꝫ & cum dixit, q̄ꝫ blasphemia spiritus
sancti non remittetur, & hoc ipso a cęteris peccatis eam separauit, satis signi
ficasse uidetur, eam esse irremissibilem. Et ubi hæc ratiocinatio nō hoc exi-
geret, profecto satis esse apparet, ut secundum legem irremissibile dicat̄ pec
catum, quod nunquam secūdum legem remittetur. Nam & ideo dicimus
confirmatos in gratia, excidere ab ea non posse quia secundum legem nun
quam eam perdent. Atq̄ꝫ hæc uidetur aliquanto apertiora fecisse Marcus,
Mar. 3. d. cum uerba Christi sic retulit. Amen dico uobis, quoniam omnia dimitten
tur filijs hominum peccata, & blasphemiæ, quibus blasphemauerunt. Qui
autem blasphemauerit in spiritunsanctum, non habebit remissionem in æ-
ternum, sed reus erit æterni delicti. Quod æternum est, finem sane iuxta le-
gem Dei non habet. Si igitur peccatum in spiritunsanctum æternum est,
erit & irremissibile secundum legem. Neque expressiora his uidentur, quæ
nos mouent, ut peccata damnatorum & peccata, in quibus quis decedit, ex
hac uita, dicamus irremissibilia esse secundum legem. Nec minus rigidam
Luc. sententiam exprimunt uerba, quæ Lucas recensuit. Omnis qui dicit uerbū
in filium hominis, remittetur illi, ei autem qui in spiritunsanctum blasphe-
mauerit,

A mauerit, non remittetur. Itaque tribus per omnia consentientibus Euangelistis blasphemia in spiritum sanctum irremissibilis a saluatore uidetur esse pronunciata, & hoc uno a cæteris peccatis distincta. Sed quia difficultas de peccato in spiritum sanctum, quam hoc petit argumentum, nō immerito diuo Augustino uisa est omnium, quæ sunt in scriptura difficilima, & illam non sine causa dicit semper se uitasse in sermonibus ad populum, ideo quid alij Ecclesiastici tractatores de his Christi uerbis tradiderint diligenter referā, deinde paulatim, quæ nobis pro nostri tenuitate ingenij uideātur, aperiā. *Respon.* *August. de uer. domi.*

Et quidem quid hoc peccatum sit, nō satis constat inter doctores, Nam ut illos intermittamus, qui respicientes ad cōtumeliam illatam spiritui sancto, & ad ingratitudinem sanctificationis illius, asseruerunt peccatum in spiritū sanctum esse quoduis lætale peccatum post baptismum cōmissum, aut saltem quancunque negationem Christi, aut apostasiam a fide, certe inter catholicos quidam credunt finalem impoenitentiam esse peccatum in spiritūsanctum. Nullum quippe aliud uident, quod non posit in hoc sæculo remitti. Et hoc etiam dicunt esse peccatum ad mortem, de quo loquitur Ioānes. *Variæ opi. de peccato in ss.* *Prima Opi. 2* *1. Ioan. 5.*

Alij uero dicunt peccatum in spiritūsanctum esse, obstinationem in peccato, qua quidam usque adeo indurantur in peccatis suis, ut simpliciter statuerint nuūquam poenitere. *Opi. 3.*

Alij desperationem de diuina misericordia ex malitia tamen, & non ex ignorantia uel pasione credunt esse peccatum in spiritūsanctum. Quæ est opinio Scoti & sequacium ipsius in. 2. d. 43. q. 1. *Opi. 4.*

Alij B quodcunque peccatum lætale ex malitia, & de industria commissum peccatum in. s s. appellant. Et hæc, ut secūda est communis opi. scholasticorum Theologorū & nominatim. S. Tho. secunda secundæ. q. 14. S. Bon. & Gab. in. d. 43. 2. Gersonis parte secūda tractatu speciali de hoc, & Nico. Ly. in. 12. Matth. Et sic acceptum peccatum in spiritūsanctum diuidunt in sex species. Quæ sunt, præsumptio, desperatio, obstinatio, impoenitentia, impugnatio ueritatis agnitæ, & inuidentia caritatis fraternæ. *Opi. 5.*

Et huiusmodi quidem omnibus peccatis non incommode potuerunt doctores catholici nomen peccati in spiritūsanctum tribuere. Aduersantur enim hæc omnia peculiariter ipsi spirituisancto. Quia uel bonitati opponuntur, quæ appropriatē spirituisancto, uel directe, & ex diametro contraria sunt principio, seu dispositionibus iustificationis nostræ, & remisionis nostrorū peccatorum, q̄ peculiariter dicitur opus spiritussancti. Et certe perspicuum est difficilime hæc omnia remitti. Quæ præcipua nota uidetur peccati in spiritūsanctum. Et quacunque ratione hoc fecerint, habent scholastici autores pro se eximium illum Ecclesiæ doctorem Aug. cuius se autoritate defendant. Nam is in libro de unico baptismo contemnentē ueritatem peccare asserit in spiritūsanctum, cuius inspiratione Ecclesia Dei regitur. Et in Enchiridio dicit, reum esse peccati in spiritūsanctum, qui in obstinatione diem claudit extremum. Et de omni peccatore claudente hanc uitam absque poenitētia idem dicit in 1. retracta. & in lib. de uerbis dn̄i, & in lib. sermo. domini in mōte, inuidiæ *Propo. 1.* *Augu.*

fascibus fraternitatem impugnare peccatum ait esse ad mortem,& in.s s. Et C
in libro de fide ad Petrum, si tamen illius sit, aperte affirmat peccare in spiritunsanctum eos, qui desperant de indulgentia peccatorum, uel qui sine meritis de misericordia Dei præsumunt. Et posset et sic philosophando, & ex una in aliam acceptionem propter non incongruam, neq; in apparentem rationem transeundo, quæcunq; blasphemia illata Deo, aut spirituisancto
Propo. 2. peccatum in spiritunsanctum appellari. Si tamē de literali expositione Euāgelistarum agimus & quod sit hoc peccatum, quod Christus hoc nomine appellauit, & hac nota a cæteris distinxit, disquirimus, idubitatum mihi est, nullum istorum peccatorum, a Christo peccatum in spiritunsanctum dictū esse. Aperte quippe distinxit inter peccatum in filium hominis & peccatū in spiritunsanctum. Et tamen peccatum in filium hominis ex malitia potest contingere, & in eo potest quis finaliter decedere, & obdurari, sicut uerisimile est decessisse aliquos ex illis, qui Christum uoracem appellarunt, & po
Ioan. 8. tatorē uini. Nāinter illos forte fuerūt, quibus Christus dixit. In peccatis uestris moriemini. Deinde. Ab huiusmodi omnibus peccatis, quæ uocantur communiter peccata in spiritunsanctum, nisi in eis finiatur uita, plerunque homines resipiscunt, & ad uitā reuocantur ab eo, de quo dicitur. Dixit dñs ex Basan conuertam, cōuertam in profundum maris. Et hoc pulcherrime
Augu. ostendit Aug. in hęc uerba. Neq; uerisimile est tot homines cōmittere hoc
Propo. 3. peccatum in.s s. quot sunt, qui moriuntur in peccatis absq; pnia. Dicendū igitur est, peccatum in.s s. ad literam Christum uocasse blasphemiam, qua D
opera miraculosa uirtute diuina facta, tribuuntur, seu imputantur dęmoni. Et hmōi blasphemiam intellexerūt a Christo dictam esse peccatum in.s s.
Hil. Atha. eximij & grauissimi Ecclesię patres, Hilarius, Athanasius, Ambrosius, Hie
Amb. Hie ronymus, Chrysostomus. Et ex scholasticis Durādus in.2.d.43.q.1. Quod
ro. Chry. quidem satis uidetur expressisse Marcus cum post uerba statim ex eo citata, mox adiecit. Quoniam dicebant, spiritum immundum habet. His nanque uerbis satis explicuit Euangelista, ideo a Christo annunciatam rigidam illam sententiam de peccato in.s.s. quia ipsum calumniabantur, & insimulabant habere spiritum immundum. Cum uoracem eum, et potatorem uini & publicanorum, & peccatorum amicum conuitiati sunt patienter tulit, & iniuriam in se ut hominem illatam paulisper dissimulauit. Cum uero ut assolet, creuit contumelia, & ad blasphemiam usq; diuinitatis peruenit, ne iniurias diuinitatis dissimulandas perinde esse, ac nostras putaremus, constanter, & magnanimiter respondit. Ego dæmonium non habeo. Atque ut scirent, quanto se reatui addixissent, uel certe ut cauerent, ne perseuerantes in ea blasphemia, eo peccatum illorum perueniret, ut nullus esset locus ueniç,
Hiero. subiunxit, quæ de peccato in spiritunsanctum commemorauimus. Vnde & diuus Hieronymus in epistola ad Marcellam de blasphemia in spiritunsanctum, puta de toto scripturæ ordine, & Euāgelij ipsius cōtextu conuinci eos non peccare in spiritunsanctum, qui tormētis compulsi, & uarijs eus

A sceratí cruciatibus, dominum denegassent, sed eos potius, qui cum in uirtu-
tibus uideant opera Dei, calumniantur tamen, & clamitant, dæmonis esse
uirtutem. Et priores quidem probat non peccare in spiritunsanctum, quia
peccant in filium hominis, sicut peccauit et Petrus, cum negauit Christum.
Euangelium autem manifeste distinguit peccatum in filium hominis a pec
cato in. s s. Posteriores uero inde peccare confirmat in spiritunsanctũ, quia
saluator hoc agit toto responsionis suæ argumento, ut doceat, se non eijce
re dæmonia in principe dæmoniorum. Quia satanas nõ eijcit satanã, neq;
regnum illius diuisum est. Et cum diaboli officiũ, & studium sit lædere crea
turas, quomodo eiusdem, ait, poterit esse uoluntatis sanare languores, & se
ipsum de obsessis fugare corporibus? Et concludit. Aliud est, tormẽtis cre-
dere, & se quencũq; negare Christianum, aliud Christũ diabolum dicere, et
cum uideas in uirtutibus deum, beelzebub criminari in factis. Ex quibus
etiam contra Durandum obiter colligere possumus, non accepisse sanctos
doctores. s s. essentialiter, sed personaliter, cum hanc blasphemiam dixerũt
esse peccatum in. s s. Negationem quippe Christi, etiam secundum diuini-
tatem, a peccato in spiritũsanctum hic distinguit Hierony. Neq; est necesse,
ut qm̃ hæc blasphemia in iniuriã cedit omnium trium personarũ, quia illa-
rum sunt in commune omnia miracula, ideo blasphemia hæc dicatur esse
in spiritunsanctum essentialiter. Quanuis enim indiuisa sint opera trinitatis
ad extra, tamen quia iustificatio, & sanctificatio nostra tribuitur spirituisan-
B cto, miracula etiam, quæ ad conuersionem nostram, & sanctificationẽ fiũt,
tribuuntur ipsi spirituisancto, atq; ideo, & qui ea dæmoni attribuunt, meri
to censeri possunt peccare, peculiariter in ipsam personam spiritussancti, sal
tem per appropriationem. Sed neque omnis huiusmodi blasphemia pec- *Pro. 4.*
catum est in spiritunsanctum, quod Christus non remittendum asseruit. Si
enim ex ignorantia non affectata quis sic Christo, & operibus ipsius detra
xisset, non fuisset is censendus peccare in. s s. Qua ratione Bernardus ueris- *Ser. de cõ*
sime dicit, Paulum blasphemum quidem fuisse, non tamen in. s s. quia igno *uer. Pauli.*
rans fecit, atq; ideo misericordiam est consecutus. Et Chrysostomus hanc *Chry. ho.*
blasphemiam Christo irrogatam, q; in principe dæmoniorum eijceret dæ *42. ĩ Mat.*
monia, ante ipsius passionem innuit non fuisse peccatum in. s s. Tũc enim,
ait, cum gratia spiritus inclaruisset, si rem adeo claram, & manifestam impu
gnarent, digni erant censendi, qui & in hoc sæculo, & in futuro punirent. *Propo. 5.*
Et si penitius omnia hinc inde pẽsemus, præter hæc, ut huiusmodi blasphe *Incertum*
mia uerissime dici possit peccatum in spiritunsanctum, quod nunquam re- *quousque*
mittetur, fortassis requiritur certa aliqua, & magna obduratio, & obstina- *d'bẽat. s s.*
tio animi, & talis, ac tanta propensio ad infirmandum, & imminuendum *blasphe-*
gloriam, & claritatem diuinam, ut non facile mortalium quispiam dicere *mia pgre-*
queat, aut satis scire, quando quis peccauerit in. s s. Nam quanuis huiusmo *di ut sit æ-*
di blasphemia, si ex scientia fiat, ex genere suo sit peccatum in spiritunsan- *ternum de*
ctum tamen non omnis talis blasphemia est censenda esse peccatum in. s s. *lictum.*

quod nunquam remittetur, et incertum est ex quanta malignitate debet pro-C
cedere, ut merito credatur sine uenia futura. Et quæ me, in hoc impellunt,
Arg. 1. ista sunt. Primo. Apud omnes doctores uideo receptum, nemini Christū
suam damnationem absolute reuelasse. Fuisset nanq; ea reuelatio magna ten-
tatio, & irritamentum uehemens ad desperationem. Neq; igitur illis, qui di
xerunt, eū in principe dæmoniorū ejcere dęmonia, absolute reuelauit pec
Arg. 2. catum eorum nō esse habiturum ueniā. Itē. Aliqui sic blasphemātes Xp̄m,
consecuti sunt remissionem secundum Chry. propter orationē Christi in
cruce. Insuper. Nonnulli ex illis uidenē ea ex ignorantia dixisse. Petrus nanq;
Arg. 3. omnib. Iudæis indiscriminatim loquebatur, cum aiebat. Scio, q̄ per igno-
Act. 3. c. rantiam fecistis, sicut & principes uestri. Item. Oibus illis idem Apostolus
Arg. 4. per baptismum & pniam, remissionem peccatorum promittit, dicens. Pœ
nitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum in noīe Iesu Christi in re
Arg. 5 missionem peccatorum, & accipietis donum. s s. Præterea. De nullo sic bla
sphemante Christum nos auderemus dicere. Iste reus erit æterni delicti. Iste
non habebit remissionem in æternum. Isti nō remittetur hæc blasphemia,
neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Et temerarium omnino esset hæc uel af-
firmare, uel credere. Cur autem trepidare deberemus, si certum esset omnē
talem blasphemiam peccatum esse in. s. s. Cur non audeat seruus dicere, qđ
Arg. 6. cōstanter dixit dominus, qui est ipsa summa ueritas? Ad hæc. Ecclesia orat,
& omnes orare debemus pro quibuscunq; obnoxijs his peccatis. Quod
non fieri deberet, si peccatum eorum sciremus esse peccatum ad mortē, uel D
Aug. 21. de in. s s. Neq; mirandum, si hoc nobis incertum esse credamus, cū et Aug. di
ciui. c. ult. cat esse aliquorum uitā ita malam, ut nisi aliorum meritis iuuet, ipsa sibi nō
sufficiat ad beatitudinē cōsequendam, & difficilimum esse inuenire, & peri-
culosissimum diffinire, q̄ sint peccata, q̄ ita impediūt peruentionem ad bea
titudinem, ut tamen sanctorum amicorum meritis ipetrent indulgentiam,
neq; se unquam potuisse ad eius indaginem peruenire, quanuis ea de re sata
geret, atq; ideo forte latere, ne pigrescat studiū cauendi oīa peccata. Itaq; qđ
Marcus dixit. Qm̄ dicebant spiritum immūdum habet, nō est necesse sic ac
cipere, q̄si omnis eiusmodi blasphemia peccatum sit in. s s. In quem sen-
Hiero. sum Hiero. in episto. allegata accepisse non diffiteor. Possumus aūt ex illius
uenia dicere, propterea uerba illa adiecta esse, ut intelligeremus necessariam
esse talem blasphemiam ad peccatum in. s s. de quo Xp̄s loquebaē. Siquidē
ideo Christus sic sibi calumniantes de æternitate delicti in. s s. admonuisse
uidetur, quia illa blasphemia initium erat, ac magna progressio, & certissi-
Quo sen- ma uia ad peccatum in. s s. Quod aūt hoc peccatum, quodcunq; illud sit,
su peccatū æternum fore pronunciatur, neq; remissionem habiturum neq; in hoc sæ
in. ss. dica culo neq; in futuro multipliciter uideo a doctoribus exponi. Quidam aiūt
tur irre- irremissibile dici hoc peccatū, quia uel cōtrariū est principio iustificationis
missibile. uel dispositionib. ad habendum remissionē, uel certe quia nihil ex se habet
Opi. 1. unde diuinā clementiā ad miserēdū ipsius iclinet. Quia ex malitia, & de idu

A ftria committitur, & non ficut alia peccata ex ignorantia, uel infirmitate. Et ficut morbus dicitur incurabilis, fi auferat principiũ uitę, uel uias obftruat medicinis falutaribus, & neceffarijs ad uitam, ita peccatum in.s s. irremiffibile dictum opinãtur, quia ex malitia committitur, & medicinis, fiue difpofitionibus ad uitam fpiritualem aduerfatur. Alij putant hęc effe cõditionaliter intelligenda, ficut & illa In peccatis ueftris moriemini, quæ intelligenda erant, fiquidem non feciffent pœnitentiam. Ex Chryfoftomo autem duplex alia expofitio poteft colligi tremendę huius Chrifti fententię contra peccatum in.s s. Aut enim fenfus eft, ꝙ punientur in hoc fęculo, & in futuro, ficut Iudęi ꝓpter illud puniti funt, aut certe quod rarifsime, & difficile remittetur. Voluit, inquit, dominus fignificare, hoc peccatum multo minus effe ignofcibile ac ueniale, ꝙ cętera. Et fecũda iftarũ duarum expofitionũ cõior eft ac melior. Solet nãq; fcriptura, ut iã docuimus, ea factu ipofsibilia dicere, quæ difficilime fiunt. Et Ariftoteles dicit impofsibile illud quoque appellari, quod uix fieri poteft. Et intemperatum impœnitiuum effe, ait in Ethicis, non quidem, ꝙ pœnitere nequeat, fed ꝙ difficilime eum fuorum uitiorum pœniteat. Et in communi hominũ confuetudine frequentifsime ea dicimus impofsibilia, quæ factu uel creditu funt difficilima. Verum enimuero, cum altius mecum, & maturius expendo, quæ Marcus cõtra hoc peccatum prolata a Chrifto retulit, ne uis ulla fieri uideatur fcripturis, germanius, & fimplicius putarem, concedere peccatum in.s s. eiufmodi effe, ut licet remifsibile fit, nunquam tamen remittatur. Cur enim alias hoc unum delictum æternum in uiatoribus dicitur? Cur de hoc folo pronunciatur, ꝙ non habebit remifsionem in æternum, & ut apertifsimũ hoc fit, adijcitur, neq; in hoc fæculo neq; in futuro? Cur a cæteris peccatis & contumelijs contra filium hominis, immo & generaliter ab omnibus

Opi. 2. Homi. 42 in Mat. Opi. 3. Opi. 4 5. Meta. Peccatũ in ss. nunquã remittitur

B etiam alijs blafphemijs hac una conditione diftinguitur? Equidem æternũ delictum dici non poteft, quod aliquando eluitur, & expiatur, etiam fi in utroq; fæculo puniatur, & difficilime ipfius indulgentiam quis obtineat. Et in conuitijs & maledictis contra filium hominis, & in alijs diuinitatis blafphemijs, immo & in alijs leuioribus peccatis, multa funt quæ difficilime remittuntur, uel propter grauitatem peccati, ꝓ, uel propter contemptum Dei offenfæ, aut negligentiã eorum, quæ pietatis & religionis funt, uel propter diutinam, & inueteratam in ipfis confuetudinem. Et Hieronymum quidem in epiftola ftatim citata, palam uideo, conftanter dare, ac cõfiteri Nouatiano, nunq̃ ueniã confecuturos, qui fic in tormentis negarent Chriftum, ut & ipfum ante Martis tribunal beelzebub uocarent, & omnia quæ euangelium a filio Dei facta commemorat, a principe dæmoniorum perfecta effe affirmaret. Doceat, inquit, Nouatianus aliquem negatorem beelzebub uocaffe Chriftum, & ultro referam gradum, negatorem non poffe ueniam cõfequi poft ruinam. Et ibidẽ ait, oẽm talẽ blafphemiam peccatum effe in.s s. & Pharifæos uere peccaffe in.s s. cum eam blafphemiam

Hiero.

Esa.6 Christo impingebant. Et in cõmentarijs Esaiæ in illa uerba Excæca cor pó C
puli huius, hac fortasis ratione ita concludit. Ex quo animaduertimus, quanuis graue sit peccatum, siquis conuertatur, eum posse sanari. Simulq; & hoc intelligendum, quòd pro magnitudine sceleris etiam pœnitentia Iu-
Matt.26 dæi indigni iudicati sunt. Et in illa uerba Matthæi. Quencunque osculatus fuero ipse est &c. Iudam, cuius peccatum scimus, ueniam non meruisse, ap-te asseuerat in eo errore fuisse, ut quæ signa saluatorem uiderat facientem, non maiestate diuina, sed magicis artibus facta putaret. Et uerba illa, Tenete eum, & ducite caute, probabilem coniecturam faciunt, ꝙ & aliquid tale
Dydimus. Iudæis tunc adijceret, quo eos acrius ad ducendum caute extimularet. Dydimus etiam in principio libri.1.de.ss. clare dicit blasphemiam in .ss. sine uenia esse, & pœnam illius non tantum in omne pręsens sæculum, sed & in futurum tendi. Et hoc existimat uerba Christi, quæ modo tractamus, postulare. Neque tamen ꝙ hoc peccatum in.ss. nunquam alicui remissum esse neq; remittendum asserimus, consequens est, ut & illud irremisibile secundum legem concedamus. Multa quippe secundum legem posibilia sunt, quæ tamen nunquam fient. Vt enim ex multis unum, aut alterum exemplum proferamus, poterit quidem Antichristus, & potest quiuis reprobus,
Apo.21.g dum est in hac uita, secundum legem saluari. Certi tamen sumus per autoritatem Ioãnis neminem ingressurum in ciuitatem Dei, nisi qui scriptus est in libro uitæ. Et possunt qui scripti sunt in libro uitæ, quandiu hic uiuunt, secũdum legem condemnari, certi tamen sumus, id nunquam futurum. Et ne hæc uerba tam aperta, ut peccatum in.ss. æternum, & nunquam habiturũ D
remisionem dicamus, legem existimemus a Deo contra illud latam, docet nos huius status lex, quæ huic legi repugnat. Idenque monent apertisima, quæ citauimus testimonia, ut omnia peccata huius uię remisibilia esse durante ipsa monstraremus. Quorum nihil simile adduci potest, ut peccata damnatorum, uel in quibus quis decedit, remisibilia esse secundum legem suspicemur. Et cum sanctus Hieronymus in epistola paulo ante citata bis dicit, irremisibilem esse blasphemiam in.ss. & tantum esse hoc peccatum in .ss. ut dimitti non posit, neq; ueniam consequi ualeat, qui sic negaret Christum, ut & eum Beelzebub uocaret, & magister in.2.d.43. citat hæc ex eodem, Taliter peccans digne pœnitere nõ potest, & ex Aug. Hoc solum peccatum ueniam mereri non potest, ea omnia pie interpretari nos uelim, & ideo ab eis dicta esse accipere, quia nunquam tanti criminis rei ueniam assequuntur, non autem ꝙ secundum legem tale peccatum irremisibile sit. Ne-
Imposibilia dicũtur aliqñ quæ nũquã fiẽt que uiolenta ista expositio censenda est. Ipse quippe, & alij grauisimi Ecclesiastici autores contemnentes rigorem scholasticum, scripturam autem, & uulgarem loquendi morem imitantes sæpe dicunt imposibilia, quę nũquam fient, & necessaria, quæ certo scimus futura esse, & facienda a Deo. Vnde fit, ut in exemplis mox positis persistamus, ut necesse esse dicant impleri scripturas, & saluari electos, & condemnari præscitos, & imposibile

A esse ut pereant, qui sunt scripti in libro uitæ, & neminem posse illos rapere de manu patris Et sexcenta alia similia occurrunt in eorum lectione, quæ semper pie, & iuxta catholicę Ecclesiæ sensum, quem non dubium est eos tenuisse, spreto rigore dialectico accipienda, & interpretanda sunt. Et Hieronymum peculiariter possumus ostēdere sic ista accepisse, quia super Matthæum sic scribit. De Iuda dicitur. Oratio eius fiat in peccatum, ut non solum emēdare nequiuerit proditionis nefas, sed proprij homicidij scelus addiderit. Cunque Aug. lib. 1. de ordine. c. 20. scripsisset, Summa opera danda est optimis moribus. Deus enim noster aliter nos exaudire non poterit, in. 1. Retract. c. 3. Sic, inquit, hoc dictum est, tanq̃ Deus non exaudiat peccatores. Quod tamen & in eo sensu reuocat. Hiero. Aug.

De uerbis Pauli in speciem contra lapsi reparationem pugnantibus. Cap. X.

EX Apostolis uero in primis obijcitur Paulus, qui in epistola ad Hebręos diserte uidetur asserere, non esse locum pœnitentię illis, qui cum iam essent iustificati per Baptismum rursus ad priora uitia redeunt, ac contempto beneficio cœlesti, uelut recrucifigunt in se Christū. Verba Pauli hæc sunt. Imposibile enim est, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum Dei cęleste, & participes facti sunt spiritussancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutesque sæculi uenturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pęnitentiam. Et ne dura hæc sententia, iniqua uideretur, & iniusta, adiecit statim. Rursus crucifigentes sibimet ipsis filium Dei, & ostentui habentes, hoc est, ut Græce apertissimum est, traducentes, infamantes, & ludibrio, ac uelut exemplo contemptus & derisionis exponentes. Quibus uerbis duas causas uidetur Apostolus exprimere, propter quas non sit iniquum existimandum, quod nolit Deus restituere in priorem statum semel prolapsos a sua iustificatione. Prima est, quia cum Christus semel sit mortuus, ac iam nunquam amplius moriturus resurrexerit, tamen iterantes peccata dimissa in baptismo, rursus uirtute uidentur eum crucifigere, cum ea faciant, propter quę ille mortuus est, ac rursus, ut aiunt, esset moriturus, si illa deberent expiari. Deinde. Cum Christum autorem nostræ salutis semper deberemus uita nostra honorare, & cunctis uenerandum, tremendum, & amabilem facere, qui renati ei per baptismum, ad priora uitia reuertuntur, suis pessimis operibus Christum infamem, ac ludibriū faciunt, nomenq; ipsius blasphemari cogunt inter gentes. Ac proinde & digni sunt, quos Deus quoque uicissim deserat, & despiciat, ac pro nihilo habeat. Quod & apertius uidetur Paulus fecisse, & cōfirmasse similitudine, quam mox Subdit. Terra enim sæpe uenientem supra se bibens imbrem, & germinās herbam opportunam illis, a quibus & colitur, accipit benedictionem a Deo, proferens autem spinas ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in cōbustionem. Vides ut prolapsos a gratia Baptismali reprobos pronūciat, & combustionis exterminio addi- Obiec. 3 Heb. 6 B

cit? Si enim terra, quæ suscepto imbre spinas germinat, & tribulos reproba C
est, & in combustionem cõsummatur, igitur qui suscepto fœcundo illo im
bre undæ uitalis Baptismi, spinas & tribulos malorum operum Deo ger-
minant, reprobi erunt, & gehennalibus flammis cremabuntur, nec inue-
Obiec. 4. nient apud Deum remissionem suorum peccatorum. Neque minus uiden
Heb. 10 tur premere, & in eam, quam tradidimus ueritatem, pugnare, quæ Aposto
lus in eadem epistola subnectit. Voluntarie peccantibus nobis post acce-
ptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis
autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ cõsumptura est
aduersarios. Quid apertius dici poterat, ut præclusus ostenderetur omnis
ueniæ locus ijs, qui post susceptam fidem uoluntarie peccant? Si nulla pro il
lis peccatis reliqua hostia est, quomodo poterunt eorum habere remissio-
9. nem? Deus sane sine sanguinis effusione teste eodem Apostolo nulla pecca
ta remittit. Etsi post lapsum ab agnita ueritate locus est pœnitentiæ, qua pla
cetur deus, ipsa pœnitentia hostia esset propiciationis. Deinde. Si terribilis
duntaxat superest expectatio iudicij, & nihil aliud quam ignis deuorans &
consumens, quis igitur locus ueniæ? quę indulgentiæ, & misericordiæ spes?
Neque minus urgent, quæ sequuntur. Disertissime enim hæc iustissima esse
approbat, & ex eis, quod negare non possumus, ualidissime roborari pos-
sunt argumenta hæreticorum. Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla
miseratione duobus uel tribus testibus moritur, quanto magis putatis de-
teriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, et sanguinem testamẽ D
ti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam
fecerit? Scimus enim qui dixit, Mihi uindictam, & ego retribuam dixit do-
minus. Et iterum. Iudicabit dominus populum suum. Horrendum est in-
cidere in manus Dei uiuentis. Expendamus singula, & intelligemus fortiter
hęc contra nos dimicare. Aut enim oportet concedere perperam Aposto
lum argumentari, a pœnis contra præuaricantes legem Moysi, ad pœnas
eorum, qui post susceptum Baptismum peccant, aut si hoc absurdum est,
& impium, cum nullum fuisse locum uenię, & absque ulla miseratione præ
uaricatorem legis Moysi interficiendum affirmet, concedendum erit con-
cludere uoluisse nullum etiam modo esse locum ueniæ, & citra omnem
miserationem debitis mulctandos esse supplicijs, qui post susceptum baptis
mum transgressus fuerit legem Christi. Et si grauiores hic quam ille mere-
tur cruciatus, & acerbiora multo tormenta, ut manifestissimis tribus argu-
mentis Apostolus commonstrat, quia & filium Dei conculcat, & sangui-
nem testamenti, a quo Baptismus habet suam uirtutem, pollutum ducit, &
spiritui gratiæ in se manenti contumeliam irrogat, dum a se illum expelit,
multo magis hic quoque, quam ille carebit uenia, & absque ulla miseratio-
ne punietur. Cur etiam hic duntaxat uindictæ, & iudicij Apostolus memi
nisset, si locus erat adhuc indulgentię? Cur & horrendum dixisset incidere
in manus Dei? Nondum certe dies uindictę, & iudicij aduenit, cum locus
est

A est misericordiæ. Nondum in manus Dei incidimus, cum adhuc illius promereri misericordiam possumus, neq; grauitatem suarum manuum experiri. Hæc sunt, quæ tantopere quibusdam uisa sunt Montano, & Nouato fauere, ut ne cogerentur eorum hæresi assentiri, uelut tutiorem partem complexi asseruerint hanc epistolam, Pauli non esse. Eoq; forte accessit, q tam amarulenta, & formidanda uerba persuadere sibi non potuerint a spiritu Paulino profecta, qui ubique gratiæ, misericordiæ, & pœnitentiæ singularis prædicator est, ac uelut indulgentissimus pater omnes peccatores admirabili suauitate ad pœnitentiam allicit, & hortatur & quos semel genuerat, non recusat etiam secundo generare ad salutem. Verum oportebat inter uerba adeo dulcia, & suauia, & iustitię diuinę rigoris aliquando illum meminisse, ut quos misericordię prędicatio non impellebat, nec solicitabat ad pœnitentiam, deterreret saltem a suis sceleribus impendentis irę, & diuinę comminatio, & exaggeratio iustitię. Et ne locus esset huic suffugio, & asylo, ad quod sępe scimus & hęreticos, & imperitos cõfugisse, dum uerbis alicuius sacri libri, suę hęresis, & ignorantię coarguerentur, & conuincerẽtur, decretum est in hac sancta Tridentina Synodo epistolam istam esse canonicam, & a Paulo esse conscriptam. Quod & ante hoc tempus certum, & indubitatum, secundum fidem fuisse, alias Deo dante monstrabimus. Respondeamus igitur obiectis, & Paulum ab inusta sibi tanta impietate uindicemus. Quidam arbitrantur, Apostolum istam tam acerbam, & tam tremendam sententiam excessu quodam pronunciasse, ut peccatores a peccatis retraheret, & desperationis metu cautiores faceret, & ne animum desponderent, mox temperasse sententiam illis uerbis. Confidimus autem de uobis dilectissimi meliora, & uiciniora saluti, tametsi ita loquimur. Absit tamen a Paulo tanta impietas. Veris sunt, & non falsis comminationibus deterrendi peccatores. Deus non indiget mendacio nostro. Si temperauit sententiã his uerbis, priora igitur falsa, & a ueritate excedentia fuerunt. Ad hęc. Desperatio non pertrahit ad pœnitentiam peccatores, sed reuocat, neque cautiores, aut diligentiores, sed segniores, & somnolentiores facit. Vehementerq; decepti sunt, qui hac ratione lapsis a gratia baptismali locum pœnitentię negabant, q excitari peccatores ad fidentius & licentius peccandum credebant, si post admissum scelus parata esset, & aperta ad ueniam uia. Spei amputatio, teste Basilio, eum, qui lapsus est, una cum peccatis in angustias redigi, ac concludi impellit. At spes pœnitentiæ lapsum resurgere, & non amplius peccare exhortatur. Neq;, ut erudite dicit Cyrillus, si qua esset medicina corporis humani adeo efficax & salutaris, ut ea quotiescunque quis in ægritudinen inciderit, protinus sanetur, ideo de medio tollenda esset, aut secundo ægrotanti minime adhibenda, quia sponte sua quis in morbum reciderit ductus spe recuperandæ sanitatis per eam medicinam. Non enim illius in morbum relapsus, causa est medicina, quæ duntaxat ad morbi expulsionem ordinata est, sed temeritas & prauitas hominis eo, quod bonũ

Resp.

Resp. 1 ad obiec. 3

B

Impugn. 1.

2

Iob. 13. a

Bas. ho. 57

Impugn. 3 est,ad malum abutentis. Quorsum etiam erat metum desperationis inijce- C
re,inanem præsertim,& uanum statim ostendendum. Sed uideo unde isti decipiantur. Ad lapsos a gratia Baptismali,qui spinas & tribulos pertulerant,putant hæc quoque dirigi. Confidimus autem de uobis dilectissimi meliora,& uiciniora saluti,tametsi ita loquimur. Quod quidem longe a ueritate abest. Id quod & subiecta statim uerba palam faciunt. Subdit nanque Apostolus. Non enim iniustus est Deus,ut obliuiscatur operis uestri, & dilectionis,quam ostendistis in nomine ipsius,si ad lapsos ista dicerentur,qui tribulos,& spinas protulerant,nunquam,quantuncunque præcellētia opera ante lapsum,fecissent,dixisset Paulus in lege doctissimus, meliora se, & magis coniuncta saluti de eis expectare,quia Deus non est iniustus,ut peccata quidem puniat,& bonorum operum non meminerit. Nouerat Apostolus nullam esse prorsus iniustitiam,si obliuiscatur Deus etiam optimorum,& præstantissimorum operum,si qui ea fecerint,post modum diuinā suam maiestatem offendunt. Nam iustitia non futura,neque præterita, sed
Ezech.18 præsentia spectat. Et iam olim hoc Deus per Ezechielem cūctos docuerat. Si auerterit,inquit, se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius,nunquid uiuet? Omnes iustitiæ eius,quas fecerat,non recordabuntur. Quodque earum reminiscitur post pœnitentiam,ex misericordia est,non ex iustitia. Neque si post de perditam gratiam ista egregia opera essent facta,antequam illam recuperassent,iustitiam aliquam aut condignitatem habuissent,ut Deus censeretur in iustus,si eorum obliuisceretur. Si superuenientia peccata merito obliterant D
priores iustitias,& earum obliuionem inducunt,quod ius ad gratiam, uel gloriam præstare poterunt opera permanentium in ipsis peccatis, neque habentium eorum remissionem? Ex hoc itaque,quod Paulus Hebræis dicit,non esse iniustum Deum,ut obliuiscatur operis eorum, & dilectionis, palam indicat,non amisisse gratiam eos,propter quos ista dicebat,aut certe illa præstantia opera fecisse post restitutam ipsis gratiam,quam perdiderant. Operibus enim factis extra gratiam Dei nullum præmium debetur ex iustitia,bene autem operibus bonis factis in gratia,ut postea lib.15. ostēdemus. Et de huiusmodi operibus in gratia dei uel certe extra uoluntatem
Hiero. 2. i peccandi factis intelligenda sunt uerba illa Hiero. quę & Ansel. in hunc lo-
Ioui. Anse. cum approbauit. Et reuera grandis iniustitia Dei,si tantum peccata puniret & bona opera non susciperet. Atque ut ista omnia mittamus, cur credantur hi prolapsi fuisse a gratia baptismali,quorum uirtutem hic magnopere commendauit Apostolus,& postea.cap.10.multo magnificentius? Mihi
1.co.1.et 3. quidem uerisimile hoc non est. Sed sicut Corinthios nunc quidem diuites dicit in omni gratia propter quosdam qui eiusmodi laude digni erant, nunc quidem carnales propter quosdam ex ipsis contentiosos,ita & cum inter hebræos ad quos ista scribebat,quidam nequam essent & mali,alij pij & boni,priora propter illos,hæc autem propter istos dicit. Et more suo sa

A cit Apostolus, quod & alias in hac epistola, & in aliis deprehendes, ut tametsi quedam ad hos, alia ad illos referat, tamen more prophetarum, & oratorum, quę placidiora, & gratia futura sunt, posterius admoneat, & cũctis in uniuersum tribuat, ac propter quosdam bonos, omnes eorum conciues laudet. Alij itaque ob id Paulum credunt, impossibile affirmasse redire ad gratiam, qui ab ea excidissent, quia Deo hoc est possibile, non homini. Diuini quippe est muneris, quemadmodum q. 11. de iustificatione copiose docuimus, ut peccatores a peccatis resurgãt, nõ humanę potestatis. Et ea uidentur posse absolute impossibilia dici, quę apud homines impossibilia sunt, tametsi apud Deum possibilia sint, & ipsius nos ope, illa possimus pręstare. Sed neque scripturam sic uideo uocabulo impossibilis uti, neque tolerabile est, ut ea dicantur simpliciter, & absolute impossibilia, quę possumus per auxilium diuinum facile, & promptum omnibus. Alioqui & impossibile esse dicemus, ut quisquam credat, ut quisquam diligat Deum super omnia, ut quisquam uere resipiscat, a suis peccatis, ut renunciet sęculo, ut mortem subeat pro Christo. Nam hęc & similia certum est nos non posse, nisi per auxilium diuinum. Immo si & ita quispiam pergat uocabulo isto abuti, cogetur profecto simpliciter & absolute asserere, neminem posse saluari, neminem posse implere pręcepta Dei. Quę uerba manifestum est & absurda esse, & impia, & cum scripturis pugnantia, & omni religione a catholicis cunctis deuitanda. Et si Paulus ita accepisset impossibile nihil necesse erat, ut B & beneficia in regeneratione nostra accepta commemoraret. Nam illis etiã non acceptis impossibile erat ad gratiam, & amicitiam diuinam conscendere tam impossibilis est proprijs uiribus regeneratio, quám reparatio post lapsum. Quid etiam qui sic Paulum explicant, respondere queunt, ad uerba illa, quibus asseritur terra illa reproba esse & combustione finienda, quę spinas germinat, & tribulos? Nunquid & hęc quoque ex se & ex suis uiribus intelligenda esse asseuerabunt? Atque ubi hac uia ab his se uerbis explicent, & adiectione ista suo ex capite conficta ab hac difficultate elabantur, quid ad illa poterunt respondere, Iam non relinquitur pro peccatis hostia? An non hic & ea negatur superesse pro peccatis hostia, quę uel ex proprijs uiribus, uel aliunde posset esse? Qui dixit, Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, profecto ostendit, eam non superesse hostiam peccantibus post acceptam notitiam ueritatis, quę fuisset peccantibus ante eam acceptam notitiam. Alij impossibilem dictam esse putant reparationem post lapsum, ꝙ difficilis sit. Solet enim sciptura, solent philosophi, solet & uulgus, ut sępe admonuimus, impossibilia dicere, quę sint difficilia. Attamen neque hęc satis esse uidentur pro uerbis Pauli. Quia & nullam asseruit superesse hostiam peccantibus post susceptam fidem, & plęrisque infidelibus tam est difficilis, immo multo difficilior renascentia per genitalem undam, quam multis Christianis peccatoribus reparatio per pœnitẽtiam. Et quam habet difficultatem reparatio

Mos Pauli
Resp. 2
Ambr. & Nico. ly.
Impug. 1
Impug. 2
Impug. 3
Resp. 3
Nyc. lyra.
Impug.

post lapsum, ea ex contemptu Dei, & salutis propriæ, & a diutina, & inue- C
terata multorum dierum, & multorum operum in malis consuetudine ꝑfi
ciscitur, non a beneficijs acceptis in regeneratione. Exposita enim omni-
bus est misericordia diuiuina ex æquo, neque minus fidelibus, quam infide-
libus. Neque uerisimile est Paulum penes facile, uel difficile primam iustifi-
cationem a reparatione post lapsum distinxisse, cum & illa omnia, aut certe
præcipua, quæ difficilem faciunt iustificationem post lapsum, faciant & an
te lapsum, & in aperto sit, plærosque infideles multo difficilius iustificari, &
ad uiam ueritatis uenire, quam innumeri fideles ad acceptam gratiam re-
Resp. 4 uertantur. Dicendum igitur breuius, & nisi fallor multo melius. Non in
his uerbis affirmauit Paulus impossibilem esse reparationem lapsi, sed dun
taxat asseruit impossibilem secundum regenerationem. Sed ut difficilia ista
Pauli uerba dilucida cunctis faciamus, libet uerba ex utroque loco, hoc est
docuit tria ex capite 6. & 10. obiecta aliquanto diligētius, & accuratius interpretari. Et
Paul. præ- sane, si bene cuncta expendamus, tria inueniemus Paulum in utroq; istorũ
cipua ī citis locorum docuisse. Primum est impossibile esse Baptismum iterari. Secun-
tis uerbis. dum non patere baptizatis usqueadeo facilem, neq; tam liberalem & gra-
tuitam uiam ad misericordiam diuinam obtinendã, quam fuerit ipse Baptis
mus. Tertium grauissima esse supplicia, quę baptizatis impendent propter
Baptismus sua peccata, nisi festinato & solicite dent operam, ut resipiscant. Et baptismũ
initerabilis quidem initerabilem esse palam docuit, cum asseruit impossibile esse, ut re-
Cyr. 5. in nouarentur, qui prolapsi sunt. Non intelligunt, dicit Cyrillus, de obijcienti D
Ioã. 17. c bus hæc uerba, Paulum in eis uerba facere duntaxat de peccatorum remis-
sione, & pœnitentia, quæ per Baptismum habetur, qui quoniam unicus est
neque iterari debet, pœnitentia quoque cum baptismo suscepta, unica est,
& semel recipienda. Hæc Cyr. Ac uel hoc uno renouandi uerbo, quo hic
Amb. 2. de usus est Paulus, admoneri debuerunt hæretici, sicut bene Ambrosius nota
pœni. c. 2 uit, non eum negasse lapsis pœnitentiam, sed negasse duntaxat secundum
Baptismũ. Renouatio quippe non est pœnitētię, sed Baptismi, qui quos ab
luit, renouat, & nouam creaturam facit. Consepelit enim ueterem hominē,
Renouatio & in totum destruit corpus peccati. Atq; inde est, ut cõsepulti Christo per
proprius Baptismum in mortem, sicut ille surrexit a mortuis per gloriam patris, ita
baptismi ef & baptizati liberi ab omni reatu, surgentes a Baptismo in nouitate uitę am
fectus. bulent. Sed pœnitentia non tantas uires habet. Sarcit potius, quam reno-
uat, medetur potius, quam sanat, alligat potius, quam redintegrat. Curat
Aug. ī ep. uulnera, sed non obducit cicatrices. Reparat, sed nõ regenerat. Vnde Aug.
ad Ro. Eos, qui iam baptizati fuerint, curari melius dicimus per pęnitentiam, non
renouari, quia renouatio in Baptismo est. Non igitur Paulus, reparationē
negauit, sed renouationem, neque de reparatione per pęnitentiam egit, sed
de regeneratione. Et dum renouationem unam possibilem negabat, satis si
Gal. 4 gnificabat posse quidem lapsos reparari, at non ea facilitate, aut ita perfecte,
ac prius potuerunt renouari. Et quoniam difficilior est perfecta reparatio q̃
renouatio,

A renouatio, lapsis Galatis dixit, Filioli mei, quos iterum parturio. Nouerat multis lamentis esse opus, & magno aliorum auxilio, ut in priorem gratiã & libertatẽ ab omni reatu restituantur prolapsi, & ideo non parere, sed parturire se eos dixit, quorum lapsum acerbe deplorabat, & magnis suis doloribus & laboribus reparare conabatur. Et aliquanto apertiora hæc omnia essent, si pro illis uerbis Ad pœnitentiam, uertisset noster interpres, ut quidem poterat uertere, In pœnitentia, uel per pœnitentiam. Nam ut notauit bene in hunc locum Chrysostomus, εἰς Græcum pro ἐν est positum, & ἐν pro διά more Hebræorum. Et utrunq; tam εἰς pro ἐν quam ἐν pro διά frequentissimum est in scriptura. Sed & si in communi persistamus translatione, adhuc probe stare possunt cuncta, quæ diximus. Quantum nanque ex præcedentibus statim uerbis, Non rursus iacientes fundamentum, datur colligi, in hoc secundum Baptismum uolebant, qui uel illum prædicabant, uel ambiebant, ut illius uirtute renouati commodius, & salubrius pœnitentiam facerent, & prioris uitæ exuuijs depositis sanctiorem uitam inchoarent. Et his uerbis Paulus admonet neque ad hanc resipiscentiam, & antiquæ uitæ demutationem, posibile esse prolapsos renouari. Et fortasis, ut locus esset utrique horum sensui, usus est Apostolus præpositione illa εἰς quæ utrũque sensum admittit, & utroque modo uerti potest, sicut plærunq; in latinum. Neq; negauit Paulus posibile esse lapsis assequi tantam nouitatem, quantam assecuti sunt in Baptismo. Potest tantum pœnitentia excrescere, & tam perfecta posunt esse lamenta, & satisfactiones pœnitentium, ut omnem reatum commissorum delictorum absumant. Sed quod dicit, imposibile esse lapsos renouari, ideo dictum esse accipiendum est, quia communiter, & regulariter pœnitentia tantam nouitatem non præstat, neq; sic renouat, nisi rarisime, cum tamen hoc semper faciat Baptismus, nisi obex ei ab ipso suscipiente apponatur. Aut certe, sicut diuus Thomas post Augustinum exponit, renouari positum hic est pro regenerari, uel rebaptizari. Cũ enim Baptismus ab eodem Apostolo lauacrum regenerationis, & renouationis appelletur, sicut regeneratio dicitur, ita & renouatio dici potest, & ut ab effectu, quem facit, generatio quædam est, & innouatio spiritalis, ita secũdus Baptismus quædam renouatio uideretur. Illa etiam uerba, quæ his adnectuntur. Rursus crucifigentes filium Dei, & ostentui habentes, satis admonent esse initerabilem Baptismum, sicut catholica ecclesia semper tenuit, & diffinitum est in Concilio Florentino, & in concilio isto Tridentino sessione. 7. contra Donatistas, Armenos, & nostri temporis Anabaptistas. Sẽsus enim planus & germanus horum uerborum est, imposibile esse renouari prolapsos, & regenerari, quia hoc esset recrucifigere Christũ, & cõtemptui illum exponere. Et si illud uerbum ostentui habentes placeat alicui, sicut placuit Amb. ostentatione triumphantes uertere, & ad dæmones referre, quos Christus traduxit, & triũphauit in semetipso, et nos triũphamus, dum similitudinẽ mortis eius assumimus, sensus horũ uerborũ hic erit. Im-

B

In ponitur pro per.

Renouari et regenerari idẽ.

Amb.

posſibile eſt nos rebaptizari, quia nec Chriſtus crucifixus eſt ſecundo, nec C
Nõ recrucifigitur Chriſtus p pctã Chriſtianorum

niſi ſemel oſtentauit, & triumphauit dęmones. Non aũt ſic accipienda ſunt hæc uerba, ut plærię accipiunt, & nos inter arguendum accipiebamus, ut fortius faceremus argumentum hæreticorum, quaſi ſenſus Pauli ſit, ꝙ ideo lapſi reparari nequeunt, quia uelut rurſus crucifixerunt ſuis peccatis Chriſtum. Aſſerunt quidem hoc plærię, & ſic mirifice ſibi uidentur aggrauare peccata Chriſtianorum. Sed cur tantæ impietatis arguatur quicunę Chriſtianus, quacunę occaſione, uel cauſa lapſus in quoduis peccatum mortale? Eſt quidẽ Chriſtus pro peccatis omnium mortuus. Non ideo tamẽ quacunę iteratione peccati datur occaſio, ut iterum crucifigatur. Vnde tantam uim habeat quoduis peccatum? Quis hanc nobis tantam gratiam reuelauit? Certe peccata reproborũ, quos tantum propter electos, & propter ſuã gloriam Deus creat, non eam uirtutem merentur. Quod ſi hoc concederetur de peccatis baptizati, non deberet negari, ſicut negatur de peccatis ante Baptiſmum. Et ubi quoduis peccatum ſuffixiſſet Chriſtum cruci, certe non recrucifixiſſet. Chriſtus enim ſemel mortuus eſt ad multorum exhauriẽda peccata. Et tãti illa mors ualoris fuit, eritę ſemper apud patrem, ut nihil neceſſe ſit, iterum eum mori ad expiandum peccata baptizatorũ. Infiniti quippe ualoris fuit, neę millies mortuus plus gratus fuiſſet patri, aut plus apud eũ potuiſſet, quã ſemel. Non igitur poſſunt, niſi ualde coacte, & improprie cõcedi pctõres quiuis excidẽtes a gratia baptiſmali, rurſus crucifigere Chriſtũ. Siquidẽ nihil efficiunt, quod uel merear, uel poſtulet, uel requirat ad ſui expiationẽ ſecundam Chriſti mortẽ. Et uiiandę ſane eſſent iſtę, nequid amplius dicã, certe nouę, atę ineptę & portẽtoſę uerborũ exaggerationes. Et cõtẽti deberemus eſſe, illis, quib. Paulus uſus eſt, cũ dixit, qui filiũ Dei cõculcauerit, & ſanguinẽ teſtamẽti pollutũ duxerit, &c. & ſimilib. aliȷs, ꝙ ut ueriores ſunt, & frequẽtiores in ſcripturis & in antiquis autoribus, ita utię et aptiores ſunt, & uel hoc ipſo corda pioꝝ fortius poſſunt, & uehemẽtius excitare ad pniam. Voluit itaę Paulus his uerbis oſtẽdere, nõ eſſe poſſibile, ut itereť Baptiſmus & renoueť p eum quiſꝗ ex iã baptizatis, ſed magni oino D

Recrucifigitur Chriſtus p ſcdm Baptiſmũ.

ſceleris eſſe reos, qui ſe ſcdo patiunť intingi. Nã hoc eſt rurſum Chriſtũ crucifigere, ac uelut exẽplo ipſum, & ludibrio exponere. Alluſit ꝗppe hic Paulus ad ea, ꝙ ad Ro. ſcripſerat. Et ſicut eis ſcripſit oẽs Baptizatos in Chriſto, in morte ipſius Baptizatos eſſe, et p Baptiſmũ cõſepeliri cũ Chrõ, et cõmori peccatis ſuis, & cõplãtari in ſimilitudinẽ mortis eius, & Baptiſmũ quãdã eſſe figurã & ſimilitudinẽ mortis Chriſti, ita nunc p oĩa ſibi cõſentiens dicit recrucifigere Chriſtũ, & Chrm infamare, quicunę Baptiſmũ iterãt, ac proinde nõ irritã tm̃, & infructuoſam, ſed & mortiferã, & exitialẽ eſſe eã tinctionem. Quippe quę nihil aliud eſt, quã iterata quędã crucifixio, & traductio, ſeu infamatio Chriſti. Siquı̃ dẽ qui eã faciũt, & qui eã patiunť, in myſterio ſecundo crucifigunt Chriſtũ, & ope teſtãtur, eum poſſe etiã nũ iterato mori, neę oino glorioſum, & nunꝗ amplius mortẽ guſtaturũ ſurrexiſſe. Et i his

Ro. 6

A satis innuebat Apostolus non se aliã possibilem renouationem, aut reparationem negasse, quã eam, quæ si admitteretur, iterata quędã uideretur crucifixio & exẽplatio Christi. Sed & ex illis, quę ante hęc uerba Paulus p̃misit, docere luculẽter possumus, ista oĩa de Baptismo esse exponenda, neq; negasse Paulũ pniam lapsis, sed secundum Baptismũ. Admonet siquidẽ, ibi ut in termissis illis, q̃ ad doctrinã, & institutionẽ rudium, & catechumenorũ spectant, ad p̃fectionẽ ferãtur, neq; illis rursus, quę incipientiũ sunt, se implicẽt, & impediant, sed altiora meditentur, & p̃fectiora, neq; cũ iacta iam sint, & supposita domus spiritalis fundamẽta, ea rursus iacere tẽtẽt, & a fundamentis domos iterũ spiritales cõstruere moliãtur. Et ut ab his conatibus dehortetur, cõtinuo subiecit. Impossibile est .n. eos qui semel sunt illuminati &c. Cũ.n. Baptismus totius ędificij spiritalis fundamẽtũ, iterabilis nõ sit, frustra semel Baptizatus iaciẽdis rursum fundamẽtis incũbat, & illis inhęreat, qbus initiabanť, & instituebãť, qui erãt suscepturi Baptismũ. Te hic ergo cõuenio Mõtane, te quoq; illius sectatorẽ Nouate, & q̃cunq; illoꝝ factiõis fuistis, & Pauli testimõio uestrũ errorẽ defendistis. Qua cõsequẽtia subijcere poterat Paulus, impossibile esse prolapsos a grã Baptismali, iustificari, ut cõfirmaret admonitionẽ suã, ut ferrẽtur ad p̃fectionẽ, neq; iaciendis fundamẽtis operã darẽt, neq; illis quę incipiẽtiũ erãt, hęrerẽt? Si dehortatus esset in p̃cedẽtibus a peccatis, a lapsu, a prioribus uitijs & erroribus, cõgruẽter poterat, ut magis ab illis deterreret, admonere, nõ esse locũ ueniç, siquis ab accepta gratia

B excideret. Sed ut excitet ad p̃fectionem, ut ab iterato fundamẽtoꝝ iactu dehortetur, ut ab his q̃ imperfectoꝝ sunt, retrahat, quorsum spectabat impossibilẽ lapsis reditũ ad gratiã subnectere? Nõ sic Paulus incõsequẽter loquiť, nõ sic inepte ratiocinatur. Totus sibi cõsonat, totus sibi hæret, & iũgiť, neq; unquã nõ causis pro causis utitur. Et cum ex his p̃spicue docuisset, non esse possibilẽ secundã regenerationẽ, neq; iam tã liberalẽ & clęmentem uiã ad misericordiã diuinã reliquã esse prolapsis, quã fuerat Baptismus, p̃cõmode subiũxit seueritatẽ pęnarũ, quę peccatis post Baptismũ repositę sunt. Et sic ad hęc trãsit, ut & p̃dicta oĩa cõfirmet, & eos, qui lapsi sunt, ad pniam, & meliores uitę frugẽ admirabili quadã dexteritate excitet, & extimulet. Terra, inquit, uenientẽ supra se bibẽs imbrẽ &c. Et quod dicit hũc sensum habet. Mirandũ nõ est, si Deus nihil statuerit, quo lapsi renouari queãt, cũ terra, quæ uenietẽ supra se bibẽs imbrẽ, opportunã herbã se excolentibus germinat, a Deo benedicať, quę uero tribulos & spinas p̃fert, reproba sit, & adeo indigna fcďa imbris salutaris sup infusione, ut potius cõbustione finienda sit. Quid.n. aliud sperare debeãt, qui hausta & epota cœlesti illa & genitali Baptismi unda pro fructibus optimis, quos in gloriã, et laudẽ cęlestis sui cultoris germinare debuerũt, tribulos proferũt & spinas peccatorũ, quibus diuinã maiestatẽ, & seruos ipsius exacerbent, & offendant? Vide tñ, ut oĩa diuinus hic dicendi artifex moderatur, ut omnia tẽperat, ut & hæc quæ acerba, & amara sunt, ingenita sibi suauitate & lenitate, ne q̃spiã desperet, emolliat.

acerbiores pœnæ peccatiũ post susceptum baptismũ.

Vbi maxime creditus est reparationi lapsi aduersari,& ibi quoq; & palã & C
uehemẽter fauet. Quã terram.n. reprobam,& uorace flamma finiendam as seuerat,non maledictam,sed maledicto proximã affirmat. Neq;.n. sententiã condẽnationis iueuitabilem,in eam iam prolatã, neq; irreparabiliter ignis æterni cruciatibus destinatam significare uolebat, sed ut lapsi miserabilem suum statum,& miserabiliorem eis,nisi resipiscerent,impendentem agnosce rent,reprobos eos dixit,& ad sempiternos ignis ardores damnatos. Tales enim sunt secundum pręsentem iustitiam,quandiu manent in peccato,& ta libus & tantis pœnis se obnoxios habent existimare. Et his uerbis ad pęni tentiam,& fructus dignos pœnitentię omnes peccatores hortabatur,ne ui delicet qui propter spinas & tribulos maledicto erant proximi, tãdem ma ledictionem diuinam incurrerent,si in eis proferendis persisterent, & nõ ali

Resp. 1. ad obiec. 4 quem fructum suo cultori opportunum germinarẽt. Sed enim ut formida biliorem maledictionẽ istam ostenderet,rursus eadẽ aliquanto maiori pon dere,& grauitate uerborum disseruit in uerbis ex decimo capite obiectis. Nullam quippe post susceptum Baptismũ peccantibus superesse hostiam affirmat, sed terribile iudicium,& uoracissimũ ignem,& acriora multo sup plicia,quã quę decreta erant legis Mosaycæ transgressoribus. Nequis tamen aut errandi,aut desperandi ansam ex rigore suorum uerborum acciperet, omnia prouidentissime leniuit. Non ait,uoluntarie peccantibus post acce ptam notitiam ueritatis nullũ reliquũ esse locũ ueniæ,sed dicit,nullam relin qui ꝓ peccatis hostiã. Quia iam nõ possunt Deo oblatione alicuius hostiæ gratissimę & sufficientissimæ ad plenum satisfacere,sicut potuerunt per Ba ptismum. In Baptismo quidem qm̃ similitudinẽ gerit mortis Christi, & in eo Christo inserimur, & incorporamur, illa passionis suæ hostia immacu lata,et patri acceptissima ad plenissimam remissionẽ peccatorũ nostrorum nobis applicatur,perinde ac si nostra esset,et nos illã Deo pro nostris pecca tis offeramus. Et inde est,ut Baptismus,sicut tota Eccl.semp̃ tenuit,et Cyp. Hiero. Aug.& alij doctores summo cõsensu tradiderũt,& in Cõc.Flo.defi nitũ est,cuicunq; nõ ponẽti obicẽ oĩa antecedentia peccata in totũ condo net. Alia uero sacramẽta non eã uirtutẽ habent,neq; per modũ sacrificij no bis ex eis cõparamus,quã remissionẽ peccatorꝝ in eorꝝ susceptione obtine mus. Quin necesse est,ut lapsi a gratia Baptismali bonis operibus,& dignis pœnitẽtia satisfactionibus Deũ placent,& propiciũ sibi faciant,si ꝓmeritas pœnas debeãt euadere. Quãuis.n. Chr̃us et ꝓ illis se patri obtulerit ĩ cruce, tñ illis delẽdis,& expiãdis nõ suã passionẽ sic applicat,ut peccatis añ Baptis mũ,neq; sacrificiũ suũ sic uspiã nostrũ facit ad satisfaciẽdũ,pro cõmissis po D

Cyr. 5. in Ioã. c. 17 stea delictis,ut facit in Baptismo. Atq; in hunc sensũ excipiẽda sunt,q̃ Cyr. his uerbis respõdet,cũ ait. Nõ dixit Paulus. Non est ultra pnĩa. Neq; dixit. Nõ est ultra remissio. Sed hostia inqt,ultra nõ est. Hoc est. Crux secũda ultra nõ est. Hostiã q̃ppe hãc uocat. Vna nãq; hostia ꝑficit in ꝑpetuũ eos,q sancti ficanẽ. Hæc ille. Quę nisi iuxta statim dicta exponanẽ, uim sane argumenti

non

A non euacuabunt. Aliquo enim modo oportet ostendere, non relinqui hostiam pro peccatis post acceptam notitiam ueritatis, quo fuerat pro peccatis ante illam acceptam. Nam alias non recte ostendisset Apostolus illa esse magis formidanda quam ista. Quare Aug. non relinqui pro peccatis hostiam post acceptam notitiam ueritatis, breuiter & dilucide dicit idem esse, ac non posse denuo baptizari. Occurrit etiam alia uia, qua possimus omnẽ horum uerborum scrupulum dimouere, & obiectis omnibus ad plenum satisfacere. Non dixit Apostolus, illis qui uoluntarie peccauerint, nullam reliquam esse pro peccatis hostiam. Non uolebat salutis omnium desiderãtissimus desperationem inijcere Christianis peccantibus. Ad spem potius firmam, & fiduciam certam gloriæ in sanguine Christi, & oblatione, & intercessione tanti sacerdotis statim omnes animauerat. Neque a pœnitentia dehortabatur, ad quam in uerbis proximis omnes cohortatus fuerat, admonens, ut accederent cum uero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala. Quid est igit, quod dicit? Voluntarie inquit peccantibus &c. Non illos, qui peccauerunt, & admissa prudenter, & pie retractant, sed actu peccantes, & obstinate in suis peccatis perseuerantes nullam habere hostiã, qua Deum placare in eo statu queant, pronũciat. Quippe nouerat Iob, dixisse. Verbar omnia opera mea sciens ꝙ non parceres delinquenti. Atque his uerbis certos nos reddidit, nullam esse hostiam, quæ remittere peccata ualeat, dum peccatores persistunt in suis peccatis, neq; fore aliquod sacrificiũ,
B quo diuina ira contra eos mitigetur, si in illis pertinaces, & contumaces ex hac uita decesserint. Et quanquam hæc eadem lex est contra peccantes, & perseuerantes in peccatis ante acceptam notitiam ueritatis, tamen quoniam cum fidelibus res sibi erat, et quam terribile iudicium eis impenderet statim expressurus erat, non incommode apposuit illa uerba post acceptam notitiam ueritatis. Sed tandem, ut nulli se præcludere pęnitentiæ locum, apertissimum faceret, uerba illa sine ulla miseratione adiunxit pęnæ decretæ præuaricatori legis Moysey, nõ autem supplicijs peccatoribus post susceptionã Baptismi dispositis. Grauiora quippe, ut lib. II. docuimus, & longe acerbiora supplicia merentur Christiani transgredientes legem Christi, quã Iudęi prętereuntes legem Mosaicam, sed illi pęnis legalibus sine ulla erant miseratione subditi, nos uero si uelimus, semper inuenire possumus misericordiam diuinã, & per pęnitentiam, diuinam ultionẽ effugere. Atq;, ut hoc apertius aliquanto esset, confirmauit hęc testimonijs, quę non latam, sed ferẽdam sententiam indicant, neq; iudicium iam factum, sed futurum, & impendens comminantur. Mihi, uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Et iterum. Iudicabit dominus populum suum. Neq; asseuerauit Apostolus quenquam in hac uita incidere in manus Dei, sed ut omnes impendentis irę diuinæ timore, a pertinacia in peccato deterreret. Horrendum est concludit, incidere in manus Dei uiuentis. Tantum igitur abest, ut Apostolus his in locis, hæreticis fauerit, & pęnitentibus locum pęnitentiæ, & indulgentiæ

Aug. I ep. ad Ro.

Iob. 9. d

abstulerit, ut nullus eo melius, neque uehementius omnes peccatores ad pœ- C
1.Tim.1.d nitentiam excitauerit. Ipse enim est, ipse est scilicet, qui alibi ait. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Propriam non confunditur ingratitudinem, & pertinaciam pandere, quo gratiæ magnitudinem ostendat, & ueniæ spem cunctis peccatoribus immittat.

De incredulitate quorundam Iudæorum, & de peccato ad mortem. Cap. XI.

Ex Ioanne insuper duo aduersum nos afferri possunt. Nam de quibusdam Iudæis aperte pronunciat in Euangelio, quod non poterant credere in Christum. Et in epistola asseuerat, esse aliquod peccatũ ad mortem, pro quo non sit orandum. Ex his autem uidetur asserere esse aliquod peccatum irremissibile. Quoniam & ad remissionem cuiuscunque peccati necessaria est fides, quia sine illa impossibile est placere Deo, et pro quocunque peccato, quod remitti potest, licitũ, et sanctũ uidetur orare, ut remittatur.
Obiect.5 Sed ipsa uerba Ioã. singillatim audiamus. Cũ tantà, inquit, signa fecisset corã
Ioã. 12.f eis, non credebant in eum, ut sermo Esaiæ impleretur, quẽ dixit. Dñe quis
Esa. 53.a credidit auditui nostro, & brachiũ dñi cui reuelatum est? Et mox addit uerba quæ urgent, & in quibus totum argumenti pondus est. Propterea non poterãt credere, quia iterũ dixit Esaias. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut nõ uideant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanẽ eos. Si non poterant credere, quõ poterant iustificari? An non fidẽ D supra luculenter monstrauimus principium esse, & originem, & fundamentum totius nostræ iustitiæ? Si indurauerat etiã Deus cor eorũ, neque ueritatem poterant corde percipere, qua ratione poterant conuerti? Quis Deo indurante conuertatur? Quis nõ intellecta ueritate resipiscat a suo errore? Et si obfirmata erat uolũtas diuina, ut non eos cõuerteret, & sanaret, & Esaias hoc prædixerat, et necesse erat secundũ legem oracula prophetarũ compleri, omni
Aug. de.q. ergo ex parte incurabilis, & immedicabilis erat eorum plaga. Vnde Aug. tra
Euang. ctans ista uerba sic scribit. Quoniam Deus extra culpam debet intelligi, cogimur fateri aliis quibusdam peccatis Iudæos cæcari meruisse, qua tñ excæcatiõne non poterant credere. Verba.n. Ioã. ista sunt Propterea non poterãt crede-
Obiect.6. re &c. Magis tñ uidentur premere, quam in epi. idem Euangelista de peccato ad
1.Ioã.5 mortẽ affirmat. Qui scit, inquit, fratrem suũ peccare peccatũ non ad mortẽ, petat, & dabitur ei uita peccãti non ad mortẽ. Est peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico, ut oret quis. Si oĩa peccata sunt remissibilia, esset & pro oĩbus orãdus Deus, neque trepidasset Ioã. sed admonuisset intrepide, ut pro oĩbus oraremus. Et cũ quędã peccata esse peccata ad mortem asserit, hoc ipso uidetur ea irremissibilia appellare. Si nanque ex omnibus possumus resurgere, & reuiui
Resp. 1. ad scere, cur hęc potius quã illa dicantur ad mortẽ? Vt tñ de indurationis uer-
obie. 5 bo, & de necessitate implẽdi prophetiã tãtisper sileamus, ad uerba illa Propterea non poterant credere, & ad uerba Aug. dupliciter possumus respon

A dere. Aut.n. impoſsibilem eis dicit fuiſſe fidem, quia nimiũ erat eis difficilis, q̃uo ſupra oſtẽdimus impoſsibile ſępe accipi in ſcripturis, et in philoſophia & in cõmuni colloquio, aut certe eo ſenſu dictũ eſt, eos nõ potuiſſe credere, quo ſępe ſolemus dicere, non poſſe nos credere, cũ aliquid difficile creditu nobis narratur. Quibus uerbis nõ negamus poſſe nos, ſi uelimus, narratis aſſentiri, ſed dũtaxat ſignificamus ea nõ fieri nobis uериſimilia. Et quia Deus propter peccata Iudæorꝫ nolebat illuſtrare intellectum eorũ, ut fierent eis credibilia, quę Chriſtus ipſis aſſerebat, ideo Ioannes dixit eos non potuiſſe credere. Poſſemus etiam tertio dicere, uere potuiſſe a Ioanne dici, nõ potuiſſe illos credere, quia in ſenſu cõpoſito impoſsibile ipſis erat credere, deficiẽte uidelicet illa diuina illuſtratione, quę neceſſaria eſt ad credendum & p̃cedẽte de eorꝫ cæcitate prophetia. Et ſic ſæpe loqui ſcripturã, & ſanctos doctores iam admonuimus. Sed propterea peccatum eorꝫ erat remiſsibile, & incredulitas illa euitabilis, quia ipſi poterant conuertendo ſe in Deum, & auertendo ſe a uijs ſuis peſsimis facere, ne ea illuſtratio ſibi deeſſet, & ne illa de ipſis pręceſsiſſet prophetia, ſed liberi prorſus eſſent ab ea cęcitatis pœna, quã ſuis peccatis meruerant. Quo uero obiectioni de peccato ad mortem, quæ urgentior eſt, ad plenum ſatiſfaciam, aliquot opiniones, q̃ legẽtibus aliquos autores uideri poſſent probabiles, in primis impugnabo, deinde ueram & cõem ſententiã, in qua perſiſtendum eſt, ſubijciam. Et ut ab abſurdiori opinione incipiam, quidam fortaſſe peccata ad mortem interpretarentur oĩa lętalia peccata. Verum quid hoc dici poſsit abſurdius? Nũquid Ioã. dubitare potuit pro exiſtentibus in peccato mortali debere Eccleſiã & nos omnes orare, & orare ſępe cũ magno fructu? Sciebat profecto Chriſtũ dixiſſe. Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cũ defeceritis, recipiãt uos ĩ ęterna tabernacula. Et iterum. Quidquid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis. Et ipſe ſtatim dixerat, ac tertio ſub eadẽ pene ſententia aſſeruerat hãc eſſe uirtutẽ noſtrarũ orationũ apud Deum, Quod quidẽ non ignotũ fuiſſe Vergilio Aug. ex illo carmine oſtẽdit. Quiq; ſui memores alios fecere merẽdo. Et de oratione presbyterorum Eccleſiæ ſuper infirmos Iacobus generaliter pronunciat. Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis, ſit remittentur ei. Et manifeſtum eſt paſtores, & prælatos quoſcunq; Eccleſiaſticos teneri orare pro ſubditis exiſtentibus in peccato exitiali. Abſit, ait Samuel, a me hoc peccatum in domino, ut ceſſem orare pro uobis. Non tenerẽtur autem, ſi hoc eſſet ſine fructu. Quod ſi pro ſolis uenialibus admonuiſſet Ioannes orare, nunquam ſane dixiſſet. Petat, & dabitur ei uita. Nam his uerbis clare affirmabat aliquando extra uitam, & gratiam eſſe peccatores, pro quibus exhortabatur orare, & tamen per fratrum preces ad uitã a Deo miſericorditer reuocari. Alius peccata ad mortẽ peccata exiſtimat grauia & atrocia. Et ideo Ioannẽ ait tẽperaſſe in his ſententiam ſuã, quia cum leuia peccata quotidiana precatione dimittãtur, atrocia flagitia non ſanabãtur adeo facile, neq; tam leuibus medicinis antiquius cu

[Margin notes: Reſp. 2 — Reſp. 3 — Reſp. ad obiec. 6 — Opi. 1. de peccato ad mortem. — B — Luc. 16.b — Ioan. 16.e — Aug. 21. de ciui Dei. c. ult. — 1. reg. 12.d — Opi. 2]

14 ad gratiam abſeo, qui educit uinctos in fortitudine, ſimiliter eos, qui exaſpe rant, & q habitant in ſepulchris. Quod ut confirmatius eſſet, non dixit Ioãnes. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut oret quis. Hoc ſi dixiſſet, uideri poſſet ſignificare, etiam ante mortem eſſe aliquod peccatum ad mortem. Nõ autem hoc dixit. Sed quid ait? Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei uita. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut oret quis. Vides ut ſciri a nobis aſſerit, qui peccent non ad mortem, non autem qui peccent ad mortem? Intellige igitur peccatum ad mortem eſſe peccatum, in quo quis finit uitam. Scire quippe poſſumus clauſiſſe aliquem uitam in peccato, ſed ſcire non poſſumus, quis ſic peccet, ut in eo peccato finiat, & finiturus ſit uitam. Ideo autem non dixit, Qui ſcit fratrem ſuum peccaſſe, ſed qui ſcit fratrẽ ſuũ peccare, ut ea præſentis temporis differentia apertiorem nobis faceret uirtutem orationis. Quanuis enim ut plurimum orationes ſanctorum, non niſi dignis proſint, quia, teſte Dionyſio, ſicut eruens ſibi oculos, fruſtra poſtulat ſolaris luminis fieri particeps, ita qui a ſanctiſsimis beneficiiſq; recedit mandatis, fruſtra aliorum preces implorat, tanta tamen nonnunq; eſt uirtus orationis, ut & peccatoribus, cum peccata ſua perpetrant, & in eis uolunt perſeuerare, poſsit uitam impetrare. Poteſt ſiquidem Deum inflectere, ut miſericordiſsime eorum corda immutet ad pœnitendum, & ad conuertendum ſe ex toto corde in ipſum. Atq; hunc ualorem habuit apud Deum B oratio Stephani pro Paulo. Perſeuerabat quippe in uoluntate perſequendi Chriſtum, & peccata peccatis addebat, indignuſque prorſus erat diuina miſericordia, cũ adeo pp pces Stephani teſte Amb. ſubito cõuerſus eſt. Et merito dixit Aug. Niſi habuiſſemus Stephanum, non habuiſſemus Paulum. Quod ſi uirtus orationis non pertingeret quandoque ad indignos, falſo ſubieciſſet hic Ioannes. Petat et dabitur ei uita. Neq; poſſent iuſti mereri peccatoribus primam gratiam mediate, hoc eſt, impetrando eis pœnitẽtiam, per quam illam aſſequantur. Quod tamẽ omnes Theologi, quos legerim, conſtanter & indubitato concedunt, quemadmodum & multa ſcripturarũ teſtimonia efflagitant. Ne uero hanc doctrinam quiſpiam extenderet ad ea peccata, in quibus claudere contingit hanc uitam, ſubiunxit Ioãnes. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut oret quis. Et quia iſte eſt uerus & genuinus ſenſus huius loci, cum dixiſſet Augu. peccatum fratris ad mortẽ, pro quo non eſſet orandum, oppugnationem eſſe fraternæ gratiæ ex inuidia & non ex infirmitate profectam, idq; poſt agnitam ueritatem, humilitate, qua ſolet, cognoſcens ſuum errorẽ ſic ſcribit in Retract. Addẽdum fuit, ſi in hac tam ſcelerata mentis peruerſitate finierit hanc uitam, quoniam de quocunq; peſsimo in hac uita conſtituto non eſt utique deſperandum, nec pro illo impatienter oratur, de quo non deſperatur. Hæc Aug. Itaque non ſolum non poteſt colligi ex his uerbis, eſſe aliquod peccatum in hac uita irremiſsibile, uerum poteſt colligi omnia eſſe remiſsibilia. Quia pro omni-

Pſal. 67.

Virtus orationis.

Dio. 7. c. eccle. Hierar.

Pau. merito Stephani conuerſus.

Amb. 1. de pœni. c. 9

Aug. 1. de ſerm. do. ĩ monte.

Lib. 1. c. 19

bus talibus orare admonet, & orationem iustorum tanta prædicam uirtu- C te pronunciat, ut omnibus posſit uitam impetrare, qui non peccant peccatum ad mortem.

De quibusdam ex ueteri testamento, quæ aduersari uidentur reparationi lapsi. Cap. 12.

EX ueteri testamento multa afferri possunt, quæ doceant aliquos peccatores fuisse in hac uita in tam malo, & detestabili statu, ut suorũ non potuerint impetrare ueniam peccatorum. Sed ut aliquo utamur compendio, cogam omnia illa sub unius corpus argumenti hunc in modum. Scriptura diuina plerosq; testatur fuisse in hac uita propter peccata sua destitutos auxilio diuino, quod necessarium est ad pœnitentiam. Non igitur omnes peccatores in hac uita potuerunt semper amissam gratiam per pœnitentiam reparare. Et ut a testimonijs apertioribus incipiamus, an non apertisſime Deus suum quandoque auxilium subtracturum nobis significauit,
Amos. 1. et. 2. cum per Amos prophetam Damasco, Gaze, Tyro, Ammonitis, Moab, & Iudæ, & Israeli singillatim comminatur super tribus sceleribus eorum patientem se & longanimem futurum, sed super quartum non eos conuersurum? Si post quartum peccatũ ita se eis placabilem, & fauorabilem exhibiturus erat, ut similiter possent illius inuenire misericordiã, ac post primum, secundum, & tertium, quid sibi uolunt illa toties repetita, super quatuor nõ conuertam eum? Et ruinam Israelis irreparabilem esse satis lugubri illo planctu idem propheta explicuit. Domus Israel cecidit, & non adijciet, ut resurgat. Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. Cũq; D
Gene. 15. d Abrahæ dixit dominus posteros ipsius in quarta generatione reuersuros ad terram Chanaan, Necdum enim completæ erant iniquitates Amorreorum, his uerbis aliquando eas ita complendas significauit, & in tam numerosa futuras multitudine, ut non possent inuenire apud eum misericordiã.
Exo. 4. 7. 14. Premunt & illa ualde, quę de Pharaone dixit dominus ter ad Mosen. Ego indurabo cor eius. Et iterum, Ego induraui cor eius, & seruorum illius ut faciam signa magna. Et rursus de Aegyptijs. Ego indurabo cor Aegyptiorum, ut persequantur uos. Et ipsa scriptura quarto repetit indurasse dominum cor Pharaonis. Ex quibus Paulus intulit. Ergo cuius uult, miseretur, & quem uult indurat. Quod si Pharao, & serui, & subditi ipsius habuerunt omnia auxilia necessaria ad dimittendum populum Israeliticum, & non persequendum ipsum, & pœnitendum suæ incredulitatis, & pertinaciæ, cur indurati fuisse dicerentur, potius quam alij peccatores, qui moriuntur in suis peccatis? Aut igitur omnes peccatores, qui sic uitam suam finiunt, induratos fuisse dicendum est, aut si Pharao, & sui hoc peculiariter fuerunt, & nõ alij, oportet fateri, & eum cum suis, & omnes alios similes omni fuisse destitutos adiutorio, et afflatu diuino. Et quid est quod Heli ad filios suos dicit, Si peccauerit uir in uirum placari ei potest Deus, Si autem in Deum peccauerit uir, quis pro eo orabit? Si locus est semper pœnitentiæ, & neque pec-

A cantibus in homines, neque peccantibus in Deum clauditur unquam misericordia, cur de peccato contra Deũ peculiariter dicebat, Quis pro eo orabit? Vrgent insuper, quæ ad Hieremiã dixit dominus. Tu autem noli orare pro populo isto in bonum, quia non exaudiam te. Nõ enim prohibuisset dominus prophetæ orare pro populo, si locus etiam tum erat illius misericordiæ. Et hoc ipso, quo tanti prophetæ præsidium auferebat suo populo, & orationes se illius non exauditurum clare monebat, satis significabat irremediabilem iam esse illorum ruinam. Atque idem potest colligi ex illis uerbis ad Ezechielem. Si fuerint tres uiri isti in medio terræ, Noe, Daniel, & Iob, filium & filiam non liberabunt, sed ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Innuunt & hanc paternæ, & diuinæ opis generalẽ subtractionem testimonia, quibus edocemur, Deum plerisque peccatoribus subtraxisse miracula, prædicationes, tribulationes, & angelorum benignam solicitudinem, & custodiã. Et hoc est quod nomine populi Dei quæritur egregius psaltes Israeliticus dicens, Signa nostra non uidimus, & iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. Et prædicationis auxilium subtracturum se illis, Deus satis aperte admonuit, cum Ezechieli dixit. Linguã tuam adhærere faciam palato tuo. Et per Amos. Commouebuntur a mari usque ad mare, & ab Aquilone usque ad Orientem circuibunt quærentes uerbum domini, & non inuenient. Et tribulationum beneficium ablaturum se Hierusalem, clare per Ezechielem indicat illis uerbis. Et auferetur

Hiere. 7. ii

Ezec. 14.

Psalm. 73.

Ezec. 3.

Amos. 8. d

B zelus meus a te. Et quiescam neq; irascar amplius. Et per Osee. Non uisitabo super filias uestras, cum fuerint fornicatæ, neque super nurus uestras cũ adulterauerint. Et saluator ipse palam asserit negata fuisse Sodomis & Tyro, & Sidoni miracula, quæ si in eis facta essent, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Sed super hæc omnia terribilia, & formidanda sunt illa testimonia, quibus dominus se comminatur abiecturum & derelicturum prorsus Hierusalem. Eadem quippe in quanuis animam similibus sceleribus obnoxiam dicta esse iuxta tropologicum sensum admonent doctores, & argumentum a toto ad partem hoc efflagitat. Sed ex multis aliqua proferamus. Voluit quidem dominus ostendere per Esaiam, non leuiter, neque sine causa, sed iustissime se sic aliquando Hierusalem & ingratos homines deserturum. Atque ideo præmittit. Quid debui facere ultra uineæ meæ, & non feci? Sed non futurum se perpetuo sic misericordem, sed tantã obstinationem subtractatione suæ gratiæ puniturum palam indicans subdit. Et nunc ostendam uobis, quid ego faciam uineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptionem, & diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam, & non putabitur, & nõ fodietur, & ascẽdent super eam uepres, & spinæ, & nubibus cœli mandabo, ut non pluant super eam imbrem. Et ne dubites, quæ ista sit uinea, subiũgit. Vinea autem domini exercituum, domus Israel est. Quibus rogo uerbis significatius potuit dominus destituturum se, & deserturum suam uineam designare? Sepe

Ose. 4. c.

Mat. 11.

Esa. 5.

dicit se ablaturum, hoc est angelicam custodiam iuxta Hieronymum, ma- C
ceriam, idest robur, & circunspectionem addit se diruturum, putationis, &
fossionis officium, exercitium uidelicet per tribulationes, & uirtutum ope
rationes negaturum se præmonet, pluuiam cœlestis doctrinæ & inspiratio
nis prohibiturum se confirmat, diripiendam eam, & conculcandam, & ue-
pribus, & spinis replendam, perinde ac si ad ipsum non pertineat, testatur,
& ut omnis auxilij subtractionē uno uerbo complecteretur, subdidit. Po-
nam, inquit, eam desertam. Et eundem in modum uno dimissionis uerbo
Psal. 80. omnia comprehendit Dauid dicens. Et non audiuit populus meus uocem
meam, & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cor-
dis ipsorum, ibunt in adinuentionibus suis. Et eandem seueritatem diuinā
sacerdos ille magnus Zacharias filius Ioiadæ uno derelictionis uerbo con
2. Par. 24. clusit dicens. Quare transgredimini præceptum domini, quod uobis non
15. d. proderit, & dereliquistis eum, ut derelinqueret uos? Et Azarias facto in se
spiritu domini idem monstrauit illis uerbis. Si quęsieritis eum, inuenietis, si
Hier. 51. autem dereliqueritis eum, derelinquet uos. Et Hieremias apertius in perso-
na angelorum idem ostendit. Curauimus Babylonem & nō est sanata, de-
relinquamus eam, et eamus unusquisque in terram suam. Et saluator noster
Mat. 23. d in Euangelio aliquāto luculentiora hæc omnia fecit illis ad Hierusalem uer
bis misericordiæ & iustitiæ plenissimis. Quoties uolui congregare filios
tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluistis?
Ecce relinquetur domus uestra deserta. Dum dicit. Quoties uolui, ostendit D
misericordiam, & paternum affectum, & auxilium. Cum ait. Et noluistis?
demonstrat rebellionem, & ingratitudinem eorum. Et cum subdit. Ecce re
linquetur domus uestra deserta, sententiam iustam subtractionis auxilij de-
clarat. Quam & Hieronymus intelligit typice designatam sub illis uerbis.
Surgite, eamus hinc. Sic nanque interpretatur. Dimittamus Iudæos, tran-
seamus ad Gentes. Et ne in hanc tātam calamitatem incideret, Hieremias ad
Hiere. 6. ad eam dicebat. Erudire erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a
te, & ponam te desertam, & inhabitabilem. Sed quia tandem sciebat spiritu
prophetico Hieremias nō erudiendam Hierusalem, sed perseueraturam eā
esse in suis peccatis, subdit ibidem. Frustra conflauit conflator, malitiæ eorū
non sunt consumptæ. Quid ergo hanc tantam duritiam consequitur? Vt
pœnam tanti sceleris remotionem auxilij diuini explicet, subiungit. Argen
tum reprobum uocate eos, quoniam dominus proiecit eos. Neq; illa silen
tio prætereunda sunt, quæ de Esau et Antiocho scriptura testatur. Nā de Esau
Heb. 12 d. aperte scribit Paulus. Ne quis fornicator, aut prophanus, ut Esau, qui pro-
pter unam escam uendidit primitiua sua. Scitote enim, quoniam & postea
cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est. Non enim inuenit pœ-
nitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eā. Et de Antiocho
2. Mach. 9 in Machabæis legimus. Orabat scelestus dominum, a quo non esset miseri-
cordiam consecuturus. Ac plęraq; alia passim occurrunt in ueteri testamen

A to, ex quibus uidetur posse colligi, Deum expectare quidem ad tẽpus longanimiter peccatores, sed si tandem ut rebelles, & contumaces in sceleribus suis perseuerent, in pœnam peccatorum suorũ deserere, & relinquere eos, neq; clamores eorum audire, aut gratiæ suæ illis munus amplius concedere. Quoniã uero si uniuersa ex his testimonijs singillatim discuteremus & quid in illis obstinatis peccatoribus Deus comminetur explicare aggrederemur, fastidio essemus lectori, cõpendio utentes, quatuor statuemus uias, quarum aliqua poterit proculdubio, qui illas attente perlegerit, cuiuis ex citatis testimonijs sic ad plenum satisfacere, ut nihil in ipsis maneat, quod illis, quę tradidimus, aduersetur. Quędam itaq; ex allegatis duntaxat implacabilem Deum quo ad pęnas corporales et temporarias testantur. Et quo ad illas nõ negamus aliquando Deum exigentibus nostris peccatis ita obfirmari, & obfirmatum esse, ut nullus sit, aut fuerit locus euadendi. Nam certo, et liquido ex scriptura ipsa nouimus, neq; Aaronem, neq; Mosem neq; aliquem omnino Israelitam ex his qui uiginti annorum & supra egressi sunt de Ægypto, exceptis Iosue & Caleb, potuisse pro suæ incredulitatis culpa placare sic Deum, ut illos permitteret ingredi in terram promissionis, sed constantissime, & immobiliter seruauit Deus iuramentum, quod commemorat Psalmista dicens. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Quare omnes illi mortui sunt in solitudine, antequam introduceret Deus suum populum in terram promissionis. Atq; ita exponenda sunt, quę locutus est Deus ad Abraham de delendis Amorręis completis iniquitatibus eorum. Et eundem sensum habent, quę per Amos prę monuit dominus de non conuertendis commemoratis prouincijs, postquam quarto ei fuerint perfidæ & rebelles. Et talia uideri põt fuisse peccata Hierusalem, cum dominus prohibebat Hieremiæ, ne oraret pro ea, & ad debat. Non parcam, & non concedam, neq; miserebor, ut non dispergam eos. Et ipsis, ne in tantũ malum deuenirent, aiebat. Date domino Deo uestro gloriam, ante quam contenebrescat, & offendant pedes uestri ad montes caliginosos. Neq; dubium, quin sic fuerit Deus obfirmatus ad non impediendam subuersionem Hierusalem, ex quo illius peccata eousq; creuerunt, ut autorem & dominum uitæ interficerent. Et inter testimonia, quæ subtractionem diuini adiutorij ad conuersionem peccantium comminantur, sunt quidem aliqua, quæ unius duntaxat, aut alterius, aut triũ, aut quatuor auxiliorũ, uidelicet prædicationis, tribulationis, miraculorum, & similium subtractionem sonant. Sicut & apud Ioannẽ illa Christi uerba, Nõ ꝓ mũdo rogo, manifeste sonãt subtractũ eẽ mũdo, hoc ẽ, reprobis & filijs huius sęculi illud benignissimũ & efficacissimũ auxiliũ orationum Christi. Nulla uero loca sunt, in tota scriptura quæ totius opis, & fauoris diuini negationem requirere uideantur. Nam siqua essent, maxime sane essent, quæ indurationem Pharaonis, & Ægyptiorum & aliorum explicant. Attamẽ nec Pharaoni defuerunt flagella & tribulationes, & admonitiones crebræ

Respon Viæ.4. explicandi mox obiecta.

Via.1.

Ps.94.

B

Hiere.13.c

Via.2.

diuinæ per Moysem & Pharaonem, quibus trahebatur, & emolliebatur C
ad dimittendum Dei populum, & ad perfecte pœnitendum sui peccati.
Exo.8.10. Vnde & quater pollicitus est se dimissurum populum, propter prodigia
& 11.12. uidelicet ranarum, muscarum, grandinis, & locustarum, & Moysen & Aaronem rogauit, ut pro se orarent, & bis apertissime confessus est suum peccatum, & tandem propter mortem primogenitorũ coegit populum Israeliticum de Aegypto exire. Et cum scriptura toties repetat eum rursus induratum, neq; uoluisse dimittere populum, & ab illius persecutione cessare, satis indicat aliquem ei profectum ex tribulationibus accessisse, licet non tantum, ut ex toto corde ad Deum conuerteretur. Nam & cum multo humilius quam alias peccatum suum, & impietatem confessus est, Moyses ad eũ dixit. Noui aũt, quod & tu, & serui tui necdum timeatis dominũ Deum. Veruntamen sicut lapis durus est, tametsi nõ omnino destitutus sit humore, ita & duri, & indurati possunt dici aliqui, siquidem obfirmato sint, & pertinaci animo ad non resipiscendum, quanuis nõ in totum destituti sint ope & numine diuino. Et differentia inter eos, qui indurati fuerunt in suis peccatis, & eos qui perseuerarunt quidem in eis usque ad mortem, sed indurati ĩ eis fuisse non putãtur, non ex parte defectus auxilij diuini, sed aliunde sumenda est. Neque existimandum est, ut quidam putant, hoc inter hos & illos interesse, quod indurati, aut in totum deserti a Deo sint, aut certe maxima ex parte ipsius ope destituti, alij uero multis diuinis afflatibus, & stimulis ad pœnitentiam prouocentur. Contra enim accidisse, uel ex ijs, quæ statim de Pharaone retulimus, satis liquet. Immo propterea indurati meritissimo uidentur dici, quia nec tantis hortamẽtis, & irritamẽtis emolliri potest, & infringi eorum durities, ut uere, & ex corde pœnitentiam suorum peccatorum agant. Et induratio diuina non requirit subtractionem omnium auxiliorum ad conuersionem. Sed potius tunc Deus dicitur quempiam indurasse, cum positis magnis occasionibus, & allectamentis ad pœnitentiam, tamen Deus propter illius peccata in sua eum saxea & ferrea obstinatione relinquit, nec emollit cor illius, ut conuertatur ad ipsum. Et cum sancti doctores, ut Aug. Hiero. Greg. & nominatim Isidorus. 2. de summo bono. ca. 5. sæpe uerissime dixerunt indurare Dei, nihil aliud esse, quam nõ emollire cor nostrum aut non ab obduratione liberare, ut distinguamus induratos a non induratis, & nihilominus perseuerantibus usque ad mortem in suis peccatis, ad perfectam explicationem sic ista & diffiniri, & exponi uelim, ut non quæcunque subtractio auxilij diuini emollientis cor, induratio Dei existimetur, sed illa duntaxat, quæ cum magnis & grauibus pœnitendi occasionibus perseuerat, & ij tantummodo indurati a Deo dicantur, quorum corda Deus non efficaciter emolliuit ad pœnitentiam, etiam si plæraque illis auxilia inefficacia non defuerint, quibus ipsi & debuerunt, & potuerunt auxilium ultimatum, & necessarium ad suam conuersionem obtinere. Sed enim si aliqua testimonia uniuersæ opis & fauoris diuini sub

Discrimen inter induratos, & alios peccatores.

Vid. 3. D

A tractionem postulare uideantur, ex illis conuinci sane poterit, eos, qui sic fuerint destituti, filios esse diffidentiæ, sicut dicit Pau. & nunquam ueram fa- Ephe. 2.
cturos fuisse pœnitentiam, neque redituros unquam ad gratiam diuinam, haud quaquam tamen & ex eis approbabitur, non potuisse illos uere pœnitere, neque assequi gratiam diuinam. Aliud est uaticinari impoßibilitatẽ pœnitentiæ, aliud prædicere pertinaciam, & obdurationem quorundam in suis peccatis. Et stare potest libertas, qua aliquid possumus et agere, & nõ agere, sicut cum præscientia diuina, ita & cum prophetia certa, & infallibili eius, quod facturi sumus. Quia sicut nos facturi illud sumus libere & cõtingenter, ita & Deus id ipsum libere facturos nos sciuit, & similiter prædicere, & reuelare potest illæsa, & intacta nostra libertate. Et sic interpretanda sunt testimonia, quæ de cæcitate, incredulitate, & induratione Iudæorum pro tempore aduentus Christi loquũtur. Qua de causa, & Hieremias uidetur dixisse peccatum Iuda scriptum esse stylo ferreo ungue adamantino. Et Hiere. 17.
S. Bona. ideo putat Deum ei dixisse, ne oraret ꝑ populo, quia nolebat orari pro desperatis, quos ipse sciebat impœnitentes futuros. Eundemque in modum exponi possunt, quæ de Esau & Antiocho obiecta sunt, si illa, ut probabilius uidetur, etiam ad pœnam spiritalem placeat referre. Et horum omnium causa est, quia licet nullus ualet pœnitere sine auxilio diuino, tamen illud auxilium potest quicunque, si uelit, habere, etiam si eo sit priuatus. Sicut & auxilio generali ad loquendum careo, cum hæc scribo, tamen D illud possum, si uelim, habere, & ideo libere taceo, & possum, cum uoluero, loqui. Et Deus quidem omnibus peccatoribus perseuerãtibus in peccatis subtrahit auxilium efficax ad pœnitentiam, quod solis illis præstatur, quos uere suorum peccatorum pœnitet. Sed quia derogare non nouit legibus communibus præsertim fauorabilibus, nunquam alicui sic subtrahit, nec quẽq; in hoc punit, ut non poßit hoc auxilium, sicut & generale habere, hoc enim esset legem communem inuertere, & uiam terminum facere, sed punit omnes peccatores, qui non conuertuntur, in hoc ꝙ non habeãt auxilium, quo conuertantur. Et uel hoc argumento possemus conuincere quenlibet uiatorem posse secundum legem conuerti, quia nullus est ex uiatoribus, qui non poßit bene uti naturalibus suis. Ei autem, qui hoc fecerit, Deus qui nemini deest, facienti quod in se est, auxilium sine dubio præstabit sufficiens ad obtinendum bona supernaturalia. Imperfectum meum uiderunt oculi tui, ait pie Bern. sed tamen in libro tuo omnes scribentur, qui quod possunt, faciunt, etsi quod debent, non possunt. Quod si tandem aliqua afferantur testimonia, quæ non solum perseuerantiam in peccatis prænuncient, sed & impoßibilitatem ab eis resurgendi significent, ea sic accipiẽda sunt, ut impoßibile intelligatur dici, quod uel nunquam, uel non nisi rarisime, & difficilime fiet, aut certe quod in sensu composito impoßibile est. Quibus omnibus modis supra docuimus impoßibile frequenter accipi, & in scriptura, & in doctoribus sanctis, & in philosophia, & in commu

Ber. de dilig. Deo. Via. 4.

ni consuetudine. Atque ita exponenda sunt, quæ Heli dixit de peccatis in C Deum. Non enim impoßibilitatem inueniendi misericordiam, sed raritatem, & difficultatem significare uoluit, aut certe nunquam obtineri eorum misericordiam, sicut & de peccato in s s. diximus. Nam & ea peccata in homines uidetur dixisse, quæ Christus uerba in filium hominis dixit, accepto filio hominis pro homine more Hæbraico. Vnde & Grego. in illa uerba, quibus scriptura dicit, grande nimis fuisse coram domino peccatum filiorum Heli, non dixit, illud non potuisse deleri, sed tantum ait. Grande nimis est peccatum, quod pœnitentiæ lachrymis non deletur. Et aliquãdo in maiori rigore eum usum esse uocabulo impoßibilis, liquere potest ex illis quę ipse scribit in illa uerba, Porro Philistijm abierunt in loca sua. Qui non præ destinati sunt, siue audiant doctorum uerba, siue non audiant, uocari in habitaculum nequeunt, quia per nequitiam, in qua sunt ante constitutionem mundi præcogniti, locum in se malignis spiritibus parauerunt.

1. Reg. 2. d

Greg. 2. in Reg. c. 2

1. Reg. 14.

Vnde quibusdam peccatoribus difficilimum sit, & aliquo modo impoßibile a suis peccatis resurgere. Cap. 13.

QVæret aliquis, unde proficiscatur hoc, quod statim diximus, ut raro uel nunquam, uel non nisi difficilime pœnitentiam faciãt quos scriptura uidetur dicere non posse pœnitere, unde etiam illa eis cõueniat, quam diximus, impoßibilitas resurgẽdi in sensu composito. Nam quod poßint in sensu diuiso, idest simpliciter, & absolute pœnitere, satis opinor explicuimus ex eo, quod quicunque peccator potest, cum uoluerit, habe D re auxilium Dei efficax ad resurgendum. Sed non quencunque posse resurgere in sensu composito, aut aliquos ad eum nonnunquam uenire statum, ut cum in eum uenerint, nunquam, uel rarißime, uel non nisi difficilime resipiscant, non est ex prædictis conspicuum. Vt autem obscurißima ista ad arcana Dei iudicia spectantia intelligere, & curiosis scrutatoribus quadantenus poßimus explicare & disserere, reminiscendum est duplicis gratię Dei præuenientis, quam lib. 6. c. 6. posuimus, excitantis uidelicet, & adiuuãtis. Exinde enim perspicuum esse potest, duplicia esse auxilia specialia, quibus Deus adiuuat peccatores ad pœnitentiam, fidem, dilectionẽ Dei super omnia, martyriũ, & similia. Quædam sunt auxilia antecedentia, & præuia ad ipsum actum pœnitentiæ, alia illum comitancia, & ei inseparabiliter coniuncta. Prioris generis sunt, prædicationes, iſpirationes sanctæ, admonitiones amicorum, timor gehennæ, spes regni cœlestis, tribulationes, miracula, exẽpla aliorum & similia. His nanque omnibus trahit Deus, & allicit misericorditer peccatores ad pœnitentiam. Et huiusmodi auxilia a plęrisque in efficacia auxilia uocantur, quia non semper habent suum effectum, sed plęrũque a peccatoribus propter suę obstinationem mentis frustrantur & positis illis omnibus adhuc perstant, & obfirmato animo in suis peccatis perseuerant. Et horum aliquibus priuauit Deus persæpe peccatores ob sua peccata. Et non utcũque, sed sic, ut probabilißimum sit, nec eos iam illa quopiã modo

Duplicia Dei auxilia specialia.

A modo habere potuisse. Nunquam tamen, quod sciam, quenquam Deus pro sua summa misericordia, omnib. suis fauoribus destituit. Quin sic semper suae uidetur rigorem iustitiae temperasse, ut quibusdam destituens, alia nihilominus suppeditauerit, quae satis quoscunque, si uti uoluissent, ad poenitendũ inuitabant. Posterioris aũt generis auxilia „sunt concursus quidam speciales, quibus Deus peculiariter, & immediate nostras rebelles ad se conuertit uoluntates, coniungens se, & intimo quodam & benignissimo modo uniẽs se ipsis, & potentiores eas ad operandum reddẽs, atque ut doleant de peccatis suis, & uitam malam in bonam commutent, inflectens. Et haec auxilia efficacia dicuntur communiter, & simultanea, siue comitantia, aut coniuncta ipsis operationibus possunt appellari. Quia & comitantur actũ poenitentiae, & ei inseparabiliter sunt cõiuncta, & simul sunt cum ipso, neque unquam frustrant, aut frustrari possunt a nobis, & oẽs & soli ea habent, quos suorum peccatorum poenitet. Quanuis aũt sola haec secundi generis auxilia necessaria sint, & sufficere possint fidelibus ad pniam, et primi generis auxilia sine istis non sufficiant, tamen, & priorum aliqua moraliter uidentur necessaria, ut lib. 6. cap. 7. docuimus. Homines enim non nisi multis allecti, & attracti occasionibus & impulsibus ad operandum trahimur, sic praesertim, ut reprobemus, quae placuerunt, & approbemus, quae displicuerunt, aut aliquid perinde difficile faciamus. Et in auxilijs generalib. haec possunt explicari. Sunt enim quaedam quibus & homo & Deus ipse nonnullos ar-
B tifices antecedenter quandoque allicit ad aliqua operandum, quae possunt per auxilium generale, sed nunquam Deus auxilio suo generali eos ad ipsa efficaciter, & comitanter adiuuat, nisi cum sunt in ipsis operibus, & ipsius ad illa adiutorio libere utuntur. Et quia ad omnes operationes nostras, & concursus noster, & diuinus siue generalis siue specialis, necessarius est, & praeter auxilium Dei, & simultaneum seu coniunctum ipsis operationibus, etiam auxilia alia antecedentia, & allicientia nos ad opus, ad facile operandum requirimus, hinc est, ut eis destituti multa quidem possimus & facere, & uitare, q̃ tñ uel nunquam uel raro, & tum quidem, non nisi cum magna difficultate, aut facimus, aut uitamus. Et ea tũ raritas, uel difficultas partim proficiscit̃ ex parte nr̃a, partim ex parte Dei aut aliorũ, qui nos possent allicere & adiuuare ad operãdum & nõ faciunt. Et in ꝓposito nr̃o, quod hi peccatores, quos scriptura diuina uelut desperatos, et oĩ auxilio diuino iã destitutos ꝓnunciat, uel raro, uel nunquam uel non sine magna difficultate resipiscãt, partim est ex parte ipsorũ, partim ex parte Dei. Ex parte ipsorũ est, quia raro, uel nunquam hoĩes faciunt totum quod pñt. Et cum uirtus sit circa difficile, & hoĩes in hoc statu procliues simus natura nostra in malũ, isti peccatores nõ tm̃ nõ habent uirtutes, sed & p̃ter haec oĩa pessimos et execrandos sibi habitus, male agendo compararunt. Et inde est, ut prauorum suorum actuũ, & male cõsuetudinis põdere pressi, nõ nisi cũ magna difficultate uitã possint mutare, & dolere de illis, q̃ ipsis magnae uoluptati fuerũt, & laetari

Hier. 13.d. econtrario de his, q̃ acerba ipsis prius, & amara uidebanẽ. Si pōt, ait Deus, C
Ethiops mutare pellẽ suã, & pardus uarietates suas, ita & uos poteritis bene facere cũ didiceritis male. Et alibi. Impius cũ in ꝓfundum uenerit peccatorũ, cõtemnit. Et rursus. Frõs mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Frontẽ qppe cordis in impudentiã atterit culpa frequẽs, teste Greg. ut quo crebrius cõmittiẽ, eo de illa cõmittentis aĩus minus uerecundeẽ. Et quidã usqueadeo obdurauerũt, & obfirmauerũt corda sua in uitia, ut iã sic ꝓni, et effrenes, et absq; ullo pudore in ea ꝓruant, ut natura ipsa impellente in illa ferri uideanẽ, neq; sit in eorũ ptãte ea deuitare. Vnde & bene Grego. hmõi pcõres expressos nobis intellexit in illa muliere Euãgelica, q̃ decẽ & octo annis inclinata fuerat, neq; sursum respicere poterat. Vsitata culpa, inquit, obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, & labitur, quia ubi sponte diu perstitit, ibi & cum noluerit coacta cadit. Ex parte etiam Dei est haec difficultas. Quia eiusmodi peccatoribus nõ solum negat auxilium efficax ad conuersionem, quod omnibus negatur, qui non conuertuntur, sed & praeter hoc aliquibus ex eis, ob grauissima tñ peccata, negat auxilia multa ex antecedẽtibus illis, quib. Deus inuitat, et trahit pcõres ad pniam. Verisimile siquidẽ est, ut et ante nos nobiles autores tradiderũt, esse certum numerũ peccatorũ, ita magnũ & aliqua peccata ita grauia, ut ea cũ hoĩes admiserint, deus iã eos despiciat, neq; curã illã, et solicitudinẽ paternã eis exhibeat, quam pſtat alijs peccatorib. Eoq; fit, ut cum hmõdi peccatores ob nimiam duritiã suam, & diutinas, et inueteratas D
malas cõsuetudines, nõ solis cõibus sed & alijs multo maiorib. & uehemẽtioribus ad poenitendum indigerent, destituti ẽt cõibus, uel nunq̃, uel non nisi rarissime, & difficilime poeniteãt. Et si eos emendare & corrigere tentemus, experiemur in eis qđ Salomõ & Iob uerissime admonẽt. Nemo põt corrigere, quẽ ille despexerit. Si destruxerit, nemo est, qui ędificet. Si incluserit hominem, nemo est, qui aperiat. In quae uerba erudite Grego. admonet destruere, & recludere diuinum nihil aliud esse, quam peccatorem in suorum operũ tenebris relinquere. Et inter alia ita scribit: Quia ad ꝑditionẽ suã sufficit mens humana sibi dimissa plęrumque fit, ut cum audientis cor oxigentibus culpis, oĩpotentis Dei gratia nõ repletur, in cassum exterius a p̄dicatione moneatur, quia mutũ est os omne, qđ loquiẽ, si ille interuis in corde non clamet, qui aspirat uerba, quae audiuntur. Et statim subdit. Caim & diuina uoce admoneri potuit, & mutari non potuit, quia exigente culpa malitię iã intus Deus cor reliquerat, cui foris ad testimoniũ uerba faciebat. Et in lib. Reg. illud, Si aũt ĩ deũ peccauerit uir, qs pro eo orabit? ꝓpea dictũ existimat, quia pleriq; eorum, qui ad intercedẽdum pro alijs instituti sunt, peccatorũ suorũ magnitudine ĩ ĩpœnitẽtis cordis caliginẽ ꝓiciũtur, & nulla hoĩs adhortatiõe resipiscũt. Vnde & de filijs Heli, qbus haec ipse Heli dixerat, statim subiecit scriptura. Et nõ audierũt uocẽ p̄ris sui, qa uoluit dñs occidere eos. Et alibi idẽ Gregorius dicit, spiritum domini prohibuisse aposto-

Prou. 18. a
Hier. 3. b.
Greg. ho. 10. ĩ Eze.
Ho. 31. sup Euang.
Luc. 13.
Adria. q. 3 de poenit.
Caie. Ien. 8. q. 3.
Iob. 12.
Grego. 11. Mo. c. 5.
1. Reg. 2. e
Ho. 4. in Euang.

A lis prædicare Euangeliũ in Asia, quia necdum ad uitam reparari merebantur. Et propterea Psalmistam putat dixisse, Deum esse terribilem in consilijs super filios hominum, quia quosdam misericorditer uocat, alios iustitia exigẽte repellit. Atq; hoc est, quod doctor angelicus dicit hmõi pctõres quasi miraculose spiritaliter sanari. Neq; in alium sensum accipienda sunt, q̃ quidam pij autores asseuerant, aliquos pctõres esse ita multis, & grauib. obrutos peccatis, & sic in eis obduratos, & pertinaces, ut non posśint pœnitere secundum communem legem, sed tantum secundum superexcellẽtem misericordiam. Non enim eiusmodi peccatores asseri existimandi sunt, nõ posse p legem cõem pœnitere. Possunt quippe oẽs pctõres ut diximus habere auxilium Dei efficax ad pniam. Et nulli in hac uita præclusa est uia salutis. Et contra legem Dei esset, si aliqui in huius uitæ uia perinde obdurati essent, ac si iam eam in peccatis absoluissent, & retrusi essent in infernũ. Neq; credendum est eos dicere, alios quidem peccatores resurgere posse secundum diuinam iustitiam, sed hos duntaxat ex misericordia. Nam cum uniuersi pctõres posśint secundum cõem iustitiam, hoc est, secundum cõem legem a peccatis resurgere, tñ nullus ex illis, qui resurgunt a peccatis, resurgit ex iustitia, sed duntaxat ex misericordia, & ex gratia. Quia secũdum iustitiã oĩbus posśit Deus subtrahere suum auxiliũ ad resurgendũ, et nulli illud debet. Et recte Aug. Voluntate sua quisq; deserit deũ, ut merito deserat a deo. Et iterum. Nulli daretur gratuita liberatio, si naturæ debita redderetur. Et

S. Thom. secunda secundæ. q. 14. arti. 1.

August. de bono. pse. cap. 6. cap. 8.

B cum hi autores pij & catholici sint, nõ sunt in adeo absurdos sensus nerba eorũ exponẽda. Quod igiť uolunt significare, quantũ assequi possum, hoc est. Aliqui pctõres ita multis, & magnis obruti sunt peccatis, ita & ĩ eis obduruerũt, & callos, ut sic dixerim, obduxerũt, ut nunq̃ facturi sint pniam, nisi Deus secundum præcellentẽ suam misericordiam maioribus, plenioribus, & uehementiorib. suæ gratiæ auxilijs, quam sint communia & usitata, eõs pertrahat ad pniam, & potẽtius & benignius eorũ emolliat, & ĩfringat obstinatas uoluntates. Indigent nanq; hmõi pctõres utrisq; auxilijs, et antecedẽtibus, & comitantib. auctioribus, & copiosioribus, quã sint, q̃ ex cõi lege & consueta misericordia alijs exhibenť peccatorib. Atq; hinc poterit utcunq; explicari, quare huiusmodi peccatores imposśibile sit, ut diximus, in sensu cõposito pœnitere. Cum. n. necessaria illis sint utraq; auxilia diuina ad pniam, eorum subtractione supposita, nunquã potentiã, quã habent ad penitẽdum, in actũ poterũt deducere. Et tũc maxime hæc imposśibilitas perspicua est, cũ illa auxiliorũ dei subtractio ꝓphetia aliqua cõfirmata fuerit. Imposśibile quippe est, ut destituti sint numine diuino, et nihilominus pęniteãt. Et ĩposśibile est ẽt, ut hæc duo simul sint, nẽpe deũ p̃dixisse illorũ destitutionẽ, & obdurationẽ usq; ad mortẽ, & ipsos ante mortẽ pęnitere. Cęlũ, inqt, & terra trãsibunt, uerba aũt mea nõ trãsibũt. Neq; tñ, ut elegãter differit, et approbat Cyr. aliq̃ necesśitas ex ꝓphetia illata ẽ ipsis peccatorib. quorũ pctã & obduratio tã olim p̃dicta fuit. Pñt. n. simpliciter, et ab-

Cyril. 9. in Ioã. c. 10. & libr. 11. cap. 11

solute huiusmodi omnes peccatores, dum hic uiuunt, quantuncunque a Deo C
deserti sint, poenitere, & uel propter aliorum preces, uel propter proprios magnos conatus, uel tandem propter supereminētem Dei misericordiam illius opem, & suppetias obtinere, ac facere, ut nunquam eorum fuerit prophetata induratio usque ad mortem. Et alias nullo ipsi crimine tenerentur, et laudari potius mererentur, quia ueritatem scripturæ ostendunt, uel certe, quod nefas est, oportebit concedere, scripturam sacram peccandi ipsis causam attulisse. Nulli ergo mortalium interclusa est uia ad salutem, nulli quantuncunque multis, & magnis obnoxii peccatis contemnendi sunt, nulli in desperationis barathrum præcipitādi. Omnes potius ad poenitentiam excitandi, & commonendi sunt, omnes spe diuinæ misericordiæ fouendi, & confortandi. Cunctos a se auersos diuina benignitas ineffabili omnino misericordia ad se reuocat. Post tergum fugientes monet, & quos ferire super be aduersantes potest, ut reueriamur, magnificentissimis muneribus inuitat. Ad uniuersos manus suas extendit, neque contradicētes respuit. Quos male cogitantes perdit, bene recogitantes recipit. Ab his amplecti se quærit, a quibus desertum se quæritur, & quibuscunque per poenitentiam ad se reuertentib. apertos clęmentiæ suæ sinus expandit. Videamus itaque qua uia lapsi reparari queāt. Nā posse oēs reparari, satis fecimus cōspicuum.

Christus autor & institutor sacramenti poenitentiæ. Cap. 14.

CONfortatis lapsis omnibus per spem suę reparationis, mox explicuere patres, qua uia reparari possint. Subiecerūt nanque statim illa uerba. D
Cum excitante Deo per poenitentiæ sacramentum merito Christi amissam gratiam recuperare procurauerint. Viam in his certissimam ad reparationē, sacramentum pniæ statuūt. Sed qm̄ id neminem absque proprio actu sanat, opus esse aiunt, ut per illud procurent lapsi recuperare amissam gratiam. Vtque huius sui conatus gloriam totam Deo, & Christo, sicut par est, consignēt, admonentur, eum conatum ipsi habere, & Dei excitantis gratia, & Christi merito. Et quantuis hoc sacramentum in cap. Ad abolēdam, de hæreticis sacramentū confessionis appelletur, & hoc uocabulum magis placuerit non nullis scholasticis, & nominatim Durādo, & alii ut Iacobus Faber sacr̄m remissionis peccamentorum, uel reconciliationis nominent, tn̄ uel ex his patrum uerbis colligere possumus, tutissime nos posse sacr̄m pniæ illud, uel pniam appellare. Neque īmerito hoc nomen cōius est apud oēs doctores & pene in tota Ecclesia, & eo usum est conciliū Floren. Nam si bene rem perpendamus, sacr̄m istud ad hoc īstitutum uidet, ut hoīes uolētes ipsius grām participare, poenitentiam faciant, & ad illud digne suscipiendum potissimū requiritur pnia, & omnia q̄ in hoc sacramēto ex parte poenitētis cōcurrūt, pęnalia ual de sunt. Quare si pnia dicta est, ut quidā uolunt, q̄si pęnæ tenētia potuit ipsum uel hac causa non iniuria pnia appellari. Habet etiā hoc sacr̄m peculiare, cuius causa pręcipue sic uidet nominatum, ut in ipsius susceptiōe imponat satisfactio, & pęnitētia peragenda pro admissis peccatis. Vt uero notior

Iac. Faber in cap. ult. Dio. de Ec cle. Hiera.

Commodum nomē sacramentum poenitentiæ.

A notior sit,& preciosior,tutissima ista uia ad salutẽ,omnibus lapsis proposita,mox aperuere patres,a quo illa instituta sit,quibusq; partib.cõponaẽ,& quis eius sit effectus,& quantum a baptismali remedio distet. Et ut a primo incipiamus,autor & institutor sacramenti pnię asseritur esse Xp̃s. Quis.n. alius tãtam,& tam salubrem medicinã institueret,nisi ille magnus medicus, qui ad hoc ẽ coelo descendit,ut potenti sua uirtute,& mirifica sapientia languores oẽs nr̃os curaret? Ante ipsius aduentũ reparari quidem potuerunt lapsi p uirtutẽ pnię. At nũc,quod multo benignius, & liberalius esse paulo post oñdemus,per ipsam,& per sacrum pnię. Et ꝑcrastinata est in hoc usq; tp̃s, imo usq; ad resurrectionẽ xp̃i ista gr̃a,quia nõ cõueniebat,ut essent inter nos claues adaperiendum regnum cęlorũ anteq; p̃ciosissima gratissima,et potẽtissima suiꝑsius oblatione mũdũ ditaret, & nos deo recõciliaret, ac reclusas aulę cęlestis fores aperiret sacerdos hic summus secũdum ordinẽ Melchisedech,qui solus potestate quadam superexcellẽti clauem habet Dauid, qui aperit,& nemo claudit,claudit, & nemo aperit. Et ex his patet nullũ iã esse locum opinioni diui Bonauenturę, qui confessionẽ dixit istitutam esse ab Apostolis. Quin uero,neq; stare cum his posse crediderim,quod Marsilius dicit sacramentum confessionis nõ esse institutã a Xp̃o explicite,sed implicite in hoc,q iudices instituit,quos reliquit Ecclesię. Et quãuis ipse pie interpretetẽ diuum Bonauenturam, & asserat cũ nõ negasse confessionẽ esse a Christo,sed tm̃ dixisse non explicite, sed insinuatione quadam institutã ab B eo esse,iñ Gabriel & alij merito crediderũt,cũ sensisse, non esse confessionẽ a Christo,sed ab Apostolis institutã. Quicquid uero illi senserint, nos ueritatem traditam constanter tuebimur. In confirmationẽ.n.huius ueritatis in hoc eodẽ cõcilio,sessione.7.diffinitum est, oĩa sacra esse a Christo instituta. Sed.n.ne labores inquirendo,ubi Christus hoc pnię sacrm̃ instituerit, hoc ipsum quoq; explicaẽ hic a patrib. Ita.n.aiũt. *Etenim pro his,qui post baptismũ in peccata labuntur,Christus Iesus sacramẽtum instituit pœnitẽtiæ,cũ dixit. Accipite.s s. quorũ remiseritis peccata remittuntur eis,& quorũ retinueritis retenta sunt*. Et quanquam hæc uerba ita manifeste docent Christum hoc loco dedisse Apostolis potestatem remittẽdi peccata,ut superuacaneum uideatur,rem adeo apertam uelle aliunde confirmare,tamẽ ut quod in principio huius operis pollicitus sum,opere ipso ubiq; pro nostra uirili exhibeam, adiungam his aliquot patrum testimonia,ex quibus & hanc perpetuo fuisse Ecclesiæ catholicæ fidem,& ita hunc locum ab ea fuisse intellectum,firmum possit esse omnibus,ac certum. Leo papa in epistola ad Theodorũ Foroiuliẽsem ep̃m sic scribit. Mediator dei,& hoĩum homo Christus Iesus, hanc p̃positis Ecclesiæ tradidit potestatem,ut & confitentib. satisfactionem pnię daret,& eadem salubri satisfactione purgatos ad cõionem sacramentorũ per ianuã reconciliationis admitteret. Cui utiq; operi incessabiliter ipse saluator interuenit,nec unq; ab his abest,quæ ministris suis exæquenda cõmisit dicẽs. Ecce ego uobiscũ sum oĩbus dieb. usq; ad cõsummationẽ sæculi, ut siquid p ser-

Bon.in.4. di. 17.parte.2.art.1. q.3

Marsi.q.12 4.artic.2. corro.2.

Leo

uirtutem nostram bono ordine, & grato impletur effectu, non ambigamus C
per. s s. nobis fuisse donatum. Et quanquam non alleget hæc, q̃ modo tra-
ctamus uerba, tñ, cum nulla sint ꝓ his expressiora, uidet hãc diffinitionẽ ex
Cypr. li. 1. ep. 6. his uerbis collegisse, liquidissimo uero Cyp. ex eis collegit sacerdotes fide-
les posse remissionẽ peccatorũ dare. Et Chry. in hæc uerba ita scribit. Quẽ
Chry. ho. 85. in Ioã. admodum rex ꝑfectos mittẽs, ut in carcerẽ reos ĩtrudant, ut liberent, ptãtẽ
ꝑbet, ita Iesus discipulos mittẽs hac munit autoritate. Theophilatus idem se
Theophi. quitur his uerbis. Dicendum autem, ꝗ & potestatem quandam & bonum
spirituale dedit eis, non ut mortuos suscitent, & uirtutem faciant, sed ut re-
mittant peccata. Ideo & subdit, Quorũ remiseritis peccata, oñdens quod
Cyr. 12. in Ioan. 56. c genus spiritaliũ donorum eis dederit. Cyrillus. Diuinæ naturę dignitatẽ, ac
potestatẽ discipulis suis saluator largitus est, quia certe absurdum nõ est, pec
cata remitti posse ab illis, q. s s. habẽt. Et statim declarat hoc fieri ab eis duo
Amb. 1. de pœni. c. 7. bus modis, baptismo, & pnĩa. Pariaꝗ his docuit Amb. his uidelicet uerbis
Christi permotus. Quid interest, ait utrum per pniam, an ꝑ lauacrum, ius
remittendi peccata sibi datum sacerdotes uendicent? Vnum in utroꝗ my-
sterium est. Eisdem item, uel illis, Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cœ-
Augu. ho. 49. lo, impulsus est Aug. ut diceret, necessarium esse confiteri peccata nostra sa-
cerdotib. nec satis esse occulte, & apud Deum agere pniam. Gregorius be-
Greg. ho. 26. in euã. nignitatem istam Christi in suos discipulos, & eorum successores sic exag-
gerat. Libet intueri, illi discipuli ad tanta onera humilitatis uocati, ad quan-
tum culmen gloriæ sint perducti. Ecce non solum de se metipsis securi fiũt, D
sed etiam alienæ obligationis potestatem relaxationis accipiunt, principa-
tumque superni iudicij sortiuntur, ut uice Dei, quibusdam peccata retineãt,
quibusdam relaxent. Sic sic eos a Deo decebat erigi, qui tantũ pro Deo cõ-
senserant humiliari. Ecce qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum
iudices fiunt, & alios damnant uel liberant, qui semetipsos damnari metue
bant. Et ne dubites hanc ptãtẽ mansisse in Ecclesia, subdit statim. Horum ꝓ
fecto nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent. Ligandi atque soluendi auto
ritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed
grande pondus est istius honoris. Hæc Greg. Nec dubium, quin hoc eodẽ
Anselm. in Luc. 17. c. testimonio Anselmus coactus fuerit dicere, perueniendum esse ad sacerdo-
tes, etiam illis qui dum tendunt ad confessionem & pœnitentiam, quia to-
ta mentis deliberatione peccata sua damnant, ab interno inspectore liberan
Rich. tur. Richardus de. S. Vict. iñ lib. de potestate ligandi & soluendi, ex eisdem
uerbis Christi colligit potestatem habere sacerdotes ad remittenda pecca-
ta, & necessariam esse peccatoribus etiam cõtritis absolutionem sacerdotis
ad communionem corporis & sanguinis Christi. Dicet tamẽ aliquis. His
Obiect. uerbis Accipite. s s. Quorum remiseritis peccata remittũtur eis &c. mani-
festum quidem est, traditam esse Apostolis potestatem remittendi, & reti-
nendi peccata, non tamen uidetur institutum esse sacramentum pœnitẽtiæ.
Responsio Quia neꝗ materia est hic illius expressa, neꝗ forma. Hoc argumento mo-

A ti sunt fortasse Seraphicus doctor & Marsilius ut assererent, q̄ statim ex eis retulimus. Sed in hoc illi decepti sunt, quod parum aduerterint satis esse in illis uerbis Xp̄i & materiam & formam explicata. Nam cum illis uerbis tradidit potestatē soluendi peccata fideliū, explicuit materiam remotā esse peccata, uel sicut dicūt sanctus Thomas & Gerson peccatorē baptizatū; pximā uero esse manifestationē peccatorū, quia snia non erat ferenda in icognita, quis.n. remittat, q̄ nesciat, & formā esse quęcūq; uerba, quib. sacerdotes explicarent se remittere pctā. Sicut.n. ut credamus baptismū esse a Xp̄o institutū, non dubitamus satis esse uel illa uerba ipsius. Euntes ergo docete oēs gentes baptizantes eos in noīe p̄ris & filij &.s s. ita p̄fecto indubitatū esse debet, ad institutionē sac̄ri pnię satis fuisse concessionem clauium ad soluendum peccata. Siquidem ita per hæc data est potestas absoluendi pctōres baptizatos, sicut per illa potestas baptizandi oēs gentes. Et quemadmodum post illa uerba Christi de baptismo omnes baptizati ab Apostolis habuerunt gratiam, si obicem ei nō posuerint, & baptismus ex tunc cœpisset esse sacramentū, etiam si prius non fuisset, ita post ista alia omnes fideles confessi sua peccata, & ab eis absoluti habuissent remissionem pctōrum quibuscūque illi uerbis usi fuissent usum eius potestatis significantib. & absolutio illa uerum fuisset sacramentum pniæ. Atq; hinc est, ut cum anteq̄ Ecclesia uel Apostoli ostendi possint statuisse hanc, uel illam formam, uerisimilimū sit eos usos fuisse hac potestate, omnib. certum sit, nunquā eos illa fuisse usos, B quin interuenerit sacramentum pniæ. Et quid in re usq;adeo certa cunctamur? An non satis est, ut Christus dicatur instituisse hoc sacramentum, fecisse, uel dixisse aliqua uerba, post quæ absq; ulla noua institutione, aut concessione semper ad prolationem horum uerborum, absoluo te, conferret gratia pctōri confitenti rite sua peccata? Quid amplius fecit in baptismo? Quid amplius in Eucharistia? Quid amplius in ordine? Quid deniq; amplius ipsa Ecclesia fecerit, si ipsa, ut putatur, instituerit hoc sacramentum? Verum quidem est, Xp̄m nunq̄ statuisse, uel monuisse Apostolos, ut hac forma uterētur. Absoluo te a peccatis, uel illa, remitto tibi peccata, uel illa remittunt tibi peccata. Sed neq; opus his erat, ut institueret hoc sac̄rm. Relinquēda hęc erant prouidentiæ, & dispositioni Ecclesiæ, ut plenitudo potestatis ipsius esset dilucidior. Satisq; oīno fuit, ut diximus, potestatem tradere soluendi a peccatis, ut ipsa hanc uel illā eligeret formā, perinde atq; ipsi cōmodius, & congruentius uideret. Et cōuenientissime quidem illa elegit formam, quæ nunc consueta est in Ecclesia. Nam & ea autoritatem idicat sacerdotum, & effectum, quem faciunt claues in pœnitentibus, aptissime designat. Ac propterea nemini quidē liceret ab ea declinare, si tn̄ id fieret, & hęc autoritas explicaret, & non tm̄ deprecatiue, sed autoritatiue designaretur fieri remissio peccatorum, non uariaretur essentia huius sacramēti. Neq; necessarium est uerbū explicans absolutionē fieri autoritate diuina, ut cæteri theologi cōiter in quarto docēt cōtra Durādum, & manifestū est ex cōcilio Florētino.

Tho.opu. 22.cap.4. *Gerson in Flor. mcrā.* *Matt.ulti.* *Dur.in.4 d.22.q.2.*

uitę sine detestatione peccatorum ad reparationẽ lapsi sufficere traditur. C

Detestatio peccatorum in præcepto est omnibus mortali peccato obnoxijs.

Cap. XIX.

FVerunt quidem non nulli & pij & doctissimi magistri inter catholicos, qui quamuis pro certo haberent, necessariam esse ad lapsi reparationem pœnitentiam, idest displicentiam de peccatis commissis, & detestationem eorum, haud quaquam tamen crediderunt præceptum esse aliquod speciale, quo peccatores ad eiusmodi pœnitentiam tenerentur. Et eos, qui absque pœnitentia suorum peccatorum moriebantur, damnari quidem, sicut statim contra Lutherum diximus, affirmabant pro alijs peccatis, non autem pro impœnitentia. Et quoniam sectatores erant, & studio
2.2. *q*. 14 sissimi doctrinæ sancti Thomę, illius se autoritate protegebant, qui propte
art.2. *&* 1 rea probat, non esse peccatum in spiritunsanctum non pœnitere, quia non
2.*d*.42 est nouum peccatum, sed circunstantia peccati. Verum eam ego opinionẽ,
Præcepta ut nouam, & inauditam, quod sciā ante illos inter scholasticos, ita semper
pćtōribus periculosam existimaui, & cauendam. Et quoniam qui ante nos scripse- D
pniā. runt, præceptum quidem esse de huiusmodi pœnitentia constanter, & concorditer tradiderunt, sed illud firmare neglexerunt, ob id fortasis, quia certam, & indubitatam eam sententiam censuerunt, & operam suam in re nihil necessaria collocare nolebant, ne quispiam post hac communem hanc sententiam uertat in dubium, eam nunc firmis his, & ualidis argumentis
Arg.1 comprobabo. Primo. Ex illis uerbis Christi, Nisi quis renatus fuerit ex
Ioā.3.4 aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei, omnes doctores colligunt, non solum necessarium esse Baptismum ad ingressum in regnum Dei, sed præceptum. Et hoc nos lib. 5. cap. 12. certum minimeque
Luc. 13 dubium fore diligenter ostendimus. Cur ergo non & similiter ex illis uerbis Christi ad peccatores, Nisi pęnitentiam habueritis, omnes similiter per ibitis, colligamus pœnitentiam non tantum esse necessariam, sed etiam in præcepto? Nonne idem est uerborum tenor? Nonne idem pondus uerborum? Nonne similis utrobique, aut certe apertior, & rigidior in his quam in illis pœne æternæ comminatio? Profecto si neque ista uerba, neque illa, Pęnitentiam agite, satis sunt ad præceptum pęnitentiæ, non solū non erunt satis uerba statim citata ad credendum in præcepto esse Baptismum, sed
Ioā.6 neque sufficient ad probandum præceptum Eucharistiæ illa similia uerba Christi. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, neque præceptum confessionis poterit probari ex illis uerbis. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Similia nanque omnia ista

A existunt, neque apertius ius, aut praeceptum dicunt haec quam illa. Et si non tenentur peculiari praecepto peccatores recuperare uitam, cum possunt per pęnitentiam, neque tenebuntur peculiari praecepto satagere, ut renascantur per Baptismum, aut ut remittantur sibi peccata per absolutionem sacerdotalem, aut ut acquirant, uel tueantur uitam per Eucharistiam. Immo si ita pergimus respondere, huiusmodi uerba significare quidem necessitatem pęnitentiae, sed non praeceptum, magnam fenestram aperiemus ad eneruanda, & inualidanda multa praecepta diuina, quae apud omnes catholicos recepta, ut praecepta sunt. Non enim strictius, neque seuerioribus uerbis illa nobis traduntur, & commendantur, quam in statim citatis exigitur, ab omnibus peccatoribus pęnitentia. Si adiectio, ut omnes fatentur, pęnae mortis, siue temporalis, siue aeternae signum est certum praecepti diuini in sacris literis, & adiectio pęnae excommunicationis indicat praeceptum pontificium in iure canonico, & pęna capitis praeceptum arguit principis in iure Caesareo, cur ambigamus pęna illa formidandi interitus, bis eodem in loco repetita, significasse Christum praeceptum se inuulgare pęnitentiae? Et quibus rogo uerbis manifestius nobis uelut rem praecepti potuit pęnitentiam indicere, si neque haec uerba, neque illa, Pęnitentiam agite. Appropinquauit enim regnum cęlorum, satis sunt, ut credamus eam nobis illum praecepisse? Nouo sane genere, & alias in scripturis inusitato oportuit illum uti, ut crederent eam esse nobis

B in praecepto, quibus neque his tam manifestis id ita esse persuadetur. Certe Petrus & Paulus conuersis ex Iudaeis, & Gentilibus in initio praedicationis Euangelij perinde pęnitentiam ut necessariam tradebant, ac Baptismum, & fidem, neque inter haec discrimen ullum faciebant. Quare & intellexisse uidentur, & nobis non obscure significasse haec tria non solum ut necessaria, sed ut praecepta nobis esse tradita a Christo. Deinde. Non solis iustis, sed & peccatori cuicunque roganti, cum adolescente Euangelico, Quid faciendo uitam aeternam possidebo, respondere possumus, quod Christus illi respondit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Sunt enim illa omnibus sufficientissima ad salutem. Et magna omnino esset mandatorum Christi insufficientia, & imperfectio, si sufficeret quidem iustis eorum obseruantia ad uitam, non autem peccatoribus. Cum igitur certum sit, ut & illi, in quos pugnamus, fatentur, necessariam esse ad salutem omnibus peccatoribus pęnitentiam, & neminem ex eis posse citra illam saluari, cogimur eo ipso credere omnibus ipsis etiam esse praeceptam. Nihil quippe dari poterit, quod sit ad uitam necessarium quin sit etiam a Deo praeceptum. Et absurdum est concedere, Deum optimum, & prouidentissimum legislatorem tam parum statui peccatorum in sanciendis praeceptis consuluisse, ut nullum dederit praeceptum, per quod possint illi saluari, & magnam, immo maximam partem Christianorum in eo

Act. 2. 3. et 20.

Arg. 2

Matt. 19

cuius totius aliquæ tantum integrales partes ad perfectionem ipsius & in- C
tegritatem concurrentes, sicut oculus, lingua, digitus integrales partes dicũ
tur hominis, quia ad integritatem ipsius, & perfectionem concurrunt, licet
sine ipsis possit homo consistere. Et tales partes huius sacramenti sunt satis
factio, cessatio a peccatis, & contritio etiam, si modo large accipiatur, & cõ
prehendat subse quencunque, & qualencunque dolorem de ipsis. Hęc quip
pe tria requisita sunt ad sacramenti huius perfectionem, & integritatem, &
ut plene, & perfecte habeatur effectus ipsius. Vnde sine his non censetur qs
perfecte pœnitere. Et nisi satisfactio, aliqua ipsius pars esset, habere non pos
set illum maiorem ualorem, quem omnes fatemur eam habere, quando in-
iungitur a sacerdotibus. Nomen etiam pœnitentia, quo hoc sacramentum
iure diximus esse appellandum, satis indicat, non constare illud sola absolu-
tione. Siquidem illa pœnitentia non uocatur. Et cum in Concilio Florenti
no quasi materia huius sacramenti diffiniantur esse actus pœnitentis, qui in
tres distinguũtur partes, & materia uel quasi materia sacramẽti debeat pars
ipsius censeri, & hic in nostro decreto dicatur pœnitentia continere hæc
quinque, & quæ continentur in aliquo toto, partes ipsius sint appellandę,
uidetur profecto necessarium esse, concedere ex his partibus constare hoc
sacramentum. Accedit ad hæc, quod inter alios articulos, quos Leo deci-
mus damnauit contra Lutherum, hic quintus est. Tres esse partes pœniten
tiæ, contritionem, confessionem satisfactionem non est fundatum in sacra
scriptura, neq; in antiquis sanctis doctoribus. Et quidem uel hoc nomine D
par est, ut omnes post hac catholici tractatores quinque uel tres concordi-
ter asseramus pœnitentię partes, neque negemus ullo modo hoc sacramen
tum pluribus constare partibus, ne conueniamus, uel uocula minima, si fie
ri possit, cum Luthero. Qui et in responsione ad hunc articulum, pertinaci
ter fatetur, etiam in sermone quodam uernacula sua lingua euulgato, pecu-
liariter adiecisse, non esse istas tres pœnitentiæ partes. Quia tamen de nomi-
ne est quæstio, an hæc a patribus connumerata partes sint sacramenti pęni-
tentiæ, nec ne, prudenter patres nostri, paci ubiq;, & concordiæ consulen-
tes, ueritatem fidei in nostro decreto sub forma mox exposita tradiderunt.
Quæ quidem ut clarior est, ita etiam minus est scrupulosa, & ab omnibus
absque ulla cunctatione recipi debet. Quis catholicus neget ista quinque cõ
tineri in lapsi hominis pęnitentia? Nonne omnes habemus concedere, ea
omnia, uel necessaria esse, uel certe concurrere, & iuuare ad reparationem la
Propo. 1 psi? Quinque igitur, ut compendio hæc omnia expediamus, sunt partes sa
cramenti pęnitentiæ, sed sola absolutio est forma, reliquę quatuor, sunt qua
Propo. 2 si materia. Et cum omnes quinque ad perfectam absolutionem peccatorũ
ut plurimum necessariæ sint, tamen solæ duæ confessio, & absolutio ex cõ
sensu omnium ad essentiam huius sacramenti requiruntur. Neq; in confes-
Propo. 3 sione, aut detestatione, aut satisfactione uirtus est ex opere operato, ut cõ-
muni utamur uocabulo, remissiua peccatorum, sed duntaxat in absolutio-

A ne. Vt tamen singulæ istarum partium notiores sint, & quatenus necessariæ sint ad reparationem lapsi, manifestius fiat, de earum qualibet, aliquanta se orsum differemus.

De cessatione a peccatis. Cap. XVI.

PRima pars sacramenti pœnitentiæ connumerata hoc loco a patribus, est cessatio a peccatis. Nam in primis necessarium est ad reparationem lapsi, ut cohibeat se ab illis, per quæ a sanitate spiritali in spiritalem peccati morbum dilapsus est. Peccasti. Quiesce, ait scriptura secum translationem 70. Et Esaias primas partes, ut inueniat impius misericordiam, tribuit cessationi a peccatis dicens. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius. Et Paulus, admonere uolens Romanos, ut induerent arma lucis, prius admonuit, ut abijcerent opera tenebrarum. Et ad Corinthios similiter. Expurgate, uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Et Ephesios prius hortatur deponere secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, & post modum subnectit. Renouamini spiritus mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate. Et ratio naturalis hoc expostulat. Nemo enim nouum hominem potest induere nisi ueterem exuat. Neque nouus spiritus subintrare potest in aliquam aulam, nisi antiquus discedat. Et uolenti esse in aliquo loco, in quo non est, primum & ante omnia necessarium ad id assequendum, est re-

Gen. 4. b
Esa. 55. b
Ro. 6
1. Cor. 6. b
Ephe. 4. c

B cessus a loco opposito, quia ut philosophi dicunt acquiri non potest terminus ad quem, nisi relicto termino a quo, & siquis aliquam ægritudinem cōtraxerit ex aliqua domo, ut pristinæ restitueretur sanitati, necessarium esset ante alia secedere ab ea domo. Atque ita sane per omnia qui per peccatum infirmati, uel potius mortui sumus, si uelimus antiquam sanitatem, & uitā recuperare, a peccatis cessemus necesse est. Nunquam animabus nostris spiritus domini illabetur, qui bonus, rectus, simplex, mundissimus, & suauissimus est, nisi abscesserint malicia, prauitas, duplicitas, immundicia, & amaritudo peccati. In maliuolam animam non introibit sapientia, ait sapientissimus Salomon, neque habitabit in corpore subdito peccatis. Et necesse est iuxta Psalmistam, ut Deus auferat a nobis spiritum nostrum, spiritum tumoris, spiritum amoris proprij, spiritum propriæ uoluntatis, ut emittat ipse in nos desuper spiritum suum, & creemur, & renouemur, & noua in illo fiamus creatura. Et qui serio uolunt amico antiquo reconciliari, quem ablatione alicuius castri, aut oppidi læserunt, ab intermissione uiolentæ illius possessionis reparationem læsæ amicitiæ auspicantur. Vnde & Samuel populo Israelitico ad subitam tempestatem timore perterrito propter peccatum, quod petendo regem admiserant. Nolite, inquit, timere. Vos fecistis uniuersum malum hoc, ueruntamen nolite recedere atergo domini. Quasi dicat, ait Gregorius. Si peccare desinitis, ad obtinendam commissorum ueniam peruenire citius potestis. Vnde & Ambrosius referente magistro

1. Reg. 12
Gre. 5. in Reg. c. 2
Amb. i ep.

ad Corint. in. d. 14. dicit ueram pęnitentiam esse cessare a peccato, & Lactantius laudat C
Lactātius. eos qui pęnitentiam dicunt esse resipiscentiam. Cum uero patres cessationem a peccatis primum eorum, quæ continet sacramentum pœnitentiæ dixerunt, non qualicunque peccatorum intermissioni eum locum dedisse existimandi sunt, sed intermissio ni liberæ, humanæ, uoluntariæ, & quæ non tantum cessatio sit a præteritis & quędam uelut expletio, & terminatio eorum, sed & quies perfecta & continentia a nouis quibuscunque peccatis. Non enim is dicitur cessare a peccatis, qui aliqua peccata expleuit, & peregit, se qui quiescit, & se continet ab adiectione nouorum peccatorū, & a pręteritorum continuatione. Et huc respexit Gregorius cum pœnitentiam uere agere dixit, qui non solum commissa flet, sed iterum plangenda declinat. Et iterum. Pœnitentiam agere est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, pœnitentiam agere, aut dissimulat, aut ignorat. Et alibi admonet flendo inaniter se lauare, qui culpas post lachrymas repetunt, & quas reliquerant, sordibus se rursus nequiter inquinant. Et in epistola ad Theotistam patriciam anathematizasse se dicit quosdam, qui inter alios errores asserebant peccata superficie tenus, & non penitus, nec in totum sacramento fidei, quod est Baptismus dimitti, & pęnitentiam de quolibet peccato triēnio esse agendam, & post in uoluptatibus uiuendum. Et in utroq; istorum locorum, illis, qui D sic prioris uitæ pœnitentiam agunt, ut a peccatis non cessent, pulcherrime aptat illa, Canis reuersus ad uomitum, & sus lota in uolutabro luti. Nec nō & illud. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Quoniam uero non qualiscunq; cessatio a peccatis laudi ducitur, sed ea duntaxat, quæ ex proposito, & firma animi deliberatione proficiscitur, & cessatio a peccatis ab eorum detestatione est distincta, sub cessatione a peccatis propositum cauendi de cætero peccata comprehensum esse a patribus hoc loco crediderim. Et ita esse hāc particulam exponendam, his possumus argumentis suadere. Hic primus gradus ad reparationē lapsi est, non tantum nullam in corde peccandi intentionem retinere, sed & propositum habere firmum omne peccatum deuitandi. Et tunc uere cessatur, & receditur a peccatis, cum præterita per complacentiam non retinentur, & a præsentibus & futuris animus per eorum odium est disiunctus. Deinde. Nulla humana uia recedendi a peccatis apparet, nisi uel per eorum detestationem, uel per propositum ea semper cauendi. Cum ergo, ut manifestum est, cessationem a peccatis patres discreuerint a destatione ipsorū, absque dubio sub cessatione a peccatis propositum cauendi peccata posuerūt. Adhæc. Extra controuersiam est, propositum cauendi peccata computari debere inter partes sacramenti pœnitentiæ. Nam & in Concilio Florentino, ut cap. 15. diximus, inter eas ponitur, licet sub contritione connumeretur. Et manifestum est necessariū id esse, ut quis legitime absoluatur, & multo magis requisitum esse ad perfectam absolutionem a peccatis quam satisfactionem

Greg. epi. 34. & ho. 34. ī Euā.

Pasto. 3. par. c. 31

Lib. 9. ep. 39.

Pro. 26. et 2. Pet. 2

Eccl. 34

Cessatio a peccatis propositū ea cauēdi cōprehendit.

Arg. 1

Arg. 2

Arg. 3

A factionem pro ipsis. Vnde & cap. 6. propositum seruandi mandata connumeratum est inter alias dispositiones necessarias ad iustificationem impij. Quare cum uerisimile nō sit, dispositionem adeo necessariam ad reparationem lapsi silentio hic fuisse omnino preteritam, dubitandum non est, quin eam sub cessatione a peccatis comprehenderint patres quandoquidem sub nulla alia parte commodius comprehēsa dici potest. Atq; ita. s. Tho. in expositione uerborum, quibus Ambrosius asserit ueram pœnitentiam esse cessare a peccato, cessationem a peccatis dicit non dicere simplicem negationem peccati, quia qui intermittit actum peccati non dicitur cessare a peccato, sed cessare a peccato proprie dicitur, cui peccatum displicet, & peccatum dimittere intendit. Et cum magister citasset ex Ambr. ueram pœnitentiam esse cessare a peccato, ne qualiscunque cessatio a peccato, uera pęnitentia existimaretur, mox subiecit in. 4. d. 14. Pœnitentia est uirtus, qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus, & plangenda ulterius committere nolumus. Et ibidem allegat Amb. alibi dicentem. Pœnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Tho. in 4. d. 14 Amb. i ser. qua drag.

De detestatione peccatorum. Cap. XVII.

SEcunda pars, quam patres sacramento pęnitentiæ assignarunt, est detestatio peccatorum. Et hæc uel in primis necessaria est ad reparationem lapsi. Hoc quippe uno modo atque adeo certissimo abijcere a nobis possumus morbos spiritales peccatorum nostrorum, si displiceāt, quæ ma B le placuerunt. Et hunc affectum a nobis exigebant Christus, Apostoli, prophetæ, & sancti legis doctores cum peccatores in locis supra citatis ad pęnitentiam peccatorum hortabantur. Et quanquam hic mentis affectus, quo mētem a peccatis admissis reuocamus, detestatio peccatorum hoc loco appellatur, tamen despiciendum non est communius in schola contritionis uocabulū. Nam statim patres cor, quod detestatur peccata, cor contritum uocauere. Ea uero ratione, cōmuniori hoc detestationis nomine usi uidentur, ne attritionem, quæ imperfectus est dolor de peccatis, a partibus pęnitentiæ uiderentur excludere. Et in usu est contritio, non tantum apud scholasticos autores, sed & in translatione communi scripturæ & apud graues & antiquos Ecclesiasticos doctores. Eoq; utuntur per sępe Gregorius, Bernardus, Cassianus, & Augustinus. Et non sine causa apud scholasticos non qualiscunque dolor de peccatis, sed perfectus tantum, & sufficiens ad iustificationem contritio dicitur. Sic usurpare uidetur Grego. 3. par. Pasto. ca. 31. Quid etiam uiribus opus est, ait Chrysostomus cum cor conterere debeamus? Et Casiodorus ait. Nescit dominus differre, si corde contrito doleamus. Et Psalmista dicit. Cor contritum, & humiliatū Deus non despicias. Sed ex antiquis doctoribus in Aug. sæpius memini me legisse hoc uocabulum, neq; sua ipsius, sed scripturæ autoritate eo fuisse sic usum, hinc poterit liquere. In psalmum. 74. sic scribit. Scriptum est. Prope est dominus his, qui obtriuerūt cor. Tritura cordis, pietas, humilitas. Qui se conterit, irascitur si- Cassia. col. 20. ca. 7. Aug. li. de pœnitētia. Chry. de cōpū. cor. In Psalmū ad dñm cū tribu. Psal. 50 Aug.

bi. Se habeat iratum, ut illum habeat propiciũ, se habeat iudicem, ut illum C
Ps.146 habeat defensorem. Et in illa uerba, Qui sanat contritos corde. Qui cor nõ conterunt, non sanantur. Atque ubi ostendisset quid sit conterere cor ex il-
50. lis uerbis, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ Deus non despicies, subnectit. Qui obtriuerũt cor? Humiles. Qui non obtriuerũt cor? Superbi. Contritum sanabitur, elidetur elatũ. Adhoc enim forte eliditur, ut contritum sanetur. Et post pauca, temporalibus, ac medicinalibus sacramentis alligari ostendit contritiones nostras, ut possimus peruenire ad plenißimam firmitatem, qua consolidabitur, & reparabitur plene, quod fractum & alligatum est. Atque ipsa nimirum attritionis & contritionis etymologia hoc poscit, ut imperfectus dolor de peccatis attritio nominetur, contritio uero, non nisi perfectus. Atteri enim quid dici potest cum in frustula teritur, & diuiditur, conteri uero non nisi adeo perfecte cõfringatur, ut pene in pulueres redigatur. Omißis autem his, quæ ad nomen duntaxat spectant, duplex de re est hic nobis controuersia cum Martino
Errores. 2 Luth. Luthero. Quippe inter alia, quæ a fide & a lumine naturali aliena docuit, duo quoque his aduersantia asseruit. Alterum, non esse hunc affectum necessarium ad iustificationem peccatoris, sed sat esse nouam uitam inchoare. Alterum nomine pœnitentiæ, non detestationem præteritarum culparum, sed nouam uitam in Scripturis intelligi. Optima, inquit, pœnitentia noua uita. Et metanœa Græce, quam nos resipiscentiam appellamus, hoc tantum significat, quod ad uerbum reddendo, transmentatio, hoc est mentis mutatio. Ac propterea ad pœnitentiam infert, hoc solum exigi, ut qui propositum malum habuit, habeat bonum in futurum, nulla habita ratione præteritorum pœnitudinis secundum illud Pauli. D
Gala.6 In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed noua creatura. Possuntque ista uideri in articulo. 1. suarum assertionum contra bullam Leonis. 10. Sed quæ rogo
Arg. 1 te Luthere, nouæ uitæ inchoatio potest esse, ubi nulla subest antiquę displicentia? Quod propositum potest habere bonum in futurum, cui non displicent, quæ mala habuit in præterito? Quis statum, in quo prius erat, mutat, nisi aliqua illius teneatur displicentia? Quis poßit nouum hominem induere, nisi prius ueterem exuerit? Quomodo ad eum, qui ultra nos, & supra nos est, uenire, & appropinquare possumus, nisi a nobis ipsis deficia-
2. Cor. 6 mus, & nos ipsos per cordis contritionem ei mactemus? Quæ participatio, clamat Paulus, iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christo ad Belial? Si ergo iustitiam, si lucem, si Christum in nobis habitare uolumus, necesse est iniquitatem, & tenebras peccatorũ ac dęmonem ipsum a nobis procul prius abijciamus. Quæ quidem semel consensu & sponte nostra a nobis admissa, non est quomodo a nobis expellamus, nisi per dissensum auersionem, & detestationem. Nam natura & nostra & affectuum nostrorum, hęc est, ut tandiu nobis hæreant, quę semel placuerunt, quandiu nullo ab eis odio, aut displicentia dimouemur. Et si

A qua semel approbauerimus, ea tandiu censemur probare, & firma & rata esse uelle, quandiu non ea melius cogitantes reprobamus, aut retractamus. Sed metanoeam dicit Lutherus mentis esse mutationem, aut resipiscẽtiam. Quam, sententiam confirmare possumus ex Tertuliiano dicente. In Graeco sono poenitentiae nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est. Atqui, uel hoc ipso cogi potest, ad poenitentiam odium prioris uitae requisitum asserere. Quae nanque mentis sit uera mutatio, ubi non ea displicent, quae prius placuerunt? Quis mutatum a priori affectu dicat, cui placet hactenus aliena compilauisse, sed in futurum decernat nihil tale patrare? Non satis est profecto ad ueram mutationem priorum affectuum, longe alios in futurum habere. Nam uera mutatio transitus est, sicut philosophi dicunt, & docent, ab uno in alterum contrarium. Nulla uero contrarietas est inter complacentiam ante acti alicuius peccati, & propositum non illud committendi in futurum. Nam contraria sibi inuicem repugnant, & se mutuo expellunt. Haec autem passim stant simul. Vnde & Tertul. paulo ante citata uerba dicit poenitentiam in Deo nihil aliud esse intelligendam, quam simplicem conuersionem sententię prioris. Deinde. Naturale ius apud omnes quantuncunque Barbaras nationes hoc exigit, ut facti nos nostri poeniteat, si redire uelimus in gratiam eius, quem laesimus. Neq; reconciliari cuipiam possumus, nisi nobis quam ei intulimus, offensa displiceat. Qua igitur fronte Dei gratiam quis ambiat, quo pudore in illius

Tert. 2. in Marc.

Arg. 2

B gratiam reuerti postulet, si non ante omnia acerbum, & amarum ei sit, ipsum reliquisse, in ipsum peccasse, ipsique perfidum, & ingratum extitisse? Sed testimonijs eum scripturae urgeamus, ut qui lumini naturali non credit, credat saltem scripturis, ad quarum unum testimoniũ semper nos prouocat. Et quoniam non negat quidem Lutherus, poenitentiam necessariam esse ad lapsi reparationem, sed eam dicit esse nouae uitae inchoationem, & non prioris detestationem, illa duntaxat in eum proferam testimonia ex quibus constare potest, poenitentiam a deo requisitam ad iustificationem peccatoris, detestationem esse, seu odium admissorum ante peccatorum. Enimuero Ioannes utrunque affectum a uenientibus ad suum Baptismum exigebat, cum ad poenitentiam & fructus dignos poenitentiã eos hortabatur. Vnde & Chry. ut confirmaret uerba Ioannis, & ostenderet nulli sufficere aquam solam Baptismi, nisi praecedat dolor de peccatis, testimonia inducit Dauidis & Esaiae. Hic enim cum dixisset, lauamini, mundi estote, statim adiunxit. Auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, quod quidem fit per dolorem de ipsis. Et ut intelligas aliud hoc esse a proposito nouae uitae, mox & hoc quoque requisiuit dicens. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Dauid item cum dixisset, Asperges me domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor, continuo addidit. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Vt discerent uidelicet, qui uere discipuli ipsius essent,

Arg. 3

Matth. 3

Chry. ho. 3. in mat.

Esa. 1

cum spiritu contrito,& gemitu cordis ad Baptismum uenire. Quod si ad C
Baptismum hic dolor de peccatis necessarius est, multo magis requiretur
ad suscipiendum sacramentum pœnitentiæ,& reparationem lapsi. Enimue
Ezech.18 ro Ezechiel apertissime pœnitentiam ab obseruantia mandatorum distin-
xit illis uerbis. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis,quę
operatus est,& custodierit præcepta mea,& fecerit iudicium, & iustitiam,
uita uiuet & non morietur. Cur adiecta sunt illa uerba,& custodierit man-
data mea,& fecerit iudicium & iustitiam,nisi ut hæc a pœnitentia distinguā
tur? Et ut hoc manifestius esset, quod his uerbis nomine pœnitentiæ ex-
presserat, mox auersionis nomine repetit subiungens. Et cum auerterit se
impius ab impietate sua,quam operatus est,& fecerit iudicium, & iustitiam
ipse animam suam uiuificabit. Considerans enim & auertens se ab omni-
bus iniquitatibus suis,quas operatus est uita uiuet, & non morietur. Certe
quamuis pœnitentiam asseueret Lutherus nullum dicere respectum ad præ
teritum, de auersione non potest hoc in controuersiam poni. Siquidem a-
uersio nihil aliud est,quam displicentia,seu odium uel dissensus ab his,qui-
Hier.18.31 bus ante adhæsimus,& consensimus. Hieremias etiam clarissime ista distin
xit,& simul ad reparationem lapsi requisiuit,dicens Reuertatur unusquisq;
a uia sua mala & dirigite uias uestras,& studia uestra. Et alibi. Statue tibi spe
culam,pone tibi amaritudines,dirige cor tuum in uiam rectam. Et in seipso
hoc modo agendam pœnitentiam expresit. Postquam conuertisti me,egi
pœnitentiam,inquit,& postquam ostendisti mihi,percussi cor meum. Cō D
fusus sum,& erubui,quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Et
Aug. cōcio hanc confusionem necessariam esse peccatori Augustinus aperte tradidit
ne.1.Ps.30 his uerbis. Hanc confusionem non formidet Christianus, immo si hanc
non habuerit,habebit æternam. Et significantissime,ut intelligeremus hanc
confusionem,& cordis amaritudinem de peccatis nostris a nobis exigi,cū
pœnitentia a nobis requiritur, non contentus fuit dominus nos hortari
Ioelis.2 per Ioelē,ut ad se conuerteremur,sed ait. Conuertimini ad me in toto cor
de uestro,in ieiunio,& fletu,& planctu,& scindite corda uestra, & non ue-
stimenta uestra. Nunquid sine dolore de admissis peccatis potest esse fletus,
& planctus? Nunquid absque compunctione de prioribus culpis potest
Esa.5 scindi cor? Et cū Esaias dicit,Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus
cogitationes suas,& reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, an non
palam indicat,necessarium esse auerti a priori uia,& a prioribus cogitationi
bus,ut quis inueniat misericordiā apud Deum? Quis autem relinquit prio-
rem uitam,nisi qui ab ea auertitur,& quam in ea habuerat complacentiam
tota animi deliberatione reuocat,& reprehēdit? Quo modo & Deum dici
Eccl.17.c tur relinquere,qui ab eo,uel a suis præceptis auertitur. Atque hæc Ecclesia-
sticus uidetur exposuisse illis uerbis. Conuertere ad dominum, & relinque
peccata tua,precare ante faciem Dei,& minue offendicula. Nam ut illa uer-
ba,Relinque peccata tua,ad præterita referremus, adiecit respectu futuro-
rum.

A rum. Et minue offendicula. Et ut non quomodocunque peccata prǽterita relinquenda esse sciremus, sed odio, & detestatione ipsorum, mox subiunxit. Reuertere ad dominum, & auertere ab iniustitia tua, et nimis odito execrationem. Et ex ipsis prædicationis Ioannis Baptistæ, & Christi primordijs hunc errorem possumus reuincere. Non enim contenti fuerunt illi auspicatissimo, iucundissimo, et nunquam ante audito pdicationis principio. Pœnitentiam agite. Appropinquauit enim regnum cœlorū. Vt intelligeremus aliud esse pœnitentiam, & aliud nouam uitam, & utrunq; esse ad salutē necessarium, exigebat Ioannes a uenientibus ad se prǽter pœnitentiam, etiā fructus dignos pœnitentiæ, hoc est legitimos, & idoneos, & qui aperte testarentur, uere eos resipuisse, & pristinæ uitæ pœnitentia teneri. Christus uero fidem Euangelij, & obseruantiam mandatorum. Et Petrus utrunq; imitatus, statim in exordio suæ prædicationis post aduentum spiritussancti, pęnitentiam a nouæ uitæ inchoatione discreuit, & utrunq; requisiuit a Hierosolymitis, cum compunctis illis corde, & rogantibus, quid facerent, respondit. Pęnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrū &c. Et mox adiecit. Saluamini a generatione ista praua. Et iterum. Pœnitemini, & conuertimini, ut deleantur peccata uestra. Et ut intelligas in uerbo ,, Pœnitentiam agite ,' detestationem peccatorum a Petro fuisse requisitam , audi quemadmodum Gregorius hæc uerba exaggeret. Dicturus, inquit, Baptisma, pręmisit pœnitentiæ lamenta, ut prius se aqua suæ afflictionis infunderēt, & post modum sacramento Baptismatis lauarent. Qua ergo mente qui transactas culpas flere negligunt, uiuunt securi de uenia, quando ipse summus pastor Ecclesiæ huic etiam sacramento addendam pęnitentiam credidit, quod peccata principaliter extinguit? Manifestissimum insuper est pro hac ueritate testimonium Ioannis Euangelistæ. Inter alia quippe ex mandato Christi ad angelum Ephesi scribit. Memor esto unde excideris, & age pęnitentiam, & prima opera fac. Si pęnitentia non est dolor de præteritis, quorsum admonebatur meminisse, unde excidisset? Si pęnitentia tantum est nouæ uitæ inchoatio, sine causa post illa uerba, Age pœnitentiam, adiecit & illa. Et prima opera fac. Et si non esset necessaria admissi mali detestatio, ut uere discederemus a peccatis, non quereretur Deus per Hieremiam, nullum esse qui agat pœnitentiam super peccato suo dicens, quid feci? Quid enim pœnitentiæ derogaret leuia existimare peccata, si pœnitentia non est dolor de peccatis admissis, sed tantum inchoatio nouæ uitæ? Nec perinde fuisset opus, ut sæpe, & magnopere & scriptura, & sancti doctores nobis exaggerarent grauitatem, & maliciam peccatorum, & damna ex eis consequentia, & bona quæ nobis auferunt, & pœnas, quibus nos addicunt, si non est necessarius dolor de peccatis. Nam illa omnia eo præcipue tendunt, ut nobis acerba, & amara faciant ipsa peccata, atq; ea amaritudine ad dolendum de ipsis, & ea uehementer lugenda, & deploranda trahamur. Vt tamen perspicuum sit, non solum scripturis, & lumini naturali aduersari hunc erro-

Mat. 3. et 4

Marc. 1

Act. 2

Gre. 3. pte Past. c. 31

B

Apo. 2. b

Hiere. 8

rem, sed etiam perpetuo catholicae Ecclesiae consensui, subijciam aliquot C
doctorum Ecclesiae testimonia exigentium a peccatoribus dolorem, &
Cyp. ser. 5 de lapsi. compunctionem de suis peccatis. Cyprianus lapsos quosdam, qui fidem redintegratam, & reuersionem ad Deum satis sibi esse ad indulgentiam crederent, hunc in modum alloquitur. Agite poenitentiam plenam, dolentis, ac lamentantis animi probate moestitiam, neque uos quorundā moueat, aut error improuidus, aut stupor uanus, qui cum teneantur in tam grandi crimine, percussi sunt animi caecitate, ut neque intelligant delicta, neque plangant. Et cum multis, & grauissimis uerbis eos uitare admoneat, qui sicut nunc facit Lutherus, ista docuerant, tandem subdit. Qui poenitentiam criminis tollunt, satisfactionis uiam praecludunt. Ita fit ut dum temeritate quorundam
Amb. promittitur salus falsa, uel creditur, spes uere salutis adimatur. Ambrosius. Qui agit penitentiam non solum diluere lachrymis debet peccatum suum, sed etiam emendatioribus factis operire, & tegere delicta superiora, ut non
Hiero. ei imputetur peccatum. Hiero. Tunc peccatorum salus incipit, cum quis ue
Aug. de poeni. me. c. 5. raciter pro delictis ingemiscit. Augustinus saepe eisdem omnino uerbis, quibus scholastici, dicit necessariam esse praeteritorum peccatorum poenitentiam, etiam ad inchoandum nouam uitam per Baptismum. Et supra multa illius testimonia in hoc propositum citauimus. Sed ad reuincendam Lutheri ignorantiam haec in praesenti poterunt sufficere. Quaerit alicubi, quid Dauid obtulit domino, ut illum propitiaret sibi. Et ipsum ait, hoc explicuisse illis uerbis Quoniam si uoluisses, sacrificium dedissem utique, holocaustis nō D
delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus cor contritum, & humiliatum Deus non spernit. Et ut intelligamus idem prorsus censendum esse de nostra penitentia, & eadem nos offerre oportere, si uelimus Deum placare, mox addidit. Non solum ergo deuote obtulit, sed etiam ista dicendo, quid offerri oportebat ostendit. Non enim sufficit mores in melius commutare, & a factis malis recedere, nisi etiam de his, quae facta sunt, satisfiat Deo per penitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis, Beati enim misericordes, quoniā
Ecc. 21. a ipsorum miserebitur Deus. Non enim dictum est, ut tantum abstineatis a
Gre. 3 par Pasto. c. 31 peccatis, sed & de praeteritis deprecare dominum, inquit, ut tibi dimittant. Idemque statim confirmat autoritate utriusque principis Apostolorum. Gregorius ex professo contra hunc errorem spiritusancto inspirante sic loquitur. Admonendi sunt, qui admissa deserunt, neque tamen plangunt, ne iam relaxatas aestiment culpas, quas etsi agendo non multiplicant, nullis tamen fletibus mundant. Neque enim scriptor, si a scriptione cessauerit, quia alia non addidit, & iam illa, quae scripserat, deleuit, & simili modo, nec qui contumelias irrogat, si solummodo tacuerit, satisfecit, cum profecto necesse sit, ut uerba praemissae superbiae, uerbis subiunctae humilitatis impugnet, nec debitor absolutus est, quia alia non multiplicat, nisi & illa, quae ligauerat, soluat. Ita & cum Deo delinquimus, nequaquam satis-

A facimus, si ab iniquitate cessamus, nisi uoluptates quoque, quas diximus, econtrario appositis lamentis insequamur. Et ut intelligas, rectissime patres in nostro decreto pro cessatione a peccatis, & eorum detestatione, sub disiunctione subiecisse. Aut cor contritum, & humiliatum, audi quomodo ibidem probet, neque satis esse cessationem a peccatis sine detestatione eorum, neque contra, sed utrunque requiri. Hinc, ait Psalmista. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicit. Quisquis enim peccata plangit, neque tamen deserit, cor quidem conterit, sed humiliare contemnit. Qui uero peccata iam deserit, neque tamen plangit, iam quidem humiliat, sed tamen corde conterere recusat. Et alias explicans affectus pęnitentis animae sic scribit. Plangit, quod fecisse se meminit. Displicet sibi qualem fuisse se recolit. Intentionem contra se dirigit, atque ad meliora animum accendit. Ac pulchra quadam allegoria docet, secundum hunc affectum, uitae uidelicet melioris desiderium, ex priore, nempe uitae antiquae displicentia, prodire. Et alibi ideo euersa domo Christum dixisse inueniri dragmam exponit, quia dum reatus sui consideratione perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris, quae peccando amittitur. Et illa uerba Ioannis, Quis demonstrauit uobis fugere a uentura ira, hoc modo exponit. Ventura ira est animaduersio ultionis extremę. Quam tunc fugere peccator non ualet, qui nunc ad lamenta pęnitentiae non recurrit. Anselmus in illa uerba Pauli, Lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pęnitentiam, uelut ex instituto huic errori his

Hom. 31 in Euang.

Hom. 34 in Euãg. Luc. 15

Hom. 20

Ansel. 2. Co. 12

B aduersatur. Agenda est pęnitentia omnibus, qui peccauerunt, quia non sufficit mores in melius commutare, & a factis malis recedere, nisi & de his, quae facta sunt, satisfaciant domino per pęnitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis. Subscribit & his in haec uerba Bernardus. Non sufficit peccatori continentia a peccatis, nisi etiam adsit pęnitentia. Et quid pluribus contra hunc errorem agamus? Ipsam uirtutem pęnitentiae, ipsam uim nominis pęnitentiae plane ignorat, qui credit pęnitentiam uere agi a quoquam posse citra detestationem, & odium admissi peccati. Quid tam proprium poenitentiae, quam, ut displiceant, & taedio sint, quae grata, & uoluptati fuerunt? Et quae illius uirtus, quae potestas, quis effectus, quam ut amarum sit nobis, reliquisse dominum Deum nostrum, & timorem illius non fuisse apud nos? Quid aliud poenitentiae uocabulum significat, quam retractationem quandam, & reprobationem, seu reprehensionem eius, quod prius sumus operati? Recte quidem Tertullianus. Omnis poenitentia confessio est delicti. Neque est profecto poenitentia, neque esse potest, nisi duntaxat respectu praeteritorum. Quis dicit, quenquam poenitere, nisi ingratum habeat, quod fecit? Quem poenitet peccasse, ait Seneca, pene innocens est. Et cum aliquem poenitere asserimus, his uerbis om-

Ber. ser. 2. 8. Pasch.

Ter. de carne Christi.

nes intelligunt, teneri eum aliqua eius, quod fecerit, pœnitentia. Et ut tandem finiamus, nonne scriptura dicit, agendum esse pœnitentiam peccatorum, quæ admisimus? Nonne hortatur, & requirit, ut agamus pęnitentiam de peccatis, quæ fecimus? Nonne hoc lucidissime petebat Petrus a Simone mago dicens. Pęnitentiam itaque age ab hac nequitia tua? Dicit igitur pęnitentia respectum ad præteritum. Nam de peccatis futuris nemo pęnitentiam agit, sed ne in ea incidamus obnixe semper, & solicite orare, & cauere debemus. Quis autem affectus potest esse, qui respiciat peccata præterita, & pęnitentia iure dici possit, nisi odium, & detestatio seu confessio eorum? Quare merito patres eum secundo loco inter partes pęnitentiæ numerarunt, neque ambigere quispiam debet, quin hic sit, quem scriptura pęnitentiam appellat, & a peccatoribus ubique requirit. C

Respondetur quibusdam, quæ Luthero uidentur in speciem fauere. Cap. XVIII.

Obiect.1 Resp.1 QVid est ergo, quod prouerbij uice ubique iactatur, Optima pęnitentia noua uita? Non negat prouerbium requisitam esse ad pęnitentiam detestationem male ante actæ uitæ, sed declarat, tum demum ueram esse detestationem, & pęnitentiam, qua de perperam prius factis dolemus, cum eo usque pertingit, ut noua sit deinceps uita, neque illis sordidemur uitijs, quibus nos obnoxios fuisse meremus. Oportet enim ueram pęnitentiam constantem esse, & stabilem, ac præterea bonorum operum feracem. Ad hæc. Si optima pęnitentia noua uita, non igitur optima est pęnitentia, donec mala prior uita displiceat. Nam quandiu animus ab ea non diuellitur, non dum ex toto noua uita est, quanuis alia sint iam opera, & studia, sed partim noua erit, partim uetus. Vnde & sancti doctores, & nominatim Gregorius, aliquando affirmant peccatores conuerti ad Deum, & relinquere, & abnegare semetipsos, & non manere in impietatis culpa, cum uitant, quod per uetustatem fuerunt, quia nunquam conuerti quis dicitur a priori uia, nec illam relinquere, nisi cum displicet. Dissimulare tamen nolo fortius quoddam argumentum quod pro Luthero fieri posset ex uerbis Pauli ad Corinthios. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pęnitentiam. Videtur quippe hic pęnitentiam, distinxisse a tristitia de pręteritis peccatis, & pœnitentiam appellasse nouam uitam, in quam erant per tristitiam de peccato commutati. Vnde, & statim subdit. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Et explicans quam pœnitentiam stabilem effectam esse in ipsis diceret a tristitia secundum Deum, ac uelut particulatim exponens, quod prius, in genere dixerat, mox adiecit. Ecce enim hoc ipsum contristari D

Resp.2 · Greg. ho. 33. in Euāg. · Obiect. 2 · 2. Co. 7. b

secundum

A secundum Deum quantum in nobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationẽ, sed timorem, sed desiderium, sed ęmulationẽ, sed uindictam. Vides, ut hanc ipsam nouam uitã pęnitentiam se prius appellasse demonstrat? Absit tamen a pijs mentibus, ut tanti erroris patronus credatur Paulus. Non sic nouit optimus Gentiũ doctor, confundere uocabula, & alterum pro altero ponere. Si nomine pęnitentię nouam uitam, quam mox expressit, intellexisset, quid attinebat pęnitentiæ meminisse? Cur nõ potius statim absque ulla circuitione bona illa commemorasset, quæ ex tristitia illa Deo grata prodierant? Sed uide Pauli ingenium, uide sanctam uafriciem, qua cunctos ad Christi, & sui amorem inescabat, uide & prouidentiam spiritussancti ubique quidem, præcipue uero in scripturis mirabilem. Vt intelligerent Corinthij, quam eis fuisset utilis tristitia, quam ex priore Pauli epistola acceperant, & ut in suis laudibus agnoscerent, quid deceret illos constanter retinere, commemorauit pęnitentiam, & septem alia bona, quæ ex ea secuta fuerant. Vt uero omnes edoceremur, feracissimam, & fęcundissimam bonorum operum esse ueram pęnitentiam, & necessariam eam esse ad nouam uitam, prius meminit pęnitentię, quam nouæ uitæ, quam in Corinthijs effecerat tristitia secundum Deum. Iam enim hic nos ipso uerborum ordine contra hunc errorem Lutheri communiebat spiritussanctus, dum docebat, tristitiam septem illa bona fuisse in Corinthijs operatam, quia prius effecerat, ut grauiter eis displiceret negligentia, quam admiserant

B non corrigẽtes incestuosum illum Corinthum paterni thori uiolatorem. Expressit etiam Paulus in illis septem bonis, quæ in eis præter pęnitentiam commendauit, stabilitatem, & constantiam, & quod Græce multo significantius dicitur, ἀμεταμέλητον ipsorum pęnitentiæ. Quamobrem alicubi Augustinus iuxta fidem cuiusdam uetustissimi codicis Longobardici pro uerbo stabilem, quod habetur in communi translatione, impęnitendã legit, exprimens scilicet ad uerbum, uocabulum, quo significantissime hic usus est Paulus. Quod uero tristitiam a pęnitẽtia discriminasse uidetur, theologicissime fecit Paulus. Nã tristitia de peccatis præteritis effectus est, & passio quędam consequens ex actu proprio pęnitentiæ, qui est nolle peccasse, seu nolle Deũ offendisse, tametsi quandoque, & ea ipsa tristitia, siue dolor, pęnitentia, nomine uidelicet suæ causæ, sicut concupiscentia carnis peccatum appellatur. Verum Paulus, nequis erret, non de hac tristitia hic agebat, quæ consequitur ex affectu, quo nolumus nos peccasse. Nam hæc effectus est, non causa pęnitentiæ, Illa uero tristitia, quam Paulus commendauit, & pęnitentiæ & illorum bonorum, quæ commemorata sunt, causa extitit. Egit igitur hic Paulus de tristitia, quam Corinthij uel ex obiurgatione ipsius acceperant, uel certe ex męrore, quo ipsum propter eos affectum esse intellexerant. Itaque nusquam in scripturis, & ne in hoc loco quidem, qui maxime Luthero uidebatur posse fauere, pęnitentia pro solo proposito, aut mutatione nouæ uitæ accipitur, neque tale propositum aut mutatio

Respon.

Aug. 10. de ciui. Dei c. 8

uitę sine detestatione peccatorum ad reparationē lapsi sufficere traditur. C

Detestatio peccatorum in præcepto est omnibus mortali peccato obnoxijs.

Cap. XIX.

FVerunt quidem non nulli & pij & doctissimi magistri inter catholicos, qui quanuis pro certo haberent, necessariam esse ad lapsi reparationem pœnitentiam, idest displicentiam de peccatis commissis, & detestationem eorum, haud quaquam tamen crediderunt præceptum esse aliquod speciale, quo peccatores ad eiusmodi pœnitentiam tenerentur. Et eos, qui absque pœnitentia suorum peccatorum moriebantur, damnari quidem, sicut statim contra Lutherum diximus, affirmabant pro alijs peccatis, non autem pro impœnitentia. Et quoniam sectatores erant, & studio
2.2. q. 14 sissimi doctrinæ sancti Thomę, illius se autoritate protegebant, qui propte
art. 2. & in rea probat, non esse peccatum in spiritumsanctum non pœnitere, quia non
2. d. 42 est nouum peccatum, sed circunstantia peccati. Verum eam ego opinionē.
Præcepta ut nouam, & inauditam, quod sciā ante illos inter scholasticos, ita semper
pctōribus periculosam existimaui, & cauendam. Et quoniam qui ante nos scripse- D
pniā. runt, præceptum quidem esse de huiusmodi pœnitentia constanter, & concorditer tradiderunt, sed illud firmare neglexerunt, ob id fortasis, quia certam, & indubitatam eam sententiam censuerunt, & operam suam in re nihil necessaria collocare nolebant, ne quispiam post hac communem hanc sententiam uertat in dubium, eam nunc firmis his, & ualidis argumentis
Arg. 1 comprobabo. Primo. Ex illis uerbis Christi, Nisi quis renatus fuerit ex
Ioā. 3. 4 aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei, omnes doctores colligunt, non solum necessarium esse Baptismum ad ingressum in regnum Dei, sed præceptum. Et hoc nos lib. 5. cap. 12. certum minimeque
Luc. 13 dubium fore diligenter ostendimus. Cur ergo non & similiter ex illis uerbis Christi ad peccatores, Nisi pęnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, colligamus pœnitentiam non tantum esse necessariam, sed etiam in præcepto? Nonne idem est uerborum tenor? Nonne idem pondus uerborum? Nonne similis utrobique, aut certe apertior, & rigidior in his quam in illis pœnæ æternæ comminatio? Profecto si neque ista uerba, neque illa, Pęnitentiam agite, satis sunt ad præceptum pęnitentiæ, non solū non erunt satis uerba statim citata ad credendum in præcepto esse Baptismum, sed
Ioā. 6 neque sufficient ad probandum præceptum Eucharistiæ illa similia uerba Christi. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, neque præceptum confessionis poterit probari ex illis uerbis. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Similia nanque omnia ista

A existunt, neque apertius ius, aut præceptum dicunt hæc quam illa. Et si non tenentur peculiari præcepto peccatores recuperare uitam, cum possunt per pęnitentiam, neque tenebuntur peculiari præcepto satagere, ut renascantur per Baptismum, aut ut remittantur sibi peccata per absolutionem sacerdotalem, aut ut acquirant, uel tueantur uitam per Eucharistiam. Immo si ita pergimus respondere, huiusmodi uerba significare quidem necessitatem pęnitentiæ, sed non præceptum, magnam fenestram aperiemus ad eneruanda, & inualidanda multa præcepta diuina, quæ apud omnes catholicos recepta, ut præcepta sunt. Non enim strictius, neque seuerioribus uerbis illa nobis traduntur, & commendantur, quam in statim citatis exigitur, ab omnibus peccatoribus pęnitentia. Si adiectio, ut omnes fatentur, pęnæ mortis, siue temporalis, siue æternæ signum est certum præcepti diuini in sacris literis, & adiectio pęnæ excommunicationis indicat præceptum pontificium in iure canonico, & pęna capitis præceptum arguit principis in iure Cæsareo, cur ambigamus pęna illa formidandi interitus, bis eodem in loco repetita, significasse Christum præceptum se inuulgare pęnitentiæ? Et quibus rogo uerbis manifestius nobis uelut rem præcepti potuit pęnitentiam indicere, si neque hæc uerba, neque illa, Pęnitentiam agite. Appropinquauit enim regnum cęlorum, satis sunt, ut credamus eam nobis illum præcepisse? Nouo sane genere, & alias in scripturis inusitato oportuit illum uti, ut crederent eam esse nobis

B in præcepto, quibus neque his tam manifestis id ita esse persuadetur. Certe Petrus & Paulus conuersis ex Iudæis, & Gentilibus in initio prædicationis Euangelij perinde pęnitentiam ut necessariam tradebant, ac Baptismum, & fidem, neque inter hæc discrimen ullum faciebant. Quare & intellexisse uidentur, & nobis non obscure significasse hæc tria non solum ut necessaria, sed ut præcepta nobis esse tradita a Christo. Deinde. Non solis iustis, sed & peccatori cuicunque roganti, cum adolescente Euangelico, Quid faciendo uitam æternam posidebo, respondere possumus, quod Christus illi respondit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Sunt enim illa omnibus sufficientissima ad salutem. Et magna omnino esset mandatorum Christi insufficientia, & imperfectio, si sufficeret quidem iustis eorum obseruantia ad uitam, non autem peccatoribus. Cum igitur certum sit, ut & illi, in quos pugnamus, fatentur, necessariam esse ad salutem omnibus peccatoribus pęnitentiam, & neminem ex eis posse citra illam saluari, cogimur eo ipso credere omnibus ipsis etiam esse præceptam. Nihil quippe dari poterit, quod sit ad uitam necessarium quin sit etiam a Deo præceptum. Et absurdum est concedere, Deum optimum, & prouidentissimum legislatorem tam parum statui peccatorum in sanciendis præceptis consuluisse, ut nullum dederit præceptum, per quod posint illi saluari, & magnam, immo maximam partem Christianorum in eo

[Margin: Act. 2. 3. et 20. — Arg. 2 — Matt. 19]

esse statu, ut etiam si seruent omnia mandata diuina peruenire non pos- C
Arg.3 sint ad uitam. Præterea. Grauiter reprehenduntur peccatores in scriptu-
ra de impœnitentia, grauiter & significatur Deus per eam offendi, at-
2.de uisi. que illa nonnunquam probro magis datur ipsis quam alia peccata. Vnde
inf.5.5 & illud Aug. prouerbij iam uice inualuit. Humanum est peccare, diabo-
Psal.4 licum perseuerare. Et Dauid dicit. Filij hominum usquequo graui cor-
Proue.6 de? Et Salomon. Vsquequo piger dormies? Quando consurges de
somno tuo? Et sapientiam alicubi asserit omnes peccatores & insipientes
uocare ad correptionem suam, & de impœnitentia, & negligentia eo-
rum indignatam dicere. Quia uocaui, & renuisti, extendi manus meas,
& non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & incre-
pationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo, & sub-
sannabo cum uobis id, quod timebatis, aduenerit. Nunquam sic sapien-
tia loqueretur, si non esset culpabile, & graui reprehensione dignum uo-
cante Deo nihilominus impœnitentem in peccato persistere. Sed & per
Hiere.5.c Hieremiam ad auersos a se Israelitas loquitur dominus. Conuertimini fi-
lij reuertentes. Et hoc grauius indicat sibi esse, quod nollent conuerti, &
ad uocationem suam resipiscere quam alia eorum, tametsi grauia pecca-
3 ta. Frons, inquit, mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.
Et paulo post. Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic con-
c.5 tempsit me domus Israel. Et rursus hanc eorum duritiam incusat idem
propheta dicens. Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & re-
nuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas super terram, & D
noluerunt reuerti. Et alibi angelos introducit de hac eorum duritie gra-
uiter commotos, & dicentes. Curauimus Babylonem, & non est sana-
Ezech.3.b ta, uenite relinquamus eam, & eat unusquisque in uiam suam. Et ad Eze-
chielem loquitur dominus. Domus Israel noluit audire te, quia nolunt
Hier.29.b audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde.
Et hoc est, quod alibi solicitudinem suam paternam commendans, & du-
ritiem Hierusalem exaggerans, de nocte surrexisse se dicit, & misisse se ad
eam prophetas, neque tamen ad eorum prædicationem fuisse conuersam.
Matt.23.d Et apertissime hoc illius grauissimum peccatum redarguit Christus il-
lis uerbis. Quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum galli-
na congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Et quanquam quibus hæc
omnia obijciuntur, non solum non pœnitebant, sed perseuerabant in suis
peccatis, & peccata peccatis adijciebant, tamen hoc pro nobis facit, quod
non solum de iteratione peccatorum, sed & de impœnitentia accusantur.
Hoc quippe minime fieret, si non & ipsa peculiare peccatum esset, & con-
Arg.4 tra aliquod peculiare præceptum. Tanto etiam grauius, ut in aperto est,
unusquisque ex peccatoribus delinquit, quanto magis pœnitentiam pro-
crastinat. Aliquod ergo est præceptum, ex cuius transgressione ipsa diu-

A urnior pænitentia aggrauatur. Et uide, si non hoc nobis perspicuum fecit ille admirabilis pęnitentiæ prædicator dum peccatoribus omnibus loquitur. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pęnitentiam te adducit? Et ut intelligeremus non impune eam procrastinationem futuram, sed cum ipso tempore, & culpam peccati, & pęnam ei respondentem increscere, statim subdit. Secundum autem duritiam tuam, & impęnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Thesaurizas, inquit, quia uere ad instar thesaurizantium, culpas suas, & pęnas in dies singulos augent, qui in eorum impęnitentia perseuerant. Vnde Grego. Quia homo deserere malum non uult, ut uiuat, auget, unde moriatur. Et paulo ante ista per hoc peccatorem asserit mala sua ad reatum augere, cum reuerti nō uult spacio temporis accepto, per quod ea delere potuisset, si conuerti uoluisset. Et alibi hoc ipsum Apostolus declarauit exaggerans illa, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, Adhortamini, iquit, uos metipsos per singulos dies donec hodie cognominatur, ut non obduret quis ex uobis fallacia peccati. Et ut sciamus eam obdurationem, nouas, atque adeo formidādas pęnas nobis accumulare, mox subdit. Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeūdi in requiē eius, existimetur alijs ex

Ro. 2.

Greg. ho. 11. in Eze.

B nobis deesse. Insuper. Ex sententia omnium catholicorum, & eorum ipsorum, quos modo impugnamus, obstinatio in peccato nō solum nouum, & peculiare peccatū est, sed usqueadeo graue, ut a plærisq; doctoribus una credatur esse species peccatorum in spiritumsanctum. Estq; hoc apud omnes receptum de obstinatione in peccato, quanuis esset absq; iteratione peccati admissi, & sine complacentia in ipso, & duntaxat hic affectus esset, quē uerba ista exprimunt, Nolo pęnitere. Si igitur peccatum est speciale nolle pęnitere, erit nimirum contra aliquod speciale præceptum. Nam si præceptum non est de pęnitentia, neq; erit peccatum nolle pęnitere. Omne quippe peccatum contra aliquod præceptum est. Et quantuncunq; bonū sit uirginitas, quantuncunque etiam sanctus sit status religiosorum, nullum peccatum est de se, nolle seruare uirginitatem, aut nolle esse religiosum. Neque quispiam reprehenderet dicentem se nolle ieiunare, si nullo ille adstrictus esset præcepto ad ieiunium. Vel hoc igitur quod non audent excusare peccatorem dicentem deliberate, Nolo pęnitere, admoneri debuerunt esse absque dubio aliquod præceptum, cui illa aduersatur obstinatio uoluntatis. Item. Apud omnes catholicos inconfesso est præceptam esse omnibus correctionem fraternam, & nouum peccare peccatum, qui cū commode possit, nō satagit proximum ab statu peccati mortalis eripere. Vnicuiq; siquidem mandauit Deus de proximo suo. Cunq; Christus posuerit pro nobis animam suam, & nos debemus, sicut dicit Ioānes, pro fratribus animas ponere. Et saltem prælatos manifestū est, strictissime ad hoc obligari. Ad eos quippe intonant illa uerba Dei per Ezechielem prophe-

Arg. 5.

Arg. 6.

Eccl. 17. b

1. Ioan. 3

Ezec. 3. d tam. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo C
uerbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morie-
ris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris, ut auertatur a uia ſua impia,
& uiuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de
Greg. manu tua requiram. In quæ uerba Gregorius. Sanguis morientis de manu
ſpeculatoris requiritur, quia peccatum ſubditi, culpa eſſe præpoſiti, ſi tacue
rit, reputatur. Quare cum nemo teneatur plus alios ſaltem in ſpiritalibus di
ligere, quam ſeipſum, neque ueriſimile ſit ſtrictius a nobis Deum requiſiſſe,
ut curemus commoda aliorum ſpiritalia quam noſtra, concedendum erit,
& nos quoque teneri ad exhibendam nobis hanc pœnitentiæ medicinam
ſaluberrimam, & per eam reparandos noſtros lapſus, et morbos ſpiritales.
Idque tanto arctius credendum eſt nobis eſſe impoſitum, quanto carior de
bet eſſe noſtrarum animarum ſalus, quam aliarum, et quanto nobis facilius
poſſumus ſubuenire, quam alijs. Quod ſi grauius peccaret cæteris paribus
ſuam negligens ſalutem corporis, quam alterius, ſicut & grauius peccat ſe
quam alium, quem ſcit eſſe in peccato, occidēs, & ſaltem hoc omnibus cer
tum eſt, non arctiori nos præcepro adſtrictos eſſe ad curanda, quæ ſalutis
ſunt corporis aliorum, quam quæ noſtri, quare ita Deum putemus deſpe-
xiſſe animas noſtras, cum ſunt in peccato, ut plus nos obligarit ad curan-
dam, omni ui, & ope noſtra ſalutem ſpiritualem aliorum quam noſtram,
immo, quod intolerabilius eſt, ad curandam ſalutem aliorum adſtrinxerit,
de curanda uero, & obtinenda ſalute noſtra nullum præceptum nobis de- D
Arg. 7 derit? Adhæc. Non minus, ſed certe magis tenetur quiſque diligere ſalutem
ſuæ animæ, & non negligere quæ ad eam neceſſaria ſunt, quam teneatur di
ligere ſalutem ſui corporis, & non negligere, quæ ad impediendam mor-
tem corpoream prorſus neceſſaria eſſent. Quanto melior eſt anima quàm
corpus, tanto grauius peccatum animabus laborantibus eleemoſynas ſpi-
Chry. ho. ritales non præſtare quã corporibus corporales, ait Chry. Sed certum eſt
55. ĩ Matt. peccare mortaliter, qui cum facile, & commode poſſet, non euitaret mor-
tem corporis. Ergo multo certius eſt, & eum quoque peccare grauiſsime,
qui cum uideret ſe propinquum morti, & per fidem ſciat in æternũ ſe peri-
turum, & gehennalibus flammis ſtatim addicendum, niſi ſuorum peccato-
rum pęniteat, tamen ne his quidem omnibus adducitur, ut de illis doleat.
An non hæc eſt multo maior, & exitialior negligẽtia, quam ſi negligat co-
medere, qui aliter tueri uitam corporis, aut reparare morbum incurabilem
non poteſt? An non grauius malum mors ęterna corporis, & ſpiritus, quã
temporaria ſolius corporis? Quis credat Deum, qui ſpiritus eſt, & ſpirituũ
dilector, ſtrictius iuſsiſſe reparare morbos corporis, quã animæ, & arctius
præcepiſſe cauere mortem corporis momentaneam, quam æternam mor
tem animę? Si uideas te iam iam caſurum præcipitem in puteum altum, ubi
uel caput, uel crus grauiter infringas, & hoc euitare poſsis regreſſus retro
uel pedem, non dubitas peccaturum te lętaliter, & tui ipſius fore homici-

A dam, si id facere intermiseris; & cum uideas per fidem, te mox in ipsum usque profundum inferni præcipitem in æternū dandum, & hoc posis impedire reuocando affectum tuum per pœnitentiam ab his, quibus ante adhæsisti, ambigere potes te grauissime peccaturum, & tui ipsius plusquam homicidam futurum, tanti, & tam necessarij animæ tuę boni negligentem? Quando obligat præceptum diligendi nos ipsos, si non hic obligat? Ad quid adstringit, si non ad hoc cogit? Si tibi aliquis grauiter periclitanti subuenire, cum facile posit, omittat, reum eum tuæ uitę merito existimas. Et si ue morbo, siue fame, siue naufragio, siue aliqua ui alia illata pereas, mortem tibi eum inferre extra controuersiam est, qui cum posit, ei desinit obuiare. Et cum tu ipse mortem ipsam inferni, hoc est mortem perpetuam, mortem sempiternam, mortem maxime formidandam, mortem omni morte amariorem imminere tibi, & impendere uideas, & eam posis una tui peccati detestatione euitare, non te reum tuę uitę, & salutis ea re fore existimas? Sentiant alij quod uelint, ego grauius non dubito peccaturum quicunque in eo articulo pœnitentiam negligeret, quam qui alterius uitam corpoream nō dico negligit, sed aufert etiā, & propria manu rescindit, & extinguit. Et meritisimo sane Augustinus inimicum sibi, et thesaurizare sibi iram eum, qui non pœnitet, pronunciat. Quod si inimicus est sibi, & iram thesaurizat qui non pęnitet, aliquod ergo pręceptum est, quod ea impęnitētia uiolat. Certe Tertullianus ex pręcepto pęnitentię probat bonitatem pęnitentię, & do- *De pœni. medicina. cap. 2.*

B ctoribus antiquis tam certum fuisse unum crediderim quā alterum. Verba Tert. hęc sunt, Bonum est pęnitere, an non? Quid reuoluis? Deus pręcipit. At enim ille non pręcipit tantum, sed etiam hortatur. Et subdit statim indictā nobis eā esse, & magnopere adeo commendatam. Videamus uero, quibus argumentis hanc communem sententiam dubiam, & incertam facere pręcitati magistri sunt adnixi. *Tert. de pœnit.*

De argumentis contra præceptum pœnitentiæ. Cap. 20.

PRimo a nobis exigitur locus, ubi statutum fuerit hoc pnię p̄ceptum. Nam p̄cepta, aiunt, & quidem rectisime, non sunt multiplicanda, neque credenda, nisi aperte, & manifeste constiterint. At ego non uideo apertius fieri posse p̄ceptum baptismi, & confesionis ex scripturis, quam sit pnię p̄ceptum ex illis uerbis, Nisi pniam habueritis, omnes similiter peribitis. At, inquiunt, discrimen est, quia quacunque uia aliqui iustificarentur, etiam si sua ipsis iustificatio constaret, tenerentur quidem nihilominus ad baptismum, confesionem, & Eucharistiam, non tenerentur autem ad pœnitentiam. Verum hoc unde sibi uelut certum assumant, nō uideo. Nos sane contra probabilius credimus, peccatores ad pniam quoque suorum peccatorum teneri, si ante pniam, uel per gratiam aliquam peculiarem, uel per dilectionem Dei feruentem, uel per religiosam aliquam cōfesionem Christi, a Deo iustificarentur. Oportet quippe rescindere, & inuoluntaria facere, quę dum fuimus in peccato, male placuerunt. Et argumentum huius est, quod *Obiect. 1. Respon. Luc. 13. Replicatio. Respon. 1.*

iustificati per sacramentum uel baptismi, uel confessionis cum solo dolore C
suorum peccatorum ob metum inferni, tenerentur postea de illis dolere,
quia offensę fuerunt Dei, si hoc eis constaret, quod nunquam ea ratione de
Respon. 2. illis doluerint. Vbi tamen demus, nullum iustificatum ad pniam iam suorum peccatorum teneri, non inde profecto sequitur, peccatores ad eam nō teneri. Est nanque necessaria pnia peccatoribus, nō autē iustis, & iusti quacunque uia iustificati fuerint, omnia habent, aut certe pcipua, ad q ordinatur pœnitentia. Ac iustos quidem non teneri ad pniam, cum tamen ad baptismum, confessionem, Eucharistiam, & ad alia pceptorum opera teneantur, minime arguit nullum esse pceptum de pnia, sed arguit tantū, ea generaliora esse pcepta, quippe q & ad iustos, & ad peccatores se extēdant. Magis uero ex hoc suaderi potest peccatoribus esse pnia in pcepto. Etenim illis usque adeo necessaria est, ut absque ipsa communiter remissionem suorum peccatorum nequeant consequi, cum tamen hoc habere possint sine baptismo, cōfessione, Eucharistia, & alijs multis, q sunt in pcepto. Secundo instant, q nemo damnaretur pro uno duntaxat mortali. Accedet enim, et cuicunque peccato, ratione cuius peccator quis dicitur, peccatum impœnitentiæ. At hoc si ita esset, magnificaret potius misericordiā diuinam, quā minueret, quippe qui adeo benignus sit, ut neminem pro uno solo mortali gehennalibus flammis addicat. Et nisi subita quis morte pueniatur, omnino credendum est, neminem, nisi rarissime pro uno tantum mortali condemnari. Quod & omnes habent catholici concedere. Quia licet demus non esse pceptum D de pnia, est in articulo mortis pceptum de dilectione Dei super omnia, aut certe de baptismo, & de confessione. Et qui moriuntur in peccato, in alicuius quoque horum pceptorum morientur transgressione. Tertio urgent postulantes, quo tempore obliget hoc pceptum. Et ex hoc, q mirifice uariant inter se doctores circa hoc, colligere uolunt, nullum tale pceptum datum esse a Deo. Præcepta enim domini lucida sunt, & perspicua. Sed uariāt etiam doctores de tempore, quo obligat pceptum diligendi Deum ex toto corde, neque tamen ideo liceret illud reuocare in dubium. Et q uarient de hoc, an statim obliget, an quando occurrit, ut aiunt, practice, an quādo Deus peculiariter uocat peccatorem ad pœnitētiam, an in diebus festis, certe constans, & indubitatum omnibus est, obligare hoc pceptum in articulo mortis, & in tempore sumptionis, uel administrationis sacramētorum. Sacerdotibus quippe administrantibus sacramenta dicitur. Mundamini, q fertis uasa domini. Et suscipientes Eucharistiam in mortali Paulus constantissime iudicium sibi suscipere asserit. Et similis est, licet nō par ratio de alijs sacramentis. Neque tamen hinc sequitur duplici, aut triplici peccato, ut quidam argutantur, peccare, qui illa in mortali suscipiunt. Vnicum quippe est pceptum, quod sacrilega illa uiolatur susceptione, nempe pceptum, quo digne sacramenta administrare, uel suscipere tenemur, ratione cuius & tūc peculiariter ad pniam obligamur. An uero extra hæc duo tempora quisquā

Obiect. 2.

Respon.

Obiect. 3.

Respon.

Esa. 52.c

nouum

A nouum peccatum mortale committat, quia non eum pœnitet, non temere asseruerim. Verum probabile quidem apparet, nũquam magno quempiam tempore perseuerare in peccato, quin etiam nouum ea causa admittat mortale, etiam si quod difficilimum esset, absq; noua cõplacentia in peccatis admissis permaneret. De quo fauente Deo alias erit oportunior dissecrendi locus. Me sane, ut uerum ingenue fatear, multo magis, quam hæc omnia premit protritum illud, & receptissimum dogma apud scholasticos, in lege noua, quia lex libertatis est, nullum esse p̃ceptum diuinum p̃ter p̃cepta decalogi, & p̃cepta de fide, & sacramentis. Cum enim in nullo decalogi p̃cepto contineatur p̃ceptum de detestatione peccatorum, neq; ad pręcepta de fide, & sacramentis reduci possit, quia non aliter est modo, quam fuit ante legem nouam præcepta huiusmodi pnĩa, relinqui uidetur, nusquam ea fuisse in p̃cepto, sed duntaxat necessaria ad reparandam salutem deperditã. Obiect. 4

Respondet quidam huic argumento, sub p̃cepto diligendi Deum ex toto corde contineri p̃ceptum de pnĩa. Obligat enim, ut putat, hoc p̃ceptum diligendi Deum ad seruandam gratiam Dei, & amissam recuperandam. Et sicut perseuerantia in peccato dilectioni Dei repugnat, ita pnĩa uera actus caritatis in Deum esse uidetur. Quia ad eandem uirtutem spectat, diligere aliquem, & dolere de illius offensa. Neque ad pniam teneri uidemur, nisi cum tenemur ad diligendum Deum. Sed hac ratione quodcunque peccatum lætale erit contra p̃ceptum dilectionis Dei. Nam & omne peccatum uiolat amicitiam inter nos, & Deum, nosque ab illo separat, & diuidit. Et eiusdem rationis uidetur malitia impœnitẽtiæ de aliquo peccato, cuius est ipsum peccatum. Quod si quodcunque peccatum, transgressio concedetur p̃cepti diligendi Deum, concedere oportebit ex consequenti hoc absurdum, uidelicet, nullum esse peccatum simplex ex ijs, quæ sunt contra alia p̃cepta, quandoquidem tot sunt in nostris actibus malitiæ, quot sunt p̃cepta, q̃ per ipsos transgredimur. Et ualere possunt ad hanc solutionem infirmãdam, q̃ supra disputauimus contra dicentes, quoduis lętale peccatum transgressionem esse pręcepti diligendi Deum. Respon. 1. Marsi. in 2. q. 18. Impugnatio. B

Dicendum igitur, illo pręcepto & nos, et omnes cuiusuis status peccatores iure naturali saltem indirecte obligari ad pœnitentiam illo præcepto, quod peccantes transgressi sumus. Itaq; si peccauimus cõtra p̃cepta primæ tabulæ, ex eisdem p̃ceptis, q̃ uiolauimus, adstringimur ad peccatorum nostrorum pniam. Et si contra secundam tabulam aliquid uel commisimus, uel neglеximus, contra eandẽ peccamus nõ poenitendo, & per illam ad id detestandum compellimur. Quoniam sicut paulo ante contra Lutherum docuimus, tandiu actu, uel uirtute placent, & uoluntaria sunt, q̃ semel uoluimus, quandiu non ab eis per eorum detestationem animum dimouemus. Vnde & ab scriptura, & a sacris doctorib. perinde reprehenduntur peccatores de impoenitentia, ac de perseuerantia in peccatis admissis. Et ab una reprehensione ad alteram sæpe fit transitus, immo una cum altera confunditur, quia non duæ sed una utraq; est, quando Respon. 2.

non accedit impoenitentiæ etiam actu iterata complacentia, & delectatio C
Greg. in peccatis admissis. Quo nullum scelus corã Deo teste Grego. grauius est. Atq; hinc est, ut tanto grauior sit impoenitẽtia, quanto fuerit diutior, & de pluribus peccatis, sicut secundum Chry. & omnes, quos legerim, tãto grauius quis actu peccat, quãto pluribus peccatis, aut longiori tempore Deũ offendit. Et hoc modo impoenitentia circũstantia quædam est peccati admissi, & ipsum minus quidem, sed eodem pene modo auget, & grauius facit, quo actualis ipsius continuatio, & protractio. Neque tamen necesse est, tot peccata impoenitentiæ multiplicare, quot sunt p̃cepta, q̃ peccatores trãsgressi sunt, neque a se dolent fuisse prætterita. Quæ enim dum admissa sunt, distinctis uoluntatibus, & operibus sunt patrata, dum pœnitentiam nõ facimus, & in hac uita, & in inferno sub una mortifera negligentia adunantur. Et potest quidem unus actus, siue una omisio unum esse duntaxat peccatum, etiam si multas in se habeat malitias propter multorum præceptorum transgresiones. Sed tunc nouam, ut diximus, & peculiarem in hac uita assumit malitiam impoenitentia, quãdo uel cum mortis articulo, aut periculo probabili continuatur, uel cum susceptione, uel administratione sacramentorum, uel aliorum operum, si qua sunt, q̃ conscientiam mũdam a peccato requirunt. Quia in executione huiusmodi operum, neglectus pniæ, transgresio est præcepti, quo tenemur ea mũde, & absque conscientia peccati lætalis exercere. In mortis autem articulo, aut periculo ipsius probabili, qui negligit pœnitentiam, transgressor est apertus præcepti diligẽdi se ipsum. D Et posset ea malitia, seu transgresio reduci ad præceptum, Non occides, sicut negligentia necessariorum ad salutem corporis. Vnde & ad hoc præceptum communiter reducuntur p̃ceptum correctionis fraternæ, & præceptum uitandi scandali proximorum. Nam qui non pascit fame mo-
Amb. rientem, occidit illum iuxta communem sententiam Ambrosii. Pasce fame morientem. Si nõ pauisti, occidisti, & qui negligit fratres corrigere, aut eos
Replicatio. scandalizat, homicida spiritualis eorum censetur. Cur non igitur, dicet aliquis, & per quodcunq; peccatum lætale dicimus peccatores trãsgredi hoc præceptum, Non occides, præsertim cum lætale, uel mortale inde dicatur, quia mortem affert animæ? Si non auferre, aut non impedire mortem animæ, uel non restituere nobis uitã cum posimus, homicidas nos facit, cur non potius mortem inferre? An non grauius, & crudelius est mortem in-
Respon. ferre, quam non impedire uel auferre? Posset quidem sub tropo quodam, & allegoria concedi, omne peccatum uiolatio esse huius p̃cepti, Non occides. Quia omne peccatum mortale mors est, & exitiũ animæ. Sed ita hoc oporteret intelligere, ut nullam malitiam peculiarem ab hoc præcepto sumere putarentur peccata, quę contra alia essent p̃cepta. Verum non oportet inter se p̃cepta confundere, neq; q̃ aliquo sunt pręcepto distincte, & ex professo pręcepta, uel prohibita, ad aliud sunt reducenda pręceptum. Atq; ideo cum Deus, non nouo aliquo, & peculiari pręcepto, sed duntaxat, per

A obseruationem suorum mandatorum nos obligauerit ad diligendam salutem nostram spiritalem,& non inferendam animabus nostris mortem,nõ opus est,quam culpam admittimus inferendo animabus nostris mortem, ad aliquod pręceptum reducere pręterquam ad illud,cuius uiolatione nos spiritaliter occidimus. Noluit enim Deus nouo aliquo reatu propter hoc teneri. Alioqui omne peccatum esset duplex, neq; posset unq; unum duntaxat mandatum a quoquam praeteriri. Quoniam uero notabile, & irreparabile est damnum,quod nobis inferimus,cum nõ detestamur peccata nostra in articulo mortis,& hoc non aliquo alio praecepto distincte,& formaliter est nobis prohibitum, quã pręcepto negatiuo non occidendi nos ipsos,quod inclusum est in praecepto affirmatiuo, quo adstringimur ad nostri dilectionem,ideo hanc tantam negligentiam, siue uerius nostri odium ad praeceptum,Non occides,credimus & posse,& debere reduci,licet non reducantur ad illud alia peccata mortalia, quibus uel salutem nostram perdimus,uel contemnimus, uel certe cum facile possemus, minime restituimus. Vnde & doctor subtilis non contentus dicere ex uirtute praecepti, Diliges dominum Deum tuum, teneri, qui amisit gratiam, ad faciendum quantum in se est,ut eam recuperet,adiecit statim. Et etiam uirtute illius pręcepti,Diliges teipsum. Quod quidem perspicuum est reduci ad pręceptum hoc,Non occides. Neque est quod se autoritate sancti Thomae tueantur, qui in ea sunt opinione,ut credant non esse praeceptum de poenitentia. Nã B & ipse expresse dicit,teneri poenitentiam agere de culpa praeterita, q̃ uouit uirginitatem,& corrupta est. Et alibi ait eam omittere,non quidem nõ habendo uirginitatem sed non poenitẽdo de peccato pręterito. Et in ipso loco,ubi illum pro se allegant, fatetur, nolle poenitere esse peccatum. Quod non esset,ut iam ostendimus, nisi esset praeceptum de pnia. Et quod dicit, non poenitere non esse nouum peccatum, sed praeteriti potius circunstantiam peccati,intelligendum est communiter,nõ uero in articulis illis,in quibus explicuimus,nouo teneri reatu,quem suorum peccatorum non poenitet. Sed haec satis pro studio, & pietate, quam in praecellentem hunc doctorem gerimus. Nos enim quicquid uel ille, uel alius quiuis doctor senserit,communiores semper sententias sequi & tueri adnitimur.

In 4.d.17 q.1.arti.1.

Secũda secundae. q. 88. arti.3. ad.2.q.79 ar.3.ad.2. q.14.ar.2

Non semper ad lapsi reparationem necessarium est propositum formale cauendi peccata. Cap. 21.

VErum illud accurate discutiendum hoc loco uidetur, an sicut mutatio uitae,uel propositum eam mutãdi sine detestatione peccatorum ad reparationem lapsi non sufficit,ita contra neq; detestatio peccatorum sine tali proposito ad eam sufficiat. Porro de hoc uariae sunt catholicorum sententiae. Antiqui quidem scholastici,ut sanctus Thomas in.4.d. 17.q.2.artic.2. Alexan. Halen.3.par.q.79.memb.9.art.2. Sco.in.4.d.14.q. 4.ad.2.& nonnulli ex recentioribus ut Adria. quod lib.5.q.3. & Caiet.41. additionum tertiae par.S.Tho.necessarium illud esse affirmãt. Alij uero suf *iet.*

Tho. Alexan. Sco. Had. Ca-

Bon. ficere putant detestationem peccatorum. Et huius opinionis uidetur fuisse C
Maio. diuus Bonauētura in.4.i expo.d.14. & Maioris,ibi.q.1.et alij recentiores, Sed quidam recens autor pius ęque, ac doctus usqueadeo certam priorem sententiam existimat,ut eos qui de ea dubitant,intrepide asseueret esse ea de re condemnādos. Quoniam perniciosus est,inquit,eorum error. Sed quae ex eo dubio pernicies sequi posset,assequi non possum,pręsertim si uerum sit,quod idem autor docet,nempe nunquam esse pœnitentiam praeteritorum sine proposito cauendi ea ī futurum. Quare censoriam illius uirgulam nihil formidantes,media quadam uia sub censura cuiuscunque rectius sen-
Propo. 1. tientis hac in parte procedemus. Ac primo quidem illud non inuiti fatemur,perfectam pœnitentiam de admissis peccatis semper coniunctum habere actu uel uirtute propositum mutandi uitam. Stare non potest, ut alicui displiceant praeterita delicta,quia offensae sunt Dei,si propositum sit offendendi Deum grauiter, aut continuandi offensam aliquam ipsius laetale. Vt nullus perfecte resipiscit ab erratis praeteritis,aut uult mutare uitā priorem,quin habeat aliquam illius displicentiam,ita nemo perfectam habet uitae prioris displicentiam,quin eam actu uel uirtute mutare intēdat. Mutuo se actu,uel uirtute comitantur hi affectus. Et qui sic affectus est, ut uere doleat de patratis offensis,nunquam eo perseuerante dolore,nouas admittet, immo eas pro uiribus euitabit, & declinare asseret se cupere,si de ea re interrogetur. Quod satis est,ut dicatur habere propositum uirtuale emendandi uitam. Et qui uere in futurum eas cauere proponit,nunquam eo stante pro D posito,in praeteritis sibi acquiescet, aut complacebit,sed potius siquis eum percontetur,dolere se dicet de illis admissis. Et quoniam uix aliquis communiter a peccatis uere resipiscit,nisi & detestetur illa,& ea proponat in posterum uitare,admonendi essent omnes peccatores, cum excitantur ad pœnitentiam,ut non solum priora peccata detestentur & ab eorum, & quorunuis aliorum continuatione, & repetitione se contineant, sed & omnia proponant,deinceps pro sua uirili cauere. Aptissime quidem, quisquis ille fuit,pniam depinxit,qui duas ei facies sicut Iano antiqtas tribuit,alterā,qua in praeteritum respicit,ut doleat de uita male ante acta alteram,qua in futurum prospicit,proponendo uitare, immo uitando etiam omnem Dei of-
Augu.ser. 66. fensam. Vnde & Aug. dicit. Pęnitentia est transacta flere peccata, & eadem iterum non agere. Et in iam citatis ex Ambrosio, Gregorio, Anselmo, & magistro pniae descriptionibus non solum tribuitur ei admissa mala plangere,sed & plangenda iterum nolle committere. Haec enim est communis uia,qua peccatores inueniunt misericordiam, & ueniam apud Deum suorum peccatorum, & qua uere testantur se pęnitere, & tandiu aliqui pęnitentes dici possunt,quādiu a prioribus peccatis abstinent. Atq; ideo alijs post habitis uijs haec una nostro iudicio,ut tutior,communior, & securior tra-
Gerson. denda esset populis. Et semper pro rudis saltem uulgi instructione, mirifice
Gabri. mihi placuerunt pij quidam, & eruditissimi autores qui tria docuerunt ad

salutem

A salutem sufficere dolorem de peccatis cõmisśis, propositum ea semper uitã di & propositum confitendi tempore a Deo, uel ab Ecclesia statuto. Ac fideles oẽs admoneri frequenter cuperent, posse indulgẽtiam suorum pctõrum obtinere, & si contingat subita morte corripi, neq; posse sacramẽta ecclesiastica suscipere, in bono statu ex hac uita decedere, si in animo suo hæc tria firma, & fixa habuerint. Cum his tñ oĩbus stat separari posse ab inuicẽ hos affectus. Et stare potest detestatio p̃teritæ uitæ sine proposito nouam aliã inchoandi, & propositum nouæ uitæ sine detestatione prioris. Vnde & patres tanquam duo distincta posuere cessationem a peccatis, & eorum detestationem. Et experientia constat, nos sic aliquando meminisse p̃teritorum, ut nihil prorsus de futuris cogitemus, & contra sic futura prospicere, ut præteritorum nulla mentem subeat recordatio. Et hoc ipsum in affectu multo magis potest contingere. Et siue contingat, siue non, de hoc uno modo disputamus, an detestatio admissorum delictorum, sufficere posśit ad ueniam sine proposito formali nunquam amplius peccandi, sicut ex cõsensu omnium catholicorum in proximo cap. ostendimus, non sufficere hoc propositum sine detestatione præteritorum. Et quidem quanquam *Propo. 2.* commemoratam uiam, ut communem, ita etiam tutiśsimam, & populis semper inculcandam arbitror, tamen dum altius mecum reputo diuitias diuinæ in nos misericordiæ dubitare non possum, quin etiam aliquando ad solam peccati admisśi compunctionem iustificentur peccatores. Dauid

B quidem mox iustificatus est, ut ex corde dixit. Peccaui. Statim enim audiuit. Transtulit quoque dominus peccatum tuum. Quantum ualent tres syllabæ, pulcherrime, ait Aug. Tres syllabæ sunt, Peccaui, sed in his tribus syllabis flamma sacrificij coràm domino ascẽdit in cœlum. Atq; hinc opinor motus est Chry. ut diceret. Dic peccaui, & soluisti peccatum. Non est q- *Augu. ho. 41.* dem ad nos missus Nathan propheta, sed missus est ipse Dauid, misśi & cæ- *Ho. 9. de pœni.* teri prophetæ, qui Deum summæ in omnes misericordiæ & æquitatis an- *2. Para. 33* nunciarent. Quare si ex corde dicamus, quod Dauid dixit, & eandem proculdubio accipiemus cum illo misericordiam. De Manasse etiam cum eum exauditum a Deo dixit scriptura, non commemorat eum emẽdare uitam proposuisse, sed orasse dñm deum intente, & egisse pñiam ualde. Et Niniuitis non legit̃ rex eorum præscripsisse, nisi ieiunium, orationẽ, pñiam seu cõuersionem a suis peccatis, & his tribus peractis mox subdit scriptura misertum deum esse eorum, et reuocasse sñiam de eorum subuersione, quam iam in eos per prophetã Ionam denunciauerat. Christus item dicit, descẽdisse a templo iustificatũ publicanũ, cum tñ hoc unũ de eo cõmemoret, q̃ stans a longe neq; oculos in cœlũ leuare ausus, p̃cutiebat pectus suũ dicens. Dñe propitius esto mihi peccatori. Et filium prodigum similiter inuenisse ait misericordiam apud suum patrem ad unam hanc uocem. Pater peccaui in cœlum, & corã te, & iam non sum dignus uocari filius tuus. Quãquam. n. diserte traditur dixisse, Surgam, & ibo ad patrem meum, tñ hæc non testan

tur, actu eũ patri suo deinceps decreuisse seruire, sed dũtaxat uoluisse ab statu suo recedere, & ad prẽm ire, ut humiliter agnoscẽs suum peccatum, illius misericordiam imploraret. Vnde Basilius. Solum uelis, & ipse p̃currit. Incipit dicere, & pater assumit. Et Hiero. palã affirmat, prius patrem accurrisse, q̃ dignis operibus & uera pnĩa ad patrem rediret. Quod si nunquam deus ad quantãcũque compunctionem peccatoris peccata dimittit, nisi actu adsit propositum cauendi in posterum peccata, meminisset scriptura & huius quoque propositi in illis, quos dicit per suam pœnitentiam iustificatos. Cur enim potius detestationis quam propositi cessandi a peccatis recordata esset, si utrunq; ex æquo requiritur, & neutrum sine altero sufficit? Praeterea. Pœnitentia siue contritio supposita fide, & spe sufficit per legem & gratiam Dei Christiano peccatori ad consequendum ueniam suorum peccatorum. Quicunque autem Christianus uere dolet de peccatis suis, quia offensa sunt Dei, ueram habet pœnitentiam, & contritionem suorum peccatorum, etiamsi nullum alium actum iteriorem habeat. Quia omnes sic affecti cessant, auertuntur, & resipiscunt a suis peccatis. Quod unum pœnitentiæ uirtus exigere uidetur. Siue enim etymologiam latinam, siue Græcam sequamur inueniemus illam præteritum respicere, non futurum. Nam latine pœnitẽtia a quibusdam dici existimatur a pœna, seu punitione q̃ pœnã teneant pœnitentes, & seipsos puniant pro admissis peccatis. Vnde Augu. ad Seleucianum. Pœnitentia est bonorum, atq; humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes. Dimitte nobis debita nostra. Metanoea uero Græce, trãsmentatio seu postcogitatio latine reddi potest. Quod pœnitentes mente mutantur, & aliter cogitant post admissa peccata. Tunc autem uerissime mente mutamur, & aliter q̃ prius de ipsis cogitamus, cum illa odimus, & auersamur, quę prius placuerunt, & de eis dolemus, de quibus ante delectati sumus. Vnde Augu. Pęnitentia certa, ac uera est odium peccati, & amor Dei. Et subdit. Quando sic pęnites, ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulci fuit in uita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciet in mente, iam nunc bene ingemiscis ad Deum, & dicis. Tibi soli peccaui. Et quidem Ausonius tantum in præteritum respectum tribuit pęnitentiæ uulgato illo carmine, quo eam per quam eleganter sic diffinit. Sum Dea cui nomen neque Cicero ipse dedit. Sum Dea, quæ facti, non factiq; exigo pęnas. Nempe ut pęniteat, sic Metanęa uocor. Vocabula etiam illa, quibus alias pęnitentia uocatur partim ab scriptura, partim ab antiquis & scholasticis doctoribus, uidelicet compunctio, contritio, auersio, displicentia, resipiscẽtia, depositio ueteris hominis, odium, detestatio, abominatio, & retractatio uitæ prioris, & siqua sunt similia, omnia duntaxat p̃teritum respiciunt. Nam licet pnĩa ut placet Deum ex fide, spe, & caritate cõiter procedat, quia quę uere pęnitet suorũ p̃ctorũ credit Deum per ea offensum & credit & sperat posse illum reconciliare sibi, & quia illũ amat, de illius offensa dolet, tñ si loquamur de actu p̃ciso uir

Basil. ho. 57. | Hieron. in epist. de fi. prodigo. | Arg. 2 | Etymologia pœnitentiæ. | Augu. ep. 108. | Augu. ser. 7. de tpe. | Ausonius.

A tutis pniæ, ille nō est alius q̄ affectus, quo nolumus deum offendisse, & propositum uitandi futuro tp̄e peccata, magis ad caritatem, seu obędientiam, quam ad pniam spectat. Perfectus quippe dilectionis in Deum & obędientiæ ipsius affectus est, uelle ei in omnibus placere, & in nullo displicere. Et si ista philosophice & theologice nouisset distinguere Erasmus sarcerius, nunq̄ in art. 20. locorum cōium computasset inter errores, pniæ uocabulo tantum significari dolorem de præteritis peccatis. Aliud est, docere rudem plebem, aliud exactum theologum instituere. Aliud docere quæ requisita sint ad ueram & perfectam pniam, aliud quæ sint proprię & peculiares operationes cuiusque uirtutis differere. Ad hæc. Dolor de admisis peccatis propter offensam Dei uirtualiter includit propositum cauendi posteriori tempore peccata. Quia odium quoddam est, & abominatio in genere omniū peccatorum, & cum illa non stat complacentia, aut uoluntas alicuius peccati. Quanuis igitur requirere uideretur scriptura propositum uitandi peccata ad obtinendum gratiam, haud quaquam deberet existimari ille dolor ad hoc insufficiens, licet non distincte feratur in futura. Quia posset, qui sic dolet de suis peccatis, tam perfecte uniri, & coniungi Deo, ac ille, qui actu haberet eiusmodi propositū, maxime si nullius peccati lætalis haberet conscientiam. Quare licet ad adulti iustificationem necessarius sit baptismus, uel saltem illius propositum, tamen ex sententia omnium sępe absque eo, & absque illius proposito formali iustificantur adulti, siue quia illius p̄ceptum

B inculpabiliter ignorant, siue quia illius non recordantur, aut deniq; quia copia non est aquæ, uel eius, qui possit baptizare. Insuper. Apud homines humanos, & benignos sola feruens displicentia, seu uehemens patratę offensę pęnitudo, nonnunquam impetrat illius ueniam. Nam & qui inter nos aliquanto sunt mitiores, & faciliores, si semel offensi fuerint ab amico, & cum suam offensam acerbe deflentem uiderint, neq; exigere, neq; expectare quicquam amplius solent, sed lachrymis eius, quem amabant, deuicti statim omnia condonant. Quomodo igitur non multo magis similis admissi delicti pęnitentia apud Deum sufficiat, qui supra quam dici potest, propensus est ad misericordiam? Quis credat Christum, qui uehementer Petrum diligebat, continuisse misericordias suas in ipsum, & expectasse, ut decerneret nunq̄ amplius tale quippiam patrare & non statim negationis peccatū cōdonauerit, ubi illum uidit ad solū ipsius cōtuitum, egressum domo pontificis culpā suam defleuisse amare? Credat quibusuis aliīs, qui uolet. Ego magis credo Ambr. qui hūc unum fletum satis fuisse Petro ad ueniā affirmat. Ideo, ait, ipsi Petro statim Deus dimisit, quia amarissime fleuit. Et ne peculiare hoc fuisse in Petro, & a nobis aliqd durius exigi existimes, mox subiūgit. Et tu si amarissime fleas, Christus ad te respiciet, culpa a te discedet. Amplius. Petitio ueniæ cū displicentia peccati licet sit absq; formali proposito deuitandi peccata, satis est ad obtinendam remissionē p̄ctōrum. Et. n. Deus sępe in scripturis pollicet̄ peccatorib. indulgentiam, & misericordiā, & con

Eras. Sarce. *Argu. 3.* *Argu. 4.* *Amb.* *Argu. 5.*

uersurū se ad eos, si modo ipsi auertanť a suis peccatis, & conuertanť ad ip- C
sum. Satis aūt auertiť a suis peccatis, qui de eis uehementer dolet, & ad deū
uere conuertitur, quicunq; humiliter, & absq; cōplacentia alicuius peccati
Esa.55.b misericordiam diuinam implorat. Derelinquat impius inquit Esaias, uiam
suam, & uir iniquus cogitationes suas, et reuertatur ad dñm, & miserebitur
eius. Quis non uideat sola hic duo requiri ab impio, ut obtineat apud deū
misericordiam, & ea illum præstare, si detestetur peccata sua, & misericor-
Ambr. 7. diam ab ipso humiliter efflagitet. Facile recōciliať, ait de Deo Amb. qñ ima
in Luc. c. pēse rogať. Et paulo post. Vult rogari, uult obsecrari. Et Bern. dum docet
66 tria in nobis operari. s s. ut declinemus a peccato, post cōpunctionē & sup
Bern. ser. plicationem addit remissionem peccatorum significans scilicet peccata no
1. Pet. bis ab. s s. remitti mox ut in nobis fuerint compunctio & supplicatio. Nō
nihil etiam uidetur ibi fauisse opinioni de necessitate orationis ad compa-
rādam ueniam peccatorum, quam lib. 6. cap. 38. impugnauimus. Ait enim.
Quid prodest pœnitere de culpa, & non supplicare pro uenia? Sed hoc pie
potest exponi. Quod autem in præsenti ostendere satagimus, non esse ne-
cessarium ad remissionem peccatorum propositum formale cauendi pec-
Arg. 6. cata satis potest uel hinc confirmari. Posset enim contingere subita sic mor
te aliquos peccatores p̄ueniri, ut meminisse quidem possint peccatorum,
quæ admiserunt, & de eis dolentes, & clamantes, Domine miserere, mo-
rianť, anteq; quicquam de futuris uel cogitare, uel statuere potuerint. Nun-
quid igiť & hi uenia carebunt? Quid rigidius? quid durius? quid inclēmētius D
dici pōt? Equidem Deus oēs confugientes ad se, obuijs manib. excipit. Ne
minem facientē, quod in se est, despicit. Sub ipso mortis articulo cunctis ad
se cōuersis ueniā impartiť. Neq; de latrone illo felici, qui apud Xpm in cru-
ce pendentē sub ipsa morte ueniā inuenit, alia in Euangelistis legimus, quā
quæ illum testentur, & priorem suam uitam auersatum, & ad Christum hu
militer recurrisse, & ipsius misericordiam orasse. Nōne etiam ad absolutio-
Arg. 7. nem sacerdotalem satis sunt quandoq; signa certa doloris de peccatis? Ab-
solui profecto possunt, & debent pc̄tores, qui articulo mortis p̄uenti, cōfi-
teri nequeūt sua peccata, si explicuerint saltem in specie aliquod peccatū, &
signis exteriorib. dolorem suum interiorem indicent, etiamsi nullo signo
declarent, quid in futurū proponant. Neq; differēda est aliquo modo pro-
Pœnitētia hoc absolutio. Et cōmuniri hęc oïa possunt ex illis, quib. doctores antiqui
secunda ta tradiderunt pniam esse secundam tabulam post naufragium. Nam qđ san-
bula post cta synodus in capite, qđ modo exponimus, dicit, apte patres nuncupasse
naufragiū lapsi reparationē, secūdam tabu. post naufragiū deperditæ grę, hoc p̄cipue
uideo illos retulisse ad hāc partē sacramenti pniæ, quā nunc tractamus. Nō
aūt diceret haec detestatio seu agnitio & cōfessio nostrorum pc̄orum, scđa
post naufragium tabula, nisi aliquando uel sola opem ferre posset periclitā-
tibus, atq; eorum uitam tueri. Sed aliquot patrū testimonia subijciā, quo &
propositum nostrum confirmē, & uera esse, q̄ nr̄o in decreto asseruntĩ, liqui
do commonstrem.

A do commonstrem. Tertullianus in libro de pnia cum uirtutem detestationis peccatorum ex autoritate Ezechielis comprobasset, subdit. Pœnitentiam peccator ita inuade, ita amplexare, ut naufragus alicuius tabulæ fidē. Hęc te peccatorum fluctibus mersum proleuabit, & in portum diuinę clęmentię protelabit. Hierony. in epistola ad Pāmachium & Oceanum de erroribus Origenis. Secunda post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri. Et in episto. ad Demetriadem. Verum nos ignoremus pniam, ne facile peccemus. Illa quasi secunda post naufragium miseris tabula sit, in uirgine integra seruetur nauis. In primo etiam contra Pelagianos hanc esse uirtutem conuersionis peccatorum his uerbis declarat. Pnia imitatur baptismatis gratiam per ineffabilem clęmentiam saluatoris, qui non uult perire quenq̃, neque delectatur in mortibus peccatorum, sed ut conuertantur, & uiuant. Acceptauitque & perinde intellexit hanc doctrinam magister sentē tiarum in .4. d. 14. & qui eum secuti sunt scholastici, adeo ut iam uelut prouerbij uice habeatur in scholis, pniam, hoc est, dolorem de peccatis, secundam esse tabulam post naufragium. In sermonibus etiam, qui nomine Augustini feruntur ad fratres in heremo, felix tabula, & uitalis nauicula appellatur compunctio, & sine ipsa infructuosa dicitur omnis confessio, & omnis satisfactio inanis, nec prodesse baptismus, & ad iudicium suscipi corpus domini. Itaque ex his omnibus liquet, & antiquos credidisse huiusmodi dolorē de peccatis ad obtinendam dei gratiā posse sufficere, saltem ubi ar B ticulus necessitatis, aut obliuio q̃dam humana, propositum cauendi deinceps peccata impedierit.

Tertul. Hiero. Magister. Augu. ser. u.

Diluuntur, quæ præsentiam propositi cauendi ad reparationem lapsi requirunt. Cap. 22.

QVid est igitur quod per Ezechielem non pollicetur dominus impio misericordiam ad solam pniam suorū peccatorum, sed p̃ter eā, ut custodiat mandata sua, & faciat iudicium, & iustitiam requirit? Ita enim inquit. Si impius egerit pniam ab omnibus peccatis suis q̃ operatus est, & custodierit mandata mea, & fecerit iudicium, & iustitiam uita uiuet, & non morietur. In uerbis autem, custodierit mandata mea, propositum in futurum uidetur requiri, & in uerbis, fecerit iudicium, & iustitiam propositum satisfaciendi. Non hęc tamen propheta adiecit, ut propositum custodiendi mandata, & satisfaciendi pro peccatis ad impij iustificationem requireret. Quis tam fuit durus, ut etiam propositum actuale satisfaciendi ad peccatoris contritionem exegerit? Et facere iudicium, & iustitiam non pro satisfactione usurpat scriptura, sed Hebraismus est frequens quo recte, & suo quidq; ordine fieri, et administrari significat. Et aliud profecto est custodire mandata, aliud proponere ea custodire, aliud facere iudicium, & iustitiam, aliud proponere ea facere. Ac ne dubitaremus ad reconciliationem peccatores de peccatis admissis satis esse nonnunquam uel solam pœnitentiam, omnibus remotis limitationibus statim subiecit. Con-

Obiect. 1. Respon.

uertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatib. uestris, & nō erit C
uobis in ruinam iniquitas. Ideo uero adiecta sunt priori loco illa uerba, &
custodierit mandata mea, ut intelligeremus prẹter pniam de admissis, ne-
cessarium esse non adijcere alia noua peccata. Quid.n.prodest, ut recte di-
Ho.34. su per Euā. cit Grego. si peccata quis luxuriẹ defleat, & tamen adhuc auaritiẹ æstibus
anhelet? Quid prodest si iræ culpas iam lugeat, & tñ adhuc inuidiæ facibus
tabescat? Et iam hic.s s. tela nobis suppeditabat cōtra hæreticos illo, squos
statim retulimus asseruisse, post peractam triēnem de quolibet peccato pœ
nitentiā, licere ad uoluptates priores reuerti. Si impius, ait, egerit pœniten-
tiam, & custodierit mandata mea, uita uiuet. Nam si uel tempore, quo agit
pœnitentiam a priorib. peccatis, uel postea prætergressus fuerit mandata,
nequaquam uita uiuet, sed morietur. Nos uero sic diximus, posse nonnun
quam sufficere, ad reparationem lapsi dolorem de peccatis sine proposito
uitandi in posterum peccata, ut tñ talem, & tñ eum dolorem debere esse di
camus, ut uirtualiter tale sit propositum. Quod quidem tum duntaxat cō-
tinget, quādo cū eo non staret cōplacētia in aliquod peccatū futurū, sed sic
prorsus affectus noster a peccatis auertitur, ut si uel meminerimus, uel ro-
gati fuerimus de hoc, prorsus diceremus, nos cupere omnia peccata lẹtalia
solicite in futurum uitare. Vnde & Gregorius pulchre illos hæreticos ad-
monet. Magna est contra peccatum uirtus poenitentiæ, sed siquis in ea-
De pœn.3 dem perseueret. Et multis sanctorum testimoniis Gratianus recte colligit,
nihil prodesse poenitentiam, si permaneāt, uel iterentur peccata. Quāobrē D
Tertul. de pœni. Tertul. ait. Vbi emendatio nulla, pnia necessario uana. Idque recte perpen-
dentes Amb. Aug. Grego. Ansel. in citatis iam diffinitionibus ad ueram &
Obiect. 2. frugiferam pẹnitentiā requisierunt admissa peccata non iterare. Obiiciūtur
& nobis uerba illa Christi ad paralyticum, & adulteram in adulterio deprẹ
Io.5.& 8. hensam. Vade, & iam amplius noli peccare. Sed his uerbis nō exegit Xp̄s
Respon. ab eis, ut proponerent non peccare, ut iustificarētur. Cum enim hæc dixit,
iam eos, ut uerisimile est, iustificauerat. Nanq; illos spiritaliter Xp̄s sanauit,
quos sanauit corporaliter, & liberasse interius credendus est, quam iam ex-
terius liberam a se dimittebat. Quid igiť ab illis requirebat illis uerbis, iā am
plius noli peccare? Nimirum ut grati essent beneficio accepto, & in gratia
perseuerarent, quā eis fuerat benigne impartitus, neq; abuterenť redundan-
tia clẹmentiæ coelestis, & se rursus illis conspurcarent peccatorū sordibus,
quibus prius fuerant inquinati. Et in hunc sensum nos similia uerba solemus
capere, cum condonantes alicui patratam in nos offensam, Vade, dicimus,
& noli amplius simile quidpiam patrare. Quibus uerbis non exigimus ad
remissionem, ut proponat cauere similia, sed in significationem gratitudi-
Obiect. 3. nis suæ, ut caueat talia admittere hortamur. Addunt & aliqui contra nos.
Respon. Quod ad iustificationem requiritur dilectio Dei super oia. Sed unde tantū
Obiect. 4 onus peccatori imponatur, nō inuenio. Quod & fusius lib. 6. docuimus.
Alius instat, incōueniens esse, & absurdum iustificari posse per dolorem in

A generali de suis peccatis, qui proposuit occidere inimicum, neque eum animum reuocauit. At ego hoc pro nobis esse existimo. Absurdius enim est, *Respon.* iustificari non posse ea uia, qui naturaliter meminisse nequit, neque reuocare in memoriam cōceptum malum propositum. Et uirtute satis reuocat, qui sic dolet, ut si meminisset, prorsus reuocaret, uel certe non approbaret eo permanente dolore.

Nulla temporis mora necessaria est ad poenitentiam. Cap. 23.

PRoximum est, ut disseramus, qualis, et quāta huiusmodi futura sit peccatorum detestatio, quam ut necessariam, & p̄ceptam, ita sufficientem esse lapsis ad ipsorum reparationem hactenus statuimus. Et quidē Caietanus, durissime, & nostro sane iudicio absurdissime sensit Deum non iustificare peccatorem mox ut habet dolorem de peccatis propter Deum supra omne odibile, & propositum uitandi peccata supra omne uitabile, sed expectare etiam tum incertum nobis tempus priusq̄ eum sibi reconciliet. *Caiet. ī ad di. 3. par.* Sed enim ipso excepto apud oēs catholicos hoc uideo in primis constare, *Proposi. 1* uel certe constare debere, non intensiorem, neque longiorem, neque perfectiorem dolorem de peccatis requiri ad reparationem lapsi, quam ab eo possit cum auxilio diuino præstari. Et quenuis talem dolorem sufficere, si modo *Arg. 1.* sit ex toto conatu, uel ex toto corde, probare possumus ex receptissimo il B lo & protrito axiomate. Facienti quod in se est, Deus non denegat grām. *Facienti qd' ī se est, nō negari gratiam.* Quod certum esse ex fide, liquere potest. Quia ut ueridica scriptura tradit, Deus neminem deserit, sed omnes recipit confugientes ad se, & illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, & omnes uult saluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire, atque in omni gente, qui timet eum, & *Io. 1.* facit iustitiam, acceptus est illi. Nec solum nō est acceptor personarum, qa *1. Tim. 2. b* nemini quicquam debet, & liberrime potest suam impartiri gratiā pro beneplacito suo, quin alicui faciat iniuriā, aut iuste ei dici possit, cur ista facis, *Act. 10.* sed etiam quia omnes ex æquo recipit, qui ad se confugiunt, neque quenquā repellit a sua gratia, si modo faciat, quod in se est, ad eam assequendam. Unde Aug. Salus uera nulli unq̄ defuit, qui dignus fuit, & cui defuit, dignus *Aug. q. 2. ī Paganos* nō fuit. Et subscripsit ei Bern. ut supra allegauimus. Neque periculum ullum in his est, si modo ut ipse Aug. admonuit, non ita hæc accipiant, ut ex meritis suis dignus putetur. *2. Ret. 31.* Nam, teste saluatore, præcepta diuina satis sunt ad *Mat. 1. g* uitam, & qui facit, quod in se est, seruat mādata. Nec ullus adultus est in peccato, cui non imputetur carentia gratiæ diuinæ. Paratior quippe Deus est, & pronior ad eam nobis dandam, q̄ nos ad accipiendam, & nullus ea caret sine sua culpa. Potest item secūdo doctrina hęc confirmari ex omnibus *Argu. 2.* scripturæ testimonijs, quib. paulo ante copiose ostendimus, Deum pollicer i suam gratiam, & conuersionem ad peccatores, dummodo se ipsi ad eum conuertant, & poenitentiam agant, & seruent mandata ipsius. Et ubi aliud testimonium non esset, deberent sane illa uerba Deuteronomij sufficere. *Deut. 4.* Cum quæsieris dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto cor-

de quæsieris, & tota tribulatione animę tuæ. Quis enim rectius dicatur toto corde, & tota tribulatione animę suę Deum quęrere, quam qui dolet, quantum potest de suis omnibus peccatis propter Deum? Quare quicunque sint scholastici, qui certam temporis continuationem requirunt, ut peccatorum detestatio reponat hominem in gratia, sic pie exponendi sunt, ut quantocunque minor, & breuior sufficiat, quando uel diutior uita non fuerit, uel ita uires extenuatę fuerint, ut maior, aut feruentior haberi dolor nō posśit. Nullus quippe catholicorum doctorum posuit quempiam uiatorem extra statum salutis. Et discrimē est apertum in articulo mortis, & extra illum. In articulo mortis facit, quod in se est, qui quantuncunque paruo, toto tamen tempore uitæ suæ producit dolorem, quique quam maxime potest, pro debilitate suarum uirium tum dolet. Extra illū uero articulum, cum posśit longius, & perfectius, & feruentius durare in dolore, nec faciat, non censeretur facere, quod in se est, qui non tantum, quātum necessarium esset, doleret. Et doctorem nostrum subtilem, quicquid quidam addubitēt, maxime par est ita exponere, ubicunque uidetur requirere certam intensionem, aut continuationem. Quanquam enim in 4. dist. 14. quæst. 2. & 4. multa dicit ex quibus posteriores plærique autores hanc ei sententiam de necesśitate certæ intensionis, aut continuationis non omnino sine causa tribuerunt, tamen si bene perpendamus, neque hic, neque usquam alibi ex professo disputat de hoc. Et in his locis tantum contendit ostendere duo, nempe, attritionem, ut informem sufficere posse, ut dispositionem præuiam ad deletionem peccati, sicut inquantum formata est, sufficit, ut concomitans, & aliquando superueniente sacramento dari propter attritionem, & sacramentum gratiam, quando attritio ad eam non sufficeret. Et ideo fortasśis hæc ostendit in opinione asserente dolorem de peccatis per intensionem, & continuationem sufficientem reddi ad infusionem gratiæ, quia hæc opinio tum erat celebris, & ea uia multo facilius, & apertius poterat facere propositum suum, quam in contraria opinione. Ex hoc uero, quod facienti quod in se est Deus suam non denegat gratiam, posśumus inferre, non solum nō requiri ad reparationem lapsi, certo aliquo tempore durare in detestatione peccatorum, sed & instantaneam, & momentaneam detestationem satis esse ad reparandum quenuis lapsum. Nam si momentanea non sufficeret, uerisimile est, Deum certi alicuius temporis continuationem requisisse. Licet enim posset Deus contentus esse temporaria, ut sic dicamus, detestatione, hoc est detestatione tpe quantuncunque paruo continuata, & non satis habere instantaneam, neque exigere certi alicuius temporis continuationem, tamen apparens non est, Deum, qui summe sapiens, & bonus est, hmōi aliquas minutias, & argutias sophisticas uel exigere, uel attendere. Et cum Psalmista dixit preceptum dñi lucidum, & Christus iugum suum suaue, & onus leue, & Ioan. mandata Dei grauia nō esse, satis pfecto indicatū est nobis, longe abesse pcepta dñi ab hmōi tenebris, et caligine. Sed ut oēm ambi

Expositio requirentiu tēpus ad contritionem.

Expositio Sco.

Propo. 2.

C

D

A guitatem dimoueamus,& pro uirili nostra ab scholis eliminemus portentosam opinionem requirentium ad reparationem lapsi certo aliquo tempore continuari detestationem peccatorum,urgebimus magis hæc peculiaribus argumētis. Primo. Scriptura pollicetur misericordiam peccatoribus quacunque die, & quacunq; hora,immo ut omnem amputaret tergiuersandi occasionem,quotiescunq; & quandocunq; auerterint se ab iniustitia sua,& conuersi fuerint ad Deum. Impietas impij non nocebit ei, ait Ezechiel,in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Quid clarius dici potuit,ut intelligeremus etiam momentaneam conuersionem peccatoris sufficere ad placandum Deum? Nonne qui conuertitur ad Deum in instanti alicuius diei,conuertitur & in eo die,& Deus iustificans peccatorem aliquem in instanti alicuius diei,iustificare eum dicitur in eo die? Quis negat solem in hoc die lumē illud produxisse,quod produxit in aliquo huius diei instanti? Atq; ex his uerbis desumi potuit sententia illa peruulgata. In quacunq; hora ingemuerit peccator &c. Tametsi nobis uerisimilius est,desumptam eam esse ex illis uerbis Esaiæ,quibus iuxta translationem septuaginta Ambrosius,& Greg.& multi alij,ut statim patebit,utuntur. Cum conuersus ingemueris,tunc saluaberis. Nam in his salus aperte promittitur peccatori,quandocunq; se ad eum conuerterit. Neq; minus huic sententiæ uulgaris translatio fauet, quæ pro istis sic habet. Si reuertamini,& quiescatis,salui eritis. Et alibi simpliciter,& absolute promittit Deus. Si conuerteris, conuertā te. Et rursus: Conuertimini ad me,& ego conuertar ad uos. In Apocalipsi etiam manifeste dicit. Si quis aperuerit mihi ianuā,intrabo ad illum. Cui uero dubium sit aperiri ianuam cordis momentanea detestatione peccatorum? Equidem cui displicent sua peccata,aperit iam cor Deo,sicut claudit,cui placent,etiamsi non amplius quam momento. Et in testimonijs, quæ supra ex Dauide,Esaia,Hieremia,& Ezechiele citauimus, perpetuum hoc licet uidere pœnitentibus misericordiam promitti nulla neq; diei,neq; horæ,neq; deniq; alicuius particulæ temporis requisita continuatione. Ac uel regis Dauidis exemplum,qui ad trisyllabam hanc uocem,peccaui,misericordiam,inuenit,commonere debuit omnes,ne adeo rigidum, & inhumanum putarent Deum,cuius misericordia est immensa, ut certo aliquo tempore cōtinuari detestationem peccatorum requirat, ut ad se conuersos in suam gratiam recipiat. Neminem nisi obnitentem repellit,neminem, nisi negligentem reijcit,ait uere Hilarius in illa uerba Dauidis. Ne repellas me a mandatis tuis. Et ipse dominus hoc manifestissimū fecit illis uerbis. Cum quæsieritis me in toto corde uestro,inueniar a uobis,dicit dominus. Ad hæc,In Concilio Viennensi expresse diffinitum est, posse qui post Baptismum lapsi fuerint,per ueram semper pœnitentiam reparari. Si semper possunt peccatores per pœnitentiam reparari sufficit ergo momentanea pœnitentia. Nam quæ non possunt fieri in instanti,nō omnino uerum est semper posse fieri. Leo etiam primus in epistola ad Theodorū Foro iuliensem

Argu. 1. ex Scripturis

Ezech. 33

Amb. 1. de pœni. c. 4

Esa. 30. d

Hiere. 15. d

Zach. 1

Apo. 3

c. 5

Hila in Ps. 118.

Hier. 29. c

Arg. 2

Firmiter de summa tri. & fi. ca.

leo. ep. 89

B

26. q. 6. Episcopum ideo nemini in necessitate denegandam esse dicit reconciliatio- C
His qui. nem, quia misericordiæ Dei neque mensuras possumus ponere, neque tempo-ra diffinire. Et subdit. Apud Deum nullas patitur ueniæ moras conuersio, dicente Dei spiritu per Ezechielem prophetam, cum conuersus ingemue-
De pœ. d. ris, tunc saluus eris. Quid apertius potuit ab hoc tanto pontifice pro no-
7. Nemo. bis dici? Citat etiam Gratianus hæc ex Leone Papa. Nemo desperãdus est, dum in hoc corpore constitutus est. Quia nonnunquam quod diffidentiã
Iulius ibi. ætatis differtur, consilio maturiore perficitur. Sed audi, quid & Iulius Papa
c. si presb. eodem spiritu, quia & eiusdem uicarius, scribat. Vera confessio in ultimo tempore esse potest, quia dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est, sicut latro unius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso
Celestinus in hora ultimę confessionis, Et consentit per omnia successor eorum Cele-
ibi. c. stinus, qui contra negantes pœnitentiam in extremis in epistola sua secunda
Agnoui- ad Galliæ Episcopos sic loquitur. Horremus, fateor, tantę impietatis aliquẽ
mus. inueniri, ut de Dei bonitate desperet, quasi non posset ad se quouis tempo-re concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominẽ redimere, quo se uere expediri desiderat, & liberari. Et subdit. Desperat de misericordia Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere uel in momẽ-to non credit posse. Et ut intelligas ista eum retulisse ad potentiam secundũ legem, & non tantum ad potentiam Dei absolutam, exemplum ponit de latrone, & subijcit statim. Vera ergo ad Deum conuersio in ultimis posito-rum, mente potius æstimanda est, quam tempore, propheta hoc taliter affe-rente, cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cum ergo dominus D
cordis sit inspector, quouis tempore non est deneganda pœnitentia. Hæc il-
ar. 3. ex cõ le. Et uide ut mirifice sibi de hoc patres Ecclesiæ consenserint, & nullam esse
sensu do- seram pœnitentiam, quæ quidem fiat in hoc sæculo, constanter tradiderint.
ctorum. Cyprianus in elegantissimo tractatu ad Demetrianum inter cætera sic scri-
Cypri. bit. Hortamur dum facultas adest, dum adhuc aliquid de sæculo superest, Deo satisfacere. Quando istinc excessum fuerit, nullus iam locus pœnitentiæ est, nullus satisfactionis effectus. Hic uita, aut amittitur, aut tenetur. Hic salu-ti æternæ cultu Dei, & fructu fidei prouidetur. Nec quisquam aut peccatis retardetur, aut annis quominus ueniat ad consequendam salutem. In isto ad huc mundo manenti pœnitentia nulla sera est. Patet ad indulgentiam adi-tus quærentibus, atque intelligentibus ueritatem facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu, & uitæ temporalis occasu pro delictis roges Deum, qui unus, & uerus est, confessionem, & fidem illius agnitionis implores, uenia confitenti datur, & credenti indulgentia salutaris de diuina pietate concedi-tur, & ad immortalitatem sub ipsa morte transitur. Et in sermone de cœna domini, si tamen illius est. Neque serum est, ait, quod uerum, neque irremedia-bile, quod uoluntarium. Et ipso in momento impietas religionem induit,
Aug. crudelitas induit pietatem. Augustinus serm. 66. de tempore. Quantuscun-que sit peccator & impius, si ad pœnitentiam conuertitur, consequi per mi-

A sericordiam ueniam non dubites. Et in de eccle. dog. cap. 8. sic lego. Pęnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiamsi in ultimo uitæ spiritu ad missorum pęniteat. Allegat item Gratianus ex libro Aug. de pęnitẽtia, hæc uerba. Pęnitentia, si in extremo uitæ hiatu aduenerit, sanat, & liberat in ablutione Baptismi. Cõuersio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius uenia, sed quoniam uix, uel raro est tam iusta conuersio, timendum est de pęnitente sero. Et eadem est sententia in Ambrosio in exhortatione ad pęnitentiam. In resp. in super ad. 15. art. sibi falso impositum dicit Aug. Deus nemini adimit correctionis uiam. Chrysostomus de reparatione lapsi. Talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei, ut pęnitentiam nunquam respuat, si ei syncere, et simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perueniat malorum, & inde tamen uelit reuerti ad uirtutis uiam, suscipit, & libenter amplectitur, & facit omnia, quatenus ad priorẽ reuocet statum. Et quod est adhuc præstantius, & eminentius, etiamsi non potuerit quis explere in præsenti satisfaciendi ordinem. Quantulancunq; tamen, & quanlibet breui tempore gestam non respuit pęnitentiam. Nec quispiam iure tergiuersari potest, q dixerit quanlibet breui tempore, & non dixerit quolibet momento. Nam qui statim dixerat, Deum nunquam hic respuere pęnitentiam, satis indicabat his uerbis & breuissimum quoduis tempus, & instans a se esse complexum. Basi. exaggerans celeritatem, qua pater misericordiarum obuiam iuit filio prodigo ad ipsum redeũti, ita scribit. Solum

aug. d pœ. d. 7. nullus *Ambro.* *Chry. De pœ. d. 3. Talis.* *Bas. ho. 57*

B uelis, & ipse præcurrit. Incipit dicere, & pater assumit. Considera misericordiam, & ne amputes spem. Gregorius in illa uerba, Adduxit itaque populus, unusquisq; bouem in manu sua usq; ad noctem, sic suo more iuxta tropologicum sensum philosophatur. Vsq; ad noctem boues mactandi sunt, non in nocte, quia dum uiuimus, peccata delere pęnitendo possumus, post mortem autem fructuosam agere pęnitentiam non ualemus. Bern. Festinãter, & sine ullo interuallo coniunguntur lachrymæ peccatricis, & misericordia saluatoris. Richar. de s. Vict. Qui uere pęnitet, qui ueraciter dolet, absq; dubio & absq; mora indulgentiam accipiet. Liquet ex his, nulla uitæ particula, neq; ipso articulo mortis sanctos hos doctores inutilem putasse peccatorum pęnitentiam. Deinde. In momento potest quiuis peccator facere totum, quod in se est ad obtinendum gratiam diuinam, & perfecta conuersione, & ex toto corde auerti a suis peccatis, & conuerti ad Deum. Neque enim mora indiget uoluntas ad suos actus, & tam perfecta potest esse conuersio in instanti, ac in tempore. Præterea. Quocunque uitæ huius momẽto amittere possunt iusti suam gratiam secundum legem communem. Neque Deus moram temporis requirit, ut auertat se a peccatoribus, qui se ab eo auerterint, uel momentanea complacentia transgresionis alicuius præcepti. Igitur & quocunque etiam uitæ huius momento peccatores possunt in Dei gratiam redire. Æqua enim utrorunque est conditio. Et Deus multo pronior est ad miserendum quam ad puniendum. Tam pius nemo, tam

Greg. 1. Re. 14. e *Ber. ser. de Magdal.* *Rich. c. 9. benia. ma.* *Arg. 4* *Arg. 5*

Ter. ꝺ pœ. pater nemo, ait Tertullianus. Neque tantum contra clementissimam Dei C
naturam uidetur, sed & contra æquabilitatem, quam in omnes seruat, ut momento temporis possint iusti perdere quæcunq;, & quantacunq; bona in uita fecerint, & tamen tempore indigeant, ut uel in minimam Dei gra
Arg. 6 tiam redeant. Insuper. In alijs præceptis nulla certa mora temporis necessaria est, sed si quidem ea præstentur, quæ præceptis illis exiguntur, siue tempore quis hoc faciat, siue in instanti, satisfecisse censetur illi præcepto. Si teneamur nunc Deum diligere, uel adorare in spiritu, si & tenetur quis patrē suum diligere, uel ei subuenire, aut ei reconciliari, aut pro eo orare, etiam si momentanee ista faceret, nemo putat eum non fecisse satis illis pręceptis, nemo reum transgresionis eorum accusat. Vnde igitur hæc noua religio? Vnde hic nouus, & in alijs præceptis nunquam exactus rigor? Cur nos tā parce, & tam modice gratiam Dei, & domini nostri prædicemus, cum ille tam sit liberalis? Cur in hoc solo præcepto, cuius impletio necessaria nobis est ad uitam, credamus fuisse rigidiorem, & seueriorem, qui usque ad miraculum amat homines, & ad impartiendam eis suam gratiam est propensis-
Amb. 7. i simus? Cauendum est, ait Amb. de pœnitente peccatore, ne nos ei reconci-
lucã c. 66. liationis faciamus moram, quam non fecit filio prodigo pater. Sed & ex operibus naturæ hanc ueritatem discere potuimus. Mox enim ut perfectæ fuerint dispositiones in materia, introducitur ab agente naturali forma illis respondens. Quare & multo magis credendus est, Deus daturus statim & absque ulla mora suam gratiam eis, qui fuerint legitime ad ipsam dispositi. D
Nescit tarda molimina ss. gratia, teste Amb. & gratia multis nominibus antecellit naturam. Sequatur ergo quisque, quod ei placuerit. Iudicium Ecclesiæ neq; uolo, neq; possum anteuertere. Quod tamen pro ingenij nostri tenuitate sentio, ingenue dicam. Tam ualida, & tam efficacia argumēta ista apparent, ut non dubitem, posse Ecclesiam diffinire hāc ueritatem, quam modo firmamus, & silentium perpetuum imponere illis, qui hactenus præter autoritatem scripturæ, Ecclesiæ, & sanctorum, immo ipsis omnibus plane reclamantibus, tantum rigorem, immo errorem inuehere moliti sunt scholis. Ne tamen quispiam adhuc intolerabilius aberret, adijciam & hæc. Si cui placeat his non obstantibus defendere, non satis esse momentaneam detestationem ad reparandum hominem lapsum, oportebit illum sic defendere, certum tempus requiri ad sufficientem pœnitentiam, ut non satis sit usque ad instans terminatiuum eius temporis exclusiue dolere, nisi etiam in illo, uel ut communiter dicitur, usque ad illud inclusiue doleat. Gratia nanq; incipit esse per primum sui esse. Et Deus nemini remittit peccatum sine contritione. Contritio autem non est, ante quam infundatur gratia. Quare nisi hoc pacto defendatur necessitas continuationis in tempore, ubi illud instās terminatiuum temporis necessarij ad ueram pœnitētiam sit terminatiuum etiam uitæ, tenendo communem opinionem, ꝙ homo desinit esse per primum non esse, oportebit incidere in alterum duorum incommodorum.
Aut

A Aut enim necesse erit concedere, aliquem damnari, qui sufficientem habuit pœnitentiam in uita, aut certe, saluari eum, qui tota uita ista fuit in mortali, & caruit gratia Dei. Immo si hoc postremum non concedatur, necessarium erit dare, ex duobus æqualiter pœnitentibus, & disponentibus se ad gratiam, unum mox iustificari, alium uero, etiam cum nullum ponat obicē gratiæ, in æternum statim perire. Iustificabitur nanque, qui in eo instanti hic uixerit, peribit uero, qui in illo hinc discesserit. Sed ne ad disputādum de his minutulis necesse sit descendere, melius erit, in ea, quam tradidimus, sententia perstare, & uel momentaneam detestationem peccatorum ad iustificationem posse sufficere, constanter tueri.

Quantuncunque remissa detestatio peccatorum reparare potest lapsos. Cap. XXIIII.

Atque iisdem pene argumentis firmare possumus cum Gab. in. 4. d. 14. q. 1. & communi opinione recentiorum aliorum autorum scholasticorum contra Ric. in. 4. d. 17. ar. 2. q. 3 4. & . 5. Adri. quodli. 5. q. 3 Palu. Almay. & alios presertim ex antiquis, nullam esse certam intensionē, nullum certum feruorem, qui necessarius sit, ut detestatio peccatorum debitis alioqui circunstantiis perfecta, remissionem obtineat peccatorum. Nam in scripturæ testimoniis statim citatis sicut nulla certi temporis continuatio, ita nec aliqua certa intensio requiritur, sed cuiuis peccatori auertenti se ab omnibus peccatis suis, & conuertenti se ad Deum, gratia, & reconcilia- *Pnīa nō requirit certā itēsionē* *Arg. 1*

B tio diuina promittitur. Et perinde omnium iniquitatum obliuionem pollicetur Deus peccatori auertenti se a peccatis suis, ac comminatur iusto auertenti se a iustitia sua omnium iustitiarum suarum obliuionem. Quare cum quantuncunque remissa auersio a iustitia si modo deliberata sit, sufficiat ad perdendam gratiam, erit & quantulacunque auersio a peccatis satis ad eam recuperandum. Illud etiam persuadere nobis deberet hanc sententiam, quod neque Ecclesia unquam exegit huiusmodi intensiones a peccatoribus, neque sancti doctores docuerunt hoc esse necessarium. Quin Chrysostomus in uerbis illius mox allegatis quātulancunque pœnitentiam satis esse asseruit. Et Ecclesia nulla tali requisita intēsione, aut feruore gratiam sacramenti Baptismi pollicetur illis, qui cum fide sacramenti, et proposito illud reuerenter suscipiendi de hac uita decesserunt. Ad alia etiam implēda præcepta eiusmodi intensionem certo scimus non esse necessariam. Esto quippe magno quandoque conatu opus sit, et feruore, ut illa uincamus, quæ eorum expletionem impediunt, quantulocunque tamen affectu quis ea expleuerit, fecerit sane ipsis satis. Et hoc manifestum est, non solum in communibus, et facilibus præceptis, de danda eleemosina de reddendo deposito, de restituēdo alieno, et similibus, sed etiam in pręceptis difficilioribus de orando pro inimicis, de subueniendo ipsis in grauibus eorum necessitatibus, et similibus. Absurdunque plane et minime ferendum uidetur, quod quidam eruditus doctor asseuerat, modum certum necessarium esse in dolore, ut recō- *Arg. 2* *Debitū de Bap. & eius effectu Aplicā de presb. non Baptizato* *Arg. 3* *Hadr. qdli. 5. q. 3*

ciliet nos Deo, uerum illum non esse in præcepto. Præceptū nanque pœ- C
nitentiæ indictum est, ut nos reconciliet Deo, etsi impleatur, satis est ad ui-
Arg. 4 tam. Vbi præterea est pceptum de hoc? Vbi Deus tam durum, et difficilem se ostendit, redire in suam gratiam uolentibus? Cur addamus onera oneribus, præcepta præceptis? Cur non potius odia restringamus, et fauores ampliemus? Si magnus, et uehemens dolor de peccatis necessarius est, quo modo nūquam expressa est a deo certa requisita intensio? Quomodo itē uerisimile est Deum dedisse pceptum de cuius impletione, uel transgressione nemini nostrū posit, constare? Quis. n. intensiones suorū actuū nouerit? Quis mensuret quanto affectu, et feruore suorum se peccatorum pœniteat? Angelis quidem, qui gradus suorum affectuum distincte possunt nosse, talia ferri præcepta, nullum esset incommodum, sed hominibus qui hæc asse qui, non possumus, absonum est, et supra omnem plane uerisimilitudinē Deum sapientissimum et æquissimum legislatorem tale aliquod præcepisse. Multoq; absurdius hoc fuisset in hoc pcepto, cuius impletio omnibus peccantibus est necessaria. Vnde neque Ecclesia, neque principes, neque parentes, neque confessores, neque aliqui omnino homines adeo stulti, & parum prouidi fuisse probantur, ut uel sibi, uel alijs, huiusmodi intensiones imposuerint in affectibus, ad quos se, uel alios uoto uel præcepto adstrinxerint. Persuasum quippe omnes habuerunt, neque statui, neque capacitati
Arg. 5 hominum talia onera conuenire. Ad quę accedit, q nec homines humani, et tractabiles requirunt hæc ab illis, a quibus fuerunt offensi, sed si doleant D
illi de illatis ipsis offensis, et humiliter ueniā postulent, eam ultro, et sponte sua condonant, nulla requisita certa intensione in eo dolore, aut petitio-
Arg. 6 ne ueniæ. Et sacerdotes prudentes neque negant, neque negare possunt absolutionem pœnitentibus, quos uident exstra statum peccati, et cū quātulacunque pœnitentia suorum peccatorum, et proposito emendandi uitam ad sacramentum pœnitentię accedere. Possent autem iure maiorem fer
Greg. ho. uorē exigere, si maior esset necessarius. Vt enim Gregorius colligit ex eo,
26. ī Euā. quod Lazarus non est iussus solui ante quam esset suscitatus, tūc uera est absolutio præsidentis, cum ęterni arbitrium sequitur iudicis, et illos nos debemus per sacerdotalem autoritatē soluere, quos autorē nostrum cognosci-
Obiec. 1 mus p suscitantē gratiā uiuificare. Cur ego, dices, Moyses non pollicitus est misericordiam populo Israel discedenti a Deo uero, nisi cum ex toto cor-
Deut. 4. e de reuerteretur ad dominum? Cum quęsieris, ait, dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quęsieris eum, & tota tribulatione animę tuæ. Si satis est quantulacunque et quantumcunque parui temporis conuersio ad Deum, ut eum inueniamus, & misericordiam illius assequamur, frustra adiecisset. Si tamen toto corde quęsieris eum, & tota tribula-
Resp. tione animę tuę. Verum totum hoc loco idem est, quod perfectum. Et toto corde, et tota tribulatione animę suę Deum requirit, quicunque in eo solo confidit, et ab eo solo remedium suorum malorum efflagitat, et pro-

A pter illius unius offensam delicta sua detestatur. Ad misericordiam præstandam non attendit Deus perinde intensionem conuersionis ad se, ac perfectionem. Quid igitur per Ioel clamat, conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio, & fletu, & in planctu, & scindite corda uestra, & non uestimenta uestra? Esto posit, quis conuerti ex toto corde ad Deum per actum remissum, certe fletus, planctus, & scisio cordis intensum, & seruidum dolorem requirunt. Et Niniuitarum rex ita demum sperauit se, & populum suum reconciliandum domino, si operirētur omnes saccis, & reuersi a uijs suis malis, clamarent ad dominum in fortitudine. Aliud tamen est, quod decet, & ad perfectam reconciliationem consentaneum est, aliud quod necessarium est, & omnino requisitum, & citra quod nulli peccatori patet salus. Iustisimum quidem, & decentisimum est, atque ad perfecte placandum Deum commodisimum, grauissime, & feruentissime dolere de offensis Dei, & eas amarisime pro uirili nostra flere. Et ad hoc omnes peccatores commonendi sunt, & pro sua quique portione id conniti, & conari debemus. Atque ideo & fletus, & planctus, & scisio cordis, & clamor in fortitudine postulatur a peccatoribus in testimonijs citatis. Sed cum hoc stat, tātam esse misericordiam diuinam, ut etiam quantulancunque ad se conuersionem peccatorum satis habeat, ut eos ad suam gratiam admittat. Cur pereunt ergo aliqui peccatores dolentes de suis peccatis, quia non eis subuenitur per sacramentum pœnitentiæ? Nam si non perirent, nunquam a patribus reputarētur rei salutis spiritalis peccatorum, qui eis pœnitentiam ne-

Obiect. 2 Ioel. 2

Respon.

Obiec. 3

B garent in extremis. Quando etiam per absolutionem sacerdotum quis primo iustificabitur, si quantuluscunque dolor de peccatis iustificat? Nullus peccatorum perit, qui ante mortem dolet de suis peccatis propter Deum. Sed ideo salutem hominum adimere dicitur quisquis mortis tempore pœnitentiam ei denegant, quia plærunq; per sacramentum pœnitentiæ iustificantur, qui alias perirent. Quia absolutio potest primo iustificare, uidelicet, cum quis sine tali dolore, & cum solo dolore de peccatis propter gehennā, uel alia mala euitanda, aut propter alias similes causas ad confessionem accedit. Obijciunt & alij, q̄ constare posset peccatori sua iustificatio, si quantuluscunque dolor propter Deum sufficiat. Item q̄ nulla erit causa, ob quam quidam iustificentur, & alij non iustificentur, nisi quia Deus quosdam gratuito præuenit, & facit, ut detestentur sua peccata, & alios non. Quod uidetur ad acceptionem personarum spectare. Verum hæc lib. 9. abunde dissoluimus. Magis equidem me solicitant multa testimonia sanctorum doctorum, qui ad expiandum magnas, & graues culpas, magnum, & omnino feruentem dolorem de ipsis necessarium esse, uidentur docere. Ex quibus hic aliqua suis uerbis subijciam. Cyprianus. Deus quantum patris pietate indulgens semper, & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est. Quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto uulneri diligens, & longa medicina non desit, pœnitentia crimine minor non sit. Et ut intelligamus

Respon.

Obiec. 4
Obiec. 5

Obiec. 6

Cyp. ser. 5. de lapsis.

continuatione aliqua,& uehementia opus esse,ad placandum dominum, C
subdit. Putas ne tu dominum cito posse placari, quem uerbis perfidis ab-
Amb. 1 ep. ad quandã corruptã. nuisti? Putas, facile eum misereri tui, quẽ tuum non esse dixisti? Ambrosius.
Secundum conscientiæ molem exhibenda est conscientiæ magnitudo.
Grandi plagæ alta,& prolixa opus est medicina. Grande scelus grandem
2. de pœn. c.6 habet necessariam satisfactionem. Et alibi exemplum Hieremiæ proponit,
ut intelligant peccatores quanto affectu debeant facere pœnitentiam. Au-
diant, ait, qui agunt pœnitentiã, quomodo agere debeant, quo studio, quo
affectu, qua mentis intentione, qua intimorum concussione uiscerum, qua
cordis conuersione. Vide domine, quoniam tribulor, uenter meus turba-
tus est a fletu meo, conuersum est cor meum in medio mei &c. Quod si
quantulacunque detestatio peccatorum sufficeret ad gratiam, nunquam ille
in eodem libro diceret. Facilius inuenitur, qui innocẽtiam seruauerit, quam
Aug. qui congrue egerit pœnitentiam. Augustinus in libro de pœnitentia, refe-
De pœ. d. 3. sunt plures. Ser. 11 rente Gratiano, ita scribit. Recte pœnitens quidquid sordium post puri-
ficationem contraxit, oportet, ut abluat saltem lachrymis mentis. Et ad fra
tres in heremo, si tamen illius sunt illi sermones, sic aliquando loquitur. Gra
Greg. 3. in Reg. c.8 uia peccata grauissimis lamentis indigent. Gregorius in illa uerba, Si forte
releuet manum suam a uobis, sic scribit. Quia dicũt, si forte releuet manum
1. Re. 6 suam a uobis, quid aliud in hoc uerbo dubitationis accipitur, nisi quia dif-
Ione. 3 ficilis ostenditur reconciliatio criminosorum? Vnde & per Ionam dicitur.
Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus? Quia ergo si forte releuet ma- D
num dicitur, commoueri ad pœnitentiæ lachrymas cum magna fortitu-
dine debemus, quia etsi ij, qui pœnitentiam austeram faciunt, uix fiduciam
Bern. c. 1 de modo uiuẽdi. salutis inueniunt, negligentes salui fieri quando possunt? Bernardus. Com-
punctio lachrymarum remissio est peccatorum, quia tunc peccata dimit-
tuntur, quando cum lachrymis ad memoriam reducuntur. Compunctio
spiritumsanctum reducit ad se, quia cum spiritusancto mens uisitatur, statim
c.27 homo peccata sua plorat. Et postea addit. Nihil peius est quam culpam co
gnoscere, neque deflere. Et ex his quæ statim ex Isidoro allegat, uidetur pla
ne adeo magnum dolorem requirere ad iustificationem, ut etiam sufficiat
Isido. de sũmo bono c.12 ad lachrymas. Isidorus, ut citat Hadrianus, sic scribit. Sũt qui pœnitentibus
securitatem cito pollicentur, quibus bene per prophetam dicitur. Cura-
bant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes, Pax, & non
Hiere. 6 erat pax. Cum ignominia igitur curat contritionem, qui peccanti, & non
legitime pœnitenti promittit securitatem. Vnde sequitur. Confusi sunt, qui
abominationem fecerunt, idest confusi sunt non pœnitentes, sed pœnas lu-
endo. Et paucis interpositis addit. Quanuis per pœnitentiam propiciatio
peccatorum fit, sine metu tamen hoc esse non debet, quia pœnitentis sa-
tisfactio diuino pensatur iudicio, non humano. Proinde quia miseratio
Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. Hæc ille. Ex quibus ui-
detur necessarium putasse tantum dolorem de peccatis ad iustificationem
peccatoris,

A peccatoris,ut ad fletum, & lachrymas sufficiant. Quare & idem contritionem,sine qua nemini dimittitur peccatum,sic diffinit. Contritio est compunctio,& humilitas mentis cum lachrymis ueniens de recordatione peccati,& timore iudicij. Et hanc eandem diffinitionem possumus legere in sermone.7. Augustini ad fratres in heremo. Verum enim cum hæc,& similia patres scripsere,non tam præcludere fiduciam salutis tepidæ pœnitentiæ uoluerunt, quam indicare,quid deceret, & conueniret nos facere, ut Deo perfecte reconciliemur. Tepida nanque pœnitentia signum est imperfectæ displicentiæ. Et qui tepide dolet de suis peccatis,uix uidetur agnoscere,quantum malum sit peccatum, quanta auferat nobis bona, quantis subijciat nos malis, quam grauiter Deum offendat, quantis nominibus nos dedecoret,& deturpet. Contra uero feruens pœnitentia, & satisfacit Deo de pœnis debitis pro peccatis, & ab eorum iteratione præseruat, & facit,ut perfecta sit nostra pœnitentia, & debitis alioqui circunstantijs uestita. Nec enim quia quantuncunque remissam pœnitentiam satis esse posse diximus,ut redeant peccatores in gratiam cum Deo,ideo & quantuncunque imperfectæ pœnitentiæ eadem uirtus concedenda est. Hæc sanctorum testimonia si bene expendantur,postulare sane uidentur, uix aliquem, aut nunquam,perfecte,& sicut necesse est,de suis peccatis dolere,si non & idem uehementer,& feruenter de eis doleat.

Cōtritiōis definitio. Aug. Resp.

B

De perfecta peccatorum detestatione. *Cap.* XXV.

Vidimus,neque certi temporis continuationem,neque certam aliquā intensionem necessariam esse,ut detestatio peccatorum restituat peccatorem ad gratiam amissam. Sed nondum aperuimus, qualis ea,& quam perfecta debeat esse,ut in tantum effectum pertingat. Id igitur nunc curabimus pro uirili nostra explicare. Sed ne plus iusto excrescat nobis hic liber,graues,& per multas scholasticorum doctorum circa hæc quæstiones sub compendium aliquarum propositionum redigemus. Ac primo quidem graues quosdam doctores ex scholasticis,magno consensu tradere uideo, necesse esse,ut dolor de peccatis maximus sit, non quidem intensiue,aut gradualiter,sed æstimatiue,aut appreciatiue. Nam licet comparationes peccatorum ad mala pœnæ periculosæ sint in uiris imperfectis, ac propterea sicut prudenter admonent .s.Thoma.s. Bon. & alij doctores, nunquam illæ a pœnitentibus exigi debeant, tamen nunquam odium lætalium peccatorum reparabit hominem lapsum, nisi præponderet odio omnium aliorum malorum. Deus enim summe est diligendus. Et tanto alicuius offensa acerbior esse debet,quanto maior est,qui est offensus. Et cum peccata sint maxima mala,& omnia alia mala incomparabiliter excedant,atque in primis sint a cunctis uitanda,non uidetur de illis dolere pro dignitate,neque perinde ac debet,qui non ea supra omnia mala detestatur.

Propo. 1 Tho. bōd. Ale. Hale. Dur.

Arg. 1

Arg. 2

1.Ioã.3 Porro ſicut oportet Deum, & proximos iuxta mandatum Ioannis non C
uerbo, & lingua diligere, ſed opere, & ueritate, ita pœnitentiam neceſſe
eſt agere non uerbo tenus, & lingua, ſed opere, & ueritate. Quæ autem
pœnitentiæ ueritas eſt, ubi peccata tam grauia mala ſunt, & conſcientiam
noſtram hoc non latet, & tamen nos leuiter de eis dolemus? Si ueritas
eſt adæquatio rei ad intellectum, tanto nos oportet dolore affici, ut uere
Arg. 3 cenſeri poſsimus de ipſis dolere, quanta ipſa ſunt mala. Adhæc. Qui ſic
doleret de peccatis ſuis, ut mallet mala alia pęnæ, quam illa uitaſſe, non ha-
beret dolorem qui eum in ſtatum gratiæ reponeret. Oportet igitur de
Propo. 2 peccatis magis, quam de aliis malis dolere. Non ſic tamen requiritur ma-
ximus dolor de peccatis ad iuſtificationem, ut neceſſarium ſit ad eam quid-
Caiet. q. 1 quid doctiſsimus Caietanus ſenſerit, actu deteſtari peccata ſupra omnia
add. ĩ. 3. p. odibilia. Nuſquam tantum rigorem ſcriptura requirit. Quin per Ezechie
lem, Ioelem, & Zachariam abſolute pollicetur dominus miſericordiam, pec
catori auertenti ſe a peccatis ſuis, & cõuertenti ſe ad ipſum, nulla tali & tanta
comparatione ad alia mala requiſita. Neq; homines requirunt, ut condo-
nẽt offenſas in ſe commiſſas dolorem, de ipſis ſupra omnia alia minora ma-
Propo. 3 la. Satis igitur eſt dolor de peccatis ſic maximus appreciatiue actu, uel
uirtute. Quod & antiqui nonnunquam maximum intenſiue appellant.
Tunc uero dolor de peccatis eſt uirtute maximus, cum talis ac tantus eſt,
& ſic diſplicet homini peccaſſe, ut nulla ratione uelit conſenſiſſe peccato.
Siquidem ſi perſeueraret eiuſmodi dolor, nunquam qui de hoc cogitaret, D
mallet alia mala uitaſſe quam peccata, & iam hic minoris facit, & exi-
ſtimat omnia alia mala. Quemadmodum enim firmior quidem, &
maior debet eſſe animus uitandi peccata, quam uitandi alia mala, & tunc
hoc uotum eſt in homine, cum uult abſolute uitare omnia peccata, &
nulla ratione eis conſentire, ita licet deteſtatio peccatorum debeat eſſe ma-
xima, tunc talis, & tanta deteſtatio cenſenda eſt eſſe in homine, quando
uſque adeo diſplicent homini ſua peccata, ut nulla ratione uelit peccato
conſenſiſſe, etiam ſi non actu ſic ſit affectus, ut mallet potius in alia mala
Ter. d pœ. inciſiſſe, quam in peccata. Quanquam autem, ut recte dicit Tertullianus,
ignorantes dominum nulla exceptio tuetur ad pœnam, quia Deum in a-
perto conſtitutum, & uel ipſis cœleſtibus bonis comprehenſibilem igno-
rari non licet, tamen forte ignorari poteſt inculpabiliter, eum noſtris pec-
Propo. 4 catis offendi. Et in eo, qui tali laboraret ignorantia, maximus de peccatis
dolor ineſſe uidetur, quotieſcunque de ſuis peccatis dolent, quia ſunt con-
tra rectam rationem. Et ad reconciliandum eum Deo, merito cenſeri
poteſt eiuſmodi dolor ſufficiens. Si enim ſufficit ad perdendum gratiam
ipſius, conſenſus in aliquo, quod eſt contra rectam rationem, ſufficiet, & ad
redeundum in ipſius gratiam diſſenſus ab eodem, ut aduerſatur rectę ratio-
ni. Vt enim aſſenſus ille auerſio eſt a Deo uirtualis, ita diſſenſus hic conuer-
ſio eſt ad Deum uirtualis. Et par eſt, ut tantum poſsit hæc conſtruere,

A quantum illa destruere. Et per Ezechielem certe non exigit Deus, nisi, ut auertatur impius ab impietate sua. Dubitari uero non potest, quin auertatur ab ea, cui displicet quatenus dissona est rectæ rationi. Et alioqui qui tali laboraret ignorantia, non posset citra miraculum, nisi in magno tempore redire in gratiam diuinam. Cum uero Deus solus possit, peccata dimittere, & ad iustificationem ex communi sententia doctorum auersio à culpa, & conuersio ad Deum necessaria sit, & sine amore Dei nemo ipsi reconcilietur, sicut dicit Augustinus, in illis qui sciunt, Deum offendi peccatis nostris, quia summum bonum est, & legislator prouidentissimus, qui omnia mala districte prohibuerit, necessarium est dolere de peccatis, quia offensę sunt illius. Et hoc est, quod potissimũ nobis debet esse amarum in peccatis nostris, quod dũ eis consentimus, Deũ Optimũ Maximũ, & de nobis optime meritum relinquimus, post habemus, & offendimus. Et cum huiusmodi dolor est in nobis, tunc etiam cẽsendus est esse in nobis maximus dolor de peccatis, quia est dolor de eis sub summa, & iustissima ratione, qua sunt abominanda, & sub qua ipsa suprema sunt mala, & maxime omnium odio habenda. Et donec in hanc tantam perfectionem noster excreuerit dolor, quantuscunque ille sit, & quacunque alia ratione habeatur, nunquam perfectus erit, neq; sufficiens ad reconciliandum nos Deo. Et hæc est perfectio, quam supra sæpe requisiuimus, quęq; una necessaria est, ut pœnitentia reparet hominem lapsum. Et sane quanquã nonnulli doctores Propo.6

Propo.5 *Aug.*

B requirere uideantur ad lapsi reparationem, ut hunc dolorem comitetur dilectio Dei super omnia, dum tamen diuitias diuinę benignitatis maturius mecum expẽdo, non solum absq; formali, & pręsenti dilectione Dei super omnia, ut lib.6.c.30. probabiliter defendimus, sed absq; dolore in generali de omnibus peccatis, & alio omnino actu eiusmodi dolorem de peccato, uel peccatis admissis satis esse posse crediderim ad obtinendum ueniã peccatorum. Is quippe actus, caritatis actus est, & amor Dei, & conuersio in ipsum. Et qui eum habet, iam derelinquit uias suas malas, & ex toto corde cõuertitur ad Deum. Et apud homines talis dolor nonnũquam placat humanos, & nõ penitus difficiles, & intractabiles homines, etiam de grauissimis offensis. Et per Ezechielem, quod sæpe repetendum est, peccatori auertenti se ab impietate sua palam pollicetur Deus misericordiam nulla alterius præcipue tam perfecti actus requisita præsentia. Et eiusdem prophetæ testimonio probari potest, satis esse dolorem de peccatis in generali, ut reconcilientur peccatores Deo, neq; requiri tot dolores, quot admiserit peccata, quid quid durissime, & nostro quidem iudicio stultissime quidã uiri pij, & alioqui docti asseruerint. Considerans, inquit, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, uita uiuet, & non morietur. Certe ab omnibus iniquitatibus suis auertit, qui dolet in generali de omnibus illis, & nulla ratione uellet alicui earum consensisse. Et quorsum Deus tam multos dolores requireret, cum dolor ille in generali uirtute omnes eos contineat, &

Sco.ĩ.4.d. 14.q.2 ref. ad ult. Ca ie.ubi. su. *Ezech.18. & .33* *Propo.7*

tantundem ualeat etiam apud homines, qui difficiliores sunt, & absque ul- C
la comparatione minus misericordes. Et nisi dolor in generali sufficeret, multo tempore opus esset, ut peccatores possent gratiam deperditam recuperare. Quod supra dissonum esse, & scripturæ, & Ecclesiæ, & sanctorum patrum sententijs luculenter ostendimus. Debet tamen, quod necesse est, omnes fateamur, eiusmodi dolor, quanuis generalis, talis esse, ut uirtute saltem pertingat ad omnia lætalia peccata, quę quis admiserit, & animum ab eis omnibus reuocet. Et hoc crediderim, & non amplius requisisse doctores, qui dicunt necessarium esse ad iustificationem dolorem distinctum de singulis peccatis mortalibus. Et merito quidem hoc exigitur. In infidelibus quippe, & in hæreticis, & in laborantibus aliqua ignorantia uincibili sæpe sunt generales dolores de peccatis, neque tamen sufficiunt ad iustificationem, quia non retrahunt animum eorum ab infidelitate, hęresi, uel ignorantia, sed cum illis perseuerat actu uel uirtute complacentia in eis. Immo si displicerent omnia admissa peccata, quatenus offensa sunt Dei, neque tamē eo pertingeret illud animi tædium, seu dolor, ut & ipsi in se actus, qui offensa fuerūt Dei, displicerent, non haberetur dolor, qui necessarius est ad consecutionem iustitiæ. Et posset quidem hoc contingere. Quia sunt nōnunquam aliqui peccatores, qui nollent, se offendisse Deum, sed gaudent non solum de effectu bono, ex offensa Dei secuto, sed etiam de ipso actu, ex quo talis prodijt effectus. Exempli gratia. Dolet quidem Petrus, se offendisse Deum, sed gaudet, quod habuerit incestuosum concubitum, ex quo habuit opti- D
mum filium. Dolet etiam Ioannes, se offendisse Deum, sed gaudet, quod strenue, & honorifice, autoritate, & industria propria inimicum suum occiderit. Quod uero eiusmodi dolores imperfecti sint, neque sufficiant ad reconciliationem peccatoris, ne quispiam decipiatur, sicut uidi quandoque in hoc deceptum quendam præceptorem meum optime meritum de literis theologicis, potest manifeste ostendi. Hi nanque non uere dolent se offendisse Deum, sed nollent, Deum talem statuisse legem ut illis suis iniquitatibus offenderetur. Si enim uere displiceret eis offensa diuina, displicerent utique & actus, quibus Deum offenderunt. Isti etiam non detestantur peccata præterita. Siquidem non detestantur illos actus sub ratione, qua sunt contra rectam rationem, & carent rectitudine debita inesse, a qua carentia habent saltem principaliter, & formaliter, ne dicam principalius, & formalius, esse peccata. Et qui sic sunt affecti, nondum auertuntur ab iniquitatibus suis, sed adhuc in earum complacentia permanēt, & uel fratrem suum oderunt, uel uoluptatibus illicitis consentiunt. Quod si ad perdendum Dei gratiam satis est horum scelerum perpetratio, immo etiam consensus in huiusmodi actus, etiam si displiceāt, ut offensę sunt Dei, quomodo dubitari potest, quin permaneāt in peccatis, quātuncunque doleāt, se offendisse Deū, qui nō eo pueniūt, ut nolint, eos actus fecisse? Certe nisi cū offensa Dei hoc quoque nolint, neque resipiscunt, neque relinquunt uias suas, neque uitam mutant,

neque

Propo.8

Propo.9

A neque denique pœnitentiam necessariam de peccatis suis faciunt. Quare & utrunque requisiuit Augu. his uerbis. Odisse peccata per se sine amore Dei, non facit salutarem pęnitentiam. Siqui tamen sunt, qui nollent quidem pa- trasse, quæ admiserunt peccata, neque tamen dolent dolore sensitiuo, aut etiam intellectiuo de ipsis, ea detestatio peccatorum absque ulla tristitia, & dolore ad iustificationem sufficeret. Idque constanter Scotus, Almaynus, & alij tradidere. Et ualde est hoc misericordiæ diuinæ consentaneum. Nam & apud homines hoc nonnunquam satis est, ad redeundum in gratiam cum illis. Nec uerti in dubium potest, quin iam isti peccatores resipiscant a suis peccatoris, & uere eos illorum pęniteat. Et quatenus dolor, seu tristitia de peccatis proprie pro passionibus accipiuntur, quæ sequuntur ex affectibus eorum, qui nullatenus uellent acquieuisse peccatis, adhibere possumus fidem nonnullis peccatoribus asserentibus se non posse dolere de peccatis suis. Potest enim hoc usu uenire in dolore sensitiuo, ex quo sequuntur lachrymæ propter duram complexionem, uel propter nimium alioqui dolorem intensiuum. Et non est mirandum, si alia mala magis sensibilia maiorem causent dolorem, & in plures nos resoluant lachrymas. Et secundum doctorem subtilem possibile etiam hoc est de dolore intellectiuo, qui tristitia est. Quia neque necessario sequitur secundum ipsum tristitia ex fuga, odio seu nolitione peccati, licet ut plurimum coniuncta ipsi sit. Vnde est illud uulgatum Augu. Sicut pęnitentiæ comes est dolor, ita lachrymę

Aug. ser. 7 de tēpore. Propo. 10

Aug. lib. de pœni.

B testes sunt doloris. Quod si, ut assolent aliqui peccatores dicere, de hoc doceant, quod non dolent, tali dolore sensitiuo, uel intellectiuo, modo simpliciter dicant, se nolle peccasse, admitti debent ad pęnitentiam. Si tamen dicerent, se non habere affectum, quo nolint consensisse peccatis, quæ admiserunt, quia non possunt talem affectum habere, & eum affectum more communi dolorem uocent, communibus, & protritis rationibus ex malis, quę sunt in peccatis, paulatim trahendi sunt, ut nolint, ea admisisse. Fieri quippe nequit, ut doleant, quòd non dolent de peccatis suis, si dolor accipiatur, ut plærunque fit pro affectu, quo quis uult non peccasse. Nam is affectus semper subest potestati eius, qui uere uult eum habere. Quia uero magis ille pēdet ex Dei gratia, & benignitate, quam ex nostra libertate, in primis orandus est Deus, ut eum dignetur ipsis impartiri. Quis enim ut uerissime dicit Bern. scindet duritiam istam, nisi qui in passione sua petras excidit? Quis dabit cor pęnitens, nisi a quo est omne datum optimum?

Bern. de trip. misc.

Ignorantibus probabiliter quantam deus requirit pœnitentiam, sufficit ad gratiam momentanea, & remissißima. Cap. XXVI.

QVanquam uero par est, ut peccatores omnes solicite nosse studeāt quomodo, & quatenus detestari debeant sua peccata, ad eorum tamen, & piorum omnium consolationem, adijciam hic unū, quod iampridem nobis est uehementer persuasum. Et hoc est, dolorem de peccatis propter Deum qualencunque, & quantuluncunque ad remißionē pec-

Sufficit qn̄que, ad gratiā dolor minor quā necessarius

catorum sufficere, etiam ubi Deus maiorem, & longiorem requisiuerit, modo habeatur ignorantia probabilis talis legis diuinæ, neque animus desit dolendi uehementius, & diuturnius, siquidem ea lex diuina constaret. C
Itaque, si exempli gratia Deus ad remissionem peccatorum nostrorum requisiuerit dolorem de eis propter ipsum intensum ut quatuor, & continuatum per centesimam partem horæ, sed hoc ignoretur a nobis inuincibiliter, & probabiliter credamus, uel propter autoritatem doctissimorum uirorum, uel propter argumenta, iam facta, sufficere etiam remississimum, & momentaneum dolorem de peccatis omnibus propter Deum, non solum, ut credo, excusabimur a nouo peccato propter eam ignorantiam inuincibilem, sed uere etiam sufficiet ille dolor ad obtinendum gratiam, & quod deest, supplebitur per propositum dolendi amplius, & uehementius, siquidem id crederetur requisitum. Est enim hoc propositum, uel formaliter, uel uirtualiter in omnibus qui dolent quantum probabiliter existimant sufficere. Non ausim piam hanc opinionem, ut certam tradere, uerum eam probabilē esse, his possumus argumentis suadere.

Arg. 1 Primo. Quicunque dolet de peccatis suis, quantum putat probabiliter sufficere ad implendum præceptum contritionis, & consequendum gratiam diuinam, implet præceptum contritionis. Præcepta enim diuina non amplius obligant, neque ad aliquid maius, quam nobis possit innotescere. Qui uero implet præceptum contritionis, uere habet gratiam.

Arg. 2 Secundo. Qui facit ea, quæ probabiliter credit esse satis ad implenda præcepta de D Baptismo & pęnitentiæ sacramento, etiam si propter maliciam sacerdotis non suscipiat ista sacramenta, non solum excusabitur a nouo peccato, sed etiam consequetur gratiam, quam alias fuisset consequuturus per huiusmodi sacramenta. Dicit enim Alexander tertius de Iudæo, qui se baptizauit in mortis articulo, cum esset inter solos Iudæos. Si talis continuo decessisset, ad patriam protinus euolasset propter sacramenti fidem, et non propter fidei sacramentum. Ergo qui doleret de suis peccatis propter Deum, quantum probabiliter credit satis esse, etiam si non doleat quantum Deus forte ad conferendum gratiam requirit, non solum excusabitur a præcepto tanti doloris, sed & uere consequetur quod per eum dolorem fuisset consecuturus.

c. Debitū de Bap. & eius effectu.

Arg. 3 Tertio. Si non sufficiat ad nostram iustificationem dolere quomodo & quantum probabiliter credimus, & a probatis Ecclesiæ doctoribus traditum est nobis sufficere, oporteret concedere non esse nobis sufficienter traditam per Ecclesiam uiam ad nostram iustificationem, quod aperte est inconueniens, uel saltem non esse aliam uiam certam nobis, neque a Deo, neq; ab Ecclesia traditam, qua possimus iustificari, quam istam, ut ex toto corde doleamus.

Arg. 4 Quarto. In aliis pceptis non solū excusabimur a peccato, sed & uere obtinebimus, q̄ Deus promisit illa seruātibus, si ea impleamus, quantum nobis innotescunt per pdicationem Ecclesiæ, & ea faciamus, quę probabiliter putamus pro eorum impletione sufficere. Et potest

A hoc ostendi in pręcepto dandi eleemosynam, & in pręcepto remittēdi iniurias, licet enim uarient doctores in explicandis illis, ad quæ ista pręcepta obligant, uere tamen sufficiet ad consequendum præmia, & prærogatiuas seruantium illa, implere ea iuxta opinionem probabiliorem doctorum, etiāsi alia sit uerior. Quinto. Apud clęmentes, et non omnino inhumanos dominos, ista sufficerent ad implendum pręcepta eorum, & obtinēdum pręmia, quę polliciti essent, ea seruantibus, uel certe ad consequendū eorum gratiam & ueniam de offensis contra illos patratis. Sexto. Qui laborat aliqua ignorantia uincibili, & ob hoc solum gratiam nō obtinet Dei, etiamsi multum & feruēter doleat de suis peccatis, eo ipso acquiret Dei gratiā, quo illa ignorantia efficietur inuincibilis. Perinde etiam est non pręscribi aliquod pręceptum, & non notum facere. Et perinde est, non notum fieri, & ignorari illud inuincibiliter. Si ergo ubi Deus non requisisset aliquem dolorem ad cōmunicandum nobis suam gratiam, aut certe non requisisset tantum, aut tanto tempore continuari, iustificaretur, qui remissisime, & in momento doleret, iustificabitur etiam, cum ignorat inuincibiliter maiorem dolorem esse requisitum. Non enim exigit Deus ad consequendum gratiam suam, nisi quę præcepit. Neq; præcepit, nisi quæ possunt moraliter innotescere. Septimo. Qui dolet, quantū probabiliter putat sufficere, facit quod in se est. Nam ut faciamus quod in nobis est, necessarium non est, ut faciamus totum qđ possumus, sed satis est facere, quę factu putamus necessaria, ubi non laboremus ignorantia culpabili. Faciens autem, quod in se est ad obtinendum gratiam

Arg. 5

Arg. 6

Arg. 7

B diuinam, proculdubio, ut supra probauimus, assequetur & illam. Dixi tamen hoc non esse usquequaq; certum, quia neq; ab Ecclesia, neq; a sacris doctoribus quicquam uideo de hoc definitum, & uidi uiros doctissimos dubitare de hoc, & cōstanter asserere contrarium. Cunq; Deus gratis det peccatoribus suam gratiam, nō omnino est absurdum, si aliquid præcipiat, aut saltem exigat a nobis, ut eam obtineamus, de quo nobis nō posit satis certo constare. Commodum enim id est, ut semper simus de nostra salute solliciti, neq; contenti simus breui, aut paruo dolore de offensa ipsius, quę adeo omnibus lugenda est, ut quantuncunq; doleamus de ipsa, semper illa acerbius, & diutius dolenda sit. Et si Deus requisiuit uere maiorem dolorem, q̄ sit noster, satis uidetur dare hoc ignorantiæ, ut excuset a peccato. Nec apparet necessarium concedere ei, ut faciat eum dolorem sufficientem, qui alias quauis ratione est insufficiens. Vnde nemo, qđ sciam, concedit ignorātiam hoc posse pręstare dolori de peccatis timore pęnę, tametsi, ut hoc obiter dicam, nō soli doctores li. 6. c. 24. citati, & eum, & pniam ex ipso conceptam approbent, sed & ipsis antiquiores, Irenęus, & Tertu. Idemq; legere licet nō tantum in citatis locis ex Aug. & Bern. sed & in Aug. de spiri. & lit. c. 32. & ep. 120. c. 18. & in Bern. in ser. 2. dominicæ. 1. post Epiphaniā, & in ser. de primordijs, medijs, & nouissimis. Ex quibus cum illis q̄ supra scripsimus apertior esse poterit insania Lutheri, qui asseruit timorem ante caritatem obesse,

Iren. 3. cō. here. c. 35. tert. d pœ. Aug. Ber. Pœni. ex timore utilis

& ea accepta inutilem esse, & poenitentiam timore conceptam Deo magis C odibilem animam facere, quia pęnitentiam fingit. Sed tempus iam appetit, ut ad tertiam partem huius sacramenti transeamus.

De sacramentali peccatorum confeßione. Cap. XXVII.

APrisime nimirũ patres post cessationem a peccatis, et detestationem eorundem, tertio loco sacramentalẽ peccatorũ confessionem subiecerũt. Quid. n. tam proprium sit eius, qui uere a suis culpis resipiscit, & eas pro dignitate detestatur, quã aduersum se iniustitiam suã confiteri, & uirulentum conceptum humorem euomere, ac languores, et suę animę uulnera, ei qui mederi possit, detegere? Nondum sane morbos suos spiritales agnoscit, qui medico spiritali eos reuelare subterfugit. Nondum lætalia peccatorum uenena, quæ biberat, intelligit, qui non eis per confessionem releuari festinat. Neque satis de suis erratis confunditur, qui ea nititur abscondere, & non potius, uel ad suam ipsius confusionem, & pudorem, ei qui mederi ipsis potest, propalare. Sacramẽtalem autem confessionem peccatorũ uocant patres confessionem peccatorum secreto, & iuxta ritum Ecclesię catholicæ factam sacerdoti habenti legitimam potestatem remittẽdi peccata. Quo nomine distinguitur a multiplici peccatorum confessione, quę et in iudicio, & extra iudicium, & publice, & priuatim multis aliĳs nominibus, & rationibus, & Deo, et hominibus fieri potest. Ideo uero adiecta sunt illa uerba, Saltem in uoto, & suo tempore faciendam, quia non sic necessaria est cõfessio ad reparationem lapsi, sicut cessatio a peccatis, & eorũ detestatio. Absque his ut plurimum non liberatur perfecte peccator a malis, quibus se subiecit per peccatum, bene autem absq; confessione. Satis quippe est uotum seu propositum confitendi tempore, quo peccator ad id adstringitur, uidelicet semel in anno ex statuto Ecclesię, et tempore susceptionis Eucharistię, & in periculo mortis ex iure diuino. Et in hoc omnes conueniũt doctores Hugone & Rich. de. s. Vict. exceptis. De quorũ sententia copiose agemus, ca. 33. & quanq; nonnulli scholastici huius uoti confitendi pręsentiã ad iustificationem requirũt, & Rich. etiam uoti satisfaciẽdi p̃sentiam uidetur ad ueram pniam exigere, tamen ut communior, ita probabilior est aliorũ sententia, q̃ sufficiat actu, uel uirtute habere hoc propositum confitendi statutis a Deo, uel ab Eccl. temporibus. Alioqui & nũc esset in lege gratiæ difficilius, recõciliari Deo, quã fuerit sub lege naturæ, uel scripta, quibus tẽporibus certum est nullius talis propositi præsentiam fuisse necessariam. Et cum propositum suscipiendi Baptismi satis sit in uirtute ad iustificationem peccatoris non Baptizati, ut supra ostẽdimus, non est quod quisquam ambigat, quin multo magis suffecturum sit, habere in uirtute propositum confessionis ad reparationem eius, qui lapsus est a gratia baptismali. Virtute uero habentur hæc uota, quando uel animus est in generali adimplendi omnia mandata, ad quæ obligamur, uel tanta est admissorum peccatorum displicentia, ut cum ea non stet consensus alicuius exitialis peccati in

Sacramẽtalis cõfeßio

Tẽporibus tribus obligat præceptũ cõfeßionis.

Oĩs utriusque sexus ꝺ pœ. & re.

Hug. 2. de sac. Rich. de pot. lig. & solu.

Nõ requiritur ad gratiã propositũ cõfitẽdi aut satisfaciẽdi.

A futurum. Et cum inter partes pœnitentiæ, sacramentalem confessionem eorundem peccatorum patres computant, quæ statim, & relinquenda & detestanda dixerant, satis indicant, omnia peccata commissa post baptismum siue mortalia, siue uenialia ad sacramentalem confessionem pertinere. Omnia nanque talia relinquenda, & detestanda sunt. Quia tamen ad iustificationem peccatoris necessariæ sunt cessatio a peccatis lætalibus, & detestatio eorum, non autem cessatio a uenialibus, aut eorum detestatio, hoc ipso innuitur, mortalium omnium confessio necessaria esse, non autem uenialium. Vide uero quisquis catholicæ ecclesiæ aduersaris, & agnosce uel ex his præsentiam, s s, in œcumenicis cōciliis. Quinque precipui errores hactenus pugnarunt contra sacramentalem confessionem, & eis omnibus ob uiam hic iuit sacrosancta nostra Synodus. Primus est Valdensium, & ut refert cap. 135. libri de sacramentis Thomas Valdensis ex Damasceno libro de hæresibus hæresi. 80. etiam Massilianorum, qui confessionem abstulerunt, & eam inutilem, & superfluam censuerunt. Cui errori accessit Vuitclefus, qui asseruit, debite cōtritis eam esse superfluam, & inanem. Consensit & ex parte Lutherus, cum docuit nullam gratiam in ea per absolutionem sacerdotum conferri. Sed si superflua esset, & inanis confessio, nūquam ea computata esset inter partes sacramenti pœnitentiæ necessarii ad reparationem lapsi. Verum de uirtute, & efficacia confessionis non hic, ubi ab absolutione dissepartur, sed cum de ipsa sacerdotum absolutione tractabimus, commodior erit locus disserendi.

Oīa peccata post baptismū, materia sunt cōfessionis

Errores. 5 hic damnati.

Primus.

B Secūdus error fuit Iacobitarum affirmantiū, confessionem clanculariam non esse necessariam, sed satis esse cōfiteri Deo soli. Et hūc errorem eis imputat Guido Carmelita in summa de hęresibus. Tribuunt & alii eundem Martino Luthero. Quam iuste ipsi uiderint, qui ei imputant. Certe neque Leo decimus quidpiam tale in eo damnat, neque sanctus episcopus Roffensis hoc ei impingit. Et ut candide, & ex animo ubique ueritati faueam, ego non solum non usquam hoc in eo legi, uerum legi aliqua ex diametro cum his pugnantia. Quod si non ipse, quod sæpe alias facit, sibi ipsi aduersetur, non crediderim illum in eo fuisse errore. Sed utcūque sit, satis reiecerunt patres hunc errorem, cum confessionem dixerūt saltem in uoto, & suo tempore faciendam esse. Nam hæc uerba satis eam necessariam ostendunt. Et ut nulla esset ambiguitas, apertissime postea hunc errorem damnarunt canone. 29. Tertius error fuit cuiusdam Petri Osmēsis, qui in uniuersitate nostra Salmanticensi ausus est defendere, confessionem non esse de iure diuino, sed tantum ex uniuersalis Ecclesiæ statuto. Et eūdem errorem tenet Glo. in principio dist. 5. de pœnitentia, & in. c. Omnis utriusque sexus de pęni. & remi. Dubitat & ibi Panormitanus de hoc, sed magis inclinat in eandem sententiam. Et quod iam olim multo magis miror, eandem tenuit diuus Bonauentura in. 4. d. 17. parte. 2. artic. 1. q. 3. idque autoritate Hugonis de. s. Victore expresse dicentis de Christo. Medicis dixit, ut curarēt, sed infirmis non dixit, ut ad medicos uenirent. Hoc quasi certum esse uo-

Error. 2

Cano. 29.

Error. 3.

Bona.

Hugo.

luit, quod ęgri libenter salutem quęrerent, & se curandos offerrent, si medicos C
inuenirent. Sunt etiam qui & hunc errorem impingant Luthero. Verum
ego nihil hactenus in eo legi, unde queam istuc ei tribuere. Tuentur tamen
illum Philippus, & Erasmus Sarcerius in locis communibus. Et non so-
lum dicunt confessionem nostram auricularem non esse iuris diuini, sed ne
agnitam quidem esse a uetustis patribus. Sed multo & in multis ignoran-
tior est, & magis temerarius Sarcerius, qui suum errorem multis sanctis pa
tribus non ueretur imponere, & doctrinæ catholicæ erroris notam inure
re. Damnauit autem hunc errorem hoc loco expresse sancta Synodus. Nā
cum in proœmio huius decreti, doctrinam hic traditam doctrinam esse as-
seruerit a Christo, et ab Apostolis eius acceptam, satis colligere possumus,
& huic quoque errori obuiare illam uoluisse. Et hanc sententiam merito esse
Error. 4. inter errores computandam, ex statim dicendis liquidum faciemus. Quar-
Lutherus. tus error fuit Martini Lutheri, quod uenialia peccata non pertineant ad confes
Philippus sionem. Et hunc errorem satis ille innuit in arti. 8. damnato a Leone. x. Nul
et Erasm. lo modo præsumas confiteri uenialia; Sed apertius id docuit, cum in apo-
Sarcer. in logia eorum uerborum impingit catholicis omnibus, quod unanimiter di-
art. de con cant, uenialia non pertinere ad confessionem, & ea ratione uerba illa excu-
fessione. sat, quod nihil tradiderit, quod non & omnes sui aduersarij tueantur. Ego ue-
ro in nullo catholico autore quidpiam tale legi, nisi in uno parum docto,
Error. 5. tametsi satis pio, qui abcdarios quosdam morales scripsit Hispanice. Quin
tus error in hac materia est, non necesse esse omnia peccata mortalia confi- D
teri. Quem etiam errorem satis inuit Lutherus in uerbis illis damnatis ubi
supra a Leone decimo. Nullo modo præsumas confiteri omnia mortalia,
quia impossibile est, ut omnia mortalia cognoscas. Eodem etiam pertinet
articulus. 9. contra ipsum damnatus ab eodē pontifice, qui sic habet. Dum
uolumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericor-
diæ Dei nihil uolumus relinquere ignoscendum. Et quanquam in apolo-
gia horum articulorū mira uafricie, ut habeat scilicet, quibus se a nobis tuea
tur, sententiam suam abscondit, neque satis explicat, an crediderit, posse pœ-
nitentes confessionem alicuius mortalis eis occurrentis intermittere, tamē
in eam partem magis propēdisse uidetur, uel certe eo tendit, ut retrahat ho
mines a solicitudine, quam uiri pij communiter habent, ut quantum pro sua
quisque uirili possit, omnia reuocet in memoriam, quæ peccata mortalia cō
miserit, & de illis integre, & aperte, & absque ulla circuitione sacerdoti con-
fiteatur. Et nunquam explicat, necesse esse, confiteri omnia mortalia, quæ
occurrerint, sed in hoc totus uersatur, ut ostendat, non posse quenque, si id
fit necessarium, pacem assequi conscientiæ, aut iudicium Dei euadere, neque
posse omnia mortalia nobis innotescere. Quintum uero hunc, & quartum
errorem excluserunt patres, ut statim diximus, cum asseruerunt, eorūdem
peccatorum sacramentalem esse confessionem faciendam, quæ & relinquē-
da, & detestanda esse, docuerunt. Sed iam hanc patrum doctrinam, Chri-

A sti, Apostolorumq; ipsius, & totius Ecclesiæ doctrinæ concordem esse, ac proinde qui errores hos inuulgarunt, longe a ueritate abfuisse, commodũ erit mõnstrare.

Confeßio consueta in Ecclesia est de iure diuino. Cap. XXVIII.

SI confessionem iure diuino indictam esse omnibus a gratia baptismali prolapsis semel persuaserimus, manifestum erit, eam utilem esse, & necessariam, neq; operosum fuerit de his omnibus hæresibus triumphare. Quare quid de confessione ista sacramentali sacræ literæ tradiderint, in primis uidebimus. Porro me non fugit, celebres aliquos autores, & pietate, & doctrina insignes multa ex ueteri testamento protulisse, ut confessionis auricularis ritum, quem nunc tenet Ecclesia, nouum non esse, nec contemnendum ostenderent. Et nominatim Thomas Vualdensis de sacramẽtis cap. 139. & 143. dicit, Christum non dedisse nouum præceptum, sed antiquam consuetudinem roborasse. Ac 137. cap. refert ex quodam Iudęo, se di dicisse, consuetam fuisse apud illos confessionem in adulterio, homicidio, & blasphemia nominis, siue legis Dei occultis, & peculiarem, & distinctam pœnitentiam pro hoc imponi solitam. Et Cyprianus quidem ex confessione trium puerorum in camino ignis apud Danielem probat confessionem. Et Lactantius idem facit ex præcepto circuncisionis. Ambrosius etiã fundat confessionem nostram in confessione omnium iniquitatum populi, quæ debebat fieri a sacerdote super hyrcum emissarium. Augustinus similiter fundat in confessione Iob, & in illis uerbis conuulsæ sunt compagines. Chrysostomus in opere imperfecto, si tamen illius est, confirmat idem ex confessionibus, quæ iuxta Matthæum fiebant ante baptismum Ioãnis.

Th. Vual. sac. a c. 135 usque ad 140. Rof. artic. 8. in Luth. Eckius in Enchiri. Cyp. ser. 5 ad lapsos. Lact. 4. diui. insti. c. 17.

B Sed si bene hæc omnia testimonia expendamus, deprehendemus sine dubio, ea esse intelligenda, aut de confessione, quæ Deo fit in corde, aut de cõfessione, quæ fit iudicibus in iudicio, aut de confessione aliqua peccatorum in genere, quæ fiebat, uel in templo, uel alibi corãm domino, & ipsius sacerdotibus, uel prophetis, aut de confessione quę indicaret uel ex ignorantia, uel ex fragilitate hominem peccasse, nulla expressa distincte specie peccati, aut deniq; de confessione alicuius peccati in specie, opere ipso, aut sacrificio facta non uerbo. Et umbras quidem, & figuras nonnullas, ac præludia aliqua nostræ confessionis præcessisse passionem domini, nihil ambigo. Seruauit hoc perpetuo prouidentissimus ille Dei spiritus, ut quę insignia facturus, aut instituturus erat in lege gratiæ, longe illa ante uel in lege naturæ, uel in lege scripta adumbraret. Eaq; re & autoritatem eis non exiguam conciliauit, & difficultatem emolliuit, quæ ab eis credendis, aut opere perficiendis nostros animos auocare poterant. Sed enim ante datas hominibus claues ligandi, & soluendi indubitatum nobis est, nũquam neq; indictum esse, neq; consultum, neq; apud aliquam omnino nationem receptum fuisse ritum clancularïæ confessionis, quem nunc obseruari scimus ab uniuersa

Ambro. 1. ep. 3. Augu. Chrysost.

Non fuit ante nouã legẽ ritus auricularis confessionis.

in.4.d.17 Ecclesia. Et huius sententiæ est doctor noster subtilis, & communiter scho- C
lastici doctores. Neq; conueniebat profecto, ut ad tantum, & tam graue
onus quispiam obligaretur, donec præcellentes huiusmodi claues Deus im
partiretur hominibus, quarum beneficio, & adiutorio compensari posset
quicquid uel oneris est, uel laboris in reuelandis distincte, & peculiariter no
stris peccatis hominibus. Et hunc tantum, & tam salubrem ritum, quique
magnifice hominem extollit, dum homo homini sua manifestat arcana, &
ab eo præsidium suæ salutis deposcit, differri nimirum oportebat in hoc us
que tempus, quo humana natura mirifice a Deo exaltata hominem cœpit
habere Christum uidelicet Iesun dominũ nostrum, qui arcana omnia no-
uit, & in cũcta humana opera plenissimam habet iudiciariam potestatem.

Quomodo figuræ probant nostrã cõfessionem

Et sanctos doctores nequaquam existimauerim in antiquis figuris nostrã
confessionem fundasse, quia & ante nouam legem crediderint Deum illam
uel instituisse, uel præcepisse. Quomodo enim lex uetus, quæ uel minutissi
ma præcepta distincte tradidit, de hoc uno grauissimo præcepto credita
fuisset tacuisse? Vtebantur tamen illis ad constabiliendum nostram confes-
sionem, quoniam necesse est omnes concedere in noua lege implenda esse,
quæ sub nube & figura in ueteri lege præcesserant. Ac fortassis non leuiter
confirmari posse intelligebant confessionem nostram ex eo, q; confessio-
nes generales, & impendio obscuræ, gratæ nihilominus Deo fuisse osten-
duntur. Cui enim illę placebant, placebit proculdubio confessio distincta,
& particularis, quæ nos magis confundit, & humiliat, quæq; dolorem de D
ipsis offensis, & conuersionem nostram in ipsum multo apertiorem facit.
Seruiãt igitur illa testimonia, & figurę, ut amabilem, & caram Deo confes-
sionem peccatorum ostendant, quam tanto ante tempore tam multis in-
uolucris, & deliniamentis nobis ille commendauit. Vt autem præceptum,
& ritum nostrę confessionis probemus, solum illis utemur testimoniis,
quæ nobis eam commendare possunt ab eo tempore, quo Christus suis

Confessio auricularis est de iure diuino.

Apostolis has claues tradidit. Et primo quidem ex uerbis illis, quibus
Christus hoc instituit sacramentum, Accipite Spiritunsanctum. Quo-
rum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta
sunt, non obscure colligi potest, omnibus peccatoribus a gratia Baptismã
li lapsis indictum esse ab ipso, nostræ confessionis præceptum. His quippe
uerbis iudices constituit Christus Apostolos super omnes Christianos
peccatores, & non quidem uoluntarios, ut arbitros, sed necessarios. Quo
rum remiseritis, inquit, remittuntur eis, &c. Quare necessarium est, ut ad
eos recurrant quicunq; uolunt remissionem suorum peccatorum obtine-
re. Cum solus Deus hãc habebat potestatem, & sibi uni hoc reseruauerat,

Amb.2.de pœni.c.6. necessitas orationis.

ut dimitteret peccata, ad eum solum tenebantur peccatores recurrere. Et
hoc necessarium fuisse, in hæc uerba tradidit Ambro. Vult rogari domi-
nus, uult de se sperari, uult sibi supplicari. Homo es, & uis rogari, ut igno-
scas, & putas Deum tibi non roganti ignoscere? Hæc ille. At nunc, cum
Deus

A Deus tantā prærogatiuā ſacerdotibus impartiuerit ut non ſolum remiſſa ſint,quę ipſi remittunt,ſed retenta etiam,quę ipſi retinuerint, neceſſe eſt pro ſecto dicere, eadem conceſsione obligatos eſſe peccatores omnes fideles ad recurrendum iam nō ſolum ad Deum,ſed & ad ipſos ſacerdotes. Quoniam uero permulti etiam catholici & docti de hac neceſsitate confeſsionis ex iure diuino uehementer dubitarunt, & quemadmodum ex his uerbis illa poſsit colligi, aſſecuti non ſunt,& alij dum eam omni ui, & ope ſua niterentur colligere,in ipſis ſuis conatibus multipliciter defecerunt,ut omnia dilucidiora ſint,& efficaciora,rem iſtam magis premam , & confirmabo hunc in modum. Quilibet peccator a gratia Baptiſmali collapſus,facere,& adniti,tenetur,ne ſua a Deo retineantur peccata. Debet enim pro ſua quiſq; parte ſatagere,ut in gratiam redeat, neq; uel momento, ſi poſſet, in offenſa, & in Dei inimicitia perſeueret. Porro peccata tandiu retinentur a Deo, quandiu retinentur a ſacerdotib. Ait enim,Et quorum retinueritis, retenta ſunt.Sacerdotes uero neq; retinere queunt aliter peccata, quam nō remittendo, neq; abſoluere quenquam poſſunt ab eis, niſi illa ſibi manifeſtentur.Quoniam,ut ſapiens ait,Qui iudicat,quod nouit,iudex iuſtitię eſt. *Prou. xi.* Et ſicut in foro exteriori retinet iudex tandiu reum in carcere, quandiu non dimittit, ita retinere ſacerdotem peccatores,nihil eſt aliud, quam non dimittere.Si igitur qui poſt Baptiſmum peccarunt lętaliter, tenentur facere,ne retineantur ſua peccata a ſacerdotibus, tenebuntur utiq; & ea illis ma

B niſeſtare. Nam alioqui quomodo ipſi poterunt, eos ab illis abſoluere, cum ſententia ferri nō ualeat in incognitum. Eademq; uia colligi hoc pręcептum poteſt ex uerbis Chriſti ad Petrum. Tibi dabo claues regni cœlorum,& quodcunq; ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cœlis &c.Itēq; *Matt. 16.* ex uerbis Chriſti ad Apoſtolos. Quęcunq; alligaueritis ſuper terram, erūt *18* ligata & in cœlo &c. Nam & ea,quæ his uerbis & Petro & ipſis eſt pollicitus,impleuit, cum dixit. Accipite Spiritunſanctum. Quorum remiſeritis peccata &c. Reſpondet Philippus ubi ſupra, poſſe fieri abſolutionem ſine *Reſp. Melanct.* cognitione miniſterio euāgelij,licet nō poſsit fieri in iudicio. Quia miniſterium euangelij eſt mandatum cœlicum impartiendæ remiſsionis peccatorum,ſiue nota ſint ſiue ignota.Et huius ſignum,ait eē,qđ plurima remittūtur peccatoribus per abſolutionem ſacerdotum,quę neq; meminere, neq; intelligunt, qui abſoluuntur, Et fide, addit, uox abſolutionis accipienda eſt.Ita enim oportet credere propter autoritatem euangelij nobis remitti peccata,cū abſoluimur a ſacerdote,ac oportebat Dauidem credere Nathā prophetę dicenti.Tranſtulit quoque dominus peccatum tuum. Sed quot *Impugnatio.* hic ſunt errorū portēta?Tot pene ſunt errores,quot uerba. Sed id tantum quod nunc agimus,urgeamus. Nūquid Philippe omnibus peccatoribus petentibus ſe abſolui,impartienda eſt remiſsio peccatorum?nō opinor,ita delyrabis? Nonne Chriſtus hoc manifeſte prohibuit, cū iuſsit Apoſtolis ſuis, ne ſanctum darent canib.nec margaritas ſuas mitterēt ante porcos? Et

qui dedit potestatem ligandi & soluendi retinendi,& remittendi,aperte uti C que indicabat, quosdam ligari & retineri oportere, alios uero solui & remitti. Quomodo igitur rite & legitime possunt sacerdotes hac potestate uti,& quosdam ligare alios soluere,nisi ipsis innotescant aliqua peccata ipsorum? Enimuero qui homines iudices constituebat aliorum hominum, & ita eis subiiciebat languores omnes spirituales, ac subiecta sunt iudicibus sęcularibus delicta manifeste noxia ciuitatibus, & languores corporales ipsis medicis,hoc ipso satis admonebat, ut humano more fungerentur hoc officio, & perinde atq; unumquenq; dignum nossent, uel participem remissionis peccatorum suorum facerent,uel expertem. Dicet forte & aliquis.

Respon.2. Tenentur quidem peccatores iure diuino declarare sua peccata sacerdotibus,at non distincte,neq; in specie, sed satis erit in genere.

Impugnatio. Quomodo uero sacerdotes ex generali confessione nosse poterunt, quos debeant soluere,quos ligare,quas quibusq; satisfactiones indicere, quę quibusq; morbis aptare medicamenta,ut praeseruent a recidiua? Quis prudens, & iustus iudex sic,uel in foro exteriori reos absoluit? Deinde. Cum ex usu, & praxi totius Ecclesiae hoc perspicuum sit,nunquam,nisi forsan in articulo necessitatis sacerdotes ea generali confessione cōtentos esse,ut peccatores absoluant,semperq; requirere peculiarem, & distinctam peccatorum confessionem,qua ratione,& iure tenentur peccatores satagere, ut sua sibi remittantur peccata a sacerdotibus, tenebuntur & ea ipsis palam facere eo modo,quo ipsi iuste,& prudenter exigunt, ea sibi manifestari. Itaq; quāuis,ut D ante nos nobiles autores docuerunt,ad absolutionem, & confessionem sacramentalem satis esset quaecunq; distincta peccatorum confessio, siue publica,siue secreta, tamen ex quo Ecclesia secretam, & auricularem requirit, ad eam tenentur peccatores eo iure,quo adstricti sunt, remissionem suorū peccatorum quaerere.

Iacob. Latomus Alphōsus Castro.

Leo ep.89 Et Leo quidem huius nomini primus sic ista uerba saluatoris uidetur,intellexisse.Ex hac nanq; potestate sacerdotibus a Christo data ita colligit.Multum utile, ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali supplicatione soluatur.Et ut intelligas diuino,& non humano iure haec esse instituta, ex eisdem uerbis colligit, paulo ante,ita diuinę bonitatis ordinata esse pręsidia, ut qui generationis donum uiolassent,non aliter ad remissionem criminum peruenirent,neq; indulgētiam Dei,nisi supplicationibus sacerdotum,possent obtinere.Et quod Leo hic dicit,sacerdotalibus supplicationibus peccatorum reatum dimitti,cum tamen de absolutione sacramentali loqueretur,docere nos potest duo. Primum est,antiquum fuisse ritum seruatum nūc in Ecclesia, ut sacerdotes absolutioni pœnitentium praemittāt aliquam, uel breuissimam pro ipsis orationē,qualis est illa,Dominus noster Iesus Christus te absoluat. Secūdum est,uerba illa Iacobi,Et oratio fidei saluabit infirmum,non ad solam orationem,quae fit a presbyteris in collatione extremae unctionis esse referenda, sed etiam ad orationem,quae fit cum absolutione sacramentali. Vnde & Ia-

A cobus cum docuisset, quid presbyteri adhibiti ægrotantibus deberent facere, statim, ut mox docebimus, omnes Christianos ad confessionem excitauit, uiam uidelicet ostendens tutissimam ad assequendam remissionem peccatorum. Ex eodem etiam loco Augustinus necessitatem confessionis his uerbis colligit. Nemo dicat occulte. Ego pœnitentiam apud Deum ago, nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde meo ago. Ergo sine causa dictum est. Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cœlo. Ergo sine causa datæ sunt claues Ecclesiæ. Hęc Aug. Et legit quidem illa Sarcerius, sed uidens nõ uidet, & audiens non audit. Ad confessionem corãm quouis fratre faciendam putat hæc spectare, & inde illius utilitatem probat. Verũ rogo te Sarceri per uiscera Christi Iesu saluatoris omnium, paulisper in te redeas, & a lętargo, quo laboras, expergiscaris. Si de confessione corãm quouis fratre agebat Augustinus, quid opus erat meminisse clauium Ecclesiæ & autoritatis datæ Apostolis in peccata? Nunquid habet quiuis Christianus claues regni cœlorum, & autoritatem absoluendi a peccatis, & non potius soli sacerdotes? Deinde. Quis ita fuit unquã rigidus, ut necessarium crediderit alicui peccatori, confiteri sua peccata illis, qui non sunt sacerdotes? Cum igitur Aug. necessariam confessionem tradit, de cõfessione profecto agit, quæ fit corãm solis sacerdotibus, & non de ea, quæ & nunc, & ante aduentum Christi fieri potuit corãm quouis fratre. Sed ut omnẽ amittas scrupulũ, lege, quæ paulopost citabimus ex eodem in. 2. de uisitatione infirmorum,

Aug. tract. de cura militiæ.

B neq; si uelis, dubitare poteris, quin nostra sententia sit per oĩa concors Augustino. Et quoniam nunc duntaxat contendimus, Augustinum credidisse in his euangelicis uerbis contineri præceptum confessionis sacramentalis & auricularis, audi quid ille in quadam homilia scripserit. Qui post uxores uestras, inquit, uos illicito concubitu maculastis, si præter uxores uestras cum aliqua concubuistis, agite pœnitentiam, qualis agitur in Ecclesia, ut oret pro uobis Ecclesia. Nemo sibi dicat. Occulte ago, apud deum ago, nouit deus, qui mihi ignoscit quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est. Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo? Ergo sine causa sunt claues datę Ecclesię Dei? Frustramus Euangelium Dei? Frustramus uerba Christi? Promittimus nobis, quod ille negat? Nõne uos decipimus? Quid his pro nobis requiratur apertius? Agendam necessario pœnitẽtiam, qualis agitur in Ecclesia, ex uerbis Christi colligit. Intellexit ergo talem nobis indictam esse pœnitentiam a Christo, qualem ipsius Ecclesia exigit, occultam uidelicet pro occultis peccatis, & publicam pro publicis. Et nisi ad occultam & secretam confessionem hæc direxisset Augu. non generaliter omnibus adulteris locutus esset. Ideo uero in his, quę mox subiecit, de pœnitẽtia publica Iob, & Theodosii imperatoris agit, quoniam generalem pro omnibus peccatoribus tradebat doctrinam, & quia inde magis innotescit culpa detrectantium secretam confessionem, quãdo tanti uiri non fugerũt publicam. Et cum Chrysostomus in loco statim citando dicat, Deum iussisse cõ

Hom. 49.

fessionem, necesse est dicere, eum sensisse sub his uerbis illam fuisse præceptam, aut uerbotenus illud præceptum ab ipso habuisse Apostolos. Nam in scripturis nullum plane locum alium uideo in quo Christus hoc præceptum tradiderit. Neque leue argumentum pro hac ueritate est, quod nusquam præceptum confessionis sic traditum est ab Ecclesia, quasi illa primo ad confessionem absolute, & non tantum ad confessionem certo aliquo tempore faciendam obligauerit. Et qui a nobis exigunt locum, ubi Christus confessionem præceperit, si non satis collectioni a nobis factæ acquieuerint, rogari uicissim debent, ut & ipsi nobis aliquem ostendant locum, ubi primum Ecclesia hoc præceptum instituerit. Cumque nullum talem locum proferre possint, quia multis centurijs annorum probabitur fuisse in Ecclesia confessio ante quodcunque tempus ab eis prolatum, uel inde colligere debent, hoc præceptum iuris diuini esse, & saltem uerbotenus a Christo traditum esse Apostolis. Multa enim sunt in Ecclesia, quæ de iure esse diuino nullus catholicus ambigit, tametsi ostendi satis nequeant ex scripturis. Et Sarcerius quidem, qui inter errores computat, confessionem auricularem, quam ipse uocat scholasticam, esse iuris diuini, rogari peculiariter deberet, ubi leget eam non esse iuris diuini, ut cum non potuerit usquam hoc ostendere uel ex eo cogatur asserere temerarie se id inter errores computasse. Nisi forte eorum ingenio sit, de quibus iam olim uere dixit Cyrillus. Credent sine scripturis, ut credant aduersus scripturas. Siue autem Ecclesia potuerit hoc præceptum sancire, siue non, perspicuum est conuenisse, ut res tanti oneris, & difficultatis, quæque ad omnes spectaret Christianos, Christum haberet autorem. Quare qui confessionem utilem, et necessariam populo Christiano credunt, in dubium uertere non deberent, quin & Christus ipse per se, uel certe per inspirationem factam suis Apostolis, eam nobis præceperit. Ipsa enim Christi prouidentia, & solicitudo singularis, quam perpetuo suæ Ecclesiæ gessit, ubi & alia omnia argumenta cessarent, uerisimilimum facit Christum & in hoc quoque suæ Ecclesiæ sicut & in alijs leuioribus benigne prospexisse. Tradideruntque ut certam hanc doctrinam magno consensu doctores scholastici, sanctus Tho. Scotus, Durandus, Palude, & alij in quarto sententiarum distinctione 17. & Marsilius in quæstio. 12. quarti & Hadrianus. q. 2. Et ne quispiam amplius de hoc ambigat, diffinita est hæc ueritas, ut certa ex fide & contraria damnata est, ut hæretica a Sixto quarto, in bulla, quam proximo capitulo referemus. Quicquid uero sit de præcepto, certe ex his Xpi uerbis liquere potest, perpetuo fuisse in Ecclesia nostram confessionem. Aut enim oportet dicere, Apostolos nunquam fuisse usos potestate hic sibi tradita, aut si hoc absurdissimum est, & non frustra hanc potestatem dedit ipsis Christus, necesse est dicere, aliquos eis manifestasse sua peccata, ut haberent ab eis illorum remissionem. Nam Apostolos remisisse peccata post baptismum commissa absque particulari eorum confessione, & manifestatione omni prorsus uerisimilitudine caret. Congruebat quippe hanc prærogatiuam

Ingenium hæreticorum.

Semp fuit in Ecclesia auricularis confessio.

A gatiuam singularem & intactam manere Christo, ut sicut præcellenter habet clauem David, ita solus pro uoluntate sua dimiserit peccata sine sacro, & sine confessione particulari, & dimittat cuicunq; placuerit. Atque adumbratam ab eo, & uelut in figura approbatam nostram confessionem intellexerũt graues, et antiqui doctores, cũ semel, atq; iterum remisit leprosos ad sacerdotes, & apostolis suis præcepit, ut soluerent Lazarum, & paulo post asinam, & pullum. Potest item, quanuis nonnulli repugnent scholastici, ex Iacobo probari, si non præceptum, certe ritus iste confessionis fuisse ab ipsis Apostolis in Ecclesia. Cum enim monuisset infirmantes, ut accerserent ad se presbyteros Ecclesię, ut orarent super eos, & oleo eos inungerent, ne ad hoc solum inducendos eos quispiam existimaret, & nõ potius, ut ægrotantes eis confiterentur, & acciperent ab eis, si in peccatis essent, eorum remissionem, subiecit statim. Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem, ut saluemini. Quibus uerbis neq; confessionem sacramentalem instituit Iacobus, neq; præcepit, sed institutam iam, & præceptam a Christo, uelut egregius ipsius pręco ꝓmulgauit, & ad eam, ut ad rem iam usitatam, et cõsuetam ĩ Ecclesia omnes Christianos adhortatus est. Quod si, ut uerisimilimum est, & Græcæ, aliquanto est apertius, illa uerba, Vt saluemini, ad confessionem etiam referantur, satis illorum adiectione significata est necessitas confessionis. Vnde & Hugo de S. Victore quærit. Quid est confitemini alterutrum peccata uestra, ut saluemini? Et ipse sibi ita respõdet. Hoc est, non saluamini, nisi confiteamini. Neq; quẽquam mouere debet particula illa alterutrum, ut credat Iacobum non esse de confessione sacramentali locutum. Vt distingueret a confessione, quæ fit soli Deo, confessionem, ad quam hortabatur, illud uerbũ positum est. Quid est alterutrũ, rogat Hugo. Ac mox respondet. Non solum homo Deo, sed inter uos alter alteri, homines hominibus, oues pastoribus, subiecti prę̄latis, hi qui peccata habent, ijs qui peccata dimittere potestatem habent. Hæc Hugo. Et secure hoc uerbum alterutrũ posuit Iacobus. Nouerat probe nullam aliam confessionem esse frequentatam eo pręsertim ęgritudinis tempore in Ecclesia, quam eam, q̃ sacerdotibus fieret. Et statim presbyteros ab alijs discreuerat. Quia uero licet presbyteri autoritate multo cęteris supiores sint, tamẽ natura, & religione fratres omnes inter nos sumus, confidenter ad confitẽdum alterutrum confiteri hortatus est, certo sciens non se aliter esse intelligendum, quã nunc eum nobis interpretatur ipsa Ecclesiæ consuetudo optima scripturarum interpres. Et sic frequenter loquuntur prælati suis subditis. Indulgere uolẽtes, ut possint confiteri, qui maluerint sacerdoti cras, inquiunt, aut istis quindecim diebus confitemini cuiuis. Et de confessione sacramentali interpretatus est hunc locum Augustinus his uerbis. Sunt quidam qui sufficere sibi ad salutem autumant, si soli Deo, cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubescunt, siue dedignantur ostendere se sacerdotibus, quos tamẽ in-

De uera et fal. pœ. ca. 10.

Hug. 2. de sacra. per. 14. c. 1.

B

Ibidem.

Aug. 2. de uisit. infir. c. 4

ter lepram & lepram discernere per legislatorem constituit dominus. Sed C
nolo, ut ipsa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri corām
domini uicario, tabescens præ rubore, uel ceruicosus præ indignatione.
Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium, quem dominus sibi non
dedignatur uicarium. Ergo ad te uenire roges sacerdotem, & fac ipsum
conscientiarum tuarum penitus participem. Non seducat te somniantium
illa superstitio, quæ in uisitando confirmat, quia saluat sacerdote inconsulto,
ad Deum peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus, quin sit
ad Deum frequenter referenda confessio peccatorum. Beatus etenim qui
tenebit, & allidet paruulos, uel maximos suos ad petram, petra autē Christus
est. Sed testamur, & testatur & illud sana doctrina, ne tibi applaudentium
faueas auribus, quoniam prius eges sacerdotis, qui mediator sit ad
Deum tuum salubri iudicio. Alioquin & sub lege, & sub gratia, Ite, & ostēdite
uos sacerdotibus, responsum diuinum quomodo consummaretur?
Confitemini alterutrum peccata uestra, quòmodo compleretur? Ergo cicatricum
tuarum arbiter Dei uice dominus adhibeatur presbyter, & reuela
ei uias tuas, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis. Hæc Augusti.
Et expendenda illa uerba sunt, Et fac ipsum conscientiarum tuarum
penitus participem, ut intelligat Sarcerius, non dehortatum fuisse Augustinum
ab enumeratione peccatorum in confessione, quæ fit sacerdotibus.
Et si legatur totum cap. 3. lib. 10. Confessionum, quod pro se allegat, et cap.
statim sequens, manifestum erit, Augustinum non agere de tali confessione, D
sed de ea duntaxat quam de suis & bonis & malis curiosi aliqui ab ipso
audire cupiebant desiderantes nosse, quis tum esset, & quis olim fuisset.

Cyr. 3. in Leuit. *Beda* *Hug.* *1. Ioan. 1* *Act. 19*

Nec solus Augusti. sic interpretatus est Iacobum. Cyrillus, dum confitetur
peccator sacerdoti, impleri dicit, quod Iacobus ait. Si quis infirmatur in uobis,
uocet presbyteros Ecclesiæ &c. Beda etiam, & Hugo de sancto Victore
de confessione sacramentali hunc locum intellexerunt. Inducuntur denique
a quibusdam uerba Ioannis, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et
iustus, ut remittat nobis peccata nostra. Nec non & illa ex actibus Apostolorum
multo certe expressiora. Multi autem credentium ueniebant cōfitentes,
& annunciantes actus suos. Sed neque hæc, neque illa satis nobis
uidentur idonea ad firmandam nostram confessionem. Quia ad confessionem
interiorem quæ fit Deo, quanque Augusti. dicit iure diuino exigi,
uidentur spectare uerba Ioannis. Verba uero ex actibus referri possunt
ad confessionem quandam in genere, quæ sicut tempore Ioannis ante baptismum
ipsius, ita tempore quoque Apostolorum a suscipientibus Christi
fidem fiebant ante quam daretur eis baptismus Christi. Ideoque ad loca
doctorum sanctorum, & diffinitiones Ecclesiæ, quibus nostra confessio
stabiliri potest, pergemus

Augu. ep. 90.

A *Antiquitas, utilitas, & necessitas confessionis sacramentalis ex Ecclesiæ, & doctorum ipsius consensu. Cap. 29.*

Licet & hęc eadē colligere, nempe antiquitatē utilitatem, & necessitatē confessionis ex perpetua Ecclesiæ, & doctorū ipsius concordia. Dionysius Apostoli Pauli discipulus in epist. ad Demophilum sic scribit. Tu uero, ut tuæ literæ indicant, procidentem sacerdoti impium, ut ais, atq; pctōrem, nescio quo pacto, contra disciplinæ ordinē astans, calce abiecisti, cum ille quidem uerecunde, qd' oportuit, fateret se ad peccatorum remedia quærenda uenisse, nec exhorruisti insuper & sacerdotem optimū lacerare conuitijs, miserabilem eum dicens, qui pœnitentē, atq; impium iustificasset. Vides pie lector eundem ritum fuisse confessionis tunc tpis, qui est nūc. Peccator. n. hic ante sacerdotem dicitur procidisse, peccata detexisse, ueniā implorasse, & postremo a sacerdote absolutus fuisse. Et ne dubites priuatā, & clancularíam fuisse hanc confessionem, animaduerte acerbe reprehendi a Dionysio Demophilum, q; contra disciplinæ ordinē astiterit confessioni, & immiscuerit se ei. Quod quidē uitio ei dari nō potuisset, si publica fuisset confessio. Lactan. Firmianus. 4. diui. insti. c. 17. cœtus hæreticorum a cœtu Christianorum per confessionem dicit distingui. Tertul. in lib. de pnia magnifice cōmendat confessionem delictorum, qua nō sola consciētia pfertur, sed ēt aliquo actu testamur pœnitentē aīum, & in ea dicit secda subsidia esse a dño instituta post prima illa intinctionis dominicæ monimenta, hoc est post baptismum. Et cum ad eam egregie & eleganter hortatur, inter alia ita scribit. Plærosque tamen hoc opus, ut publicationem sui, aut suffugere aut de die in diē differre præsumo pudoris magis memores quàm salutis, uelut illi, qui in partibus uerecundioribus corporis contracta uexatione, conscientiam medendum uitant, & ita cum erubescentia sua pereunt. Scio plærosque Tertullianum credere de sola pœnitentia publica hoc loco agere. Sed cum pœnitentia publica non fieret, nisi de peccatis publicis, & hic illos peccatores reprehendat, qui ut publicationem sui fugerent, confessionē detrectabāt, & eos illis comparet, qui in partibus uerecundiorib. uexationem aliquam contraxerunt, adduci non possum, quin credam de confessione etiā secreta eū agere. Accedit ad hæc, q; confessio publica a nemine creditur instituta esse a Deo, ipse autem de secundo subsidio a Deo post baptismum istituto palam differit. Et in toto illo libro de remedio agit omnium peccatorum, qui lapsi sunt a gratia baptismali, nulla distinctione facta inter peccatorem publicum & secretum. Quare nec uerisimile est, eum de solo remedio constituto peccatoribus publicis egisse. Sed inde decepti sunt, qui uerba illius ad pœnitentiam publicam coarctarunt, quia parum expenderunt illas omnes pœnitentias, quarum ibi meminit, etiam pro peccatis secretis solitos fuisse sacerdotes eo tempore imponere. Nondum enim cœ

Dionys.

Lactan.

Tert.

B

perat ita delicata esse satisfactio pro peccatis cōmissis, ac nunc est, cum iam C
omnis rigor disciplinæ antiquæ elanguit. Et potest hoc confirmari ex illis, quę supra ex Cypr. & Ambr. pro necessitate feruentis compunctionis de peccatis ca. 24. allegauimus. Atque ut intelligas Tertullianū non dubitasse, quin euangelica esset doctrina ecclesię de confitendis peccatis, scito illum in lib. 2. in Marcionem ex interrogatione Adam & Caim initiatam esse dicere euangelicam doctrinam, Ex ore tuo iustificaberis &c. & in eis nobis cōdita esse exempla confitendorum delictorum. Et qui illi tribuunt errorem iam impugnatum, q̄ lapsis a gratia baptismali, non nisi semel est locus pœnitentię, uel inde admoneri debuerunt, ne quę dicit in lib. de pœnitentia, ad
Orig. ho. 2. in Psal. 37. solam pęnitentiam publicam, & non sacramentalem restringerent. Origenes in illa uerba Dauidis, Quoniam iniquitatem meam ego pronuncio sic scribit. Vide quid nos edocet scriptura diuina, quia oportet peccatum non cœlare intrinsecus. Fortassis enim sicut ij, qui habent intus inclusam escam indigestam aut humoris, aut phlegmatis, stomacho grauiter, & moleste imminentem, si uomuerint, releuantur, ita etiam hi qui peccauerunt, siquidem occultant, & retinent intra se peccatum, intrinsecus urgentur, & propemodum suffocantur a phlegmate, uel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat dum accusat seipsum, & confitetur, simul euomit, & delictum, atque omnem morbi digerit causam. Tantummodo circunspice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuū. Proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat D
infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi, & compatiendi nouerit disciplinam, ut ita demum, siquid ille dixerit, siquid consilij dederit, facias & sequaris. Et quod de confessione secreta in his loquatur, satis perspicuum est ex his, quæ continenter adijcit. Si intellexerit, & præuiderit talem esse languorem tuum, qui in conuentu totius Ecclesiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortassis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione, & satis perito medici illius consilio procurandum est.
Cyp. ser. 5 de lapsis. Cyprianus eos, qui uel corde lapsi sunt, ad sacerdotes mittit his uerbis. Hi, quanuis nullo sacrificij, aut libelli facinore constricti sunt, quoniam tamen de hoc uel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter confiteantur. Exomologesin conscientiæ suæ faciant, animi sui pondus exponant, salutarem medelam paruis licet, & modicis uulneribus exquirant. Et rursum paulo post. Confiteãtur singuli, quæso uos fratres, delictum suū, dum adhuc qui deliquit in sęculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio, & remissio facta per sacerdotes, apud dn̄m grata est. Et in epistola
Lib. 1. ep. 3 quadam ad Cornelium Papam grauiter indignatur, q̄ qui idolis sacrificauerant, ante factam exomologesim, idest confessionem reciperentur. Et
Hilari. in Psal. 65. alias, palam fatetur contra euangelica, et dominica præcepta esse lapsos, Eucharistiam accepere, priusquàm exomologesin, fecerint. Hilarius explicãs
duo genera

A duo genera confeſsionis,laudis uidelicet & peccatorum,de hac ſubdit. Cõfeſsio peccatorum prædicationi propheticæ, & apoſtolicæ connectitur. Quibus uerbis & prædictam a prophetis, & ab Apoſtolis confirmatam noſtram confeſsionem ſatis indicat. Amb. Soluit criminũ nexus uerecunda confeſsio peccatorum. Atque ut intelligas de confeſsione priuata, quæ fit ſacerdoti,ipſum loqui,contra intolerabilem abuſum multorum peccatorum,et ignorantium ſacerdotum noſtri temporis,paulopoſt ſubiungit. Nonnulli ita poſcunt pœnitentiam ; ut ſtatim reddi ſibi communionẽ uelint. Hi non tam ſe ſoluere cupiunt, quàm ſacerdotem ligare. Suam enim conſcientiam nõ exuunt,ſacerdotis induunt. Hieronymus inter alias Montanorum hęreſes,& hanc quoque commemorat, ꝙ erubeſcant coràm ſacerdote confiteri peccata admiſſa. Et in illa uerba. Si momorderit ſerpẽs in ſilentio. Si quẽ,inquit,ſerpens diabolus occulte momorderit,& nullo conſcio,eum peccati ueneno infecerit,ſi tacuerit,qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam,nec uulnus ſuum fratri, & magiſtro uoluerit confiteri,magiſter, qui linguam habet ad curandum, facile ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus uulnus medico confiteri,quod ignorat, medicina non curat. Et ne dubites, etiam peccatorum uarietates detegendas eſſe ſacerdoti ſenſiſſe Hieronymũ,ut ille poſſet legitime abſoluere, ac tempore Hierony. iſtam fuiſſe conſuetudinem inter alia, quæ in illa uerba Chriſti, Et tibi dabo claues regni cœlorum,ſcribit,notanda ſunt hæc,quæ de ſacerdotibus ſubdit. Pro officio ſuo cum peccatorum audierit uarietates, ſcit qui ligandus ſit,quiue ſoluẽdus. Auguſtinus in illa uerba Pſalmi, Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata ſic loquitur. Si tu tegere uolueris,erubeſcens medicus nõ curabit. Medicus tegat,& curet. Em plaſtro enim tegit. Sub tegmine medici ſanatur uulnus,ſub tegmine uulnerati cęlatur uulnus. Cui cœlas? Qui nouit omnia. Et rurſus. Si tu tegis deus detegit,ſi tu detegis,Deus tegit. Hic eſt forum miſericordię,fac hic iudicari cauſam tuam,ne alio in foro rigidiori iudicetur. In epi.etiam.iiĳ. ad Iulianũ comitem,ne perdamus hæreditatem cœleſtem, hortatur confeſsionem facere ſacerdoti bono,& ſapienti,& cum eo inire rationem ſalutis noſtræ,ac iuſsis eius obtemperare. In homiliĳs item de pœnitentia ſic ſcribit. Iudicet homo ſeipſum uoluntarie,dum poteſt &c. & ueniat ad antiſtites,per quos illi claues adminiſtrantur Eccleſiæ. Et in cap. II. de uera & falſa pęnitentia, ſi quidem illius ſit,palam docet occulta peccata conſuetum eo tempore fuiſſe ſoli ſacerdoti manifeſtari. Et ne illorum errori acquieſcas, qui dixerunt, hunc confeſsionis ritum tantum fuiſſe in Eccleſia Latina, audi quid apud Caſsiodorum Soſomenes dicat in hiſtoria tripartita. Quoniam omnino non peccare,diuinum,& ultra humanam naturam eſſe cognoſcitur, peccantibus autem,& pęnitentiam agentibus,ueniam Deus dari præcepit,qui uero confiteri refugiunt,maius peccatorum onus acquirunt. Propterea uiſum eſt antiquis pontificibus,ut uelut in theatro, ſub teſtimonio Eccleſiaſti

Amb.2.de pœni.c.6. 9.cap.

Hieron. in epiſto. ad Marcellã.

Eccl.x

Matth. 16

B

Augu. pſal.31

Hiſt. trip. lib. 9.c.35

eī populi delicta pandant. Et ad hāc causam p̄sbyterū bonæ cōuersationis, C
seruantemq; secretum, ac sapientē uirum statuerunt, ad quē accedentes, hi q
delinquebāt, delicta propria fatebant. Et ille scd'm uniuscuiusq; culpā, indu
cebat & mulctam. Quod etiam hactenus diligenter in occidentalib. serua-
tur Ecclesiis, & maxime apud Romam. Hæc Sosomenes. Nec quod uelut
in theatro sub testimonio populi delicta pādi statutum dicit, de publica cō
fessione hęc esse intelligenda arguit, ut Sarcerius & multi alīj putarūt. Nam
ad eiusmodi cōfessionem nihil opus erat presbyterum seruātem secretum
deligere. Dicunt tñ illa, quia cōfessuri nō ad priuatas presbyterorū ędes de-
bebāt accedere, sed ad Ecclesiam. Vnde & ibidem scribit Nectarius Eps nō
permisisse, ut p̄sbyter amplius esset super pęnitētes, sed unumquēq; suę reli-
quisse cōscientię, ex quo diaconus quidā flagitiū in Ecclesia cōmisit cū qua-
dam egregia fœmina. Neq; ex hoc sequitur, ut Lutherani putant, confessio
nem non esse de iure diuino. Potuit enim ista Nectarius ad tp̄s cōcedere fu
rori populi. Potuit ēt in eo facto errare. Ac fortassis nō cōfessionem ꝓhi-
buit, sed ne certus aliquis p̄sbyter oībus pęnitentib. designatus esset, statuit,
& libertatem cuiq; dedit eligendi ad uotum gratum, & aptum sibi cōfesso-
rem. Et ne propter Sosomenem, uel Nectarium, de ueritate, quam firma-
mus, ambigas, audi, quid alīj Gręci, & maioris precīj autores de his tradāt.

Chry. ho. 3. in Mat. Chry. de illis qui baptizabantur a Ioanne, sic disserit. Confessio pctōrum
est testimonium cōscientiæ timentis Deum. Qui enim timet iudicium dei,
peccata sua non erubescit confiteri. Qui aūt erubescit, non timet. Perfectus D
enim timor soluit oēm pudorem. Illic enim turpitudo cōfessionis aspicit,
ubi futuri iudicīj pœna nō credit. Nunquid nescimus, quia confessio pctō-
rū habet pudorē, & quia hoc ipsum erubescere, pęna est grauis. Sed iō ma-
gis iubet deus confiteri peccata nr̄a, ut uerecūdiam patiamur ꝓ pęna, Nā et
hoc ipsum pars est iudicīj pęna. O misericordia dei, quē toties ad iracundiā
excitauimus. Sufficit ei solus pudor ꝓ pœna. Hęc Chry.

Basi. de institu. monach. Basi. q̄renti, cui de
beat, q uelit, pctā sua cōfiteri, ita rn̄det. Quod cōfessionis modus ad hoc in
stitutus est, ut quispiam a pctō se cōuertens, fructus dignos oñdere debeat
pniæ, scd'm quod scriptum est, Ois arbor, q̄ non facit fructum bonum ex-
cidet, & in ignē mittet, necessarium uidet, ījs, quib. dispēsatio mysteriorum
dei cōmittit, cōfitenda esse pctā. Sic.n. & hi qui antiquitus pœnitebant, inue

Matth. 3. niunt apud sanctos cōfessi fuisse pctā sua. Scriptum est in Euang. quia Ioāni

Act. 9. Baptistę cōfitebant populi pctā sua. Et in actib. Apost. Apostolis, īj qui ba
ptizabant. Hæc ille. Expende Sarceri illa uerba, quib. dispēsatio mysteriorū
dei cōmittit, cōfitenda eē pctā, et attēde ad pctōres ēt occultos extēsam fuis

Euse. 6. histo. eccl. c. 27. se, & q̄stionē, & rn̄sionē, neq; dubitabis Basil. hic egisse de sola confessione
clācularia, q̄ fit corā xp̄i sacerdotib. Et hoc cōfirmat, qd' Euseb. refert, non
fuisse ꝑmissum Philip. impatorē cōicare mysterīs, qn prius cōfiteret pctā,
& inter pęnitētes staret, & culpas, q̄ de eo plurimæ ferebant, lachrymis dilue
ret. Nā & hæc postea oñdemus ad cōfessionē sacr̄alem spectare. Sed redea-

A mus ad doctores latinos. Cyril. ita demum docet p pniam obtinere posse pctorem remissionẽ pctorum, si lachrymis & dolori de peccatis adiungat confessionẽ. De septẽ gradib. remissionum differens, sic inter alia scribit. Est adhuc in septima, licet dura, & laboriosa p pniam remissio pctorũ, cũ lauat peccator lachrymis stratum suũ, & fiunt ei lachrymæ suæ panes die, ac nocte, quũ nõ erubescit sacerdoti dñi indicare peccatũ, & q̃rere medicinã. Et ut declaret ritũ cõfitendi sacerdotib. et occultissima pctã fundatũ esse in scripturis, imitãdum eẽ dicit Dauidem, qui ait. Dixi, pnunciabo aduersum me iniustitiam meã dño, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Et aliquanto post mirabile secretum dicit cõtineri in eo, quod Moses iuxta translationẽ, quã ipse sequebat, iussit uiolatores iuramenti pronunciare peccatum suum, generaliterq; affirmat cuiusuis generis peccata detegenda esse, & si a nobis nõ proferant, publicanda ea esse ab accusatore, et incentore peccatorũ nostrorum. Greg. necessitatem cõfessionis, & ritum seruatum ab Ecclesia pulchre i suscitatiõe Lazari expressũ nobis esse declarat i hæc uerba. Mortuo Lazaro nequaq; dicit, Reuiuisce, sed ueni foras. Oĩs quippe peccator, dum culpã suam intra conscientiam abscondit, introrsum latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus uenit foras, cũ peccator nequitias suas sponte confitet. Lazaro ergo dicitur, Veni foras, ac si aperte cuilibet mortuo i culpa diceret. Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras iam per cõfessionem egredere, qui apud te interius per negationem lates. Veniat itaq; foras mortuus, idest culpam confiteat peccator. Venientem uero foras, soluant discipuli, ut pastores Ecclesiæ ei pœnam debeant amouere, quam meruit, qui non erubuit, confiteri quod fecit. Hucusq; Greg. Et alibi confessionem hanc clanculariam, uiam in paradisum appellat, & portam angustam, qua in eum intratur, & amarum poculum, quo peruenitur in gaudium salutis, & uulnerum ruptionem, qua obtinetur uera sanitas. Refert & Rhenanus in annotationibus in Tertul. legisse se quoddam antiquissimum concilium, in quo statutum erat, ut p̃sbyteri admonerent sibi subditos confessionẽ pctorum facere i ebdomada pxima ante quadragesimã. Idemq; legit in pniali Romano, quod nõ est dubium uetustissimum esse. Atq; utinam hæc pia & prudentissima consuetudo renouaretur his temporibus. Esset certe, ut alia commoda, quæ ex ea sequerentur, taceam, ieiunium quadragesimale & solẽnius & utilius, & melius ac deuotius, et reuerentius se præpararẽt fideles ad sumendum in Paschate sanctissimum sacrum Eucharistiæ. Neque opus est ad testimonia autorum posteriorum Gregorio descendere quando ex supra allegatis ex Beda, Ansel. Rich. & Hug. et Magistro sententiarũ, & qui eum secuti sunt, scholasticis liquidum est, hoc certum & idubitatum fuisse catholicis eorum temporum. Sed ut confirmatiora sint, addam his, conciliorum generalium, & summorum pontificum diffinitiones. In concilio Constantiensi sessione. 8. inter alios errores Ioãnes Vuitcleff, hic quoque damnatus est. Si homo debite fuerit contritus, oĩs confessio exterior

Cyril. 1. in Leuit.

Psal. 31.

Ho. 26. super Euan.

B

26. Moral. c. 28.

Ho. 16. in Ezech.

Ho. 40. in Euange.

Ho. 27.

Rhena.

Conci. Cõstan.

Conci. Floren. est sibi superflua, & inanis. In concilio Florētino inter actus pœnitentis, qui C quasi materia sunt sacramenti pniæ, secundo loco computata est oris cõfessio. Si igitur semper fuit in Ecclesia, idq; ex institutione Christi, sacrum pœnitētiæ, fuit & semper & ex institutione illius oris confessio. In cap. Ad abolendam de hæreticis perpetui anathematis uinculo inodantur a Lucio tertio uniuersi, qui de sacramento corporis & sanguinis dñi nostri Iesu Christi, uel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, uel reliquis Ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & obseruat. Sixtus etiam huius nominis quartus inter alios errores Petri Osmensis tres ad hoc propositum spectantes, ut manifeste hæreticos damnauit. Primus est. Sacrm pniæ quantum ad collationem gratiæ, naturæ est institutio, non noui, aut ueteris testamenti. Secundus. Confessio peccatorum in specie ex uniuersalis Ecclesiæ statuto est, & non diuino iure. Tertius. Non necessario exigitur, q confessio sit secreta. Et hæc patent ex bulla eiusdem Sixti, quam ad uerbum retulit in summa sua in uerbo confessio, pius ualde, & perinde doctus frater Alphonsus Castro. Eant nunc Philippus & Sarcerius, & quicunq; illorum factionis sunt, & quia pauca quædam. s. patrum testimonia legerunt de sola confessione corām deo, aut de confessione corā quouis fratre, aut de confessione publica, & alia de confessione secreta corām sacerdotibus, uel non legerunt, uel non intellexerunt, his firmissimis & grauiss. patrum, conciliorum, & pontificum testimonijs & definitionibus contemptis, ausint dicere nouū esse hunc ritū auricularis cõfessionis, neq; illius esse memoriā, neq; in scriptura, neq; i antiqs patrib. Nobis indubitatū est hāc pperuo fuisse Ecclesiæ catholicæ cõsuetudinē & doctrinā. Atq; ubi alia cessarēt, uel hoc noie crediderim cuiuis Christiano certissimū esse debere, hūc ritum esse utilē, laudabilem & necessariū, quia tanti patres tātis et tēporum et locorū iteruallis dissiti, & ppetuus ordo patrū & pontificū sibi succedentiū summo consensu eum nobis tradidit & indixit, atq; innumerabiles sanctorum myriades summo cõsensu & plena obœdiētia susceperūt, seruarūt, & amplexati sunt. D

Lucius. 3.

Sixtus 4.

Obiect. 1. Quid uero, inquies, sibi uult Amb. cū ait, lachrymæ lauāt delictū, qd' ore pudor est cõfiteri.

Respon. Profecto nō aliud, sicut bene & graues autores ante nos exposuere, quam & ad ea delicta lauanda lachrymarū uirtutem se extendere, quæ sine uerecundia & pudore proferri non possunt. Neq; enim ille unq; dixit satis esse deflere sua delicta, si quis ea erubescat confiteri. Tanto quippe magis tacendum tunc non est, quia diuinum auxilium magis necessarium est, & quo uerecundiora peccata commisimus, eo amplius confessione indigemus, ut humilitate & suffragio confessionis, gratiores fiant deo lachrymæ contritionis.

Obiect. 2. Sed lachrymas, dices, Petri lego, confessionem non lego.

Respon. Atqui nondum erat tunc instituta confessio, ac proinde & remissionē habere potuit Petrus sui peccati, ac uere habuit sine cõfessione. Argumentum etiam ab autoritate negatiue nullius momenti est, & apud

A summulistas. Ac forsan, sicut bene Hugo admonet, his uerbis significare nobis uoluit Amb. primo quantum ualeant lachrymæ cum confessione, quando cum sola cordis contritione tantum apud Deum ualuerunt, secundo prius esse flendum, & postea confitendum, neq; imitandos esse illos, qui sine aliquo compunctionis motu, & sine aliquo timoris uel amoris Dei attactu, ob solam consuetudinem explendam ad confitenda sua peccata se ingerunt Multa facta sunt, quę scripta non sunt, respondet Magister in. 4. d. 17 huic obiectioni ex Amb. Et ne quisquam dubitet, quin Amb. senserit necessariam esse confessionem, quæ fit sacerdotibus, sufficere possunt testimonia supra ex eo in lib. de pœnitentia iam citata. Et quanquam de confessione coram Deo loquitur, ut ante cedentia & consequentia indicant, cum ait, Neque potest quisquam iustificari a peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus, tamen de confessione sacramentali loquitur in testimonio, quod ex eo allegauit ibidem magister, & Gratianus de pœni. d. 1. Ecce nunc. Quia & a pœnitentia eam his uerbis distinguit. Confessio a morte animam liberat, confessio aperit paradisum, confessio spem salutis tribuit, quia non meretur iustificari, qui in uita sua non uult peccatum confiteri. Illa confessio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. Hæc Amb. Qui & in illis uerbis, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me, exhortari nos dominum ad confessionem intellexit, quoniam confessio, pœnarum compendium est, & quædam in peccatis uerecundia, & pœnitentiæ portio crimen fateri. Proferuntur & in B nos uerba Chry. in ep. ad Heb. quæ & renarrauerunt Magister, & Gratianus ubi supra. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neq; apud alios accuses, sed obœdire te uolo prophetæ dicenti. Reuela Deo uitã tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata, apud uerum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria, & tunc demũ spera te misericordiam posse cõsequi. Et rursus peccata tua quotidie dicito ut deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in animo tuo. Non dico, ut confitearis ea cõseruo tuo, ut tibi exprobret, dicito deo, qui curat ea. Verum in his, sicut bene & alij ante nos admonuere, non dicit Chry. nunc̨ esse necessarium confiteri sacerdoti, sed duo tantum affirmat. Primum est, non esse necessariam confessionem publicam de peccatis occultis. Secundum est, non esse necessariam quotidie confessionem peccatorũ, quæ fit homini. Ac si bene omnia perpendamus, tantum indicat, se non adhortari, aut saltem non exigere confessionem publicam de occultis aut confessiones coram illis, qui detecta peccata nobis possint exprobrare. Et illis uerbis, Vt te prodas in publicum, & illis, Vt tibi exprobret, satis cauit, ne quæ dicebat, intelligerentur de confessione, quæ fit secreto corã sacerdotibus dei uice fungentibus, & ipsius autoritate curare ualentibus peccata, et non exprobrare. Et ita esse hęc exponenda, constare poterit ex illis, quæ ex ipso citauimus, & paulopost adijciemus.

Amb. de paradi. c. 14

De Cai et Abel. c. 9

Obie. 3. ex Chry.

Resp.

Confeßio uenialium utilis est, & sacramentalis, sed nemini necessaria. Cap. XXX.

C

Lut. art. 8 TOto plane coelo aberrauit Lutherus, cum ex hoc quod omnes catholici doctores tradunt, non esse necessarium confiteri uenialia peccata, collegit, & eos docere, neque spectare ea ad sacramentalem confessionem. Longissime hæc inter se distant, & unum ab altero longo interuallo separatur. Nullum esse præceptum de confessione uenialium, neque diuinum, neque humanum omnes libenter fatemur, & manifesta id ostendit ratio. Durissimum quippe esset, ac fortassis a nobis inexplebile, nisi satis esset, quæ occurrerent, uenialia confiteri. Delicta enim quis intelligit? Verum enim cum his stat, materiam ipsa esse confessionis, & ad sacramentalem confessionem spectare. Quandoquidem & sigillum, seu secretum confessionis ad ea se extendit, & absolui ea possunt a sacerdotibus. Generatim quippe in omnia peccata potestatē eis tradidit Christus, cum dixit. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Et recte Bernardus. Vbi nihil excipitur, nihil excluditur. Ipsa & forma sacramentalis absolutionis, qua utu ntur omnes sacerdotes, absolutionem ab omnibus peccatis indiscriminatim significat. Intolerabileque prorsus esset, teneri omnes ad confitenda peccata, de quibus etiam doctissimi dubitant, an sint uenialia, an mortalia, & tamen asserere: siquidem sint uenialia, non esse eorum confessionem sacramentalem. Atque hęc omnia potenter confirmat consuetudo confitendi uenialia, quæ nunc est in omnibus pijs, & sanctis uiris. Et quidē, quo magis, magisque cogito, eum morem a principio Ecclesiæ nascentis fuisse in ea persuadeor. Nullum enim principium ipsius dari potest. Et uerisimilimum est, consuetudines Ecclesiasticas toto orbe receptas, quarū nulla authentica probatur origo, a Christo, uel ab Apostolis dimanasse, præsertim cum nulla probabilis apparet ratio nouitatis earum. Quod quidem perspicuum est ita esse in proposito. Quia cuncta quæ nunc utilem, & laudabilem huiusmodi confessionem probant, nota fuerunt a principio Ecclesiæ. Et ideo neque tum cum maior erat sanctitas, uerisimile est tam piū exercitium fuisse intermissum. Et merito Leo decimus in eodem articulo etiam damnauit illa uerba Lutheri. In primitiua Ecclesia sola manifeste mortalia confitebantur. Et nisi Lutherum alioqui bene nossem, mirari satis non possem, qua frōte in impugnatione bullę Leonis id ipsum pertinaciter confirmet his uerbis. Fuisse in primitiua Ecclesia solum manifeste mortalia in confessionibus tractata, satis probant epistolę Pauli, patrum scripta, & historię, quas si bulla tam impudenter damnare audet, suo genio digna facit. Quis hanc tantam impudentiam ferre patienter posit? Taceo de patrum scriptis, taceo de historijs, dissimulo conuitia, & contumelias, quibus perpetuo sacram summi pontificis bullam dilacerat. Videbimus paulopost, quam diuersa ex patrum scriptis, & historijs authenticis habere potuit. Quid est impie in omnibus epistolis Paulinis, unde uel sophisticissime tantum erro-

Venialia materia sūt cōfeßiōis.

Arg. 1

Ber.

Arg. 2

Arg. 3

Confeßio uenialium antiquißima.

D

A rem posßis colligere? Cur impias tuas, & inanes persuasiones non uererís tanto Apostolo imponere? Equidem in uniuersis Paulinis epistolis nulla sunt, quæ ad confesßionem sacramentalem spectare uideantur, nisi forsan illa, quæ de incœstuoso illo Corinthio paterni thori uiolatore ad Corinthios scribit. Cui autem aliquid donastis, & ego. Qua tamen rogo consequentia quisquam ex his inferat, sola manifeste mortalia tractata tũ fuisse in confesßionibus? Quis nisi omnino dialecticæ ignarus, hanc collectionem faciat? Non docuit Paulus aliqua uenialia, aut occulta mortalia tractata fuisse suo tempore in confesßionibus, & meminit aliquod manifeste mortale tractatum fuisse in eis. Sola igitur manifeste mortalia tractabantur eo tempore in confesßionibus? Nonne uel tyrunculi triuialium scientiarum norunt, argumentum ab autoritate negatiue nullius plane esse momenti? Nõ poterat sane Paulus omnia commemorare, quæ suo tempore erant consueta inter Christianos, Et ex ipsis eius epistolis liquidisßimo constat multa etiam autoritate ipsius tum fuisse in consuetudine, quorum ne minimi quidem in scriptis meminit. Sed mirandum non est ista Lutherum dixisse, quã- 1. Co. 11. et do & eo ibidem prorupit uesaniæ, ut & a confesßione uenialium omnes fi- 2. The. 2 deles retraheret, Nullo modo, inquit, præsumas uenialia confiteri? Et rursus. Cum fere peccemus sine intermisßione uenialiter, quis, air, erit finis, & modus confitendi? Sed quid tibi o Luthere displiceat in confesßione uenia- Vtilis cõfes- lium, profecto non assequor. Si arrogantem hunc tuum spiritum humilia- sio uenialiũ

B re, & communibus moribus Ecclesiæ attẽperare didicisses, intellexisses opinor, uenialium confesßionem non solum ad satisfactionem pro ipsis, & ad eorum remisßionem, sed etiam ut plærunq; experiuntur in se iusti, ad agnitionem grauitatis eorum, & ad uerum dolorem, & confusionem de ipsis assequendam, & ad cauendum relapsum in ipsa, & ad pacem, & lætitiam conscientiæ uehementer posse prodesse. Esto tamen iure tibi displicere, cur eam præsumptionem appelles, non uideo. Præsumptio sane dici posset, siquis omnia uenialia peccata putaret, se posse confiteri. Et parum fructuosum non negamus, de confitendo omnia solicitari. Sed siquis ea duntaxat uenialia satagat confiteri, quæ occurrunt, uel commode occurrere possunt, pium esse, & religiosum eiusmodi studium, neque locum ibi ullum habere præsumptionem, uel inde tibi notum esse debuit, quia nihil ibi uetitum quæritur, aut quod sit supra merita nostra, aut supra uires nostras diuino fauore subnixas. Itaq; ut compendio dicamus, uenialium confesßio non est quidem in præcepto, est tamen sacramentalis & rata, & siquidem commode fiat, ad multa utilis, & pro iugi morum nostrorum correctione, & profectu uehementer laudabilis.

De necesßitate confitendi omnia mortalia. Cap. XXXI.

QVoniam uero Lutherus, & illius asseclæ Philippus & Sarcerius non improbant confesßionem peccatorum, quæ fit sacerdotibus, sed tolerabilem eam putant, et nominatim Philippus in locis com

munibus retinendam eam ex multis approbat, sed enumerationem om- C
nium & singulorum peccatorum necessariam esse non credunt, ac proinde
summariam quandā & expeditam formam confitendi ex suo cerebro con
fictam introducere, & fidelibus persuadere moliuntur, adnitar peculiariter
ostendere, necessarium esse omnia mortalia confiteri, sicut ante illos consue
tum erat, & erit semper in Ecclesia. Idq; ne quispiam in dubium reuocet, iu-
re diuino, & humano, & sanctorum doctorum testimonijs, ac manifesta ra
Arg. 1 tione reuinci potest. Qui dixit, Quorum retinueritis, retenta sunt, ostendit
nimirum retineri omnia peccata mortalia, quandiu ea retinentur a sacerdo-
tibus. Cum igitur sacerdotes retineant peccata mortalia, quæ sibi non ma-
nifestantur, iure diuino tenebuntur peccatores omnia ipsis manifestare, si-
Arg. 2 cut obligantur facere, ne ullum suum peccatum mortale sit retentum. Et in
Cōci. Late. Concilio Lateranensi sub Innocentio. 3. ita diffinitum est. Omnis utriusque
sexus fidelis post quam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus
Cōci. Flo. peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur. In Concilio etiam Floren
tino sic lego. Secunda scilicet pars pœnitentiæ, est oris confessio, ad quam
pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacer-
doti confiteatur integraliter. Vides, ut de essentia confessionis esse diffinitur
integra omnium peccatorum confessio. Cunque has Ecclesię diffinitiones
de uenialibus non intelligi, ipsa omnium Christianorum consuetudo, &
rei imposibilitas manifestet, relinquitur, eas esse ad lætalia peccata referen-
Arg. 3 das. non autem ad uenialia Deinde. Si Tertulliano, Hieronymoq; in iam D
citatis testimonijs credimus, singulum quodq; uulnus oportet animarum
medicis detegere. Et sicut Origenes docet, omnem indigestum ac uirulen-
tum humorem necesse est euomere. Quod si aliquid occulte admissum siue
opere, siue sermone, siue cogitatione cœlauerimus, ex testimonio Cyrilli
constat illud esse in extremo iudicio per diabolum referandum. Ignota etiā
uarietate peccatorum, ignoratur quis ligandus sit, quis ue soluendus, iu-
Aug. ser. xta sententiam iam allegatam ex Hiero. Et Aug. palam, & generatim dicit.
66. de tpe Nos aliter salui fieri nō possumus, nisi confiteamur pœnitentes, quod iniq;
Ro. 10 gessimus negligentes. Et in hoc propositum inducit testimonia Iacobi, &
Prou. 18 Ioannis iam citata, & illud Pauli, Ore autem confessio fit ad salutē, & quod
in psa. 66 Salomon dicit. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Et alibi ait. Si non
confessus lates, non confessus dānaberis. Damnaberis tacitus, qui posses li-
berari confessus. Et subdit. Adhoc Deus exigit confessionem, ut liberet hu
milem, adhoc damnat non confitentem, ut puniat superbum. Ergo tristis
esto, antequam confitearis, confessus exulta, iam sanaberis. Non confiten-
tis conscientia saniem collegerat, apostema tum erat, cruciabat te, requiesce-
tract. 49. re non sinebat, adhibet medicus somenta uerborum, & aliquando secat, tu
in Ioā. De agnosce medici manum, confitere, exeat in confessione, & defluat omnis sa
pœ. d. 5 cō nies. Iam exulta, iam lætare, quod reliquum est, facile sanabitur. Et alias sum
sideret. pta occasione ex suscitatione lazari, sic scribit. Sepultus iaces, quando confi

teris

A teris procedis, atque huc pertinet, quod ex lib. de uera & falsa pnia nomine Augustini renarratur a magistro sententiarum, & a Gratiano. Quidam uni coelant, quod alij manifestandum conseruant, quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper uenia carere, ad quam credunt per frusta perue nire. Et ibidem legitur. Quædam impietas infidelitatis est, ab eo qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare ueniam peccatorum. Et hoc probatur, quia Deus inimicus est omni criminoso, & quia neminem Christus sanauit, quẽ non perfecte sanauerit, & a nemine unum expulit dæmonium, quin etiam expulerit & omnia. Et patent hæc in sanato surdo, & muto, & in expulsio ne legionis dęmonũ, & alias etiam septẽ simul. Vnde & subditur in eodem loco expulit septem, ut oĩa crimina simul eijcienda doceret. Cunque Philippus hoc potissimum nomine retineri uelit in ecclesia morem petendæ absolutionis, ut sit aliquod exterius testimonium huius articuli, quod lapsi emendantes se, recipiantur a Deo, & sint ab ecclesia recipiendi, eo ipso admoneri profecto debuit, necessarium esse, ut omnia sua læthalia peccata confiteantur, Quia absolutio sacerdotis conformis esse debet absolutioni Dei qui nunquam remittit unum peccatum læthale sine alio, & sacerdotes neque uolunt, neque possũt hoc iudicium diuinum uariare, neque absoluere queunt ab incognitis. Adhæc. Confessio ad hoc debet seruire, ut peccatores magis humilientur, & grauitatem suorum peccatorum agnoscãt, & a recidiua certius, præseruentur. His autem omnibus aptus non est ritus confessionis, quem ipsi inducere uellent. Quomodo enim dispicere possint sacerdotes, quæ cuique peccatorum remedia apponere debeant, ne redeant in priora peccata, quomodo & admonere grauitatis peccatorũ, & pœnitentes pro meritis humiliare, si non ipsis omnes morbi læthales aperiantur? Et nonne aperta est fictio quædam detegere peccata exitialia, et alia de industria occultare? Ipsis profecto sacerdotibus manifeste ea re imponitur, & contra ueritatem formæ sacramẽtalis hoc militat, quæ absolutionem ab omnibus peccatis indicat, & ex intentione sacerdotis nunquam ad peccata de industria coelata refertur. Sed urgeamus magis aduersarios. Non potest pœnitens cęlare peccatum mortale, quod patrauit, si ob iustam causam de eo interrogetur a sacerdote bono & prudenti, cui confitetur. Nam si hoc potest, posset apud Deum non esse retentum peccatum læthale, quod uere & ex proposito ac iuste retineretur a sacerdote. Tenentur igitur pœnitentes omnia confiteri mortalia. Non enim peccatum est coelare, quæ non tenemur confiteri, neque sacerdos retinere potest, quę non sumus adstricti illi manifestare. Absurdumque est, & lumini naturali plane dissonum, immo & sibi ipsi dissentiẽs, quod ait Philippus, pastorem quidem posse pro ętate & uitę genere quędã de moribus interrogare, nec tamen debere quenquam cogere, ut dicat arcana facta. Cur enim inquirere possit de occultis, nisi, & ad eum spectet talia nosse? Quod si ad eum pertinet illa nosse, poterit utique, & ut sibi reuelentur, cogere. Etsi potest, debet & plęrunque id facere. Cur etiam iuste requisitus,

c.9

Arg. 4.

Arg. 5

B

Arg. 6

abſcondere queat arcana in foro adeo benigno & ſecreto? Atq; ex his pa- C
tet merito Leonem.10.damnaſſe illum art.6.Lutheri. Contritio, quę para-
tur per diſcuſsionem,collectionem,& deteſtationem peccatorum &c. facit
Obiect.1 hypocritam,immo magis peccatorem. Verum opponit Lutherus. Dum
Reſp. omnia uolumus pure confiteri,nihil uolumus diuinę miſericordię ignoſcē
dum relinquere. Et quis te docuit,tam male argumentari? Nonne & ipſa
Obiect.2 peccata,quę confitemur, diuinę miſericordię ignoſcenda relinquimus? At,
Pſal.18 inquit,omnia peccata noſſe,impoſsibile eſt. Delicta enim quis intelligit? Et
multa peccata etiam grauia per ignorantiam committuntur. Et neceſſe eſt
iugiter cum Pſalmiſta clamare. Ab occultis meis mũda me domine. Et hoc
Reſp. argumēto uelut Achille etiam utitur in eandem rem Philippus. Quis uero
noſtrum ad hoc quenquam adegit,ut ea confiteatur, quorum reminiſci nō
poteſt? Tu quidem Luthere, qui adeo ferreus es, ut etiam ad impoſsibilia
homines adſtrictos eſſe contendas,poſſes hęc onera a peccatoribus exige-
re. Sed catholici omnes ſic ſuam temperarunt ſententiam,cum docuerunt,
homines teneri ad confitendum omnia lętalia peccata, ut dicerent excuſari
poſſe a quibuſdam manifeſtandis,per eorum ignorãtiam, aut obliuionem
inculpabilem,neq; obligari quenquam,niſi ad humanam quandam, & hu
manę fragilitati poſsibilem diligentiam,ut omnia confiteatur. Et in uerbis
ſtatim allegatis ex Concilio Florentino uerbum,omnia,patres ad ea,quo-
rum memoriam peccatores habent,palam reſtrinxerunt. Et quãuis de pec
catis uenialibus uerisſimum ſit,neminem noſtrum ſaltem communiter poſ- D
ſe omnia confiteri, tamen de peccatis mortalibus, multi per gratiam Dei
ſunt in Eccleſia,qui ne minimum quidem eorum confiteri intermittunt. Et
quę per ignorantiam grauia peccata committuntur,quidquid Lutherus cō
tendat,innoteſcere utiq; nobis poſſunt. Nam alias ignorantia eorum eſſet
Reſp.ad inuincibilis,& maliciam ab eis tolleret. Atque ex his ſolui poſſunt,quę Phi
Philippũ. lippus in confirmationem doctrinę ſui pręceptoris,ubi ſupra adiecit. Non
enim ut putat,lux fidei obſcuratur, neq; conſcientia in dubitationem, aut
deſperationem adducitur iſta doctrina,cum ſane,& ut par eſt,exponitur.
Etſi quas difficultates,aut anxietates bonę alioqui,ſed timidę conſcientię pa
tiantur,inde profecto id proficiſcitur,quia exiſtimatur neceſſaria eſſe itera-
tio confeſsionis,aut grauis ſubeſſe culpa,ſi quis humana quadam obliuio-
ne unum,aut duo peccata lętalia ſe intermiſiſſe deprehendat,cum fidelem et
debitam diligentiam ſe adhibuiſſe exiſtimabat,ut confiteretur omnia. Sed
hos imperitorum confeſſorum & pœnitentium errores facile eſt doctis prę
dicatoribus extirpare,neq; ob parum doctos,qui eos inuexerũt,doctrinã
fidei taxare,aut labefactare tolerabile eſt. Mitto & contumelias, quibus in-
nocentes monachos hac occaſione aſpergit. Quid enim cum illo agas, qui
tam parum uidet,ut manifeſtum eſſe dicat, neq; omnium, neq; paucorum
peccatorum enumerationem iure diuino eſſe pręceptam, ſed a monachis
confictam, cum tamen ſatis ſuperque iam dilucidum eſſe oſtenderimus, &

A Christum, & Apostolos, & totam ecclesiam semper eam requisisse? Sed hęc satis de confessione sacramentali. Videamus ergo de absolutione sacerdotali ipsi respondente.

De absolutione sacerdotali, & de tribus contra ipsam erroribus. Cap. XXXI.

QVartum, quod inter necessaria ad reparationem lapsi, a patribus connumeratur, est sacerdotalis absolutio. Cum enim Deus summam salutis fidelium in sacerdotum posuerit potestate dicēs, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retēta sunt, ubi lapsi a gratia regenerationis, quod in se est, ad suam reparationem fecerint, cessando a peccatis, ac detestando, & confitendo ipsa, hoc unum super est, ut qui medici constituti sunt animarum, piæ peccatorum præparationi benigne respondeant, & saluifici oris sui uerbo a morbis suis ægrotos liberent, atque a peccatis soluendo, sanitati eos perfectæ restituant. Et ad expositionem huius partis spectant nonnulla, quæ supra disseruimus pro defensione formæ absoluendi consuetæ in Ecclesia. Præter errorem autem Vuiclefi tum commemoratum, ꝙ non esset hæc forma huius sacramenti, Ego absoluo te &c. sciendum est, tres potissimum fuisse errores circa hanc partem pœnitentiæ quatenus a confessione, quæ actus pœnitentis est, distinguitur. Primus est, quenlibet Christianum posse quenuis alium absoluere. Et hūc errorem aperte Lutherus defendit. Ait enim in arti.13. dānato a Leone.10. ubi non sit sacerdos, tantundem posse in sacramento pœnitentiæ, & remissione culpæ, quencunque Christianū, etiamsi mulier sit, aut puer, quātum sacerdotem quenuis aut episcopum, & quantum ipsum summum pōtificem. Contra quem errorem multi egregij doctores multa dignissima lectu pro defensione Christiani sacerdotij & pie, & erudite scripserunt. Nobis uero, qui non hoc ex professo nunc tractamus, ad reuincendum hunc errorem satis esse possunt uerba illa Christi, quæ robur sunt, & fundamentum præcipuum omnium, de quibus in præsenti agimus. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quæ precor gratia hic facta est Apostolis, si alij ab ipsis, & a suis successoribus, præter ipsorum concessionem remittere queunt peccata? Quomodo etiam fieri potest, ut quorum retinuerint peccata, retenta sint, si alij præter ipsos, & eorum uoluntatem absoluere ualent a peccatis? Nunquid Luthere probare poteris, aliquos tum alios fuisse præsentes, ut non omnino sine causa uidearis dicere, hæc spectare ad omnes Christianos. Recte sane Ambrosius hinc ita colligit. Ius hoc ligandi, & soluendi solis sacerdotibus datum est. Et ex testimonijs aliorum sanctorum iam citatis, & ex Tert. de præscrip. hæreticorum, & ex Apologetico Greg. Nazianzeni & ex Chry. 3. dialogorum cap. 4. satis potest constare consensus Scripturarum, & Ecclesiæ de his. Expressaq; est de istis diffinitio Concilij Florentini, quæ sic habet. Minister huius sacramenti est sacerdos habens autoritatem absoluēdi, uel ordinariam,

Tres errores contra absolutio. sacerdota.

B *Error. 1*

Amb. 1. de pœ. c. 2

Tert.

Gre. nazi.

Chry.

Cōci. Flo.

uel ex commissione superioris. Ac ne omnes Christianos crederet Lutherus parem habere potestatem, sufficere ei debuerunt uerba ista Concilij Lateranensis sub Innoc. 3. Et hoc utique sacramentum, uidelicet Eucharistiæ, nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum claues ecclesiæ, quas ipse concessit apostolis, eorunq; successoribus Iesus Christus. Secundus error circa absolutionem sacerdotalem est, φ absoluere non debeat sacerdos pœnitentiam ante peractam pœnitentiam. Et hanc sententiam tenuit Petrus Osmensis. Et damnata est ut hæretica a Sixto. 4. in bulla supra citata. Et profecto tanta hæc erat stultitia, tãta crudelitas, & tam aliena doctrina a consuetudine Ecclesiastica, ut tametsi damnata non fuisset, sicut mera debuisset insania reijci. Cur enim sic limitari deberẽt claues a Christo liberę, & absolutę uoluntati, ac iudicio sacerdotum traditę? Cur despiciendi essent, & tanto tempore differendi peccatores uolentes pro suis peccatis satisfacere? Cur non potius iuuandi ipsa absolutione sacramentali, & consilio commodo ad satisfaciendum, & cauendum recidiuam? Tertius error de his est, φ absolutio sacerdotalis inanis est. Et hunc errorem tenuere, ut paulo ante retulimus, Valdenses & Massiliani, & ex patre etiam Vuicleffus, & Lutherus. Et possunt ad eos confutandos ualere omnia, quę supra ad confirmandum utilitatem confessionis ex scripturis, & diffinitionibus Ecclesię & consensu doctorum protulimus. Nam quãuis confessio, quatenus actus pœnitentis est pręuius absolutioni, & antecedens eam, utilis sit ad humiliãdum, & confundendum nos, eaque confusione, & pudore agnoscendum clarius grauitatem peccatorum nostrorum, & satisfaciendum pro ipsis, tamen elogia, & laudes, quę tribuuntur confessioni, maxime propter absolutionem ei tribuuntur. Neque tantoopere probaretur confessio ab Ecclesia & doctoribus ipsius, si non eam secutura esset pręcellentis uirtutis, & efficacię absolutio. Et intolerabilis esset impostura, si adigerentur homines ad cõfitendum peccata sua sacerdotibus, neque tamen ipsi sua absolutione aliquã eis utilitatem afferrent. Quoniam uero etiam inter catholicos non exigua est controuersia de ipsa efficacia absolutionis, aliquanto diligentius de ipsa hoc loco differemus.

Cõc. Lat.

Error. 2

Error. 3

c. 50

C

D

Per absolutionem sacerdotalem confertur nonnũquam prima gratia peccatoribus. Cap. XXXIII.

Opi. 1

FVerunt quidem graues, & celebres autores, qui secuti magistrum sententiarum in 4. d. 18 tenuerunt, sacerdotes in noua lege perinde se habere circa spiritalem peccatorum lepram, ac se habebãt sacerdotes in ueteri lege circa corporalem. Quemadmodum enim hi non mundabant quidem a corporis lepra, quippe qui gratiam sanitatum non habebant, sed tantum autoritate sua mundatos ab ea ostendebant, ita dixere & sacerdotes in noua lege non absoluere quenquam a peccatis, sed absolutos a Deo peccatores duntaxat ostendere, quos absoluunt. Et hanc sententiam tuentur in eadem dist. s. Bon. Ochã, Maioris & Gab. d. 14. & Ale. Halen. par. 4. q. 80.

Neq;

A Neq; tamen, q̄ ista docuerint, cum illis sensisse existimandi sunt, qui absolutionem sacerdotum inanem crediderunt. Nam & ad augmentum gratię, & ad remissionem pœnæ debitæ pro peccatis omnibus rite sua peccata cõfessis utilem eam esse tradiderunt. Quod quidem stare potest etiam si nunquam prima per eam gratia conferretur. Et hac ratione tueri eos possumus, ne uideantur aduersari citatis supra diffinitionibus Ecclesiæ, quòd sacramenta nouæ legis causant gratiam. Verum his minime cõtẽti alij scholastici non inferioris classis, altiusque & omnino magnificentius de sacramentali absolutione sentientes, constanter tradiderunt, non solum remitti partem pœnæ debitæ pro peccatis, & iam iustificatis augeri gratiam, sed & nonnunquam primam gratiam per eam conferri, & accedentem peccatorem ad ipsam ex iniusto fieri iustum, ex inimico amicum, & ex ingrato & exoso, atq; ad pœnas æternas destinato, gratum Deo, & ipsius filium, & hęredem bonorum æternorum. Et hanc sententiam, quæ fauorabilior est pœnitentibus, & dignitatem sacramentorum nouæ legis magis commendat, adnitar nunc probabiliorem, & scripturis, & sanctorum testimonijs magis consonam ostendere Primo. Christus dixit Apostolis. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Habent igitur sacerdotes potestatem remittendi peccata lætalia, & iustificandi peccatores, & aliquando uerum est, eos remittere exitialia peccata, & ipsa a Deo retineri, quia retinentur, & non remittuntur a sacerdotibus. Non.n. uere, &

Opi. 2 Tho. ĩ 4. d. 18. q. 1. ar. 3. Sco. d. 14. et. 18 Vualdẽ. de sacra. c. 14 Had. qđli. 5. q. 3. et. q. 2. de clauibus. Caie. qđli. 21. Almay. d 14 q. ulti. Arg. 1 Ioan. 20

B proprie remittuntur peccatoribus peccata, nisi cum primo iustificantur, & ex peccatoribus, & Deo inimicis, iusti, & amici ipsius fiũt. Et cũ dicit, Quorum remiseritis, remittuntur, uel cũ pollicitus est eis, Quęcunq; solueritis, soluta erunt, satis indicauit non esse prius aut soluenda aut remittẽda, aut saltẽ aliqñ soluenda & remittenda in cœlo, quia ab eis soluerentur & remitterentur in terra. Nam si nunq; hoc erat futurum, potius fuerat dicendum. Quorum remiseritis, remissa fuerunr, Vel quę solueritis, soluta fuerunt. Profecto minuimus sacerdotalium clauiũ præcellentiam, & ipsis nobis gratijs a deo factis uehementer derogamus, nisi eo pertingere potestatem sacerdotalẽ tueamur. Neq; intelligere possum, quomodo sacerdotes habent potestatẽ remittendi peccata si nunquã possunt Deo reconciliare peccatores. Neq; assequor quomodo eis asserere ualeamus potestatẽ retinendi peccata, si nunq; peccata retinentur a Deo, quia retinentur a sacerdote. Retinere peccata, nihil aliud est, ut dicũt doctores & nominatim Rich. de. s. Vict. quã non absoluere. Si ergo nũquam sic possunt absoluere a peccatis, ut primam cõferãt gratiam, & faciant, non retineri peccata, quæ ante ipsorũ absolutionẽ retinebãtur, non habent igitur potestatem retinendi peccata. Quis credat potestatẽ retinendi aliquos reos in carcere, aut etiam soluendi illos, esse in rectore ciuitatis, si nunq; quenq; potest eripere a carcere, sed quod durius est, ipsi se uincti, & compediti, eo non consentiente, immo repugnante, & a carcere, & a compedibus queunt liberare? Cur dicuntur, sacerdotes claues regni cœlo-

Rich. c. 6 de potestate lig. et solu.

rum habere, si nemini illud possunt aperire. Peccatores quidem, deberêt po C
tius dici habere claues, quam sacerdotes, si nunquam hi sua absolutione illis reserant obstrusum regnum coelorum, sed ipsi sua contritione sibi illud reserant, & aperiunt. Et quibus rogo uerbis si Christus hanc fuisset nobis impartitus potestatem, eius potuisset concessionem apertius, quam his uerbis designare? An non satis est, ut credamus, habuisse Christum hanc potesta-
Apo 3.b tem, q̃ de illo scimus esse scriptum, Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit? Et nonne tantundem significant il
Matt.16 la uerba dicta ad Petrum, Tibi dabo claues regni coelorum. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in coelis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in coelis? Et quominus illa, Quaecunq; alligaueritis &c. aut ista, quae modo tractamus, Quorum remiseritis peccata &c. Sibi Christus illos quoad haec coaequauit, & nos eis abrogabimus quod Christus magna illis attestatione asseruit praemittens his uerbis illa certe asseuerationis signa, Et ego dico tibi, Amen dico uobis? Et in loco quem nũc exaggeramus, ut omnem tolleret ambiguitatẽ, praeposuit illa. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Ac si apertius diceret. Quo me pater loco, & ordine legatum suum constituit, & ego constituo uos. Quam mihi ille impartitus est potestatem, & functionem, & ego impartior, & participo uobis. Et ut intelligerent ad tantae potestatis debitum usum necessarium esse spiritunsanctum, & hanc potestatem ex illius dono se habituros, neq; utcunq; remissuros se peccata, sed & uerbis & absolutione sua donaturos ipsum spiritunsanctum eis, quos absoluerent, insuflauit in eos, & dixit eis. Accipite spiritũ D
sanctum. Neq; mysterio uacat, q̃ nunquam ante id temporis reconciliati leguntur ab scandalo, quod passi fuerant in passione domini. Quid igitur dubitamus ad absolutionem sacerdotalem conferri nonnunquam primo ipsum spiritunsanctum? Cur nostrae inuidemus gloriae? Cur nostrae obuiamus saluti? Cur iniqui sumus iudices in Petrum, & in caeteros Apostolos, quos Christus in tãtũ culmẽ dignitatis tãtis asseuerationibus, & p̃rogatiuis
Arg. 2 euexit? Deinde. Quomodo uerum est sacerdotes absoluere a peccatis mortalibus, si nunquam talibus uinculis compeditos ab eorum nexu explicãt? Equidem ista uerba Absoluo te, ad suam ueritatem requirunt, ut efficacia sint, & uirtutem habeant soluendi ligatos, & quantum ex ipsis sit, quos inuenerint uinculis peccatorum irretitos, soluant, & expediãt. Et certe aliquid maius, & potentius significant, quam ista uerba. Ostendo te absolutum, & intolerabile est, illa per ista exponere. Diuersissima est horum & illorum significatio, diuersus usus, diuersus effectus. Et sacerdotibus non dedit Christus potestatem ostendendi absolutos peccatores a peccatis. Nihil erat nobis opus ea potestate. Immo neq; conueniebat nostro statui. Sicut peccata aliorum, & nostra sunt occulta, ita & multo magis sanatio eorum est occultissima. Neq; constare nobis potest, neq; nostra, neq; aliorum adultorum iustificatio. Secretissimus est etiam forus sacramentalis, neq; in iudicium ex

A terius deferuntur, sed neq; deferri possunt, quæ in eo inter pœnitentes, & sa cerdotes transiguntur. Neq; sine periculo manifesto sacrilegæ falsitatis dici queunt ista uerba Absoluo te a peccatis in hunc sensum, ostendo te absolutum a peccatis. Quandoquidem neq; Deo, neq; Ecclesiæ, neq; ipsis pœnitẽtibus, neq; sibimet ostendũt sacerdotes peccatores absolutos. Possunt enim ut supra latißime ostendimus, & ipsi pęnitentes de sua iustificatione, & nos de illorum absolutione nonnihil ambigere, quia satis certo ex fide scire nõ possumus, quod nullus intercesserit obex, qui effectum absolutionis impe dierit. Nunquid etiam cum dixit Christus remitti peccata, quæ remiserint, aut soluta fore in cœlo, quæ soluerint super terram, & ibi quoque ostenden da remissa, aut soluta possumus exponere? Cur igitur in uno, & eodem cõ textu tam uarie acceptum credamus unum & idem uerbum, ut cum dicitur. Quorum remiseritis peccata, uel quęcunq; solueritis, interpretemur quæcunq; ostenderitis soluta, uel remissa, & cum dicitur remittuntur, uel so luta erunt in cœlo, simpliciter, & absolute remissa, & soluta exponamus? Quo in loco scripturæ, tanta & tam absona uarietas poterit ostendi? Sed hæc perspicua magis fient ex testimonijs sanctorum, quæ mox citabimus. Addam itaq; etiam alia argumenta. Si nunquam per absolutionem sacra *Arg. 3* mentalem a sacerdote prolatam confertur peccatori prima gratia, igitur quod absurdum nimirum est, institutio sacramenti pœnitentiæ non fecit fa ciliorem uiam reparationis lapsi, sed potius difficiliorem. Adiecta est enim

B necessitas confeßionis supra ea, quæ ante legem gratiæ requirebantur, neque tamen per eam facilius uenitur ad gratiam, si nunquam in ea iustificatur peccator. Siquis dicat, præcepto confeßionis difficiliorem nunc esse factam curationem peccatoris, solemus istam difficultatem minuere dicentes, eam difficultatem hac re compensatam esse, quod per eam multo facilius quam olim iustificari nunc possumus, ac sæpe iustificamur. At uero hæc responsio prorsus tollitur, neq; ei locus ullus esse potest, si nunquam hac uia pecca tor redit in gratiam cum Deo. Adhæc. Baptismus conferre potest primam *Arg. 4* gratiam. Omnes quippe iusti ex Christianis renati sunt ex aqua & spiritu sancto, & Christum induerunt, & consepulti ei sunt, & commortui peccatis per Baptismum, ut uerbis Christi, & Pauli edocemur. Et paruulis per Ba *Ioa. 3* ptismum in confesso est dimitti peccatum Originale. Quare ergo non hoc *Rom. 6* habebit sacramentum pęnitentiæ? Idem profecto utrobiq; mysterium est te ste Ambrosio. Neq; minus aperta sunt priuilegia clauium ad remittendam culpam peccatorum actualium, quã Baptismi ad remittendum originale & actuale. Cunque Alex. Halen. Eucharistiam concedat conferre nonnunquã *4. p. q. 46* primam gratiam, & doctores omnes catholici propter contritionem fateã *mẽb. 3. ar-* tur peccatoribus illam conferri, cur non & propter absolutionem idem cre *ti. 2* damus usu uenire, cum peccatoribus nondum iustificatis, sed pie & reueren ter confeßis sua peccata, ea impartitur? Qui dixit, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, & rursus, Qui manducat me, ipse uiuet propter me,

idem dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, neq; apertius recõ C
ciliationem, & uitam in illis promisit, quã in his remisionem pctõrũ. Item.
Arg.5 Dubitari nõ potest, quin sicut supra definitũ ab Eccl. ostendimus hoc sacramentũ pniæ, ut & alia nouę legis sacramenta, causare possit gratiã. Vbi igit accesserit ad illud aliquis existens in pctõ, qui putet inculpabiliter se digne, aut saltẽ non indigne ad illud accedere, recipiet ille primam gratiã. Nullus
Arg.6 quippe est obex, qui gratiã sacramentalẽ impedire queat, nisi peccatũ. Insuper. Qui pctõribus in extremis a gentibus, uel negligẽtia, uel aliquo inepto scrupulo pniam negant, grauiter increpant ab Eccl. & animarũ homicidę cẽsentur, ut est uidere in decretis 26. q. 6. Aliqñ igitur confertur prima gratia peccatoribus per sacerdotalẽ absolutionem. Nã si nunq; ea per ipsam confertur, non est cur homicidę animarũ censeri queant, cum nullus ob ipsorũ
Arg.7 negligentiam, aut crudelitatem pereat. Sed ut omnes in hanc sententiam inclinemus, adijciam his testimonia sanctorum, qui magna inter se concordia
Hil. cã.16 in Matt. hanc nos ueritatem docuerunt. Hilarius Petro hanc autoritatem elegantissime uendicat ex illis uerbis. Tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcunque ligaueris super terrã &c. Et quia par est quoad hoc ratio de alijs Apostolis, & de omnibus sacerdotibus, qui legitime possunt confesiones audire, haud dubie quin & eadem ille de omnium ipsorum autoritate dicta esse uoluerit. Verba Hilarij ad Petrum, cũ magnificat præmium, quod consecutus est per illã suam confesionem, Tu es Christus filius dei uiui, hęc sunt O in nũcupatione noui nominis felix ecclesię fundamentũ, dignaq; ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cęli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium, præiudicata autoritas sit in cęlo, ut quæ in terris aut ligata sint, aut soluta, statuti eiusdem conditionem obtineant & in cęlo. Hæc Hila. Quæ manifeste docent qd uolumus. Nunq; enim terrestre Petri iudiciũ præiudicata autoritas erit in cęlo ad soluendũ aliquem peccatorem, si nunq; Petrus, aut ipsius autoritatem habentes, cõferre queũt primam gratiam peccatoribus, ut ideo soluantur a Deo in cęlo, qa soluti sunt D
Aug. ab ipsis in terra. Aug. in libro contra quinq; hæreses. Neq; eos audiamus, qui negant catholicã Eccl. omnia peccata posse dimittere. Illi. n. in Petro petrã non intelligũt, & nõ intelligẽtes eccl. datas esse claues regni cęlorũ, eas de
2. de adult. coiug. c.9 propria manu amiserũt. Et alibi. Per claues regni cœlorũ non dubitat fieri remisio pctõrũ. Chry. ex his uerbis colligit, Apo. potestatẽ quãdã & grãm spiritalẽ accepisse, ut remitterẽt pctã, & magnã esse dignitatẽ sacerdotũ, q eã dẽ habeãt, ac tãdẽ subdit. Etiãsi praui sint sacerdotes, dñs oĩa p eos pficiet, et
Theoph. mittet spũ sanctũ. Theo. in eadẽ uerba. Vide insup sacerdotũ dignitatẽ, qd diuina sit. Dei. n. ẽ remittere pctã. Sic igit illi honorãdi sũt, ut deus. Nã quis
Cyr. 12. in Ioã. c.56 indigni sint, qd hoc? Diuinorũ donorũ ministri sunt, et grã opat p eos. Cyr. in illis cõmentarijs oĩ laude dignis, quos scripsit in Ioã. quęstionẽ proponit huiusmodi. Qua rõne diuinę naturę dignitatem ac potestatẽ discipulis suis

saluator

A saluator eisdem uerbis largitus est. Nam certe solius ueri dei est ut possit a peccato homines soluere. Cui enim alij præuericatores legis liberare a peccato licet, nisi legis ipsius autori? Et continuo ipse sibi ita respondet. Quia certe absurdum non est, peccata remitti posse ab illis, qui.ss. in seipsis habeant. Nam cum ipsi remittunt, aut detinent, spiritus, qui habitat in eis, per eos remittit, aut detinet. Nunquam sane, neque hanc quæstionem proposuisset Cyr. neq; eiusmodi quæstionem, subiecisset, si non pro certo habuisset ex his uerbis conuinci, sacerdotes uere & proprie ex autoritate sibi tradita & ut ministros.ss. posse remittere peccata. Et hoc est, quod Bern. de Petro nobis commendat his uerbis. Quid illo potentius, cui & terra obædiuit, cum mortuos reddidit, & mare sub pedibus eius se calcabile præbuit, qui Simonem magum spiritu oris sui in aere attigit, qui claues regni cœlorum tam singulariter accepit, ut præcedat sententia Petri sententiam cœli? Subscribit & his Hugo de sancto Victo. dicens. Non dixit, Quodcunque solueris, hoc est, ut illi aiunt, solutum ostenderis, fuit solutum, sed erit solutũ quia sententiam Petri, non præcedit, sed subsequitur sententia cœli. Et ostendens hoc fuisse commune omnibus Apostolis, & eorum successoribus, ac deniq; cunctis eorum uice fungentibus, quia omnibus ipsis dictum est, Accipite.ss. Quorum remiseritis &c. continenter subdit. Vbi dixit, si ostenderitis, fuit? Nusquam dixit hoc, sed dixit. Si feceritis, erit. Verum acrius in eos inuehitur Rich. de.s. Vict. qui sic uerba Euangelica exponebant. Extat, inquit, quorundam de potestate ligandi, atq; soluendi sententia, ut ridenda uideatur potius q̃ refellenda. Putant enim & prædicant sacerdotes non habere potestatem ligandi & soluendi, sed ostendendi homines esse solutos, siue ligatos. Sed nunquid dominus dicit, Quodcunq; ligatum ostenderis, erit ligatum, & quodcunq; solutum ostenderis, erit solutum? Hæc Rich. Veruntamen, ut nemo obijcere possit, mala me fide autores, quos allego, in fauorem nostræ sententiæ citasse, admonebo hic pauca quædam lectorem. Nõ ita allegaui nunc pro nobis Rich. quasi ille omnino nostræ sententiæ sit. In lib. unde statim citata desumpsi, palam fatetur, Deum per se solum dare gratiam seu caritatem, & remittere culpam lætalem, seu tollere quidquid est iniquitatis & impietatis, hoc est iniuriæ suæ, in peccatis, & absoluere a debito quod ipse uocat, captiuitatis, & seruitutis peccatorum. Sed.n. in duobus fauet nobis, ac ideo pro nostra sentẽtia illum adduximus. Nã & grauiter obiurgat exponentes soluere uel remittere idem esse, q̃d ostendere soluta uel remissa, & sacerdotibus non solum tribuit potestatem minuendi pœnas tẽporarias, & absoluendi a debito, quod ipse appellat expiationis, sed & constanter uendicat potestatem remittendi pœnam æternam, & commutandi illam in pœnam temporalem, ac perinde & absoluendi a debito, quod ipse dicit, damnationis. Quæ quidem communiter non creduntur fieri sine infusione gratiæ. Idq; constanter credũt etiam illi, in quos nunc dimicamus. Sed argumenta, quibus se illi tueri possunt, commodum erit enodare.

Ber. ser. 1 in die ap. Pet. et Pa.

Hug. 2. de sac. p 14. c. 8

Rich. c. 12 de potesta te lig. & solu.

De argumentis cõtra uirtutem absolutionis ad confirendam primam gratiam. Cap. XXXIIII. C

Obie.1. PRimus aduersę partis impetus est ex multis Scripturæ & antiquorũ patrum testimoniis, quibus soli Deo ex asse uendicatur autoritas di- Lib.6.c.5. mittendi peccata. Atque ut de testimoniis Scripturæ, & sanctorum & lib. 7. supra inductis, nunc taceamus, ex patribus hæc sunt, quæ peculiariter c.12. hic nobis uidentur aduersari. Tertullianus non solum uidetur abrogasse Tert. de hanc uirtutem iustificandi peccatores, absolutioni sacerdotali, sed & Baptis pœn. mo. Non, ait, ideo abluimur, ut delinquere desinamus, sed quia desiimus, Hiero. quoniam iam corde loti sumus. Sed Hiero. expressius in illa uerba, Tibi da Mat.16. bo claues regni cœlorum, ita scribit. Istum locum Episcopi & presbyteri non intelligentes aliquid sibi de Pharisæorum assumunt supercilio, ut uel damnent innocentes, uel soluere se posse noxios arbitrentur, cũ apud Deũ Amb. non sententia sacerdotum, sed reorum uita quæratur. Ambro. Verbũ Dei Aug. con. dimittit peccata, sacerdos iudex est, & officium quidem suum exhibet, sed Iuli. nullius potestatis iura exercet. Aug. Nemo tollit peccata, nisi solus Deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Et hoc esse peculiare defendit in Chri 3.con.Cre sto, quod ipse est, qui baptizat interius. Et alibi ex historia suscitationis La- sco.c.5 zari, ita colligit. Solus Deus dat uitam, Apostoli soluunt. Et alias. Non Tract. 6 sanctificat, nisi dominus. Et illud urgentius est, quod in Ioannem scribit. Si bi retinuit potestatem, seruis ministeriũ dedit. Cunq; posset, nihil amplius Beda. dedit, ne seruus in seruo speraret. Et his concinit Beda. Nam in illa uerba Iu Mar.2.4 dæorum apud, Marcum Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus, di- D cit illos uerum dixisse. Atq; his uel similibus testimoniis quidam freti graui ter nos obiurgant, & de sacerdote, inquiunt, Deum facitis, qui ei potesta- Resp. tem, quæ soli Deo competit, tribuitis. At enim ego eis non aliud responde Hug.2de. bo quam olim huic obiurgationi Hugo de.s. Vict. respondit. Non ego sa- sac. p. 14 cerdotes Deos facio, sed sermo diuinus, qui mentiri nõ potest. Diis, inquit c.8 non detrahes, & principi populi tui non maledices. Isti uero contra legis præceptum, diis detrahunt, quia potestatem diuinitus collatam sacerdoti- bus auferre uolunt. Et ut ostenderet, quantum interesset inter modum, quo deus peccata dimittit, & quo sacerdotes, & neutrum alteri repugnare, sub- dit. Neque uero ego sacerdotibus potestatem dimittendi peccata tribui. Ille hominibus potestatem diuinam tribuit, qui de hominibus Deos fe- cit. Sed tamen ipse sicut ex semetipso Deus est, ita etiam per semetipsum, quando uult sine humana cooperatione peccata dimittere potest. Hi uero, qui ex semetipsis dii non sunt, nisi eo, a quo sunt hoc, qđ sunt, in eis, & per eos opante, & eis cooperante, peccata dimittere nõ possunt. Hæc ille Quo modo ergo solus Deus bonus est, nec tamen inde sequitur bonos non esse etiam eos, qui domino seruiũt, & quomodo solus Deus mirabilia facit, & de iusto homine dicitur, fecit enim mirabilia in uita sua, ita licet solus deus dicatur dimittere peccata, cũ hoc stat et sacerdotes peccata dimittere. Quia

A solus ipse a se & principaliter hoc facit per ipsos, & sine ipsis, ipsi uero tantũ ut ministri & instrumenta illius ex dono & gratia & autoritate et opatione ipsius. Neq; Ter. hoc negauit, sed admonuit quanto dolore de peccatis accedere par esset ad Baptismũ & ad confessionẽ, neq; expectari debere susceptionem horũ sacramentorũ ad faciendam pn̄iam de peccatis admissis. Vnde & paulo ante iam citata ita scribit. Peccator ante ueniã deflere se debet cũ pendente uenia pœna prospicitur, cum adhuc liberari non meretur, ut possimus mereri, cum Deus comminatur, non cum ignoscit. Ac Hiero. quidẽ non tam uidetur, quæ obiecta sunt, dixisse, ut abrogaret sacerdotibus potestatem remittendi peccata accedentibus pie et deuote ad hoc sacramentum, quam ut stultitiam illam redargueret, quę uidetur tũ aliquibus sacerdotibus suisse persuasa, ut pro uolũtate & arbitrio suo possent quoscũq; uel soluere, uel ligare. Et hoc satis indicant illa uerba, ut uel dãnent innocentes, uel soluere se noxios arbitrentur. Neq;.n. qui dicimus sacerdotes nõnunq; sua absolutione conferre primam gratiam peccatoribus, autoritatem eis tribuimus dãnandi innocentes, aut soluẽdi perseuerare uolẽtes in peccatis. Cunq; paulo post subdat Hiero. sacerdotẽ, uel episcopũ pro officio suo pctõrũ audire uarietates, ut sciat, qui ligãdus sit, qui ue soluẽdus, & in illa uerba, Quęcũq; alligaueritis super terrã &c. potestatẽ dicat apostolis cõcessam, ut scirent qui ab eis condẽnãtur, humanã sn̄iam diuina roborari, adduci profecto nõ possum, ut credã Hiero. alienũ suisse a nostra sn̄ia, neq; tribuisse uerã potestatẽ sacerdotibus soluẽdi a peccatis, sicut manifeste tribuit uerã potestatẽ ligandi. & excludendi cõtumaces peccatores ab Ecclesia. Amb. autẽ. Aug. & Beda propterea dicũt solius dei esse dimittere peccata, quia ipse solus ex se & principaliter delet peccata. Et ideo Aug. sacerdotibus nõ tribuit potestatem, sed ministerium, & Amb. dicit uerbũ dei dimittere peccata, sacerdotẽ aũt esse iudicem, quia cũ Deus potuisset cõmunicare sacerdotibus potestatem excellentiæ, quã habet humanitas Christi, ut cũ sacramẽto, & sine sacramẽto possint remittere peccata, tñ solũ dedit eis, ut hoc possent p sacramenta. Et nisi hęc sufficere testimonijs scripturæ & doctorum existimentur, cogeremur negare hãc potestatẽ remittẽdi pctã fuisse in humanitate Christi. Quod nullus, qd sciã, catholicorũ hactenus tentauit. Obijcitur ẽt nobis, q sacerdotes, in ueteri lege nõ mũdabant a lepra, sed tm̃ ostendebant ab ea mũdatos. Nec in hoc præcipiebatur leprosis, ut ostenderent se sacerdotibus, ut illi mũdos, uel immundos facerent, sed ut haberent leprosorum notitiam, & mundos ab immundis discernerent. Vnde & Christus quosdã iam mundatos ad sacerdotes misit, & quosdam nondum mundatos in uia mũdauit. At hęc suadere possunt, quod uolumus, nõ infirmare. Quantum.n. lux tenebras, dies noctem, ueritas umbrã, tantum sacerdotium nostrum antecellit uetus. Vmbram habebat lex futurorum bonorum, teste Paulo, non ipsam imaginem rerum. Atque ut diuitias diuinæ in nos benignitatis agnoscamus, semper plura, & magnificentiora nobis in ueritate præstitit, quam adumbrabat,

Marginalia: Ad Tert. — Ad Hiero. — Matt. 18 — B — Obiect. 2 — Leu. 14. 4 — Resp. — Heb. 9

& pollicebatur in figuris. Itaque uel ob id quod ueteres sacerdotes non acceperunt potestatem mundandi a lepra corporis, oportet constanter defendere nostros accepisse potestatem mundandi etiam a lepra animæ. Atque in huius testimonium, cum illi nullis uerbis uterentur, quibus significarent se mundare a lepra corporis, ex consensu totius Ecclesiæ, & Dei ipsius autoritate nostri sacerdotes aperte indicant se soluere a peccatis, & mundare a lepra animæ. Hoc si non præstant, non iam superiores, non pares, sed multo inferiores sunt ueteris legis sacerdotibus, quia illi ostendere poterant iam mundatos a lepra corporis, nostri uero, ut iam docuimus, non ostendunt a peccatis mundatos. Et quod Christus leprosis præcepit, hoc nimirum indicabat & peccatores & iustos, qui fuerunt peccatores, debere manifestare peccatorum suorum lepram sacerdotibus, & tantæ uirtutis esse humilitatem illam, & propositum confitendi, ut quandoque ante peractam, immo & ante inceptam confessionem, ab ipso Deo per seipsum iustificentur. C

Obiect. 3 Sed urgent quidam. Aut peccatores ante absolutionem sacerdotalem faciunt quod in se est, & dolent de suis peccatis propter Deũ, aut non. Si non, indigne accedunt, & obicem ponunt gratiæ sacramenti, ac nouum admittunt peccatum, tantum abest, ut tum iustificentur. Si sic, ante absolutionem iustificabuntur, sicut iustificati essent ante legem Euangelicam, & ita nunquã

Resp. in ipsa absolutione conferetur primo gratia. Hoc argumentum petit tempus, quo sacramentum confe t primam gratiam. Et Caietanus quidẽ omnem peccatorem, qui quantum in se fuit, doluerat de peccatis, neq; tamen uenerat ad gratiam, iustificari credidit per absolutionem sacerdotis. Sed ex aliis peccatoribus, qui licet doleant de peccatis propter Deum, tamen non supra omne odibile, quosdam dicit per absolutionẽ, gratiã acquirere, alios D

in. 4. d. 17 uero non. Capreolus ẽt & Palude similiter dicunt, accedentes ad hoc sacramentum cum dolore insufficienti ad gratiam aliquando iustificari, & aliqñ non. Et quia potest esse ignorantia, quæ excuset eos a peccato, neq; tamen satis sit ad obtinendum eis gratiam, ponunt medium, quem uocant, accessum ad hoc sacramentum, ita scilicet, ut neque peccet quis ad illud accedendo, neque tamen consequatur gratiam. Verum nobis multo probabilius apparet, talem medium accessum non ponere, & generaliter fateri per sacerdotalem absolutionem primam gratiam conferri, quandocunque peccatores eam suscipientes probabiliter existimant se sufficienter disposuisse ad gratiam neq; tamen id fecerunt, et semper eos peccare, qui accedunt in peccato absq; eiusmodi ignorantia probabili. Et ratio, quę me in hanc sententiam pertrahit, est hęc. Sacramenta habent se ex institutione diuina in efficienda gratia, quã & Diony. & Maximus & alii Gręci, habitum, ut scholastici, uocant, sicut agentia naturalia in producẽdis suis effectibus circa passa bene disposita, & sibi debite ꝓpinqua. Ac ꝓinde & causant gratiã in quocunq; ipsa suscipiente, & non ponente obicem. Non ponit obicẽ, qui habet ignorantiam probabilem, ponit uero, qui eam non habet & accedit in pctõ. Ille igit

Suscipiens hoc sacramẽtum uel peccat letaliter, uel recipit gratiam.

Dio. d Eccle. Hie. c. 1. 3. & c. 5 Max. cẽt. d caritate.

A semper, & iste nunquam per susceptionem sacramenti suscipiet gratiam. Neque nunc de hoc soliciti sumus, an sacerdotes per uerba absolutionis attingant uirtute diuina ad productionem gratiæ, sed duntaxat asserimus, quod siue contingat peccatores in peccato accedere ad sacramentum hoc, quia non dolent de peccatis suis quantum oporteret, siue quia non dolent de ipsis propter Deum, siue quia non habent cum eo dolore propositum uitandi omnia peccata, si quidem probabiliter putent, se habere quicquid ad suã reparationem necessarium est, consequentur primam gratiam per hoc sacramentum, & nunquam alias. Quare, cum superius tradiderimus, non esse ad iustificationem peccatoris necessariam certam aliquam intensionem, aut continuationem doloris de peccatis, neque præsentiã propositi uitandi omnia peccata, immo sufficere quencunque dolorem de peccatis propter Deum, tunc duntaxat concedendum est, primam gratiam conferri in hoc sacramento, cum quis dolet de peccatis timore pœnæ imminentis, uel propter mala alia ex eis secuta, uel propter turpitudinem ipsorum, uel denique alia quauis ratione, & non quatenus sunt offensa Dei. Porro ad hæc consequens est, attritum posse fieri contritum per hoc sacramentum. Nam attritum communiter in schola uocamus dolẽtem imperfecte de peccatis suis, contritum uero quencunque uel perfecte dolentem de ipsis & quantum sufficit ad recuperandum gratiam, uel habentem dolorem de peccatis coniunctum alicui, cum quo sufficit ad gratiam. Et quia concedendum uidetur, *Atritus fit et cõtritus per sacramentũ, & atritio contritio.*

B omnem contritum habere contritionem, quanuis quęstio sit de nomine, concedere possumus attritionem fieri contritionem extrinsece propter superueniens sacramentum. Quia ille actus qui ante ipsius susceptionem erat attritio, inuariatus manens, dicetur fieri contritio, quoniam ad reparandũ lapsum tantum ualet cum sacramento, quantum actus qui ex se, & sua perfectione ad id satis esset per Dei misericordiam & intrinsece est cõtritio. Est & aliud non dissimulandum argumentum contra nos. Non debent sacerdotes absoluere, nisi eos, quos credunt esse iam absolutos a Deo. Et hoc uidetur testari Gregorius his uerbis. Quos omnipotens Deus per gratiam compunctionis uisitat illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim uera est absolutio pręsidentis, cum ęterni arbitrium sequitur iudicis. Et statim hoc confirmat ex eo, quod Christus non prius Apostolis commisit soluendum Lazarum, quam eum uiuificasset. Vnde & subdit. Ex qua consideratione intuendum est, quod illos nos debemus per pastoralem autoritatem soluere, quos authorem nostrum nouimus per suscitãtem gratiã uiuificare. Quod si possent sacerdotes absoluere nondum absolutos a Deo, cur non & aliquando miserti fragilitatis peccantium, ad qualencunque displicentiam suorum peccatorum eos absoluerent? Adniti debẽt in primis omni ui, & opera sua boni confessarij, ut pœnitentibus displiceant sua peccata uehementer & potissimum ob Dei offensam, & ut proponant ea in posterum pro sua uirili cauere. Sed quanuis eos uideant non tam perfecte pœnitere, si credant

Obiec. 4.

Greg. ho. 26. i Euã.

Responsio

eos probabiliter, hoc de seipsis existimare, absoluere eos debent, immo & C
cum dubio iusto, & rationabili, non tantum de perfecta eorum pœnitentia, sed etiam de probabili eorum ignorantia, ubi illi asserant se ita dolere, & ita proponere uitare peccata, neq; in aliqua esse peccati lęthalis proxima occasione, absoluere eos possent, & debent. Quis enim exacte possit nosse quid opus sit, ut ea ignorantia sit probabilis? Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & sicut sæpe contingit, ipsa absolutione perficiat, & augeat pœnitentiam eorum? Et ad Grego. & argumentum ex historia Lazari respondere possumus, iam eos a Deo uisitari, & quodammodo uiuificari, qui aliquem licet imperfectum dolorem habent de suis peccatis, quiq; ita ad nos pro medicina suorum peccatorum concurrunt, ut coarguere eos non possimus, quod non sint per compunctionis uitam a Deo suscitati. Neq; adduci possum, ut credam Gregorium uoluisse sacerdotes sic in absoluendis peccatoribus sequi arbitrium diuinum, ut neminem absoluerent, nisi quem crederent iam prius a Deo absolutum. Sed arbitrium diuinum, quod illos sequi uoluit, est profecto uel lex, quam eos sequi statuit, ut non absoluerent nisi iam modo exposito pœnitentes, uel uoluntatis diuinæ ꝓpensio ad iustificandum aliquos, quæ ex hoc quadantenus nobis innotescit, q; uidemus aliquos iam interius ab eo excitari ad pœnitentiam peccatorum, & correctionem suæ uitæ. Verum his non contenti hoc tãdem argumento, quod Hadrianus Achilem eorum dicit, uirtutem absolutionis sacerdotalis eneruare nonnulli contendunt. Non possunt sacerdotes uere retinere peccata. Vel inuitis enim ipsis possunt peccatores sua contritione iustificari. Ergo neq; uere queunt remittere peccata, sed tantum ostendere remissa. Atq; his forte uicti Hugo & Ricardus de sancto Victore contemporanei, & monasterij religiosissimi. s. Victoris apud Parisium simul canonici asseruerunt, nullum Christianum peccatorem liberari ante absolutionem sacerdotalem a reatu pœnæ æternæ nisi in articulo mortis, cum quis sine confessione moritur, quia non est locus confessioni. Sed non opus est in hoc incommodum incidere, ꝓpter adeo imbecillũ argumẽtum. Negandum est, sacerdotes non uere retinere peccata. Vere quippe retinent, dum non absoluunt, & eorum Deus retinebit sine dubio peccata, quos illi iure & iuste indignos sua absolutione iudicauerint. Quin uero & plærique ideo non absoluentur per Deum a peccatis suis, quia hic non sunt absoluti a sacerdotibus. falsumq; prorsus est, quencq; posse iustificari iure & cum ratione inuitis sacerdotibus. Siquidem nemo iustificatur, quin actu uel uirtute uotum habeat cõfitendi, dignusq; sit absolutione sacerdotali. Nec multa caret probabilitate, quod nobiles autores tuẽtur, ac nominatim felicis recordationis Hadrianus. 6. hoc ipsum, quod habet uirtutis contritio ad iustificationem peccatoris, ante baptismũ quidem habere uirtute baptismi actu uel uirtute optati, post baptismum uero uirtute sacramenti pœnitentiæ, & ut pars quædam ipsius est. Quod si uerum sit, non solum erit uerum, om-

Obiect. 5.

Resp.

Hug. 2. de sacra. par. 14. c. 8. Richar. d po test. lig. & sol.

D

A nia ea retineri apud Deum peccata, quæ legitime retinētur a sacerdotibus, & plerisque ideo non remittere Deum sua ipsorum peccata, quia sacerdotes non eis actu remittunt, sed & generatim erit uerum, nemini ex lapsis a gratia baptismali Deum lætalia peccata remittere, nisi per sacerdotem actu uel uirtute remittentem. Dicet aliquis. Forma sacramentalis, Asoluo te, semper habet eundem sensum, neque uariatur illa propter uarietatem pœnitentium. Cum autem absoluuntur iam iustificati, non significatur per eam, eos uere absolui a uinculis suorum peccatorum, quia ut iam diximus, possent ante ipsā ab eis plene eē absoluti, & si hoc illa significaret, falsa esset. Sed satis est ad ueritatem huius formæ sacramentalis, talem esse ipsius uirtutem, ut siquidem confessus obicem non poneret, aut aliunde non esset absolutus, semper ratione ipsius & a culpa absolueretur, & a reatu æternæ pœnæ, & nonnihil minueretur ei de pœna temporali pro peccatis actualibus debita. Nec amplius aliquid esse requisitum ad ueritatem huius formæ, comprobari potest ex formis baptismi, & extremæ unctionis, quas non est dubium ueras fore, etiamsi dicerentur super sanctificatos, et qui non deliquissent per omnes sensus. Vnde & Hugo ubi supra docte admonet, scripturam sic sæpe de re aliqua loqui, ut quid inde eucnturum sit, prænunciare uideatur, tamen magis uirtutem ipsius quam euentum significare. Atque hoc manifestū est in illis uerbis. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Nec minus in illis, quibus uita æterna promittitur sumenti Euchari- B stiam. Neque enim his aut similibus prædicuntur omnes baptizati, aut sumentes Eucharistiam fore salui, quod in aperto est esse falsum, sed uirtus sacramentorum ibi exprimitur, & quo perduci per illa possint, qui ea digne sumpserint. Quoniam uero celebris est opi. Hugo. & Rich. statim citata, de ipsa aliquanto operosius hic disseremus.

Replicatio.

Respon.

Marc. ult.

Ioan. 6

Ante absolutionem sacerdotalem, & simul omnino cum culpa deletur reatus pœnæ æternæ. Cap. XXXV.

VT probarent Hugo & Rich. uerissimum esse quod Christus dixit Apostolis, Quorum retinueritis, retenta erunt, in hanc, ut statim diximus inciderunt, sententiam, ut dicerent, neminem lapsum a gratia baptismali ante sacerdotum absolutionem liberari a reatu æternæ pœnæ, nisi cum in articulo mortis locus non est confessioni. Et Richardus quidem non tantum hoc dicit de lapsis a gratia baptismali, sed & pœnitentes ante susceptum baptismum aperte tuetur, nunquam liberari ab eo reatu ante participationem baptismi. Et grauiter idignatur, quod cum grauiora sint peccata Christianorum quàm infidelium, tamen quidam aiebat Christianos per contritionem liberari ab eo reatu ante sacerdotum absolutionem, non autem infideles ante Baptismum. Neque negant isti graues & uenerādi doctores per contritionem ante absolutionem sacerdotum iustificari homines, & comparare sibi gratiam & caritatem. Sed concedunt stare hæc cum reatu ad pœnam æternam. Et Richardus expresse ostendit hoc non esse mi-

randum, quia sancti patres ante mortem Christi sine ulla dubitatione ha- C
buerunt caritatem, & tamen rei erant pœnæ ęternæ, nec ab ea fuissent libe-
Oēs cōtriti liberi sūt a reatu pœnæ æternæ rati, nisi Christus mortuus fuisset. Attamen doctores communiter contrariam sententiam defendunt, & eam esse omnino tenendam, his argumentis possumus docere. Primo. Omnes iustificati, & qui in gratia sunt diuina, acce-
cepti sunt ad uitam æternam. Omnes enim sunt filij Dei, & si filij, & hære-
Arg. 1 des, teste Paulo, Sed uita æterna aliena erit ab omni malo pœnæ, quia om-
Ro. 8. nium erit bonorum aggregatione perfecta. Non igitur potest esse quis si-
mul, & semel secundum præsentem iustitiam acceptus ad uitam æternam, & reus Pœnæ æternæ. Et manifesta est contradictio, esse aliquem simul ordinatum, et eodem modo, ac pro eodem tempore ad aliqua inter se incompossibilia.
Arg. 2 Dein. Si peccator erat reus æternæ pœnæ, & Deus eum uolebat addicere pœnis æternis si in eo statu discederet, & quantacunque sit contritio, hic reatus inuariatus manet, & immobilis ante absolutionem sacerdotis, uerum ergo erit, Deum iustos, & caros sibi & amicos & filios, ac per hoc & hæredes bonorum æternorum, pœnis æternis uelle mulctare, si in eo statu decedant. Quod quidem & absurdissimum esse & secum pugnare uidetur. Siquidem hoc non est esse in Dei gratia, sed in odio potius, & quidem acerbissimo.
Arg. 3 Aduersatur etiam huic sententiæ, quod Augu. & Greg. autoritate communiter receptum est inter doctores theologos, uestem nuptialem caritatis diuidere inter filios regni & perditionis. Quid enim aliud est caritatem inter eos diuidere, quam eos esse filios regni cœlorū & ipsius D
hæredes qui habent caritatem, eos uero filios perditionis, & pœnis æternis obnoxios, qui illam non habent? Neq; uerum est iustos, qui erāt in limbo, reos fuisse æternarum pœnarum. Solum erant rei carendi uisione diuina usq; ad mortem Christi. Et saltem certissimum est eos nō fuisse tum reos ęternarum inferni pęnarum, quarum fuerunt rei ante remissionem peccatorum lętalium. Cumq; iam ianua regni cęlorum reserata sit, multo est absurdius etiam num filios & amicos Dei reos credere ęternarum pęnarum, pręsertim inferni.
Arg. 4. Accedit ad hęc, quod perquam absurdum est, membra Christi uiua rea dicere gehennalium flammarum. Quantunuis autē amoliri hoc Richar. nitatur commoda illa distinctione de membris Christi prędestinatione, pręparatione, & habitudine, seu concorporatione, tamen certe euitare id nō potest. Nullus enim potest habere gratiam, quin eo ipso fiat actu, & ut ipse dicit, concorporatione uiuum membrum Christi, quia extra Ecclesiam non est salus, & omnes iusti sunt partes Ecclesię, & ex consequenti
Tertul. de pœniten. membra Christi, nec pater cęlestis quenquam habet carum, nisi quatenus membrum est Christi, ac ut antiqui loquebantur, & nominatim Tertul.
Arg. 5. quodam modo ipse Christus. Pręterea. Certum est, contritionem potuisse ante legem Euangelicam tollere reatum pęnę ęternę. Nam alias falsum fuis-
Ezech. 18. set, quod Deus per Ezechielem promisit peccatori pęnitenti. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est non recordabor. Et iusti omnes, quod ab
surdissimum

A surdissimum esset, fuissent semper rei æternarum pœnarum inferni, quia tunc nulla erat alia uià qua tolleretur reatus pœnę ęternę. Cur non igitur & idem modo nunc possit in lege Euangelica? Equidem qui hanc uirtutem contritioni abrogant, nimium detrahunt gratiæ nobis factę in concessione clauium. Cogentur enim dicere, concessionem illam reuocationem fuisse gratię, quam Deus antiquitus peccatoribus pollicebatur propter solam cordis pœnitentiam. Quod sane euidenter derogat statui gratię, in quo nō imminutus est ualor nostrorum operum, sed auctus potius coràm Deo propter gratiam, & merita saluatoris nostri. Ac sine dubio contradicit hoc multis definitionibus Ecclesię & sanctorum patrum testimonijs in commendationem uirtutis pœnitentię supra citatis. Neq; unquam, quod legerim, separarunt illi remissionem culpę a remissione pœnæ ęternæ, aut minorem nunc putarunt uirtutem pniæ, quam olim. Vnde Irenęus uicinus Apostolicorum temporum, & doctrina, ac sanguine pro Christo effuso illustris generatim & absque ulla restrictione dicit. Pœnitentibus largitur benignitatem suam Deus. Et in cōcilio Lateranen. absolute ita definitum est. Et si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit, per ueram potest semper pniam reparari. Et libenter quidem rogassem Hugonem & Richardum, cum communiter iustificatio peccatoris, & remissio cuiuscūque peccati lætalis requirat infusionem gratię, & absolutionem a reatu pœnæ ęternæ secuto ex tali peccato, unde ipsi iure possint limitare prærogatiuas *Iren. 3. cō. hære. c. 35.* *Conci. Lateran.*

B datas pniæ ad remittenda peccata, ut dicant ualere quidem illam ad consequendum gratiam, non autem ad dirimendum debitum damnationis ęternæ. Si quia dictum est, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, recte colligitis, sacerdotes liberare a reatu pœnæ ęternæ, cur non & ex scripturis dicentibus Deum remittere peccata peccatoribus pœnitentibus & ad se cōuersis, colligere nobis liceat, & liberari eos ab ipso a reatu pœnæ ęternę? Nunquid testimonia pro prærogatiuis sacerdotum fauorabilius debēt exponi, quam testimonia benignitatis, et misericordię Dei in nos, quęq; illi soli uindicant autoritatem dimittendi peccata propter solam contritionem? Egregia item esset remissio peccati, egregia propiciatio, & condonatio offensæ, egregia reconciliatio peccatoris, si & remittens peccatum, & condonans offensam, & reconcilians sibi peccatorem, adhuc illum æternis destinaret pœnis propter culpā ab eo dimissam. Ecquis unq; sic remisit suas offensas? quis suas sic condonauit iniurias? quis sic inimicos sibi recōciliauit, ut neq; tantillulum pœnæ debitæ ab ipsis dimiserit? Præstabilis est Deus super malicijs nostris, patiens & multę misericordiæ, neq; ita irę tenax, & iniuriarum suarum uindex, ut & misertus pnium & clamantium ad se, iram nihilosecius reseruet & contineat in misericordijs suis. Deus mortem non fecit, neq; lętatur in perditione uiuentium, omnes potius uult saluos fieri, & neminem perire, neq; nisi coactus peccatis nostris quenq; destinat ad æternas pœnas. Vbi ergo remiserit aliquod peccatum, et iniquitas, siue impie *Arg. 5.* *Arg. 6*

tas, aut deformitas peccati ablata fuerit, & cessauerint nobis esse nostra peccata uoluntaria, cessabit & apud ipsum reatus nostri ad pœnam æternam, qui nõ aliunde quam ex nostris peccatis & propter ipsa sola in nobis erat. C
Arg. 7 Quod si superueniente subito mortis articulo, neq; locum permittente cõfessioni certum est, ut & ipsi fatentur, iustos, qui iam erant contriti, liberari a reatu æternæ pœnæ, quia necesse est credere conuersos ad Deum & in ipsius gratia decedentes saluari, cur non & ante illum articulum idem credatur contingere propter uirtutem contritionis? Quis dedit hoc priuilegium articulo mortis qui naturalis est & pter uoluntatem nostram sæpe repente nos opprimit? Aut contritio ex lege & gratia diuina auferre habet hũc reatum, aut non? Si habet, cur usq; ad mortem differatur hoc ipsius præmiũ? Si non habet, unde credunt articulo mortis subito præuentos ab eo reatu eripi sine aliquo ipsorum actu, aut participatione alicuius sacramenti? Certe hic necesse est fateatur Rich. sine susceptione alicuius sacramenti participari posse nostram redemptionem quantum ad absolutionem a reatu pœnæ æternæ. Et si in hoc articulo necesse est hoc concedere, neque negare id debuisset, cum quis habet uehementem cõtritionem, & maiorem, quam alij, qui uel tepide conuertuntur in eo articulo, uel propter repentinum casum nullam tunc actu pniam habent. Semper Deus æqualiter dispositis ęqualia pręmia largitur, & nunq; minus magnificus est in melius dispositos. Et uerba Euangelica, Quorum retinueritis, retenta erunt, nõ magis urgent in eo
Arg. 8 articulo q; in alijs. Deniq; uel hoc nõie admitti nõ debet, sed explodi et reijci istorum patrum sententia, quia si uera esset, quanuis Deus melius et feruẽtius ad se conuersis daret maiorem gratiam, tamen nunquã plus de pœnis debitis remitteret. Immo si bene perpẽdimus, sequitur plane ad ipsam hoc absurdissimum, & pietati Christianæ ualde dissonum, nempe ante sacerdotis absolutionem inanes esse ad satisfactiones debitas pro peccatis omnes pęnitentium gemitus, omnes planctus, omnes orationes, & inania esse omnia ieiunia, & eleemosynas, & inanẽ ẽt ipsam uerecundam peccatorum cõfessionem. Quia p ista omnia minuunt & mitigant pęnas tẽporarias debitas pro peccatis, non autem pęnas æternas. Quare ad hoc inutilia erũt ante commutatam pęnam æternam in temporalem, quod aiunt fieri sola abso-
Obiect. lutione sacerdotis. Sed obijcit nobis Hugo Augustinum dicentem. Non
Augu. potest quis iustificari a peccato, nisi confessus fuerit ante peccatum. Item Be
Beda. dam in epistolam Iacobi sic scribentem. Sine confessione nequeunt pecca-
Respon. ta dimitti. Verum hæc & similia dicunt sancti doctores, ut ostendant præceptum confessionis & necessitatem uoti confitendi actu uel uirtute. Nam contritionem si perfecta sit, supra satis ex ipsis ostendimus sufficere semper posse, & ante baptismum & post illum ad reparandum etiam perfecte quẽuis peccatorem. D

A *De satisfactione pœnitentiali.* *Cap.* XXXVI.

QVinta pars pęnitētiæ iuxta seriem nostri decreti satisfactio est, quæ fit per ieiunia, eleemosynas, orationes, et alia pia uitę spiritalis exercitia. Et ea asseritur a patribus non fieri pro pęna æterna, quia dimissa culpa nullus manet reatus ad pęnam æternam, sed fieri pro pęna temporali, quia non semper cum culpa dimittitur lapsis a gratia baptismali, tota pęna ꝑ peccatis debita. Et hinc collegimus in principio huius libri, multo esse aliam reparationem lapsi per pęnitētiam, quam sit iustificatio peccatoris per baptismum, Nam in baptismo tota simul pęna debita pro peccatis remittitur cum culpa. Et quanuis quidam Theologi contenderint, ut sicut assertum est a patribus non fieri satisfactionem pro pęna æterna, ita etiā assereretur non fieri pro culpa, quandoquidem illa iam non erat, & antequā dimittatur, nullum habet locum satisfactio pro ipsa, tamen alij meliores Theologi præualuerunt, qui sicut scriptura & sancti doctores docent, satisfactiones uere, & proprie fieri pro culpa affirmarūt. *Satisfactio fit et pro culpa mortali.* Esto enim per contritionem uel absolutionem culpa sit dimissa, neque maneat quantum ad hoc, ut inimicum Deo faciat suum factorem, tamē dimissa non est in totum, sed adhuc manet in imputatione diuina. *Arg. 1* Quia Deus eam imputat ad reatum pęnæ temporalis, neque ante illius exolutionem se uidendum uult lapsis dare, neque ad regnum suum eos admittere. Vnde & Ecclesia canit ex Maccabæorum hystoria. *Arg. 2* Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluanť.

B Et Dauid licet sciret sibi adulterij, & homicidij culpas dimissas, tamen quia adhuc illas in cōspectu diuino timebat manere, ut imputarentur ad aliquam pęnam, & in se aliquas earum malas reliquias forte experiebatur, feruenter clamabat. Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. *Psal. 50.* Et quis potest negare, sacerdotes imponere pęnas pro peccatis, & iam iustificatos aliquas sponte sua sibi indicere pęnas, & eas domino offerre, ut dimittat, quæ admiserunt peccata? *Arg. 3* Quare si rogentur omnes fideles, quare animæ aliquæ iustorum detineantur in purgatorio, incunctanter respondebunt, eas ibi detineri pro peccatis, quę in uia admiserunt. Et licet uerum sit satisfactiones esse & fieri pro pęna temporali debita pro peccatis, eluenda, & delenda, tamen multo uerius, & prius est eas fieri pro expiandis ad plenum, quę commisimus, peccatis. Verum grandis hic nobis cum Martino Luthero concertatio superest. Nam is hanc pręcipue pęnitentię partem exosam habuit, & neq; rem, neque nomen ipsum satisfactionis pati potuit, ut ex impugnatione bullę Leon. x. in artic. 5. constat. Nam ibi post multa satis inepta argumenta sic tādem colligit. Quare uerum dixi, arbitrariam istam satisfactionem neq; in scripturis, neque in patribus inueniri, inueniri autem pęnam irremissibilem a Deo impositam pro peccatis. Et post pauca. Vehementer autem odi, & sublatum uellem hoc uocabulum satisfactio, quod non modo in scripturis non inuenitur, sed & periculosum habet sensum, quasi Deo quisquam possit ꝑ

ullo peccato satisfacere, cum ille gratis ignoscat oĩa. Deinde occasio fuit, ut C
e salutari pniæ remedio nundinas facerent. Hæc ille. Secutiq; illum sunt Philippus & Sarcerius in locis communibus sub tit. de Satisfactione. Vbi omnem aliam satisfactionem pro peccatis pter satisfactionẽ Christi, & pniam interiorem, & emendationem uitæ pertinaciter negant & ignotam aiũt esse & scripturę & patribus. In quibus & Sarcerius multo magis temerarius, est, ac dimissa culpa nullũ reatum ad pœnam manere contendit, qui sit nostris operibus aut pœnitentijs expiandus. Sed ut a nomine cum ipsis congredi incipiamus, nodum Lutherus sibi profecto in scirpo quæsiuit. Nullum enim in usu huius uocabuli periculum est. Apud homines omnes is satisfacere læsæ parti dicitur, qui exoluit, quod debet pro damno uel iniuria ei illata. Cur igitur non dicamus, satisfacere nos Deo pro peccatis, cum ea libenter uel patimur, uel reddimus, quæ ille pro ipsis a nobis exigit? Certe scriptura, quas sibi Niniuitæ, Achab, Manasses, & alij imposuere afflictiones pro peccatis, palam asserit admisisse Deum, ut iustas pro eis satisfactiones, & ipsis contentum mitigasse iram suam, & reuocasse sententiam, quam contra illos iam protulerat. Prædicat ubiq; nobis utriusque testamenti pagina diuinæ in nos diuitias misericordiæ. Et tu Luthere totam culpã, & pœnam debitam pro peccatis, uel ad solam fidem condonari, & relaxari pertinaciter tueris. Et nunc Protei in morem in aliam te pro libito tuo commutans formam, tam seuerum nobis Deum facis, ut dicas, nullam etiam a suis amicis fieri ipsi uel pro pœna debita satisfactionem? Nõ noua est, ut tu forsitan putasti, huius uocabuli in proposito isto usurpatio. Vsi sunt illo perinde atq; scholastici, antiqui doctores & sanctitate, & doctrina illustres; & te certe elegantiæ, & proprietatis uerborum multo obseruantiores, nempe Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Leo primus, Gregorius, Cassianus, & alij, ut patebit ex testimonijs statim ex eis citandis, neq; aliquid uel incõmodi, uel periculi in usu eius uocabuli delitescere putarunt. Ac tantum quidem abest, ut periculum hinc ullum iure timere posit, ut etiam si post absolutionem sacerdotalem nulla unquam remaneret exoluenda pęna pro peccatis, nihil uererer uocabulo isto uti, & contritionem, & confessionem satisfactiones appellare. Et Bern. nominatim cõtritionem satisfactionem appellat serm. 4. in Cant. Quod si ad solam fidem, ut Lutherus credidit, recõciliari Deo posset peccator, & a culpa & pęna in totũ liberari, ipsam fidem satisfactionem Deo exhibitam pro peccatis incunctanter uocarem. Quid enim illi deest, quo minus satisfactio appelletur, cum Deus ea sibi exhibita nihil amplius requirat pro peccatis? At, inquit, Deus gratis ignoscit peccatis. Et quod hoc impedimentum est, ne utamur nomine satisfactionis? Nõ nos quas uocamus satisfactiones, Deo uim inferre putamus, ut uelit nolit eas acceptet pro peccatis. Nec ex natura eis sua tantum ualorem conuenire credimus. Nec catholicorum quisquã dixit pniam ex opere operato iustificare, sicut nobis sui calumniantur. Et communiter omnes negamus qđ

Satisfactionis nomen antiquũ est & conueniẽs

Bern.

Obiec. Lutheri.

Resp.

lichetus

A Lichetus noster alioqui pius & doctus asserit, dispositiones nostras ad gra- Lic.1.d.17
tiam, ut liberaliter & benigne acceptantur a Deo ad eius consecutionem q.1.arti.1.
posse censeri merita ipsius de condigno. Scimus Deum gratis dare ueniam & in.3.d.
delictis nr̃is, & ex sola misericordia eas remittere, & nr̃as quales quales satis- 19.
factiones pro ipsis, ex benignitate, & clementia acceptare. Sed enim cum dimissa culpa per contritionem, uel absolutionem, ipsi nobis uel spōte nostra, uel ex consilio & iniunctione sacerdotum, aliquas pœnas pro peccatis infligimus, uel labores aliquos subimus, quos scimus Deum ex lege, & statuto suo idoneos habere ad remissionem, uel omnium, uel aliquarum pœnarum, quas debemus pro peccatis, tum satisfactionis nomine non dubitamus eos labores, uel pœnas appellare. Et in hanc duntaxat significationē uocabulo satisfactionis in proposito utemur. Quod uero aliqui salutari hoc pœnitentiæ remedio ad nundinas abutantur, usus certe uocabuli huius non est in causa, sed auaritia, uel impietas, uel certe supina eorum ignorantia. Cunque ubique prædicet Lutherus libertatem Euangelicam, uel hoc nomine permittere nobis deberet uti uocabulo isto, neq; coarctare stylū nostrum ad usum eorum uocabulorum, quibus scriptura usa est. Nam & sanctæ olim patres receperunt nomen homusion, quo neq; scriptura, neq; antiquiores fuerant usi. Atq; ipse plerisq; uocabulis uti cōuinci potest, quibus neq; scriptura, neq; sancti antiqui sunt usi. Et si res subsistat, quam uocabulum significat, nihil est, q͂ nouitate usquam offendamur uocabuli. Sed
B hæc satis de nomine, uideamus de re.

De necessitate satisfactionis ex utriusque testamenti pagina. Cap. XXXVII.

Dicūt in locis statim citatis Lutherus, & ipsius sequaces Philip. & Sarcerius, neq; in scriptura, neq; in antiquis patrib. fundatam esse hāc tertiam partē pnīę. Nos uero, ut illorū inscitia, & p̄ceps temeritas cunctis manifestior sit, Synodi nr̃ę sn̄iam ex scriptura & antiquis patrib. & Ecclesię diffinitione, & ipso lumine naturali cōprobabimus. Et in scriptura uetus quidē, et nouū testm̄ pespicue ueritatē istā nos edocent. Vbi obiurgauit Nathan ꝓpheta regē Dauidem de adulterio cū Bersabee, & de homicidio Vrię, & ille corde cōpunctus dixit, Peccaui dn̄o, mox audiuit ab eodē propheta. Trāstulit quoq; dn̄s peccatū tuum. Sed ne quisq; putaret, dimissa culpa nullā superesse exoluendam pœnā, statim adiecit. Verūtn̄ qm̄ blasphemare fecisti inimicos nomen dn̄i pp uerbū hoc, filius, qui natus est tibi, morte morieť. Neq; hoc cōtentus dn̄s, grauib. alijs malis, q̄ ibi cōminatus fuit ꝓpheta, pientissimū regē et iam cōpunctū postea castigauit. Stuprata est filia, stupratę sunt cōiuges, interfecti Amnon, & Absalon, interfecti multi ciues, & ipse coactus est exire de Hierusalem cum magno dedecore, & regno expoliatus. Atq; in hoc ꝓpositū cōmendarunt hāc historiā Aug. & Greg. ut renarrauit Gratianus. Et Eucherius Lugdun̄. ep̄s illos secutus .i lib. Reg. ita scribit. Si peccatū Dauid tā detestabile dn̄s trastulit, qd est q͂ oīa, q̄ de eodē peccato per ꝓphetā ei a dn̄o dicta sunt, postmodum tolerauit? Sed ꝓculdu

Satisfactio lapsis necessaria.
Arg. 1
2. Reg. 12.
De pœ. d. 1. Sicut primi, Sicut peccatum.
Eucherius

bio dñs delet illud, sed sine ultione nõ deserit. Aut enim ipse hoc homo in C
se pœnitẽs punit, aut hoc Deus cũ hoïe uindicãs percutit. Nequaq̃ igiť pec-
cato parcit, qđ nullatenus sine uindicta dimittit. Sic.n. Dauid audire post
conuersionẽ meruit, Dominus transtulit peccatum tuum, tñ et multis post
cruciatibus afflictus, ac fugiẽs reatum culpæ, quam perpetrauerat, exoluit.
Sic nos salutis unda a culpa primi parentis absoluit, sed tñ reatum eiusdem
culpę diluentes, absoluti quoq; adhuc carnaliter obimus, quia delicta nr̃a, si
ue per nos, seu per seipsum resecat, etiam cum relaxat. Ab electis.n. suis iniq
tatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuũ
Grego.9. nõ uult uindicare. Hęc ille. Quę & sub noïe Greg. renarrat Gratianus. Atq;
Mo.ca.27 ab illis uerbis, Sed sine ultione nõ deserit, oïa ad uerbum ex illo desumpsit
Eucherius. Et ipse Dauid seuerissimus suorũ pctõrum ultor, tametsi certus
factus de dimissis suis culpis, ut tñ suo exẽplo ista nobis cõfirmaret, per sin
gulas noctes lauabat lectum suũ, & lachrymis suis stratũ suũ rigabat. Et ut
Chry. ho. uerissime dicit Chry. olim patratum delictum post tot annos, post tot ge-
41. de pœ. nerationes, quasi nuper accidisset, lugebat. Et cũ rursus uel superbia, uel diui
ni auxilij diffidentia numerari, fecit populum suum, pnĩa postmodum gra
ui contritus peccatum suum agnouit, et pro remissione illius dñm depreca
tus est, eaq; cordis amaritudine, & oratione indulgentiam quidem suæ cul-
pæ obtinuisse, uidetur. Sed quoniam remissa culpa adhuc superest reatus
ad pœnã temporariam, morte septuaginta millium uirorum suorum pro
illa numeratione populi mulctatus est. Nec tamen, quòd apertis diuinis si- D
gnis intellexit se tum pœnitentia sua, & sacrificio domino fuisse reconcilia
tum, a dura punitione, & animaduersione suorum peccatorum unquam
abstinuit. Porro si nullus superesset reatus ad pœnam temporalem, ubi se-
mel esset condonata culpa, neq; Dauidem, neq; alium quẽquam iustorum
Deus castigasset aliquibus pœnis, postquam illos sibi reconciliauerat. Qua
Num. 14. re & Moysi oranti pro incredulitate, & diffidentia sui populi respondit do
minus. Dimisi iuxta uerbum tuum. Et tamen statim addit. Attamen om-
nes homines, qui uiderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Aegy-
pto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem uices, neque obœ-
dierunt uoci meæ, non uidebunt terram, pro qua iuraui patribus eorum.
20. Et ipse Moyses & Aaron absoluti a peccato incredulitatis apud aquam cõ
tradictionis, adhuc manserunt rei non ingrediendi in terram promissio-
nis. Et Maria eorum soror iubente domino septem diebus leprosa mansit
extra castra tametsi ad preces Moysi, detractionis culpam ei deus statim re
miserit. Neque Achab, neque Manasses, neque Niniuitæ sola cordis contri
tione contenti fuerunt, ut placarent Deum, sed saccum, ieiunia, fletũ, & plan
Ioel. 2. ctum uehementẽ ad id impetrandum adhibuerunt. Et Ioel ꝓpheta ad hæc
omnia hortatus est populum Israeliticum, ut domini contra ipsum irã mi-
Dan. 4. e. tigaret. Et Daniel Nabuchodonosori dixit. Peccata tua eleemosynis redi-
Eccl. 5. me, & iniquitates tuas misericordijs pauperũ, Atq; Ecclesiasticus & ob cau

A sam istam admonuisse uidetur. De propitiato peccato noli esse sine metu. Quid aũt est redemptio, nisi satisfactio? Cur metus suadetur, nisi sit quod dimissa culpa timeamus? Et si dimissa culpa nullus reliquus esset reatus ad poenam, sicut bene argumentatur Aug. apud Gratianũ, nõ mortuus fuisset Adã, neq; alijs obnoxius miserijs, & calamitatibus huius uitae, postquã teste Salomone eduxit illum Deus a delicto suo. Neq; nos subiecti essemus morti, & similibus laboribus, post dimissum nobis originale in baptismo, si omnes in totum poenae inflictę pro peccatis simul delerentur cum culpa. Et in hoc grauissima est minimeq; ferenda Lutheri, & suorum sequaciũ contradictio. Peccatum originale, quod aliena uoluntate contrahimus, sic in nobis dimitti per baptismum asseuerant, ut concupiscentia carnis, quae poena ipsius est, in nobis semper maneat, neq; ulla satisfactione, etiam Christi possit impediri, quominus sit peccatum. Et tamen ex actualibus, & proprijs sceleribus, & flagitijs nullum sequi reatum contendunt, qui non simul cum ipsis deleatur per satisfactionem Christi uno actu fide peccatoribus applicatae. Hoc sane nihil aliud est, quam peccatum originale grauius peccatum facere, quam actuale, & poenitentiam, uel fidem potentius remedium ad delendum peccata existimare, quam baptismũ. Quae quam sint absurda quis non uideat? Sed & aliquanto haec omnia manifestiora nobis fecit Ioannes singulare uidelicet poenitentiae, & totius sanctitatis exemplum. Etenim prędicationem suam a poenitentia auspicatus, non contentus fuit, ad poenitentiam hortari, sed Pharisaeis, & Saducaeis uenientibus ad baptismum suum, B uiam scilicet ostendens, qua possent fugere a uentura ira, dicebat. Facite fructus dignos poenitentiae. Et mox. Omnis arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et fructus dignos poenitentia secundum expositionem sanctorum patrum, uocabat, idonea opera, & congruentia poenitentibus, quaeq; contraria sunt peccatis, ac palam attestantur, & consentanea sunt uerę resipiscentiae ab ipsis, & legitimae eorum poenitudini. Sunt digni fructus uirtutum, ait Augu. apud Gratianum, qui non sufficiunt poenitentibus. Pęnitentia enim grauiores postulat. Et Gregorius inquit. Notandum est, quod amicus sponsi non solum fructus pęnitentiae, sed dignos fructus pęnitentiae admonet, esse faciendos. Et post multa, quibus quantum inter haec intersit, luculenter declarat, subdit. Neq; enim par fructus boni operis esse debet eius, qui minus, et eius qui amplius deliquit, aut eius, qui in quibusdam facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo, quod dicitur, Facite fructus dignos pęnitentiae, uniuscuiusque conscientia conuenitur, ut tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per pęnitentiam, quanto maiora sibi intulit damna per culpam. Et concinit Chry. in eadem uerba. Christianus etiam Druthmarus in eundem sensum haec interpretatur his uerbis. Fructum dignum pęnitẽtiae facere est praeterita mala fletibus punire, & bona econtrario agere, & male cõmissa eleemosynis redimere. Christus item redemptor noster satis appro-

De pęn. d. 1. Sicut primi hoĩes. *Sap. x.* *Contradictio Lutheri.* *Mat. 3.* *Augu.* *De pę. d. 5. considere.* *Greg. ho. 20. in euã.* *Chry.* *Druthma.*

bauit hanc tertiam partem pęnitentiæ, cum hoc exprobrat Corozain & C
Betsaide, ꝙ non in cilicio, & cinere pęnitentiam agerent, quã olim fecissent
Matth. 11. Tyrus & Sydon, si factæ in eis fuissent uirtutes, quæ fiebant in ipsis. Et cum
Heb. 6. & 10. Paulus in epi. ad Hæbręos asserit, impossibile esse lapsos a gratia baptismali
renouari ad pœnitentiam, & multo grauius eis imminere iudicium, an nõ
aperte indicat, non sic totam pœnam cum culpa remitti per pœnitentiam,
ac remittitur per baptismum? Si ita facile siue ex uirtute cõtritionis, siue ex
uirtute absolutionis sacerdotum, potest haberi remissio pctõrum qoad cul
pam, & pęnã, sicut p baptismũ, relinqueret profecto lapsis a grã baptismali
pro peccatis eadẽ hostia, q̃ & ante susceptum baptismum, & ita illi possent
renouari ac noua fieri creatura, sicut nondum baptizati, neqꝫ terribilius, sed
æque benigne se deus gereret in peccantes post notitiam ueritatis q̃ in pec
cantes ante ipsam, neqꝫ fuisset opus Anabaptistis ambire secundum baptis-
mum ad habendum facile remissionem peccatorum perfectã, cum per pęni
tentiam eundem fructum toties, quoties uellent, habere possent. Quorum
Ro. 6. omnium contraria luculenter ibi docet Apostolus. Et in eorum confirma
tionem Romanos iam per gratiam sanctificatos ad faciendum dignos fru-
ctus pęnitentia hortatur dicens. Sicut exhibuistis membra uestra seruire im
munditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete membra uestra ser-
uire iustitiæ in sanctificationem. Et quanqꝫ Apostolus aut tantum, aut præ
cipue retulisse uidetur hæc ad peccata ante baptismum commissa, quæ satis-
factione nostra non indigent, si suscipiatur baptismus, tamen non im̃ Chri D
stianus Druthmarus in com. Matt. sed & Theophylatus satisfactioni pro
peccatis exhibẽdæ generatim ea applicat. Nec sane imerito. Qui enim hæc
exigebat ab illis, qui peccauerant ante baptismum, q̃ nõ exegisset ab illis, q
1. Cor. 11. suscepto se eisdẽ peccatis maculauerãt? Et Cor. primo qdẽ iudicare seipsos,
2. Cor. 7. monet idem Paulus, & seueram de suis peccatis ultionẽ capere. Deinde ue-
hementer laudat, ꝙ contristati ad pniam, in ea solicite, & studiose perseuera
rent. Et postremo propter quosdam, qui nõ agebant pniam de peccatis pu
blicis, q̃ admiserant, timere se dicit, ne cũ ad eos ueniret, haberet lugere mul
tos ex his, qui ante peccauerant, & non egerant pniam super sua imundicia
et fornicatiõe, et impudicitia. Certe pnia sup pctis nõ est resipiscẽtia ab ipsis
sed mętores, & afflictiones ꝑ eorũ satisfactione susceptę. Et q timebat se de-
prehẽsurũ multos, q nõ egissent pniam, non loquebat̃ de pnia iteriori, de q̃
nõ poterat, nisi p reuelationẽ cõstare, sed de pnia exteriori agebat, q̃ opor
tet pctõres publicos pstare, ut manifesta sit eorũ pnia. Et hmõi pniam exte
2. Cor. 7. riorem necessariam dicit in huius loci expositione Anselmus. Multumqꝫ
notandum est uerbum illud, Sed uindictã, in cõnumeratione bonorũ, q̃ in
Corinthijs effecerat tristitia secundum Deum. Palam quippe uidetur Pau-
lus laudare ipsos Corinthios, ꝙ indixerãt, aut ipsi sibi sponte sumpserãt in
uindictam admissi peccati aliquas satisfactiones, quales nunc fiunt in Eccle-
sia uel ex autoritate & iniũctione Ecclesiæ, uel ex propria pnium uolũtate
Quid enim

A Quid enim aliud nomine uindictæ ab Apostolo intelligi potuit, præsertim cum eam distinxerit a solicitudine, defensione, indignatione, timore, desiderioq;, & æmulatione, quæ uitæ mutationem indicabant. Atque uel ex hoc loco liquere potest, falso dixisse Sarcerium, scripturã solam satisfactionem Christi nosse, neque meminisse satisfactionis publicæ pniæ. Et q̃m huiusmodi uindicta merito communiter uocatur pnia, quia teste Augu. pnia idem est, quod uindicta puniens, si de ipsa intelligantur illa uerba Pauli. Cõtristati estis ad pniam, & illa, Quę enim secundum Deum tristitia est, pniam in salutem stabilem operatur, possent hęc non solum exponi, sicut. c. 18. exposuimus, de tristitia ex obiurgatione & mœrore Pauli, sed etiam de tristitia sequente ex odio & detestatione peccatorum. Nam & hęc tristitia causa est & fletus & gemitus & deniq; totius pnię exterioris. Atque ut intelligamus nostris satisfactionibus mitigari, & p̃ueniri posse iram diuinam, et falsissime dixisse Lutherum, pœnas a Deo decretas pro peccatis irremissibiles esse, cum morbis aliquibus ob indignam Eucharistiæ sumptionem percuterentur Corinthij, huiusmodi satisfactionibus indicauit hic mirabilis medicus animarum flagellum in se Dei uitare potuisse. Si nosmetipsos, ait, dijudicaremus, non utique iudicaremur. Nam iudicij nomine non aliud significat, quam satisfactionem, & recompensationem, qua iusta animaduersione delicta ulciscimur nostra. Et ita hunc locum doctores antiqui intellexerunt. Chrysostomus alicubi sic loquitur. Si uis, quod ego consulo, neq; B hic a Deo pœna quauis cruciari, tu ipse tibi iustus sis iudex, referas tibi rationes uiuendi. Audi Paulum dicentem. Quoniam si nosmetipsos iudicauerimus, non utique iudicaremur. Et Augustinus de pnia facienda ab his qui lapsi sunt a gratia baptismali ita disserit. In hac ergo pnia maiorẽ in se unusquisque seueritatem debet exercere, ut a seipso iudicatus, nõ iudicet̃ a Deo, sicut Apostolus ait. Si enim nos iudicaremus, a domino non iudicaremur. Ambrosius. Peccator si sibi ipsi non pepercerit, a Deo illi parcitur. Tertullianus. Inquantum non peperceris tibi, intantum tibi Deus, crede, parcit. Quod & in Dauide nobis luculentum fecit dominus. Nam illius, & maiorum populi cilicio, luctu, & planctu, & orationibus, & sacrificio commotus, decretam sententiam pestis trium dierum reuocauit, & ut sanctus Episcopus Roffensis indubitatum asserit, unius diei uindicta contentus, bidui sequentis ultionem orationibus, & pniæ ipsorum indulsit. Atque hoc scriptura satis innuit. Ait enim misertum dominũ eorum p̃cepisse angelo adhuc percutienti, ut cessaret, & suscepisse orationes, & sacrificiũ Dauidis. Eas uero orationes quis dubitet Dauidem etiam primo die fecisse? Idipsum etiã in Achab, Manasse Nabuchodonosor, & Niniuitis cõspicuum esse potest legenti eorum historias. Et manifestissimum pro his testimonium sunt uerba illa. Repente loquar aduersum gentem, & aduersus regnum, ut eradicẽ, & destruam, & disperdam illud. Si pniam egerit gens illa &c. agam & ego pniã sr malo, quod cogitaui, ut facerem ei. Idemq; docuit Ioel, cum Deũ di

Sarc. arti. 30. — *1. Cor. 11.* — *Chryso.* — *August. de pœni. medicina. c. 2* — *Ambro.* — *Tertul. de pœni.* — *Hiere. 18.* — *Ioel. 2. c*

xit præstabilem super malitiam. Quod si non fuisset certus Dauid, pro- C
pter nostras orationes & satisfactiones frequentissime Deum mitigare irã
Psal. 129. suam, & minuere pœnas debitas pro peccatis, non dixisset. Si iniquitates
Hiere. 10. obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Nec Hieremias precaretur.
Corripe me domine uerũtamen in iudicio, & non in furore tuo. Ac uide
Dei in nos benignitatem. Non sibi hanc autoritatem reseruauit, sed cũ tra-
didit Apostolis potestatem soluendi omnia ligata, manifeste concessit po-
testatem relaxandi has pœnas. Neque erat opus, quicquid argumentet Lu
therus, dicere. Quorum remiseritis satisfactiones, remittũtur eis, sed sat erat
dicere. Quorum remiseritis peccata, uel quæcunq; solueritis super terram.
Nam ad exhibendas satisfactiones sola nos adstrinxerunt peccata. Et si pfe
cte fuerimus a peccatis absoluti, liberi prorsus erimus ab omni satisfactiõe
In Philip. pro ipsis exhibẽda. Atq; hinc dilucere potest, quãtum decipiat Philippus,
qui pęnas tẽporarias debitas pro peccatis dicit nihil pertinere ad potestatẽ
clauiũ, neq; imponi, neq; remitti earũ potestate. Quib. enim subijciebat pec
cata, subijciebat nimirum & reatus ex eis consequentes. Quod si, ut innue-
re uidetur, ita unius Christi beneficium est remissio culpæ, & mortis æter-
næ, ut per ipsum unum non cooperantibus sacerdotibus eã participemus,
si nec a reatu pœnarum istarum soluũt sacerdotes, qũo habent potestatem
remittendi peccata? Neq; stare ꝑfecto possent uerba Christi ad Petrum et
Mat. 18. cæteros Apostolos eorumq; successores. Quæcunque solueritis super ter-
ram, soluta erunt & in cœlo. Non solum enim omnia uincula, sed ne mini- D
mum quidem hoc uinculum ad pœnas temporales, secũdum ipsum queũt
soluere. Cũq; ipse Luthero in hoc cordatior, pœnitentia nostra & debitis
operibus minui has pœnas temporarias crediderit, uel inde admoneri de-
buit, ne eam abrogaret potestatem sacerdotibus, quos Deus iudices anima
rum constituit. Sed nunq; sibi constat falsitas. Cum pœnitentia nostra miti
gari irã diuinã docuisset, statim, ne cogat asserere satisfactionib. nr̃is minui
pœnas tp̃arias debitas ꝓ pc̃tis, uerba illa, Si nosmetipsos iudicaremus &c.
ad pœnitentiam interiorem, quæ detestatio est peccatorum, restrinxit. Et
hoc recte dictum confirmat Sarcerius, quia iudicare apud Apostolum est
Ioan. 5 ex animo damnare peccatum. Veruntamen iudicium in sacris literis sæpe
1. *Cor.* 11. more Hebræorum, & particulatim Ioanne & Paulo pro pœna usurpatur.
Et cum Paulus hic dicit, Non utique iudicaremur, iudicari manifeste posuit
pro puniri. Ac iudicum quidem munus est non tantum cognoscere & exe
crari delicta, sed et pœnas pro illis imponere. Neque Paulum tantum uo-
luit, ut iudicaremus peccata, sed & uoluit, ut nos pro ipsis iudicaremus &
anteuerteremus iudicium diuinum. Cunq; ex anima & corpore simus cõ-
stituti, & utrauis parte & bene & male agere, ac puniri & præmiari possi-
mus, quę stulticia est pœnitentia interiori mitigari credere iram diuinam, &
non pœnitentia exteriori? Paulus Dei beneficentiam ad omne iudiciũ spon
te de nobis sumptum manifeste protendit. Et uos libertatis euangelicę uni-

A ci buccinatores uestra autoritate, immo cęcitate, contra autoritatem patrũ & contra ipsum Paulum coarctatis? Sed multo iucundius est cum pijs & antiquis doctoribus agere. Videamus igitur, quid & illi, ac tota Ecclesia de his tradidit.

De consensu patrum, & totius Ecclesiæ, ac luminis naturalis in necessitatem satisfactionis. C. XXXVIII.

SEcuti certissima hęc scripturarum documenta, summo consensu tradiderunt nobis doctores, necessarium esse, ut lapsi a gratia baptismali magnis, & assiduis sui ipsorum castigationibus solicite studerent, ut peruenire possent ad plenam suorum peccatorum indulgentiam. Atq; ut omittamus scholasticos, qui unanimiter hęc docuerũt in. 4. d. 15. certe ex antiquis nullum crediderim esse, qui nõ alicubi aliquod testimonium huic parti pœnitentię tribuerit, tantum abest, ut uerum sit, quod indicibili temeritate affirmat Sarcerius, nullibi eos meminisse satisfactionis pro peccatis, sed duntaxat publicę pnĩæ indictę a sacerdotibus ad explorãdos animos serio pœnitentium, & coercendos alios a facilitate labendi. Et qm̃ nobis obijcit Lutherus, q͂ truncata doctorum testimonia in eũ allegemus, dabit nobis hãc ueniam lector ut aliquot pientissima illorum uerba integra, neq; quicq̃ diminuta aduersus eos subijciamus Irenęus illustris martyr, & discipulus Polycarpi Ioannis Euangelistę discipuli, ac teste Tertulliano, doctrinarum omnium curiosissimus explorator, primum humani generis parentem confecrasse in se istam partem pœnitentiæ existimat, dum suæ inobœdientiæ pœnitudine ductus succinctorium sibi fecit ex folijs ficulneis. Eaq; re tale aliquid cunctis significare uoluisse asseuerat. Quoniam eam, quam habui a spiritu sanctitatis stolam, amisi per inobœdientiam, & nunc cognòsco quoniam sim dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam præstat, mordet autem & pungit corpus. Atque ut uideas quàm uere, & ex animo pœnitentiam facere inceperit, subdit. Et hoc uidelicet semper habuisset indumẽtum humilians semetipsum, nisi dominus, qui est misericors tunicas pelliceas pro folijs ficulneis induisset eos. Tertullianus ostendens confessionis utilitatem, ita scribit. Confessio satisfactionis, consilium est, satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Et subdit. Exomologesis, hoc est confessio, prosternendi & humilificandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiæ illicem. Et ubi explicuit habitum & mores uere pœnitentium, subiungit de eadem exomologesi. Cum prouoluit hominem magis releuat, cum squalidum facit, magis mundatum reddit, cum accusat, excusat, cum condemnat, absoluit. Cypria. multis & grauibus uerbis ostendit lapsis necessarium esse, ut pro suis peccatis satisfaciant grandi et prolixa pœnitentia,

Sar. ar. 29 Loc. cõm.

B *Iren. 3. cõ. here. ca. 5*

Tertul. de pœni.

Cypr. ser. 5. de lapſ.

& perniciosiores esse, ac magis fugiendos, qui cõtrarium huius docebant, C
quam ipsi tyranni persequentes Christianos, quia satisfactionis uiam claudebant, & spem uerę salutis adimebant. Atque inter alia digna illo masculo animo, & consecrato martyrio quem semper gessit, ita ad lapsos loquitur. Orare oportet impensius, & rogare, diem luctu transigere, uigiliis noctes, ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare, stratos solo, adhærere cineri, in cilicio uolutari & sordibus, post indumentum Christi perditum, nullum iam uelle uestitum, post diaboli cibum malle ieiunium, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus a morte animæ liberantur. Et subdit in calce. Qui sic Deo satisfecerit, qui pœnitentia facti sui, qui pudore delicti plus uirtutis, & fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus, & adiutus a domino, quam contristauerat nuper, lætam faciet Ecclesiam, neque solam Dei ueniam merebitur, sed coronam. Audite, & intelligite Philippe & Sarceri uerba ista, Dei ueniam merebitur, & uidete num hæ satisfactiones a patribus exigebantur, ut politicus quidam ritus, nihil pertinens ad remissio-
Lib.1.ep.3 nem peccatorum. Legite item quid scripserit in quadam epistola ad S. papam & martyrem Cornelium, ubi dure reprehendit errorem quorũdam, qui lapsos in idolatriam, facile a recentibus eorum facinoribus Ecclesiæ reconciliabant. Hoc enim ibi queritur, quod ea uia impedirentur satisfactiones necessariæ ad placandum Deum. Intercedunt, ait, ne exoretur precibus & satisfactionibus Chistus, qui negantem se negare profitetur. Datur ope- D
ra ne satisfactionibus, & lamentationibus iustis delicta redimantur, ne uulnera lachrymis abluantur. Pax uera falsæ pacis mendacio tollitur. Videtis, ut ad redemptionem & ablutionem peccatorum, & ad ueram pacem con-
Ori. ho. 8 scientiarum exigebat hic præclarus martyr satisfactiones? Origenes super
Peccati cicatrix. Leuiticum ita scribit. In uulneribus corporum posteaquam curata fuerint, remanet interdum ipsius uulneris signum, quod cicatrix appellatur. Vix enim est, qui ita curetur, ut nullum suscepti uulneris residere uideatur indicium. Transi nunc ab ista legis umbra ad ueritatem eius, & intuere quomodo anima, quæ peccati uulnus acceperit, etiam si curetur, tamen habet peccati cicatricem in loco uulneris residentem. Quæ cicatrix non solum a Deo uidetur, sed & ab eis, qui acceperunt ab eo gratiam, qua præuidere possent animæ languores, & discernere q̃ sit anima ita curata, ut omni gñe uestigium illati uulneris abiecerit, & quæ curata sit quidem, sed ferat adhuc ueteris morbi in ipso uestigio cicatricis indicia. Et rursum infra. Sed uide quia etiam si mundetur quis a peccato, & non sit iam in opere peccati, ipsa tamen uestigia sceleris commissi purificatione indigent, et ea quã exposuimus, & alia nihilominus quæ mandantur in consequentibus. Obseruauimus enim & hoc, quod scriptũ est de lepra, in qua die mũdatus fuerit, post hęc inter cętera quę mandantur, tertio dictum esse, & mundus erit. Et iterum ad ultimum scriptum esse, & mũdabitur. Vnde mihi uidet̃ esse quasi

A dam & in ipsa purificatione differentias, & ut ita dixerim, profectus quosdam purgationum. Hæc Origenes. Et agnouit hoc idem mysterium reconditum in legis umbra, & ijsdem omnino uerbis nobis tradidit Cyrillus in uerba Leuitici, quibus præcipitur leprosus præsentare se sacerdotibus. Atque Ischius eandem allegoriam his uerbis explicat. Emundatio lepræ est pœnitentia. Hæc autem opera necessaria habet, quę uirtutibus, & actionis studio ualeant delere peccata. Propter quod Ioannes Baptista populo Iudæorum dicebat. Facite fructum dignum pœnitentiæ. Considerauit enim sicut subtilis legislator eos, qui non omnia possint, quæ pertinent ad districtam rationem pœnitentiæ, exhibere. Opus enim habet pœnitentia orationem intentam, eleemosynam, uigilias, sacrum ieiunium, postremo etiam illa quæ Dauid dicit. Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, & lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Sed & cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Hæc Isichius. Ambrosius item in epistola ad quandam corruptam quemadmodum pœnitentia agenda sit sanctissime his uerbis docet. Pœnitentia non uerbis agenda est, sed & actu. Hæc autem sic agitur. Si tibi ante oculos ponas, de quanta gloria rueris, & de quo libro uitæ nomen tuum deletum sit, & si te iam credas prope ipsas positam tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum, & stridor dentium sine fine. Cum hoc certa fide sicut est, animo cōceperis, quia necesse est præuaricatricem animam tartareis pœ-

incremēta iustitiæ.
Cyri.
Leui. 14
Isichi. 4. mileui.
Matt. 3
Psal. 41. b & 101.
Ambro.
Pctōris nomē ꝺ libro uitæ deletur.

B nis, & gehēnæ ignibus tradi, nec aliud remedium constitutum esse post Baptismum, quam pœnitentiæ solatium, quantanuis afflictionem, quantumuis laborem, & indecorem subire esto contenta, dum modo ab æternalibus pœnis libereris. Ergo hæc tu tecum cogitans, et mente retractans proprij facti tu ipsa iudex esto crudelior. In primis omnis cura uitæ huius interimenda tibi est, & quasi mortuam te existimans, sicut es, quomodo possis reuiuiscere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est uestis, & mens, ac membra singula digna castigatione punienda. Amputentur crines qui per uanā gloriam occasionem luxuriæ præstiterunt, defluant oculi lachrymas, qui masculum simpliciter non aspexerunt. Pallescat facies, quæ quōdam uiruit impudice. Denique totum corpus incuria maceretur cinere aspersum, & optum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulchritudine placuit. Cor uero sit liquescens sicut cæra, ieiunijs inquietans se ipsum, & cogitationibus uentilans, quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia membra corporis, cum haberet dominationem, malo cessit imperio. Talis uita, talis actio pœnitentiæ, si fuerit perseuerans audebit sperare, & si non gloriā, certe pœnæ uacuationem. Et paulo post. Peccator ergo si sibi ipsi non pepercerit, a Deo illi parcitur. Et si futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo uitæ spatio compensauerit, se ipsum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta, & prolixa opus est medicina. Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. Hæc iste sanctus, & omni ueneratione dignus

Pœnitendi modus.
Pniæ fructus.

episcopus. Ad cuius uerba, si, ut par est, attẽdamus, discemus uere agere pœ C
nitentiam, & contemnemus Philippum, qui adeo mollis & delicatus est, ut nullum uelit adhiberi cruciatum corpori, tametsi Paulus raptus in tertium
Chry. ho. cœlum dicat. Et castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Chrysosto-
10. I Mat. mus necessitate satisfaciendi declarat in hæc uerba. Aliena rapuisti, incipe donare iam propria. Longo es tempore fornicatus, a legitimo quoq; usu suspendere coniugij, ac perpetuam continentiam sępius paucorum dierum castitate meditare. Iniuriam uel opere cuiquam, uel sermone fecisti, refer benedictionis uerba conuitijs, & percutientes te, nunc officijs, nunc etiam beneficijs, placare contende. Neque enim uulnerato sufficit ad salutem, tãtummodo spicula de corpore euellere, sed etiam remedia adhibere uulneribus. Delicijs ante, & temulentia diffluebas, ieiunio, & aquæ potu utrunq; compensa, ut famem superes imminentem. Vidisti impudicis alienum decorem oculis, fœminam iam omnino non uideas maiori tactus cautione post uulnera. Quod si hæc quis causetur ex opere esse imperfecto, quod incertum
Hom. 41 est an sit Chry. audiat quid idẽ alibi citra omne dubium scribat. Pœnitentẽ
de poen. irasci non oportet, neque sęuire, sed conteri tanquam condemnatum, tanquam non habentem fiduciam, tanquam iudicatum reum, tanquam ex sola saluari misericordia debentem, tanquam ingratum erga benefactorem redargutum, tanquam iniucundum, & reprobum, tanquam innumeris dignum supplicijs. Si hęc cogitet, non irascetur, non indignabitur, sed lugebit, flebit, gemet, & conqueretur noctem, & diem. Pœnitentem nunquam D
oportet obliuioni peccatum tradere, sed Deum quidem rogare, ne eius meminerit, ipsum uero nunquam ipsius obliuisci. Si nos eius nõ recordemur, Deus ipsius non obliuiscetur. Si nos eius meminerimus Deus obliuiscetur. A nobis ipsis ultionem sumamus, nos ipsos accusemus, ita placabimus iudicem. Hęc Chry. Et copiosissime idem prosequitur libro. 3. de dignitate sacerdotali. c. 5. Et in ho. 3. in Mat. ita docet necessarium esse facere fructus dignos pœnitentiæ post confessionem & absolutionem, sicut rupto uulnere, & digesta impuritate, quæ latebat, necessaria est superpositio medicinæ ad
Hiero. sup. perfectã curationem uulneris. Hieronymus his sanctis patribus per omnia
Malach. subscribit inquiens. Qui peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio pœnitentię accingatur, & plangat uel propria delicta, uel populi & ingrediatur Ecclesiam, de qua fuerat egressus, & cubet, uel dormiat in sacco, ut pręteritas delitias, per quas Deum offenderat, uitę austeritate compẽset. Hęc ille. Et ne qui circunferuntur canones pœnitentiales, noui, & recentes existimentur, aut superstitione creuisse quis credat Melanchthoni, citant
De pœ. d. nobiles authores post Iuonem Carnotensem Episcopum, & Gratianum,
1. Mẽsurã. eundem Hieronymum alibi ita scribentem. Mensuram temporis in agenda pœnitentia, idcirco non satis aperte pręfigunt canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant, qualiter unumquodque emendandum sit, sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt, quia apud

A Deum non tam ualet mensura temporis, quam doloris, nec abstinentia tantum ciborum quam mortificatio uitiorum. Propter quod tempora pœnitentię, fide, & conuersatione pœnitentum, adbreuianda pręcipiunt, & negligentia protelanda existimant. Tamen pro quibusdam culpis, modi pœnitẽtię sunt impositi, iuxta quos cętere perpendende sunt culpę, quum sit facile per eosdem modos, uindictam, & censuram canonum ęstimare. Hęc Hiero. Et ipse Iuo, nõ leuis autoritatis concilia, in ipsis canonibus allegat pro satisfactionibus quadragenis & septenis. Et in corpore iuris, p̃sertim in titulis de pœnitentijs & remissionibus multa sunt & pontificum, & conciliorum capitula, in quibus nunc publice, nunc secrete imponuntur pro delictis pœnitentię. Augustinus uel quisquis alius autor fuit libri, qui nomine eius circunfertur de ue. & fal. pœnitentia, quem & antiquum, & pium, atq; illustrem autorem fuisse, non est dubium pœnitentes magna cum promptitudine docet, paratos esse debere ad acceptandum iniunctam sibi a sacerdotibus pœnitentiam. Ponat se omnino, inquit, in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui, ut omnia eo iubente paratus sit facere, pro reparanda animę uita quęcunq; faceret pro uitanda corporis morte, & hoc cum desiderio, quia uitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quę faceret pro differenda morte moriturus. In libro etiã de salutaribus documentis de sacerdotibus sapientibus, & probis, ac perfectis medicis animarum ita scribit. Hos perquiramus, & sequamur, cum talibus consilium salutis nostrę ineamus, ut non perdamus hęreditatem cœlestem. Gregorius. Cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit cõmisisse, a quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita, sibi metipsi abscindere debeat etiam concessa. Et cũ hoc ostendisset exemplo Dauidis, qui aquam Bethleemiticam, quam desiderauerat, libauit domino, subdit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum iam rigidus etiam a licitis abstinebat. Sic sic agamus pœnitẽtiam, ut ea, quę commisimus, perfecte defleamus. Et hoc est, quod in lib. de ue. & fal. pœnitentia legimus. Abstineat a multis licitis, qui per libertatem arbitrij commisit illicita. Et in Amb. Qui agit pœnitentiam, non solum lachrymis diluere debet peccatum suum, sed etiam emendatioribus factis operire, & tegere delicta superiora. Vulgata est etiam diffinitio satisfactionis data ab Anselmo. Satisfactio est recompensatio offensę commissę ad ęqualitatem iustitię. Cassianus, Quisquis post Baptismum, & scientiam Dei in illud mortis corpus incurrerit, hoc est, in aliquod capitale crimen, sciat se non quotidiana gratia Dei, idest facili remissione, quam momentis singulis exoratus dominus noster erroribus nostris donare consueuit, sed aut diuturna afflictione pœnitudinis, ac pœnali dolore purgandum, aut certe pro his in futuro ęterni ignis supplicijs addicendũ. Vocat autem ęternum, ignem purgatorij, non q̃ in ęternum cruciaturus sit animas ibi detentas, sed q̃ eiusdem prorsus speciei, & uirtutis communi

Aug.
c. 15
B
Greg. ho. 34. i Euã.
2. Reg. 23
Amb.
Ansel.
Cass. colla. 23. c. 15

ter creditur cum igne inferni. Vnde non dixit ęternis supplicijs addicen- C
Hug. & Rich. de S. Vict. dum qui hic non satisfecerit, sed ęterni ignis supplicijs. Hugo. & Rich. plurimum sunt in locis citatis cap. 32. in exigenda a peccatoribus hac satisfactione. Ac Rich. quidem ipsius necessitatem nobis designatam a Christo dicit
Matth. 8. 4 in eo, quod leproso iam mundato praecepit, ut non tantum ostenderet se sacerdoti, sed & offerret munus, quod praecepit Moyses. Et ideo putat dictum Petro prius, Quodcunque ligaueris &c. & postea Quodcunque solueris &c. quia cum Deus ideo liget ad poenas temporarias, quia soluit a poena aeterna, sacerdos contra, propterea soluit a reatu secuto ex peccatis, quia ligat ad satisfactionem pro illis. Pro his omnibus etiam pugnant, quę cap. 10 ex ipsis citauimus. Et Hiero. enim & Aug. & Amb. & Chry. & Ansel. & Hug apertissime, & constantissime docent, Paulum asseruisse, non esse possibile lapsos reparari sic facile per poenitentiam, sicut renouari potuerũt per baptismum. Enimuero ubi doctores de his tacuissent, & non tanta concordia, & perspicuitate haec nos perpetua tot saeculorum successione docuissent, abunde ista potuissemus discere ex consuetudine uniuersalis Ecclesiae. Quid enim aliud sunt & publicae, & occultae poenitentiae peccatoribus iam Deo reconciliatis omni tempore, & loco, ut celebres testantur historię per uniuersam Ecclesiam impositae, quam testimonia quaedam apertissima reatus ad poenam temporalem post dimissam culpam manentis? Si tota simul poena debita pro peccatis cum culpa dimittitur uel per contritionem, uel per absolutionem sacerdotalem, nullas utiq; poenas pro commissis peccatis imponeret Ecclesia, sicut neque imponit pro commissis ante Baptismum. Et hac toto orbe dispersae Ecclesiae consuetudine, & praecitatis tantorum doctorum testimonijs commoti patres in Concilio Lateranen. sub Innoc. 3. statuerunt, ut confessi rite sua peccata, iniunctam sibi a sacerdotibus poenitentiam proprijs uiribus studeant adimplere. Et ibidem indiscretae, & superfluae indulgentiae hoc nomine reprehenduntur, quod ita fit ut claues Ecclesiae contemnantur, & poenitentialis satisfactio eneruetur. Et idem Innocentius in epistola quadam ad Liuonien. Episcopum, poenitentias imponẽdas non tam secundum quantitatem excessus quam quantitatem contritionis per discreti sacerdotis arbitrium pensata qualitate personarum dicit esse mensurandas. Et in Concilio Florentino sic statutum est. Tertia, pars poenitentiae est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, quę quidem praecipue fit per orationem, ieiunium, & eleemosynam. Et hanc eandem ueritatem Leo. 1. in epistola saepe citata iam olim, ut certam tradiderat sub his uerbis. Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus hanc prępositis Ecclesiae tradidit potestatem, ut & confitentibus actionem poenitentię darent, & salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Et ad uerbum sunt haec in. c. 10. lib. de uera & falsa poenitentia. Verum age, scripturas, diffinitiones Ecclesiae, & omnium temporum, & locorum uniuersalem ipsius consuetudinẽ, D

Cõci. Lat. De poeni. & re. Oĩs utriusq; sexus, cũ eo, et, Deus q ecclesiam.

Cõci. Flo.

Leo ep. 89

testimonia

A testimonia etiam omnium patrum, quos pro nobis induximus, paulisper si libet, intermittamus. Nulla sit autoritas, nullum precium, nullum pondus, nulla habeatur ratio tantorum testium, quorum uel minimum cētum Lutheris cordatus quiuis deberet anteferre. Nunquid luminis nostri naturalis, & conscientiæ propriȩ testimonium uile poterimus existimare? Quis est nostrum tam ignarus rerum, quis tam rudis, & imperitus cœlestis, & terrestris iustitiȩ, quis tam ab omni ratione alienus, & semotus, ut non sciat, maiora deberi supplicia maioribus & diuturnioribus peccatis? Quis ignorat supremum & iustissimum iudicem, & gubernatorem uniuersi decere, ut peccata, neque impunita maneant, neque ȩqualiter puniantur? Equidem Iob scire se dixit Deum non parcere delinquenti. Quod Grego. ideo dictū putat, quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc deus cum homine uindicans percutit. Et Tertu. dicit. Bonum factum Deum habet debitorem, sicuti & malum, quia iudex omnis remunerator est causæ. Diuinaq́ʒ, & naturalis lex exposcit, ut iuxta mensuram delicti, sit & plagarum modus, & quantum se quisque glorificauit, & in delitijs fuit, tantum postea ei inferatur tormentorum. Cum ergo Deus pro sua summa, & ineffabili misericordia ad unum, & leuem, & æqualem cordis dolorem de omnibus peccatis, & propositum uitandi illa in posterum, reconciliet sibi plærunque uehementer inæquales peccatores, non ne necesse est, ut illȩsa, & illibata maneat iustitia, pro admissis peccatis pœnas postea aliquas reposcere, & ab eo grauiores, & longiores qui grauiora, & plura patrauit delicta? Nunquid æquali debent iure censeri fornicator, & adulter, adulter & incæstuosus, fur & homicida, homicida & hæresiarcha? Et quæ fuit unquam tam barbara natio, quæ Respublica tam parum sibi prouida, quæ non maiora supplicia in grauiora, & perniciosiora scelera statuerit? Liceat cuiuis sentire hac de re, quod uolet. Ego quidem, etiamsi non me hoc certa fides scripturarum, & Eccle. docuisset, uel lumine naturali admonitus crederem post dimissam culpam manere posse ac plȩrunque manere reatum ad pœnas temporarias, & tanto quenq́ʒ seueriorem a se ultionem de suis peccatis debere exigere, quanto sibi plurium, & grauiorum peccatorum conscius fuerit. Et hac naturali luce admonitos patres crediderim diuersas, & inȩquales pœnas diuersis, & inȩqualibus peccatis statuisse. Neq́ʒ si hoc nostrȩ ipsorum conscientiȩ testimonium audire uoluisset Lutherus, postulasset unquam a nobis, quo in loco Christus, aut Apostoli differentes statuissent pœnas pro differentibus peccatis. Esto enim Christus & Apostoli nihil nobis de his expressissent, satis patres ita statuere lumen naturale cōmonebat. Aut proferat ergo Lutherus ubi Deus hanc gratiam pollicitus fuerit pœnitentiȩ, quam cum Paulo & Ecclesia tota, immo & cum Christo nos constanter tenemus ȩquissime, & commodissime fieri in Baptismo, aut si non potest ostendere tantam esse gratiam pȩnitentiȩ, quanta est Baptismi, agnoscat nobiscum, quod ipsum lumen naturale a nobis efflagitat,

Iob. 9
Grego. 9.
ter. d pnīa
Mo. ca. 27
Deute. 25
Apoca. 18

B

manere in lapsis a gratia Baptismali post remissam culpam reatum ad pœnas temporales, & tanto quidem acerbiores, quanto pluribus uel grauiori bus obnoxius quis fuerit delictis. Et quia seruari debet in omnes ęqualitas, neq; quispiam admitti potest ad regnum cœlorum ante exhibitam debitā satisfactionem pro suis peccatis, etiam lumine naturali admonemur, esse ali quem locum post hanc uitam ubi luant debitas pœnas pro peccatis, qui hac in uita non fuerunt ita diligentes in satisfaciendo pro ipsis sicut illi, qui ante quam hinc decedant, iugi castigatione, & mortificatione sui se ab omni liberarūt peccatorum suorum reatu. Idenq; ipsum suaderi potest, quia alias impunita omnino manerēt peccata uenialia, in quibus dum iusti perseuera-

Can. 30 bant, subita sunt morte pūenti. Meritisimo itaq; patres in canonibus anathema indixerunt cuicunq; asserenti ita culpam lapsis omnibus pœnitentibus remitti, ut nullus remaneat reatus pœnę temporalis exoluendæ, uel in hoc sæculo, uel in futuro in purgatorio, ante quam ad regnum cœlorum admittantur.

De argumentis contra necessitatem satisfactionis. *Cap.* XXXIX.

QVibus uero argumentis seu strophis potius obligationem ad satisfaciendum Deo pro peccatis illudant hæretici, commodum erit

Obiect. 1 uidere. Primo obijciunt Christum iam abunde satisfecisse pro om nibus, ac proinde & derogare meritis & satisfactioni Christi, asserere alias

Respon. esse nobis satisfactiones pro peccatis necessarias. Quanta uero hæc cæcitas est? Nonne sicut copiose satisfecit pro peccatis nostris, ita & copiose redemit nos ab illis, & perfecte reconciliauit nos patri, & omnia peccata nostra in corpore suo pertulit, & perferendo abstulit, ac cunctis ad condignum meruit uitam æternam? Sicut igitur his non obstantibus, recte fatemini par uulos nasci in ira Dei, & in eadem mori, nisi baptizentur, & adultis ut iustificentur necessariam esse non dubitatis fidem, atq; item Baptismum, & iu stificatis necessaria esse iam putatis decalogi præcepta, & lapsis pœnitentiā interiorem, neq; hæc creditis derogare plenisimæ Christi satisfactioni, ita & eidem non aduersatur, præter pœnitentiam interiorem, requirere & exte riorem ut plurimum. Quia communiter non est tanta pœnitentia interior, ut delere queat omnem reatum ad pœnam consequentem ex peccato. Et Christus uirtutem suæ pasionis quantuncunque ad omnia, quæ uellet, effi cacis, applicari cuiquam noluit, neq; ad gratiam, neq; ad gloriam, neque ad absolutionem alicuius reatus peccati, nisi uel medijante, aliquo sacramento, aut proprio aliquo merito, aut opere nostro, & iuxta propriam cuiusq; dispo sitionem & cooperationem. Ita enim & gloriæ Dei, & commode admini strationi orbis, & saluti, ac profectui & exaltationi iustorum expediebat. Sa tisq; est, ut reconciliasse omnes dicatur, & abunde satisfecisse pro omnibus, fecisse ipsum & obtulisse patri sacrificium adeo acceptum patri, ut omnes q uoluerint beneficentia illius uti, & legibus suauisimis ab ipso pręscriptis pa rere, posint statim iustificari, & absolui uel ex toto, uel ex parte ab omni

A peccatorum suorum reatu. Quomodo igitur, inquies, per Ezech. pollicet dominus, non se recordaturum omnium iniquitatum impij, si ille egerit pœnitentiam? Si per pœnitentiam non simul cum culpa deletur tota pœna pro ipsa debita, uere possumus dicere, Deum etiam post nostram pœnitentiam recordari nostrarum iniquitatum, quandoquidem & pro eis graues postea exigit pœnas. Verumtamen uel unū exemplum Dauidis docere potest sem per fuisse hoc testimonium Ezechielis sic a patribus nostris intellectum, ut Deus dicatur non recordari iniquitatum pœnitentium, quia eos admittit ad suam gratiam, nullo ad ipsas habito respectu, neq; aliquam earum ad pœnā æternam imputat. Non enim expresiora hæc uerba sunt, quā illa, quæ ad ipsum Dauidem dicta sunt. Dominus quoq; trāstulit peccatum tuum, post quæ certo scimus eum mānsisse reum multarum pœnarum. Et quid tam multa sacrificia & uaria secundum legem Moysi etiam a pœnitentibus ad propitiandum & placandum dominum exigebatur, si contritio delebat totam culpam? Profecto si bene rem perpendamus, totus pene ueteris legis ritus sacrificiorum pro delictis & peccatis manifestum testimoniū est ueritatis, quam modo tuemur. Neq; enim dici potest ille ritus fuisse politicus, & nō ad obtinēdam remisionem peccatorum, cum aperte scriptura eum exigat ad placandum Deum, & ipsum seruantibus polliceatur propitiationem, et placationem diuinam. Ostendant igitur, ubi dominus excepto Baptismo pollicitus fuerit, indulgentius & benignius se habiturum in pœnitentes, q̄ olim se habebat, aut si hoc non possunt ostendere, agnoscant se cōtra to-
B tam ueterem legem pugnare, cum dicunt deleta culpa non manere reatū ad pœnam expiandum nostris satisfactionibus. Dicet aliquis. Non hoc habet priuilegium contritio, habet uero illud absolutio sacerdotis. Plenisima q̄ppe potestas in peccata tradita est sacerdotibus illis uerbis. Quorum remiseritis peccata &c. Et sicut supra ex Amb. citauimus, idem in Baptismo & in sacramento pœnitentiæ mysterium est. Et alias non suffiet ibi expleta promisio ad Apostolos. Quæcunq; alligaueritis &c. Et hoc ipsum uidentur postulare uerba sacramentalia, Absoluo te. Cur enim absolui dicantur pœnitentes, si adhuc manent grauium pœnarum rei? Hisq; accedit, q̄ Christus & peccatrici, & adulteræ, & paralytico, & Zacheo & latroni similibus pene uerbis omnem creditur indulsisse culpam & pœnam, neq; patrem cœlestē commemorat exegisse pœnas a publicano, aut a filio prodigo, cū ad eorum preces et pniam misertus est ipsorum. Atenim priuilegia paucorum non faciunt legem communem. Neq; æquandi sunt sacerdotes cum Christo, qui multo supereminentius cœteris accepit claues regni cœlorum. Et nos non negamus tātam posse esse contritionem, ut etiam sine absolutione sacerdotis ad delendum omnem culpam & pœnam sufficeret. Et talis forte fuit in Magdalena & in publicano & in latrone. Quod autē in parabola filij prodigi nulla fit mentio alicuius satisfactionis, tametsi ille non tantam exprimatur habuisse pniam, in causa forte fuit, quia nō adhibebatur ea parabola, nisi

Obiect. 2

Respon.

Totus ritus uet. sacrificiorū testimoniū est reatus manentis post culpā

Obiect. 3

Amb. 1. de pœ. cap. 7

Respon.

ad ostendendum quanta caritate pater cęlestis recipiat pęnitentes, Idq; solũ C uolebat extorquere Amb. a Nouatianis in uerbis obiectis. Quia uero ex il lis uerbis, Quorum remiseritis peccata, indiscriminatim conceditur omnes legitime absolutos esse liberos ab omni pœna, subtiliter adnotauit Rich. non esse dictum, Quorum dimiseritis peccata, sed, Quorum remiseritis pec cata. Licet enim, inquit, alicubi, unum pro altero forte ponatur, tamẽ dimit tendi uerbo absolutio plena significatur, uerbo autem remittendi tantũ re laxatio ex maiori parte. Vnde & Christus q̃a uolebat iniurias nostras nos in totum dimittere, Dimittite, inquit, & dimittemini. Et quia plena absolu tio peccatorum nostrorum a Deo est petenda, orare docuit. Dimitte nobis debita nostra. Dauid uero, quia culpam transtulisse ab eo dominũ nouerat, non autem pœnam, non ausus dicere, Dixi, confitebor, & tu dimisisti impie tatem peccati mei, dixit. Et tu remisisti &c. Bella quidem & arguta est hæc adnotatio & pium & solicitum animum Richardi ad tuenda communia Ecclesię dogmata palam arguit. Ac noster interpres de industria usus esse ui detur in aliquibus locis uerbo dimittendi, ubi plena absolutio a peccatis si gnificatur, eaq; re excitatum est felix Rich. ingenium ad hoc adnotandum. Sed neq; in Græcis, neq; in Hebraicis exẽplaribus hoc discrimẽ ꝑpetuo ob seruatũ est. Idẽ. n. Græce est uerbum in his, Quorũ remiseritis &c & in istis Dimitte nobis debita nostra. Idẽ etiã Hebraice est uerbũ, in illis, Et tu remi sisti impietatem peccati mei, & in illis, Aut dimitte eis hãc noxã. Quin neq; in nostra translatione hoc ꝑpetuum est. Nã Numerorũ. 14. Deus dicit ad D Moysem. Dimisi iuxta uerbum tuũ. Et tñ statim indicat se pœna tẽporaria puniturũ peccatũ ibi dimissum. Neq; placet abrogare potestatem sacerdoti bus ad remittẽda in totum peccata. Dicerem igitur habere quidẽ sacerdotes eam facultatem, & si iure & legitime ipsa fungãtur, posse penitus omnem reatum peccatorũ expungere. Tunc aũt legitime ea funguntur, cum condi gnas satisfactiones pęnitentibus iuxta canones patrum imponũt. Intellexit enim Ecclesia, neq; dubium quin id didicerit ab Apostolis, nõ aliter sibi tra ditam esse hanc potestatem. Quia neq; aliter expediebat commodæ guber nationi fideliũ, neq; gratia singularis Baptismi, qua omnes inuitabãtur & al liciebantur ad fidem & religionẽ nostram suscipiendam, deriuanda erat in alia sacramenta, ne redundantia clæmentiæ cœlestis incentiuum fieret delin quendi, & ipsa indulgentiæ facilitas testimoniũ uideretur, q̃ aut deus nõ of fenderet nostris peccatis, aut q̃ ipsa non essent ita grauia & lugẽda mala, ac nobis tradit passim ueridica scriptura. Cumq; illis uerbis, Quorũ remiseritis p̃cta &c. Apostoli intellexerint se cõstitutos esse iudices p̃ctoꝝ, ex ipsa natu ra iudicij, intelligere potuerũt, nõ aliter sibi tradi potestatẽ dimittendi pecca ta q̃ condignis satisfactionibus impositis. Et quo nomine peius audire po terat apud infideles nr̃a religio, q̃ si intelligerent apud nos una cõtritione, et detestatiõe p̃ctoꝝ creditũ esse in totũ dimitti peccata? Q͞d perniciosius exẽ plũ ad ipsos trãsmitti poterat? Qua rõne & abusum cõcedendi plenissimas indulgentias

Rich. de potestate lig. & sol. ca. 24

Subtile discrimẽ inter dimittere & remittere

Luc. 6

Exo. 32. g

A indulgentias propter unum Aue Maria, uel unũ Pater noster, aut alia similia uehementer cuperẽ de Ecclesia tolli. Eneruat. n. satisfactiones pęnitentiales, & dedecorat Eccl. atq; ipsas indulgentias cotẽptui exponit, & aduersarijs nostris causam calumniãdi prabet, & contra autoritatẽ ueterũ, & cõtra ipsum ius pontificium est introductus. Habent ergo nostri sacerdotes potestatẽ soluendi oĩa uincula peccatorũ, sed iure, sed legitime, sed quatenus cõuenit saluti, exẽplo, & sanctitati fideliũ. Et qñ ipsi neminem aliter uolunt absoluere, non est, cur quisq; ex eorũ absolutione impunitatẽ sibi promittat, & libertatem ab omni reatu pĉtõrũ. Sicut aũt per contritionem a culpa mundari possumus, ita p bona opera, siue pœnalia sint, siue nõ, siue ex pcepto, siue ex consilio, & p mala patienter tolerata, siue nobis imposita a sacerdotibus sint, siue sponte nostra assumpta, maxime uero per pniam interiorẽ, nõ negamus expungere nos posse saltẽ paulatim totũ reatũ ad pœnas. Nec scio cur Phili. & Sarcerius nobis tribuãt, qđ satisfactiones fieri nõ putemus nisi p opa alias indebita. Id dixit unus, aut alter doctor ex nostris, idq; alio fortassis sensu, atq; ipsi accipiũt. Verũ plęriq; alij eis restiterũt. Et manifestũ est cõtritionẽ & confessionẽ, ẽt cum sunt in præcepto, satisfactorias esse, & martyriũ delere oẽm culpam & pęnã, non minus cũ est necessariũ, quã cum tm̃ est in consilio. Atq; hęc satis sunt pro oĩbus argumẽtis aduersariorũ & blasphemijs, & calumnijs, quibus Eccl. Dei, pter ius oẽ & fas aspgit Sarcerius. Nã quæ spectant ad purgatoriũ, & indulgẽtias, quas ex pia, & urgẽti causa donare potest Eccl. & q̃ docẽt qualitatẽ necessariã ipsarũ satisfactionũ, alios

B tractatus requirũt, nec ad corroborationẽ nostri decreti illis egemus. Et optime alioqui stabilita est doctrina Eccl. de his, & cõcors Apostolicis, & sanctorum doctorũ decretis ostensa ab illustribus Lutheri antagonistis Roffensi, Ekio, Cliptoueo, Alphonso. Itaq; aut eadem diceremus ex superfluo, aut si noua uoluerimus scribere, a clarissimis ingenijs occupata sunt meliora. Quare hic sit huius uoluminis modus.

Aliquarũ indulgẽtiarũ corrigẽdus abusus

Satisfaciũt ẽt opa debita.

DE MORTALI PECCATO ET VENIALI

Liber xiiij. in. xv. caput Decreti de Iustificatione.

PRAEFATIO.

Vtagnitis nobis imminẽtibus periculis inter multiplices huius militię laqueos cautius incedamus, exposita uia, qua reparari possunt, q a gratia Baptismali sunt lapsi pquã cõmode declarat in c. xv. Synodus, quemadmodũ quis amittere possit gratiã siue per Baptismũ, siue per pniam acceptam. Et in eius expositionẽ, & cõmunitionẽ iam iam lib. hic. 14 huius opis pręlo mandandus erat, cũ ecce nobis a Septẽtrione trãsmissa est antidotus Caluini in acta Synodi Tridẽtinę cũ pœmiali ep. Geneuę, 3. Idus

Nouẽbris anno dñi.1547.ſcripta. Quos non ego ibi errores legi? quas non C
blaſphemias in ſanctã Synodũ,& in nonnullos nominatim p̃latos,atq; in
ipſos ſedis Apoſtolicæ legatos,& in ipſum ſummũ pontificẽ? Emanauit.ſ.
ſons de eodẽ foramine dulcẽ & amarã aquã.Et quos dulces & ſuaueloquẽ-
tes Satã reddidit ad decipiẽdã miſerã plebem,eoſdẽ omni uirulẽtia impleuit
ad proſcindẽdos maledictis,& cõtumelijs paſtores,& protectores oẽs Ec-
cleſię. Filij Sion inclyti,amicti auro primo,reputati ſunt in uaſa teſtea.Sicut
phrenetici ſalutaris doctrinę pocula,ueneni cyathos,qbus legẽdis antidoto
opus ſit,cẽſent,& quaſi ſtipulã æſtimãt malleũ,&derident uibrantẽ haſtam.
legerã quidẽ iam ante unũ annum maledicentiſsima quædã, quæ eiuſdẽ fa-
ctionis Philip.in p̃latos Tridẽti cõgregatos,et in utrunq; ciuilis & Eccleſia-
ſticæ poteſtatis apicẽ cõgeſſerat.Sed cũ nihil pene, niſi maledicta ibi uiderẽ,
& paucula q̃dã indigna lectu ad hoc argumentũ ſpectãtia,ea q̃; nõ in decre-
tum hoc de iuſtificatione,qđ nũc exponimus,iactata,ſed in quoddã, quod
ante huius approbationẽ manibus patrũ ferebař,et inter ea tẽporis diſcutie
batur,ſatius eſſe duxerã,ſilentio oĩa illa prætérire.Vnde & in p̃fatione hu-
ius operis ad lectorem palã teſtatus ſum,neminẽ cõtra hoc decretũ ſcriptis
pugnare fuiſſe auſum. Atq; ita ſane perſuaſus tũ erã . Nullus.n. de hac re ad
nos rumor peruenerat,& cũ deus tã illuſtri Cęſaris uictoria cauſam noſtram
diuinitus approbaſſet,& potẽtiſsimos huius factionis duces,& fautores in
caſſes imperatorios recluſiſſet,totaq; fere Germania ditiõi ipſius,& impio re-
ſtituta eo ꝑpendere uideret,ut in antiquã religionẽ toto pectore rediret,ne- D
minẽ ex noſtris aduerſarijs ita audacẽ,ne dicãt impudẽtẽ,et attritę frõtis fore
exiſtimabã,qui in ſanctã Synodũ,ab ipſis toties efflagitatã apto marte pu-
gnaret,et definitiones ipſius ſumma maturitate ꝓnũciatas cõuellere nitereř.
Cũ aũt ex iſtis Caluini ſcriptis maniſeſte intelligã,eã eſſe hęreticoꝝ ꝑtinaciã,
ut nullo neq; humano neq; diuino terrore cõpeſci queat,& ueriſsime dixiſ
Tit.3.c ſe Pau.ſubuerſos eſſe,qui hmõi ſunt,qđ unũ ſuſcepti a nobis muneris eſt,ne
ſermo illius,qui ut Cancer ſerpit,incautos aliquos & rei Theologicæ igna
ros amplius decipiat,duobus his,qui huic opi ſuperſunt,libris inſpergã ali
qua,& admonebo obiter,ex quibus cõſutari poterunt oĩa,quæ in noſtrũ
decretũ deblaterat.Nec reſpõdebo ad maledicta & cõuitia ipſius, q̃ neſcio
an cõmemorare auſim.Contentus igiř ero calumnias,et ſtrophas refellere,
quibus illius autoritatẽ eleuare & labefactare conař.Nã qđ ſemel tibi Calui
ne pacifice dictũ uelim,poſſemus equidẽ & nos mordere,ſi uellemus,& to
ties,ac tãtis irritati,genuinũ dentẽ infigere,ac par pari referre,&te tuis depin
gere coloribus.Sed moderationis , & grauitatis Chriſtianę eſſe a magiſtro
noſtro didicimus,maledicentibus nõ remaledicere, & ꝑ blaſphemãtib.po
tius obſecrare.Et Apoſtolicã,ſi neſcis,gloriã putamus,ab Eccl.hoſtibus, et
plauſtris cõuitioꝝ obrui.Neq; tãti tuas cõtumelias,& ſubſannationes quẽ
quã facturũ credimus,ut neceſſe ſit eis reſpõdere.Quis.n. cordatus tua pro
bra uel pili æſtimet,& nõ potius laudes arbitreř eoꝝ,quos maledictis inceſ

A fis? Quis tibi fidē ulla in re habeat, qui sex, aut sepiē posteriora Cōcilia generalia, tyrānica & adulterina fuisse, & meros asinos, ac crassos boues illis interfuisse detonas, q Aurelianēsem, immo ipsam. s. Synodū Nicęnā. 2. nominati derides, ac patres qui sub Inno. 3. Latera. Cōci. interfuerūt cornutas bestias impudēti ore appellas? Reprimā tñ ipse me, nec indulgebo mucroni ꝓ zelo gloriç Dei referire gestiēti. Regrediar, unde istuc declinaui, nō abrūpā lōgius stylū cœptū. Nihil. n. est necesse. Ideo huic libro titulū de mortali & ueniali pctō indidimus, quia in eo, quid utrunq; sit, & quantū inter illa intersit, explicate tradere adnitimur, Quç quidem & ad explanationem sententiæ patrum, & ad absolutionē argumenti huius de iustificatione scitu quam maxime necessaria, sunt & ad confutationē Caluini cōmodissime diuina prouidentia reliqua nobis fuisse uideo. Vnde uero cōmodius hçc omnia aggrediar, quam ab his ipsis uerbis patrum?

QVOLIBET PECCATO MORTALI AMITTI *gratiam, sed non fidem.* Cap. XV.

ADVERSVS ēt hominū quorundā callida ingenia, qui ꝑ dulces sermones, & benedictiones seducūt corda innocētiū, asserendū est nō modo infidelitate, ꝑ quā et ipsa fides amittitur, sed ēt quocunq; alio mortali pctō, quāuis nō amittatur fides, acceptā iustificationis gratiā amitti, diuinæ legis doctrinā defendēdo, quæ a regno Dei non solū infideles excludit, sed et fideles quoq; fornicarios, adulteros, molles, masculorū cōcubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosq; omnes qui letalia committunt peccata. A quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus a Christi gratia separantur,

BREVIS QVAEDAM SVMMA SENTENTIAE *patrum, & errores in ea damnati.* Cap. I.

QVanquā in toto hoc capite, ex professo quidē sancta Synodus tm̄ edisserit, quocunq; mortali pctō iustificationis gratiā perdi, tñ obiter, & duo alia affirmat, nēpe fidē non quocunq; mortali pctō amitti, sed infidelitate, & iustos a peccatis mortalibus cū diuinæ gratiæ adiumēto abstinere posse. Ex quorū priore ꝑspicue colligit, non sola incredulitas esse peccatū lętale, sed et alia quoq; esse pctā lętalia pter ipsam. Et in his obuiā iure patres quinq; pniciosis hoꝝ tempoꝝ erroribus. Primus est Lutheri, qui asseruit, ut nō semel retulimus, sola infidelitate amitti grām. Nulla inquit peccata possunt hominē dānare, et si uelit, nisi sola incredulitas. Secundus error est quorundā, qui plus iusto sibi de diuina misericordia blandientes asserunt, nō quouis lætali peccato amitti gratiā iustificatiōis, sed tum solum, cū sese aliqui effrenes & pcipites tradunt uitijs. Porro hunc errorem, qui defenderint, me fugit, tñ a grauissimo & optimæ memoriæ pceptorē nostro fratre Francisco Victoria audisse me memini a nōnullis hæreticis nostræ tēpestatis eum defendi. Tertius error dānatus hoc loco a patribus est, fidē quo-

Errores. 5 dānati ca. isto. Prim. De capt. Baby. .2. .3.

libet peccato mortali amitti. Quos autem hic error habeat autores c. 8 ape C
.4. riemus. Quartus error hic quoq; reprobatus est error Lutheri, & suorum sequacium, quod sola incredulitas est peccatum lætale. Verba Lutheri hæc
Lib. con. sunt. Nullum est peccatum, nisi incredulitas, nulla iustitia nisi fides. Et hic er
Carolsta- ror aperte sequitur ex primo. Si. n. sola infidelitate perditur gratia, sola ergo
dium. infidelitas est peccatũ lætale. Nam lætale peccatũ dicitur, quod gratiam aufert, quæ uita est aīæ. Manifeste uero aduersati sunt hic patres huic errori, cũ dixerunt, nõ modo infidelitate, sed ẽt quocunq; alio pctõ lætali gratiã amitti. Siquidem his uerbis palam asseruntur alia pctã esse lætalia præter infidelitatem.
.5. Quintus error hoc loco dãnatus est error eiusdẽ Luth. asserentis inevitabiles esse a nobis trãsgresiones pcepti diligendi Deum ex toto corde, & pcepti Non concupisces. Dũ. n. patres asserunt, nos posse a peccatis mortalibus cum diuinæ gratiæ adiumẽto abstinere, palã affirmant, cuiuscunq; pcepti, immo & oĩum trãsgresiones posse a nobis eo adiutorio uitari. Verũ
Caluinus ĩ hac patrũ definitione cõtempta, eundẽ cum Luthero tuet hac in parte Cal-
c. 11. sess. 6 uinus, an pniciosius q̃ ipse, non satis dixerim, certe multo procacius & ine-
et can. 27 ptius. Asseuerat. n. impossibilẽ seruatu esse legẽ Dei, & neminẽ unq̃ citra culpam lętalẽ satis fecisse ipsi, aut potuisse satisfacere. Ac dogma de possibilitate mandatorũ, quod magna euidentia & apertissimis. s. patrũ testimonijs. lib. 11. probauimus, ex ociosis monachis arbitrat fluxisse, qui ne minimo quidẽ digito attigerunt unq̃ obseruationẽ mandatorũ Dei, et uel hoc uno dogmate suum Epicurismũ eos pdere, qui de facilitate mandatorũ tã audacter D
garriunt. Sed quid ille, inquies respõdet ad uerbum Christi, Iugum meũ suaue est? quid ad uerbum Ioã. Mãdata eius grauia nõ sunt? Duo innuit, Nã respondere nihil põt. Primo ait. Asini isti nõ cõsiderãt, inde pendere facilitatẽ, de qua Ioã. loquit, qd̃ sancti paratũ habẽt remedium, quo defectus suos suppleãt, dum. s. ad ueniã cõfugiunt. At hoc, si tu uel unciã rõnis habes, nõ est esse facilia mãdata, sed tm̃ facilẽ esse ueniã. Quis diceret facile esse, qd̃ sibi iniungit, si implere illud nõ potest? Dicet certe potius, id esse difficilimũ, immo impossibile sibi factu, & si suæ omissiõi ignoscat, ideo ignosci, qa difficilimum onus sibi fuerat impositũ, atq; iniquũ erat pęnã ullã reposci p eo, qd̃ adimplere nõ potuit. Et qd põt esse cõrumeliosius gratię & puidẽtiæ Dei, q̃ asserere tales eũ leges nobis imposuisse, q̃ ne p auxiliũ grãe ipsius possemus implere? Quis tyrãnus sic abutit ptãte sua in subditos? Quid ẽt necesse est ignosci, qd̃ euitari nõ põt? Certe de rõne peccati est, ut sit uoluntariũ, ut ex testimonijs Ter. Hil. Amb. Aug. & Ber. oñdimus & cũ Dei iudicium multo sit ęquius q̃ humanũ, absurdũ ẽ & lumini naturali plane dissonum, qd̃ Philip. in locis cõibus apte dicit, ac sequit ex cõcessis a Caluino, in iudicio humano, nullũ esse peccatũ, nisi uolũtariũ, nõ autẽ in iudicio diuino. Sed & illud minime ferẽdum est, qd̃ scd'o respõdet Calui. Hinc fit, inqt, ut suaue sit Chri iugũ et onus eius leue qa sctis alacritatẽ facit sua libertas, dũ se nõ ãplius sub lege eẽ agnoscũt. Quid ais cęce? Nũquid & tu, q sępe & ĩ hac ãtidoto fateris alia

A alia nos habere præcepta præter fidem, sanctos liberos esse a lege nũc concedis? Sed si eum in sensum dicis sanctos non esse sub lege, quo Paulus dixit, se non esse sub lege, sed in lege Christi, cur nõ attendis de lege ueteri agere Paulum, & sub ea dicere se nõ esse nos aũt de lege Christi modo differere, cui necesse est omnes subiectos fatearis? Deinde. Quanuis sancti ex amore se iugo Christi subijciant, satis quidem id non est, ut dicatur leue & suaue, si neq; per caritatẽ, & auxiliũ. ss. possunt illud quoquo pacto implere. Atq; huiusmodi est farinæ, quod respondet ad argumentũ patrũ ex uerbis Christi. Siquis diligit me, sermones meos seruabit. Hoc, ait, totũ uerum est. Sed ubi Christi perfectus amor? Vbi inquã amor ille ex toto corde, ex tota aĩa, ex totis uisceribus? Nẽpe ubi caro nõ cõcupiscit aduersus spũm. Ergo nequaq; in hoc mundo. Verũ quis rogo te, Caluine, de re impossibili cũ amicis pſertim ita loqueretur? Nũquid doctrinã pro altero mundo tradebat Chrs suis Apostolis? Nonne dilectionẽ suã statim & ante & post illa uerba requirit, ad ueniẽdum in aliquẽ, & manendũ in eo, & manifestandũ ei seipsum? Quorsum dicebat, Si diligitis me, mãdata mea seruate, & mox, Qui habet mãdata mea & seruat ea, ille est qui diligit me, si nullus ipsum neq; diligebat, neq; poterat diligere i hac uita, ita ut mãdata ipsius seruaret? Debuisses, ꝓfecto Caluine attẽdere uel illa uerba, q̃ subiecit ibi Christus. Sicut dilexit me pater & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea, & illa. Vos estis qui mãsistis mecũ in tentationibus meis, ne tantã iniuriã inureres apostolis, ut ne tũ quidem crederes eos seruasse mandata Dei, cũ Christus ab illis constanter prædicat se dilectum fuisse, & se illos dilexisse, sicut dilectus erat a patre. Sed quid mirum, si Apostolis non peperceris, qñ nec sanctissimæ dei matri, ut postea ostendemus, parcis? Fuerit tñ satis hæc obiter hic monuisse pro cõfirmatione argumentorꝝ, quibus. cap. 11. usi sunt patres. Nã argumẽta illius oportunius postea diluemus. Qñ uero hunc errorem de impossibilitate mandatorũ lib. 11 luculenter expugnauimus, in solos alios quatuor hoc in libro ex professo dimicabimus. Vtq; illos radicitus a mentibus hominum auellamus, naturã peccati uenialis & mortalis, & utriusq; distantiam ante omnia exponemus.

[margin: 1. Cor. 9; Ioan. 14; B]

De uarijs peccati mortalis & uenialis acceptionibus. Cap. II.

NE ignoratio legitimæ acceptionis peccati uenialis & mortalis confusionem pariat, commodũ erit in primis statuere & firmare, quo potissimum significatu his nominibus in pſenti utamur. Porro peccatũ mortale a morte sic appellatur, ueniale uero a uenia. Et ueniale quidem aliqñ ab euentu sic uocatur, aliquando aũt ex causa, aliqñ uero ex propria natura & ratione. Ab euentu ueniale dicitur, quodcunq; peccatum quantũcũque graue, siquidem ueniam habeat, & illius ueniam & remissionem tandẽ obtineamus. Quo modo Amb. dixit mortalia oĩa fieri uenialia per pnĩam, & Aug. & Chry. uenialem iniquitatẽ uocant, q̃ est remissibilis. Et magister dixit, Adã putasse esum ligni scientiæ boni & mali ueniale fuisse, hoc est re-

[margin: Acceptiones 3. pctĩ uenialis. Veniales ab euẽtu. Ambro. Aug. 21. d ciui. dei. c. ult.]

misſibile,& ueniam habiturum,cum tamē peccatum eſſet peremptorium. C
Et in c.18.li.de uera & falſa pœnitentia legimus. Quædam pctā eſſe mortalia,
Veniale a cauſa. & in pnia fieri uenialia. Ex cauſa autem ueniale uocatur peccatū,quod ſic fit
ut aliquid habeat ex cauſa ſua,unde diuinam miſericordiā condeceat, ueniā
ei aliquando impartiri. Et hoc modo pctā quæcunq; ex ignorantia uel in-
firmitate commiſſa uenialia aliquo modo dici poſſent,ideſt digna quadā te
nus uenia. Quo modo pctā Pauli ante Baptiſmū,tametſi grauiſsima,uenia
Veniale ex propia ratione. lia dici queūt. Miſericordiā,ait,cōſecutus ſum,quia ignorās feci. Veniale ue
ro ex ꝓpria natura,& rōne eſt peccatū,quod ſuapte natura leue,exiguum,
& minutum eſt,& rectæ rationi parū diſſonum,neq; mortem inferens, ſed
dignū omnino uenia. Et quia ex Dialecticorꝫ regula,quot modis dicit̃ unū
oppoſitorꝫ,tot modis dicit̃ & reliquū,mortale ab euētu dici poſſet, quod
nunq; habiturum eſt ueniā,mortale uero ex cauſa quodcūq; peccatum ex
malicia,&de induſtria cōmiſſum,mortale aūt ex propria ratione quodcūq;
graue peccatum rectæ rōni uehementer diſſonum,ac proinde de ſe indignū
uenia, & mortē animæ inferēs ſiue primā,q̄ eſt priuatio gratiæ,ſiue. 2. q̄ eſt
dānatio æterna. Verū priores duę peccati uenialis & mortalis acceptiones,
alienæ ſunt a nrō propoſito. Nō.n.nunc id agimus,ut exponamus, q̄ pctā
ueniā ſint habitura,& q̄ non,aut q̄ uenia ex cauſa ſua digna ſint, quæ uero
indigna,ſed ex propria natura & rōne,quēadmodū hęc pctā inter ſe diſtin-
guant̃,inquirimus. Vna igit̃ tertia acceptiōe,qua ſola utunt̃ doctores,cū ue
niale a mortali diſtinguunt, & patres in hoc capite,& in toto hoc decreto D
Duplex peccati uenialis diuiſio. ſunt uſi,in ꝓpoſito utemur. Sic āt acceptū peccatū ueniale,duplex ē. Quod
dam eſt peccatū ueniale ex genere ſuo,ut uerbū ociofum,riſus leuis,menda
cium officioſum,ſeu iocoſum,& ſimilia. Alterū eſt peccatum ueniale ex im
perfectione operis. Et differt hoc a priori,quoniā materia prioris de ſe leuis
eſt,& parum diſſona rectæ rationi,materia uero poſterioris grauis eſt,et ue
hementer cōtraria recte rationi,ſed ob imperfectionē opis,actus ipſe tm̄ eſt
peccatū ueniale. Et quia hæc imperfectio uel ex paruitate materię poteſt cō
tingere,uel ex defectu deliberationis,peccatū ueniale ex imperfectione du-
plex cōmuniter ponit̃. Quoddā eſt ueniale ex ſurreptione,ſeu indeliberatio
ne,ut motus ſubiti cōtra p̄cepta,quos poſſumus facile deuitare. Alterū aūt
eſt ueniale ex paruitate materiæ,ut furtū leue, detractio parua,& ſimilia. Et
hactenus quidē omnia in cōfeſſo ſunt & extra cōtrouerſiā inter catholicos.
In caluinū Quare patet inique & immerito nobis obijcere Caluinū,q leuia ducamus
pctā omne genus cōcupiſcentias,quę nos ad q̄uis mala ſolicitāt,tentationes
itē omne genus,quæ nos uſq; ad Dei blaſphemiam impellunt. Nam ſi iſta
uoluntaria ſunt & deliberata,peccata nobis ſunt lætalia,ſi uero ineuitabilia,
nullam maliciā habent,ſi autem uoluntaria non ſunt,ſed uitari quidem,aut
certe præueniri abſq; magna difficultate potuerūt,tum duntaxat illa cenſe-
mus eſſe uenialia. Videamus tamen,quid & ipſe,& alij noſtri Allophyli de
iſtis ſenſerint.

A *De ineptijs hæreticorum sententijs contra traditam rationem distinguendi uenialia a mortalibus. Cap. III.*

VEhementer hallucinantur, et in multis labuntur hæretici, dũ nesciunt uenialia peccata a mortalibus apte distinguere, neq; ex proprijs fontibus id uolũt discere, & maiorũ suorũ, immo Eccl. catholicę doctrinę ob suã superbiã acquiescere. Cõtigitq; eis in hoc, ut & in multis alijs, qđ & in puerbio est, Ardea culpat aquas, cũ nesciat ipsa natare. Inter alios uero hæreticos, huic uitio obnoxios uel in primis connumerãdus est Vuitclefus, qui teste Thoma Vualdensi, hoc noie sugillauit sacerdotes, quos uocat Cæsareos, id est Eccl. catholicã, q; nullã conuenientẽ differẽtiam tradiderit, qua distingui queãt inter se uenialia & mortalia. Et irriso modo communiter recepto, quem proximo capite statuimus, ipse mirabilem & ualde dissonũ ad inuenit modũ hæc distinguendi. Si. n. mortale uocet, quod inductiuum est mortis æternæ, omne peccatũ, ait, mortale est cẽsendum, si uero, qđ ipse magis putat, mortale dicatur, quod mortẽ ęternã inducit, omne peccatũ reprobi est mortale, quia paulatim eum deducit ad mortem æternã, & omne peccatum prædestinati est ueniale, quia nullũ tale inducet mortẽ æternam. Philip. uero & Calui. longe aliter circa ista errant. Nã Philip. licet omnes uitiosos affectus, & omnes prauas actiones, ac deniq; oĩa peccata, & ipsum peccatũ originale nõ renatis pctã lętalia putet, quia peccatũ mortale diffinit esse inclinationẽ uel actionẽ cõtra legẽ dei nõ remissam, tñ in renatis aliqua pctã

B uenialia credit, nẽpe ignorãtias, uel omissiones aliquorum mandatorũ nõ affectatas. Calui. aũt quod nunq;, qđ sciã, aliquis, nec hæreticissimorũ tentauit, ipsam distinctionẽ uenialis et mortalis negat, ac palã dicit, Peccatũ quoduis, qm̃ Dei lege dãnatum est, mortale esse fatemur. Et rursus. Si p nihilo ducãt leuiores, quos uocãt, lapsus, insonat horribilis illa supremi iudicis snia. Qui unũ ex minimis istis mandatis contẽpserit, minimus uocabit in regno cœlorũ. Quãquam scire uelim, quæ uocent saltem leuia peccata. Sic. n. extenuandi gratia loquuntur. Hęc ille. Sed absurda ista hereticorũ delyria ab origine impugnare incipiemus. Neq; multis sane opus est, ut insanum Vuitclefi commentum euertamus. Vel ipsa illius commemoratio, impugnatio ipsius est. Mitto q; ea uia de nullo peccato scire possumus, ueniale ne sit, an mortale, sed id erit nobis semper in hac uita tam occultum quã ipsum mysterium prædestinationis. Certe ex ipsa manifeste sequitur, omnia peccata Dauidis, Matthæi, Petri, Magdalenæ & boni latronis, qui cum Christo crucifixus est, fuisse uenialia. Nullusq; erit secundum ipsius sententiam, in cœlo quãtuncunq; infidelis, perfidus, hæreticus, apostata, & blasphemus, qui uel minimum admiserit mortale, quiq; agere possit gratias Deo, quod ei dimiserit uel unum mortale. Nullus & erit in inferno, in quo non uel minimum uerbum ociosum fuerit mortale. Et cum cæteris paribus grauiora sint peccata in iustis, quam in peccatoribus, quia maioribus Dei beneficijs deuincti sunt, ne peccent, ipse contra, unum & idem peccatum ueniale dicet in

Error uuitclefi.

Philip. ĩ loco cõm. de discrĩmor ta. & ue.

Calui. con. can. 27

Con. c. 11

Arg. 1. in Vuitclefũ.

Arg 2

iusto prædestinato,& mortale in peccatore reprobo, immo grauissimum C
Arg.3 prędestinati peccatum,ueniale asseret,& leuissimum reprobi mortale. Quin & illud peccatum protoparentis nostri Adæ, quod omnibus hominibus fuit in condemnationem,teste Paulo,& per quod omnes mortui sumus,et mors intrauit in mundum,ueniale iuxta illud fuerit. Certo nanq; scimus ex
Sap.10 libro sapientiæ Adā fuisse prædestinatum. Mirabilis profecto semper hære-
Arg.4 ticorum impudentia. Paulus se ante conuersionem ad Christum fuisse blasphe
1.Tim.1 mum,persecutorē,cōtumeliosum,& tandem omnium peccatorum primū constanter asserit. Et Vuitclefus adeo desipit,ut nullum eū admisisse peccatū
Arg.5 mortale affirmet. Illud ēt ad hanc peruersam hæretici doctrinam consequit. Nullum peccatum quantuncunq; leue remitti unquam reprobis per sacramenta,uel sacramentalia Ecclesiæ,uel per eorum pniam, sed frustra eos sua peccata lugere,frustra sacramenta,uel sacramentalia suscipere,& falsas esse in eis formas sacramentales,quæ remissionem peccatorum ipsorum significant. Si enim aliquod eis peccatum remittit,non ergo omne ipsorum pe. catum mortale est. Siquidem mortale ab eo tātum dicitur,quod mortem inducit æternam. Neq; illud in totum uere asseruit,omne peccatū mortale esse, si mortale uocetur,quod inductiuum est mortis æternę. Nā uenialia inductiua nō sunt mortis ęternæ,nisi forte mediate,quatenus mortalis peccati inductiua
Cōtr.Phi. sunt. Atq; ex his,& paulopost dicēdis nō erit operosum Philippi dogma cōfutare. Absurdū quippe est ignorātiā,quā in nobis fatet ueniale, in infideli,qui minori illustratus est lumine,& paucioribus dei beneficiis & auxiliis D gaudet,exitialem dicere,neq; distātiā ullā ponere inter peccata, propria aut aliena uolūtate contracta,sed utraq; appellare mortalia. Ad quę accedit, dissonum esse omnia peccata quantuncunq; parua,si uolūtaria sint,letalia asserere,ut ille innuere uidetur. Cur.n. Deū ita morosum amicum suorum amicorum existimemus,ut ad minimum uerbū ociosum spōte & de industria cōtra suam legē effutitum,amicitiam omnem dissoluat? Nec minus absonum
1.co.14.g est,si sentiat,ut insinuat,omnes ignorātias nō affectatas esse peccata uenialia.
1.Tim.1.c Nam Pau. absolute pronunciat. Ignorans ignorabitur. Et se extra gratiam
Io.15.et 16 Dei pronunciat pp ignorantiam Christi,quę in illo non erat affectata. Atq;
Mar. ult. ex Euangelio cōstat arguendos de peccato ac propter illud cōdēnandos q
Cōt.Calu. non crediderūt Christo,nec suscipiūt prædicationē Euangelii. Quis uero te Calui.tā male docuit Theologizari,quis tā male sentire de diuina bonitate & largitate,ut nullā sui offensionē quacunq; ignorātia uel occasiōe cōmissā ad mortē nō imputet? Nullus profecto ē hō tā difficilis,nullus tā inhumanus, nullus tā crudelis,qui sic facile exasperet,& quos eximie prius amabat,ita subito oderit,ac tā paruis de causis & difficilime euitabilib. æternis Gehēnę incēdiis addicat. Nescis heu pfide,nescis,q horrēdū & formidādū ipēdeat iudiciū uel minimo Chrianorum pctō mortali. Si hęc nosses,uel expēderes, aut qd nobis obiicis,serio aliquo diuini iudicii affectu tactus qnq; fuisses,nunq; tā audacter pnūciares apud deū clemētissimū,& cuius misericordia tū nō ē

A numerus nullũ esse peccatũ, qđ non sit mortale. Ecquis, rogo te, erit iustus, qui sit in gratia Dei, si ut ipse fateris, uix momẽtũ aliquod prterit, quo nõ contrahamus aliquem reatum? Maior nimirum erit uicissitudo inter amissam & reparatam Dei gratiam, si somnium hoc tuum uerum esset, quam sint Euxini uel alterius alicuius irrequieti maris perpetuæ commotiones et fragores. Nulla item esset tam leuis, nulla tam lubrica, neq; tam parum firma aut sibi constans amicitia, quam quæ inter nos & Deum esset. Hæccine etiam est libertas Euangelica, quam prædicatis? Hæccine uia facilima ad iustitiam, de cuius inuentione uos iactatis? Hæccine pax conscientiarum, quã orbi horribilibus tenebris obruto, nunc tandem noui Apostoli & euangelistæ a cęlo attulistis? Quod iugum dici aut cogitari potest grauius, quæ magis ferrea seruitus quã nostra, si minima offensio est mortalis? Quando perueniemus ad iustitiam, quando ullum gaudium aut securitatem de gratia in nos Dei habebimus, si minutissima peccata, lætalia in nobis sunt, & morti imputantur, ac ex consequenti uel impediunt, uel dirimunt gratiam diuinam? Sed nolo te magis premere. Persuasus sum nullum sanæ mentis rem tam absonam, & cum toto uestro dogmate plane repugnantem crediturum. Neq; satis profecto possum credere te tam peruerso & sinistro esse ingenio, ut id credas. Forsanque in uocabulo mortalis ludis, & quid illud sit ignoras. Quod si credis, quod aperte asseris, nescio sane, q tu tecum tot lætalium culparum tibi conscius, possis uel diẽ unum uiuere. Verum hæc B dilucidiora fient, si quod discrimen horum peccatorum tradidimus, ex scripturis, & patribus approbemus.

Firmatur ex scripturis uia tradita a patribus distinguendi uenialia a mortalibus. Cap. IIII.

INtermissis igitur his absurdissimis, & portentosissimis hæreticorum insomnijs, certissimũ illud sit aliqua eē uenialia peccata & alia mortalia, & ut cap. i. tradidimus, uenialia dicamus peccataq̃, neq; tollunt, neq; impediũt gratiam diuinam, mortalia uero, quę eam uel impediunt, uel dirimũt. Nam cum cap. ii. statuit sancta Synodus a iustis admitti aliqua leuia peccata, propter q̃ iusti esse non desinunt, & hoc cap. quolibet peccato mortali gratiam iustificationis amitti, eo ipso perspicue ostendit mortalia esse peccata, q̃ amiciciam diuinam dirimunt, uenialia uero, q̃ tanta non sunt, ut iustitiam & gratiam Dei a nobis tollant. Neq; nos hanc nobis distinctionem ex capite nostro confinximus, sed ex scripturis eam hausimus, & ab Ecclesia & doctoribus ipsius didicimus, & a lumine nostro naturali, magno sapientum oĩum consensu eam edocti sumus. Vnusquisque tentatur, asserente Iacobo, a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum. Peccatum uero cum consummatũ fuerit generat mortem. Quid huic tantę euidentię respondere possunt hęretici, nisi eos magis delectet defensare, quod sentiunt, q̃ quid sentiẽdum sit, inuenire? An non hic aperte significauit Iacobus prodire a concupiscentia q̃

Scriptura distinguit uenialia a mortalib.

Arg. 1. Iac. 1. a

dam peccata consummata, q̃ generant mortem, & alia non consummata, C
q̃ non sufficiunt mortem generare? Neque aliud quidem hoc est, quàm qđ scholastici clarius tradunt, cum dicunt, motus, seu affectiones prauas genitas a concupiscentia, peccata esse uenialia, si moram aliquam in nobis fecerint, & ratio neglexerit eas reprimere, mortalia uero, cum ratio aduertens, eis acquiescit, & uoluntas suum præbet assensum, ut id scilicet uelit opere perficere, quo concupiscentia trahebat. Nam cum ad peccatum, conceptionem & partum Iacobus requisiuit, satis indicauit non omnes prauos affectus a concupiscentia prodeuntes, peccato nobis imputari, sed eos duntaxat, quos ratio aduertit, & reprimere negligit, seu allidere ad petrã. Fœtibus quippe conceptis, et intra uterum latentibus prius ad similes, uelut edi in lucem incipiunt, quando innotescunt rationi, & peccato nobis imputantur, si extingui cum possent, propter negligentiam nostram amplius uiuunt. Quia uero neq; humani neque uoluntarij censentur non accedente uoluntatis consensu, imperfecta & inconsummata peccata sunt, atque ideo neque mortem spiritualem nobis conciliant. Hæc si perpendisses Caluine, non cẽ suisses etiam ipsam concupiscentiam & in iustis & renatis esse proprie peccatum, nec damnasses tã sanctè de hoc definita in decreto. 1. sess. 5. Atqui hic manifesta contradictione teneris. Nam si concupiscentia carnis proprie est peccatum, cum per te omne peccatum sit mortale, erit & ipsa peccatũ mortale, & cum illã fatearis esse in iustis, simul erunt in gratia & in peccato mortali, quæ sibi ex diametro opponũtur. Dices opinor. Gratia repugnat peccato mortali, cum imputatur. Concupiscentia uero, quæ est in renatis, esto sit peccatum mortale, non imputatur. Sed si gratia facit, ne imputetur, cur non intelligis hoc ipso facere, ne sit peccatum? Non enim potest dici uere etiam nunc in nobis esse peccatum, quod nunc non imputatur nobis, quia Deus omnia peccata ad pœnam aliquam imputat. Nec quisquã dixerit aliquem peccare letaliter, cum facit aliquid, quod posset quidem imputari in mortem, sed nunquã imputatur. Audi Caluine. Si tollis imputationẽ, tollis & prohibitionem, ex qua imputatio necessario consequitur. Data quidem uenia peccatis non tollit ab eis prohibitionem, neque facit, ut non fuerint peccata. Verum ipsa, quæ ignoscuntur peccata, imputantur sane priusquam remittantur. Siquidem nisi prius imputarentur, uenia & ignoscentia indigerent. Alioqui & quæcunq; Deus prohibere & ex consequenti imputare posset, etiam cum nec imputat, nec prohibet, dices uere esse peccata. Quo quid posset esse absurdius? Adde, q̃ si proprie esset peccatum, proprie & uere faceret peccatores, & simul omnes iusti, & iusti essent, et peccatores. Insuper ineuitabilia, ac prorsus inuoluntaria nulla ratio patitur dicere proprie esse peccata. Et cum concupiscentia, de qua patres loquuntur, & tu resistis, hoc est appetitus sensitiuus, uel caro insurgens quandoque, & se p̃ter rationem erigens, a Deo sit, nobis neq; cooperãtibus, neq; consentientibus, si illa proprie peccatum est, erit aliquod peccatum sic a Deo, ut uere pos- D

Respõ. ad Caluin. de peccato cõ cupiscẽtiæ

A semus dicere contra scripturam non omnia opera Dei esse bona ualde, & Deum esse uerissime autorem peccati. Quod si peccatũ intelligis esse, quicquid dissonum est legi Dei, siue liberum sit siue non, siue a Deo imputetur siue nõ, potuisses sic abutẽdo uocabulo, omnes cõcupiscentias, seu carnis commotiones, & insultus contra rectam rationem appellare peccata, sed neq; ipsam potentiam cõcupiscentem, de qua nunc agimus, quæ bona est, & sæpe non aduersat rationi, debuisses peccatũ appellare proprie. Si & hãc pergis peccati nomine proprie censere, nos ipsi erimus semper, & omnes uires nostræ erunt proprie peccata, quia nulla est ex ipsis, quæ non quandoque possit aliquid pati aut facere, quod dissentiat rectæ rationi. Sed ut deponas amentiam tuam, nec in hæc incommoda incidas, & doctrinam Synodi concordẽ patribus, & Aug. agnoscas, lege, q̃. c. 15. lib. 11. scripsimus, & ex eis intelliges, non loqui Aug. de concupiscentia, ut sic dixerim, habitua li uel potentiali, cum non tantum dicit esse pœnam & causam peccati, sed esse etiam peccatum, quia inest illi inobœdientia aduersus dominatum mentis, sed loquitur, ut diserte ibi explicat, & tu parum aduertis, de concupiscẽtia, cui resistit bonus spiritus, & cui inest inobœdientia. Quæ certe non est alia q̃ praua mentis concupiscentia actualis alicuius illiciti, quæ nunquam fuisset in statu innocentiæ, neque fuit in Christo, aut beatiss. uirgine. Et eam dixit non tantum esse pœnam & causam peccati, sed etiam peccatum, quia uel peccatum proprie est, cum potest aut potuit facile reprimi, uel saltem ut B cunque peccatum posset appellari, etiam cum non subest nostræ potestati, quia est actus de se dissonus legi Dei, licet nobis non imputatus, quia nullo pacto est uoluntarius. Ac fortassis ideo s s. uoluit tam diserte a Iacobo explicari, concupiscentiam non esse, sed parere peccatum, idq; cum præcesserit conceptio, ne ex testimonijs Pauli perperam intellectis putaretis uos eã semper & quomodocunque acceptam esse proprie peccatũ. Sicut & ideo supra docuimus, Iacobum diserte tradidisse necessitatem operum, ne uerba Pauli de iustificatione ex fide peruerse intelligerentur. Sed redeamus unde nos coegit Caluinus huc discedere. Paulus etiam eũdem in modum discre uit mortalia a uenialibus. De mortalibus quæ multa ad Ro. 1. & 1. Cor. 6. Galat. 5. & ad Ephe. 5. particulatim enumerat, clare asserit, illa excludere a regno Dei, & qui ea perpetrant, dignos esse morte, & regnum Dei non asse cuturos. De stultiloquio autem, & scurrilitate, & generatim de cunctis uenialibus, quę ligna, fœnum, & stipulam appellat, non ita rigidam profert sententiam, sed saluandos pronunciat, qui illa fecerint, sic tamẽ quasi per ignẽ. Et ita intellexerunt hunc locum Origenes, Amb. Hiero. Augu. Greg. Ansel. Quos si legisset Calu. et Dio. 7. c. Eccl. Hierar. et et Cyp. 1. ep. 9. Atha. 34 q. & Chrysost. ho. 69. & lib. Aug. de cura pro mortuis agenda, ac definitionem conci. Flo. de purgatorio, cui cesserunt Gręci, fortassis non ita temere asseuerasset cum Luthero, nullam esse mentionem Purgatorij in scriptura, nec ita procaciter, ut facit, illud derisisset. Sed hęc obiter propter Caluinum

Expo. Augu. libr. 5. cõ. Iuli. c. 3.

Arg. 2

1. Cor. 3.

Respõ. ad Calui. pro purgatorio.

Orig. ho. 6. in Exo.

& .25. in Num. Ambro. in Psalm. 118 Hiero. in Iouinia. Aug.21.de ciui. c 26. & in Psa. 80. et ser. 4 d com. animaru. Grego.4. dialo. Ansel.1. Co. 3.

adieciſſe illis, quę lib.11. &. q.2. opuſc. de iuſtifi. diſſeruimus, ſit ſatis. Vide.s s. C prouidentiam. Nequis reſponderet, neque fornicatorem dici, neq; impudicum, neq; auarum, qui ſemel aliquod horum peccatorum admitteret, non contentus fuit Paulus fornicarios, immundos, auaros, & ſimiles peccatores excludere a regno Dei, ſed ad Gala.5. excluſit omnes faciētes opera carnis. Et ut à numero plurali operū carnis, null tergiuerſator ſuffugiū qđ piam haberet, quędam opera carnis in ſingulari numero poſuit; quędam in plurali, & de omnibus generatim pronunciauit. Qui talia agunt, regnū Dei non aſſequentur. Quo conſilio diuinitus factū eſt, ut his, quæ in pluratiuo numero Matthęus cōmemorat Chriſtū dixiſſe coinquinare hominē, Marcus in ſingulari adiecerit auaritiā, nequitiam dolum, impudicitiam, oculum malum, ſuperbiam, ſtultitiam. Ipſe etiam magiſter omnium Chriſtus hunc modum diſtinguendi uenialia a mortalibus inſinuaſſe uidetur, cū alijs in locis, quæ mox proferemus, tum uero illis uerbis: Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri ſuo Racha reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehennæ ignis. Cum enim peccata omnia mortalia reatum gehennalis ignis inducant, hoc ipſo quod ſoli poſtremo eam pœnam comminatus eſt, priora duo tametſi diſparia, leuia eſſe, & minuta peccata indicauit, quæq; neque amicitiam diuinam dirimerent, neque ad infernum pertraherent. Nec ſecus hunc locum magnus ille pōtifex Grego. interpretatur. Sic, ait, dominus uniuſcuiuſq; conſiderat uias, ſic dinumerat greſſus, ut ne minutiſsimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac D uerba tenuiſsima, quæ apud nos uſu uiluerunt, indiſcuſſa remaneant. Hinc enim dicit. Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Racha quippe in Hebręo eloquio uox indignantis eſt, quæ quidem animum iraſcentis oſtendit, nec tamen plenum uerbum iracundiæ exprimit. Prius ergo ira reprehenditur ſine uoce, poſtmodum uero ira cum uoce, ſed necdū pleno uerbo formata, ad extremum quoq; cum dicitur fatue, ira redarguitur, quæ cum exceſſu uocis expletur etiam perfectione ſermonis. Et notandum ꝙ in ira perhibet reum eſſe iudicio, in uoce iræ, quod eſt racha, reum concilio, in uerbo uocis, quod eſt fatue, reum gehennæ ignis. Per gradus etenim culpæ creuit ordo ſententiæ, quia in iudicio adhuc cauſa diſcutitur, in concilio autem iam cauſæ ſententia definitur, in gehenna uero ignis ea, q̄ de concilio egreditur, ſententia expletur. Quia igitur humanorum actuum dominus ſubtili examine greſſus enumerat, ira ſine uoce iudicio, ira in uoce concilio, ira uero in uoce, atq; ſermone gehennæ ignibus mancipatur. Hæc Grego. Ex quibus patet, priora duo peccata iræ & indignationis imperfectæ inter minuta eum & imperfecta peccata computaſſe, & ſolum tertium perfectum, & conſummatum, & gehenna dignum intellexiſſe. Et quāquam gehennæ ignes ad purgatorij etiam cruciatus uidentur quandoque nonnulli doctores referre, tamen in ſcholis Theologorum merito iam inualuit, &

Greg. 21. Mo. c. 5.

Gehenna cruciatus eſt inferni

A ualuit,& hoc usus obtinuit,ut nomine gehennæ sola æterna inferni incendia intelligantur. Ac de solis illis exposuere etiam hęc uerba Hilarius, Aug. Theophy. Rabanus. Et Hiero. in illa uerba, Timete eum, qui potest & animam,& corpus perdere in gehennam, docte ostendit, uerbi huius originem,& futura supplicia & pœnas perpetuas, quibus cruciandi sunt peccatores, hoc uocabulo designari. Eandem item uenialis a mortali distinctionem Christus nobis significauit, cum expressis multis in locis statim citandis, grauibus pœnis repositis quibusdam peccatis, tamen de uerbo ocioso sic temperauit sententiam, ut tantum dixerit, omnes reddituros esse rationẽ de illo in die iudicij. Itaq; ex Christo & Apostolis habemus quædam peccata esse grauia,& alia leuia,& illa coinquinare homines, mortemq; inducere,& ad gehennam trahere, atque a regno cœlorum excludere, nihil autem tale leuibus peccatis conuenire. Nec contemnendum est argumẽtum, quo & quidã cõfirmant esse aliqua uenialia, ex uerbis Christi de peccato in . s s. Non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neq; in futuro. Nam sancti doctores,& nominatim. Grego. ex eis colligunt, sicut mag. dicit, aliqua peccata in futuro esse dimittenda. Quod cum mortalibus nequeat conuenire, relinquitur ea esse, quę dicimus uenialia. Cum uero in nullo ex his testimonijs mentio aliqua fiat prædestinationis, aut reprobationis, uel sciẽtiæ, aut ignorantiæ, sed absolute tradantur quædam peccata mortẽ, gehennam,& carentiam perpetuam regni cœlorum inducere, alia nullum tãtum malum afferre, ex eisdem possumus confirmare, perperam Vuitclefum ueniale a mortali se iũxisse ex parte prædestinationis,& reprobationis & Philippũ ex parte scientię & ignorantię.

Hila. Aug. Theo. Raba. Mat. 10. c Qualis. d. 25. Mag. in 4. d. 21.

B

De uenialium & mortalium distinctione, ex autoritate Ecclesiæ & ipsius doctorum. Cap. V.

NEque ignota fuit Ecclesię huiusmodi distinctio inter uenialia & mortalia peccata, quinimmo perpetuo illam credidit,& docuit suos filios. Et hoc uel ipsa consuetudine Ecclesiastica ad plenum possumus edoceri. Ab ipsis nanque propemodum illius primordijs constituisse eam nouimus aliqua remedia pro remissione uenialium, quę quidem nũquam credidit sufficere ad remissionem mortaliũ. Et tale fuit aqua benedicta, quã scimus fuisse in Ecclesia saltem a tempore Alexandri huius nominis primi, qui quintus a beato Petro pontificatum tenuit, et in hunc usum & alios cõplures referente Gratiano benedici a sacerdotib. mãdauit. Et idem ex. 6. Synodo refert benedictionem presbyteri esse sanctificationis traditionẽ. Quare dubium non est, quin & antiquum sit, quod communiter fideles credimus per benedictionem episcoporum remitti culpas ueniales. Confessionem etiam generalem magister tanq; rem minime dubiam dicit fieri quotidie in Ecclesia pro uenialibus,& pro lętalibus, quę a memoria exciderunt. Deinde. Cum ob quędam peccata quosdam prohibuerit a sacramentis, & propter alia, quę leuia erant, neminem unquam aliquibus pœnis mulctaue-

De conse. d. 3. Aquã sale cõsper sam. Presby. d. 28. In. 4. d. 21

rit, aut a susceptione sacramentorum repulerit, hoc ipso indicabat Ecclesia C magnam esse inter utranque distantiam. Ad hec. Mortalium confessionem semper a fidelibus exegit, ut proximo lib. abunde ostendimus, non autem uenialium. Origenes & nomine minuti uel quadrãtis peccata minima designata a saluatore intelligit in illis uerbis. Non exies inde donec reddas nouissimum quadrãtem. Et ut intelligat Sarcerius falso se & cõtra omnem ueterum autoritatem dixisse, aliqua peccata fore impunita, ipsa illius uerba subiiciam. Vnusquisque, inquit, nostrum per singula peccata damnum sustinet, & iuxta qualitatẽ, rationemque delicti, damni magnitudo reputatur, & pro qualitate, quantitateque peccati diuersam mulctæ sententiam expendit. Si parum est quod peccas, ferieris damno minuti, ut Lucas præscripsit, ut uero Matth. quadrantis. Veruntamen necesse est hoc ipsum, quod extitisti debitor, soluere. Non enim inde exies, nisi & minima quæque persolueris. Atq; ex his colligere licet duo in Caluinũ. Primũ est tẽpore Orige. aliqua peccata fuisse ab ecclesia existimata uenialia. Nam qui cum mortalibus præsentatus fuerit Christo iudici, in carcerẽ retrudendus est, unde nullus patebit exitus, nec mortifera uocasset Origenes peccata minima. Secundum est, etiam tum certum fuisse ecclesiæ, aliquas adeo reposci pœnas pro peccatis, etiam post illorum culpæ remissionem, nec tantum castigari, sicut ille putat, fideles, ut humilientur, & cautiores sint, ac serio resipiscant. Nam sicut per Naũ prędixit, mundans non faciet innocentem, uel sicut. 70. transtulerunt, Emundans non mundabit reum. Quod scilicet iuxta expositionem Hiero. etiam post indulgentiã reus sit propriæ conscientiæ. Verum lege pie lector, quæ de satisfactione lib. 13. tradidimus, & agnosces non fuisse in doctrina de pœnitẽtia falsarios patres, nec adulterasse scripturam, nec improbum quidpiam aut absonum docuisse, quidquid illis impudenter calumniator iste obiiciat. Nec enim testimoniũ Ioãnis, Facite fructus dignos pœnitentiæ, pro satisfactionibus impositis a sacerdotibus adductũ est, sed ut ostenderetur oportere etiam post contritionem aliquam satisfactionem exhibere, & alia debere esse opera pœnitentium, alia innocentium. Cũque de uariis pœnitentiæ partibus egissent, uaria pro earum communitione testimonia citarunt, nõ credentes quenquam fore tam cæcum, qui non intelligeret reddenda esse singula singulis. Videamus tamen, quid & alij doctores de peccatis uenialibus tradiderint. Hiero. 2. contra Pelagianos ex multis locis scripturæ doctissime confirmat esse aliqua peccata, quæ non tollant a iustis iustitiam, sed cum ea simul stent. Ea autem sunt, quæ nos uenialia dicimus. Atque inter alia hmõi quęstionem proponit. Pro hac, inquit Dauid, hoc est impietate, siue iniquitate, utrũque enim intelligi potest, orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Si sanctus est, quomodo orat pro iniquitate. Si iniquitatẽ habet, qua ratione sanctus appellatur? Et ipse sibi respondet. Iuxta illum uidelicet modum, qui & in alio loco scribitur. Septies cadit iustus, & resurgit. Et iustus accusator sui est in principio

Orig. ho. 35. ĩ euãg.

In Sarcerium

Resp. ad Calu. pro satisfactione.

Naũ. 1. a.

Hiero. 2. in Pela.

Hiero.

Psal. 31.

A sermonis. Et iterũ ex illis uerbis, In multis offendimus oẽs, sic colligit. Fac *Iaco.2.*
ut non corruerim, certe offendi, & non in uno, sed in pluribus. Arbitror
quod in aliquo offendisse peccatũ sit. Et rursus quia sacerdos iubetur pro
suis delictis offerre deinde pro populi, Nunquam, inquit, pro alijs iubere-
tur offerre, nisi iustus ipse esset, neq; rursus pro se offerret, si peccato careret
ignorantię. Vides Caluine aliqua peccata esse apud Hiero. quę tamen iusti-
tiam non tollunt? non igitur omnia peccata apud illum sunt mortalia. Ex
pressa sunt item pro his, quę scribit in uerba Saluatoris. Non exies inde, do
nec reddas nouiss. quadrantem. Quadrans, inquit, genus nummi est, quod
habet duo minuta. Hoc est ergo. Nõ egredieris de carcere, donec ẽt minu-
ta peccata persoluas. Quid igitur, dices, sibi uoluit cum ait, Si ira & sermo- *Obiec. ex.*
nis iniuria, atq; interdum iocus iudicio, Concilioq;, atq; Gehennę ignibus *2 in Pelag.*
delegabitur, quid merebitur turpium rerum appetitio & auaritia? Forte di- *Resp.*
cet aliquis nomine Gehennę ignem purgatorii intellexisse, quia eiusdẽ est
speciei, cum igne inferni. Cum tñ tam constanter docuerit incitato statim
loco Gehennę uocabulo perpetua supplicia designari, magis crediderim,
uoluisse eum reddi singula singulis, & non ioco, sed sermonibus iniurię ap-
tari Gehennę ignes iuxta euangelii ordinem. Nam quod ipse nõnihil liber
tate & licentia styli eum ordinem uariauit, secure, opinor, fecit non arbitra-
tus se a quoq; ita impie exponẽdum, ut contra saluatoris sententiam iram
& iocum, Gehennę ignibus diceret delegari. Quia uero peculiariter aliqui
B de Augustino hęsitant, an istam distinctionem perinde ac nos crediderit, & *Aug.*
docuerit, diligentior fui in inquirendis ipsius testimonijs, & ut omnem di-
moueamus illis ambiguitatem, pręcipua ex eis hic subieci. In libro de natu *c.36.*
ra & gratia ad leuissima peccata, quę in iustis inueniuntur, referenda esse hęc
putat. Siquis immoderatius aliquando risit, uel animi remissione iocatus
est, uel uidit aliquid ad concupiscendum, uel immoderatius aliquando po-
ma decerpsit, uel plusculo cibo crudior fuit, uel cum orauit, cogitauit ali-
quid, unde eius inde in aliud auocaretur intentio. Et. 21. de ciuitate Dei amo *c.26.*
res & curas sęculares ędificia uenialia a damnatione uocat. Et sermo. 4. de
sanctis minuta peccata & non capitalia purgatorio dicit igne purganda.
Et in de spiritu & lite. non impediunt, inquit, a uita ęterna iustum quędam *c.28.*
uenialia peccata, sine quibus hęc uita non ducitur. Et ibidem. Peccatum erit *c.36*
hominis ex fide uiuentis aliquando alicui delectationi illicitę consentire,
non tantum in illis horrendis facinoribus, & flagitijs perpetrandis, uerum
etiam in istis leuioribus, ut uel aurem alicui uoci, quę audienda non esset,
uel linguam alicui, quę dicenda non esset, accommodet, uel in ipso corde
aliquid ita cogitet, ut mallet licitum, quod male delectat, & per pręceptum
scitur esse illicitum. Et. c. 16. de fide & operibus. & c. 22 & 68. & 69. Enchi. &
78. apertius, & 3. cõtra duas epi. Pelag. c. 3. quatenus filij sunt huius sęculi ad
mittere filios Dei aliqua peccata, quę nõ faciunt eos filios diaboli. Lib. ẽt. 1.
de symbolo catechumenis hanc doctrinam explicat his uerbis. Non uo- *Cap.6.*

bis dico, quia sine peccato hic uiuetis, sed sunt uenialia, sine quibus uita ista C non est. Propter omnia peccata baptismus inuentus est. Propter leuia sine quib. eẽ nõ possumus, orõ inuẽta. Itẽ i de uerbis Apostoli. Maxime a criminib. nos abstineamus, abstineamus, quãtũ possumus a leuib. peccatis. Ac latius hãc distinctionẽ ꝓsequit ser. 4. de cõmemoratiõe aĩarũ. Agnouit et hãc distinctionem sub nomine leuium & grauium peccatorum Chry. & leuia palam asserit non inducere reatum carendi regno cœlorum. Basilius ita alicubi scribit. Qui in peccato mortali hæret, dicat, circundederunt me dolores mortis. Omnis enim qui facit peccatum, ex diabolo natus est. Non dixisset, Qui in peccato mortali hæret, nisi aliqua peccata non mortalia credidisset. Quare uerisimile mihi non est Basilium scripsisse quod in regulis breuioribus inter opera eius circunfertur, differẽtiam maiorum & minorum peccatorum in nouo testamento non reperiri. Qui potuit ista Basi. scribere, qui ho. 13. in Psal. & ho. 41. in initium Prouerb. ex professo docet & peccata, & supplicia pro eis reposita, inæqualia esse, atq; idem de præmijs sanctorum ho. 57. asseuerat? Susceperunt & hoc discrimen uenialis & mortalis, ac magno consensu approbarunt Grego. Ansel. Ber. Rich. Hugo, magister sententiarum, & omnes theologi scholastici in. 2. sent. d. 42. & in. 4. d. 21. Et quia eorum testimonia ex illis, quæ in hoc libro ex eis citabimus, facile possunt colligi, ab eis allegandis hic abstinebimus. Ac nisi nostros aduersarios peruicax eorum malitia cæcasset, ipso luminis naturalis instinctu, uerissimã esse intelligerent, quam horum peccatorum docuimus distantiam. Quædã D nanque natura ipsa admoniti cognoscimus grauia esse peccata, & uehementer rationi dissona, alia uero leuia esse, & non perinde rectę rationi aduersantia. Et sicut scimus, quasdam esse leues proximorum offensas, & quæ ex se non sufficiant ad impediendum uel dirimendum amorem, quẽ nobis mutuo debemus, alias uero esse graues offensas, propter quas nõ omnino immerito rescinduntur amicitiæ, ita scintilla rationis nobis indita philosophatur, & a nobis eo conscendit, ut credat, & doceat quædam esse grauia peccata, quibus Deus legislator, ac rector uniuersi sic grauiter offendit, ut eos exosos habeat, qui illa patrant, & seuere suo loco & tempore corripiat, alia uero ita leuia, ut neminem Deus propter illa inuisum habeat.

Ser. 29. Chry. ho. in Matth. Basil. ho. 28. in Psal. 114.

Inæqualitas suppliciorum & premiorũ Grego. 21. Mo. ca. 9. Ansel. i. 3. cap. 1. Co. Bernar. de præcep. et disp. Richar. de discrimine mor. et ue.

De errore asserentium unum mortale ad condemnationem æternam non sufficere. Cap. VI.

COmmodum uero erit, & hic obiter confutare secundum errorem, quem cap. 1. huius lib. retulimus, asserentium uidelicet unum peccatum mortale ad damnationem perpetuam minime sufficere. Nam et hoc commentum non minus fortasse quàm Vuitcleui aduersatur doctrinę collectæ ex patribus de distinctione uenialium a mortalibus, & uniuersa fere testimonia, quæ contra unum errorem pugnant, militant æqua lance cõtra alterum. Ac primo quidem apertissime docet Iacobus uel unum lætale peccatum satis esse ad condemnationem. Nequis enim sibi blandiretur, ꝙ unum

Vnũ mortale ad dãnationẽ satis est.

Arg. 1.

A unum duntaxat transgressus esset mandatum, eaque ratione putaret sibi nō imminere propter illud unum damnationem, terribiliter, sed uerissime clamat. Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Sane quod qui uel unum transgressus fuerit mandatum, similiter est, licet non æqualiter futurus gehennæ reus, ac si omnia præterisset. Et in hoc propositum optime exaggerat hoc testimonium Basil. Et quasi iam per illum. s s. nos contra hunc errorem muniret, ex eo infert, omnia mandata oportere integrè, & legitime implere, & æquale esse omnibus periculum uno deficiente, quia non in peccata multa, sed & in unum horrendum est latum, & ineuitabile iudicium. Idque erudite confirmat ex uerbis Christi ad Petrum. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Atque ex professo postea disserit, iniquum esse, qui uel unum mandatum transgreditur, & in defectu minimi totum periclitari. Et Paulus Apostolus disertissime dicit, iudicium sibi manducare & bibere, & reum esse corporis & sanguinis domini, qui indigne sumit sanctissimum sacramentum Eucharistiæ. Et ad Hebræos, Pacem, ait, sequimini cum omnibus et sanctimoniā, sine qua nemo uidebit Deum. Certe sanctimoniæ, omnis aduersatur immundicia, & indigna sumptio Eucharistiæ unum est mortale. Et ex illis uerbis eiusdem Apostoli. Qui talia agunt, regnum Dei non assequentur, optime sic colligit Hiero. Neque refert uno quis peccato a beatitudine excludatur, an pluribus, cum omnia similiter excludant. Ioannes etiam unum pec- B catum odij fratrum homicidas nos constituere, & a Dei dilectione, ac uita ęterna excludere, & mortem nobis afferre clare pronunciat. Cunque a caritate pendeant omnia, & ipsa sit plenitudo legis, quis potest dubitare id fore satis ad mortem spiritalem, quod caritatem grauiter uiolat? Ac uel illud unum exemplum peccati protoparentis nostri Adę, quod totum humanum genus sordidauit, & damnationi, ac morti, atque adeo inimicitię diuinę, subiecit, docere potest, q̄ sit alienum a fide nouū hoc & fictitiū dogma. Nam & Dei præcesserat sententia. In quacūq; die comederis, morte morieris. i. certo, certissimeque morieris. Et siue hoc placeat referre ad mortē spiritalem, siue duntaxat ad mortem corporis, ex utroq; patet, merito posse illud, & debere appellari mortale, ac uere sufficisse ad excludendum eum a regno cœlorum. Quod & Pauli possumus confirmare sentētia. Is enim adeo exitiale illud, & mortiferum fuisse tradit, ut per illud unum peccatum, mortem intrasse in mundum, & nos inimicitię in Deum, & morti, & damnationi fuisse subditos asseueret. Quod si unum peccatum mortale Adę exclusit oēs a regno cœlorum, cur non & unumquenq; credatur excludere singulum quodq; lętale peccatum ab ipso perpetratum? Sed longe omniū sunt apertissima, quę magister omnium Christus, & sol uerissimus iustitię ad eliminandum errorem hunc nobis tradidit. Nam eum qui peccaret in. s s. clare asseruit nō habiturum remissionem, neq; in hoc sęculo neq; in futuro. Et alibi, uel hoc solo, quod quis nō credit prædicato sibi Euangelio, damnan-

Iaco. 2. Basil. 1. de bap. lib. 2. c. 9. Ioan. 13. a. Arg. 2 1. Cor. 11. Heb. 12. Galat. 5. Arg. 3. 1. Ioan. 3. & 4. Arg. 4 Arg. 5 Mar. ulti.

Ioan.3 dum affirmat. Et de nō recipiente baptismum & de nō pœnitente & de nō C
Luc. 13 manducāte suum corpus eadē tradit. Cūq; leges istę saltem de credēdo euā
Ioan.6 gelio, & de suscipiendo baptismo, sine dubio latę sint a xpo, idq; & apud
Christus hęreticos nostri temporis in confesso sit, stare quidem non pōt quod Cal
lator nouæ uinus in can.21. nostri decreti asserit, xpm nō sic fuisse legislatorē, ut nouas
legis. cō. aliquas leges orbi tradiderit. Sed de his satis multa scripsimus. li. 11. c.7. pro
Calui. sequamur, quod agebamus. Vt ostenderet itē xps unum lętale sufficere ad
Mat. 25. cōdemnationē, ēt eadē tradit stultis uirginib. eo solo noīe, q nō seruauerūt
oleum in uasis suis, ianuam regni cœlorum occludit. Et quendam seruum
18. nequam damnandum nunciat, quia non fœneratus est talento sibi credito,
7. alium uero quia nō est misertus cōserui sui. Et alibi generatim dicit. Omnis
arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et rur
Luc. 9.g sus. Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno
dei. Et alias unā esse uiam ad regnum cœlorum per obseruātiam mandato-
Mat.19. rum oīum perspicue explicuit dicens. Si uis ad uitam ingredi, serua manda
ta. Deniq; ignis ęterni sententiam profert contra negligentes opera miseri-
Arg. 6. cordię. Eademq; per os Dauid. ss. iam olim cecinerat toto illo psalmo, Do
Psal.14. mine quis habitabit in tabernaculo tuo? Cui & cōcinunt illa eiusdem pro-
23. phetę. Quis ascēdet in montē dñi, aut quis stabit in loco sancto eius? Inno-
cēs manib. & mūdo corde. Qui nō accepit in uano aīam suam, neq; iurauit
in dolo proximo suo. Quis nō uideat ita hęc oīa requiri ad ascēdendum in
montē dñi, ut cuiuscūq; eorum transgressio satis sit ad eorū ascēsum impe- D
diēdum? Certe neq; innocēs pōt dici, neq; ingredi sine macula, qui est in ali
Arg.7 quo peccato mortali. Deinde. Si nō sufficit unum lętale ad excludendū a re
gno cœlorū, neq; sufficiet ad tollendum nobis grām, & ex cōsequenti nul-
lum esset mortale peccatū, aut erit profecto quis simul in pctō mortali et in
grā, iustus & iniuste operans, & saluarent multi, & post hāc uitā reciperent
grām, cum sine illa hinc decessissent. Quæ oīa absurdissima sunt, & intolera
Arg. 8 bilia. Pręterea. Si unum lętale peccatū nō impedit ingressum regni cœlorū,
nulla igit certa regula nobis est tradita, qua sciamus, qui sint ab eo excludē-
di. Nusq;. n. scriptura certū numerum pctōrum assignauit, q sufficiant ad id
Arg. 9 faciendū. Ad hęc. Cū unū sępe mortale multis alijs prępōderet, iniquū est
Arg. 10. quā misericordiā ei uni cōcedis, illis multis negare, q nō plus diuinā maiesta
Arg. 11. tē offendunt. Nōne ēt unum originale cōstituit infantes, irę & dānationis fi
lios, ac si moriant sine baptismo, quicquid delyret Caluinus, excludit a re-
Con. Flo. gno cœlorū? Nequis amplius de his ambigat, audiat qd inter alia cōci. Flo.
de his statuerit. Diffinimus illorū aīas, q in actuali mortali peccato, uel in so
lo originali decedunt, mox in infernum descendere. Et cum de ueniali ta-
Obiect.1 cuerit concilium, satis insinuauit, nō esse de illo perinde censendum. Sed nō
amat, aiunt, Deus tam leuiter suos amicos, ut pro uno mortali continuo
Resp. amicitiam dirimat. Qui hoc dicunt grauitatem peccati mortalis aut igno-
rant, aut certe dissimulant. Non est parua Dei offensa, uel minimum pecca-

A tum mortale. Plus quidē offendit deum q̃ hominem offendat quæcūq; iniuria quantūcunq; grauis ipsi illata. Mitto quantum hoīem deus antecellit & quāto plurib. & grauioribus nobis est meritus. An nō quodcunq; peccatum mortale magna damna nobis infert, & multis bonis nos priuat, & corruptio est grauis, & deprauatio in moribus, quę scelera cumulat, & alia alijs addit, ac subinde maiores ruinas trahit? An nō est pręuaricatio grauis mandati æquissimi, & iustissimi, & inobœdientia, immo contemptus maiestatis diuinæ, atq; auersio ab ea in re magni momenti? Nisi grauis esset culpa, & digna quantiscunq; pœnis, & ad gubernatorem uniuersi spectaret in æternum eam punire, nunquam Deus, qui humanissimus, et clementiss. est, & pręstabilis super malitia, tam grauiter quocūq; lętali peccato irritaret, ac præcitata testimonia ostendunt. Ecquis, inquies, poterit saluus fieri, si unū mortale sufficit ad damnationem? Sic seducebant quidam tēpore Pauli non nullos, dicentes non omnes fornicatores, aut immundos, aut auaros damnandos esse, quia pauci saluarentur, si ita esset, quod ipsi putabant per absurdum. Et contra hos dicit Ansel. in com. Pau. dixisse. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Multi enim teste Christo sunt uocati, pauci uero electi. Neq; absurdum, cū rara sit uirtus, & pauci ipsius sint ex animo studiosi, si pauci quoque futuri sint, qui digni haberi debent perpetuo Dei & angelorum & omnium bonorum consortio. Nec tamen impossibilis est alicui salus. Possunt enim omnes per gratiam Dei totam legem seruare, ut ecclesia catholica contra Lutherum, Bucerum, Philippum, & Caluinum tuetur & iam copiose lib. 11. ostendimus. Et qui defecerint, promptum habent & expeditum remedium per pœnitentiam, sicut constitutum est in Ancyrano concilio, quod teste Hermeo in Græco uolumine histo. eccle. & ipsa prima. s. Synodus Nicena approbauit.

Obiect. 2. *Respon. 1.* *Ephe. 5.* *Mat. 20. b* *Respon. 2.* B *Pniæ remedium.*

Non sola incredulitate amittitur gratia, neque sola ipsa est peccatum mortale. Cap. VII.

ATque ex his expugnari possunt. 1. & 4. error, quos cap. 1. cōmemorauimus defensos esse a Luthero, sola uidelicet incredulitate amitti gratiam, & solam ipsam esse peccatum lætale. Patet quippe ex iam dictis, alia quoque peccata ad auferendam nobis gratiam, & nos gehennę perpetuę mancipādos satis eē. Quoniam aūt ex testimonijs scripturarum tum in hoc libro, tum. q. 2. opusculi de iustificatione citatis, liquidissimum esse potest, hos errores utriusque testamenti paginæ palàm, & ex diametro aduersari, pauca tantum hic adijciemus, ut & illos lumini naturali repugnare doceamus. Primo ex instinctu rationis mentibus nostris impresse, nulla fuit unquā gens, aut natio tā rudis, tam hebes, tam bonorū & malorum ignara, ut non agnouerit multa p̄ter infidelitatem peccata, & ut talia grauiter puniuerit, nempe blasphemiam ueri dei, periuriū, proditionem patrię, homicidium, falsum testimonium, & similia. Et alias, cū semp fuerint aliqua opa nobis a deo imputata in peccatū, toto pene tpe ante latā legē Mosaicā

Lumē naturale docet eē alia pctā præter infidelitatem. *Arg. 1.* *Arg. 2*

insufficiẽter deus ꝓspexisset gñi humano, imo generatim toto tpe, quo de C
hac sua uolũtate nõ docuerit hoies per aliquos prophetas. Itẽ alia ita aperte
dissona sunt rectę rationi, & ita grauiter deũ offendũt, atq; ipsa icredulitas,
cur nõ ergo & ipsa cẽseant esse pctã lętalia, & dirimere amicitiã dei? Deinde.
Arg. 3 Deũ, qui summe bonus est, quis credat gratos habere pessimos, & scelera-
tissimos hoies, blasphemos, piuros, pfidos, seditiosos, homicidas, deniq;
oibus flagitijs, & piaculis, ac sacrilegijs obrutos hoc solo excepto, qd' non
sunt icreduli? Quid aũt cum tam absurdo cõmento latius pugnemus? Quæ
põt esse stultitia, aut insania maior, aut apertior, quã incredulitatem asserere
peccatum lętale, & nõ odium dei neq; blasphemiam, q̃ in ipsum sunt magis
contumeliosa? In quod grauius, aut absurdius incõmodum Lutherũ, & eũ
sectantes possumus impellere? Sed & ex illis, quę in nobis experimur, reuin
ci possunt sui erroris. Quis, uel inter ipsos uel inter nos est, qui maiorẽ iniu
riam sibi irrogari credat, siquis uerbis nr̃is nõ credat, quam si nos oderit, si
persequaẽ, si detrahat famę nostrę, si contumelijs & conuitijs respergat, si de
Obiect. nique nomen nostrum blasphemet? Dices. Hęc non sufficiunt ad mortem
cuiquam, nisi adsit incredulitas, quia sola fides satis est ad salutem, neq; uera
Respon. fides mortale aliquod peccatum patitur. Agnosco bene unde Lutherus in
tanti erroris barathrum & se & alios ꝑcipitauerit, ut crederet sola increduli
tate amitti dei gratiam. Qm̃ enim non putauit ueram fidem, quę admitteret
secum aliquod mortale peccatum, inde consequi putauit sola incredulitate
Lapsus 4. arg. Lutheri. Primus. amitti gratiam, & solam ipsam esse lętale peccatum. Quot uero & in quan- D
tis hoc argumentum peccat? Primo. Qualis consecutio hæc est, Vera fides
non potest compati peccatum mortale. Ergo sola incredulitas est peccatũ
mortale? An non satis est, ut sit aliquid peccatũ mortale, si grauiter dissonũ
sit rectę rationi, uel deum, aut proximum, aut nos ipsos uehementer offen
dat? Certe de ratione ipsius non est, ut contrarium sit fidei, imo prorsus im
pertinẽs est ad peccatum mortale, an uera illud fides compati possit, necne.
2. Secundo. Etiam si uerum sit, sola incredulitate amitti posse gratiam Dei, nõ
recte inde colligitur sola ea esse peccatum mortale. Sicut si primum nostrũ
peccatum lætale, non posset esse aliud, atq; amor nostri immoderatus, neq;
inde bene inferres, alia non esse peccata lætalia. Satis quippe est, ut ae talixisti
mentur, & ipsa quoq;, si præcederẽt, dirimere posse amicitiam inter nos &
deũ, & ex illis augeri inimicitias ĩter nos & ipsum, neq; esse posse deo gra-
3. tũ, qui eis uitijs irretitus fuerit. Tertio. Si nõ est fides, q̃ admittit secũ morta
le, cur ergo tm̃ passim iactas uel solam sufficere ad salutẽ? Quid hoc est aliud
quam polliceri uerbis salutem, re autem negare? Sed & in ipso principio
4. manifeste decipitur Lutherus, cum ait, ueram fidem non compati secum
peccatum mortale. Nam & uera est fides in peccatoribus fidelibus. Et si
fidem se dicat uocasse indubitatam persuasionem de gratia, & eam posse
esse extra gratiam manifestissimum est. Potest quippe talis indubitatus as-
sensus & in hæreticis esse & in schismaticis. Quia uero istuc peculiarem ha-
bet

A bet difficultatem, ac maxime fuit hoc tempore controuersum, de eo in proximo capite seorsum agemus.

Fides non amittitur quouis peccato mortali.

Cap. VIII.

SEmper extrema sectantur hæretici. Illi contra quos cap. 6. egimus, neque gratiam, neq; fidem credidere uno peccato mortali amitti. Alij autem contra, & gratiam, & fidem quouis peccato mortali deperdi contendunt. Nequeunt enim intelligere fidem sine gratia, & mox ut peccatum mortale quis admiserit, & eum fidem amittere, necessarium putant. Nam si fides permaneret, quomodo, aiunt, tam cæcus quis esset, ut pro rebus caducis, & nullius plane momenti, Deum & dominum suum letaliter offenderet? Et in huius erroris suspicionem & alijs & mihi illud trahit, nõnullos ex protestantibus, q̃ ita fidem coniungunt spei & caritati, & deniq; bonis operibus, ut ab his inseparabilem eam uideantur facere. Nam quanquam ad fidem uiuam, plenam, & perfectam hæc limitant, & fidem de qua loquitur Iacobus, quanque uocant ipsi historicam, uel miraculorum, censent esse posse imperfectam & sine gratia, tamen fidem ueram solam illam putant, q̃ aut uoluntatis est fiducia accipiens donatam sibi misericordiam, aut eam fiduciam acceptationis diuinæ necessario coniunctam habet, & hanc solam ab Euangelio, & Paulo appellatam dicunt fidem. Et quia de hac fide loquũtur, cum absolute sermonem habent de fide, & eam perspicuum censent nõ B esse in peccatoribus, in art. 2. Confessi. Aug. palam aiunt, peccatores nõ habere fidem. Idemque sæpe affirmat Philippus in locis commu. sub tit. de bonis operibus, & de discrimine peccati uenialis & mortalis, atq; ex illis, quæ ibi differit, & sub tit. de fide constare potest per peccata lætalia & gratiam et fidem iuxta illum amitti. Et Luth. huius sententiæ uidetur fuisse. Nam in art. 12. in bullã Leonis. x. palã fatetur fidẽ sine cõtritione esse non posse, & gratiam non infundi sine magna animi concusione. In libello item de libertate Christiana dicit, habentem fidem nihil quærere, aut commodi, aut salutis, sed solum beneplacitũ Dei, & eo solum debere spectare, ut alijs seruiat, & prosit in omnibus, quæ fecerit, & nihil ante oculos habeat, nisi necessitatem, & commoditatem proximi. In resolutionibus etiam aduersus Ecciũ in hunc modum scribit. Quum fides sit recta & bona opinio de Deo, opinio autem quælibet per se solam trahat in opera, non est dubitãdum, quin omnia opera faciat, qui fidem habuerit. Si enim opinio, & amor mulieris non sinit esse ociosum, sed sine lege & magistro facit plura, quam postuletur, quomodo non fides multo magis idem præstet? Verum est tamen, summo iure. S. Episcopum Roffen. de Luth. queri in art. 1. contra assertiones ipsius, q̃ tam uarie, tanq; inconstanter, & tam uersute de fide loquitur, ut facilius quis cauda anguillam retineat, quam ipsum in hoc articulo. Quia plærunque fidem usqueadeo demittit, & facilem omnibus, & parabilem, atque obuiam facit, ut neminem, qui Christum quoquomodo profi-

Protestantes.

Philippus

Lutheri in cõstãtia de fide.

tetur alienum a fide uideatur censere. Contra autem non semel ita fidem C attollit, & difficilem, & quasi remotissime positam insinuat, ut paucissimos inueniamus, qui ad illius libellam fide prædiri existimari debeant. Et perspicua hæc omnibus esse possunt, quia in de fide & operibus aperte asserit, fidem nullo modo esse posse, nisi sit uiuax quædam & indubitata opinio, qua homo certus est super omnem certitudinem, sese placere Deo, & eum habere propitium, & ignoscentem in omnibus, quæ fecerit, propitium in bonis, ignoscentem in malis. Quid enim, addit, est fides, quæ nõ est talis opinio? Quod si absque istis nemo habet fidem, quis non uideat, uix quenquam esse, qui illam sit nactus? Quis enim tã temerarius est, ut perinde certo credat se iustum? Sed uidere est rursum, quã facilem, & communẽ omnib. faciat fidem. Inter acta sua sic fidem diffinit. Fides nihil aliud est, quã quod Deus dicit, aut promittit credere. Et ubique clamat, neq; ad fidem, neque ad iustificationem exigi opera. Et art. 14. fidem ait in corde certissime sentiri posse, si quis eam habeat. Et. 15. dicit non oportere accedentes ad Eucharistiam orationes & præparatoria præmittere, sed satis esse, si credant, & confidant se gratiam ibi consecuturos, quia sola fides, dignos eos, & puros facit. Et idem latius persequitur in lib. de captiuita. Babylo. Et in conclu. 7. resolutionum contra conclusiones Eccianas affirmat, fidem sine operibus nullo periculo prædicari. Quæ si uera sunt, nullus erit qui D profiteatur Christum, qui non habeat fidem. Nec minor circa hæc est inconstantia Caluini. Distinctionem fidei cõmunem apud Theologos scholasticos, in informem & formatam, nugatoriam putidam, & insulsam appellat, & in. 4. cap. lib. de institutione, aut uerius destitutione religionis, reclamante uniuersa scriptura a sophistis magno malo Ecclesię profectam asseuerat, & in cap. 7. nostri decreti fidem caritate uacuam somnium & inane hominis figmentum dicit, & nihilo magis fidem posse a caritate separari quàm Christum a spiritu suo. Verum idem in can. 28. ita scribit. Semen aliquod fidei manere in homine licet suffocatum, etiam inter grauissimos lapsus non nego. Id quantulumcunque est, particulam fateor esse ueræ fidei, addo etiam uiuæ, quando aliter non posset ex ea oriri fructus. Senserint tamen illi quod libuerit. Vel hinc certe liquere poterit, uerissime dixisse Paulum hæreticos non intelligere, neque quæ loquuntur, neque de quibus asfirmant. Nos igitur omissis istis inexplicabilibus hæreticorum tenebris, quid patres diffinierint contra. 3. errorem cap. 1. memoratum potius audiamus. Asserendum est, inquiunt, non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocunque alio peccato mortali, quanuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti. Sed apertius aliquanto hanc ueritatem tradiderunt, & eam negantibus anathema indixerunt Cano. 28. in hæc uerba. Siquis dixerit amissa per peccatum gratia simul & fidem semper amitti, aut fidem, quæ remanet, non esse ueram fidem, licet non sit uiua, aut eum qui fidem sine caritate habet, non esse

Inconstantia Caluini de fide.

1. Timo. 1.

Fides manet in peccatorib. fidelibus.

A Christianum, anathema sit. Atque hanc doctrinam a Christo & Apostolis Ecclesiæ traditam, & ab ea perpetuo retentam hæc possunt argumenta docere. Primo. Christus inquit, Omnis, qui audit uerba mea hæc, *Arg. 1.* & non facit ea, similis erit uiro stulto, qui ædificauit domum suam super *Mat. 7* arenam. Potest igitur quis audire uerba Christi, & eis credere, & tamen non esse in gratia. Et hoc idem poscunt illa uerba Christi ad Apostolos. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Nam ea satis innuūt fieri posse, ut *Ioan. 13. b.* quis sciat mandata Christi, & eis fidem adhibeat, & tamen illa non faciat. Ostenditque hoc nobis aliquanto apertius Christus in parabola filij prodigi. Nam utique fidem ille habebat, cum in se reuersus dixit. Quanti mer- *Luc. 15.* cenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Vnde enim nisi a fide tam bona uerba prodiissent? Atque hæc præcessisse iustificationem, Hieronym. in epistol. ad Damasum de filio hoc *Hiero.* prodigo palam tradit, & manifesta ratio ostendit, quia hæc cognitio ad iustificationem non sufficit, nisi sequatur uera pœnitentia, ut iam ipsi Protestantes fatentur. In Euangelio etiam Ioannes aperte testatur, multos ex *Arg. 2* principibus Iudæorum credidisse in Christum, sed dilexisse eos magis glo *Ioan. 12.* riam hominum, quam gloriam Dei, & propter Pharisæos non fuisse confessos, quod credebant. Et alibi non dicit eos, qui credunt in nomine eius, filios Dei esse, sed hanc eis datam potestatem, ut filij Dei fiant, innuens uidelicet, fidem initium esse tantum & uiam ad acquirendam diui-
B nam adoptionem, & ab ea posse separari. Sed apertius est, quod Paulus dicit. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem *Arg. 3.* non habuero, nihil sum. Dicunt quidam Paulum non asseruisse hic fidem posse esse sine caritate, sed propterea hæc dixisse, quia si per impossibile fieri posset, ut quispiam haberet tantam fidem sine caritate, is nihil esset. Et huiusmodi hyperbolica exaggeratione Paulus usus est, cum statim dixerat. Si linguis hominum loquar & angelorum, & ad Galat. prædicens. Sed licet nos, aut angelus de cœlo Euangelizet uobis præter quam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Attamen cum in illis, Si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, quæ hæc uerba, Si habuero omnem fidem nullis interiectis antecedunt, & in illis, quæ statim sequuntur, Si distribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas, & tradidero corpus meum ita, ut ardeam, non ab impossibilibus argumentetur, sed ex ijs, quæ poterant contingere, præcellentiam & necessitatem caritatis colligat, magis sane uidetur innuisse in his uerbis, ita posse fidem inueniri absque caritate, sicut certo scimus, prophetiam & cognitionem mysteriorum diuinorum, & eleemosynas, & tolerantiam mortis non raro inueniri absque caritate. Atque ita patres nostri Cyp. Augu. Hie *Arg. 4.* rony. Basi. Grego. Ansel. Bernar. in locis statim citandis hunc locum intellexerunt, & ex eo collegerūt, posse fidem esse sine caritate. Quod & ipsum *Mat. 7.* uel illi operarij iniquitatis nobis possunt manifeste ostendere, qui apud

Matthæum dicunt. Domine nónne in nomine tuo prophetauimus? & in C
nomine tuo dęmonia eiecimus?& in nomine tuo uirtutes multas fecimus?
Quippe hæc tanta,& tam eximia opera sine fide fieri non potuerunt, & re
sponsum Christi ad eos,Nunquam noui uos, palam indicat, nec tum ha-
Cypria.de simp. præla. buisse eos caritatem,cum illa faciebant. Quare Cypr. exaggerans hunc lo-
cum sic scribit. Iustitia opus est, ut quis promereri possit Deum, præce-
ptis eius & monitis obtemperandum est, ut accipiant merita nostra mer-
Cyr. 9. in Ioan.c.43 cedem. Et ex eisdem uerbis sic colligit Cyril. Non in uerborum assenta-
tiunculis, sed in affectu agentis fides esse probatur. Quare mortuam ipsam
Mat.25. esse sine operib. scriptura docet. Et unde nisi a fide proficiscebatur illa uox
in uirginibus fatuis, Domine,domine aperi nobis? At uero neque eas ha-
buisse tum caritatem perspicuum est ex eo,quod clausa eis fuit ianua,& spō
Chry. ho. 54. ī Mat. sus eis respondit,Nescio uos. Vnde & Chry. ex hac parabola colligit,non
perdi fidem per peccatum, & in hoc errasse uirgines istas, quod fidem so-
Arg.5 lam putarunt ad salutem sufficere. Idemque nos non obscure docent ob-
iurgationes, quibus & Christus & prophetæ ueteris testamenti, & Apo-
stoli obiurgabant Dei populum. Non enim ut incredulum & infidelem
semper reprehendebant, sed hoc potius frequenter in eo arguunt, ꝙ cum
rectam haberet fidem, non tamen rectis, sed prauis utebantur moribus,
Matth.11. & factis uidebantur negare, quod ore & corde credebant. Nam Christus
nō exprobrabat Corozaim Bethsaidæ & Capharnaum quod non credi-
dissent,sed ꝙ non egissent pœnitentiam. Tantundemque Paulus arguebat D
in Corinthijs,neque unquam,aut illos, aut incestuosum reprehendit de in
Arg.6 credulitate. Sed apertissime Iacobus testatur fidem esse in peccatoribus.
Iaco. 2 Quid proderit, inquit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera au-
tem non habeat? nunquid poterit fides saluare eum? Vides ut non negat
fidem esse sine operibus, sed tantum asserit eam sine illis non posse quen-
quam saluare? Et statim peccatorem rogat, Tu credis, quoniam unus est
Deus? & quasi annuenti se credere,mox ait. Bene facis, sed ne tali fide pu-
taret quispiam se saluum fore, adiecit statim, eam fidem etiam esse in dæ-
monibus, & ociosam, ac plane mortuam esse,sicut corpus spiritu destitu-
Respō. ad Calu. de fide. tum.Quid ad hęc respondebis Caluine? Etiamnum dices somnium esse, &
inane figmentum sophistarum fidem uacuam caritate? Etiamnum dices,
nihilo plus posse separari fidem a caritate,quā Xp̄m a suo spiritu? Etiamnū
dices,nos garrire de fide,nec primis labijs gustasse qd sit fides? An nō uides
ꝗcqd p̄res diffinierunt a xp̄o & suis Apostolis,& Euangelistis Ecclesiā ca-
tholicam didicisse. Si fides pc̄ōrum ociosa & mortua est, teste Iacobo,
erit igiť fides iustorū operās & uiua. Cur nō ergo fides diuidať in mortuā,
Amb. & uiuā? Cūꝗ uiua fides coniunctā habeat secū caritatē,quā Amb. dicit esse
formā uirtutū,& Aug. pulchritudinem aiæ,quod malum attulerint Eccle-
Aug.trac. 9.in Ioan. siæ scholastici, qui illos secuti ad discernendas inter se fides commodissime
diuisere informem & formatam? Certe hæc diuisio in re prorsus eadem

A est cum diuisione fidei in mortuam & uiuam, quæ Christum, & Euangelistas, ac Paulum, & peculiariter Iacobum autorem habet. Et tu ipse, uelis nolis, habes eandem admittere. Nam semen illud, seu particula fidei, quā ponis manere in peccatoribus, quid aliud quā fides est? Et destituta cū sit sua uita, suo spiritu, sua forma, suo decore, & pulchritudine, quia hæc omnia est illi caritas, quid aliud eam potes dicere, quā languidam, ociosam, eneruem, informem, indecoram, ac plane mortuā? Verum, ais, nostro nos iugulari gladio, dum fidem, quam aliquando informem fatemur, operari tamen nonnunquam per caritatem, & fidei fructum, ac affectum eam esse dicimus. Erit enim per quam absurdum, si filia matrem interimat. Quis hoc tuum argumentum non derideat? Nunquid qui fidem informem esse posse concedimus, eam fieri informem per caritatem ipsius effectum asserimus, & nō potius per peccatum mortale nostra ex libertate contra utriusq; clamores, & impulsus admissum? Ac ne ita te gloriose iactes, quod ea doceas, quæ nobis nec uenerint in mentem, lege. q. 1. opusculi nostri de iustificatiōe, quod duobus ab hinc annis & dimidio in lucem prodijt, & ex eo agnosces nihil te recte cogitasse, quod non prius a nobis cognitum, & perspectum fuerit, eiusmodiq; nobis uisam fidem, quę manet in peccatoribus, et informis dicitur, ut operari egregios fructus posśit prius natura quā formetur, nec restringēda esse, quæ Paulus tradit de fide iustificāte & operante per dilectionem, ad fidem formatam. Sed hoc inter nos, & te interest, quod nos fidem quantū B cunque operantem, non ausi sumus dicere uiuam, & mox ut illa per caritatem operari permittitur, formari eam dicimus, & fieri uiuam. Tu uero ita præceps, & temerarius es, ut quod nemo, quod sciam, ante te est ausus, etiā fidem peccatorum, & perseuerantium in peccatis, uiuæ elogio exornes. Non tibi obijciam Iacobum, qui mortuam illam appellauit. Dices enim mortuam dictam esse ab eo, quia perinde habetur ac mortua, cum non se uificatis signis exerit, uel certe tunc solum mortuam dictam, cum ociosa est, nec operatur. Sed qui tam oculatus es, ut præ te omnes stupidos, bardos, fatuos, talpas, ac meros asinos existimes, cur non uides fieri nō posse, ut uiua recte dicatur, quæ non est coniuncta suæ uitæ? Atqui si non uiuit, quomodo ex ea, inquis, fructus prodirēt? Et nunquid, qui ab ea defluunt bonorum operum fructus, uiuūt, aut grati sunt apud Deum antē aduentum caritatis? Ad hæc. Si ea uiua fides, quæ est in peccatoribus, præstare nequit uitā, nisi accedat caritas, cur tantopere displicet tibi doctrina patrū, immo Christi & Apostolorum, q; non sola fide iustificamur? Fides, ais, quæ iustificat non est sola, sed fides sola iustificat. Non intelligis hoc commento simplicium deludi animas, qui putant, cum audiunt uos clamantes, fidem solam iustificare, non esse opera necessaria ad iustitiam? Quid est, sophistas agere, quod nobis sæpe obijcitis, si hoc non est? Insuper. Si fides sola hoc non potest præstare, & adminiculum requirit caritatis, & caritas melior, ac maior uirtus est, & plus accepta Deo, quæ stultitia tua est, uelle fidei insolidum uin

In can. 18.

Fides peccatorū nō est uiua.

Non sola nos fide iustificamur in ca. 7. et can. 11

dicare facultatem & uim iustificandi? Nisi forte placet tibi deridiculum com C
mentum tui sodalis Philippi, qui dicit, maximam uirtutē præcipue iustifica-
re iustitia legis, non autem maxime reconciliare. At qui hæc supra abunde
impugnauimus. Dissimulare tamen nequeo egregium exemplum, quo
tuos sensus elucidas. Quemadmodum solis, dicis, calor est solus, qui terram
calefacit, non tamen idem in sole est solus, quia perpetuo coniunctus est cū
splendore. Et quis te docuit tam male philosophari? Nunquid legisti apud
quenquā recte philosophantium in sole esse calorem? Est quidem uirtus ca-
lefaciendi in sole, ac proinde & calor est uirtute, & eminenter, sed nec calor,
neq; aliqua qualitas elementaris est in toto orbe cœlesti. Et uis calefaciendi
non sola, sed per splendorem sese exerit, & terram calefacit. Nam & lumen
est causa caloris. Nec tibi constas in hoc exemplo. Dum calorem enim per
petuo coniunctum splendori dicis, uideris fidem etiam perpetuo coniun-
ctam caritati asserere. Sed non urgebo te de his amplius. Tu tua te sponte
postea nobis remittis, & das quod uolumus, & amplius quam uolumus.
Quippe & fidem manere, immo uiuam esse in peccatoribus tandem conce
dis. Propter eos tamen, qui fidem non credūt diuelli posse a caritate, & pro
pter quædam alia, quæ obiter dicis, pergam sententiam patrum adhuc ma-
gis argumentis Theologicis, & consensu doctorum communire.

Philipp. in loc. cōm. & opib. Exē plū ineptū Caluini.

Can. 28

Fidem manere in peccatoribus. Cap. IX.

Arg. 1 ENimuero uel hinc omnes agnoscere deberent, fidem disseparari sæpe
a caritate, & in peccatoribus manere, quia uidemus multos fideles re- D
cte quidem credere, & nulli fidei articulo dissentire, immo & paratos
esse mori potius quā fidem uel in minimo negent, & tamen per carnis fragi
Arg. 2 litatem, uel per ignorantiam permanere in aliquibus peccatis? Deinde. Quā
habet quodcunq; peccatum mortale cōtrarietatem ad fidem, ut eam mox
ut admissum fuerit, a nobis tollat? Equidem peccata auaritiæ aut luxuriæ p
fragilitatem aut ignorantiam culpabilem commissa, ne fingi quidē possunt
repugnantiam aliquam cum ea habere, præsertim in illis, qui ea non com-
misissent, si nouissent esse peccata. Nam fides in intellectu est, & integra per-
seuerante quacunq; intellectus persuasione, potest homo propter libertatē
Arg. 3 suæ uoluntatis eis consentire. Ad hæc. Si quolibet peccato mortali amitti-
tur fides, quolibet peccato mortali efficietur fidelis hæreticus. Siquidem hæ
reticus est, qui cum esset Christianus, amittit fidem. concessit quidē hoc Bu
cerus in ultimis comitijs Ratisponensibus, cum collocutor Maluenda do-
ctus iuxta ac disertus uelut absurdum & intolerabile obijceret, quod si fides
iustificans reddit hominem certum adeptæ iustificationis, quocunq; pecca-
to mortali amittatur fides, & fiat homo hæreticus. Quid autem cum illis
agas, quos non pudet illatum a deo absurdum concedere? Quis Christia-
nus scrupulum unquam habuit de hæresi, q bilis calore succēsus proximo
alapam impegit, uel carnis pruritus impatiens suam cum meretrice aliqua
libidinem expleuit? Aliter certe hæreticos uitare docuerūt Apostoli, aliter

Buc. eri ab surdissima opinio.

A fornicatores,& adulteros,neq; eisdem regulis utitur,aut usa est unquam Ecclesia cum hæreticis,& cum alijs peccatoribus,etiam manifestis, & obstinatis. Quo etiam articulo rogo te Bucere, hæreticum necessarium esse putas quenuis peccatorem? Nunquid omnibus,quia non est maior ratio de uno quam de alijs? At hoc incredibile est. Ne hæreticissimi qui fuerunt, omnibus articulis hæretici fuerunt. Nunquid articulo diuinitatis? At hunc multi hæretici constanter credunt. Et illi quos prædixit Christus interfecturos Apostolos,arbitrantes se obsequium præstare Deo,& Iudæi,quibus testimonium perhibet Paulus,quod æmulationem quidem Dei habent,sed non secundum scientiam,certe in diuinitatis articulo firmi uidentur fuisse, & constantes,tantum abest ut in eo credantur fuisse hæretici. Et Paulum quis credat in eo articulo fuisse hæreticum,cum abundantius æmulator existens paternarum suarum traditionum,persequebatur Ecclesiam Dei? Dices forsan necesse esse,ut peccator id credat non esse malum,aut damnabile,quod sciēs & uolens facit. Sed hoc repugnat,& libertati nostræ uoluntatis, & multis testimonijs Scripturarum. Christus ait. Seruus sciens uoluntatem domini, & non faciens plagis uapulabit multis. Et Iacobus. Scienti igitur bonum facere & non facienti,peccatum est illi. Et multa talia sunt in scripturis. Quod si illis non creditis,ipsi uobis iurabunt peccatores fideles de nulla ueritate fidei dubitasse,cum erant in peccato aliquo mortali,scientes,& suę culpæ cōscij. Et uidete,ut ista summo consensu tradiderunt nobis doctores Ecclesię. *Peccatū ex malicia. Luc.12 Iacob.4.d Arg.4*

B Ambrosius in illa uerba,Principium uerborum tuorum ueritas. Fides principium Christiani est,plenitudo autem Christiani iustitia. Audi ista Caluine,ne commentum.s. Synodi putes,quod fides iustificare dicatur, quia est,fidei initium. Vide num hæc possint stare cum illis,quę sæpe tui saltem iactāt, fide nos sola iustificari,& i i ea esse non tantum initium,sed & complementum iustitiæ. Sed & audi,ut magis nobis credas,quid & idem doctor scribit in illa uerba, Qui uult omnes homines saluos fieri. Fides est,quæ dat salutem,quam nisi mens tota susceperit uoluntate,& non solum nihil proderit,sed & oberit. Fidei enim gratia hanc habet potestatem, ut deuotis sibi diuinam infundat medelam, indeuotis uero conferat morbum, per quem totus homo intereat. Audi item Hiero. Frustra nobis in eo applaudimus,cuius mandata non facimus. Scienti bonum,& non facienti illud,peccatum est. Quomodo corpus sine spiritu mortuum est,sic & fides sine operibus mortua est. Et ut intelligat Bucerus indubitatum fuisse Hieronymo, quod peccatores habere possunt fidem unius Dei,addit. Neq; grāde putemus unum Deum nosse,cum & dæmones credant,& contremiscant. In illa etiā uerba. Sed fides,quæ per caritatem operatur,ostendit plurimum ualere fidei operationem per caritatem & plenitudinem omnium mandatorum continere,sed absq; operibus fidem mortuam esse,& opera absq; fide. Aug. dū ostendit,detracta caritate nihil cætera prodesse,enumeratis multis Dei donis subdit. Magna res est postremo fides montes transferens,sed si ego hæc *Amb. Psal. Resp.ad calu.,p.c.8 1. Tim.2 Hier.2.cō. Ioui. Gala.5 Aug.ser. 50.de uer. do.*

1. de bap. sine caritate habeam, non illa, sed ego nihil sum. Et alibi. Quid prodest ho- C
cõ. Dõ. c. 8 mini uel sana fides uel sanum fortasse solum fidei sacramentum, ubi letali uul
nere schismatis perempta est sanitas caritatis, per cuius interemptionem etiã
15. de Tri. illa integra trahuntur ad mortem. Et alias. Sine caritate fides potest quidem
c. 18 esse, sed non & prodesse. Et propter hoc dictum putat a Paulo, in Christo
Iesu non ualere quancunque fidem, sed eam, quæ per dilectionem operatur.
Hoc enim putat discerni fidem iustorum a fide, qua & dæmones credunt,
Enchi. c. & contremiscunt. Et alio in loco. Caritas quanto in quocunque maior est, tã
117 to melior est, in quo est. Cum enim quæritur utrum quisque sit homo bo-
nus, non quæritur quid credat, aut speret, sed quid amet. Nã qui recte amat, proculdubio recte credit, & sperat, qui uero non amat, inaniter credit. Quã-uis sperare sine amore non posit, fieri tamen potest, ut id non amet, sine quo ad id, quod sperat non perueniet. Et rursus, lib. 1. ad Simp. q. 2.. In qui-busdam tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum cœlorum. In libris & de Trini. Dilectio Dei & proximi propria et specialis uirtus est piorum & sanctorum, cum cœteræ uirtutes bonis posint esse et malis communes. Et in eisdem caritatem singulare sanctorum donum appellat, et in ea asserit discerni filios Dei a filijs impietatis. Ex quibus satis liquere potest, secundum eum non sufficere fidem solam ad iustitiam, quia iustitia Christiana tria ista requirit, recte credere, recte sperare, recte amare. Vnde in Enchy. c. 4. ita scribit. Quid credi, quid sperari, quid amari, hæc maxime, immo uero sola religione sequenda sunt. Et alibi hæc tria dicit requisita ab Apostolo illis uerbis. Finis autem præcepti est caritas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, & conscientiam bonam pro spe ibi positam docet. Et iterum. Tria hæc sunt, quibus & scientia omnis, & prophetia militat, fides, spes, caritas. Et post paululum docet omnem intellectum scripturarum ad hæc tria esse referendum. Ac tandem sufficientiam scripturæ ostendit, quia continet fidem, moresque uiuendi. s. spem & caritatem. Sed addam & alios nobiles autores. Chry. Fides per uerbũ Dei nascitur, per pacem seruatur, per caritatem nutritur. Fides autem, quæ non habet caritatem, nullũ potest boni operis fructum efficere. Et Cornelium dicit habuisse ueram fidem prius quã iustificaretur. Et alibi. Qui soluerit, & docuerit sic, inter Christianos quidem erit, tamẽ minimus Christianus. Theophilatus in illa Christi uerba, Ibi erit fletus & stridordentium, cum uideritis Abraham &c. ubi ostendisset Iudæorum fore grauiora tormenta ex cognitione salutis Gentium, subiungit. Pertinet & hoc item ad nos, qui non bene operamur cum fide. Basi. in procemio lib. de moribus quanquam agebat de uera fide, tamẽ ueritatem hanc catholicam docuit & agnouit, & ex testimonijs Pauli, Si habuero omnem fidem &c. & Nũc manent tria hæc &c. colligit caritatem esse omnium uirtutum maximam, & eam esse Christiani hominis quasi peculiare quoddam insigne. Cyrillus. Quod fides ad salutem non sufficiat, Christi etiam discipulus ostendit scribens. Tu credis, quia unus est Deus, dæmonia

Marginalia: Iustitia Christiana tria complectitur. — In psal. 31 — 1. de doc. Christi. c. 37. — cap. 4 — lib. 2. c — Chry. ho. 26 ĩ Mat. — Ho. de. ss. & lege. — Hom. 11. in Mat. — Theoph. Luc. 13. f — Basi. — Cyr 10 in Ioã. c. 18 — D

A nia etiam credunt,& horrescunt. Si ergo fides sola sufficeret, multitudo dæmonum perire non posset. Quare oportet ad fidem opera caritatis accedere. Et alibi. Siquis unum Deum natura, nouerit,& tam corde quam lingua id confitetur, quanuis id recte faciat, morietur tamē, nisi operum fulgor cognitioni aduenerit. Et alio in loco propterea existimat Christum dixisse, Qui habet mandata mea,& seruat ea, ille est, qui diligit me, quia non satis est ad beatitudinem habere mandata Christi, hoc est, suscepisse fidem, & tenaci memoria candidam euangelicorum præceptorum cognitionem retinere, nisi secundum ea uiuamus. Grego. Intrat ad nuptias, sed cum nuptiali ueste non intrat, qui in sancta Ecclesia assistens fidem habet, sed caritatem non habet. Anselmus. Fides sine caritate nihil ualet ad salutem, quia & dęmones habent huiusmodi fidem. Bernardus. Non facit hominem rectum fides etiam recta, quæ non operatur ex dilectione. Cumque hæc scripturę sententijs approbasset, subdit. Neque fides sine operibus, neque opera sine fide sufficiunt ad animi rectitudinem. Et paulo ante. Mors fidei est separatio caritatis. Credis in Christum, fac Christi opera, ut uiuat fides tua. Fidem tuam dilectio animet, probet actio. Non incuruet terrenum opus, quem fides cœlestium erigit. Qui te dicis in Christo manere, debes sicut ipse ambulauit,& tu ambulare. Et alibi. Non plane omnis qui fidem habet, ex fide uiuit. Nam fides sine operibus mortua est, neque potest dare uitam, quam minime ipsa habuerit. Idemque in multis alijs locis repetit, & nominatim in sermone. 8.& 51. in

9. i. 10. 9. c
10. i. 10. 1. c
Ioã. 14
Gre. hom. 38. i Euãg.
Ansel. 1. Cor. 13
Ber. serm. 24. i cant.
Fides.

B Canti.& in. 2. ser. de resurrect.& in ser. de. 6. tribulationibus,& in lib. de diligendo Deo. Hugo. de laude caritatis. Reliqua gratiarū dona largitur Deus, & his, quos reprobat, solam autem caritatem, quasi se ipsum, his tantum, quos diligit in præmium seruat. Subscripserunt his uenerandis fidei nostræ antistibus doctores omnes scholastici, quos legi in. 3. dis. 36. nec non & illi, qui his temporibus hæreses Lutheranas impugnarunt, Ex quibus &. s. Episcopus Roffen. 1. arti. contra Lutherum diserte ait scripturam plærosque testari fidem habuisse citra mensuram iustificationis, & arti. 6. compertissimum esse, innumeros accepisse absque dono caritatis prophetiam, notitiam mysteriorum, scientiam rerum, fidem. Quid uero ipse in tam manifestis amplius morabor, cum ea aggredi debeam, de quibus manifesta obumbrare quærunt?

Hug.
Roffen.

De argumentis afferentium fidem non manere in peccatoribus. Cap. X.

CVr igitur, inquiunt, scriptura sæpissime iustificationem,& uitam spiritalem iustorum attribuit fidei?& sancti doctores nonnūquam illos dicunt non habere fidem, qui fidei præcepta non seruant? Qui credit in me, ait Christus, habet uitam ęternam. Et iterum. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, uiuet. Et alibi scriptum est, per fidem habitare Christum in cordibus nostris,& purificari corda,& obtineri uitę ęternę hęreditatem. Non ita tamen scriptura,& quandoque sancti doctores loquuntur, quia fi-

Ioan. 6
. 11.
Eph. 3
Act. 15
Resp.

des sola ad uitam uel iustitiam sufficiat, nec necesse est de fide uiua, aut forma C
ta hæc, sicut plerique putant exponere. Operari per dilectionem incipit fides,
et paulatim perducit homines ad iustitiam, prius saltem natura quam sit for
lib. ii. c. 23 mata. Sed causa huiusmodi locutionum est, ut copiose supra, & in lib. de iu
stificatione disserui, ipsa uirtus & potentia fidei, quæ nisi impediretur, per-
duceret homines ad iustitiam. Atque in ea perpetuo illos seruaret, & eximia
Resp. ad illis bona & incrementa iustitiæ passim conciliaret. Hæc perpende Caluine
Calui. pro & intelliges, non uoluisse sanctam synodum, aut quenquam ex nobis restrin
cap. 8 gere fidei uirtutem, ut tu tibi comminisceris, ad sola iustificationis initia. Est
ab illa initium, incrementum, & complementum iustitiæ, & illam nos tibi
1. Ioã. 5 libenter dabimus nos inserere Christo triumphatori mundi, atque ideo & ui
ctoriam, quæ uicit mundum, a Ioanne nominari. Tantum abstine a uerbo
solam, & pax erit. Noli inuidere cœteris uirtutibus, noli illis negare suas lau
des. Quod commune omnibus ipsis autor earum uoluit, ac sæpe, ut supra
lucidissimum fecimus, in scripturis testatus est, noli insolidum uni fidei uen-
dicare, neque tibi ullus repugnabit catholicus. Non enim sancta Synodus ne
gare uoluit fidei esse etiam tribuendos ex parte progressus & consumma-
tionem iustitiæ. Quis radici germinationem abroget bonorum fructuum?
Quis fundamento domus, gloriam neget uel fastigij? Non tantum dixerũt
patres, si te non pigeat rursus lugere, fidem esse humanæ salutis initium, sed
fundamentum, & radicem omnis iustificationis. Neque hæc asserentes, alias
etiam eximias ipsius prærogatiuas negabant. Sed cum de prima iustifica- D
tione agerent, explicare uoluerunt causam aliquam, ac prærogatiuam ip-
sius singularem, ob quam merito ei frequentius uita, salus, ac iustitia nostra
tribuitur. Etsi bene aduertas, uerius nos multo & solidius quam uos lauda
mus fidem, cum dicimus, non sola nos fide coniungi Christo, & ipsius do
na recipere, sed & operibus aliarum uirtutum, quæ & ipsa germinat, & ido
Obiect. 2 nea ac potentia ad id obtinendum cum dei adiutorio facit. Obijci etiam no
bis possunt sancti doct. qui sæpe uidentur asserere, non esse fidem in his, qui
Cyp. de non seruant præcepta Christi. Cyp. sic alicubi loquitur. Cœterum credere
simp. præ- se in Christum quomodo dicit, qui non facit, quod Christus facere præce-
lat. pit? aut unde perueniet ad præmium fidei, qui fidem non uult seruare man
dati? Nutet necesse est, & uagetur spiritu erroris arreptus uelut puluis, quem
uentus excutit, et uentiletur. Neque ambulando proficiet ad salutem, qui salu
Amb. epi. taris uiæ non tenet ueritatem. Hanc unitatem qui non tenet, Dei legem nõ
74. tenet, non tenet patris & filij fidem, uitam non tenet & salutem. Ambrosi.
Hiero. in propositi gratia affirmat dixisse Apostolum. Si habuero omnem fidẽ &c.
cõ. 6. c. ad Neque enim ait, uidetur mihi, qui habeat omnem fidem, ita ut montes trans-
Gala. ferat, caritatẽ nõ habere. Hiero. expresse ait. Cũ dilectio procul absuerit, &
Aug. trac. fides pariter abscedit. Aug. & Greg. plane testãtur fidẽ esse animę uitã. Quod
49. in Io. si fides uita est animę, contradictio aperta uidetur, eam ponere in peccatori
Resp. bus, qui sunt Deo mortui. Verum hęc, & similia propterea sancti doctores

A dicunt, quia languet in peccatoribus fides, & ociosa est, ac mortua, nec eam sicut Iacobus ostendit, possunt approbare, aut docere se habere ex operib. Pulchre Bernardus. Quod probari non potest, mihi infectum est. Vnde & Cyp. non dicit in loco nobis obiecto peccatores non habere fidem, sed tantum ait. Credere se in Christum quomodo dicit, qui non facit, quod Christus facere praecepit. Et ne quispiam inde errandi occasionem sumeret, & assereret nullam esse fidem in peccatoribus, ad finem citati libri docet, nō quidem abscedere fidem, sed languere, & eneruem effici per peccata. Quod & Tertullianus his uerbis expressit. Deliciarum mollitia & fluxu fidei uirtus effeminatur. Et Grego. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicit. Ego iam credidi, saluus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quae in hoc, quod uerbis dicit, moribus non contradicit. Ac statim ex Pau. & Ioā. sic colligit. Tunc ueraciter fideles sumus, si quod uerbis promittimus, operibus complemus. Et alibi. de peccatore fideli hoc modo loquitur. Recta quidem sunt, quae per fidem de conditore intelligit, sed tamen fidei opera tenere cōtemnit, & ideo incredulitatis arguitur. Et Bernardus. Fidem conuincitur non habere perfectam, si negligit. Vera enim & plena fides uniuersa praecepta complectitur. Nec aliud est, quod ait Theophilatus in illa uerba Christi, Qui non credit, iam iudicatus est, Qui immundam agunt uitam, non uere fideles sunt. Atque Ambro. propterea dixit, qui habuerit omnem fidem, habere & caritatē, quia, ut ibi subdit, omnis fides est, ubi perfectio caritatis, & ne aliquis crederet ipsum negare separabilem esse fidē

B a caritate, ibidem praeuiam eam dicit caritatis, & uenturae dilectioni semitas praeparare. Et alibi. Tres sunt uelut uades Ecclesiae, fides, spes, caritas. Cum spes praecesserit, fides fundata fuerit, caritas ordinatur. Et in com. huius loci Pauli multo apertius. Virtutes facere, aut daemonia per fidem eijcere, Dei uirtus & gloria est. Neque hoc ad meritum proficit, nisi quis bonae conuersationis fuerit aemulus. Et statim. Nihil proficit caritate neglecta, quia caput religionis caritas est, & qui caritatem non habet, uitam non habet. Sine caritate nihil prodest, quia fundamentum religionis caritas est. Quod ergo sine caritate fit, caducum est. Et in illa uerba, sed obseruatio mādatorum Dei. Fides propicium facit Deum, si bonis operibus approbetur. Hierony. uero, ut antecedentia indicant, de fiducia humana loquitur, quam uerum est locum non habere, ubi non est dilectio, quia nō fidimus, nisi eis, quos amamus, & a quibus nos amari nobis persuademus. Neque Aug. propterea dixit fidem esse uitam animae, quod illa sola animam uiuificet, sed quod illa uitae est initium, & radix, ac sine illa nullus uiuit, & nisi impediatur, omnia nobis afferet, quae exigunrur ad uitam. Non enim sibi contrarius fuit, qui saepe ut citauimus, asseruit ipsam nihil ualere ad uitam, si separata sit a caritate. Quod his uerbis exponit Bern. Fidei uita caritas, & recedente spiritu fides moritur. Sed instat Caluinus. Si mortua est fides, quae est in peccatoribus, quomodo uera esse operibus conceditur? Item. Si uera esset, ueri essent Christiani, qui

Ber. de pre cep. et dis.
Resp. ad Cyp.
Ter. de cul tu foem.
gre. ho. 29 in Euāg.
Tit. 1
1. Ioan. 2
Bern.
Theophi. Ioan. 3
Resp. ad Ambr.
Lib. 3. de uirginibus
1. Cor. 7
Resp ad Hiero.
Resp. ad Aug.
Ber. 2. ser. de resurre.
Obiect. 3

fidem utcunque habent, & tamen perseuerant in peccató. Quomodo igitur C
Resp. ad .ss. falsam eorum Christianismi professionē deridet, ac pro nihilo ducit? At
Calui. pro tamen hęc & in te retorqueri possunt, qui fidem uiuam ponis in peccatori
can. 28 bus. Si enim mortua est fides peccatorum, aut ipsi saltem sunt mortui, quo modo fides eorum est uiua? Et si fidem habent uiuam, cur falsi Christiani cē sentur? Nolo tamen litem li e resoluere. Audi paucis Caluine, & intellige.
Verū du- Verum nonnunquam dicitur, quod actu est, ac speciem suam retinet. Et sic
pliciter ac patres ueram fidem dixerunt esse in peccatoribus, quia idem omnino uel
cipitur. actus, uel habitus fidei in eis potest residere, qui erat, dum erant in gratia. Alias aūt esse uerum dicitur, quod uim habet, atque energiā seu efficaciam, & perfectionem, quam iuxta speciem suam potest habere. Quomodo dicimus non esse uerum dolorem, qui remissus est, nec ueram tempestatem aut amicitiam, quę modica est. Passimque & in communi colloquio, & apud graues autores sic usurpatum, si aduertamus, inueniemus hoc uocabulum. Et quia hanc perfectionem, quam nata est habere, non habet fides in peccatoribus, sancti doctores dicunt nonnunquam, fidem eorum non esse plenam, neque perfectam, neque uiuidam, neque synceram, neque ueram, sed frigidam, elan
Chry. ho. guidam, eneruem, ac mortuam. Vnde & Chry. fidem ueram nuptiale dicit
42. i Mat. esse uestimentum, quod qui habet, non repellitur a conuiuio glorię. Quod si Lutherus tantum dixisset, quod in cōm. ad Gal. scripsit, Si uera est fides, et uere filius quis fuerit, non deerit caritas, nunquam ei obuiam issemus. Nam quod sancta Synodus fidem peccatorūm, fidem ueram appellauit, coacta D a uobis utique fecit, uolens eo commodiss. epitheto perspicuam cunctis facere doctrinam catholicam de identitate fidei informis & formatę. Ne uero quispiam inde falleretur, aut ueri uocabulo putaret eam usam in secunda significatione, prouide adiecit illud temperamētum, licet non sit uiua. Ac uide Caluine sapientiam Synodi, quam plane indicas te non fuisse assecutum. Quanque fidem pctōrū ueram dixit, non tñ dixit eos esse uere Christianos, qa Christianismus fidem et opera, ac plane totā nostram professionē comprehendit. Contentaque fuit eos appellare Christianos. Possunt enim tales appellari a parte Christianismi, quam habent, hoc est, a fide, & sacramentis. Qua quidē ex parte non omnino pro nihilo eos ducit sanctitatis spiritus.
Obiect. 4 Potest & aliud argumentum huiusmodi colligi ex Philippo & ex confess. Aug. Fiducia acceptatiōis diuinę, aut oblatę uel donatę misericordię pChristum, non est in pctōribus. Hanc autem solā, aut certe notitiā diuinę gratię, quę hanc habet necessario cōiunctā, Euang. & Paulus uocāt fidē. Atqui nos
Resp. non negamus fiduciā istam posse uocari fidē. Nā ut in principio li. de iustif. abunde docuimus, fides in scripturis nōnunque idē est qđ fiducia, & credere
Iaco. 1 idem quod confidere. Et fiducia consequēdę misericordię diuinę, aptissimū
Marc. 11 est mediū ad eam obtinendam. Cū tñ disputamus, an fides maneat in pctōribus, & an quocunque peccato mortali amittat, fidē uocamus habitū a Deo infusum ad assentiendū omnibus ab ipso reuelatis, qui & fides catholica ab scholasticis

A scholasticis communiter uocatur, uel certe assensum intellectus, quo ex dei grátia omnibus illis indubitato assentimur. Et de hac fide locuti sunt doctores sancti in testimonijs citatis. Et Basilius particulatim eã sic diffinit. Fides est assentiens approbatio sine hæsitatione. Atq; ab hac Christianos fideles dicimus. Quia hæc certa animi ꝑsuasio de reuelatis a Deo traditis nobis ab Ecclesia, nos ab illis disseparat, qui sectas alias sequunť, non aũt fiducia misericordiæ diuinæ siue obtentę, siue obtinendę. Neq; de alia Paulus & Iacob. loquunť, cum Paulus ipsi attribuit, ut principio & causę, iustificationẽ, & Iacobus eam dicit ad iustitiam non sufficere, nisi & illi adiungantur opera. Neq̃ue.n.re in tantã uarie decebat tãtos Apostolos uti uocabulo fidei. Absurdunq; est, quæ Christus & Apostoli sui de fide complectente omnia diuinitus reuelata nobis tradiderunt, ad unã fiduciam diuinę misericordię coarctare. Et Paulus ipse, perinde ac Iacobus, docuit, fidẽ solam nõ sufficere ad salutem, cũ alibi, tũ uero apertissime in illis, In Christo Iesu, neq; circũcisio aliqd ualet, neq; præputiũ, sed fides, quę per caritatẽ operatur. Nã si fides nihil ualet, nisi per caritatem operetur, nec ad iustificandum sola sufficiet. Quod si intellexisset Calui. non affirmasset intempestiue locũ istum adduci, cum de iustificatione agitur. Hæc autem fides, quæ nisi impediatur, per caritatem operatur, est fides, quã dicimus in omnibus esse iustis, nec amitti quocũq; pc̃tõ lætali, sed sola infidelitate. Nec in paucis disseparatur ab ea, de qua protestantes loquuntur. Fides quippe Theologica initium est iustificationis. Illa uero

Basi. de uera & pia fide.

Gala.5

In Calui.

Drĩæ.4.fidei a fiducia.

B fides, de qua ipsi agũt, si ut cõmunius dicũt, sit fiducia acceptationis diuinæ, aut donatæ misericordiæ pp Christum manifeste posterior est iustificatiõe, neq; mediũ, aut instrumentũ, quo eã apprehendimus. Deinde. Ad eam uel fiduciã obtinẽdæ misericordiæ opus nõ est peculiari aliquo habitu uirtutis infuso, sicut ad certo credẽda, q̃ non uidenť. Facile quippe est, ita fidere, ei, q iuxta fragilitatem suã seruat, aut uult seruare mãdata, siquidẽ firmã fidem in intellectu habeat de misericordiæ diuinæ immensitate, & promissionibus nobis benigne ab eo factis, non aũt sic facile est, reuelata nobis tradita credere. Atq; hinc sequiť, fidẽ Theologicã & habitum esse & actum, ac proinde & in dormiẽtibus esse posse, & in nõ utentibus ratione. Fiducia uero dũtaxat est actus, uel passio ex eo cõsequens. Cunq; fides Theologica in intellectu sit, hæc ꝓculdubio uolũtati soli conuenit. Verũ hoc inter fiduciã & fidẽ conuenit, quod fiducia, quicquid Protestãtes somnient, & in peccatoribus esse potest. Siquidẽ & in infidelibus & in hæreticis esse potest fiducia obtinẽdæ, uel obtẽtæ misericordiæ diuinæ. Quare nec si fides accipiať ꝑ fiducia, recte illi dixerint, eam nõ esse in pc̃toribus. Atq; ex his liquidũ esse potest, merito patres in can. 12. ita statuisse. Siqs dixerit fidẽ iustificãtẽ nihil aliud esse q̃ „ fiduciã diuinę mĩę pc̃tã remittẽtis pp Chr̃m, uel eam fiduciã solã esse, qua iu „ stificamur, anathema sit. Et nisi scirẽ Cal. excæcatũ malicia, & maledicẽtia sua mirarer illũ scribere, alia ab istis explicuisse nobis. ss. ꝑ os Pauli, cũ ipse nullũ testimoniũ ꝓferat ex eo, qd non melius exponať de fide, q̃ de fiducia. Quin

Prima.

.2.

.3.

.4.

Resp. ad Calui. pro can. 12

fide fiducia tm̃,omnia quę citat,exponant̃,solum inde haberet,eã cooperari C
nostræ iustificationi,& ad eã esse utilisimã, quod patres nõ negant. Sed ui
de cęcitatẽ hominis. Inter alia,unũ citat ex.3.ca.ad Eph.quod plane est,pro
nobis.Nã cum Pau.ait in Christo nos habere fiduciã & accessum in cõfidẽ-
tia p fidẽ eius,clarisime distinguit sicut.s. Sy.fidẽ a fiducia. Verũ de istis hęc
satis.Reuocemus igit̃ eo dissertationẽ nostrã,unde huc declinauimus,& di-
stantiã uenialiũ a mortalibus aliquãto dilucidiorẽ,si possimus, faciamus.

Venialia,quantumcunq; multiplicentur,nunquam æquari uel minimo mortali. Cap. XI.

AMbiget tñ quispiam,an tanta,& tam intrinseca sit distantia uenialiũ a mortali,ut etiam multa uenialia nunquam æquiualeãt uni mortali. Et sunt nonnulli,qui propter nonnulla testimonia diui Aug. perperam intellecta,perinde de multis minutis peccatis iudicandum esse putãt, ac de uno graui delicto. De quorum numero uidetur fuisse glossator De- *c. Tres sit de pœ. d.1* creti. Sed Theologi scholastici certum & indubitatum communiter existimant,uenialia nullo numero posse æquari uel minimo mortali. Et eorum *Nulla uenialia adæquãt unũ mortale.* sententiam ab omnibus esse acceptandam,sic possumus ostendere. Ex natura sua & intrinseca ratione differũt uenialia a mortalibus. Et eorũ differentia in moribus plusq; specifica uidet̃,quia mortalia directe repugnãt iustitiæ & *Arg.1* amicitiæ diuinæ,non autem uenialia. Pœnæ etiam uenialium improportio *Arg.2* nabiles sunt. Nam pœna mortalium æterna est,uenialium autem tempora *Arg.3* lis. Testimonia item scripturarum iam citata nullo habito respectu ad nu- D merum,mortale quoduis affirmant mortem & gehennam & exilium per- *Arg.4* petuum a uita æterna inducere,nihil autem tale imputant uenialibus. Magnaq; in caligine uersaremur,si facerent multa uenialia unũ mortale,& magno profecto essemus in periculo,neq; præceptum domini esset lucidũ,sed obscurũ ualde & perplexum. Quia neq; scriptura,neq; Ecclesia,neq; doctorum aliquis expresit hactenus,quis sit ille numerus,ad quem cum peruenirent uenialia,dirimunt amicitiã diuinã. Itaq; semper in dubio & in angustijs perpetuis essemus de statu nostro,& nullius mortalis nobis cõscij. Lõge uero melius nostræ Deus cõsuluit infirmitati. *Arg.5* Ipsum lumen naturale,nisi prorsus fallor,manifestã docet cõtradictionẽ implicare,uenialia in aliquo numero ęquipollere uni mortali. Nã si centesimus,exẽpli gratia,sit hic numerus, centesimũ ueniale mortale erit,& nõ ueniale. Cum primũ.n.a nobis admis- *Obiectio.* sum fuerit,dirimet amicitiã diuinã,q̃ ante inter nos & ipsum erat. Sed Aug. *Aug. epi. 108. ad felicianũ.* nobis obijcit̃,q ait. Illa utiq; pc̃tã,q̃ humana fragilitate,quanuis parua,tamẽ crebra subrepũt,si collecta cõtra nos fuerint,ita nos grauabũt,& opprimẽt sicut unũ aliquod graue peccatũ. Et in Ps.118. Si aduersus nos colligant̃, & si nõ singula suis motibus conterũt,oĩa tñ aceruo nos obruũt. Et in illa uerba Ioã, Si cõfiteamur pc̃tã nostra &c. Leuia,inquit,pc̃tã,q̃ dicimus, noli cõtemnere. Si cõtẽnis,qñ appẽdis, expauesce,qñ numeras. Leuia multa faciũt *Respon.* unũ grande. Multæ guttę implẽt flumen,multa grana faciũt massam. Varię,

A scio, expositiones danẽ his uerbis, sed illa uera, & genuina Aug. intelligẽtia est, uenialia pc̃tã aliqñ opprimere, & subruere iustos, & depellere eos ab statu gratiæ, non quidẽ p se, sed quia dũ contẽnuntur, & passim admittuntur, ptrahunt eos ad aliquod peccatum mortale iuxta illud. Qui contẽnit mini ma, paulatim delinquet. Et quo ad extinctionẽ feruoris caritatis, & distractionẽ ab exercitijs spiritalibus aliqñ tãtũdẽ uideẽ facere, ac unũ aliqd graue peccatũ. Et hãc esse genuinã Aug. expositionẽ, docere possunt, q̃ de his scripsit ca. 3. lib. de pniã medicina, & q̃ legimus. ca. 8. lib. de ue. & fal. pnia. Possent ẽt talia esse pc̃tã aliquot uenialia, ut cũ ad certum aliquẽ numerum eoꝝ uenire tur, statim homo, nullo alio admisso censereẽ esse in mortali. Idq; usu posset uenire famulis, qui tametsi nunq̃ magnã aliquã quãtitatẽ furẽtur a suis dñis tñ dum hodie uno in asse eos defraudant, cras in altero, perendie in alio, sic sensim tantã quantitatẽ pecuniarum dñorum suorum penes se retinẽt, quãta si simul capereẽ, sufficeret ad mortale. Et quod isti in mortale labantur, cũ primum accepta in eam quãtitatem ueniunt, licet nullum eorum futurum fuerit mortale, causa est, non quod multa furta uenialia exæquẽtur uni mortali, sed quod ex tunc incipit retineri quantitas pecuniarum aliena, sufficiẽs ad retentionem mortalem.

De triplici uia dignoscendi uenialia a mortalibus. *Cap.* XII.

NOn satis est monstrasse, quantũ intersit inter uenialia peccata, & mortalia, & quæ sit eoꝝ potissima differentia, nisi etiam uias aliquas aperiamus; quibus possint catholici quibusuis in rebus agnoscere, quæ

B

sint peccata uenialia, & quæ mortalia. Habet hęc res pios uiros, & non omnino indoctos, nonnunquã solicitos. Et illos ea solicitudine, quacunq; possumus, ęquum est, liberemus. Et dũ magis, magisq; de ista re cogito, illa tria loca, ex quibus distinctionem peccati uenialis & mortalis hausimus, & cõ muniuimus, tres nobis uidentur cõmodissimæ uiæ, quibus illa internoscere, & disseparare possimus. Vis nosse de aliquo pc̃õ ueniale ne sit, an mortale? Recurre ad scripturas, recurre ad doctrinam Ecclesiæ, recurre ad tuum ipsum lumen naturale. Hæc te certum facient, quale sit & quantum peccatum, de quo requiris. Et ex scripturis quidẽ dupliciter licet colligere quod sit peccatum mortale, & quod ueniale. Quæ in scripturis uideris abominabilia dici, execranda, Deo exosa, digna morte, aut causam mortis, mortem inferre, excludere a regno cœlorum, & quibus uel pœnas æternas, uel saltẽ mortem corporis comminatur, ea indubitato crede peccata esse mortalia, quę autem leuioribus pœnis castigat, uenialia. Et hoc modo colligere possumus ex testimonijs. 4. cap. ci atis opera omnia carnis a Paulo ad Roman. 1. & ad Galat. 5. enumerata & contumelias graues illatas proximo peccata esse mortalia; uerbum uero ociosum tantum esse ueniale. Quoniam illa digna morte, & excludere a regno cœlorum Paulus affirmat, & Christus eiusmodi contumelias reos facere Gehennę ignis tradit, de uerbo autem ocioso multo temperantius, & mitius locutus est. Eadem etiam ex re-

Viæ. 3. dignoscendi mortalia a uenialibus

Via. 1

gula inferunt doctores multa connumerata ab Ezechiele in cap. 18. peccata C
esse mortalia, quia & detestanda dicuntur, & abominationes, & Deus requirit illa uitari, ut quis iustus sit, & uita uiuat, neque moriatur in iniquitate patris sui. Quod si uno & eodem contextu aliqua peccata enumerari ab scriptura aduerteris, & tamen quædam affirmari, digna esse morte, uel excludere a regno Dei, & de alijs prorsus taceri, eo ipso intellige, illa nobis designari esse mortalia, hæc autem uenialia. Qua ratione ex uerbis Iacobi ibidem citatis, Concupiscētia cum conceperit, parit peccatum &c. tradunt doctores, concupiscentiam alienę indeliberatam nunquam esse lætalem, cōcupiscentiam uero deliberatam, mortiferam esse. Et eodem argumento utūtur, ut probent, fornicationem, immundiciam, atque auaritiam, peccata esse mortalia, stultiloquiū autem & scurrilitatem duntaxat uenialia. Cum enim Paulus ad Ephesios scripsisset, Fornicatio autem, & omnis immundicia, & auaritia neq; nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ne omnia simul connumerata, eadem censerentur lege, & uenialia confunderentur cum mortalibus, statim adiecit. Hoc enim scitote intelligentes, q; omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Expresione quippe fornicationis, immundiciæ, & suppresione stultiloquij & scurrilitatis docuit illa esse mortalia & excludere a regno Dei, hæc uero dūtaxat uenialia. Porro scriptura apertius & frequentius explicat, quæ sint peccata mortalia, quam quæ sint uenialia. D
Quia magis nostra intererat hoc nosse. Sed cum diligenter explicauerit pene omnia lætalia, eadem propemodū omnino ratione, qua de stultiloquio & scurrilitate argumentari utcunque possumus, non esse de se mortalia, quę

Via. 2 in scriptura ut talia neque reprehenduntur, neq; damnantur. Vbi uero nullo ex his modo satis eluceret ex scripturis, utrum ueniale esset aliquod peccatum, an mortale recurrendum est ad. 2. uiam, uidelicet ad traditionem Ecclesiæ & doctorum ipsius. Quæ enim uel doctores communi consensu tradunt, ut mortalia, uel a pijs & doctis Christianis, ut talia uitantur, uel certe talia existimantur, proculdubio habenda sunt mortalia, quæ uero ut uenialia, censenda quoq; ipsa sunt uenialia. Non enim in re tanta permittet. ss. errare Ecclesiam, quam semper inhabitat & illuminat. Et ea sane communis existimatio ortum habere a Christo uidetur, uel saltē ab Apostolis. Itaq; si aliqua peccata communiter creduntur in Ecclesia non esse necessario cōfitēda, neq; gratiam Dei tollere, immo deleri per aquā benedictā, uel orationē dominicam, & eis obnoxij admittuntur semper ad sacramenta, uel ex hoc

Via 3 cognoscere debemus ea esse uenialia, & si contra cōtingat, mortalia. Sed &

s. Tho. 1. 2 ex ipso lumine naturali dignosci possunt tertio uenialia a mortalib. Atqui

q. 8. art. 1. hic nō mihi placet uia, quam sequūtur aliqui scholastici dicētes mortalia pec

et. 5. et ibi. cata esse, quæ sunt circa finem, uenialia uero, quę circa ea, quę sunt ad finem.

Caie. Nam & circa finem qui Deus est, contingit peccare ueniali ter propter in deliberationem,

A deliberationem, uel imperfectionem offensæ, & circa ea quæ sunt ad finem, sunt omnia peccata mortalia, quæ sunt contra.2.tabulam. Neque arridet illa uia, quam alij sequuntur, ut uenialia dicantur peccata opposita consilijs, uel ordinationi utili, sed non necessariæ ad consequendum finem, mortalia uero, quæ opponuntur mandatis, uel ordinationi necessariæ ad consecutionem finis. Nam intermittere consilia, nullum peccatum est, ut supra satis docuimus. Et Deus neque sub ueniali quenquam obligauit ad tendēdum optimo modo, quo potest ad consecutionem finis. Habent qui has uias tradiderunt, suos sequaces, qui eos utcunque tueantur. Neque nos diffitemur, posse eos pie excusari, & exponi. Quia tamen non satis explicant difficultatem, quam quærimus, sed augent potius, & difficultates difficultatibus addūt, eas ut parum aptas nostro proposito missas faciemus. Via igitur ex lumine naturali, quam ab omnibus cuperem notari, & pro dignoscendis his peccatis ob oculos ubique haberi, ista est. Quæ ex directo & grauiter repugnant caritati Dei, aut proximi, ea censeantur mortalia. Quæ uero rationi quidē dissonant, & a lege nobis tradita exorbitāt, non aūt tantopere, ut grauiter lędant caritatem, quam Deo, & proximis, & nobis ipsis debemus, ea existimentur uenialia. Et est hæc uia ualde commoda, & conueniens ad distinguendum quacunque in materia peccatū ueniale a mortali. Quia sicut ex lumine naturali constat, unam esse magnā iniuriam uel ægritudinē, aliam uero paruam, ita etiam constat hanc esse grauem offensam, illam aūt paruam. Et ideo hanc

B uiam plærique graues doctores scholastici magnopere, & non iniuria nobis commendarunt. In eam quippe uidentur omnes sapientes ipso lumine naturali admoniti, perpetuo consensisse. Et ea crediderim omnes illos fuisse usos quotiescunque neque ex scripturis neque ex diffinitione Ecclesię satis certo scire poterant, qualia essent censenda, & quo in loco & gradu essent reponenda, quæ certo uidebant esse peccata, neque tamē usque adeo grauia, ut uerisimile esset ea impedire uel dirimere amicitiam diuinam. Et hinc nata est duplex distinctio peccati uenialis, cuius in.2.ca. meminimus. Neque alio ex fonte manauit doctrina illa communis, qua docemur, circa quæuis præcepta dupliciter posse contingere peccatum ueniale, nempe ex surreptione, uel ex paruitate materiæ. Cum enim caritas uinculum sit, quod nos deo coniungit, ac principium formale spiritalis uitæ, et sicut Paulus dicit, finis pręcepti, & caritati Dei aut proximi parum officiat uel furtum leue uel percussio parua, uel cōcupiscentia alienæ uxoris indeliberata, uel motus infidelitatis subitus, sapienter ut certū & indubitatū tradiderunt, hæc non dirimere amicitiā diuinam, neque adeo auertere, aut a nobis tollere iustitiam Quam ob rem Richar. in fine tractatus de differentia uenialis a mortali cōstanter affirmat, peccatum mortale esse, quod non potest a quoquam committi sine grandi corruptione sui, aut contemptu Dei, aut graui læsione proximi, & reliqua omnia esse uenialia. Inspiciat igitur, qui uult bene discriminare uenialia a mortalibus, & oculos suos in caritatem conijciat, quæ una est huic proposito re-

Sco. d.21.2

tho. 1.2.q. 88. ar.2. et cai. ibi. et ī sū. Dur. ī. 2 d. 42. q. 6

1. Tim. 1

Richar. de s. Vict.

gula,& amusis certissima,ac aptissima. Et oblata quacunq; operatione,aut C
omissione humana, diligenter aduertat, an illa aduersetur directe caritati,
nec ne. Si non aduersatur, sciat ibi nullum esse peccatum. Si autem aduersari
uideatur,rursus perpendat,an grauiter,an leuiter. Si grauiter inde lędi caritatem
uiderit,mortale peccatum ibi subesse agnoscat,si leuiter ueniale.

Venialia peccata & simpliciter peccata sunt,& cōtra mandata imperfecte tamen. Cap. XIII.

Tho. 1.2. q.88. ar.1 & 2. & sectatores ipsius. Distinguūt & alij peccata uenialia a mortalibus,qꝫ haec contra mandata
sint,illa uero leues quaedam culpae duntaxat p̄ter ipsa commissę.
Ita sane,ut sicut qui tenetur ire ad alicuius circuli centrum, si paululū
circa circunferentiam ipsius immoretur,neq; progredi dicitur,neq; retrocedere,aut
contra iter rectum ire,sed praeter,ita qui obligati sumus per uiam
mandatorum ad regnum coelorum contendere,si peccemus uenialiter neq;
retrocedere,neque contra,uel secundum iter rectum progredi dicamur, sed
praeter,ac propterea,neque contra,sed praeter mandata agere. Verum hanc
sententiam permulti scholastici impugnant,& contra mandata illa esse affirmant.
Eorunq; sententia communior nunc uidetur in scholis. Et inter has
duas uias media alia posset alicui occurrere,nempe ut uenialia dicamus esse
contra aliqua mandata,non tamen contra principalia legis mandata, quae
absolute hoc nomine talia nuncupamus. Et quanquam quaestio haec tota
prorsus de nomine est,& non de re.Omnia enim quae hi culpae ueniali deputant,
deputant & illi,et econtrario,non ideo tamen negligenda est. Nam D
& pro illa quaestione communi,an possimus seruare omnia diuina mandata,
necessaria uidetur. Neque parum refert,quibus quaeq; uerbis loquamur.
Propo.1 Et decet ubiq;,ut nostros sermones & scripturis & sanctorum patrum uerbis
Pc̄tā uenialia p̄prie sunt pc̄tā. attemperemus. Idq; ut faciamus in primis statuendum est peccata uenialia
proprie esse & simpliciter peccata. Sunt nanq; actus mali simpliciciter,
quippe qui uoluntarij & circa materiam indebitam,& a recta ratione deuiant,ac
dissentiunt,& poena,ac reprehensione digni iure apud omnes censentur.
Et absolute concedendum est,non solum propter ea non amari Deū,
s. Bona. neq; placere nos Deo,sed etiam,quicquid quidam magnus doctor in caute
Arg. 1 dixerit,displicere illa Deo,& propter ea uere Deum offendi. Et sub no-
Ioā.20 mine peccatorum a Christo comprehenduntur,cum dicit. Quorꝫ remiseritis
peccata,remittuntur eis. Et alias non se extenderent ad eorū remissionē
Arg.2 claues sacerdotales,neq; confessio eorum esset sacramētalis confessio. Quorum
contraria lib.13.c.30. luculenter docuimus. Falsum item esset, Ecclesiam
institiusse aquam benedictam ad remissionem peccatorum, sed oporteret
Arg.3 semper addere,ut uere loqueremur,uerbum uenialium. Neque Christus dixisset
absolute reddituros esse nos rationem de omni uerbo ocioso,si non
Arg.4 esset illud simpliciter & absolute peccatum. Adde quod & debita absolute
Arg.5 uocantur a doctoribus,& offensae,& lapsus,ut patebit ex testimonijs infra
1.Ioā.1 citandis. Communiter etiam de illis exponuntur uerba Ioannis, Si dixeri-

A mus, quod peccatum non habemus &c. Et nisi ita esset, non fuisset Pelagius a sanctis quibusdam Episcopis cuiusdam Concilij coactus anathematizare hanc propositionem, Filij Dei nō possunt uocari, nisi qui omnino fuerint sine peccato. Nam solos eos filios Dei non uocari, qui sunt sine peccato mortali, uerissimum est & apud omnes catholicos indubitatum. Atq; omne mēdacium esse peccatum latissime disputauit Augustinus. Et cum in scriptura legimus, In multiloquio non deerit peccatum, necessarium est dicere peccatum uocari, etiam uenialem culpam. Nam certe non in omni multiloquio contingunt mortalia peccata. Quod si mendacia officiosa uel iocosa absolute appellantur mendacia, & furta leuia, furta dicuntur, & concupiscentiæ indeliberatę, concupiscentiæ simpliciter nominantur, cur non etiā peccata leuia, peccata dicentur? Ipsa etiam pœna, quæ uenialibus ex statuto diuino respondet, admonere omnes potuit, ut faterentur ea esse absolute peccata. Siquidem pœna est simpliciter ac talis a cunctis prædicatur. Non autem respondet pœna simpliciter, nisi peccatis simpliciter. Nec tamen negauerim aliquando peccatū in scriptura pro solis mortalibus accipi. Vt enim & ipse contextus indicat, de solis ipsis loquitur Ioā. cum dicit. Qui facit peccatum, ex diabolo est. Et statim. Omnis, qui natus est ex deo, peccatū non facit. Ex eo autem, quod s. Thomas dixit diuisionem peccati in ueniale & mortale esse diuisionem analogi in analogata, perperam nonnulli collegerunt eum negare, peccata uenialia esse peccata simpliciter. Non enim est peccatum analogum secūdum ipsum ad peccatum ueniale & mortale, sicut homo ad hominem uiuum & pictum, sed est ad hæc analogum, sicut omnia quæ communia sunt Deo & creaturis, analogice de eis secundum ipsum dicuntur, & tamen utrisque uere & simpliciter cōueniunt. Necq; dubitare possum quin rogatus, an mendacium iocosum esset peccatum, absq; ulla distinctione peccatum esse concessisset. Ex hoc aūt fundamēto perspicue uidetur sequi, peccata uenialia aduersari legi & mandatis, & contra legem esse, & cōtra mandata. Peccatum. n. secundum Aug. dictū est uel factum, uel concupitum contra legē Dei. Et unde ipsa haberent maliciā suam, si nō essen toffensę legis, & ab ea exorbitarent? Profecto quę nulli legi aduersantur, peccata dici non possunt. Nam consilijs nō obsequi, peccatum nullū est. Vnde & idē Aug. alibi ait, Vnde est. n. peccatū, nisi quia iustitiæ contrariū? Et alias. Peccatum est uolūtas faciendi quod iustitia uetat. Et Amb. Quid est peccatum, nisi præuaricatio legis diuinæ, & cœlestiū inobœdientia præceptorum? Et Ber. Perfecta nō est lex Dei, nisi oībus aduersetur peccatis. Cumq; ostendisset, Christum ipsum sub nomine trabis & festucæ, & ex ipsa reatuū distātia graues leuesq; inobœdientiæ culpas discreuisse, subdit. Porro omne peccatum contra Dei mandatū pręsumitur. Nonne etiam scriptura prohibet omne mendacium his uerbis, Noli uelle mentiri omne mendacium? Nōne oīa furta interdicit dicens, Nō furaberis? Nonne omnē liberā concupiscentiam uxoris alienę, cū ait, Nō concupisces uxorē alterius? Si ista non negant lege

[Margin notes: B (left, beside "catum analogum"); Arg. 6; Aug. de mēdacio. et cōtra mēdac.; Pro. 10. c; Arg. 7; Arg. 8; 1. Ioā. 3. b; Propo. 2; aug. 25. cōtra Faustū; Cōtra mēdaciū.; Amb. c. 8 de paradiso; Ber. de præcep. et dis.; Eccl. 7. c]

diuina prohibita, cur negentur esse contra Dei mandata? An non idem est C
esse contra mandata, & esse prohibita? Insuper. Venialia peccata contra rectam sunt rationem, & ei aduersantur, & contra eam pugnant. Omnis autẽ recta ratio, cui quis dissentiens, peccat, uim habet legis, uel certe significatio est legis. Erunt igitur & ipsa cõtra illam legem, quam recta ratio praescribit. Equidem intelligere non possum peccata uenialia esse contra rectam rationem, uel obligantem ad culpam, uel exprimentem legem, quae ad eam obligat, & tamen non esse contra legem. Sed si sunt contra mandata, quid illis

Resp. ad Calu. pro uenialib. deest, ait Caluinus, ut non censeantur mortalia? Multum sane. Nam mortalia ita grauiter debent aduersari mandatis, ut merito dirimant amicitiam inter nos & Deum. Non.n. omnia quę mandatis praecipiuntur, aut interdicuntur nobis aequaliter mandantur aut prohibentur, sed quędam arctius, alia leuius, quaedam sub culpa mortali, alia uero sub culpa ueniali. Recteq;

Ber. d̃ prae cep. et dis. Bern. ait. Non pari culpa negliguntur, quae nõ pari cura pręcipiuntur, nec pari proinde poena puniuntur. Et copiose ostendit ex qualitate praeceptorum & autoritate & uoluntate praecipientium mensurandã esse inoboediẽ

Propo. 3 tiae culpam aut oboedientię laudem. Sic tamen oportet nostros attemperare sermones, ut dicentes uenialia peccata esse contra mandata, ne quispiam ansam inde errandi accipiat, explicemus imperfecte esse contra ea, & nõ pfecte, neque praeuaricationes esse, aut criminales eorum transgressiones, uel inoboedientias, sed iustos eis non impedientib. simpliciter & absolute seruare legem & mandata. Peccata.n. uenialia non impediunt ingressum ad uitam. Impedirent autem si propter illa diceremur non seruare mãdata, quia D

Mat. 19 non mentitur, qui ait. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Neque est aliquod peccatum ueniale, quod reos nos faciat omnium maudatorum, faceret uero, si hoc esset. Nam uere Iacobus dicit. Qui offendit in uno, factus

Iaco. 2 est omnium reus. Peccata etiã uenialia neque Dei, neque proximi dilectioni repugnant. Repugnarent tamen, si p̃uaricationes essent mandatorũ. Ve-

Ro. 15 rum quippe est illud Pau. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et tam leuia sunt apud Deũ hęc p̃ctã, ut propter ea nemo iniustus, impius, p̃uaricator, immũdus, trãsgressor, inoboediens, aut iniquus iure appellari possit. Nunq̃ enim talia elogia, neq; scriptura, neq; doctores sancti tribuerũt, nisi illis, qui alicui

Matt. 15 p̃ctõ laetali sunt obnoxij. Vnde & inter ea, q̃ coinquinãt hominẽ, sola mor

Mar. 12 talia p̃ctã Chrs recẽsuit. Et q̃a Apostoli nõ uidẽtur liberi a uenialibus fuisse,

Luc. 22. c cũ instante magistri passione cõtendebãt de primatu, propterea fortassis eis

Ioã. 13 dixit. Qui lotus est, nõ indiget, nisi ut pedes lauet. Sed q̃m uenialia neminẽ oĩno immundũ faciũt, testimoniũ eis suę mũdicię ẽt tũ p̃hibuit dicẽs. Iã uos mũdi estis. Qd' si satis essent uenialia, ut iniquos, & impios nos efficerẽt, face

Psal. 5 rẽt et ex cõsequẽti nos Deo inuisos & exosos. Siquidẽ Psal. inq̃t. Odisti oẽs

Sap. 14 q̃ operant̃ iniquitatẽ. Et Salomõ. Similiter odio sunt deo & ĩpius et impietas

Diluitur ta cita obiect. eius. Et similis uidet̃ esse rõ de alijs, q̃ statim exp̃ssimus noĩbus. Sed hoc ẽ in quo plęriq; decipiũt̃, & unde fortassis ad negãdũ p̃ctã uenialia esse absolute

A peccata,& cōtra mādata simpliciter,& quidē nō oīno sine causa cōmouentur. Putant necesse esse, si illa fateamur absolute esse pctā, ut & qui illa opanẽ, concedamus esse pctōres,& iniquos. Et si fateamur absolute, ea esse contra mandata, consequens esse, ut & qui illa admiserint, dicantur transgredi mandata, & non obseruare legem. Quæ quidem ab scripturis longe dissidere, patet ex dictis. Verum hæc non sequi ex his, quæ concessimus, his possumus exemplis facere dilucidum. Non omnis frigiditas denominat subiectum, in quo est frigidum, neque omnis caliditas calidum, sed tunc demum has denominationes suis subiectis huiusmodi qualitates communicāt quādo a fortioribus,& intensioribus contrarijs non impediūtur. Si frigiditas ut duo, sit in aqua calida ut octo, dicemus quidem aquam illam habere frigiditatem, sed nemo illam dixerit frigidam. Quin omnes eam incūctanter, & intrepide appellabimus calidam. Et in moralibus nemo filium in obsequentem recte dixerit, qui leuissima quapiam re a parentis uoluntate declinauerit, cum in omnibus alijs sit obsequentissimus. Nemo perfidum, aut irreuerentem iure uocauerit subditum, qui in re parui momenti præter fidelitatem & reuerentiam debitam suo domino aliquid commiserit, si quidem in omnibus grauibus rebus sit ei fidelissimus, & eximie eum reuereatur. Nemo gulosum dixerit, aut intemperātem, qui paululum excesserit regulas temperantiæ. Neque præterisse quenquam dicimus leges amicitiæ, si in re minutissima ab officio amicis præstando cessauerit. Et ad eūdem mo-
B dum tametsi uerum sit, iustos facere, & habere peccata, & contra mandata Dei imperfecte saltem, & leuiter operari, cum uenialia peccata admittunt, non eousq; tamen ea pertingunt, ut iniquos, aut impios eos faciāt, uel prohibeant, quominus iusti dicantur, & obseruatores legis, ac mādatorum diuinorū. Impedit iustitia, quæ illis inest, omnes eiusmodi denominationes, leuia quippe sunt omnia peccata uenialia, & multis nominibus exuperantur a minima cuiuscunq; iusti iustitia, neque impedire queunt, quæ illa communicat iustis elogia, aut contraria, quoad illa permanet, pro eis subijcere. Et tanta est, quam illi exhibent præceptorum diuinorum obseruantia, ut huiusmodi leuiculæ eorum transgressiones, aut declinationes ab eorū obseruantia, pene nihil sint, neque obstent quominus a maioribus & præstantioribus fiat denominatio. Vnde illud proficiscitur, ut nō tātum iustos sanctos, mūdos, & factores legis, sed immaculatos, & perfectos eos uocet scriptura, non obstantibus his minutis peccatis. Et Christus licet non ignorabat neminē hic uiuere sine pctō, mūdos tñ asserebat esse aliquos, cū dicebat. Beati mūdo corde, qm̄ ipsi deū uidebūt. Ac ppea, sicut explicat Aug. dixit Qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lauet, qm̄ qui iam a peccatis mortalibus mundatus est, tantum indiget detergere puluerem uenialium peccatorum adhærentem pedibus. i. affectibus nostris, quandiu sumus in hac uita mortali. Et subscribit ei Bern. in hæc uerba. Lotus est, qui grauia peccata non habet, cuius caput. i. intentio, & manus. i. operatio & conuersatio, mū

Psal. 118.
August. in Ioan.
Ber. ser. in cœna do.

da eſt,ſed pedes,qui ſunt animę affectiones,dum in hoc puluere gradimur, C ex toto mundi eſſe non poſſunt,quin aliquando uanitati,aliquando uolu- ptati,aut curioſitati plus quam oportet,cedat animus uel ad horam.Et ſub dit.Nec ideo tamē pro eis neceſſe eſt nimis eſſe ſolicitos.Ignoſcet facile,im- mo & libenter Deus,ſi tantummodo nos agnoſcamus. In huiuſmodi nan que quaſi ineuitabilibus & negligentia culpabilis eſt,& timor immodera- tus . Hæc ille . Qui docte ibidem colligit ablutionem illam pedum ſacra- mentum fuiſſe remiſsionis peccatorum,quæ non ſunt ad mortem,quia Pe tro offerenti manus & caput,reſponſum eſt,lotis non eſſe opus, niſi ut pe- des lauent.Quæ ſi intellexiſſet Caluinus , nunquā tam cęcus & tam impu- dens eſſet , ut manifeſta diceret patres contradictione teneri , quum aſſe- ruerunt poſsibilia eſſe iuſtis mandata , & tamen eos quandoque cadere in peccata uenialia. Audi impie,& intellige.Non ĩpediunt uenialia,qn iuſti di cantur ſeruare mandata. Quia,ut iam diximus , denominatio fit a potiori. Neque ſi dixiſſent patres,iuſtos aliquando cadere in peccata lętalia,aduerſa ti fuiſſent doctrinæ ſtatim traditæ de poſsibilitate mādatorum.Multa enim poſsibilia nobis ſunt,quæ ob libertatem noſtram non facimus . Et ſi diale- cticam noſti , propoſitio de ineſſe,non contradicit propoſitioni de poſsi- bili.Tu potius Caluine manifeſta ibi teneris cōtradictione.Nam iuſtos ad- mittere dicis peccata lætalia,neque tum deſinere eſſe iuſtos.Nec aduertis iu ſtitiam iniuſtitiæ & iniquitati repugnare , ſicut lucem tenebris , neque fieri poſſe,ut peccata lætalia cenſeantur , quæ mortem non inferunt,nec iuſtitiā D aut uitam animę tollunt.Dices.Facerent quidem hoc ſuapte natura, ſed nō faciunt,quia Deus nō imputat. Cur igitur mortifera peccata dicis,quæ nec imputantur,nec imputata ſunt,nec imputari poſſunt ſecundum legem Dei ad mortem? Aut aliqua opera mala Deus ſic imputat iuſtis in mortem , ut propter illa ab eis tollat iuſtitiam,aut non? Si non,cum Iouiniano ſentis,iu ſtos non poſſe amittere gratiam ſemel acceptam.Si ſic,illa ſunt,quæ nos di cimus uenialia peccata.Agnoſce igitur,perperam te & hæretice dixiſſe om nia opera noſtra eſſe peccata,et omnia peccata eſſe lætalia,et neceſſe eſſe pro doctrina & inſtructione fidelium,ac recta ſcripturarum intelligentia , diſtin guere inter hæc & illa peccata,& quædam leuia & minuta peccata aſſerere, cum quibus perſeueret iuſtitia , quæque legis impletioni nō derogent,alia grauia & mortifera,quæ iuſtitiam tollant,& legis ſint præuaricatio.

Reſpō. ad Calui. pro cap. 11. & can. 8.

Non omnia opera noſtra mereri pœnas æternas , ſi remota miſericordia iudicentur. Cap. XIIII.

ADeoque uerum eſt peccata mortalia a uenialibus differre,ꝙ morta- lia amicitiæ diuinæ repugnent,& obnoxios nos faciant pœnis æter nis,non autem uenialia , ut uehementer nobis diſpliceat,quod qui- dam ex catholicis concedunt Luthero, peccata uenialia digna eſſe pœnis ę- ternis,ſiquidem remota miſericordia iudicentur.Sed hoc iniquior fuit Lu- therus,ꝙ ſecutus neſcio quem Tolerium,& id ipſum aſſeruit de quibuſcun

A que bonis operibus. Quod & mordicus tuetur Caluinus in cap.11. & can. *Confirma*
25.ubi sancta hæc Synodus hunc errorem damnauit. Sed iam tempus ap- *tio can. 25*
petit,ut perinde ac libro.11.sumus polliciti,errorem hūc subruamus, et do *& corro.*
ctrinam patrum,pro uirili nostra firmemus.Porro ex multis,quibus pos- *3.c.11. con*
semus reuincere, non omnia opera nostra,mereri pœnas æternas, etiam si *tra Luthe.*
remota misericordia iudicentur, præcipua duntaxat & propria huius loci *& Calui.*
attingemus. Primo.Multa ex operibus nostris per auxiliū & gratiam Dei *Multa o-*
facta,& bona sunt,& conformia rectę rationi, ac pręceptis ipsius,& digna *pera no-*
apud Deum, & sapientes cunctos omni laude. Quæ uero eiusmodi sunt, *stra pœ-*
nunquam apud æquum iudicem merentur uel leues pœnas.Vnde & deus *nas æter-*
ipse in eis sibi complacet,& fidelitatē nostram & amorem erga se probat, *nas nō me*
& magnis illa nonnunquam præmijs, & commendationibus digna cen- *rentur.*
set.Quomodo igit̄ ea existiment̄ apud illū remota quauis misericordia di- *Arg.1.*
gna esse pœnis æternis? Item. Si remota misericordia omnia opera nostra *Arg. 2*
pœnas mererentur æternas,omnia opera nostra nunc actu sunt mortalia,
& exitialia. Nisi enim essent mortalia,haud quaq̄ indigerent misericordia,
ut non imputarentur tam grauibus pœnis. Concedunt quidem ista Luth.
& Calui.tametsi Lutherus sæpe palam dicit esse aliqua peccata duntaxat ue
nialia. Sed si ita est,eisdem operibus, quibus maxime adnitimur seruare le-
gem Dei,eam perfecte transgredimur, ipsaque lex seruatu est imposibilis,
& sibi ipsi repugnans. Quo quid dici potest absurdius? Cūq; aliqua ex no- *Arg.3.*
B stris operibus bona sint,etiam secundum illos eadem opera simul erunt, id
que perfecte,& non tātum imperfecte,iustitia & iniquitas, lux & tenebræ,
sordes & munditiæ,& eodem tempore seruiret quis perfecte duobus do-
minis toto cœlo inter se repugnantibus,& contraria ac plane diuersa a suis
subditis exigentibus,Christo & Belial,Deo & mundo,carni & spiritui,do
mino uero & idolis,quæ manifestissime sunt contra Christum & Paulum. *Matth. 6.*
Et iam olim Deus sub pulchra allegoria per Esaiam nos admonuerat hoc *2. Cor. 6.*
esse imposibile dicens. Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat, & *Esa. 28.*
pallium breue,utrunq; operire non potest. Sed urgeamus magis aduersa- *Arg.4.*
rios. Cur bona opera uenia dicitis indigere,& generatim nullum nostrum
opus posse Deo placere absque uenia? Si uenia indigent bona opera iusto-
rum,sunt igitur,quod plane repugnat, iniustitiæ, & simul stant nihilomi-
nus cum gratia. Nam si iniustitiæ non essent,uenia non indigerēt. Deinde.
Nōne aperta est contradictio,eodem momēto ignosci aliquod opus,quo
peccatum est,& deum offendit. Si Deum offendit, nondum remittitur. Si
remittitur,iam non offendit? Si ergo remissione indigent,prius sunt pecca-
ta, & Deum offenderunt lætaliter, & nihilominus, ut pauloante contra te
colligebamus, simul aliquis Deum offendit mortaliter, & est iustus. Insu- *Arg.5.*
per. Nullum peccatum a deo remittitur,aut non imputatur nisi ratione ali
cuius sacramenti,aut operis nostri,quod Deus ad eam remissionem gratis
& benigne acceptat. Alioqui contra doctrinam sanctorum peccata essent

impunita. Qñ ergo non fit a nobis, nisi unum bonum opus, si illud uenia C
indiget, ut placeat, certe Deo non placebit, sed erit lętale peccatum non condonatum, simul cum iustitia. Nam propter peccatum, quo offenditur deus, peccatum ipsum condonare, & non imputare, aperta repugnātia est. Quid etiam putemus Deum offendi illis operibus, quę ad nullam poenam imputat, aut simul dum fiunt, gratis omnino condonat? Nõne rectius est & magis consentaneum sentire sic de diuina bonitate, ut legem statuerit, secundũ quam nec peccata sint, illa quę sic gratis absque omni cooperatione nostra

Arg. 6 condonat? Deniq;. Si indigemus uenia, ut non imputentur ad poenas ęternas fides nostra, spes nostra, caritas nostra, susceptio baptismi, ꝑpessio martyrij pro confessione Christi, sunt igitur ista omnia contra aliqua praecepta. Nam quae merentur poenas ęternas, trāsgressiones sunt pręceptorum. Date igitur contra quod praeceptum facio credendo Deo, sperādo in deo, diligendo Deum supra me ipsum, subiiciendo me sacramentis propter ipsius pręceptum, patiendo deniq; mortem pro ipsius gloria. Quod si hoc, ut certissimum est, dare non potestis, nisi uniuersam legem Dei peruertatis, & uobisipsis repugnetis, qui sępe fatemini, hęc esse nobis in pręcepto, agnoscite errorem uestrum, qui & hęc, q̃ sanctissima sunt, quęq; Deus strictissime a nobis requirit, digna esse dicitis, quae aeternis poenis mulctentur, nisi a

Arg. 7 Deo misericorditer ignoscantur. Sed & illud uos deberet a tanto errore reuocare, quod sancta scriptura aliqua opera laudat, & ad similia peragenda excitat, & Deum illa consulere, approbare, pręmiare, & nonnunquam praecipere, atque ad ea opere complenda adiuuare plane testatur. Quis autem pius credat scripturam uitijs assentari, aut Deum mala probare, praemiare,

Arg. 8 uel pręcipere, & ad ea homines incitare, & adiuuare? Quid, quod & multa scripturę testimonia aperte clamant, ut lib. 11. ostendimus, aliqua opera non

2. Pet. 1. c. esse peccata? Inter quae & illud Petri est satis apertum. Hęc enim facientes nõ

Lapsus & calumnia Calui. peccabitis aliquando. Sed hic noster Caluinus mirifice dormiuit, ac uelut per trāsennam textũ nostri decreti percurrit. Nec aduertit coecus ex his uerbis intulisse patres, eorum dogma orthodoxę religioni aduersari. Atque ideo illos improbe lusisse dicit, cum sic argumentantur. Sic currite, ut comprehendatis. Ergo in bonis sanctorum operibus nihil est reprehensione dignum. Quanquam ne si ex istis Pauli uerbis collegissent, illos recte fidei uerbis aduersari, inepta aut improbanda esset eiusmodi collectio. Certũ quippe est, ut Theologi grauiores, & meliores philosophi docent, idem opus non posse esse simul bonum et malum. Quare ex hoc, quod Paulus ibi Corinthios ad aliqua opera extimulabat, et theologice, & dialectice inferri potest, multa esse opera sic bona, ut nihil habeant reprehensione dignum. Nã ad mala uas electionis neminem hortabatur. Pulchre Tertullianus. Id peccato deputandum, a quo Deus arcet. Vtique bono nisi malum non displiceret, quod inter cõtraria sibi nulla amicitia est. Et iterum. Peccatũ, nisi malum factum dici non meretur, nec quisquam bene faciendo delinquit. Tua

potius

A potius ibi deridicula est dialectica, & theologia Caluine, qui putas fieri nō posse, ut aliquis nęuus uenia indigens esset in aliquo opere, quin illud faceret æterna damnatione dignum, quique hoc argumentum ualidum putas. opus nostrum ex perfecto Dei amore. Nullum proficiscitur, uixq; ambulamus, uixq; teporem pro ardore afferimus, cum Deus summa cōtentione festinare præcipiat. Ergo nullum opus nostrum in Dei iudicio est syncerū, aut probum. Vnde tam graue iugum nobis esse impositum probare potes, ut semper summa cōtentione curramus? Nec sub ueteri lege Deus, tam grauem seruitutem a quoque exegit. Et quid Deum dixerim, qui summa semper suauitate, & clementia in omnes est usus? Nec Pharao, nec Dionysius, nec Nero, nec quispiam uel crudelissimus Tyrannus, tam iniquus fuit in suos subditos, aut seruos. Deinde. Si hoc uerum esset, probaret nos in pꝑpetua esse illius præcepti transgresione, nec tamen inde inficerētur opera, per quæ iuxta fragilitatem nostram in ipsum tendimus. Et ubi inficerētur, uenialis posset subesse culpa, ac proinde & leui pœna expianda, nec continuo necesse esset, ut mortis inde reatus, præsertim æternæ, cōsurgeret. Sed hæc satis nunc tibi. Nam lib. 11. ita copiose hæc omnia enucleauimus, ut neminem adeo iniquum fore putemus, qui si illa legere dignabitur, non plane uideat, & scripturis, & lumini naturali uestrum hoc dogma aperte repugnare. Obie. Cal. Respon. 1. Respon. 2. Respon. 3.

Venialia peccata natura sua differunt a mortalibus, nec digna sunt æternis pœnis, etiam si remota misericordia iudicentur. Cap. XV.

B NOn est tamen adeo facile indigna pœnis æternis monstrare opera, q̄ peccata sunt uenialia. Nam catholici, qui dicunt, uenialia non differre natura sua a mortalibus, sed tantum ex misericordia diuina, tantundem uidentur dicere, ac si aperte dicerent, uenialia mereri pœnas æternas, siquidem remota misericordia iudicentur. Et sanctus episcopus & martyr Roffensis expresse hoc concedit Luthero, tantūque eum reprehendit, q̄ ille omnia opera nostra digna pœna æterna affirmaret. Sed ut supra admonuimus in expositione cap. 11. etiam hoc sancta hęc Synodus aduersari insinuauit orthodoxę religionis doctrinę. Idq; non immerito eam censuisse, de uenialib. ex surreptione, aut in deliberatione perspicuum est. Tam imperfecta enim peccata sunt, ut neq; cum Dei misericordia, & bonitate uideatur posse stare, ut ęternis pœnis illa puniat, tantum abest ut ea ex se credantur mereri pœnas ęternas. Profecto apud omnes leuissimus haberetur, qui propter tam imperfectas offensas rescinderet amicitias, & inhumanus, ac crudelis censeretur, qui leuiculas adeo culpas seueris & rigidis pœnis mulctaret, nedum ęternis. Tantoque longius par est existimemus abesse a deo, ut quenquam possit deliberato, & obstinato odio prosequi, et sempiternis cruciatibus mancipare propter indeliberate contra ipsius legem admissa, quanto maior est & plenior summa illa bonitas, & immensa misericordia omni creaturarum bonitate? Si indeliberate facta digna non sunt, neq; ido- Art. 32. cōtra Luthe. Propo. 1.

nea satis ad ineundum uel resarciendum amicitias, utique neq; iure ad tan- C
Propo. 2. tam iram prouocare possunt. Sed & de uenialib. ex genere idipsum ualide
Arg. 1 firmari potest. Lumen enim ipsum naturale docere nos uidetur quædam peccata esse grauia, & alia leuia ac prorsus indigna acerbis pœnis. Nec uerisimile est Deum aliter de his censere, quàm lumen ab ipso nobis inditũ nos edoceat. Certe ex naturali lumine scimus, quædã peccata natura sua repugnare grauiter caritati Dei uel proximi, alia uero tãtum leuiter. Et sicut homicidium ex scintilla rationis nobis impressa, grauius esse furto nouimus, ita hæc sic intelligimus grauiora esse uerbo ocioso, ut hoc non sit dignum grauibus pœnis, sicut facta est illa. Nec aliunde apud omnes pene sub naturali lege uiuentes, quibusq; nulla de hoc erat facta reuelatio, mẽdacium perniciosum contra proximum, percussio grauis ipsius, & grãde furtum semper existimata sunt differre uehementer a mendacio iocoso, & furto, seu percussione leui, & non hæc sed illa cõstituere homines malos & iniquos. Ac non solum uiuentes in lege naturali absq; ullis diuinis scripturis, sed & nos ipsi in illis, in quibus nihil satis certi haberemus ex scripturis, aut traditione Ecclesiæ, hoc uno modo culpas graues a leuibus distinguerremus. Nec illi sane potuissent, nec nos possemus prẹsidio reuelationis diuinẹ destituti, in-
Arg. 2 ter ipsas distinguere, nisi essent natura sua illẹ distinctẹ. Quod si ex natura ipsa differunt graues & leues offensæ hominum, nec possunt leues ex se iure dirimere amicitiam, quantò magis hoc est credendum de amicitia ĩter nos & Deum, quæ non est minus, sed magis multo firma, quam quæ est inter D
Arg. 3. nos in uia? Deinde. Non uidetur spectare ad Deum punitio peccatorum contra secundam tabulam, nisi quatenus legislator est, & rector, ac dominus uniuersi, neque alia saltem ratione illis offenditur, aut ea punit, nisi quia lẹdunt, & offendunt eos, qui suæ sunt curæ, & ditioni subiecti. Quæ igitur natura sua tantum leuiter offendunt proximos, neque in ordine ad Deum erunt, nisi leues & minutæ offensæ, ac indignæ omnino grauibus apud eũ
Arg. 4. pœnis. Præterea. Nulla peccata maiores merentur pœnas, quantũcunque remota misericordia iudicentur, quam eis sint lege diuina præscriptẹ. Venialib. autem non sunt æternæ pœnæ p̃scriptẹ. Eo enim ipso essent, & cen-
Arg. 5. serentur esse mortalia. Ad hẹc. Lex diuina neque abstulit, neque uariauit legem naturalem. Si ergo distinctio uenialium a mortalibus non esset ex natura rei, sicut duo mortalia minora equiualere possunt uni maiori, possent aliquot uenialia ex natura rei tantam habere malitiam, quãtam unum mortale. Et ex consequenti cum Deus quoduis mortale imputet pœnis æternis, neque eorum alicui adhibeat misericordiæ suẹ temperamẽtum, ut acerbitatem pœnarum sibi respondentium minuat, neque adhiberet etiam illis uenialibus, quæ tantundem habent malitiẹ ex natura sua, quantum illud mortale, itaq; & aliquot uenialia punirentur nunc pœnis ẹternis. Quod est
Arg. 6 absurdum. Insuper. Non omnia peccata ex natura sua merentur æquales pœnas quoad intensionem. Sunt nanq; quẹdam natura sua alijs grauiora.

A Cur ergo credantur omnia de se mereri æternas, hoc est, equales pœnas quoad extensionem? Amplius. Secundum legem diuinam non merentur uenialia pœnas ęternas. Nunquam enim Deus talem legem pscripsit. Lex etiā naturalis nullas tales pœnas pſertim pro leuibus delictis deberi agnoscit. Quomodo ergo si remota misericordia iudicarentur, ęternis illa pœnis Deus imputaret? Non nouit profecto Deus punire quenquam supra condignum, sed potius, quę illius in omnes misericordia est, omnia peccata punit citra condignum, hoc est, infra quàm secūdum legem naturalem, uel diuinam mererētur. Misericordię magis indulgēs est, quàm seueritatis tenax. Misericordiam, iquit, uolo, nō sacrificium. Item. Sicut misericors est Deus ad pmiandum omne bonum, ita iustus est ad puniendum omne malum, quatenus ratio & seueritas legis exposcit. Ut enim doctores communiter, & nominatim Tert. Grego. Bernar. & Rich. tradunt, nullum malum relinquit impunitum. Si igitur uenialia non differrent natura sua a mortalibus, sed ita ipsa sicut mortalia digna essent pœnis ęternis, Deus illa puniret i ęternum, ut seruaretur iustitia, sicut punit etiam omnia mortalia. Denique illud nobis hāc sentētiam deberet persuadere. Nam ante datam scripturam, non est unde conuincamus Deum uoluisse punire uenialia, iuxta quod ipsa merebantur. Cum igitur omnes catholici pro certo habeamus, nunquam Deum saltem de per se imputasse, neq; imputaturum aliquod peccatum ueniale ad pœnas ęternas, sicut imputauit mortalia quantūcunque parua, uel B hinc cogimur credere, neq; ipsa de se digna esse, uel fuisse pœnis ęternis. *Arg. 7.* *Arg. 8* *Arg. 9.*

De argumentis contra differentiam ex natura rei uenialium a mortalibus. *Cap.* XVI.

ATqui posset, aiūt, Deus ęternis pœnis punire quodcunque peccatū, quod ex genere suo esset ueniale. Neq; si id faceret iniuste faceret. Potest enim non remittere, & si non remittat in æternum, potest exigere & poterit pœnas debitas pro illo. Nam quandiu manet aliqua culpa potest & repeti pœna ei debita. Et alioqui, ut uerissime dicit sapiēs. Quis ei imputabit, si perierint nationes, quas fecit? Deinde. Habet de se peccatū quodcunque infinitam malitiam, quia offensa infiniti boni, & tanto aliqua offensa grauior est, quanto est offensa pcellentioris personæ. Et maius malum est quodcunque malum culpæ, q̄ omnia mala pœnę. Præterea. Secūdum plærosque doctores catholicos, ut Rich. de. S. Victo. in tractatu de differentia uenialis a mortali, & S. Tho. & Rich. de media uilla, atq; alios in. 4. siquis decedat in ueniali & mortali peccato in æternum punietur, non solum pro mortali, sed etiam pro ueniali. Nulla enim fiet in inferno remissio. Et ubi semel quis fuerit in inferno, leuius nūquam in æternum habebit. Insuper. Posset Deus auferre gratiam a quocunque iusto propter minimum peccatum ueniale. Quod enim posset gratis, multo magis poterit pro culpa etiam leuissima. Et uidetur his concinere Hierony. cum dicit. Haud scio an leue aliquod sit dicendum peccatum quo diuina maiestas offenditur. Aliud est ta- *Obiect. 1.* *Sap. 12.b.* *Obiec. 2* *Obiec. 3* *d. 21.* *Obiec. 4.* *Obiect. 5.* *Respon.*

A expendamus, ideo intelligemus Deum nõ imputasse pœnis æternis, q̃ nũc sunt uenialia, nec fecisse ut ea essent mortalia, q̃a ex natura sua illa differebãt a mortalibus, & leuiora ipsis erant. Disponit quippe ille omnia pro sua summa suauitate, & singulis quibusq; rebus leges conuenientes earum naturis imponit. Neq; naturas rerũ, quas condidit, inuertit, neq; distinguit, nisi magna ex causa, quæ natura sua sunt indistincta. Quod & in peccatis, quæ ex lege naturali mortalia sunt, uidemus. Quanq; enim fecit Deus nõnulla per legem suam prohibita, quæ talia ex natura sua non essent, tamen in his, quę naturali lege mala erãt, ea pmisit iuxta naturã suã eẽ plus, uel minus grauia.

Nullus sanctorum excepta Deipara uirgine omnia uitauit peccata. Cap. XVII.

PRæter iam expositas peccati uenialis & mortalis ĩtrinsecas differẽtias est & alia communis, passimq; recepta inter illa distantia. Nam mortalia possunt quidẽ a iustis cũ dei adiutorio, ẽt, uita tota uitari, atq; a multis uitata sunt. Venialia uero nemo, nisi ex speciali priuilegio uitare potest. Atq; hoc inter ista peccata discrimen sancta Synodus, diserte tradidit, cum in hoc capite statuit mortalia omnia posse a quibusuis iustis cũ Dei auxilio uitari, uenialia uero in can. 23. diffiniuit non posse omnia in tota uita ab aliquo uitari, nisi ex speciali priuilegio. Et pro expositione huius tanti horũ peccatorum interualli, de possibilitate uitandi peccata aliquanto diligẽtius hic tractabimus. Nam huius implexę quæstionis claritas merito etiã in catholicis tractatoribus desideratur, & enodatio ipsius necessaria est ad intelligenda multa loca scripturæ & sanctorum, ac ipsum canonem statim citatũ. *Can. 23.* B

Vt uero difficili isti quæstioni lucem aliquam hinc dare incipiamus, illud serio animaduertendum est, duo hic esse dubia de possibili, & duo de facto. De possibili quidem primo ambiguum est, an possit aliquis homo sic esse sine peccato, ut nunquam sit neque fuerit, neque futurus sit ei obnoxius. Secundo autem quæri potest, an saltem possit homo aliquanto tempore uel momẽto huius uitæ esse immunis ab omni peccato. De facto uero primo est dubium, an fuerit aliquis immunis a peccato tota uita, secũdo uero, an saltẽ aliqua uitæ huius particula. Et omnes istæ quæstiones tractari possunt dupliciter, uidelicet & per uires liberi arbitrij & per gratiam. Quæri enim potest an sit, uel possit esse aliquis homo immunis ab omni peccato per uires liberi arbitrij & si non, an saltem per gratiã. Et quia nomine peccati, originale, mortale, & ueniale comprehenduntur, de omnibus istis disseri, & disquiri potest. Cum autem ex sacris literis, & consensu totius Ecclesię catholicæ liquidũ sit, ut in. 5. sessione huius cõcilij constanter diffinitum est, neminem communi lege propagatum, excepta Deipara uirgine, immunẽ fuisse a peccato originali, perspicuum est, sicut Aug. dicit, neminem nostrũ sic potuisse esse ĩmunem ab omni peccato, ut non aliq̃n ei fuerit obnoxius. Contra uero de peccato mortali apud oẽs catholicos cõstat, potuisse quẽuis ex nobis immunem esse prorsus ab ipso, ita ut neq; sit, neq; fuerit unq̃, *Propo. 1.* *Aug. 2. de pec. me. et re. c. 20.* *Propo. 2.*

Propo. 3. neque futurus sit talis culpæ reus. Nec tamen quisquàm hoc potuit per so- C
las liberi arbitrij uires, ut Ecclesia catholica iam olim contra Pelagianos sta
tuit. Quia licet aliqua breui temporis particula, cum nec grauia præcepta
sunt implenda, nec graues occurrũt tentationes, possint iam iustificati om
nia peccata lætalia uitare p solas naturales uires, ac sic fortassis plerũq; uita
uerint, tamen impletio mandatorum, ac uictoria grauium tentationum, di
uinę gratię auxilium requirit. Sed de peccato originali nunc non agimus,
& de mortali accurate lib. 11. disputauimus, & Pelagianos tũ ibi, tũ lib. 6. &
in quæstion. de iustificatione, abunde expugnauimus. Tantummodo igi-
tur differendum nobis superest de peccato ueniali. Atq; ut apertiora cun-
cta sint, primo uidebimus, an fuerit per gratiam Dei aliquis mortalium
immunis tota uita a peccatis uenialib. Secundo an per eandẽ potuerit esse,
& possit quispiã aliqua saltem uitæ portiuncula sic esse ab eis ĩmunis, & an
fuerit. Tertio an etiam toto tempore uitæ suę possint iusti, & potuerint sin
gulas, & omnes deuitare culpas ueniales, & si sic, cur non faciant, neque fe-
Propo. 4. cerint. Neque in primi horum expeditione cunctari oportet. Apud om-
nes catholicos constans, & indubitatũ est, & merito, neminẽ fuisse, excepta
Deipara uirgine, in hac uita, qui toto uitæ suę decursu omnia effugerit pec
Iob. 14. cata uenialia. Quis erit mundus a sordibus, quęrit. Iob, et ipse sibi respõdet,
iuxta trãslationem, quam secuti sunt antiqui doctores, & nominatim Cy-
prianus, Ambro. Aug. Grego. et alij. Nemo, neque si unius diei fuerit ui-
Psal. 142. ta eius super terram. Et Dauid generatim dicit. Non iustificabitur in cõspe- D
31. ctu tuo omnis uiuens. Et alibi. Pro hac, scilicet impietate peccati, orabit ad
Aug. 2. de te omnis sanctus. Nõ ait, omnis peccator, sed omnis sanctus inquit Aug.
pecca. me. Vox enim sanctorum est, Si dixerimus, quod peccatum nõ habemus &c.
& re. c. 7. Et Salomon ait. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonũ, & non pe-
Ecc. 7. c cet. Notissimaq; sunt illa Apostolorum, in multis offendimus omnes. Si
Iaco. 1. 2. dixerimus, quod peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in
1. Ioan. 1. nobis non est. Et quis est, cui non fuerit necessarium unquam in uita dicere
Matth. 6. particulam illã orationis dominicæ, Dimitte nobis debita nostra? Magnũ
item argumentum pro his omnibus est, quod si uitam dispiciamus omniũ
sanctorum, qui in scriptura mirifice laudãtur, neminem inter eos omnino
inueniemus, qui nõ uelut in pulchro corpore aliquem, neuũ, uel uerrucam
peccati habuerit. Incipiamus ab antiquioribus. Non enim accusare uolu-
mus iustos, sed imbecillitatem humanam, & misericordiam Dei in omnes
Enoch. diffusam & omnibus expositam ostendere. Equidem Enoch, teste Ecclesia
Ecc. 44. c stico, placuit Deo, & translatus est in paradisum, ut det gentibus sapientiã.
Gene. 4. c Veruntamen quia in Genesi scribitur placuisse Deo postquam genuit Ma-
Basil. ho. thusalem, non sine causa collegit Basilius, aliquanto ante tempore non pla
57. cuisse. Idemque ait magnum illum fidei parentem Abraham alicubi fuisse in
Abraham credulum. Neque immerito, Siquidẽ & cum Deus ei primo promisit, Isaac
Gene. 17. c quanquam cecidit in faciem, tamen risit in corde suo dicens. Putas ne cen-

A tenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Unde Hierony. de illo, & Sarra ita loquitur. Arguuntur in risu, & ipsa cogitatio quasi pars infidelitatis reprehenditur. Veruntamen non ex eo, quod riserunt, diffidentiæ condemnantur, sed ex eo quod postea crediderunt, iustitiæ palmam acceperunt. Magnum insuper testimonium perhibet scriptura Noe, Danieli, & Iob, quos solos in Ezechiele dicit ab imminente quadam ira Dei posse liberari. Et tamen Noe subrepsit ebrietas, quæ peccatum est. Ac Daniel aperte dicit orasse se dominum, & confessum peccata sua, & populi sui. Iob item, & ab scriptura, & ab ipso Deo magnifice laudatus est, quasi simplex, rectus, timens Deum, & recedens a malo, idque non utcunque, sed ita ut nullus iustorum, qui tum erant in terra ei esset æquandus, sicut recte ex uerbis Dei ad Satan collegit Augustin. Quanquam uero singulare fuit patientiæ, innocentiæ & totius sanctitatis exemplum & horrendas tribulationes & tentationes non propter sua peccata, sed propter ipsius perficiendam, & demonstrandam iustitiam a Deo illatas, admirabili patientia pertulit, tamen ut Augusti. & Grego. ipsius laudum eximij buccinatores fatentur, culpa ueniali non caruit. Cui rei & illa satis idoneum argumentum præstant, quæ ipse ueracissimus iustitiæ cultor fatetur. Peccaui, inquit, Quid faciam tibi o custos hominum? Et rursus increpatus a domino, & mira humanitate iussus, ut pro se, si posset, responderet, uere & absque ulla circuitione respondet, se leuiter locutum fuisse, uidelicet, cum dixit. Et innocentem, & impium ipse consumit. Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.

Hiero. 1. in Pelag.
Eze. 14. c
Dan. 9. a.
Iob. 1.
Aug. 2. de pec. mer. & re. c. 11
Iob. 7. d
39. d
9.

B Unde & scriptura uelut cauens, ne tantam innocentiam quispiam illi tribueret, ut omnem semper culpam uitasse existimaret, non dixit, non peccasse Iob, sed duntaxat, non peccasse in omnibus illis, quæ passus est, donec uxori suæ respondit. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Moyses dilectus Deo & hominibus, & mitissimus super omnes habitantes in terra, hæsitauit nonnihil de promissione domini, cum percussit uirga bis silicem, ut educeret ex eo aquam populo penuria ipsius grauato, & Domino Deo displicuit illa dubitatio & eam notauit, ait Augustin. non solum arguendo, sed etiam uindicando. Unde & statim ei dixit, & Aaroni. Quoniam non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam ego dabo eis. Quid tamen dixerit, uel obmurmurauerit, aut fecerit Moyses, in quo istam incredulitatem ostenderit, non satis certum est, quia ut notauit Basilius, non expressit scriptura, & ex textu ipso recte colligit Augusti. non propterea perdidisse Moysen gratiam, quam habebat apud Deum. Magnas etiam laudes pietatis, & innocentiæ Samuelis scriptura ueracissima prædicat. Et tamen sicut dicit Augustinus, nec illum, neque Moysen, neque Aaronem omni culpa uacasse satis Dauid indicauit dicens de eis. Tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinuentiones eorum. In filios quippe damnationis, sicut subiungit Aug. uindicat iratus, in

1. & 2.
Moyses.
Nu. 20. b
Aug. c. 1. de utilit. pœni.
Basil. ho. 57.
Augu. de utilit. pnīe.
Samuel.
Aug. 2. de pec. me. et re. c. 16.
Psal. 98.

filios autem gratiæ uindicat propitius, & nulla uindicta, nulla correctio, C nullum Dei flagellum debetur, nisi peccato. Eminenti insuper iustitia claruerunt Zacharias & Elizabeth, de quibus Lucas ait. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Veruntamen & Zachariam non omnino culpa uacasse Gabriel ostendit, cum ei dixit. Ecce eris tacens, & non poteris loqui &c.

Zacha. & Elizabeth

Heb. 7. Et ex Paulo idem ipsum reuinci potest, quippe qui solum Christum dicit non habuisse necessitatem quotidie quemadmodum & sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Aliudque est, sicut bene notarunt patres concilij Mileuitani in epist. ad Innocentium, incedere sine peccato, aliud incedere sine querela. Nam qui sic uiuit, ut nemo de ipso q̄ri, uel reprehendere illum possit, sine querela incedit, tametsi nonnulla quãdoque ob fragilitatem humanam ei subrepant leuia & minuta peccata. Quia in querelam non ueniunt, nisi grauia peccata. Quid uero necesse est p̄ alia exempla sanctorum discurrere, cum ipsa illa mundi luminaria, & sal terræ, Apostoli uidelicet, qui primitias spiritus acceperunt, & ut lib. 11. ostendimus, longo interuallo cunctos mortales antecelluerunt, in multis confessi fuerint se offendisse? Vide uero ut & ista magno consensu, docuit semper Ecclesia catholica. Tertullianus sapienter ostendit Marcioni, non ex ignorantia futurorum, nec ex mobilitate animi deum aliquos elegisse, quos postea reprobauit, ut Salomonem, & Saulem, quem. s s. dicit auxisse, & optimum ex filijs Israel dignissime regem cõstituisse, sed quia nihil tam bono, D & iudici conuenit, q̄ pro præsentib. & reijcere, & eligere. Et inter alia subdit. Aut quis hominum sine delicto, ut eum semper eligeret, quem nunq̄ posset recusare, uel quis item sine aliquo bono opere, ut eũ Deus semper recusaret, quem nunq̄ posset eligere? Cyprianus neminem sine sorde, & sine peccato esse, ex Iob, Dauide, & Ioanne probat lib. 3. ad Quirinum titu. 54. Hila. in illa uerba, Spreuisti omnes discedentes a iustitijs tuis. Si Deus peccatores sperneret, omnes sperneret, quia sine peccato nemo est. Hierony. ostendẽs, non iniuste Niniuitas indixisse ieiunium maioribus & minoribus, ita scribit. Maior ætas incipit, & usque ad minorem peruenit. Nullus enim absque peccato, neque si unius quidem diei fuerit uita eius, & innumerabiles anni uitæ illius. Si enim stellæ mundæ non sunt in conspectu Dei, quãto magis uermis & putredo, & hi qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxij? Et alibi. Autoritatem sequimur scripturarum, q̄ nullus homo sit absq̄ peccato. Aug. Quicunq̄ in hac uita diuinarum scripturarũ testimonijs in bona uoluntate atq̄ actibus iustitiæ prædicati sunt, & quicunq̄ tales uel post eos fuerunt, uel nunc usq̄ etiam sunt, uel postea quoq̄ futuri sunt, oẽs magni, oẽs iusti, oẽs ueraciter laudabiles sunt, sed sine peccato aliquo nõ sunt, nec quisquã eorum tam arroganter insanit, ut nõ sibi p̄ suis qualibuscunq̄ peccatis dñica oratione opus esse arbitretur. Et. 1. Retra. c. 33. expresse. Nemo ita seruat mandata iustitiæ, ut non sit ei necessariũ pro suis peccatis

Conci. Mileui. — *Tert. 2. in Mar.* — *Cypr.* — *Hila.* — *Psal. 118.* — *Hieron. in Ionã.* — *q. 8. ad Algasiam.* — *Aug. 2. de pec. me. et re. c. 14 et 13.*

A suis peccatis orãdo dicere. Dimitte nobis debita nostra. Quam orationem in epi.59. ab uniuersa dici Ecclesia testatur, &.c.17.lib.1.Retract. addit dicendam esse ab ea usque in finem sęculi. Unde & alibi inter tria dogmata, quę aduersus Pelagium catholicam ait defendere Ecclesiam, secũdum est, in quã tacunque iustitia sine qualibuscunque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem uiuere. Basilius. Utilissimus est sermo de pœnitẽtia hominibus, quia nemo sine peccato est. Gennadius. Nullus sanctus uel iustus caret peccato, nec tamen desinit esse sanctus. Greg. inquirit quemadmodum Iob asseruerit, nunquam se a corde suo fuisse reprehensum, cum prius se accusauerit dicens. Peccaui. Vel certe, Si iustificare me uoluero, os meũ condemnabit me. Atq; ipse sibi respondet hoc modo. Sed sciẽdum est, quod sunt peccata quę a iustis uitari possunt, & sunt nonnulla, quę etiam a iustis uitari nõ possunt &c. Ac primi generis esse ait, praua cogitare, secundi uero eisdem consentire, & subdit. Recte ergo is, qui peccatorem se confessus est, nequaquam se a suo corde reprehendi confitetur, quia & siqua illicita fortasse cogitando, desuit aliquando rectitudini, forti tamen mentis certamine restitit cogitationi. Et in illa. Qui leuiter locutus sum &c. ita scribit. Quis uero inueniri potest, qui quanlibet perfectus sit, de ocioso tamen sermone nõ peccet? Idque probat testimonijs Iacobi. In multis offendimus omnes. Linguam hominum nullus domare potest, Pariaque Bernardus tradithis uerbis. Ergo ne ita pfectus qspiã inuenitur, cui nõ uel minimũ aliqd

De bono. perse. c.2. *Basil. ho. 58.* *Gẽna. de eccle. dog.c.49.* *Greg.18. Mor.c.4.* *31.Mo.c.1* *Ber. dpræcep. & disp.*

B interdum subripiatur de tam multis, ac minutis, quę passim uel negligentibus imperantur? Minime quidem cuiq; hoc ego dederim, cum ipsi quoq; de se fateantur apostoli. In multis offendimus omnes. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Dicet quispiam. Quomodo ergo Dauid dicit. Beati immaculati in uia, & Christus, Beati mundo corde, si nullus est, qui in uniuersum uitet in hac uita peccata uenialia? An non illa commaculant hominem? Commaculant quidem nonnihil, & coinquinant uenialia iustos. Si quidem & quoduis peccatum aliqua est mentis macula. Quare Grego. crimina dicit animam extinguere, cætera uero peccata tantum polluere. Sed ut supra disseruimus, ea macula, quam uenialia peccata nobis accersunt, adeo leuis est, & exigua, ut non sit satis ad denominãdũ aliquos simpliciter & absolute maculatos, & ĩmundos. Atq; ideo iusti, quãuis in aliqua incurrãt minuta peccata, elogium tñ immaculatorum, & eorum qui mundi sunt, corde non amittunt. Unde & Dauid adiecit, qui ambulant in lege dñi, ut intelligeremus, omnes se iustos appellasse beatos, & nõ eos solos, qui & leuissima peccata deuitant. Omnes quippe iusti in lege dñi ambulant, etiam si aliqñ ob fragilitatem humanã uenialiter peccent. Et cum xps post illa uerba. Beati mundo corde, statim addidit, qñ ipsi deũ uidebunt, satis indicauit, illa peccata non prohibere munditiã cordis, q̃ nõ uetant, quominus aliqñ uideat Deus. Qualia quidem sunt uenialia peccata. Unde Aug. Ingredi aũt sine macula non absurde etiam ille dicitur, non qui

Obiect. *Psal.118.* *Matth.5.a* *Respon.* *Grego.21. Mor. c. 9* *Aug. de pfe. iust.respo. 17.*

iam perfectus est, sed qui ad ipsam perfectionem irreprehensibiliter currit, C
carens criminibus damnabilibus, atque ipsa peccata uenialia non negligens emundare eleemosynis. Et aliquanto inferius. Aliud est esse sine peccato, quod de solo unigenito in hac uita dictum est, aliud esse sine querela, quod de multis iustis etiam in hac uita dici potuit. Quoniam est quidam modus bonae uitae de quo etiam in ista humana conuersatione iusta querela esse nõ possit. Et aliquanto post. Legitur homo sine crimine, legitur sine querela, at non legitur sine peccato, nisi filius hominis unus idemque Dei filius unicus. Et tractans illa uerba Apostoli. Vt simus sancti & immaculati. Hoc agitur, subdit ibidem, ut hoc simus, si immaculati intelligendi sunt, qui omnino sine peccato sunt. Si autem immaculati sunt, qui sunt sine crimine, etiam in hac uita fuisse, atque esse negare non possumus. Quia non ideo sine ullo peccato est aliquis, quia non habet maculam criminis. Vnde & Apostolus cum ministros eligeret ordinandos, non ait, Siquis sine peccato, quod inuenire non posset, sed ait. Siquis sine crimine, quod utique posset. Cui subscribit Grego. in haec uerba. In hac uita multi sine crimine, nullus uero esse sine peccatis ualet. Et in hunc sensum accipi debent, quae Hieronymus huic argumento respondet. Cum enim Pelagius ex his uerbis Christi & Dauidis niteretur approbare posse homines esse sine peccato, respondet haec exposuisse Apostolum, cum dixit. Ex parte nunc cognoscimus, & ex parte prophetamus, Cum autem uenerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Et causam explicans subdit. Mun D
dum nanque & immaculatum cor duntaxat ex parte & in umbra & imagine in hac uita possidemus. Videlicet, quia licet liberi possimus esse a maculis grauibus, & laetalibus, nunquam tamen sic sancte & perfecte uiuemus, ut non aliquando in aliquas leues, & ueniales culpas incidamus. Eoque fiet, ut non omnino immaculati simus, & mundi corde in hac uita. Et alibi sic tractat illud, Si iustus uix saluabitur. Certe iustus est, qui in die iudicij uix saluatur. Saluaretur autem facile, si nihil haberet maculae. Ergo iustus est in eo, quod floret uirtutibus, & uix saluatur in eo, quod in quibusdam Dei indiget misericordia. Quanquam autem citata testimonia haec sanctorum, & argumenta quae fecimus indubitatum uidentur facere, neminem in hac uita omnia uitasse peccata uenialia, tamen ne temerarij simus in inurenda haereseos nota, siqui forte aliquando fuerint, qui contrarium dicere ausint, sicut Pelagius tempore August. audebat, notanda est Augustin. moderatio & prudentia. Qui quanquàm hoc magno argumentorum molimine libr. de natura, & gratia contra Pelagium contendit, & in de spiritu & lit. cap. 2. testimonijs scripturarum definitum ait se putare, nullum inueniri absque peccato, tamen mox subdit multum errare, neque perniciose, siquis credat aliquem talem esse, aut fuisse modo seipsum talem esse non putet, nisi reuera, ac liquido talem se esse pspexerit. Quin & illi non solũ nõ aduersandum, sed & plurimum gratulãdum esse asseuerat, qui

Grego. 21. Mo. c4. 9.

Hieron. 2. con. Pela.

Aug. moderatio.

A ostenderit aliquē, uel aliquos hic uixisse sine peccato, & testimonia scripturarum allata in contrarium aliter esse accipienda, quam sonant. Atq; ibidē, & alias non semel illis solis acerrime, & uehementissime resistēdum esse scribit, qui putant sine adiutorio dei per seipsam uoluntatem nostram posse iustitiam uel perficere, uel ad eam tenendam proficere. Ep.98. & lib. cōt. Pelag.

Beatissima Dei mater ne minimum unquam admisit peccatum. Cap. XVIII.

SVmmo uero iure. S. Synodus Deiparam uirginem, ab hac doctrina, qua neminem dicimus hic uixisse sine peccato, ac plane asseruit ecclesiā tenere, speciali priuilegio illam uitasse & omnia, & singula peccata uenialia. Debebatur hęc laus innocentissimę illius uitæ, & plenitudini gratiæ, quam teste Gabriele apud Deū inuenit. Atq; amor, quo unice a Deo dilecta est, & supra omnes exaltata, & unigeniti filij sui domini nostri sublimitas & sanctitas, ac mirifica solicitudo, quam nostri apud Deum gerit, & singulare patrocinium, quo Ecclesiam semper adiuuat ad omnes interimendas hæreses, iampridem diserte & clare hanc pręrogatiuam ei tribui a sacris concilijs flagitabant. Nec scio catholicum doctorem, qui non illi hanc gloriam ex animo uendicauerit, præter unum Grego. Ariminensem, qui in. 2. sent. coactus quodam Aug. testimonio, quia in originali illam conceptam asseruerat, asseruit & aliquando admisisse ueniale, sed & ipse mox eam sententiam reuocauit, quia uidit, ut ait, communi sanctorum doctrinæ illam obuiare. Verum Caluinus ita pius est in gloriosam uirginem & in alios Dei sanctos, ut ne hic quidem. S. Synodo parcere potuerit. In antidoto. 29. can. sic scribit. De speciali uirginis Mariæ priuilegio, cum cœleste diploma protulerint, credemus quod iactant. Atque ut uideant, qui ab eo sunt seducti; quem magistrum hac in parte sectentur, impia & maledicentissima uerba, quæ his adiungit, subijciam. Vbi Aug. Amb. & Chry. in fauorem aduersæ nobis sententiæ perperam allegasset, subdit. Quæ omnia non in alium finē commemoro, quam ut intelligant lectores, nullum esse tam nugatoriū figmentum, quod inter fidei dogmata ab istis asinis non censeatur. Quis iam queat tantam impietatem, & procacitatē patiēter ferre? Docēdi magis quā respondendi studio hactenus cū illo certaui. Sed nūc oīs uincit patiētia suorum malignitate uerborum. Quæ te rabies impie exagitat? quis furor? q̄ uesania? Non satis erat monachos de religione optime meritos singulis pagellis, ut facis, diffamare, ac ludibrio exponere? non satis erat calamū impudenter distrinxisse in aliquot nominatim ep̄os pios, doctos, disertos, ac perinde uenerādos? O cæcū furorē, & mētē in propriū exitiū uesanā. In cœlū os ponis? Ad iniuriā Virginis, quam oēs laudāt, rabiem tuā confers? Contra ipsam Dei Ecclesiam arma sumis? Pulchrā ut luna, electā ut sol, terribilē ut castrorū acies ordinata, subsanare, deridere, & infamibus elogijs passim notare audes? Anathemata illius ipsis tartareis potestatibus formidāda, cassa, & irrita, ac fulgetra, & puerorum terriculamenta appellas? Taceo nunc de Virgine, cuius gloriam, dum nefario ore pollluis, teipsum condemnas, atq;

Can. 23. Luc. 1. B Caluini impietas ī B. uirginem.

Autoritas episcopo= rum. inuisum cũctis facis, pro Ecclesia dei primũ tibi hęc pauca rñdebo. In quos C putas perfide te certare, cũ in Syno. Tridẽtinam scribis? Nõne in Christos, & sacerdotes dñi? Nõne in regni cœlorum clauigeros? nõne in pastores dominici gregis? nõne in ipsos uicarios Christi? Derisio illorum, derisio est patris cœlestis, qui illos in tãtę culmen dignitatis prouexit. Subsannatio illorũ subsannatio est. s s. quo sunt spiritaliter uncti. Opprobrium & cõtemptus illorum, opprobrium & ludibrium est Christi, qui illos sibi in uicarios sub

Luc.10.c stituit. Qui uos audit, ĩquit, me audit, & qui uos spernit me spernit. Et dum illos in te prouocas, oĩum irritas iram & indignationem regum & principum Christianorum, qui protectores sunt & defensores sacrorũ conciliorum, & uel sua præsentia, uel clarissimis suis oratoribus illa semper exornarunt. Et quid dico illorum te iram prouocare? Distringis nimirum & eorũ in te gladios, & curiã ipsam cœlestẽ, q̃ mater nr̃a est, & multorũ miliũ angelorũ frequentia nos illustrát, ac protegit, & ipsum. s s. p̃sidem & rectorẽ cõciliorũ in te accẽdis. Equidẽ te, ut pro gloria dei cũ stomacho loquar, nec responsione dignũ oportebat facere, sed ad radices ĩfructuosę arboris Euãgelij securis admouẽda fuerat, & cũ infœcũditate foliorũ tradẽdus eras flãmis, ut disceres saltem reticere, qui pie loqui nũq̃ didicisti. Qñ uero deus pp immensam suam clementiam, & longanimitatem te adhuc patiẽter expectat, & pp iniuriam temporis digna de te sumere supplicia, nõdum inuictissimo nostro Imperatori licuit, ne uenenata tua lingua iterim impune quodlibet, deblateret, & ĩcautos aliquos decipiat, laudẽ matris dei hac ĩ parte, q̃ nobis D

Mater dei, socia Chri. ex suscepto munere incũbit, ꝑ tenuitate nr̃a tueri aggrediar. Nam in eo, qđ nec sociam illã xp̃i, & ei in cœlo assidentem pati potes, optime tibi rñdit, ac palam ostẽdit pius ualde iuxta ac doctus Ioan. Cochleus, toto te cœlo errare.

2.Cor.1. a Quis fidelis nesciat socios xp̃o futuros in cõsolatione, qui fuerunt in tri-

1.Cor.1. b bulatione, & oẽs Christiani, teste Paulo, in societatẽ ipsius uocatos esse, ac si

2. Tim. 2. sustineamus, cum Christo ẽt regnaturos? Sed te miserã ista fugiunt, q̃ ne imperiti quidẽ, & illeterati inter fideles ignorant, quia fonte ueræ. Theologiæ, Parisiensi uidelicet Gymnasio deserto, ad putidissimas & cœno oblitas Lutheri & ipsorũ sectatorũ lacunas ꝑfidus & ꝑfuga te cõtulisti. Ne uero dũ innocẽtiã singularẽ Deiparę uirginis ostẽdimus, calũnieris, & clamites, q̃ ꝑ te faciãt, a nobis esse dissimulata, & sñiam tuã nõ idoneis argumentis, sed lubrica disputatione cõuulsam, eisdẽ, quib. ingrederis uestigijs, impietatẽ tuã ꝑsequar, & qb. in nos uteris testimonijs, te reuincã? Ita ĩtelliges potuisse te legere, q̃ scripta sunt, & nõ potuisse, q̃ pietate roborata s. ũt cognoscere. Eccle

Obiect. 1. Caluini. siã, ais, qd appellãt, nisi cõciliũ Claromõ? At ego, ut ĩgenue fatear me nesci-re, qđ nescio, ne in cõcilio Claromõ. statutũ eẽ scio B. uirginẽ caruisse pc̃tõ

Respon. ueniali. Nã cõciliũ hoc nũq̃ legi, nec in lib. cõciliorũ habeť. Tñq̃ memini ĩ Basil. cõci. definitũ legisse, caruisse illã oi pc̃tõ ẽt originali. Neq̧ opus sane ẽ, hoc olim scriptis definisse ecclesiã, ut uere dixerit nostra Synodus Ecclesiã tenere hoc uirginis priuilegiũ. Sed satis est, si id, ut certũ & ĩdubitatũ semper ediderit maxima, et p̃cipua pars ecclesię. Nõ illa sola tenet ecclesia, q̃ certis

A & scriptis canonibus definita sunt a summis pontificibus & generalib.con cilijs.Quin uero & omnia,quæ ab eis statuta sunt,prius ut certa tenebantur ab ecclesia,& quia tali & tanta certitudine ab ea tenebantur, scriptis manda tum est,ut ab omnibus catholicis tota mentis deuotione susciperentur, & crederentur. Si tamen,ut innuis,in Concilio Claromontano hæc ueritas stabilita est,inde maior tua conuincitur impietas,qui non tantum Tridenti no,sed & Claromontano,resistis,quod uelut patrium tuorum ornamen tum debebas tueri. Quantum hic degeneras Caluine ab illustri,& Christia nis.Gallorum tuorum natione? Illi pro sua singulari pietate ne conceptam quidem in originali peccato pati possunt,tu etiam ueniali peccato obno xiam facis.Illi ne aliena culpa defœdari eam patiuntur, tu etiam propria & ab ea sponte sua commissa eam coinquinas.Sed si a Claromontano Con cilio hoc definitum est,& Concilium illud fuit generale, ut uidetur,quia in eo præfuit Vrbanus secundus,ac nonnulla ad uniuersam ecclesiam spectan tia statui curauit,cur non uis,ut quæ ab eo definita sunt,dicamus ab ecclesia teneri? Nonne Concilia generalia,ut definitum est in Concilio Constantië si,eccle.uniuersalem repræsentant? Si proceres & maiores alicuius regni uel ciuitatis,dum autoritate sui principis legitime congregantur, totum regnũ uel ciuitatem repræsentant,& quæ ab illis statuuntur,statuta regni uel ciuita tis censentur,qui potes negare, concilia generalia,in quæ prælati & maio res ecclesiæ autoritate summi Pontificis conueniunt, ecclesiam uniuersam

B repræsentare,& ea dici debere ab eccle.teneri,quæ ab illis fuerint in fide sal tem stabilita? Sed addis.Ecclesiæ certe membrum erat August. qui tametsi amoliendæ inuidiæ causa mauult alicubi de beata uirgine silere, passim ta men sine eius exceptione totum adæ genus peccato inuoluit. Quin etiam prope disertis uerbis eam in peccatorum ordinem aggregat,cum ad Mar cellinum scribens multum eos errare tradit,qui ulli sanctorum,prçterquam uni Christo,necessariam fuisset hanc deprecationem negãt, Dimitte nobis debita nostra.Quid hic dignum tantę istiusę imposturę respondere queam? *Obie.2 Caluini.* *Resp.* Audi impie.Non solum non siluit de hoc Aug.non solum non eam un quam in peccatorum ordinem aggregauit,sed manifestiss.ac clarissimis uer bis asseruit nos scire,eam ne minimum quidem admisisse unquam peccatũ. Cum Pelagius te certe hac in parte magis pius,post aliquot sanctos & san ctas ueteris testamenti,quos contendebat fuisse sine peccato,tandem subie cisset,necesse esse pietati,confiteri dei matrem nullum habuisse peccatum, Aug.de alijs omnibus negat,& de sola ipsa apertissime id concedit in hæc uerba.Excepta itaque sancta uirgine Maria,de qua propter honorem domi ni nullam prorsus,cum de peccatis agitur,uolo habere quæstionem. Inde enim scimus,quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad uincendum omni ex par te peccatum,quia concipere,ac parere meruit,quem constat nullum habuis se peccatum. Hac ergo uirgine excepta,si omnes sanctos & sanctas congre gare possemus &c.una uoce clamassent, Si dixerimus, quia peccatum non *Aug. de na. et gra. c. 36*

habemus, ipsi nos seducimus. Profecto his uerbis non solum ueritatem, C quam tuemur, professus est Aug. sed illam notam, esse & indubitatam fideli bus aperuit, ac tela nobis suppeditauit, quibus tuam impietatem reuincere mus. Ad uincendum omni ex parte peccatum, & non tantum ad uitandũ plus ei gratiæ quam cæteris collatum dicit, ut intelligas non tantum uitasse illam omnia peccata, sed & plane de illis triumphasse, ac nouis semper uicto rijs, & incrementis gratiarum illustratam fuisse & ornatam. Et se scire hoc di xit, ne tu aut figmentum aut opinionem humanam hoc putares. Nec sub icicuit, unde id sciret. Quia concipere, inquit, & parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Mereri non poterat tantam dignitatem, immo

2.Co.6 nec idonea ei esse, si sua sponte alicui consensisset peccato. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ cõuentio Chri

Pro.17 sto ad Belial. Nonne etiam honor parentum gloria est filiorum, & dedecus matris, dedecus est filij? Qui ergo potes dubitare, quin Deus, qui suæ gloriç zelator est, quique omnibus necessaria pro sua specie, & conditione tribuit, auxilium ei dederit, ad omnia deuitanda peccata, quam certo scis ab ęterno sibi delegisse in matrem, ac supra ipsos choros angelorum uoluisse exaltare? Et tu quidem Caluine debuisses tibi præ cæteris a tam impia sententia tem perare. Nam qui dicis nullum esse peccatum, quod non sit mortale, cum ais matrem Dei admisisse aliquod peccatum ueniale, cogeris consequenter dicere, eam fuisse aliquando in peccato mortali, ac perhoc & inimicam Dei & filiam diaboli & seruam peccati & ream Gehennalium flammarum. Quod D nescio, an uel hæreticissimi, qui fuerũt, potuissent unquam tolerare. Atqui membra ecclesiæ ait erant Chrysost. & Amb. qui ambitione tentatam fuis

Resp. se suspicantur. Nunquid igitur crediderunt esse figmentum sicut tu dicis, nugatorium, quod nos credimus? Certe suspicio longe distat a fide, & qui suspicatur, nondum credit. Deinde. Si tentata, nunquid uicta? Nonne Chri

Heb.4.d stus tentatus est per omnia pro similitudine absque peccato? Adhæc. Non sunt multa, quæ aliquibus doctoribus dubia fuerũt sine culpa, & tamen po stea ut certa definita sunt ab eccle. quia certis argumentis postmodum con

Amb. stitit trepidasse illos ubi nullus erat timor? Sed Amb. ubi illam ambitione tẽ tatam suspicetur, me quidem fugit. Vnum scio disertissime illum & pientis sime lib. 3. de uirginibus in omnibus singillatim uirtutum officijs absolutis simum illam exemplum mundo præstitisse docere, & eius unius uitam om nium fuisse disciplinam. Nec patiuntur illa, quæ constanter de ipsa differit, uel minimam uerbi aut cogitationis ociosæ, aut alicuius officij intermissi ne

Chry. ho. dum ambitionis labeculam ei inurere. Et cum Chry. dixit, fortasse aliquo

20. in Ioã. humano affectu eam ductam fuisse, ut postularet a filio miraculum conuer

Tho. 3. p sionis aquæ in uinum, potuisset a te, si pius esses, pie exponi, sicut. S. Tho. ex

q. 27 ponit. præsertim cum aperte & absque ulla dubitatione ibi asserat illud mira culum eam petisse, quia nouerat iam tempus manifestationis Christi aduenisse, & optabat ut hominum sibi gratiam cõciliaret. Vnde et statim subdit,

A ipsis illis asperioribus uerbis & indignatione illa, Quid mihi, & tibi est mulier? indicasse Christum, quod eam præ cæteris amaret & revereretur. Et quid tandem hic fuit, uel cum uenit ad templum cum alijs cognatis, ut uideret & alloqueretur filium, quod uel Momus ambitioni queat imputare? Quod petijt miraculum? Atqui multi alij petierũt maiora a Christo, nec ea de re uituperantur, sed laudantur. Quod accersiuit filium prædicantem, ut commemorat Marcus? Atqui multæ iustæ causæ id faciẽdi potuerũt subesse. Quod si aduertamus, quę post illa uerba, Vinum non habent, statim secuta sunt, & quanta illa confidentia mox imperauerit ministris, Quodcunque dixerit uobis, facite, planum erit, eam filium in illa petitione non offendisse, sed dominum ita ob exemplum nostrum respondisse, & ut Deo insolidum uendicaret potestatem faciendi miracula. Non agnoscit, ait Aug. uiscera materna, facturus opera diuina, tanquã dicens. Quod de me facit miraculum non tu genuisti. Diuinitatem meam non tu genuisti. Nec Cyr. hic agnouit aliquam fuisse culpam in uirgine, sed plane ac uelut e diametro huic errori aduersatus ita scribit. Vino deficiente mater eius, quæ uniuersa illi possibilia esse non ignorabat, hortatur ut solita sua bonitate atque misericordia uteretur. Et ibidem explicat ideo illam dixisse ministris, Quodcunque dixerit uobis, facite, quia magnam sibi autoritatem & dignitatem deferri a domino non ignorabat, ac dominum acquieuisse illius precibus, ut ostenderet, quantus honor parentibus debeatur. Quam lõge uero a tuo isto errore fuit Anselmus, qui in pia quadam huius uirginis beatiss. inuocatione, plane asseuerat angelos puritate ab ea uinci. Si angelos puritate superat, cum angeli nullum admiserint unquam peccatum, neque illa fuerit peccati aliquando rea. Atque Anselmum secutus est Bern. qui ubi dixisset ineffabile esse priuilegium meritorum ipsius, & omnes uirtutes singulari prærogatiua inueniri in ea, subdit. Quæ enim uel angelica puritas uirginitati illi audeat comparari, quę digna fuit. ss. sacrarium fieri & habitaculum filij Dei. Et in serm. alio quo ostendit non incongruenter ei aptari, quod de ecclesia Ioannes dixit, Mulier amicta sole, sic scribit. Iure ergo maria sole perhibetur amicta, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, ut nihil in ea nõ dico tenebrosum, sed obscurum saltem, uel minus lucidum, sed ne tepidum aliquid, aut non feruentissimum liceat suspicari. Audi hæc, & attenta mente lege Caluine. Velis salubriter uinci. Ne resistas manifesto lumini. Agnosce errorem tuũ, qui ea credideris de uirgine ista sanctissima, quæ ne per somnium quidem suspicari teste isto sancto doctore, tibi licuit. Si ad uitandum peccatum, amorem Dei feruentiss. requiris, en tibi Bern. dicit omnia in illa fuisse feruentissima. Ac ne fidẽ ipsius dictis abrogaret, mox ex ipso Euangelicę historiæ decursu ostendit, nihil in ea fuisse indignationis, ambitionis, aut loquacitatis, sed admirabili omnium uirtutum fulgore eam mundo præluxisse. Et quid plurium tibi doctorum testimonio obijciam? Quid aliud prædicant sancti omnes, cum passim illam sicut facit Sixtus. 4. intemeratam & immaculatã

Mat. 12. d
Mar. 3. d
Ioan. 2
Aug. trac. 8. in Ioan.
Cyr. 2. in Ioan. c. 22 23. et. 24
Ansel.
B
Ber. ser. 4 de assũpt.
Apo. 12
Sixtus in

Extra uag. predicant? Quid aliud, cum ei aptant illa uerba ex canticis, Tota pulchra es C
Graue nimis. amica mea, et macula non est in te? Certe immaculata dici nequit, neq; pulchra, si macula aliqua peccati aliquando respersa fuit. Si carnem uirginis omnes doctores constanter tradidere perpetuo fuisse alienam ab omni rebellione aduersus spiritum, nec unquam infestatam fuisse legem mentis ipsius a lege carnis, cur tu impie non idem credas de ipsius anima? An non magis dedecorat nos uel minimum peccatum, quam uniuersa rebellio carnis, naturali tantum lege, & præter omnem uoluntatem nostram nos discrucians? Si propter honorem domini carnem eius liberam ab omni mala concupiscẽtia, & ab omni post mortem corruptione tuemur, certe & propter eũdem animam eius ab omni sorde peccati alienam oportet tueri. Non enim minus decebat eum de muliere peccatrice carnem sumpsisse, quam de carne, quę rebellis fuerit spiritui, & a uermibus postea consumpta. Sancti doctores Egnatius, Polycarpus, Hiereneus, Iustinus martyr, & multi alij Apostolici & eloquentes uiri, quos citat sine nomine Hiero. con. Heluidium, & ipse Hiero. & Hilarius, & Amb. & Aug. & Greg. & omnes doctores catholici, qui ipsos secuti sunt, & uniuersa deniq; ecclesia semper execrata est errorem Heluidij contra perpetuam uirginitatem matris dei, non ob id tantum, ꝙ contra doctrinam esset acceptam ab Apostolis, quam nonnullæ prophetię & figuræ uete. testamenti efflagitant, sed ꝙ indecens putarunt, ut thorus ille immaculatus uerbi dei, ac templum dominici corporis alio uiolaretur foetu. Quando ergo te illi passi fuissent, qui non templum dominici corporis, D sicut Heluidius, sed animã illam multo corpore preciosiorẽ, quæ sedes fuit Dei & sanctuarium eximium, & singulare. ss. succendis, uiolas, contamí-
Heb. 13. 4 nas, & culpæ etiam lætalis ream facis. Cum honorabile sit connubium in omnibus teste apostolo, & thorus immaculatus, non uides miserrime hominum, multo te magis uirgineum Christi thalamum hac tua impietate dehonestare, quam si cognitam uiro, aut post mortem putrefactam, & corruptioni fuisse obnoxiam dixisses? Hæc si ut par est, recte expenderis, nunquã definitionem patrum nugatorium figmentum appellabis, Sed non plurib. hac de re tecum agam. Gloriæ iam erunt tua conuitia, cum eodem, quo intemeratæ uirgini detraxisti, ore nos laceres, & caninam tuam rabiem serui domini pariter experiantur, & mater.

Posse iustos quouis temporis momento & singula, & omnia uenialia uitare. Cap. XIX.

VErum illud post hæc uidendum, an quod nullus excepta immaculata uirgine omnia deuitarit uenialia, inde profectum fuerit, quod eiusmodi sint hæc peccata, ut etiam ab inuitis committantur. Absit ta-
Propo. 1 men ab humanis mentibus tãta impietas, ut uel minimo peccato imputet, quæ ab eis uitari nequeunt. Omne peccatum, ut supra non semel ex Aug. &
Cal. I. c. 6 alijs doctoribus probauimus contra Lutherum & Protestantes, uolunta-
Aug. rium est. Ac ne uoluntarium dicat Caluinus ab Aug. uocari, quod uolũtate

si

A sit, non autem quod fieri, & non fieri a nobis potest, ne huic absurdo diuer ticulo aliquis locus esset, idem Aug. sapienter & prouide dicit, Peccati reum teneri quenquam, qui non fecit, quod facere non potuit, summæ iniquitatis est, & insaniæ. Cumque Deus ut iustissimus iudex, quia teste Tert. iustitiæ carissime exigendæ, & tuendæ præest, omnia peccata puniat, & suam cuique peccato pœnam statuerit, magnæ profecto impietatis reum illum facimus, si credimus nos ab eo puniri pro illis, quæ uitare nequimus. Quis hoc faceret tyrannus? Neque antiqui scholastici, ut s. Tho. s. Bona. & Altissi. qui omnem tentationem carnis tuentur esse peccatū, ab hac doctrina dissidet. Solas enim tentationes carnis dicunt, quæ uel tunc cum eas patimur, euitare possumus, uel certe præueniri à nobis potuerunt. Et diserte explicāt nullum subesse in his incursionibus peccatū, nisi cum sunt uoluntariæ & uitari uel possun͏t, uel certe potuerunt, & si alias etiam tentationes probentur peccata dixisse, non censent ea esse ad nouam pœnam imputabilia, sed peccata dicunt, quia sequelæ sunt peccati Adæ, sicut opera alioqui dissona rectę rationi sequentia ex culpabili ebrietate, peccata quādoque appellarunt, & Aug. uitia appellat infirmitates & insultus carnis. Neque solum hoc uerum est, de quocunque peccato. Nullum est uitæ momentum, in quo non possit homo & singula, & omnia euitare peccata. Nam si posset homo singula uitare, & non omnia, aut non teneremur euitare omnia, neque probro nobis uerti posset, quod non uitemus omnia, aut certe iam ad aliquid impossibile essemus adstricti. Quorum utrunque absonum & absurdum est. Nulla etiam potest esse in Lege Dei perplexitas. Estque axioma istud, ut diuinæ bonitati maxime consentaneum, apud omnes catholicos receptissimū propter autoritatem Pauli dicentis. Fidelis est Deus, qui non patietur nos tentari ultra id quod possumus, sed faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Equidem si quenquam Deus tam multis hincinde circūuallare permitteret tentationibus, ut propter multitudinem earum simul in eum coaceruatim irruentium singulas deuincere posset, sed non omnes, neque semper pateret uia, qua saltem per fauorem ipsius omnem culpā possit euadere, iam supra quam possemus, tentaremur, neque faceret ille cum tentatione prouentum, neque ut alij legunt, exitum, quia ex eis nō liceret sine damno exire. Adeoque uerum est, posse hominē omnes & singulas tentationes ei ingruentes quocunque in momento superare, neque unquam adigi ad peccatum, ut uel hac ratione crediderim posse hominem sæpe esse in hac uita absque culpa & reatu alicuius peccati actualis, ac uere plerunque sic esse. Non semper peccant omnes iusti, non semper adijciunt peccata peccatis, nec potest aliquis tam scrupulosus esse Christianus, qui in omni tempore putet se peccare, & de omnibus suis actibus confiteatur, etiam si omnia sua peccata adnitatur confiteri, nisi forte errore Lutheri seductus, omnia opera huius uitæ quantumcunque sancta crediderit esse peccata. Et quamuis peccatores omnes simus, & multarum nobis conscij culparum, sunt tamē

Tertu. de pnīa.

Propo. 2.

Arg. 1.

Arg. 2.

1. cor. 10. c

Propos. 3.

Aliquādo sunt iusti sine peccato.

per gratiam Dei semper nonnulli uiri ita perfecti, & immaculatam uitam C
in hac militia agentes, ut & in diem unum sine peccato durent, & ne leuissimæ quidem culpæ sibi conscij sint, quã possint eo die a se admissam confiteri. Quod si nobis hoc non credunt hęretici, credant saltem .d. Hiero. qui maxime illis hac in parte uideri potest in plerisq; fauisse in dialogis illis doctissimis, quos edidit aduersus Pelagianos. Cũ enim constanter asseueret, & plurimis utriusq; testamenti testimonijs nitatur approbare, non posse ab aliquo nostrum sic Dei seruari mandata, ut ad perfectum iustus sit, & non aliqua ex parte peccator, tamen tandem paulo post principium tertij libri uictus argumentis aduersantis Critobuli, fatetur, statim a suscepto Baptismate hominem peccato carere, neque se negare hominem aliquando esse sine peccato per Dei gratiam. Et in .2. lib. aperte dixerat. Qui cautus & timidus est, potest ad tempus uitare peccata. Et ad finem eiusdem libri. Tolle igitur posse, & concedam omnia donãte Deo subsistere. Aug. etiam lib. de na. & gra. hoc ipsum per Dei gratiam fieri posse, ac factum esse ex autoritate Hilarij, Ambr. Hiero. & beatiss. martyris Sixti. Ro. ecclesiæ episcopi confirmat. Quid igitur Ioannes nomine suo, & cunctorum dicit, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est? Certe propter autoritatem horum uerborum Augu. in lib. de natura & gratia. Non solum, inquit, iusti, sed si omnes sancti, & sanctæ, cũ hic uiuerent, interrogarentur, responderent, non esse sine peccato. Et in eodem libro etiam de se & de alijs ex Deo natis hęc dixisse Ioannem asseuerat. Et ad eandem sententiam confirmandã usi sunt hoc testimonio Cyp. & Hiero. in locis iam citatis. Vrgeri etiam hæc possunt, quia in Concilio Mileuitano expresse propter eadẽ uerba Ioannis diffinitum est, quencunq; iustorum posse ueraciter, non tantum nomine Ecclesię, sed et suo quoq; dicere particulam illam orationis dominicę, Dimitte nobis debita nostra, Et idem postea ad uerbum refertur inter cano nes Cõciliorũ Aphricanorum. Si uero aliqui iusti aliquando essent sine peccato, uere possent dicere se non habere peccatũ, et pro illo tempore nõ poterunt dicere ueraciter nomine suo Dimitte nobis debita nostra. Sed uerba Ioannis haud quaquam in hũc sensum accipienda sunt, quasi non possimus hic aliquando esse sine peccato, & id ipsum uere et probabiliter de nobis credere. sed ad totum uitę decursum referenda sunt. Et ita Ioannem exponere sancta hęc synodus nos docuit cum cap. 11. et can. 23. ad totã uitam retulit, q; non uitent iusti omnia peccata uenialia. Cauit nimirum dilectus domini in citatis uerbis, primo ne quispiam crederet se sic immunẽ esse a peccato, ut nulli ꝓrsus culpæ unquã obnoxius fuerit, neq; Dei misericordia unquam indiguerit. Dein, ne putet quispiã sic se innoxiam et immaculatam uitam ducere, ut non aliquãdo uel minutum aliquod admittat peccatum. Vnde et statim subiecit, Si cõfiteamur peccata nostra fidelis est et iustus, ut remittat nobis peccata nostra & emundet nos ab omni iniquitate. S dixerimus, quoniam nõ peccauimus,

Margin notes: Hiero. — Aug. c. 62. 63. 64. & 65. — Obiect. 1 — 1. Io. 1. c. — c. 36 — c. 14 — D — Obiec. 2 — Cã. 7. et. 8 — Can. 81. 82. 83. — De Eccle. dog. c. 49 — Can. 23

A mendacem facimus eum,& uerbum eius non est in nobis. Expēdamus bene duo illa uerba,& emundet nos ab omni iniquitate,& si dixerimus,quoniam peccatum non habemus,uel quoniam non peccauimus.Et ex prioribus constabit non esse contra Dei ueritatem, sed consonum potius ipsius ueritati & iustitiæ,ut credamus nos aliquando Christi gratia & sanguine liberos esse,& mundos ab omni iniquitate.Ex posterioribus uero colligere licebit,perinde esse,si dixerimus,quoniam peccatum non habemus,ac si apertius diceretur.Si dixerimus, quoniam peccato obnoxij non fuimus,& plærunque simus.Et ne alio citata Aug.uerba,aut similia detorquerent, ipsemet in Enchi.sic scripsit.Neq; peccatum est omne crimen, neque crimen est omne peccatum.Itaq; sanctorum omnium uitam,quandiu in hac morte uiuitur,inueniri posse dicimus sine crimine, peccatum autem si dixerimus,quia non habemus,nos metipsos seducimus. Vides ut Aug.non ad aliquod breue tempus uel momentum,sed ad totam uitæ præsentis stationem,& sua,& uerba Ioannis refert? Et in de perfectione iustitiæ prope finē idem perspicuum fecit his uerbis. Quisquis autem dicit post acceptam remissionem peccatorum ita quenquam hominem iuste uixisse in hac carne, uel uiuere,ut nullum habeat omnino peccatum,contradicit Apostolo Ioanni,qui ait,si dixerimus,quia peccatum non habemus .n.1.f.e.u.1.n. non est.Non enim habuimus,sed habemus dixit. Atq; in hunc sensum exponēdi sunt alij doctores, qui similiter loquūtur. Propterea uero iusti semp possunt & humiliter,& ueraciter dicere nomine suo & aliorꝫ uerba illa orationis dñicę,Dimitte nobis debita nostra,sicut in Conci.Mile.olim & nouissime. c.11.a patribus diffinitum est,quia quod potest esse,non potest satis constare.Vnde enim quis sciat in huius uitæ caligine remissionem se omnium peccatorum quo ad culpam & pœnam fuisse iam assecutum? *Resp. ad aug. c.64* *Resp.ad.2 obiect.* B

Impoßibile nobis est moraliter,uitare tota uita omnia uenialia. Cap. XX.

CVm hęc tamen incontrouersa sint & esse debeant inter catholicos,illud discutiendum superest,quod tertio loco nos tractaturos promisimus,an in potestate sit nostra uitare singula & omnia uenialia,non tantum pro aliquo paruo uitæ tempore,sed etiam pro tota uita.Huius autem quæstionis enodatio explicationem requirit duplicis potestatis uel impossibilitatis,quæ communiter ponitur ab scholasticis.Quædam enim dicuntur moraliter possibilia,seu impossibilia,alia logice,seu metaphysice.Et moraliter ea dicūtur possibilia,quæ sæpe & sine magna difficultate fieri possunt.Contra uero impossibilia moraliter dicuntur, quæ fieri non possunt nisi rarissime,& cum magna difficultate.Et sic Christus dixit, impossibile esse diuitem intrare in regnum cœlorum.Et Hiere.impossibile ait male assuetos bene operari.Logice uero,seu metaphysice possibilia dicuntur,quæ utcunque fieri possunt,& econtrario impossibilia quæ nullo modo. Porro si de nuda potentia nostræ libertatis sit quæstio,certum fecerunt Aug. &Hiero,& alij nobiles autores,qui contra Pelagianos disputarunt,neutro *Matt.19* *Hiere.13.d*

modo ſubeſſe noſtræ poteſtati uitare omnia uenialia, neq; iam per Dei gra C
tiã neceſſe eſt hanc conſtabilire ueritatem, quæ & hæreticis noſtræ tempe-
ſtatis certiſsima & indubitata eſt. Si uero de potentia noſtræ libertatis ope
diuina ſubnixæ tractemus, ſecundum legem communem cõſtitutiſsimum
omnibus crediderim eſſe debere, neminem quantuncunque iuſtũ excepta
Deipara uirgine, poſſe, aut potuiſſe moraliter tota uita cuncta deuitare ue-
nialia. Quod uel hinc liquere poteſt, quia nemo excepta. b. V. dabitur ut
ex dictis in proximo capite conſtat, qui omnia illa deuitauerit. Enimuero
quod tam multi uiri ſapientia & ſanctitate conſpicui, ſummo ſtudio, totaq;
ui & ope ſua conati ſunt, neq; tot annorum ſæculis ſunt aſſecuti, merito im
poſsibile moraliter cenſeri poteſt. Atq; illa, quæ in unum coegimus in ulti.
cap. lib. 12. ut difficultatem perſeuerandi oſtenderemus, dilucidum poſſunt
facere, nihil eſſe tam impoſsibile moraliter, quam hoc ſit, ut quiſquam mor
talium, donec abſumatur quod filiј carnis, & ſæculi huius ſumus, liber ſit ab
omni culpa. Et quia moraliter hoc non ſubiacet noſtræ facultati, prouiden
tiſsime in oratione dominica, quam & omnibus ſuis, & in omnem ſtatum
Chriſtus proſpexit, non tantum inſtituit, ut peteremus ne induceremur in
tentationem, ſed ut etiam dimitterentur nobis noſtra debita. Atq; hinc cre-
diderim motos fuiſſe plæroſq; ex ſanctis doctoribus, ut quãuis diſerte alias
dixerint poſſe nos per dei gratiam implere ad plenum ipſius legem, tamen
nonnunq; more ſcripturarum & communis conſuetudinis loquentes, aſ-
ſeruerint non poſſe quenq; mortalium in hac uita omnia deuitare peccata. D
Et de hac morali impoſsibilitate uerba eorum interpretãda ſunt, ſi non uo-
lumus impie dicere eos ſibiјpſi repugnaſſe. Sed quia poſſunt ad cõfirmatio
Can. 23 nem Can. 23. noſtri decreti uerba eorũ ualere, ex plurimis eiuſmodi aliqua
Hilarius hic quoq; ſubiјciam. Hila. in illa, Amputa a me opprobrium &c. Propheta
Pſal. 118 in corpore poſitus loquitur, & neminem uiuentium ſcit ſine peccato eſſe
poſſe. Et ſtatim. Se hominem meminit, qui per naturę infirmitatem ſine pec
cato eſſe non poſsit, & ideo precatur. Et ne auferas de ore meo uerbum ue
Aug. ho. 2 ritatis uſquequaq;. Augu. Non angeli indigent pnĩa, ſed homines, qui ſine
in Apoca. peccato eſſe non poſſunt. Et ſubiungit. Non dicam Laici, ſed etiam ſacerdo
tes una die eſſe non debent ſine pœnitentia, quia quomodo nullus dies eſt,
in quo homo poſsit eſſe ſine peccato, ſic nullo die debet eſſe ſine ſatisfactio
nis remedio. Et de bono perſeue. c. 13. citat ex Ambroſio, & approbat caue
re difficile, exuere autem impoſsibile ſurreptiones, in quibus dubium non
Greg. ho. eſt quandoq; nos peccare ueniᴀliter. Idem etiam dicit in illa uerba Ioã. Si cõ
17. ĩ euãg. fiteamur peccata noſtra. In lib. de fide ad Petrum c. 41. ut firmiſsime tenen-
et 18. Mo. dũ tradit, neminem ex adultis ſine peccato eſſe poſſe. Greg. Humana uita ſi
c. 4 ne culpa tranſiri non põt. Et alibi ẽt a iuſtis peccata hęc minuta aſſerit ineui-
Beda. tabilia. Beda in illa uerba, Ecce agnus Dei. Quãdiu ſunt ſancti in hoc corpo
ber. ď trip. re, pctõ carere nequeunt. Ber. In leuibus peccatis, a quibus abſtinere nõ poſ
miſeri. ſumus, dũ geſtamus corpus peccati, ſufficit ad ſalutẽ quotidiana pnĩa & ite-
rum.

A rum. In hoc corpore peccati, & in hoc tempore malo sine peccato esse non possumus. Et in lib. de præcepto & dispen. Fateor sane impoßibile cui uis mortalium, uel uenialiter interdum non delinquere. Et ideo ibidem colligit neminem posse caute polliceri, se non peccaturum. Et qui sic iurat, aut peierat, inquit, aut sanctior est illo, qui ait, In multis offendimus omnes. Theologis etiam scholasticis in. 2. partim in. d. 28. partim in. 41. frequēs est illud axioma, Singula posse uitari in hac uita pctā uenialia, sed non omnia. Et. S. Tho. id tuetur in. 1. 2. q. 109. art. 8. & Nico. in commen. Scripturæ. *De cœna domini.* *Iaco. 3*

Possunt iusti per dei gratiam, etiam tota uita omnia uenialia uitare. Cap. XXI.

Siue tamen hi doctores sic ualeant pie exponi, siue nō, si de potentia dialectice, aut metaphysice disputemus, et quid absolute in nostra situm sit potestate per auxilium & gratiam Dei inquiramus, simpliciter crediderim, posse nos per opem & fauorem Dei & omnia & singula peccata tota uita deuitare. Itaq; sicut Christus dixit apud homines impoßibile esse, diuitem confidentem in diuitijs suis intrare in regnum cœlorum, sed apud Deū hoc esse poßibile, quia Dei auxilio & relinqui possunt diuitiæ, & auferri cōfidentia, ita & nos asserimus, posse hominem cum Dei gratia uitare omnia peccata, quantum est ex parte suæ libertatis & gratiæ diuinæ, etiāsi hoc non B sit poßibile per solas liberi arbitrij uires. Quoniam autem hoc nouum, & durum plærisq; uidebitur, sicut & mihi sæpe uisum est, adnitar fortißimis illud quibusdam argumentis communire, quæ me diu ac multum de hac q̄stione cogitantem in hanc tandem sententiam impulerunt. Primo. Non solum tenetur homo in progressu uitæ suæ deuitare singula peccata uenialia, sed tenetur uitare omnia. Est igitur hoc homini simpliciter, & absolute poßibile per gratiam Dei. Alioqui incidemus in hæresim asserentium, Deum obligasse homines ad impoßibile. Dicet forte aliquis satis esse si præcepta obligantia sub culpa mortali a nobis possunt expleri, neq; opus esse, ut etiā illa explere poßimus, quæ sub culpa ueniali obligant. Finis quippe legis caritas est. Eanq; ob causam sufficiet eatenus posse a nobis impleri legem, quatenus & ad assequendam Dei amicitiam, & ad perseuerandum in ea satis est. Alius etiam fortaßis dicet, posse quidem nos, ac forsitan non sine causa de Deo conqueri, si hominibus pro statu naturæ institutæ legem aliquam tulisset, quæ non potuißet & in singulis & in omnibus suis partibus examussim, & ad iustum impleri, at nunc queri iure de hoc non poße. Nos quippe ipsi nobis tantum malum sponte nostra accersiuimus. Nam peccato Adæ sic læsa est, & uulnerata natura nostra, ut quam Deus tulerat perfecte a nobis obseruabilem legem, iam in pœnam nostri peccati, non in omnibus, sed in singulis duntaxat præceptis seruare poßimus. Neq; enim debuit Deus datam iam legem propter peccata nostra reuocare, præsertim cum in

Mat. 10. d *Pñt iusti oīa pctā uitare.* *Arg. 1* *Euasio. 1* *Euasio. 2*

Impugna. singulis etiamnum a quolibet sit obseruabilis. Sed profecto iustitiae diuinę C
non conuenit, & multo minus suauitati, & aequitati, ut aliquid uel in poenā peccati a nobis exigat etiam sub culpa ueniali, quod ei exhibere non possimus. Et iniquus censeretur dominus, qui ob qualencunque offensam in se patratam non contentus mandatis, quae satis essent ad habendum & tuendum ipsius caritatem & obœdientiam, aliquid praeterea impossibile a suis exigeret, etiam sub leuissima culpa & poena. Quod si propter poenam peccati hoc fieret, mitiganda esset ea seueritas, ubi uenia daretur peccato. Quare iusti modo non deberent eum rigorem pati, neq; ad aliqua obligari, quae
Euasio.3 non possint in uniuersum seruari. Alij igitur aliter hoc argumentum dissoluunt dicentes, teneri quidem hominem euitare omnia peccata, non autem aliquo peculiari praecepto, sed praeceptis illis, quibus adstringitur uitare singula, atque ideo satis esse, si possint euitari singula. Quanuis enim nequeamus euitare omnia, non inde cogemur asserere aliquod esse pręceptum nobis seruatu impossibile.
Impugna. Sed euasiuncula ista, tametsi communis, & superficie tenus apparens, nullius tamen est, si introrsum inspiciamus, momenti. Nullo quippe modo cōcedendum est, nos esse ad impossibile constrictos, siue uno aliquo praecepto, siue pluribus. Et maxime hoc tempore cauendum esset, hoc asserere, ne conueniamus cum nostrae tempestatis haereticis, qui aiunt, posse quidem a nobis legem Dei expleri, sed ex parte, & non ex toto. Ad haec. Non solum oportet concedere, quodcunq; singulare Dei praeceptum nobis esse possibile, sed id ipsum etiam fatendum est de D
omnibus praeceptis Dei collectiue & insimul sumptis. Tota enim lex Dei
Psal.18 est possibilis, & testante Psalmista iustificata in semetipsa. Neq; oportet tantum iustitiam Dei & ęquitatem in quouis praecepto ostendere, sed etiam in uniuersis. Nam Christus certe ad uniuersam legem sermonem suum retulit,
Matt.11 cum dixit. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Et de tota quidē
Deut.30 lege Moses Dei nomine asseruit mandatum, quod ipse praecipiebat, non supra uires sui populi esse. Et ipse Dauid non de uno aliquo mandato, sed de
Psal.118 omnibus dixit. Latum mandatum tuum nimis. Ac grauia nimirum essent
1.Ioan.5 Dei mandata contra autoritatem Ioan, si singulum quodq; portabile esset, sed non omnia. Equidem non minori tyrannidi obnoxius esset princeps, qui legem aliquam ferret, quae tota obseruari non posset, quam si praeceptū aliquod peculiare statueret, quod esset suis subditis impossibile. Eadē enim iniustitia, quae esset in statuendo illo praecepto, esset uel forte maior, in sanciendo tota illa lege. Et si contra iustitiam esset exigere tributum aliquod, quod reddi a subditis non posset, esset & contra illam exigere aliqua, quae omnia praestari nequeant, licet possint praestari singula. Suntq; ista ipso lumine naturali docente nota, non solum de praeceptis, quę statuuntur a principibus sub grauibus poenis, sed & de praeceptis statutis sub leuissimis. Palamq; iniustus esset dominus, qui a seruo exigeret, ut ferret a monte in domum unum lignum qualibet hora diei, si non potest hoc facere omnibus

A horis diurnis, licet id posset qualibet hora, nec ad iniustitiam interesset, siue hoc exigeret unico præcepto, siue pluribus. Oportet siquidem præcepta ita esse singillatim & complexim iusta, ut si unico statuerentur mandato, essent nihilo secius portabilia, & factibilia. Cum igitur Deus optimus maximus non solum iustus sit, sed etiam suauis & dulcis uniuersis, longe credendum est ab eius abesse uoluntate & misericordia, ut homini imbecilli & infirmo legem eiusmodi aut tulerit, aut latam ab eo custodiri uelit, quā in totum seruare nequeat, quin incidat uolens nolens in aliquam uel leuissimam culpam contra ipsam. Deinde. Qui multis, siue uenialibus, siue lætalibus ob noxius est peccatis, non solum reus est apud Deum quoad culpam & pœnam, quantum singula, sed quantum omnia simul merentur. Ergo non singula tantum, sed et omnia simul uoluntaria sunt ei, & ab eo euitabilia. Nihil certe uel culpabiles nos apud Deum, uel reos facit, nisi quod nobis sit uoluntarium. Etsi non omnia uenialia a nobis possunt euitari, ea ex parte, qua euitari nequeunt, aliquid alleuari uel minui maliciæ ipsorum concedendum esset. Quod tamen a nullo, quod sciam, conceditur. Præterea. Illo præcepto Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. obligati sumus sub mortali, nihil contrarium aut repugnans dilectioni Dei admittere, et sub ueniali neq; leuiter subsultare, aut exorbitare ab illius cultu, & obœdientia. Si ergo possumus tantum uitare singula, & non omnia uenialia, erit profecto hoc præceptum quoad hoc secundum nobis impossibile, et ita non solum B de omnibus præceptis collectiue, sed & de aliquo præcepto concedere habebimus, aliquid esse nobis a Deo indictum impossibile. Quod lib. II. ostendimus esse absurdissimum. Insuper. Cum petimus in oratione dominica, ut fiat uoluntas Dei sicut in cœlo & in terra, et ne inducamur in tentationem, sed liberemur a malo, non solum petimus, ut euitemus singula peccata, sed postulamus etiam, ut euitemus omnia. Et hoc ipsum iugiter optandum, conandum, & supplicandum est ut fiat, idq; instanter efflagitant a Deo omnes sancti. Quod quidem frustra orarent, si obtinere non possent. Profecto quæ certi sumus a nobis non posse impetrari, Deum nō petimus. Si hoc igitur sicut oportet, ac sancti docent, persistimus petere, re ipsa fatemur, id non esse obtentu impossibile. Possumus etiam hoc firmare argumentis, quibus iam constituimus posse nos quocunq; uitæ momento omnia peccata uitare. Si enim singulis uitæ partibus possumus uitare, & non omnibus, hoc erit ex debilitate uirium nostrarum, quæ ad duas uel tres horas resistere possunt cum consueto Dei auxilio speciali omnibus tentationibus, non autē maiori tempore. Quod tn̄ non uidetur satis uerisimile. Aliud quippe est de uiribus corporis, aliud de uiribus spiritus. Lassescunt uires corporis & tanto debiliores sunt, quanto pluribus, aut maioribus ponderib. maiori tempore uel spacio portādis fuerint adhibitæ. Sed uires spiritales ex ipsa uictoria tentationū crescunt, & augent. Eoq; facilius de hostibus spiritus triūphamus, quo plures iā triūphos de illis reportauimus. Itaq; si hodie tribus aut

Arg. 2 Arg. 3 Arg. 4 Arg. 5

quatuor uiriliter restiterimus tentationibus, poterimus & cras eadē, immo C maiori facilitate similibus totidē resistere, aut certe deus ad impossibile nos obligauerit, si perinde nos adstrinxerit ad resistendum cras, cum tñ non similiter ut hodie possimus. Quod & hoc exēplo potest fieri aliquanto dilucidius. Quanuis.n. concedendum sit, posse nos portare singula aliquorū põderum, & tñ non omnia, quo exemplo se solent tueri, qui dicunt posse nos uitare singula uenialia, sed non omnia, tñ nõ stat profecto, ut possim ad certum spaciū portare singula decem ponderū in una hora, quin possim et oĩa illa decē in decem horis portare, si nihil minueret uirtus portandi posteriora, quia portata fuerint priora, sed portatis nouē, integræ essent uires, & idoneæ ad portandū decimum, sicut fuerūt ad portandū primum. Quare cum omnes fateamur, sic posse a nobis uinci quascunq; tentationes in uita occurrētes, & sic posse nos resistere cuiuis pctõ, ut semper integræ sint perinde uires ad resistendū posterioribus tentationibus, ac erant ad resistendū prioribus, & singula quæq; pctã suis temporibus deuitare possimus, poterimus & toto decursu uitæ et omnia.
Arg.6 In iniuriam item diuini auxilij, aut certe diuinæ bonitatis uidetur esse, asserere tam infirmum, et tam exiguum auxilium Deum suis impartiri, tanq; parce eis auxiliari, ut non possint etiam eo adiuti, & roborati omnia peccata euitare, quantuncunq; solicite ambulent cum Deo suo. Si Deus ita adiuuat omnes iustos, ut non solum aliquanto tēpore euadere queant, sed & euadant prorsus, atq; deuitent omnia peccata, cur ad certa aliqua & præscripta tēporis repagula eos fauores coarctamus, & non D potius in omnem uitæ progressum eos extendimus, saltē ubi iusti tantorū beneficiorū magnitudinem pro dignitate agnoscunt, et paria illis pro sua uirili repensare satagunt? Profecto ex scripturis nulla talis limitatio potest colligi. Quin eiusmodi indicant nobis Dei esse beneuolentiam & beneficentiã in nos, ut nunquam Deus retractet sua dona, sed in dies singulos augeat potius illa, & accumulet, quandiu per nos non steterit.
Arg.7 Sed uel hoc argumētũ quem non moueat? In præteritum sane nullus crediderim iustorum asserere audebit, singula quidem potuisse se uitare peccata, in quæ lapsus fuerit, sed non omnia. Omnes enim perinde uidemur experiri omnia euitare potuisse, ac singula. Et nostram quisq;, siue iusti simus, siue peccatores, socordiam, negligentiam, & ignauiam accusare debemus, quod non omnia euitemus, neque unquam eius rei culpam in Dei seueritatem, uel in nostram imbecillitatem transferre. Si autem eam facultatem in nobis quisq; pro decursis uitæ spacijs agnoscere debemus, cur non & eãdem credamus, nos habere in futurum? Vt tandem rem istam scripturæ testimonijs cõmuniamus,
Arg.8 & concludamus, si non possemus per auxilium Dei omnia euitare peccata non dixisset Apostolus, fidelem esse Deum, qui non patiatur nos tentari ultra id, quod possumus, Tentamur quippe non singulis tñ, sed & oĩbus tentationib. & non uno tñ momento, sed tētatio est uita ipsa hominis sup terram. Si igitur neque per auxilium Dei omnes possimus uincere tentationes, quæ

A nes, quæ occurrunt in uitam, certe tentamur supra id quod possumus. Et quid est, quod alibi ait. Corripientes omnem hominem, et docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo. Et mox. Exhibete uos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles. Et iterum. Omnia facite sine murmurationibus, & hæsitationib. ut sitis sine querela. Et rursus. Euigilate iusti, & nolite peccare. Si nullus potest sine peccato esse in hac uita, frustra ad hoc hortabatur, & eo correctiones & doctrinam totam dirigi uolebat. Frustra etiam Petrus admonet fideles, ut sancti in omni conuersatione sint, quia scriptum est, Sancti eritis quia ego sanctus sum. Et falso alibi pollicetur eos qui consilia sua seruauerint non peccaturos aliquando. Quorsum etiam Ioannes dicit, Hæc scribo uobis, ut non peccetis, si hoc non erat possibile? Et nisi hoc cum auxilio Dei nostræ subsit potestati, quid Iudas commendat fidelibus, Deum posse eos seruare sine peccato. Hoc etiam uidentur innuere uerba illa Tobiæ. Multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato. Videtur etiam pro hac sententia esse diffinitio Concilij Arausicani. 2. quæ sic habet. Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod accepta per Baptismum gratia, omnes Baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint, & debeant, si fideliter laborare uoluerint, adimplere. Certe ad salutem pertinet uitare uenialia, licet non sit necessarium. Diffinitio item patrum. c. 11. de possibilitate præceptorum, & omnia quæ

Colo. 1

Philip. 2

1. Co. 15. d

1. Petri. 1

2. Pet. 1

1. Ioan. 2

Tob. 4. d

B induximus ad eam & sanctitatem legis Dei, & libertatem nostram & uirtutem auxilij diuini confirmandam, aperte militant pro hac sententia. Non enim dici possent præcepta absolute possibilia, neque iusti habere libertatem & Dei opem necessariam & sufficientem, si non possunt citra culpam uenialem implere Dei præcepta, etiam cum auxilio Dei speciali. Et ex scholasticis Duran. de uenialibus ex genere suo, quod nos dicimus, constanter asserit. Sed illius patrocinio non egemus. Fuerunt profecto nostræ sententiæ eximij illi & illustrissimi gratiæ & liberi arbitrij propugnatores Hieronymus & Augustinus. Atque ut de Hiero. usque ad sequens ca. taceamus, de Aug. uerissimum hoc esse ex his poterit nobis constare. In li. 2. de pec. me. & re. c. 6. ita scribit. Nam qui dicunt esse posse in hac uita hominem sine peccato, nõ est eis continuo incauta temeritate obsistendum. Si enim esse posse negauerimus, & hominis libero arbitrio, qui hoc uolendo appetit, & Dei uirtuti, uel misericordiæ, qui hoc adiuuãdo efficit, derogabimus. Et statim. Si a me quæratur, utrum homo sine peccato esse possit in hac uita, confitebor, posse per Dei gratiam, & liberum eius arbitrium. Nec utcunque, sed sicut certum & indubitatum uidetur hoc tenuisse. Prolatis enim quibusdam testimonijs in huius approbationem sententiæ, mox subnectit. His atque huiusmodi alijs innumerabilibus testimonijs dubitare non possum, nec Deum aliquid impossibile homini præcepisse, nec Deo ad opitulandum, & adiuuandum, quo fiat, quod iubet, impossibile aliquid esse, ac per hoc potest

Durã. 1. 2. d. 41. q. 2

Aug.

homo, si uelit esse sine peccato adiutus a Deo. Cunque Marcellinus, ad quẽ C
libros de peccatorum meritis & remisßione scripserat, hac sentẽtia permo-
tus fuisset, & absurdum sibi uideri significasset, ut fieri posse diceretur, quod
neque est, neq; fuit, neque erit, non cessit huic argumento Augustinus, sed
inde occasione sumpta librum de spiritu & litera scripsit, in cuius principio
aliquot exemplis scripturæ fieri posse ostendit multa, quorum nobis de-
sint exempla. Et in 16. respon. lib de perfectio. iustit. aperte dicit. Non po-
test homo esse sine peccato, etiam si uelit, nisi adiuuet gratia Dei. Neque
istam sententiam retractauit in Retracta. tametsi illius expresse meminit lib.
2. cap. 33.

Sententia Hiero. de potestate uitandi omnia uenialia. Cap. XXII.

OBijci tamen contra hæc potest Hieronymus, qui tribus citatis libris aduersus Pelagianos, nihil pene aliud agit, quam ut ostendat hominem, quantuncunq; uelit, et nitatur, haud quaquam tamen posse euitare omnia peccata. Quandiu, ait, in fine 2. libri, finis adueniat, quo dispereat iniquitas, & corruptiuum hoc, atq; mortale in incorruptionẽ, atq; immortalitatem mutetur, necesse est nos subiacere peccato, non naturæ & cõditionis, ut tu calumniaris uitio, sed fragilitate & commutatione uoluntatis humanæ, quæ per momẽta uariatur, quia Deus solus est immutabilis. Et cum Critobulus argumentaretur, eum qui potest uno die se abstinere a peccato posse & altero, qui duobus, posse & tribus, qui tribus, posse & triginta, atq; D
hoc ordine posse & trecentis, & tribus milibus, & quãdiucunq; se uoluerit abstinere, hoc primũ ab eo petit Hiero. ut dicat simpliciter posse hominem in perpetuum sine pctõ esse, si uelit. Quod cum ille aperte concessisset, mox ipse adnisus est omnibus id uijs refellere. Et in 3. libro non longe a medio. Hoc inquit est, quod tibi in principio dixerã, in nostra situm esse potestate, uel peccare uel non peccare, & uel ad bonũ uel ad malum extendere manũ, ut liberum seruetur arbitrium, sed hoc pro modo & tempore & conditione fragilitatis humanæ, perpetuitatem aũt impeccantiæ, soli reseruari Deo, & ei, qui uerbum caro factus, carnis detrimenta, & peccata non pertulit. Neq; quia ad breue possum, coges me, ut possim iugiter. Possum ieiunare, uigilare, ambulare, legere, psallere, sedere, dormire, nunquid in perpetuum? Neq; uno argumento Hiero. in hanc rem utitur, sed tum ex testimonijs scripturarum, tum ex aliquibus lapsibus uirorum sanctitate & religione præcellentium, tum ex fragilitate humana, qua sæpe fit, ut persæpe de uirtutum culmine ad uitia iusti delabantur, & si non obruantur tẽtationum fluctibus certe negligentia subrepente, aliqua uitiorum sorde, aut labecula interim as-
Resp. pergãtur et commaculentur. Nihil est tamen quod Hiero. autoritatem hoc in loco reformidemus. Non solum non aduersatur nobis, sed si bene om-
Expo. 1 Hiero. nia expendamus, mirifice nobiscum conuenit, & uel ipsius possumus autoritate omnia confirmare, quæ tradidimus. Ac primo quidem omnia in

A specie nobis ibi aduersantia referre possumus ad impossibilitatem moralem. Nam quod non de alia impossibilitate loquatur, uel inde possumus colligere, quia toto pene primo libro hoc exigit a Critobulo, ut proferat aliquem hominem, qui fuerit sine peccato, si contendat hominem posse esse sine peccato, aut certe confiteatur non posse a quoquam fieri, quod a nullo factum queat edocere. Aut da inquit exemplum, qui absque peccato fuerint in perpetuum, aut si dare non potes, confitere imbecillitatem tuam, & noli ponere in coelum os tuum, ut per esse & esse posse stultorum illudas auribus. Quis enim tibi concedet, posse hominem facere, quod nullus unquam hominum potuerit? Et paulo post. Qui ergo aiunt hominem posse esse absq; peccato, si uelit, non poterunt hoc uerum probare, nisi futurum docuerint. Cum autem futura incerta sint omnia, & maxime quae nunquã facta sunt, perspicuum est eos id futurum dicere, quod non sit futurum. Ecclesiaste hanc confirmante sententiam. Omne quod futurum est, iam factum est in priori saeculo. Et ibidem satis efficaciter putat se probare, neminẽ posse esse sine peccato, quia in ipsis uiris sanctis Scripturae autoritate & Dei ore laudatis, ne unum quidem reperiemus, qui non fuerit obnoxius alicui peccato. Atqui haec & similia tantum possunt euincere impotentiam moralem. Possibilia enim plaeraque sunt logica, aut metaphysica potentia, & talia dicuntur in scriptura, quae nunquam fuerunt, neque erunt. An putas, quia non possum rogare patrem meum, dixit Christus ad Petrum, & ipse Matt.26

B exhibebit mihi modo plusquam 12. legiones angelorum? Quod quidem certo scimus Christum non fecisse. Et hanc moralem impossibilitatem deuitandi omnia peccata ibi explicat ostendens Paulum non fuisse sibi ipsi aduersatum, cum nunc diceret se esse perfectum, nunc uero id constanter negaret. Nam duplex est iustitia seu perfectio. Atq; una quidem omnes complectitur uirtutes, & ne minimam quidem labeculam aut uariationem admittit, & hanc persequebatur Apostolis, neq; apprehenderat, dum hic uiueret. Altera uero est perfecta in suo genere, & subijciens nos deo, ac omnem culpam laetalem excludens, sed leues culpas admittens, & hãc habebat Paulus, & habent omnes iusti. Nullus enim hic omnes habet uirtutes in usu atque exercitio, sed alij alijs uirtutibus, excellunt, & cum in una uirtute, ne minima quidem parte deficiant, in alijs sentiunt se hic imperfectos esse, ac ex parte cognoscere, & ex parte prophetare. Quippe, ut & lib. 2. copiose persequitur, omnia sanctorum lumina aliqua sorde, aut tenebris hic maculãtur, ut de solo Deo uere Ioannes dixerit. Deus lux est, & tenebrę in eo non sunt 1.Ioã.1.b ullae. Sed est altera multo magis idonea, & germanior omnium uerborum Expo.2 Hierony. expositio, quae nobis inde possunt obijci. Non enim ille conten Hiero. dit probare, non posse a nobis euitari omnia peccata, etiam per auxilium Dei. Quid minus opus erat in Pelagium certanti statuere? Gratiae nimirum diuinae aduersarium magis hoc fuisset, quam Pelagio assertori liberi arbitrij, & impugnatori gratiae. Ostendit igitur duntaxat, non esse hoc in ho-

minis potestate, sed Deum id posse praestare, cui uelit. Neque patres Concilij Mileuitani, ut patet ex eorum epistola ad Innocent. alia in his de causa indignabantur Pelagianis, nisi quod absque adiutorio gratię Dei per solam libertatem arbitrij contendebant, praeceptis cognitis posse hominem ad tã tam perfectionem iustitiae conscendere, ut non esset necessarium dicere, Dimitte nobis debita nostra. Et quanuis quinque illi Episcopi, qui uidentur fuisse praecipui in Concilio Mileuitano. in epist. quam ad eundem Inno. scripserunt de Pelagianorum erroribus, tolerabilem & humanum errorem dicunt esse, neque impium existimandum, quod iam tum quidam asserebãt posse hominem post suam iustificationem perseuerare tota uita absq; peccato per adiutorium gratiae & spiritus Dei, tamen Aug. qui multo fuit illis doctior, non humanum errorem, sed ut ostẽdimus pene certam ueritatem hoc putauit. Neque aliud sensisse Hiero. sed in hunc sensum excipienda esse, quaecunque in loco citato differit, ex ipsissimis illius libris reuincemus. In principio. 1. lib. hoc contendit sub nomine Attici habere a Critobulo, cui personam tribuit Pelagij, ut cum dicit hominem posse esse sine peccato, si uelit, adijceret cum Dei gratia, nec referret Dei gratiam ad beneficium cõditionis, siue creationis nostrae. Et paulo post uelut ostendens, quis illius disputationis scopus esset. Haec inquit hominis est summa iustitia, quicquid potuerit habere uirtutis, non suum putare esse, sed domini, qui largitus est. Et cum postea in eodem libro ex similitudine artiũ, quas Deus possibiles humano generi dedit, tametsi nullus queat omnes comprehendere, mirandum non esse ostendit, si non possint singuli omnibus numeris & partibus uirtutum absoluti esse & perfecti, subdit. Vides ergo quod Deus possibile iusserit, & tamen id quod possibile est, per naturam nullum posse implere. Et paulopost. Possibilia praecepit Deus, & hoc ego fateor. Sed haec possibilia cuncta singuli habere non possumus, non imbecillitate naturae, ne calumniam facias Deo, sed animi lassitudine, qui cunctas simul & semper non potest habere uirtutes. Et ne etiam per auxilium diuinum hoc a nobs praestari non posse, quis crederet, cum obijceret Critobulus uerba Iudae Apostoli, Ei autem qui potens est uos conseruare sine peccato & constituere ante conspectum gloriae suae immaculatos, ita respondet. Non intelligis quae proposueris. Neque enim potest homo esse sine peccato, quod tua habet sententia, sed potest, si uoluerit Deus, hominem seruare sine peccato, & immaculatum sua misericordia custodire. Hoc & ego dico, quod Deo cuncta possibilia sunt. Homini autem, non quidquid uoluerit, possibile est & maxime id esse, quod nullam legeris habere creaturam. Et in. 2. lib. ita scribit. Dixerunt Apostoli. Et quis potest saluus esse? Audiunt a domino. Quę impossibilia sunt apud homines possibilia apud Deum sunt. Ergo aliqua quae apud homines impossibilia sunt, certe ea esse possibilia ex eo ostenditur, quod apud Deum possibilia sunt. Sit ergo & apud Deum possibile homini, si uelit donare impeccantiã, non ipsius merito sed sua clementia,

A & apud homines nequaquam posſibile, liberi arbitrij poteſtate, quod nutu donandis accipitur. Hæc ibi. Quæ uerba manifeſte indicant tantum eum contendere, non poſſe hominem abſq; Dei auxilio uitare omnia peccata. Sed & aliquanto apertiora ſunt, quæ paulo poſt principium .3. libri legimus. Hoc & nos dicimus, poſſe Deum quicquid uoluerit, & hominem pſe & propria uoluntate, quod tu aſſeris, ſine peccato eſſe non poſſe. Vides ut non negat cum auxilio Dei nos hoc poſſe? Neq; aliud reprehēdit in Pelagio, niſi q hoc ſubijciebat noſtræ poteſtati, & abſolute & ſine adiectione Dei gratiæ dicebat nos hoc poſſe. Vnde & ſtatim ſubdit. Sin autem poteſt homo eſſe ſine peccato, ſi uelit, fruſtra nunc iungis & gratiam, qua potens non indiget. Quod ſi non poteſt abſq; Dei gratia, ſtulte tu dixiſti, poſſe qd' non poteſt. Quicquid enim ex alterius pendet arbitrio, non eius eſt, quem poſſe contendis, ſed illius, ſine quo eum non poſſe perſpicuum eſt. Et mox ſubdit. Tu dicis, hominem non eſſe ſine peccato, ſed eſſe poſſe cum econtrario ego tibi tribuam, quod negaſti, eſſe hominem ſine peccato per Dei gratiam, ſed per ſe eſſe non poſſe. Et addit. Deus poſsibilia mandauit. Hoc nulli dubium eſt. Sed quia homines poſsibilia non faciunt, idcirco omnis mūdus ſubditus eſt Deo & indiget miſericordia Dei. Quod & exemplo Dauidis ueſtigio ſubindicat. Cum enim electus fuerit a Deo, ut faceret omnes ſuas uoluntates, ac per hoc ex Dei gratia, potuerit eas opere complere, tamen ex ſua culpa non omnes expleuit. Et ne in Dei gratiæ infirmita- Obiect. 1. Reſp.

B tem, neq; in naturæ noſtræ imbecillitatem, ſed in laſsitudinem & ignauiam noſtram referamus, q non omnia peccata uitemus, eleganter, & doctiſsime ſubnectit. Hoc & nos dicimus, poſſe hominem nō peccare ſi uelit pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quandiu intentus eſt animus, quandiu chorda nullo uitio laxatur in cithara. Quod ſi paululum ſe remiſerit, quomodo qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit manum ſtatim retro labitur, & fluentibus aquis, quo non uult, ducitur, ſic humana conditio, ſi paululum ſe remiſerit, diſcit fragilitatem ſuam, & multa ſe non poſſe cognoſcit. Et ut finis totius diſputationis congruat principio in fine tertij libri ex ſancto illo ritu, quo antiquitus credentes, orationem dominicam dicebant ſtatim dum leuabantur a fonte baptiſmatis, & in corporis Chriſti ſacrificio, docet errare Critobolum, qui cœleſtia iam in hac uita ſibi arrogabat dona, adeo ut contenderet, poſſe hominem non peccare ſi uelit, & cum Iouiniano diceret, baptizatos plena fide, tentari ultra, & peccare non poſſe. Fruſtra enim ea peterent fideles baptizati, quæ uel iam habebant, & perdere non poterant, uel in ſua ipſorum ſita erant poteſtate. Deniqne totis pene illis libris hoc unum expoſtulat cum Pelagio, q omne Dei præſidium a nobis auferret, cum poſſe nos eſſe ſine peccato aſſereret, & gratiam Dei non ad ſingula referret opera, ſed ad conditionis, ac legis, & liberi arbitrij poteſtatē. Et mirifice laudat Auguſtinum eoſdem impugnantem, quod dicerent, poſſe hominem eſſe ſine peccato, ſi uelit abſq; Obiect. 2. Reſp.

Dei gratia, ex quo etiam ostẽdit non aliud se uoluisse contra eosdem stabi C lire. Pensatis igitur omnibus & expensis mature quę illis in libris D. Hiero ny. edisserit, licet in principio libri & alias non semel eò uideatur inclinasse, ut in singulis bonis operibus quantuncunque paruis, & facilibus, & nihil ad religionem spectantibus, Dei indigeamus, & fruamur auxilio, & in singula talia illud debeamus implorare, tamen tandem in posterioribus asserit, posse hominem per liberum arbitrium uitare aliqua peccata, sed nequaquam posse nisi per gratiam Dei, omnia subterfugere. Quare non contra nos stare, sed pro nobis potius dimicare existimandus est. Vt tamen sub compendio aliquo habeamus omnia, quæ doctissime quidem, sed prgloni ge & subobscure ibi disputat, commodum erit ad nonnulla argumenta re spondere, quæ aduersus nos inde posset curiosus lector colligere.

De argumentis, quæ ex Hierony. possunt colligi contra potentiam uitandi omnia peccata. Cap. XXIII.

Obiect. 1. AC primo quidẽ obijci nobis possunt plurima utriusq; paginę testimonia diligentissime ibi a D. Hierony. accumulata, & a nobis maxima ex parte iam citata, quibus asseri uidetur, nemo hic fuisse sine proprio peccato, quiq; de sua innocentia, uel munditia potuerit gloriari.

Resp. Verum ea omnia, si bene expendantur, difficultatem & raritatem rei indicant, & impotentiam moralem, aut certe liberi arbitrij imbecillitatẽ, & nostræ iustificationis incertitudinem, neq; uel minimum est inter illa omnia testimonium, quod sic gratiæ Dei aduersetur, ut ne per ipsam quidem uitari D

Obie. 2. posse omnia peccata doceamur. Secundo possunt contra nos produci ignorantiæ & humani lapsus sanctorum, qui nos præcesserunt. Si enim ẽt in sanctissimis uiris, qui omni se animo ad uirtutes contulerunt, & totis se uiribus Dei obsequio & gloriæ consecrarunt, si in patriarchis, in prophetis, in Apostolis nullus fuit, qui omnia deuitauerit peccata, ut paulo ante ostendimus quæ ista temeritas est, ut nos posse dicamus per gratiã, qđ nullus quantuncunque iustus etiam per eam potuit? Nunquid possumus esse meliores patribus nostris, ac patriarchas, & prophetas, & Apostolos antecellere? Nunquid maior gratia adfutura nobis ẽst, quàm illis, qui primitias spiritus acceperunt? An forte errasse credendus est Ecclesiastes, qui ait, secundum quod citat Hieronymus. Omne quod futurum est, iam factum

Resp. est in priori sæculo? Sed nos neq; futurum aliquem ita sanctum credimus, qui nullum in uita admittat peccatum, neq; maiorem sanctitatem, aut innocentiam, aut munditiam asserimus in nouissimis temporibus futuram, quã fuerit in principio nascentis Ecclesiæ. Atque id ipsum, quod nos possumus per gratiam, fatemur & potuisse multo facilius patres nostros. Ecclesiastæ autem testimonium ad naturalia opera, & communẽ huius sęculi cursum referendum est, non autem ad ea quæ ex nostro uel Dei arbitrio pendent. Erunt enim & fuerunt semper plæraque ex his multa, quorum nulla præcesserunt omnino similia. Et quanuis nullus futurus esset omnino iustus, ta

A men id nolumus asserere cum Diodoro impossibile. Longe enim rectius quam ille Chrysippus philosophatus est, qui possibilia esse dicit multa, quæ nunquam tamen futura sunt. Potest enim fieri, ut ego uel hunc diem absque omni peccato transigam, quod tamen forsan nunquam futurum est. Neque in iniuriam existimamus cedere patriarcharum, prophetarum, uel Apostolorum, si dicamus posse nos quidem per Dei gratiam id esse, quod illi quoque esse potuerunt, sed non fuerunt. Voluit enim Deus eam potestatem communem esse omnibus. Et necesse est profecto cõcedere, posse nos illa uitare peccata, quæ illi non uitarunt. Satisque est, ut sua illis prærogatiua sartatecta, & inuiolata sit, constanter fateri, ut par est, nos nunquam ad gradum sanctitatis eorum peruecturos, neque tot euasuros peccata, quot illi per Dei gratiam, & admirandam diligentiam & solicitudinem suam euaserunt. Neque tamen scio reuera, unde necesse sit concedere, neminem sanctorũ posse cum Dei gratia ad eorum sanctitatem, nisi loquamur de impotentia morali, & ex lege, qua ea solemus dicere esse impossibilia, quæ nunquam futura esse secundum legẽ Dei scimus. Qua quidem impotentia & nos quoque palam affirmamus, neminem posse deuitare omnia peccata. Quare nemo sic poterit esse super Apostolos, aut quod Apostoli nõ fuerunt. Sed si possunt homines per Dei gratiam omnes culpas uitare, cur nullus tamen hactenus uitauit? Respondeo breuiter cum Aug. quia homines nolunt. Et si rursus quæratur, quare homines nolunt? dico cum eodem sine præiudicio diligentioris inquisitionis. Nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet, an iustum sit, siue quia non delectat. Quarto & imbecillitas ipsa nostri corporis uidetur contra nos induci posse. Cum enim ex corpore et anima compacti simus & in utraque parte uulnerati per peccatum, & id sit in anima peccatum, quod in corpore languor, cum nullus in hac uita sic possit perfecta sanitate frui, ut non aliquando incidat in ægritudinem, uidetur & eadem ratione concedendum esse, neque posse animas nostras ita ualetudinem suam semper, & in toto uitæ decursu tueri, ut non aliquando alicui saltem leui culpæ fiant obnoxiæ. Tamen hæc similitudo eatenus duntaxat acceptanda est, quatenus docet nos per uires nostras naturales haud quaquam posse uitare omnia peccata. Aliud est enim, quod per gratiam possumus saluatoris, aliud, quod per uires nostras ipsius fauore destitutas.

Obiect. 3. *Aug. 2. de pec. me. et re. c. 17.* B *Obiect. 4* *Respon.*

De sententia, & argumentis Caluini contra potestatem implendi legem Dei per gratiam. Cap. XXIIII.

A Tque hoc minus ferendi sunt hæretici nostri temporis, quod ne per auxilium quidem gratiæ Dei posse nos putant implere uniuersam legem. Sed quoniam contra Lutherum huius doctrinę parentem abunde lib. 11. disputauimus, & eadem ad euertẽdum Caluinum satis sunt, tantum curabo nunc illa refellere, q̃ ipsę contra definitionem & argumenta patrum obiectat. Patemur, ait Aug. Deum, si uelit, posse hominem euehere ad tantam perfectionem, ut impleat legem, sed neque fecisse unquam, ne-

Calu. in c. 11 sess. 6

quę facturum, quia aliter scripturæ doceant. Ego autem ulterius progre- C
dior, atque impossibile esse assero, quod scripturæ nunquam futurum pro-
Prouer. 22 nunciant. Hęc Caluinus. In limine uidelicet naufragium. Salomon monet.
Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. At ille,
fatetur, inquit, Aug. Ego autem ulterius progredior. Quo uero miser pro-
grederis? Plane in præcipitium. Impossibile, dicit, esse assero, quod scriptu-
rę nunquam futurum pronunciant. Et quis tibi hanc potestatem dedit? Nō
Deu. 4. et 12. ne ipsa scriptura tibi interdixit, ne addas quicquam ipsius uerbis, uel minuas.
Quo iure tibi usurpas, ut quę illa dixit nō futura, tu impossibilia dicas? Nū-
quid & Deo libertatē uis cum Vuiclefo abrogare, & necessario fore, asse-
rere quæcunque scriptura futura pronunciauit? Quid quod neque Aug. ne
que aliquis unquam catholicus eo, quo tu sensu dixit neminem implesse le
gem? Nam tu neminem contendis seruasse legem citra culpam mortalem,
& omnibus iustis necessariam fuisse ueniam, ut permanerent in Dei gratia.
Augu. uero, ut patet ex testimonijs ipsius supra citatis, & omnes catholici
nonnullos credunt fuisse iustos, qui legem Dei semper seruauerint, nec ad-
miserint, nisi culpas minutas & ueniales, & posse ab omnibus iustis cū Dei
adiutorio lætales culpas uitari, sicut a patribus in hoc cap. statutum est, in-
dubitatum esse crediderunt. Nam si tu diceres, non posse a nobis seruari le-
gem ex toto, hoc est citra culpam omnem uenialem, & mortalem, quan-
uis aliud a nobis, & a sanctis patribus iam citatis sentires, non tibi tamen ea
ratione, hæreseos notam impingeremus. Et quanquam ex iam citatis ex D
tua ista execranda antidoto liquidum est te abrogare nobis potestatem ui-
tandi culpam lętalem etiam cum Dei adiutorio, tamen ne mihi quispiam fi
dem abroget, nec dubitet te in hac impietate fuisse, alia tua uerba subiungā.
In cap. 7. Longum esset, ac molestum singula notare, sed hoc magis isigne est, quàm
ut præteriri debeat. Subijciunt catechumenis fidem ab Eccle. petentibus re
sponsum dari. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Væ eorum catechu-
menis, si tam dura illis conditio imponitur. Quid enim aliud, quam æter-
na illis maledictio imponitur? Agnosces, credo, hęc tua esse uerba. Sed dic
impie. Nunquid & Christus maledictionem indicebat adolescenti, qui pie
illum, ut supra ostendimus, rogauit, quid faciendo uitam ęternam possiderc-
ret? Ita gratus es omnium saluatori, ut uiuifica illius uerba maledictionem
cuiquam putes indicere? Væ, inquis, eorum catechumenis, si tam dura illis
conditio imponitur. Immo uę sine dubio tibi, si eā non expleueris. Nec. n.
potes aliter saluus fieri. Quid uero amplius dicit Ecclesia, quam Christus?
Non aduertis te Christum ipsum reprehendere, cum nobis exprobras, qd'
illius uerbis utamur? Quid licet tradere mundo ex ipsius doctrina, si hoc
non licet? Equidem & toti uestro dogmati consonat, omnem obseruan-
tem mandata ad uitam peruenire? At enim, inquis, nemo seruat mādata, sed
neque seruare potest. Hoc est quod te dicere uolebam. Cur igitur Christus
isti adolescenti hoc præcipiebat, aut necessarium ad beatitudinem suggere-
bat?

A bat? Nequeunt sane impossibilia necessaria esse ad assequenda possibilia. Irridereque hoc erat, non docere, neque respondere. Dic mihi. Si quempiam rogares, quid faciendo peruenires ad gratiam imperatoris, & tibi ille respō deret, Si uis ad eius gratiam uenire, conscende in cœlum, nonne eum crederes, aut illudere tibi uelle, aut certe significare, id non esse tibi ullo pacto possibile? Dic igitur plane Christum illusisse huic adolescenti, quando non ita insanis, ut dicas nobis esse significatum, quod non possimus peruenire ad uitam. Nunquid autem & Apostolis illusit, cum eis dixit, Si pręcepta meā seruaueritis, manebitis in dilectione mea, & rursus. Si hęc scitis, beati eritis, si feceritis ea? Absit tāta impietas ab optimo, & ueracissimo magistro. Nulli unquam ille illusit, nec dolus inuentus est in ore eius. Quin uero, cum diceret adolescens ille se omnia mandata seruasse, intuitus eum dilexit ipsum teste Marco, nec mendacij illum coarguit, sed ad maiora, & perfectiora est exhortatus. Verum audi pie lector, qua stropha uerba Christi deludat. Quia interrogauerat adolescens, Quid faciendo uitam æternam possidebo? quasi non absolute rogauerit, quid esset necessarium ad uitam ęternam possidendam, sed quid facere ad id oporteret, perinde putat Christum respondisse, ac si apertius dixisset. Certe quisquis uitam operibus uult promereri, regulam habet sibi a lege præscriptam, hæc fac, & uiues. Sed considerādus est, addit, qui a Paulo indicatur finis, ut uires suas expertus homo,
B uel potius impotentiæ suæ conuictus, deposita superbia nudus ad Christum confugiat. Sed nunquid non & hoc facere oportet ad ingrediendum ad uitam? Cur non ergo & hoc illi optimus magister pręscribebat? Cur & hoc a mandatis seiungis? Si per fidem hoc fit, an non ipsa opus a Christo dicitur, & nobis est proculdubio in mandatis? Quod si & hoc Christus respondit, quod ais, eo ipso satis indicabat mandata esse possibilia, & sufficere ad perueniendum in uitam. Quid est aliud, Hæc fac, & uiues, quàm si hęc feceris, uiues? Vt quid autem Tridentinos patres insimulas, q̄ a gratia Christi nos ad Moysen traducant? Certe necessitatem decalogi non apertius tradit uetus testamentum, quam nouum, neq; fides legem destruit, sed statuit, & tu ipse in canone fateris Christum esse datum nobis, ut legislatorem, cui obœdiamus, & in canone .u. fidem, quæ iustificat, non esse solam. Qua ratione uero necessarium est, ut obseruationem mandati pœnitentię uel spei, aut dilectionis coniunctam habeat, ut possit iustificare, indigebit & obseruatione aliorum mandatorum. Nam Deus omnia exigit & perinde ad omnia obligauit. Sed agnosce hic inconstantiam tuam, & falsitatem nunq̄ posse satis subsistere. Requiris in his mandatorum obseruationem, & iustos palam subijcis diuinis mandatis, tamen in cap. 7. maledictos asseueras omnes, qui legi sunt obnoxij, & iustitiæ legis ideo ais Paulum opponere fidei iustitiam, quod operibus minime cōstet, sicut illa. Addis etiam, oportere iustitiam, quę ex lege est, ut noxium impedimentum abijcere, ut illam obtineamus, quę ex fide est Iesu Christi. Et in cap. 8. Petrum sensisse, non es-

Ioan. 15. *13.* *Mar. 10. c* *Stropha Caluini.* *Ioan. 6. d* *Calumnia Calui.* *Contradictio Calu.*

se exigendam a Gentibus legis obseruationem, quod nõ sit salus nisi per Chri- C
sti gratiam. Et in c.9. indistincte. Fidei nullam fore certitudinem, si operib.
nitatur salus hominum. Et in can.20. in eo differre a lege Euangeliũ, quod non
ex conditione operum, sicut illa, sed ex fide uitam promittat. Quæ si uera
Errorum sunt, non modo fides sola iustificat, sed fides, quanuis resultes, iustificare o-
Calui. acer mnes potest etiam sola. Si enim euangelium uitam promittit absque condi
uus. tione operum, nullum igitur opus necessarium est ad uitam. Sed quot hic
Gala.3. sunt o bone Deus errorum portenta? Tot profecto, quot sententiæ. Pau-
lus maledictos asseuerat iuxta testimonium legis, eos qui præuaricatores
sunt legis. Caluinus etiam omnes obnoxios legi maledictos dicit. Profe-
cto, ut quando omnes subiecti sumus legi, omnes inuoluat maledictione
Ro.2. ęterna, cui ipse subest. Paulus nunquam opponit iustitiã legis iustitiæ fidei.
Nam fatetur factores legis iustificari, & fidei iustitiam, etiam iustitiam legis
complecti. Caluinus alteram alteri opponere illum dicit, & contrarias sibi
7. inuicem istas tradidisse iustitias. Paulus legem affirmat sanctam, & mandatũ
Gala.3. sanctum, & iustum & bonum, & legem ait pędagogum nostrum fuisse in
Rom.3. Christo, atque eam stabiliri per fidem. Caluinus dicit oportere iustitiam, quę
Act.15. ex lege est, ut noxium impedimentum abijcere. Petrus, & cæteri Apostoli,
qui concilio Hierosolymitano de obseruatione legalium interfuere, sua uel
potius s.s. autoritate indicunt quædam mandata Gentibus, & necessaria il-
lis affirmant. Caluinus dicere audet Petrum sensisse, non esse a Gentibus exi
gendam legis obseruationem, & quod ille ad legalia & ceremonialia uete- D
ris legis retulit, ipse ad moralia & ad uniuersam legem transfert. Atque ut o-
mnem expleat impietatem, cum euangelium, et uniuersi apostoli passim re
quirant ad gratiam & gloriam opera, uidelicet obseruationem mandato-
rum, ipse contra, in eo differre tradit a lege euangelium, quod non ex con-
ditione operum sicut illa, sed ex fide uitã promittat. Et qui Catoniana no-
bis inflatur superbia, & Milonis humeris intumescit, non intelligit euange-
lium & Apostolos non abijcere opera, sed ea dicere, quod & nos incunctã
ter fatemur, ad iustitiam minime sufficere. Neque Iudæos dicit Paulus ad iu
stitiam non peruenisse, quia operibus intendebant, sed quia neglecta fide, ip
sa sibi opera ad iustificationem putabant satis esse, quæ sine fide & sine gra-
Ro.3. tia Dei per uires proprij arb. faciebant. Hoc quippe est quod ait. Ex operi-
9. bus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Et rursus. Israel sectan-
do legem iustitiæ ad legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia nõ ex fide,
Differen- sed quasi ex operibus. Et ut intelligas Caluine, quam non assequeris, differẽ
tia legis et tiam legis & euangelij, ac iustitiæ operum & iustitiæ fidei quas Paulus uide
euangelij. tur nonnunquam inter se opponere, scito & intellige, euãgelium seu fidem,
palam prædicare necessariam esse nobis ad uitam, & gratiam Dei, & meri-
ta Christi, & aduersari errori, siue Iudæorum, siue Pelagianorum existimã-
tium propria lib. arb. opera ad ueram iustitiam sufficere. Atque hic error et
uana iustitiæ persuasio est noxium illud impedimentum, quod Pau. docet

A oportere abijcere ad apprehendendam ueram iustitiam. Quia uero euangelium, uel fides gratiam & merita Christi comprehendit, quibus potissimum iustificamur, & ea in se non comprehendit lex, ut distinguitur ab euãgelio & fide, ideo per fidem & euangelium constanter fideles dicimus, homines iustificari, ac uere apprehendere iustitiam, quam non potuit conferre lex. Atque ideo dicit Pau. Si qui ex lege, hęredes, exinanita est fides, quia si lex sufficit ad obtinendam hæreditatem, superflua est fides, nec opus erat legi superaddi fidem. Sed non amplius lectorem morabor in tuis explicandis erroribus, ueniam ad tua argumenta, & pedem cum pede conferam, ac iuxta disputationis tuæ ordinem, nostræ quoq; responsionis ordo procedet. Primum argumentum, quod torques contra anathema latum a patribus contra dicentes homini iustificato pręcepta esse ad obseruandum impossibilia, hoc est. An. ss. arguemus mendacij, qui uniuersos non unius tãtum sęculi homines transgressionis reos peragit, sed quotquot usq; in finem mundi futuri sunt? Non est homo super terram, inquit Salomon, q̃ non peccet. Dixerat autem Dauid. Non iustificabitur in conspectu tuo ullus uiuentium. Si possibile est aliquẽ inueniri, qui legẽ impleat, retractet. ss. hæc oracula. Atqui nihil opus est hæc retractari, quia Salomon & Dauid non potentiam negant, ut tu facis, sed factum duntaxat. Neq; nos dicimus nostræ potestati subesse, ut non fuerimus peccatores & rei in cõspectu Dei propter peccatum originale, & ad eius remissionem obtinendam indigere nos gratia & benignitate Dei in confesso est apud omnes catholicos, sed de uitandis nouis & proprijs peccatis actualibus nunc agimus. Et Dauidem quidem, quem tu allegas, non semel ueraciss. scriptura plane testatur, ut lib. 11. ostendimus, omnia Dei seruasse mandata, antequam lapsus esset in adulterium & homicidium, & post illorum delictorũ pœnitentiã. Et alios qui, sicut recte dicit Aug. omnia mandata facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoscitur. Nec ueniales culpæ impediunt, ut iam ostẽdimus, quominus quis dicatur seruare mandata. Nam si impedirent, quis esset in gratia præsertim, si ut tu dicis, uix momentum præterit, quo non contrahamus nouum aliquem reatum? Sed addis. Quin etiam euanesceret illud Pauli argumentum. Scriptum est. Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt. Ergo quicunque sunt sub lege, maledictioni sunt obnoxij. Prõptum enim erit excipere. Legẽ posse impleri. Sed Apostolus pro confesso principio sumit, quod anathemate isti damnãt. Quantis uero hic peccas Caluine? Hoc est quod tibi & tuis arrogas plus lucis intelligendis scripturis attulisse, quam omnes, qui ab exorto, ut ais, papatu inter nos fuerunt doctores? Obscurare hoc est, non elucidare scripturas, adulterare, non interterpretari. Paulus non assumit pro principio legẽ non posse impleri. Siquidem disertissime asseruit factores legis iustificari, & pręuaricatores legis terribilibus pœnis subijcit. Nec omnes, qui sunt sub lege, maledictioni obnoxios facit, sed eos duntaxat qui ex operibus legis sunt.

Obiect. 1. *Caluin. in cap.* 11.

1. *Re.* 8.

Psal. 143.

Resp. 1.

B

Aug. 1. *Retract.* 19.

Obiect. 2. *Calui.* *Galat.* 3.

Respon.

Adulterat scripturã Calui.

Ro. 2. *Heb.* 10.

Verba enim illius hæc ſunt. Quicunq; ex operibus legis ſunt, ſub maledi- C
cto ſunt. Eſſe autem illos intelligit ex operibus, qui per opera legis, abſque
fide & gratia peruenire ſe putant ad ueram iuſtitiam. Nam, ut copioſe pro-
ſecuti ſumus in.q.2.lib.de iuſtific.opera, ex quibus dicit Paulus neminem
iuſtificatum, & quorum iuſtificatio aduerſaretur iuſtificationi gratuitę, ſunt
opera per legē aut uires naturales ſine auxilio gratiæ Dei facta. Neq; dam-
nabat cęce, ut tu putas, opera, ſed inſufficientiam eorum, & neceſsitatem fi-
dei & gratiæ oſtendebat. Ac propterea dixit, eos, qui ex operibus legis
erant, ſub maledicto eſſe, quia qui fidem & gratiam non requirunt, nec ip-
ſam legem poſſunt implere. Quare & alibi dicit, legem neminem ad perfe-
ctum adduxiſſe, neq; potuiſſe quenquam iuſtificare, ſed quod durius eſt oc
cidere & non uiuificare, niſi uiuificet ſpiritus. Qui enim de operibus ſuis p̄-
ſumunt, & quaſi uiribus ſuis conantur legem implere, non in aliquibus, ſed
Auguſt. in pſal. 70. in multis neceſſe eſt, deficiant. Pulchre Aug. lex ſine gratia, litera ſola eſt. Ma
net ad conuincendam iniquitatem, non ad auferendam. Habes literam, ſed
non imples literam. Vnde non imples literam? Quia de te pręſumis, opera
tua extollis, neſcis neceſſariam eſſe gratiam adiuuantis, ut impleatur pręce-
In pſal. 83. ptum iubentis. Et alibi propterea explicat dixiſſe Apoſtolum, occaſione ac
cepta peccatum per mandatum operatum eſſe nobis mortē, quia dum ho-
mines quaſi ex ſuis uiribus conati ſunt illud implere, turpiter & miſera-
Ser. de illuminatione cæci. biliter corruerūt. Et alio in loco. Quid fecit lex ſine gratia, niſi magis reos?
Quare? Quia legis auditores & non factores, ac per hoc peccatores pręuari D
catores. Ac ubi aliud non eſſet, uel illud certe, debuiſſet te deterrere a ſic ex-
ponendo Paulo, q; abſurdum eſt, & impium, maledictos fuiſſe dicere tam
multos & præcellentes uiros, qui in uete. teſtamento fuerunt. Nam omnes
illi ſub lege fuerunt, nec maledicti, ſed benedicti a deo, & mirificis laudibus
Heb. 11. exornantur ab ipſo Paulo. Fidem enim habuerunt & gratiam, ac ut Aug.
Aug. ep. 120. c. 2. & alij doctores recte colligunt ad no. teſtamentum, tametſi eſſent ſub lege,
ęa ratione ſpectabant. Sed non mirum, ſi tam inique de illis hic ſenſeris, qui
Obiec. 3. Caluin. hoc ipſum apertius confirmans, mox ſubijcis. Quāquam ſi de uoce impoſ
ſibilis agiť, ęa quoq; expreſſa eſt a Petro, cū legē iugum appellat, quod nul-
Act. 15. lus patrū ferre potuerit. Fallitur. n. qui putat ad ceremonias tm̄ hoc ſpecta-
re. Quid. n. tā arduum cōtinebant ceremonię, ut oēs humanę uires ſub earū
onere deficerēt? Sed ꝓculdubio ſignat, ipares fuiſſe ab initio uniuerſos mor
tales legis obſeruationi, hodieq; eſſe, iō nihil reſtare, niſi ut confugiamus ad
Chri gr̄am, quæ ſoluto legis iugo ſub libera cuſtodia quodāmodo nos cō
tinet. Ac notādū, addis, de regeneratis ipſum loq, ne cauillenť Tridētini pa-
tres de carnis infirmitate id eſſe dictū, ubi abeſt auxiliū ſpūs. Prophetas. n.
& patriarchas, & pios reges, utcūq; dei ſpū adiuuarentur, ferendo legis iu-
go pares fuiſſe negat, nec ambigue pronūciat impoſſibilē fuiſſe legis obſer-
uationē. Hactenus placuit ipſiſſ. tua uerba referre, ut intelligāt oēs, nō imeri-
to me tibi tribuiſſe, q; ſanctos oēs ueter. teſt. maledictioni ſubijcias, & nos

A a uinculo legis soluas, & nec illos, nec quẽq̃ ex nobis sub grã uiuẽtem legẽ obseruasse cõcẽdas. Tam absurda uero sunt q̃ dicis, ut nesciã, unũ illis rñdere aggrediar. Nõ pudet te impientissime hoĩum, ita legi, ita gratię, ita spũi Dei detrahere, ut dicas oẽs sctõs, utcunq̃ Dei spũ adiuuarent, ferẽdo legis iugo impares fuisse, & hodie esse? Quid põt iniquiorẽ Dei legẽ facere? quid infirmiorẽ dei grãm? quid imbecilliorẽ Dei spm? Ad quid uult nos Deus postulare suã grãm? ad quid ipartit suum spm, si ne per illũ qdẽ, possumus ipsius legem seruare? Potuerunt Israelitę p humanas uires iuxta tuam sñiam ueteris legis ceremonias seruare, q̃ solæ faciebãt illam grauiorẽ, & duriorẽ q̃ sit lex gratiæ. Et nõ sanctiss. quidẽ uiros p auxiliũ gratię Dei uis potuisse seruare, qđ reliquũ erat legis? Quanto te rectius de uniuersa lege pnunciat Aug. lex data est, ut gratia q̃reretur, gratia data est, ut lex impleret. Quãto Bern. qui ait? Nõ hic possumus penitus esse sine pctõ, & miseria, possumus tñ, gratia iuuãte, nec pctõ supari, nec miseria. Quãto alij scti doct. lib. 11. citati? Sed ubi nõ uis admittere Petrũ retulisse sua uerba ad solas legis ceremonias, de qbus tum uel solũ, uel certe p̃cipue tractabat, neq̃ ea illũ dixisse pateris pp solam uiriũ humanarũ imbecillitatẽ, admittes ingratis, eũ ita locutũ esse pp grauem legis difficultatẽ, & quia rarissimi potuerũt illam ad pfectum implere. Nã & uulgo inexpugnabile castrũ dicimus, quod uix aut difficilime expugnari põt, & importabile onus affirmamus, qđ non nisi magna difficultate, & graui labore portari põt. Et supra sæpe docuimus scripturã hoc genere locutionis fuisse usam. Nec amplius erat necessariũ proposito Petri, q̃

Aug. 2. de bap. paruulorum.

Ber. de gr. & lib. ar.

B hoc tm̃ nitebat, ne adeo difficilis sarcina imponeret humeris credentiũ. Nõ uerat, ut de alijs sanctis sileã, Zachariã & Elizabet icessisse, sicut dicit Lucas, in oĩbus mãdatis & iustificationib. dñi sine q̃rela. Qđ & Pau. autore Aug. de se testat, cum dicit, secũdum iustitiã, q̃ ex lege est, fuisse se sine q̃rela. Quorsum uis Caluine Deũ optimum & sapientiss. mortalib. eiusmodi legẽ tulisse, quã nec p illius adiutoriũ q̃spiam possit seruare? Vt confugiãt, inquis, ad gratiã Dei. Propter hoc. n. ait Dauid. Apud te est ppitiatio, ut timearis. Et quid opus est, ut Deus idulgeat, qđ euitari non põt? Vbi libertas nõ est, nec culpa est. Vbi culpa nõ est, ppiciatione opus nõ est. Deide. Ne hõ sibi fidat, sed cõfugiat ad Dei gratiam, satis est legẽ nõ posse ipleri ex pprijs uiribus, et indigere nos eã in rẽ diuina opitulatione. Nõ hoc agit Dauid, si trãslatione utamur, quã seq̃ris, ut oñdat, necessariũ esse, nobis ad timẽdum, & colendũ Deum, ut semp subiaceamus alicui culpæ, q̃ uenia idigeat. Quid minus necessariũ ad cõfugiẽdũ in Deũ? Sed iõ ex aĩo deũ coli sigñat, quia remittit misericorditer pctã. Nisi. n. ea bonitate esse agnosceret, ut cõdonaret admissas culpas, nemo illũ pie & ex corde ueneraret, sed duntaxat metueret, ut tyrãnum. Si nõ est uolũtatis diuinę mors impij et corpalis, multominus erit spiritalis. Vult ergo sine dubio Deus, ut confugiamus ad ipsius gratiã ut obseruemus legẽ, nec dedit legẽ, ut rei trãsgressionę ipsius, iploremus misericordiam. Vnde Aug in adiutoriũ quidẽ datã esse nobis legem affirmat, ne

Aug. 2. de pec. me. et re. c. 13.

Obiec. 4.

Psal. 130.

Resp.

Ezec. 18.

Aug. ser. 13. de uer. Apo. et in psal. 118.

nos sanos putaremus, & ut de magnis & superbis paruos & humiles face- C
ret, nō quidē sicut uos putatis, quia agnoscētes nos ipsius p̄uaricatores, cō-
fugeremus ad fidē, & per illā sine ulla legis impletione apphenderemus iusti
tiam, sed quia p illam agnoscimus morbū, & imbecillitatē no strā, atq; inde
cogimur implorare diuinā misericordiā, ut ipsius adiutorio impleamus le-
gem, nec p̄uaricationē incurramus. Sed hęc pluribus fortassis q̄ opus erat,
ne queri possis me aliquid dissimulasse, quod pro te faceret. Nam alioqui
sententias uestras prodidisse, superasse est.

De germana canonis 23. expositione. Cap. XXV.

VErum illud premere magis & urgere uidetur sn̄iam istam de ptāte uitandi oīa peccata, quod a patribus definitum est in canone 23. huius decreti. Nanque ibi anathema indicitur asserenti, hominem iustificatúm posse in tota uita peccata omnia, etiam uenalia uitare, nisi ex speciali Dei priuilegio quemadmodum de beata uirgine tenet ecclesia. Et quanq̄ ipse per se canon satis aperte militat contra nos, & palam uidetur opponi sn̄iæ, quam tuemur, neque ulla inductione, aut expositione egere, tamen quo clarior sit repugnantia, trifariam possumus eum contra nos inducere. Primo. Quę nō possunt fieri a nobis nisi ex speciali Dei priuilegio, ea neq; ab omnibus fieri possunt, neque ab aliquo, ante impartitum priuilegium. Sunt. n. priuilegia paucorum, & nemini frustra dātur. Frustra autem darentur, si eadem possemus sine illis, quæ possumus & per ipsa. Cum igitur manifeste hic diffinierint patres, nullum iustorum posse uitare omnia peccata etiam uenalia, nisi ex speciali Dei priuilegio, non hoc poterit quiuis iustus, sicut nos diximus, sed paucissimi, imo nullus, nisi cui fuerit cōmunicatum tale priuilegium. Secundo. Omne priuilegium derogatio est legis communis. Neque locum habent priuilegia, nisi ubi aliqua est lex in cōtrarium. Si ergo nullus mortalis uitare potest omnia peccata, nisi ex priuilegio, necesse erit secundum legem, omnes mortales aliquando incidere in aliquod peccatum, & impossibile, iustos aliquos omnibus obsistere peccatis. Atque ideo cum theologice loquendo ea dici debeant simpliciter impossibilia, quę nequeunt fieri secundum legem, non potest absolute concedi, posse iustos &̄ per Dei gratiam omnia deuitare hic peccata. Tertio. Si possunt iusti secundum legem omnes laqueos peccatorum euadere, nihil opus est Deum impartire quenquam aliquo priuilegio, ut id faciat, neque beata uirgo ex speciali priuilegio omnia euitauerit. Quorum contraria hic statuerunt patres. Et quidem manifesta uidetur contradictio, asserere nos indigere speciali priuilegio, ut id faciamus, quod possumus absque derogatione alicuius legis facere. Nam perspicuum est citra priuilegium posse in actum reduci omnem potentiam faciendi aliquid, quod non est contra legem. Neque ex speciali priuilegio potest dici quispiam facere, quod potest facere secundum

A legem communem. Et si mortalium aliquis hoc potuisset per Dei gratiam præstare, ut se tota uita liberum seruaret & immunem a peccato, maxime hoc potuisset beatissima uirgo, neque ambigendum esset, quin ipsa hanc potentiam deduxisset in actum. Quantũ enim humanæ uires intentæ possunt esse Dei mandatis exequendis, quantunque affectus & seruitutis homo potest in hac uita Deo amando & colendo præstare, tantum & intentam mandatis eam fuisse, Dei obœdientiæ, cultui, atque amori, certum & indubitatum est. Quod si illa hoc potuit ex lege, frustra Deus, qui nihil facit frustra, aliquod dei priuilegium ad eam rem impendisset. Cum igitur illa ex priuilegio dicatur, omnia euitasse, manifeste sequitur neque ipsam potuisse tantum Deo obsequium præstare secundum legem. Et si illa non hoc potuit secundum legem, non id poterit quispiam mortalium. Quis enim nostrum tantam poterit uel ad horam adhibere solicitudinem, quis tantum feruoris, & alacritatis adimplendis Dei mandatis, uel ad minimam temporis particulam impendere, quãtum illa tota uita præstitit? Cui etiam paratior quam illi, aut plenior possit contingere Dei gratia? Totus itaque canon, & ea præcipue, quæ speciale priuilegium ad uitandum omnia peccata requirunt, quæque asserunt. b. uirginem ex speciali priuilegio ea uitasse, aperto marte uidentur depugnare contra nos. Non una tamen, sed triplex ratio cum nobiscum conciliandi occurrit. Primo sicut in scriptura & apud graues autores ea impossibilia dici ostendimus, quæ moraliter fieri nequeunt, ita dicere possumus, patres asseruisse impossibile quenquam uitare omnia peccata, nisi ex speciali priuilegio, quia hoc est impossibile moraliter. Expo. 1. can. 23.

B Non est enim uerisimile uoluisse patres his uerbis amplius diffinire, quam quod olim patres in Concilio Mileuitano, & August. & Hieron. in locis citatis contra Pelagium statuerunt, neminem uidelicet hic uiuere, aut uixisse, aut uicturum esse, aut moraliter posse uiuere sine peccato, nisi quẽ Deus sua specialissima gratia ab omni culpa præseruauerit. Neque in cap. xi. cui respondet hic canon, amplius diffinitum est. Non tamen contenti fuere patres asserere, nullum iustorum omnia uitasse peccata, nisi ex speciali priuilegio, sed dixerunt etiam neminem hoc potuisse. Voluerunt nanque, uel uoluit potius. ss. per eos nos constringere ad hanc loquendi formulam, quæ gratiæ Dei magis attestatur, & aptior est nostræ infirmitati, & imbecillitati, quaque patet ex dictis frequentius usos esse doctores sanctos, nempe ut absolute, & simpliciter dicamus non posse etiam iustos uitare omnia peccata, nisi ex speciali Dei priuilegio. Cum enim liberis uerbis loquantur philosophi, nos decet eloquia nostra semper aptare, & quantum maxime fieri poterit, conformare linguæ sacræ scripturę, & communi mori & consuetudini doctorum. Et apud ipsos & in scriptura scimus, ea passim dici impossibilia, quæ moraliter talia sunt, quia difficillima præstitu, neque ullus unquam ea præstitit, aut præstabit, quantancunque curam & diligentiam ei rei adhibeat. Secundo dicere possumus priuile- Expo. 2.

gium acceptum hic esse a patribus, non in eo rigore, quo communiter C accipitur, cum traditur esse derogatio quædam legis communis. Nusquam enim dabitur lex aliqua lata a Deo, secundum quam necesse sit hominem, etiam Dei gratia fultum & adiutum aliquando incidere in peccatum. Neque Deus suam gratiam, & fauores speciales his cancellis usquam constrinxit. Sed priuilegium speciale hic est uocatum gratia specialis paucis communicata, citra quam nos etiam indubitatum credimus, nemi nem posse omnia declinare peccata. Neque insolita est hæc acceptio priuilegij. Frequenter dicimus non posse homines, nisi ex speciali priuilegio omnia uitare peccata, quandiu in magnis sunt periculis & grauibus peccatorum occasionibus. Licet enim nulla sit lex, secundum quam necesse sit eos labi, & tanta sit libertas nostræ uoluntatis, ut etiam tum per Dei gratiam posſit se a peccatis continere, quia tamen non communiter hoc fit, neque Deus nisi rarissime, & ex magna gratia tantum alicui auxilij impendit, dicimus necessarium esse ipsius auxilium & priuilegium, ut tantum periculum liberi euadamus, quia necessaria est ad hoc perculiarissima & insolita, ac rarissima ipsius gratia. Et si sic accipiamus priuilegium, omnia, quæ illata sunt incommoda, sua sponte corruunt. Quoniam ex una rigida acceptione priuilegij dimanabant. Quod si quis contenderit oportere in Canon. S. Synodi uerbum priuilegium iuxta communem rigorem accipere, quoniam alias oportebit fateri omnes iustos potuisse hanc singularem gratiam beatæ uirginis adipisci, si nulla est lex, secundum D quam necesse sit eos incidere in peccatum. Ego quidem quid hoc concedere, laudibus, uel meritis, aut dignitati beatæ Virginis deroget, non uideo. Quin uero in ipsius laudem cedit, & eam nobis, sicut par est, mirifice commendat. Patefacit quippe & ob oculos nostros ponit, quantum nos illa uel in hoc excelluerit, quæ sola habuit, ac fortasis suis præcellentibus meritis obtinuit, quod omnes quidem consequi possumus per paratissimam Dei in omnes gratiam, & tamen propter nostram ignauiam nullus hactenus assecutus est. Sed si tandem, ut inuiolatæ sint prærogatiuæ Deiparæ. V. necessarium uideatur fateri, esse aliquam legē, secundum quam necesse sit quantuncunq; iustos aliquando labi, & peccare, adhuc tertia occurrit elabendi uia. Nos enim non cōcessimus simpliciter iustos posse uitare omnia peccata, sed tantum ostendimus quid possent ipsi quantum est ex parte libertatis suæ diuina gratia subnixę. Et quemadmodum absolute dicimus, confirmatos peccare mortaliter non posse, quia non possunt secundum legem communem, licet hoc posſint ex parte suæ libertatis, quia libere seruant præcepta, ita dicemus, iustos non posse absolute uitare peccata, quia Deus non sic homines huius status in commune adiuuat, ut omnia deuitent peccata, sed cum hoc stare, ut posſint ea Dialectice uel metaphysice, sicut diximus, uitare, quia quantum est ex parte suæ libertatis & gratiæ superexcellentis, & rarissimæ, quam possunt nancisci,

Exposi. 3. can.

si totis

A si totis suis uiribus Dei implendis mandatis intendant, potest quiuis iustus eam gratiam promereri, aut certe Deus eam potest cuiuis impartiri, ut sit ex his, quos speciali priuilegio ab omni labe preseruat. Et differt hæc tertia ab aliis duabus, quia in prima diximus, patres diffiniisse, neminem posse uitare omnia peccata, quoniam difficillimum id est, & a nullo unquam factũ, in secũda uero diximus illud patres statuisse, quia nemo hoc potest, ut explicarunt, nisi ex speciali Dei gratia, nunc autem dicimus, id patres affirmasse, quia nemini subest tanta potestas secũdum legem cõem. Sed nõ possum credere Deum statuisse aliquam legem, secundum quam nullus possit ad iustum seruare legem ab ipso latam. Lex.n.est, ut omnes possint seruare legẽ Dei, & leges diuinæ non sunt inter se cõtrarię. Quare donec.s.synodus, uel sedes Apostolica hęc aliter declarauerit, constanter crediderim priuilegium non hic acceptum fuisse a patribus, ut legi opponitur, & derogat, sed duntaxat ut opponitur cõmunibus & consuetis Dei gratiis, & tantundem fuisse dicere, non posse iustos uitare omnia peccata, nisi ex speciali priuilegio, ac si apertius, & citra omne ambiguum dictum fuisset, non posse iustos uitare omnia peccata, nisi ex speciali, & rara, atque insolita Dei gratia. Et hanc sententiam illud quoque mihi suadet, quod non uideo quid fuerit opus amplius aliquid quam hoc definire, neque propter antiquos, neque propter nostri tẽporis hęreticos. Atque hęc nunc sufficient pro explicatione, & corroboratione, eorum, q̃ sancta synodus de peccato mortali & ueniali statuit.

B

DE VERA, ET FICTA IVSTITIAE CHRISTI imputatione Liber xv. in xvi. Caput decreti de Iustificatione.

PRAEFATIO.

Ost tam multa de iustificatione ipsa, & de dispositionibus & causis illius, & de necessariis ad eius augmentũ, conseruationẽ, ac reparationẽ superioribus capitib. tradita, cõmodissime patres in hoc postremo, ut oẽs ad q̃rendam & retinẽdam iustitiã excitarẽt, de fructu iustificationis & bonorum operũ edisserũt. Atque in eius expositionẽ, & extirpationem errorum aduersantiũ, nos quoque christiane lector postremo huius operis libro Dei auxilio freti manum iam admouemus. Quem idcirco de uera ac ficta iustitiæ Christi imputatione pręsigniuimus, quoniam in eo mens est de necessitate imputationis meritorum Chr̃i pręcipue disserere. Nam cum ante hęc tempora parũ fuerit tractatum, quousque, & quatenus hæc imputatio sit necessaria, nũc autem inter catholicos, & inter hęreticos, in Concilio, & ante Conciliũ accuratissime id fuerit examinatũ, operępretiũ me facturũ putaui, & rem studiosis nõ ingratã, si scriptis mandarẽ, quid

quid ex doctiss. uirorũ lucubrationib. & nostris quoq; laborib. circa hoc C
argum habere potui. Et alioq, cum Chrs ipse origo sit, ex consũmatio nræ
iustificationis, neque aliud sit nobis nomẽ datũ sub cœlo, in quo possimus
salui fieri, ita demũ credidi me posse cõmodius statuta a pr̃ib. enucleare, &
tueri, si diligenter pro nostra tenuitate explicarem, quemadmodũ eximia il
lius & oĩno pstantiss. merita nobis cõmunicarentur, & quadam participa-
tione nostra fierent, ac quatenus id nobis, & quoties est necessariũ. Sed ipsa
in primis. s. synodi uerba omni ueneratione digna attente audiamus.

DE FRVCTV IVSTIFICATIONIS, HOC EST, DE ME*rito bonorum operum, deq; ipsius meriti ratione.* Cap. XVI.



AC *igitur ratione, iustificatis hominibus, siue acceptam gratiã, per
petuo seruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt A-*
1. Co. 15. g. *postoli uerba. Abundate in omni opere bono, scientes quòd labor ue*
Hebr. 6. *ster, non est inanis in domino.* Non enim *iniustus est* Deus, *ut obliui-
scatur operis uestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius.*
Et, *nolite amittere confidentiam uestram, quæ magnam habet remu-*
10. g *nerationẽ. Atque ideo bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponẽ-
da est uita æterna, & tãquam gratia filijs* Dei *p Christum* Iesun *misericorditer promissa,
& tanquã merces ex ipsius* Dei *promissione bonis ipsorũ operibus, & meritis fideliter*
2. Timo. 4. *reddenda. Hæc est. n. illa corona iustitiæ, quam post suum certamẽ, & cursum, repositã* D
b. *sibi esse, aiebat* Apostolus, *a iusto iudice sibi reddendam, non solũ aũt sibi, sed & omni-*
Eph. 1. 4. 5 *bus, qui diligunt aduentum eius. Cum. n. ille ipse Christus Iesus, tanquã caput in membra,*
Ioan. 15. *& tanquam uitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter uirtutẽ influat, quæ uirtus, bona
eorum opera semper antecedit, comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto* Deo
1. Co. 1. A *grata, & meritoria esse possent, nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendũ est, quomi
nus plene illis quidẽ operibus, quæ in Deo sunt facta, diuinæ legi, pro huius uitæ statu sa-
tisfecisse, & uitam æternã suo etiam tpe, si tamen in gratia decesserint, consequendã, uere*
Ioan. 4 *promeruisse censeantur, cum Christus saluator noster dicat. Siquis biberit ex aqua, quã
ego dabo ei, non sitiet in æternũ, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Ita
neque propria nostra iustitia tanquam ex nobis propria statuitur, nec ignoratur, aut repu
diatur iustitia* Dei. *Quæ. n. iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentẽ iustifica-*
Matt. 10. d *mur, illa eadẽ Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritũ.* Neque uero *illud
omittendum est, quòd licet bonis operibus in sacris literis usque adeo tribuatur, ut ẽt qui
uni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus, eum nõ esse sua mer*
2. Co. 4. d *cede cariturum, & Apostolus testetur, id quod in præsenti & momentaneum, & leue tri-
bulationis nostræ supra modum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operari in nobis, ab-
sit tamen, ut Christianus homo in se ipso, uel confidat, uel glorietur, & non in domino, cu
ius tanta est erga oẽs homines bonitas, ut eorũ uelit esse merita, quæ sunt ipsius dona,* Et
*quia in multis offendimus oẽs, unusquisque sicut misericordiã & bonitatẽ, ita seueritatem
& iudiciũ ante oculos habere debet, neque seipsum aliquis, ẽt si nihil sibi conscius fuerit,*

A *iudicare. Quoniam omnis hominum uita non humano iudicio examinanda, & iudicanda est, sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo, qui, ut scriptum est, reddet unicuique secundũ op a sua.* 1. Co. 4. *Mat. 16. d*

COMPENDIVM SENTENTIAE CAP. XVI. cum erroribus in eo damnatis. Cap. I.

Vatuor præcipua hic uideo diffiniri a patribus. Primo in ipsa fronte capituli, opera bona, & pios iustorum labores non inanes esse, sed magnam oĩno habere remuneratioñe ex Pauli testimonijs colligũt. Et ut oĩum animos in ipsius amorem ac desiderium inflāment, in illis uerbis, Atque iõ bene operantibus &c. qualis, & quāta sit hęc remuneratio, & queādmodum bonis operibus iustorũ reposita sit, & pp Chrm ꝓmissa, ac suo tpe, ut gratia, & merces fidelissime reddenda, diserte exponũt. Secundo iustificatis bene operantibus diffiniũt, nihil amplius deesse, ut & satisfecisse legi diuinæ, & beatitudinẽ suo tpe cõsequẽdam ꝓmeruisse censeātur. Quod ut esset apertius in Canone 32. anathema indixerunt neganti, iustificatos per bona sua opera mereri uitam ipsam æternā, & ipsius consecutionem. Voluerunt nāque pro certo, & constanti hñi, decedentes in gr̃a statim conseq beatitudinẽ, si absque ullo pœnarũ aliquarũ reatu hinc decesserint, B neq aliqua eos rursus ĩputatione, aut pñtatione, uel oblatione iustitię Chñi ad consequẽdam beatitudinẽ indigere. Et pręter Christi testimoniũ. Si quis biberit ex aqua &c. firmata est hæc sentẽtia a patrib. hac potissimũ ratione, ꝙ a Christi meritis hñt iusti, ꝙ bene operentur, & ꝙ opera sua bona meritoria sint & magni precij apud Deum. Quare opus esse non uidetur alia rursus imputatione, aut oblatione iustitiæ Chñi, ut illa sufficiant ad cõsecutionem beatitudinis. Et cũ dicunt patres, uirtutem bonam, quam Christus iugiter influit in iustificatos, bona eorum opera antecedere, comitari & subsequi, uirtutem bonam, appellant auxilia specialia, qbus Deus pp Christi merita præuenit, comitat, & subseqtur iustos, ut incipere, & proseq possint bona opera, & in eis perseuerare. Valor ẽt, quem ipsis tribuit, & meritum bonorum operum, & cõseruatio gratiarum, in quibus perseuerant, uirtus est a Christo influxa. Nam hæc oĩa copiose in lib. 4. ostendimus, nobis a Deo conferri propter Christũ, & ab illius iustitia, & meritis quo ad suum esse, & conseruari, pendere. Tertio in illis uerbis, Ita neque propria &c. inferunt patres ex prędictis iustitiam nostram, & nostrā esse, quia nobis inhæret, & in nobis est, & Dei esse, quia a Deo nobis per Christum infunditur. Et ne fructum adeo pręcellentem nostrę iustificationis ob nostram superbiam amittamus, duo saluberrima his subnectunt consilia. Ac primo quidem admonent, non esse cuiquam, nisi in Christo gloriādum. Nam & merita nostra dona sunt Dei, & ab eo habent, ut sint merita. Deinde consulũt,

Margin notes: *Diffinita 4. in hoc cap.* — 2. — *Can. 32.* — *Ioan. 4.* — 3. — 4.

A fluā, si lex satis sit ad iustificādū. Neq; sibi i hoc errore cōstat. Nā in cā.14. fatet necessariā esse præter hanc fidem pniam. Ex quo consequēs est, non sufficere illam fidem ad iustitiam, & salutem hoīum non sola ea fide niti. Et cum distinctissima sint, necessariam esse hanc fidem ad obtinēdam remissionem peccatorum, & eam solam ad iustificationem sufficere, ac propterea patres distinctis can. ea anathematizauerint, ipse talpa cæcior deridet patres, q bis idem damnarint, uelut timentes, ne cassum esset prius fulmen. Nec contentus his tantis, & tam absurdis erroribus addit intolerabiliorem, neminem quid nobis per Christum datum sit, uere tenere, nisi qui secum certo statuit se illi a patre datum esse, ne pereat. Itaq; secundum illum, omnes iusti debent certo credere se non esse perituros, ac per hoc & prædestinatos. Unde & huc existimat pertinere, quod Christus apud Ioannem dicit neminem posse rapere a se oues suas, & hoc iustos addit scire ex speciali reuelatione, qua pater cœlestis dignatur filios suos & de qua loquitur Paulus dicens. Nobis autem reuelauit. Ad quæ manifeste sequitur, omnes iustos esse prædestinatos. Nam ad certo credendum falsa Deus neminem obligauit. Et ne dubitemus illum sentire cum Iouiniano, semel iustos non posse perdere suam iustitiam, cum in can. 15. 16. ista palam confirmasset, tandem in decimo sexto subdit. Denique regenerationis spiritum non dari, nisi electis, quisquis ignorat, nescio quid in scripturis teneat. Et tamen ut in constantiam uideas hominis, ac iuxta suum testimonium nihil illum de scripturis intelligere, mox in can. 23. ita scribit. B Qui hominem semel iustificatum peccare posse negant, eos damnamus, qui item uere iustificatos esse negant, quibus labi contingit. Quæ potest esse contraductio, si hæc non est? Nunquid impie aliquis iustificatur sine spiritu regenerationis? Si ergo possunt labi iustificati, poterunt & damnari, ac ex consequenti esse reprobi, & falsum erit quod statim dixisti, spiritum regenerationis non dari electis. Sed hæc omnia incitatis lib. abūde subruimus, patetq; hic prima fronte blasphemia, nec necesse habet conuinci, teste Hiero. quod sua statim professione blasphemum est.

Contradictio Calu. *Cæcitas Caui.* *Cal. error grauiss.* *1. Co. 2* *Cal. cū Iouini. sentit.* *Cōtradict. Calui.* *Hiero. ad Ctesiph.*

De abusibus uerbi imputationis ac legitimo usu ipsius. Cap. II.

Ut ueram a ficta iustitiæ Christi imputatione discernamus, quia rectū est iudex sui & obliqui, de uera & sana illius imputatione prius agemus, atq; inde recto cursu transibimus ad discutiendam fictitiam, ne scio quam imputationem, quam quidam hoc tempore orbi inuehere sunt conati. Quo uero omnia dilucidiora sint, a nomine imputationis exordiū faciemus. Et pro cautela quidem piorum aduertendum est uarie hoc uocabulo abuti hæreticos nostræ tempestatis. Primo abutuntur ut abrogent sacramentis uirtutem ad conferendam gratiam. Volunt enim imputatiue tantum nobis in eis conferri gratiam, hoc est, duntaxat propter merita Christi nobis imputata. Ac sic sæpe abusus uidetur hoc uocabulo Sarcerius in locis communibus. Secundo abutuntur eo, ut tollant iustitiam in hærentē.

Abusus. s. uerbi īputationis. *Primus.* *Sarcer.* *Abusus. 2*

Quid enim illa, aiũt, opus est, cum satis sit, ut simus iusti, imputari nobis iu C
3. stitiam Christi, ac si nostra esset? Tertio abutuntur, ut conficiant simul cum culpa deleri omnem pœnam & nulla prorsus esse opus satisfactione. Qua enim satisfactione indigeant, quibus imputatur plenissima illa Christi satisfactio, ac si sua esset? Et his .2. modis abutitur Caluinus in locis infra citãdis.
4. Quarto & perperam hac uoce utuntur, ut suadeant omnes iustos æquales esse in gratia, & in gloria. Quippe si omnibus imputatur iustitia Christi, ac si sua esset, cum illa unica sit, neq; alicuius sit ualoris apud Deum iustitia nostra præter illam, quid superest, aiunt, nisi ut omnes iusti æquales sint in iustitia, & gratia, & gloria apud Deum? Abutuntur & alij quarto hoc eodem nomine, ut dicant, non sufficere aliquam iustorum iustitiam ad consequendum uitam æternam, nisi nobis Christi iustitia post hanc uitam, uel in mor
Propo. 1 te denuo imputetur, ac si nostra esset, Quidquid autẽ sit de huius nominis abusibus, certum est in sacris literis nusquam inueniri sic usurpatũ hoc uocabulum, ut dicatur Christi iustitia imputari nobis, ac si nostra esset, sicut nunc passim a plærisq; dicitur. Dicit quidem scriptura, fidem nostram repu
Ro. 4 tari nobis ad iustitiam. Dicit beatum esse, cui Deus non imputauit sua pec-
Psal. 31 cata. Dicit propter Christi iustitiam non reputasse nobis Deum delicta no-
2. Co. 5 stra. Et ubi nos communiter legimus, Vt reputetur & illis ad iustitiam, Græce aperte est. Vt imputetur & ipsis iustitia. Nunquam tamen scriptura dicit, imputasse nobis ad iustitiam, iustitiam Christi. Et autores, per quos nobis Deus scripturas tradidit, & alij antiqui doctores, qui eos fideliter imitati D sunt, & Bern. præcesserũt, contenti fuerunt hactenus in hoc proposito, nominibus communicationis, participationis, diffusionis, deriuationis, applicationis, copulationis, coniunctionis. Et applicari nobis, & copulari, & cõiungi, ac communicari dixerunt iustitiam Christi, & participari a nobis ipsius sanguinem, & merita, eaq; ad nos defluere, diffundi, & deriuari, sed nunquam asseruerunt, quod quidem recolere, aut legere potuerim, ea nobis im
1. Co. 10 putari, hac præsertim adiectione, ac si nostra essent. Paulus ait. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Et sicut communicare nos in sanguine Christi, & participare corpus ipsius in sacramento altaris dicit, ita & in meritis ipsius communicare, & participare fructum suæ passionis diceret. Nam & partici
Heb. 1 pes suos uocat omnes iustos in ep. ad Heb. & alibi cupere se indicat cogno
Phili. 3. b scere uirtutem resurrectionis eius, & societatem, siue communicationẽ pas-
Aug. ser. sionum illius. In quæ uerba Aug. Communicatio passionum Christi, uir-
15. de uer. tus tua erit. Et Ioannes ait. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Ac
Apostoli. Chry. exponẽs, quid Ioannes his uerbis significarit, analogia fontis, unde
Chry. ho. aquam haurimus, & ignis, unde lucernas accendimus, diffusionis quidem,
13. sup. Io. 1 & participationis uerbis utitur, non imputationis. Sunt autem hæc uerba

A Chrysostomi. Non habet Christus donum participabile, sed ipse fons est, & radix bonorum omniũ, ipse uita, ipse lux, ipse ueritas, non in seipso bonorum diuitias continens, sed in uniuersos diffundens, quibus diffusis plenus permanet, neq; aliorũ facietate minuitur, sed diuitias suas elargitur semper uberius, cunq; omnes his bonis impartiat, in eadem permanet perfectione. Quod autem ego fero, participabile est, ab alio enim id accepi, & exigua pars totius est, & quasi gutta parua ad immensam abyssum, & infinitũ pelagus comparata. Immo neq; exemplum sufficiens est, ad quod uolumus ostendendum. Nam si guttam e pelago acceperis, ea tamen pelagus, & si uisu percipi nequeat, diminuit. De illo autem fonte, hoc dici non potest, sed quantuncunq; quis hauriat, nihil deficit. Quare alio exemplo utendum est, cum hoc infirmum sit, neq; possit, quod uolumus demonstrare. Alterum igitur afferemus, quod magis ad propositam nos adducat sententiam. Cõstituamus nobis igneum fontem, a quo innumeræ accendantur lucernæ, & totidem, & item totidem. Nonne huiusmodi fons ita plenus est ignis, quemadmodum antequam ex eo quicquam sumeretur? Sane perspicuum, &c. Hæc Chry. Et secutus, ut solet, Theoph. ita in hunc locum de Christo loquitur. Fons omnis boni, & omnis sapientiæ, ac prophetiæ existens superfluit, & dat se omnibus dignis, & effluens plenus manet, ac nunquã exhauritur. Ac paria istis tradit Cyr. in hæc uerba. Nam & omnes nos, qui sanctorum locum possidemus, proprijs ipsius bonis locupletati sumus, & Theoph. Cyr. l. in Io. c. 20

B natura humana illius bonis magis quam suis gaudet. De plenitudine nanq; filij sui, quasi iugi fonte, gratiarum donum scaturiens, in singulas animas, quæ dignæ sunt, defluit. Et quoniam de. s. Tho. peculiaris fuit contentio, ille, quidem, cum de his differit. 3. par. q. 69. artic. 2. uerbo communicationis utitur, non imputationis. Omni, ait, baptizato communicatur passio Christi in remissionem, ac si ipse passus & mortuus esset. Et addit ad primum. Pœna passionis Christi communicatur baptizato, inquantum fit membrum Christi, ac si ipse pœnam illam sustinuisset. Et neq; ibi, neq; alibi quod meminerim, dicit pœnas passionis Christi nobis imputari, ac si nostræ essent. Et instinctu forte & prouidentia Spiritussancti factum est, ut nunquam antiqui sic uerbo imputari in huiusmodi uterentur, ne hæretici uideri possint ex illis ansam suorum errorum sumpsisse. Non est tamen adeo inuisum nobis hoc uocabulum, ut credam nunquam nos posse hoc in proposito bene illo uti. Vere nanq;, & sane, ac latine possumus dicere, ad satisfactionem, & meritum imputatam esse generi humano iustitiã Christi in passione sua, & iugiter imputari omnibus, qui iustificantur, & satisfaciunt pro peccatis suis, & uitam æternam suis bonis operibus merentur. Cum enim per iustitiam Christi satisfecerit genus humanum pro suis peccatis, & per illam reconciliatum sit Deo, ac ianuæ paradisi referatæ sint ipsi, & omnes qui iustificantur, aut satisfaciunt, aut merentur apud Deum, per ipsius merita iustificentur, & reconcilientur Deo, & satisfaciant pro se, ac augmentum gratiæ, & Tho. Propo. 2

A Innocentium Papam ita scribit. Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, ut uidelicet satisfactio unius omnibus imputetur, sicut omnium peccata unus ille portauit. Atque hactenus quidem de nomine.

Nulli imputatur iustitia Christi ad primam iustificationem sine baptismo in re, uel in uoto. Cap. III.

VT sciamus tamē ueram, & eam, quę uel iustis, uel peccatoribus necessaria est applicatio, seu imputatio meritorum Christi illud ante omnia meminisse debemus, quod & ex dictis lib. 4. dilucidum esse potest, toties ad nos pertingere uirtutem, & eorum apud Deum efficaciam, quoties nouum aliquod spiritale beneficium ab ipso recipimus. Statuit .n. pater cœlestis pro sua summa caritate, & beneuolētia in suum filium, in hoc illum honorare, ut sicut nihil in natura, nisi per illum quatenus Deus est, facit, ita & nihil nisi propter illum, ut homo est, faciat ex ijs, quae ad nostram iustificationem, & reparationem spectāt. Et sicut omnia noua eiusmodi beneficia, nouam Dei beneficentiam, ita & nouam applicationem & imputationem meritorum Christi, quae illa antecedat, & ratio ipsius sit, requirunt. Vnde & eos, qui plura, aut maiora Dei beneficia participant, non dubitamus plus etiam de meritis Christi participare. Et tūc ununquenque nostrum nouiter eorum fieri participem constanter asserimus, & nouas Christo gratias debere, cum nouum aliquod dei munus & donum assequitur. Nec ob aliud dilata est iustis ueteris testamenti beatitudo, usque ad mortem Christi, B licet in Dei essent in gratia, ac in multis alijs benignitate & liberalitate diuina gauderent, nisi, quia licet merita Christi praeuisa ad ea beneficia acceptabantur, atque ob Dei bonitatem, cum nondum essent, perinde ac iam essent, illis coniungebantur, ad beatitudinem tamen eis ante id temporis conferendam minime imputabantur. Et nunc quāuis iam sit solutum precium pro illis & pro nobis, atque hac ratione multum inter nos & illos intersit, tamen cum in uia sumus, nondum felicitate uitae aeternae gaudemus, quia nōdum in tantum & tam eximium beneficium nobis conferendum merita Christi imputantur. Quanquam autem multa & magna beneficia & infidelibus & paruulis nōdum renatis propter uirtutem meritorum Christi se ad omnes homines diffundentium, a Deo benigne conferantur, tamen ex supra iam traditis liquidissimum esse potest, nemini Christi iustitiam ad primam iustificationem imputari sine baptismo in re, uel in uoto. Lege Caluine, quę lib. 5. de his scripsimus, & nisi prorsus rebellis pergas esse lumini diuino, agnosces te contra scripturam, & contra Ecclesiam catholicam asserere paruulos fidelium, hoc solo quod filij fidelium sunt, regnum cœlorum cōsequi, etiamsi moriantur sine baptismo. Sed argumentis illius hic commodum erit respōdere. Cur igitur inquit, Paulus eos uocat sanctos? Non uniusmodi est sanctificatio, respondit olim Aug. huic argumento, quo Pelagiani utebantur ad negandum peccatum originale. Nam & catechumenos secundum quendam modum suum per signum Chri, & orationem manus impositionis

Propo. 2.

Error Caluini de paruulis.

Obiect. 1.

Resp.

Aug. 2. de pec. me. et re. c. 26.

puto sanctificari, & quod accipiunt, quanuis non sit corpus Christi, sanctũ C est tamen, & sanctius quàm cibi, quibus alimur, qm̃ sacramentum est. Verũ & ipsos cibos, quibus ad necessitatem sustentandæ uitæ huius alimur, sanctificari idem apostolus dixit per uerbum Dei & orationem, qua oramus utique nostra corpuscula refecturi. Et paulo post subdit. Illa sanctificatio cuiuscunque modi sit, quam in filijs fidelium esse dixit apostolus, ad istam de baptismo & de peccati origine uel remissione quæstionem omnino nõ pertinet. Nam & coniuges infideles in coniugibus fidelibus sanctificari dicit eo ipso loco ita loquens. Sanctificatur. n. uir infidelis in uxore fideli &c. (1. Co. 7. c.) Nec, opinor, quisquam tam infideliter intelligit, quodlibet in his uerbis intelligat, ut ob hoc existimet etiam maritum non Christianum, quia Christiana fuerit uxor eius, neque iam baptizari oportere, & ad peccatorum remissionẽ peruenisse, & in regnum cœlorũ esse intraturũ, quia sanctificatus dictus est in uxore. Hæc Aug. Sed inclusa est, ait Cal. infantiũ salus in promissione, qua Deus fidelibus testatur, se fore illis & semini eorum in Deũ, & cum Deus in regnum suum eos adoptauerit, iniuria fit promissioni diuinæ, si necessarium eis putemus baptismum, quasi per se illa ad salutem nõ sufficiat. Ac proinde & intrepide colligit, non a baptismo initiũ habere eorum salutem, sed quę iam uerbo fundata erat, baptismo obsignari.

Obiect. 2. Caluini.

Respon. Atqui si hæc uera sunt, necesse est te Caluine cum Pelagianis negare peccatum originale. Qua enim ratione dicis aliquo momento propter hanc solam promissionem iustificari infantes, cogeris nimirum dicere & in ipso uitę exordio, quo filij fidelium esse incipiunt, sanctos eos esse & mundos, & neminẽ ex fidelibus nasci aut concipi filium irę. Cum enim promissio absoluta per te sit, nec ad ullum tempus coarctata, sufficiet impedire, ne contrahatur peccatum, quando & sola sufficit illud iam contractum extinguere. D

Contradictio Caluini. Quod si, ut ais, in Decretum. 1. sess. 5. audiendi non sunt, uidelicet Zuingliani, qui infantes negant proprie cum peccato nasci, profecto nec tu audiendus es, qui ea prędicas, ex quibus aperte sequitur, nec propie, nec impropie cum peccato illos nasci. Quanta uero tua amentia est, ex ea promissione iustitiam paruulis sine baptismo polliceri? Nunquid si filij fidelium sint in peccato mortali, & illos quoque, si sine pœnitentia decedant, saluos futuros propter eam promissionem concedes? Non opinor ita delyrabis. Sicut igitur promissionem istam Dei in hoc ualere dices, ut salutem assequantur adulti filii fidelium, si quidem præscripta sibi in lege Dei fecerint, ita & nos eam promissionẽ, & infantibus sufficere dicimus, si adhibeatur illis baptismus, qui toties in scripturis explicatur cunctis esse necessarius. Nõ sunt. n. quod sæpe tibi dictum uelim, nam sæpe in hoc hallucinaris, non sunt inquam istę Dei promissiones absolutæ, sed conditionales, ut li. 11. cum sancta Synodo explicuimus.

Obiect. 3. Caluini. Quo iure ergo addis ad baptismum filios fidelium admittimus, nisi quod promissionis sunt hęredes, & huius ꝓmissionis beneficio, ecclesiæ censentur membra? Nisi iam ante ad eos pertineret uitæ promis-

A sio, baptismum profanaret, quisquis illis daret. Quam longe uero hic a tota Ecclesiæ doctrina aberras. In Baptismo illa infantes credit se regenerare, sibiq; & deo filios, ac membra uiua Christi & sua, & promissionis nobis eo factæ participes facere. Tu nec re, nec uoto suo baptizatos, filios dei, & mēbra ecclesiæ, et participes promissionis asseris. Per baptismum illa ianuam se uitæ spiritalis, & regnum cęlorum aperire infantibus semper credidit. Hila. Per Iordanem uia nobis cœlestis regni, & nouę regenerationis lauacro possessio æternorum corporum inchoatur. Hiero. Aquę baptismi initia pro fectuum. Et rursus. Ab eo tempore censemur, ex quo in Christo renascimur. Et similia passim occurrunt inaliis doctoribus. Tu contra Ecclesiam & eos omnes, & ante baptismū salutem illorum inchoatam dicis, & quod ne Pelagiani quidem mutire sunt ausi, regno cęlorum dignos habendos esse, etiam sine Baptismo affirmas. Et quia Baptismum, profanari dicis, si detur iis, qui non sunt hæredes promissionis, iuxta tuā sententiam, nec dabit ille fidelium filiis gratiam, saltem primam, sed eam tantū obsignabit, nec dabitur eis in remissionem peccatorum, sed in signum iam datę. Quod quidem non semel est ab Ecclesia damnatum. Quin & ad tuum istum errorem aperte sequitur, infidelium filios etiam ex uoluntate suorum parentum non licere in articulo mortis baptizare, neq; ipsos infideles uolentes fieri Christianos, donec eos participes promissionis factos credamus. Quid uero tecū de his pluribus agam, qui non uereris in testimonio illo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & .ss. &c. quod tota catholica Ecclesia de aqua elementari

B hactenus intellexerit, aquæ nomen pro mortificatione acceptum dicere, uel certe epitheti uice adiectum, ut uim & naturam .ss. exprimeret? Si non credebas impie nostro Concilio, quod sess. 7. can. 2. de baptismo anathema indixit detorquenti hæc uerba ad aliquam metaphoram, nec Concilio Florentino; quod de aqua elementari illud exponit, atq; inde colligit sine Baptismo neminem introire in regnum cœlorum, & eum esse asserit uitæ spiritalis ianuam, ac per ipsum membra effici Christi, & de corpore ecclesiæ, crederes saltem Amb. & Hiero. qui eandem expositionē tradunt, crederes Chry. Theoph. Cyr. Aug. in Ioannem, & Basi. ho. 52. & Greg. 4. Mora. c. 2 & lib. 9. c. 16. qui & hinc colligunt necessarium esse omnibus baptismum ad assequendum regnum cœlorum. Certe nullum istorum autorum poteris dicere fuisse tempore, quo dicis extinctam fuisse Euangelii lucem. Vnde itē aliunde sacri pontifices, & uenerādi ecclesiæ doctores, et ecclesia catholica, ac ipsi Christi apostoli moti sunt, ut passim baptismum appellarent regenerationem, aut renascentiam, aut sacramentū regenerationis? Quare Cyp. cum toto quodam Concilio Africano censuit, nec recēs natis esse gratiam baptismi denegandam, & apostoli teste Orig. tradiderūt ecclesiæ, ut paruulis Baptismum daret, nisi quia ex hoc loco intellexerunt, necessariū esse hoc sacramentum ad ingressum in regnum cœlorum? Vbi etiam homines grauiss. obrutos peccatis, & .ss. renasci posse credis q̄ in Baptismo? Si ibi dun-

Resp. *Hila. ī psa. 65. Hiere. ī. 47. c. Ezec. et ep. ad Ocea.* *Absurda Cal. expo, cōtra Ecc, catho.* *Cōc. Flo.* *Amb. 4. d initian. myst. Hiero. ī ep. ad Oceanū.* *Cyp. 3. ep. 8.* *Orig. lib. 5 sup. ep. ad Ro.*

taxat renascimur, quamobrem hinc aquam uis excludi, sine qua non est ba C
ptismus? Qui sunt isti ueteres, quos ais aquam hic pro mortificatione acce-
pisse? Cur dissimulas? cur silentio præteris? cur non profers, ut uel aliquod
habeas tuæ temeritatis patrocinium, nec tam perniciosæ interpretationis
primus uidearis fuisse parens? Et nonne ipsa te sensus absurditas expergefa-
cere poterat, ut nec tibi, nec alij tam alienam expositionem crederes? Quis
unq̃ dixit, ex mortificatione nos renasci? Renatis consulit Paulus, ut mor-
tificent seipsos, & post renascentiã hoc tota uita agimus, ut ueterem homi-
nem exuamus, & de die in diem in Christo renouemur. Sed ex mortifica-
tione nos renasci, nemo præter te dixit. Quod si epitheti uice aquę nomen
est positum, cur non potius post uerbum. ss. est adiectum? Quanto te re-
ctius nonnulli ex sanctis doctoribus, quos citauimus, ideo aquam subiectã
a Christo dicũt, ut Nicodemus, qui nõ intellexerat priora uerba, Nisi quis
renatus fuerit denuo &c. paulatim deduceretur ad intelligendum sacramẽ-
tum baptismi, in quo cooperante. ss. homo renascitur Deo? Atque ex
Mat. 3 illis potuisses dicere, nec ignem epitheti uice positũ, in illis uerbis Ipse uos
baptizabit in. ss. & igni. Quod si paruulis non renatis ex uitali aqua baptis-
mi salutem promittis, ut magnificentius q̃ nos de diuina misericordia ui-
dearis sentire, cur non & adultis peccatoribus sine baptismo & sine pœni-
tentia indulgentiam concedis? Non enim apertius istis indicat scriptura ne-
cessariam esse pęnitentiam q̃ illis baptismũ, & Christus non magis pro pec-
catis illorum, q̃ pro peccatis istorum satisfecit. Eadenque ratione & damna-
tis omnibus, & ipsis dęmonib. poteris cum Origenistis aliquando tandem D
salutem polliceri. Sed te in hæc præcipitia Caluine tua superbia & arrogan-
tia pertrahit, qui uis semp̃ licere de diffinitis a patrib. disputare, nec intelligis
nihil posse esse satis certum in eccle. nec alia uia certiorem aditum posse dari
Resp. ad omnib. tenebris & seditionib. q̃ si tua ista admittatur licentia. Vt enim se-
Cal. pref. mel hic obiter pro autoritate Conciliorum generalium respondeam, &
& notata pauca quædam ijs, quæ lib. 1. huius operis tradidimus, tua causa adijciam,
con. dec. 2 non uides, si uel minimum Cõcilium sic legitime congregatum, in fide, aut
sess. 5 moribus contemnis, ut aperte facis, dum sex aut septem ex illis adulterina
Autoritas uocas, uniuersam, plane omnium Conciliorum autoritatem te subruere,
cõciliorũ. & labefacere? Vnde certum habeamus. ss. astitisse quibusdam, & non
alijs? Quis erit finis contentionũ & disputationum in ecclesia, si, ut tu uis,
reuocare semper licet in disputationem, quæ conclusa & mature diffinita in
Deu. 17. b eis fuerunt? Si difficile & ambiguum dixit deus olim Moysi apud te iudiciũ
esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram,
& non leprã, & iudicũ intra portas tuas uideris uerba uariari, surge & ascen-
de in locum, quem elegerit dominus deus tuus, ueniesq́; ad sacerdotes leui-
tici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresq́; ab eis, qui iudi-
cabunt tibi iudicij ueritatem. Et tu non credis Conciliis generalibus assiste-
re. ss. ad edocendũ & indicandũ quæ uera sunt in his, quæ dubia & contro-
uersa

A uersa fuerint in eccl. Minus ne diligit Deus nunc eccle.quam olim synagogam? Minus ne prospexit illius dubijs & necessitatibus? Non pudet te Christianum dicere, & conciliorum generalium abrogare autoritatem? Si aliquando, ut ais, extincta fuit sanè doctrinæ lux, & aliqua concilia generalia errauerunt, atque ut audet tuus sodalis Buc. asserere, ecclesia errauit ultra sexcentos annos, non solum in canticis & lectionibus, sed in administratione baptismi & eucharistiæ, & in superstitione nouorum sacramentorum, et benedictionum, & ut quidam alij nunc ex uobis contendunt, iniquum est a uobis petere, ut uos subijciatis concilijs generalibus, ubi erunt magnifica illa Christi promissa? Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, qui maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis. Et iterum. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Et rursus. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Si mansit cum ecclesia spiritus ueritatis, & ipsa ueritas & sapientia patris, profecto libera illa fuit ab errore. Si non mansit, promissionem suam non impleuit. Vides cornuta te interrogatione teneri, & necesse esse, ut uel Christum uel ...ss. dicas non fuisse ueracem, si cõcilium, aut ecclesiam errasse, aut errare posse contendas? Quibus uero strophis sacrosanctam istam conciliorum uiolare, & eneruare conetur, audiamus. Aug. non uult, ait, oraculi instar haberi, & absque controuersia recipi, quicquid prodierit ex concilijs. Nam aduersus maximinum Arrianum scribens. Neque ego, inquit, Nicænum, neque tu Ariminense debes tanquam præiudicaturus proferre conciliũ. Cur non uides Caluine ista Aug. dixisse illi hæretico, qui Synodum Nicęnam non recipiebat, & conuentum inter ipsos, fuisse ut ex Scripturis duntaxat, & absque præiudicio alicuius Synodi de fidei ueritate certarent? Nõne & ibi & alias nõ semel ostẽdit, ut inuiolabilẽ & certissimũ se habuisse, quidquid Syn. Nicęna statuit & hęreticos esse, qui illam labefactare conãtur? Et cur uerba Aug. detrũcas. Nam et ea si integra citasses, mox tua cõspicua fuisset uersutia. Sed nũc, inquit, nec ego Nicęnũ &c. Verũ fides, addis, non temere nudis hominũ placitis, sed uni tñ deo subscribit. Quasi uero temere & non summa maturitate diffiniantur, quæ stabiliuntur in Concilijs. Quanto te fidelius Gregorius, qui palam affirmat se, ut sancta quatuor euangelia, uenerari sancta quatuor priora concilia generalia, atque idem mox subnectit de quinto, & anathema indicit omnibus, qui aliud ab ipsis sentit. Et alibi, redeuntes a Nestoriana hęresi, non uult recipi, nisi uenerandas Synodos, quas uniuersalis eccl. recipit, se recipere, & uenerari promittant. Et alio in loco. Quoties in. 4. præcipuis sedibus antistites ordinantur, Synodales sibi. epi. inuicem mittũt, in quibus, se sanctã Chalcedonensem Syn. cũ alijs generalib. custodire fateantur. Ab istis purissimarũ aquarum fontib. disce doctrinam Theologicam, & intelliges certum & indubitatum fuisse iam olim in ecclesia, & oraculi uice receptum quidquid a concilijs generalib. emanauit, neque placitis humanis, sed Deo ipsi fidem subscribere, cum eis toto corde assentimur. Neque miror tamen te in

Buc. exe cràdus error.

Ioan. 14. b 15. c

Mat. 28. d

Obiec. 1 Cal. i prę. antidoti.

Aug. lib. 3 c. 14. Res.

C

Obiect. 2

Gre. 1. ep. 24. lib. 9 ep. 61

7. ep. 58

Autoritas Ro. pōtifi cis. istis labi, cum & circa primatum Ro. pontificis ubiq; cęcutias, neq; illum ui C carium Christi agnoscas, cuius autoritate congregentur & roborentur uni uersa Concilia. Lege caece totā d.17. decreti Gratiani. Lege quae contra istā uestram hęresim scripsere illustres illi propugnatores Eccle. Hierarchię Roffensis. Eccius. Alb. Pighius Cāpensis, Alphonsus, neq; ita turpiter errabis, ut ad uniuersam ecclesiam referas, quod Concilium. 3. Carthaginense statuit Primæ. se dis. d. 99. pro Africana prouincia, & in honorem sedis apostolicæ, ne quis uidelicet inter eos princeps sacerdotum, uel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi appelletur. Sileo de alijs concilijs Africanis, quibus interfuerūt legati sedis apostolicæ. Certe Africani erant patres, qui ex Concilio Mileuitano & alio conci. Carthag. scripserūt ad Inno. 1. rationem reddentes omniū, quæ contra Pelagianos statuerant, ac illius ut capitis confirmationem & approbationem postulātes. Et ex ep. eiusdē Inno. ad Mileui. conci. patet, illud concilium autoritate ipsius congregatum & approbatum. Nōne etiā Afri Cy. 1. ep. 3 canus erat. s. Cyp. qui in ep. ad Corneliū inter alia pientissime scribit? Neq; enim aliūde hæreses ortæ sunt, aut nata schismata, quam inde quod sacerdoti Dei nō obtemperaт, nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tēpus iudex uice Christi cogitatur. lege hanc totam ep. & uidebis quantorū peccatorum sitis rei, qui uicarium Christi perpetuis conuitijs insectamini: lege itē, quæ Aug. & is etiam Aphricanus ad Bonifaciū Papā scribit, quæq; alij patres Orig. Hila. Chrẏ. Theoph. Cyrillus Damasc. & innumeri alij doct. sanctitate & eruditionē clarissimi, de Petri & successorum ipsius primatu D scripserunt, & si uelis salubriter uinci, sine dubio agnosces testatissimum esse in sacris literis unius capitis sub Christo principatum, neq; quod hic aut ille male functus fuerit suo officio, necessitatem & utilitatem unius primę sędis, cui omnes catholici obœdiamus, negabis. Verū, hæc satis nunc tibi, reuertamur, unde huc te cogente digressi sumus.

Quatenus iustitia Christi peccatoribus imputetur. Cap. IIII.

Bñficia. 6. pčōrib. exhibet. deus pp Christū. Primū A Tq; ut de beneficijs corporalibus Christi merito peccatoribus exhibitis nunc sileamus, ad sex. potissimū spiritalia beneficia illis Christi iustitiam imputari uideo. Primo enim & propter Christū a multis peccatis seruantur, in quę alioqui laberentur, & ei par est gratias agant, quod ob ipsius gratiā & preces apud patrem misericordissima ipsius manu impediti sunt, ne frequentius & grauius corruerent. Deinde & propter

2. eundem longanimiter expectantur ad pœnitentiā. Ac tertio Christi nomi

3. ne & causa aliqua eis impartiт Deus auxilia, ut non solū resistant uiriliter aliquib. tentationib. sed & aliqua bona & difficilia opera faciant, per q̄ mādata Dei impleant, ac uitent pœnas ęternas, quas si non facerent, mererentur. Vt enim lib. 6. c. 59. ex scripturis & patribus abunde firmauimus, ēt in grauissi Cal. dānat oīa pčōrū opera. mis peccatoribus inueniuntur aliqua bona opera digna laude. Et pessime de omnib. peccatoribus Calui. hac in parte meretur, qui contra cap. 8. huius decreti ita scribit. Posteris uix persuadebitur tantum stuporis fuisse in pa

A patu, ut iustificationi ullum opus præponerent, etiam si negarent esse tanti boni meritorium. Quid enim ab homine prodibit, donec spiritu Dei fuerit regenitus? Et hoc cõfirmat circa can. 7. Primo, quia arbor mala non potest, nisi malos fructus facere, omnes autem sumus malæ arbores, donec in Christum inseramur. Secundo quia infideles facta sua non ad legitimum finẽ referunt, atq; ut dicit Aug. Religio nostra iustos ab iniustis non operum, sed ipsa fidei lege discernit. Tertio, quia Pau. dicit. Sine fide impossibile est placere Deo. Quid uero mirum, si Caluinus omnia opera peccatorum damnet, cũ damnet, ut supra explicuimus, etiam omnia opera iustorum? Si quia arbor mala nõ potest, nisi malos fructus facere, damnas opera infidelium, quia iustificati sunt bonæ arbores, approba saltem aliqua opera ipsorum. Et si quia sine fide impossibile est placere deo, colligis omnia opera infidelium Deo displicere, collige & inde, non omnia opera fidelium ei displicere. Quod si certo scis, nõ omnia opera iustorum, tametsi bonæ sint arbores, esse bona, doceat te paritas rationis, nec omnia opera malorum esse mala. Possunt. n. aliqua, puræ esse & nudæ obseruationes mandatorum, & in nullum finem malum, sed in bonum potius esse ordinatæ. Et Aug. qui in locis supra citatis & lib. 5. con. Faustum c. 9. pro nobis militat, in loco, quem tu allegas, nõ opera bona a malis, sed iustos ab iniustis lege fidei dicit discerni. Nec quia aliquis nobis displiceat, necesse est & omnia ipsius displicere. Fortius uero pro te pugnat, quod alibi ait. Nisi quisq; iniquam uoluntatem mutauerit, B bonũ operari non potest. Et alias. Initiũ operum bonorũ, confessio est operum malorum. Sed pro his & similibus, ac pro illis, quæ de mala arbore iactas, lege q̃ lib. citato scripsimus & in. q. ult. de iustificat. & ex eis intelliges, bona ab scripturis & sanctis doct. ea duntaxat aliquando censeri, quæ uitæ æternæ sunt meritoria, atq; ideo dictum esse, arborem malam nõ facere fructus bonos, quia peccatorum opera, etsi bona sint, meritoria beatitudinis non sunt. Nec ideo tamen ea debes dicere mala. Nõ. n. dixit Christus, sicut tu citas, non posse arborem malam nisi malos fructus facere, sed ut nullam hinc ansam, seu patrociniũ uestro errori sumeretis dixit, sicut nos dicimus, nõ posse arborẽ malã bonos fructus facere. Pręter hæc aũt imputatur iustitia Christi pctõribus, ut uocentur, alliciantur, et inuitenť ad gratiã. Et hęc sic a Deo in nobis pp Christũ fiunt, ut nullã in his partem habeat libertas nostra, ut lib. 6. c. 8 docuimus. Quod & in Aug. Gre. & Ber. certo memini me legisse. Nec Christo tm̃ imputanda est gratia excitans pctõres, imputãda & illi est gratia adiuuans, qua fit, ut ipsi libere & spõte assentianť gratię uocãtis, ac se disponant, & præparent ad gratiam & amicitiam Dei per ea, quæ l b. 6 necessaria, uel cõmoda ad hoc statuimus. Cũ. n. necessaria sit gratia & fauor dei ad pniam, ut abunde probauimus. q. 11. de iust fi. & leo. 1. ep. 89. & Aug. ep. 106. indubitatũ asserunt, nunq; eam gratiã obtinerent pctõres nisi propter merita Christi. Fatemur igitur, audi Cal neq; te pigeat discere, quod to ca ista antidoto satis indicas non intellexisse. Fatemur inquam, a deo esse qđ

Aug. 3. ad Bonif. c. 5

Aug. 1. Retra. 22. tra. 15. in Ioan.

Bñficiũ. 4 Vocatio pctõrũ nõ subest libertati.

Ber. d gra. & lib. ar.

Bñficiũ. 5

Resp ad Cal. p. c. et can. 5

posſimus in ipſum a peccatis conuerti, & quod in ipſum conuertamur, & quod conuerſos ille recipiat in gratiam, neque quiſquam catholicus ſibi arrogat, quod ſolis liberi arbitrij ſui uiribus ſe poſsit ouē Chriſti ſacere. Quin hæc omnia per Chriſtum nobis concedi, certo ſcimus, neque dubitamus

Aug. 2. ad Bonif. c. 8 uerisſimum eſſe, quod ex Auguſtino allegas. Per mediatorē Chriſtum ex malis Deus facit in ęternum bonos. Atq; gratiam per Chriſtum nobis nunc factam, hoc exuperare nouimus gratiam Adę, quod cum ille acceperit poſſe, nos accipiamus et facere. Et iſta luculentius et plenius, quam uos docuerunt ſupra patres, ut ex lib. 3. 4. & 6. huius operis potes intelligere. Quare perſpicuum eſt, nō patres, ſed te hallucinari, qui illis impingis, quod motum nobis offerri ſomnient, qui mediam electionem nobis relinquat. Credis. n. tantū illos poſuiſſe gratiam, quę antecedat liberam cōuerſionem peccatoris, cum illi liquidiſſime meminerint excitantis & adiuuantis, hoc eſt, ut lib. 6. docuimus, antecedentis & comitantis. Inde uero in iſtis erras, quia non intelligis mixtim hęc fieri a libero arbitrio & gratia, & non ſingillatim, ſimulq; & non uiciſſim per ſingulos profectus illa operari. Pulchre

Ber. de gra. & li. ar. nanq; Bernardus. Non partim gratia, partim liber. arbitriū ſed totū ſingula opere indiuidue peragūt, totum quidem hoc, & totum illa, ſed ut totū in illo, ſic totum ex illo & quēadmodum in operibus, quę facimus per ſolum Dei concurſum naturalem, libertati noſtrę non pręiudicat concurſus diuinus, ita neq; in iſtis præiudicat concurſus gratuitus. Adminiſtrat quippe pro ſua ſumma ſapiētia ille omnia ſuauiſſime, & iuxta uniuſcuiuſq; rei D

Reſp. ad cal. pcā. 6 naturam & proprietatem. Quod ſi iſtum concurſum intelligeres, quo Deus peculiariter adiuuat nos ad bonum, & non ad malum, propter teſtimonia quę ſane, & commodiſſime ſuntiam expoſita à doctoribus; quęq; de concurſu generali exponi queunt, nunquam aduerſareris Synodo in can. 6. Non. n. negat Deum concurrere uoluntate ſua, & concurſu cōmuni ad mala, ſed quia non per inde ad ea concurrit, atq; ad bona, neq; uoluntates noſtras ad mala excitat, & extimulat, aut adiuuat ſicut ad bona, ideo anathema indicit dicenti, nō minus propriū eſſe opus dei proditionē Iudę quā uocationē Pauli. Nā & pp hoc, & quia nō impedit pctā, & cæcitatem, & obſti

Lib. 2. c. 15 et li. 13. c. 12 nationē pctōꝝ, cum tñ hęc in lege prohibeat, pmiſsiue tm̄ dicitur ſe habere in peccatis, & pmiſsiue excęcare, ac indurare, & ſimilia. Sed de iſtis ſatis multa ſupra diximus. Nec miror tñ, quod nō intellexeris, per adiuuantē gratiā hoc præſtari nobis iuxta ſnīam patrum, quod tu uis, nempe ut ex nolentibus uolentes fiamus. Tātis quippe tenebris obrueris, ut cum diſertiſsime &

Negat Cal ui. libertatem. Aug. & cæteri patres, atq; ipſa ſacra ſcriptura libertatē noſtrā in his omnib. prædicet, tu tñ in illis, quæ contra ca. 5. ſcribis, nomen hoc libertatis ſic deludas, quaſi propterea tantum dixerint, libere nos conuerti in Deū, quia non inuiti, ſed uolūtarij Deo faciente conuertimur. Dic impie & tuæ ipſius conditionis & nobilitatis ignare, qñ Deus oībus peccatorib. benigniſsime pollicetur, Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad uos, cur cōuerſionē eorum

ab ipſis

A absis requirit? cur hortatur, ut se in ipsum conuertant? cur pulsat ad ostiũ ob stinatæ uolũtatis? cur excitat? cur inuitat? cur clamat, si non subest eorũ pote stati, ut conuertanť, uel non conuertanť? Nunquid ista Deũ cum brutis face re audisti, aut legisti unq̃, tametsi illa faciat, non inuito, sed uoluntarie per suũ appetitum ei obsequi in oĩbus, quę de ipsis ipse p̄ se disponit? Cur hoc tam apertũ, & tam forte libertatis nostrę testimoniũ, quo patres usi sunt, de ludis, & nihil q̃d uel in speciem uerisimile sit, ad ipsum respõdes? Cur impu tatur peccatoribus impœnitentia, si non subest eorum potestati sua conuer sio? Cur non distinguis a naturali appetitu uoluntariũ consensum, qui defi- niente Ber. est habitus animi liber sui, uel nutus uolũtatis spontaneus? Sed piget me, & pudet rem adeo apertam, & tot scripturæ, sanctorum, & lumi- nis naturalis testimonijs lib. 2. confirmatam, nunc uel obiter attingere. Re- spondebo tantum tuis argumentis. Ais primo. Qui liberum arbitrium, hoc est, facultatem in utranq; partem liberam & solutam, titulum sine re di- cunt esse, Christum habent autorem, cum dicit liberos fore, quos filius libe rauerit, alios esse seruos peccati. Vt quid uerò Christi uerba decurtas, & mi nuis? Non dixit Christus, ut tu allegas, liberos fore, quos filius liberauerit; Sed ait. Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Illius particulæ, uere, adiectione, uestro errori ansam omnem amputauit, & ostendit, sicut sancti doctores docuerunt, & antecedentia postulabant, non se de libertate naturę agere, quæ in illis etiam tum erat, sed de libertate gratiæ & gloriæ, quam ille

Ber. d' gra. et lib. arb.

Obie. 1 Calui.

Ioan. 8. e.

B largitur iustificatis. lege doctores Theologos, & ipsi te docebunt triplicem esse libertatem, sicut & Bern. diserte tradidit. Est enim libertas naturæ, quæ est libertas a necessitate, & communis est bonis & malis. Est libertas gratię, quæ est libertas a peccato lætali, & propria est iustorum, quia peccatores omnes sunt serui peccati. Est libertas gloriæ, quæ est libertas a miseria, & propria est beatorum. Sed addis. Quod ad ipsam uocem attinet, audiant Aug. qui liberam hominis uoluntatem esse negat, quandiu uincentibus, & uincientibus cupiditatibus subdita est. Alibi autem sic loquitur. Victa ui- tio, in quod cecidit, uoluntate, caret libertate natura. Item lib. arb. male usus homo & se perdidit, et ipsum. Itẽ. Magnas homo lib. arb. uires, cum conde- retur, accepit, sed peccando amisit. Ne tamen his aut similibus uerbis Aug. deceptus, in tuo errore, ut facis, permaneas, scito Aug. sæpe de libertate gra tiæ more Christi & Pauli loqui, atque ideo abrogare libertatem peccato- ribus. Alias uero, quia de libertate ad bonum duntaxat loquitur, & suffi- ciens non est nostra libertas ad surgendum a peccato, & mandata Dei im- plenda, nisi a deo adiuuetur, exiguaq; omnino est particula, quæ nobis ad bene operandum reliqua est post peccatum, more communi, quo parum pro nihilo reputatur, nullam in nobis libertatem ad bonum superesse di- cit. Et ne aliter exciperentur hęc quæ tu citas, & alia, quæ nos citauimus similia in q. de iustific. & in li. 2. huius operis, ipse multis locis & libris ibi a nobis citatis deligenter cauit, & in lib. 1. Retract. c. 26. palam dicit non ita

Ber. d' gra. & lib.

Libertas triplex.

Obiec. 2 Calui.

Aug. ep. 144. ad Anast. Ho. 33. in Io. ser. 3. de uerb. ap. d' spi. & lit. c. 30.

Resp. Ro. 6

accipienda hæc esse, quasi totum amiserit homo, quod accepit. Vnde do- C
Rich. d. sta ctè Rich. Cum audis liberum arbitrium esse captiuum, nihil aliud intellige
tu. ite. ho. quam infirmum, & natiuæ potestatis uirtute priuatum. Et paulo ante ista
c. 22 explicat per hanc potestatem, quam modo recuperare non possumus, potuisse hominem omne debitum soluere, et omne malum cauere, sed per peccatum, ait, amisit homo potestatem, nō libertatem. Nam bonum posse, est uere posse, sicut cogi non posse est uere liberum esse. Et hæc libertas, ad-
c. 23 dit, nec in bonis est maior, nec in malis minor, quæ nec per peccatum minuitur, nec per meritum augetur. Quia tamen August. libertatem in locis
Aug. ep. 89. citatis uocabat potestatem sufficientem ad bonum & hæc tanto maior est, quanto nos meliores sumus, ideo alibi dicit. Tanto liberior uoluntas, quanto sanior, tanto autem sanior quanto diuinæ misericordiæ, gratiæque subiectior. Quod si solis peccatoribus abrogare Caluine uoluisti libertatem, cur is obuiam patribus damnantibus dicentibus liberum arbitrium esse titulum sine re? Nonne saltem res, subsistit in iustis? Esto tamen libertatem nobis in his abroges, quam & nos sine gratia Dei, & imputatione iustitiæ Christi parum posse non negamus, cur in illis, quæ con-
Cal. negat dispositiones ad gratiam. tra cap. 7. notasti, dispositionis nomen abhorres? Qualem obsecro, ais, dispositionē inueniet spiritus Dei in cordibus lapideis? An non pudet eos dispositionē fingere, ubi spiritus ipse ubiq; in scripturis pronunciat omnia esse contraria? Cur uero nos pudeat uerbi dispositionis, cum non nobis, sed Deo, qui emollit & præparat corda nostra, eam tribuamus? Te pudeat, D
qui non intellectis uerbis patrum exclamas in cano. 4. Et qualis erit cordis ferrei a seipso præparatio, donec mirabili conuersione carneum esse cœperit? Quasi uero patres non disertissime explicuerint istas omnes præpa-
Cōtradict. Calui. rationes esse a Deo, qui nobiscum & per nos præparat corda nostra? Cur autē non uides aperta te hic cōtradictione teneri? Nōne fidē & pœnitentiā tu ipse a peccatoribus, ut iustificētur, requiris, & fide ais apprehēdi iustitiā? Quid aliud fides & pœnitentia sunt, quā dispositiones, quas nos ad iustitiā exigimus? Si fide apprehendimus iustitiam, præcedit ergo fides iustitiā, & dispositio ad illā est. Dicis. Ita præcedit, ut tamen Dei respectu sequatur. Ecquis tibi negat, a Deo nobis illam cōcedi, & priores ac principaliores partes Deum in ipsa, & in omni dispositione nostra tenere? Hoc tm̄ contendi-
Dispōnes recōciliationē præcedunt. mus aliqua Deum prius in nobis efficere, quam nos iustificet, & per ea nos ad recipiendam iustificationem ab eo præparari, & disponi. Antecedunt. n. nostræ dispositiones gratiam gratum facientem, & sequuntur gratis datam nos præuenientem. Vnde Aug. Parū est uelle, nisi Deus misereatur, sed Deus
Aug. li. 83 q. 68 & ret. c. 26 non miseretur, qui ad pacem uocat, nisi uoluntas præcesserit ad pacem. Nec retractauit hæc in Retract. sed docuit, misericordiam Dei præuenire hanc uoluntatem, & per eam præparari nos a domino, atq; ad illam pertinere uocationem, quæ præuenit & fidem. Quod & in expo. inchoata epi. ad Ro. his uerbis docuit. Iusta est ergo gratia dei, & gratia iustitiæ, cum etiam pec-

A nitentiæ meritum gratia præcedit, quod neminem peccati sui pœniteret, nisi ad monitione aliqua gratię Dei. Quia tamen peccator indignus est pane, quo uescitur, et pro mereri non potest, nec ulla sua pœnitentia debitam sibi facere remißionem peccatorum, adhuc opus est ei imputari denuo iustitiam Christi, ut reconcilietur Deo. Sicut enim Aug. luculenter explicat, quantocunque pęnitentię dolore misericordia dignus quis fuerit, Dei indiget clemẽtia et benignitate, qui eius precibus doloribusque subuenit, et si sibi derelinqueretur, interiret. Quare et imputatione indiget iustitiæ Christi, per quem unum placuit patri omnia reconciliare. Et per eum unum dispositiones omnes peccatorum ad gratiam idoneæ a patre cœlesti habentur ad eorum reconciliationem.

Bñficiũ. 9

q. 68. lib. 83. q

Ad quæ imputatur iustitia Christi in ipso momento iustificationis. Cap. V.

QVanquam autem Caluinus plane consentit peccatoribus imputari Christi iustitiam ad ipsorum iustificationem, atque in his sic in genere traditis nihil nobis aduersetur, si tamen peculiariter disquiramus, ad quid peccatoribus imputatur iustitia Christi in ipso momento iustificationis, non mediocris inter illum & nos inuenietur controuersia. Nos enim, ut iuxta sententiam patrum lib. 5. cap. 3. & seq. copiose declarauimus, nomine iustificationis, remißionem peccatorum, sanctificationem, renouationem, & adoptionem in filios dei & hæredes regni cœlorum, comprehendi intelligimus. Ille uero unam remißionem peccatorum nomine iustificationis intelligit. Et quanquam perpetuo coniunctas, ac sibi cohęrẽtes iustificationem & sanctificationem asseuerat, nec posse alteram ab altera diuelli, tamen patres accusat, quod ista cõfuderint, & eadem inter se fecerint. Ac sanctificationem & renouationem, pro eodem omnino accipit. Sed utriusque nomine quid uoluerit intelligi, aut quatenus illas a remißione peccatorum distinxerit, non explicat. Palam tamen indicat se in duobus saltem a nobis toto cœlo distare. Nam primo quidem non credit hominem, cum iustificatur, in obędientiam Dei reformari. Verba illius hæc sunt. Verum cum tunc iustificari hominem tradunt, cum in obœdientiam Dei reformatur, totum illud Pauli argumentum euertunt. Si ex lege est iustitia, exinanita est fides, & abolita promißio. Ac uide quod aliter hic interpretetur hunc locum, ac dum ex eo collegit certitudinẽ gratię, ut ca. 1. citauimus. Subdit, nanque statim. Intelligit. n. neminem inuentũ iri inter homines, in quo salutis, promißio compleatur, si innocentiæ conditione sit implicita, & ruituram mox esse fidem, si operibus fulciatur. Et mox. De regeneratis loquor. Quãtum. n. abest a iustitia, quæ in hac uita inchoatur, uitæ nouitas? Sed & in altero a patribus dissentit. Non uult. n. iustificatis propriam aliquã in sua iustificatione

Resp. ad Cal. p. c. 7

B

conferri iustitiam, sed eos una gratuita acceptione propter Christũ, uel unica Christi iustitia sibi imputata, aut gratuita imputatione iustitiæ ipsius esse iustos. Causam inquit iustificationis Tridẽtini patres duplicem fingunt, ac si partim remissione peccatorum, partim spirituali regeneratione iusti essemus. Vel ut alijs uerbis exprimam, quod sentiũt, ac si partim imputatione, partim qualitate iustitia nostra constaret. Ego autẽ unicam & simplicem esse assero, quæ tota continetur gratuita Dei acceptione. Eam præterea extra nos constituo, quia in solo Christo iusti sumus. Et paulo post contradicit patribus, quod affirmant nos uere esse iustos, & non tãtũ reputari. Quis uero tantos errores, immo blasphemias possit iam æquo aĩo ferre? Vbi est impie, quod Paulus & eum secuti doctores sancti diserte affirmãt, Baptizatos nouas esse creaturas, et per baptismum, ueterem nos hominem crucifigere, ac exuere, & induere nouum, & renouari ad pniam, si nec in hac uita admittis esse uitę nouitatem? Cur Christus dicit nos renasci per baptismum, si ab est a iustitia, quę in hac uita inchoatur, uitę nouitas? Quid & tu cęce ibidem dicis, simul ac iustificamur, sanctificari nos, & innouari, ac regenerari in uitę sanctitatem? Quid aliud est uitę sanctitas q̃ uitę nouitas? Si dicis, regenerari iustos in uitę sanctitatem, non quę statim fiat, sed quę in patria futura est, ac propterea sine uitę nouitate posuisse te, sanctificationem fieri in hac uita, aut quia, uitę nouitas, quam acquirimus per baptismum, est tantum, ut postea addis, inchoata, & non meretur dici uitę nouitas, nimium profecto deludis uim baptismi & per ipsum uere nos Deo regenerari ignoras. Siquidem regeneratio sine nouitate esse non potest. Quomodo uero sanctificationem & innouationem remissioni peccatorum coniunctas dicis, si cum remittuntur nobis peccata, nulla fit alia nouitas in nostro spiritu? Non requisiuerunt patres ad iustificationem, nouitatem operum. Nam paruuli iustificantur sine illa, & hæc uitæ nouitas sequitur & finis est iustificationis, sicut Paulus explicuit ad Roman. 6. Sed requisiuerunt duntaxat, ut simul cum iustificatur homo renouaretur, & reformaretur, seu sanctificaretur interius ad obœdiendum suo loco & tempore. Et hãc nouitatem ipsa ratio iustificationis a nobis efflagitat. Nam si nihil, cum iustificamur, acquirimus, quo Deo simus gratiores & ad ipsius exequenda mandata promptiores, nec sancti possemus dici, nec iusti, nec noua creatura per iustificationẽ fieri. Lege Caluine quæ lib. septimo tradidimus, & agnosces contra autoritatem sanctorum, & contra rationem te negare habitum iustitiæ. Atqui ubi negare libebat habitum iustitiæ, continere te certe debueras ab illa blasphemia, quam incurris, dum negas nos uere esse iustos, & non tantum reputari. Quippe cũ Scriptura passim hoc elogio exornet sanctos, pudere te debuit si quicquam in te esset frontis, contradicere Synodo asserenti eos non tantum reputari, sed uere esse iustos. Esto aliquando scriptura Ioseph patrem Christi dixerit, quia talis putabatur communiter, & ille loquendi tro-

Margin notes: C; Ro. 6. Gala. 5. & 6. Heb. 6; Ro. 6; Cõtradict. Caluini.; D; Cal. negat nos uere esse iustos.

A pus non erat uulgo, nec doctis inconsuetus, tamen grauissimus profecto error est, & autoritati & sanctitati scripturarum uehementer repugnans, si putas licere, ut dicat quispiam, quos scriptura iustos uel peccatores prædicat, haud quaq̃ tales fuisse, sed duntaxat reputatos esse. Ad hoc ne filius Dei factus est homo, ad hoc tot & tam graues labores, ac mortem turpissimam & acerbissimam pro nobis pertulit, ut nos reputatiue tantum, & nõ uere faceret iustos? Quã uereor Caluine te consortẽ eorum minime futurum, quorum gloriæ tam leuiter, & tam frequenter detrahis? Attamen argumenta, quibus hæc tanta & tam absurda portenta comprobat, patienter audiamus. Cum docet, inquit, Apostolus, propter unius obœdiẽtiam iustos constitui multos, satis nisi fallor, ostendit, mutuari nos aliunde iustitiam, cuius nobis indigemus. Et cum dicit nos prædestinatos esse in adoptionem filiorum Dei, ut grati essemus in filio, summam iustitiæ nostræ cõplectitur. Atqui argumentorum tuorum palæstra nobis palmam profecto uictoriæ desudat. Si enim propter Christi obędientiam iusti constituuntur multi, non ergo tantum reputantur. Si mutuamur aliunde nobis iustitiam, ubi nobis igitur gratis illa communicata fuerit, uere & non tantum reputatiue eam habebimus, supplebitq; Dei benignitas indigentiam nostram, & nõ perinde nos egenos, nudos, ac uacuos, ac eramus prius, relinquet. Egregium uero esset mutuum, ex quo nihil noui haberemus. Et non te a tanto usu deterruerunt ipsæ collationes, quas ibi facit Paulus inter Christum & B Adam? Si delictum Adæ, uere & non tantum iuxta reputationem quandam peccatores nos effecit, & inimicitiæ, & morti, ac damnationi subiecit, non multo magis gratia Dei, & donum in Christo abundauerit, ut nos uere iustos, ac sanctos, & amicos Dei, & liberos a damnatione, & hæredes uerę uitæ effecerit. Potentius sane fuisset delictum Adæ quam gratia Christi, nisi nos uere iustos Christus effecerit. Falsumque esset, quod Apostolus ibi subiunxit. Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. Quanto te rectius de Christi gratia Cyrillus, qui alicubi ita loquitur. In horto Christi gratia incipit, per quam a malis liberati, in pristinum habitum restituti sumus. Si iusti ergo fuerunt uere protoparentes nostri, & non tantum reputati, & nos ergo uere iusti sumus. Nam alioqui in pristinum habitum restituti non essemus. Deinde. Si grati sumus in filio, ueraque est, & non tantum putatiua adoptio per iustificationem acquisita, uere igitur, & non quadam solummodo reputatione sumus iusti. Adde, q̃ apud Deum, qui falli non potest, quicquid reputatur, uere est. Quare si propter Christi obœdiẽtiam reputamur iusti, uelis nolis, necesse est, nos asseras uere esse iustos. Sed addis. Proferant si quod habent scripturæ testimonium. Ego cum totam habeam scripturam mihi suffragantem, hac una ratione nunc contentus ero, quod cum mentio fit iustitiæ operum, eam lex & Euangelium in perfecta legis obœdientia constituunt. Ea cum nusquam appareat, nihil aliud faciunt reliqui, nisi ut confugiamus ad solum Christum, ut in ipso iusti cen

Obiect. 1. Caluini. *Ro. 5.* *Ephe. 1.* *Resp.* *Cyr. 11. in Ioan. c. 31.* *Obiec. 2.*

ſeamur, quod in nobis non ſumus. An mihi locum unum proferent, qui C inchoatam nouitatem pro iuſtitia apud Deum probari teſtetur, uel in totum uel, ex parte? Quod ſi autoritate deſtituuntur, cur non liceat repudiare, quod hic obtrudunt figmentum de partiali iuſtitia? Et paulo poſt. Quantulacunque iuſtitiæ portio in opera noſtra conferatur, eatenus uacillabit fides, ſaluſq; noſtra hoc modo tota periclitabitur. Et poſt pauca. Denique ubi de cauſa quæritur, quorſum attinet accidens inſeparabile obtrudere? Verum hæc tam multa propterea tanta uerboſitate replicas, quia non aſſequeris ſententiam patrum. Nec enim illi habitum iuſtitiæ ponunt, ut cauſam acquirendæ iuſtitiæ, ſed ut donum defluens ab ipſa imputatione iuſtitiæ Chriſti, ut efficiat nos iuſtos, ac renouet, & procliues efficiat ad obœdiendum Deo. Et ſi ut tu recte ais, quod ſubordinatur non repugnat, nihil equidem repugnabit hic habitus imputationi iuſtitiæ Chriſti, nec ſalus noſtra ex illius poſitione quicq; periclitabitur. Nec putare debes, ab iſto habitu et a iuſtitia Chriſti, ut ab una tota cauſa & integra nos iuſtificari. Nam cauſæ diuerſorum generum nunquam integram aliquam cauſam conſtituunt. Iſte autem habitus cauſa eſt formalis & unica, qua formaliter iuſti ſumus, & iuſtitia Chriſti cauſa eſt meritoria, uel efficiens noſtræ iuſtificationis. Licet uero ab amore, quo Deus iuſtos amat formaliter poſſunt dici Deo cari, & dilecti, & ab imputatione iuſtitiæ Chriſti poſſent etiam formaliter, ut uis, dici iuſti, hoc eſt, abſoluti a peccatis, tamen ſi philoſophice de iuſtitia & ſanctitate loquamur, nunquam quiſquam dixerit, quod tu audes dicere, noſtrā D iuſtitiam in prædicamento eſſe relationis, cum ab omnibus philoſophis & dialecticis ponatur in prædicamento qualitatis. Et utcunque ſit de amore diuino, uel imputatione, certe a iuſtitia & meritis Chriſti nemo dixerit nos formaliter eſſe iuſtos, ac propterea mirari non debebas, nec reprehendere, quod patres, qui dixerant unam eſſe cauſam formalem noſtræ iuſtificationis, uidelicet iuſtitiam nobis benigne a deo collatam cano. 10. anathematizauerint dicentes nos eſſe formaliter iuſtos per iuſtitiam Chriſti. Cur aūt non uides grauiter te in hoc argumento peccare, cum ut ſubruas habitum iuſtitiæ, probas nos non iuſtificari ex operibus? Alia quæſtio eſt, an neceſſaria ſint opera ad acquirendam iuſtitiam, alia an neceſſarius ſit habitus iuſtitiæ, ut dicamur iuſti. Nec oportebat tam diuerſas adeo quæſtiones in unā confundere. Nam quanuis daremus tibi non pendere iuſtitiam noſtram ab operibus, nec ea requirere, exigeremus tamen a te habitum iuſtitiæ, ut eſſemus iuſti. Et licet daremus tibi non requiri habitum ullum, ut eſſemus iuſti, adhuc requireremus opera, ut perueniremus ad eum ſtatum, in quo nobis imputetur iuſtitia Chriſti. Nec ex hoc periclitabitur ſalus noſtra, cum opera dicamus ſuam habere uirtutem a meritis Chriſti, & propter ipſum, Deum nos ad illa adiuuare, neque unum, ſed centum loca tibi data ad hæc, quæ requiris, ſupra lib. 6. & 7. inuenies, ſi illos dignaberis legere. Et cum tu neceſſarias fateris pœnitentiam, & fidem, ut imputetur iuſtitia Chriſti

Calui. non intelligit ſententiam patrum.

Iuſtitia xp̄i & noſtra non in eodē genere ſunt cauſæ noſtræ iuſtificatiōis

In can. 10.

Iuſtitia xp̄i nō eſt cauſa formalis noſtræ iuſtificationis.

A peccatoribus, eo ipso cogeris, non eam solam iustitiam causam nostræ iustificationis asserere, nisi forte propterea contendas posse dici solam, quia nec fidem quisquam habet, nec pœnitentiam, nisi propter ipsam iustitiam Christi. Veniam tamen ad id, in quo patres accusas, quod iustificationem cum sanctificatione confuderint. Non illi quicquã confuderunt Caluine. *Obiect. 3. Caluini.* Tuum est hoc uitium, qui sanctificationem cum innouatione confundis, nec intelligis earum distinctionem; & prꝫter remissionem peccatorum & renouationem, hoc quoq; in iustificatione fieri, ut qui ante erant inimici, non solum absoluantur a suis delictis, sed fiant amici Dei & filij, ac per hoc sancti, sicut & ipse pater sanctus est. Potuisses quidem minori culpa dicere, plus illos comprehendisse nomine iustificationis quam scriptura comprehenderit. Nam eo tendunt tua omnia argumenta, ut ostendas iustificationis nomine, tãtum designari remissionem peccatorum, quam manifestum est patres distinxisse a sanctificatione, cum dixerunt cap. 7. iustificationem non esse solam remissionem peccatorum, sed & sanctificationem & renouationẽ, ac mox uelut docentes, quid sanctificationis & renouationis nominibus intelligerent, subdiderunt, cum remissione peccatorum simul hominem accipere fidem, spem, & caritatem. Sed quod nec iuste posis criminari sanctam Synodum, ꝙ illa omnia ista nomine iustificationis complexa fuerit, ex his poteris intelligere. Verissimum quidem est, quod tu ais, iustificationem idem esse, quod remissionem peccatorum, & iustificare idem qđ

B absoluere. Et hæc acceptio iustificationis potest comprehendi sub priore acceptione huius uerbi posita a nobis lib. 5. c. 3. aut certe, ꝑ maiori claritate, trib. ibi cõmemoratis, ut distincta præmitti, & melius quã tuis testimonijs poterit probari, ex illis, quæ pro prima acceptione ibi induxi. Nec aliquã do negabo scripturã iustificationem & sanctificationẽ distinguere, uel tãq; res omnino distinctas, ut tu uis, uel certe ut magis credo, tãquam totum & partem. *Iustificari quãdoque idem est, quod absolui a peccatis.* Et ex multis testimonijs, quæ ad hoc firmandũ inducis, illud unũ, ut commodum ad hoc probandum accepto, quo Paulum inducis dicentem, Christum esse factum nobis iustitiam, sanctificationem, & redemptionem. Suntq; in tuum fauorem illa ipsius uerba, quæ prꝫtermisisti. Sed ablu *1. Cor. 6.* ti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis. Nam ad alia omnia, quæ allegas, facile possemus tibi dicere, ideo iustificationem Paulum probasse ex remissione peccatorum, aut ex eo, quod non imputat Deus peccata, quia iustificatio hoc etiam in se claudit. Cur autem uis propter unum, aut alterum locum, in quibus iustificatio a sanctificatiõe distinguitur, iustificationis uerbum ad solam remissionem peccatorum coarctare? Nõne iustificatio a iustitia, uel iusto descendit, & idem est quod iusti effectio, & cum Deus iustificare nos dicitur in scriptura, doctores intelligunt, iustos nos efficere? Nunquid ergo uis, ut cum iustos aliquos scriptura appellat, duntaxat intelligamus eos dici absolutos a peccatis, & nõ sicut om̃es intelligimus, sanctos & amicos Dei, atque sectatores operum iustitiæ? *Iustificatio plus cõplectitur, quã remissionẽ peccatorum.* Enimuero cum Dauid di *psal. 72.*

cit iustificasse se cor suum, non absoluisse se illud a peccatis indicabat, sed in- C
nouasse, mundasse, purumque effecisse studio innocentiæ, quod gerebat. Et
Ro.4. cum Paulus dicit iustificatum fuisse Abraham ex fide & non ex operibus,
& fidem ei reputatam ad iustitiã, non intelligit ex fide remissa ei fuisse pecca-
ta, a quibus iam tum liber erat, ut tu bene alibi dicis, aut certe non hoc so-
lum intelligit, sed ex fide explicat eum obtinuisse, ut sanctus, & iustus habe-
retur apud Deum & homines. Cunque distincta sint absolui a peccatis, &
amicum Dei, ac filium fieri, & prius a posteriori posit præter legem separa
ri, non ita tamen, credo, insanies, ut dicas nomine iustificationis nunquam
comprehensum esse secundum. Quippe manifestissima sunt, & frequentissi
ma testimonia in scriptura, in quibus dum iustificati dicimur, non tantum
absoluti a peccatis, sed & reconciliati Deo, & amici ipsius, ac filij effecti pro
5. nunciamur. Et cum Paulus nos dicit iustificatos per fidem, & effectos iu-
2.Cor.5. stitiam Dei in ipso, & neminem ex operibus posse iustificari, proculdubio
intelligit nos per Christum liberos effectos a peccatis & renouatos, ac san-
ctificatos, & iustos, atq; amicos Dei effectos, & nihil horum quicquam po
tuisse per sua opera, aut uirtutem adipisci. Ac ne te amplius super his ur-
geam, illud tandem pacifice uelim tecum perpenderes. Si semper dum quis
iustificatur, etiam secundum tuam sententiam sanctificatur, quod peccatum
est statuere aliquod uerbum, quo explicemus utrunq;, et generatim omnia
beneficia, quæ illo momento peccatori a Deo fiunt? Si aliquem docere ue-
limus, quid adeo accipiat, cum ei remittuntur peccata, aut cum ad gratiam D
diuinam admittitur, non patieris nos dicere, uelle illum docere beneficia,
quæ in sua iustificatione assequatur? Quo uerbo commodius utamur ad
complectenda illa omnia una uoce, quam hoc, quod frequentissimum est
in scriptura, & ab illis uerbis etymologiam suam ducit, quibus et absolutio
a peccatis, & reconciliatio cum Deo, & amicitia ipsius, atque adoptio, &
executio operum iustitię designatur? Secteris tu quidem quod uoles, nolo
paulus ex- enim amplius de uerbo tecum litigare. Equidem sancta Synodus Paulum
plicuit.4. habet quo se posit in hoc contra omnes tueri. Quippe cum una hac uoce
iustificatio hæc oĩa sæpe alias comprehẽdisset, disertissime tamẽ prouidentia. ss. ut tuã
nis benefi- posis inscitiam agnoscere, cum dixisset ad Ro.5. per Christum nos abun-
cia. dantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accepisse, ut in uita regnemus per
ipsum, in quibus dilucide expresit quatuor iustificationis beneficia expres
sa a patribus, statim ea omnia uno uerbo iustificationis complexus est di-
cens. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnatio-
nem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ.
Et ne dubitaret quispiam hæc se quoque omnia complexum fuisse, quo-
ties nos dicebat iustos effectos per Christum, continuo addidit. Sicut
enim per inobœdientiam unius hominis peccatores constituti sunt mul-
ti, ita & per unius obœditionem iusti constituentur multi. Et propter hæc
etiam subiecit. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Nam
si in

A si in iustificatione tantum absolueremur a peccatis, non perinde superabundasset gratia, quia tantum ablatum esset, quod intulerat nobis damni & reatus peccatum.

De faciendis a peccatorib. ut ad eorum iustificationem imputetur iustitia Christi. Cap. VI.

QVid autem debeant facere peccatores, ut ad hæc tanta, & tam eximia beneficia imputetur illis Christi iustitia, luculenter supra tradidimus, pro non renatis quidem lib. 6. pro lapsis uero a gratia baptismali lib. 13. Ea si legat Caluinus, intelliget, quod non assequitur, sapienter patres in cap. 6. & 7. solius baptismi meminisse ex omnibus sacramentis, quia de prima iustificatione agebant. Et ex ibi traditis liquidum esse potest, aliquando peccatorib. imputari ad iustitiam Christi merita sine sacramentis, aliquando uero sine illis propter fidem & pœnitentiam ipsorum, & falso Caluinum criminari sanctę Syno. ꝙ remissionem peccatorum alligauerit sacramentis. Inde etiam liquet semper necessarium fuisse ex iure diuino baptismum in re, uel in uoto, pro non baptizatis, et confessionem auricularem in re, uel in uoto pro lapsis a gratia baptismi. Nec quisquã catholicus asseruit, quod. s. Syno. non ueretur Caluinus imponere, absque fide prodesse adultis sacramenta ecclesiastica. Ideo autem fidem non posuit partem esse sacramenti pœnitentiæ, quia fundamentum est, & radix Christianę iustitię, & inepte a Philippo & Sarc. in loc. cõm. inter partes pœnitentiæ fidelium computatur. Et quanquam uerum est, ut supra docuimus, sacramẽta ecclesiæ non habere suam uirtutem a fide nostra, sed ex se ꝑpter Christi merita, tamen nec hoc statutum est a. s. Syn. cum definiuit ea conferre gratiam ex opere operato. Quare nec hac gratia accusare debuit ecclesiam Dei Caluinus. Stat enim alterum sine altero, nec se ea mutuo cõsequuntur. Nec uim magicam ponimus in sacramentis, ut ille calumniatur, sed diuinã. Nec improbandum, quidem est, ꝙ peccatores, qui lapsi sunt a gratia baptismi, dum de peccatis suis dolent, ne animum despondeant, recordentur se baptizatos, ac tum receptos fuisse a Deo in filios, ac proinde dubitandum non esse, quin & eos rursus pater misericordiarum in suam gratiam recipiat, si uere & ex animo in ipsum conuertantur. Verum tamen hanc recordationem suscepti baptismi cum fide non modo facere peccata uenialia, sed ea prorsus obliterare, ac propterea quoties de remissione peccatorũ agitur, ad baptismum esse confugiendum, ut inde petamus eius confirmationem, nouus est hæreticorum nostrę tempestatis error, & damnatus merito a patrib. in sess. 7. can. 10. de baptismo. Inde uero, hunc canonẽ Caluinus impugnat, & exprobrat nobis, ꝙ uim baptismi momentanea & euanida gratiæ promissione includamus, quia baptismus est perpetuum gratuitæ Dei propiciatiõis testimoniũ, & eo nobis Deus obsignat fidẽ, & certitudinẽ nostræ reconciliationis, quæ quotidie fit, & usque ad mortem repetitur. Cur uero tecum non constas Caluine? Vbique clamas solam fidem iustificare, nec in

B (margin, left, at "delium computatur")

Calumniæ 4. Caluin.

In sess. 7. can. 6. 5. et 4.

Contradictio Calu.

eius consortiu m, caritatem, aut pniam admittis, quas admittit scriptura. C
Et nunc tam leui argumento cōcedis recordationē suscepti baptismi prorsus obliterare peccata. Quis miser te docuit tā male theologizari? Certe hāc doctrinam nō ex tritis nostris, quas dicis, rhapsodijs, sed ex lutosis tuarum ranarum paludibus hausisti. Non plus enim, nec minus iuxta catholicorū sententiam ecclesiæ sacramenta significant quam efficiunt, nec econtrario. Quare cum baptismus tantum det uitam, cum suscipitur, nec impeccātiam largiatur, ut Iouinianus credidit, nec erit testimonium propitiationis diuinæ usq; ad mortem. Quanquam autem hanc doctrinam nouam de efficacia recordationis baptismi, nonnihil ille mitigat, dum dicit eos, qui tradunt sola ea recordatione deleri peccata, non nudam ipsam & frigidam intelligere, sed fide ac pœnitentia coniunctam, tamen uel ob hoc uelim eam nihilo secius repudiari, q eo uideantur illius autores tendere, ut probent non esse lapsis necessarium sacramentum pœnitentiæ. Et Caluinum quidem eo tendere perspicuum est. Adijcit enim statim in patres. Baptismi promißiones in præteritum restringunt, simul atq; peccauerit quispiam, sepulta baptismi memoria, iubent in fictitio pœnitentiæ sacramento conquiescere. Quasi uero non ipse bapt f nus proprium esset pœnitentiæ sacramentum. Et in illis, quæ contra cap. 13. nostri decreti & contra sessionē. 7. scribit, plane asseuerat nullum tale esse sacramentum a Christo constitutum, & scripturam nusquam auricularis confeßionis meminisse, sed longo postmodum tempore eam cerebris humanis excusam, & in tota ecclesia Orientali, nullum D propemodum illius usum fuisse. Immo ubiq; gentium, addit, diutius mille annis libera fuit obseruatio. Et ex historijs nostris asseuerat cōstare ante annos 400. nullam fuisse de ea legem, hoc est, ut ait, donec Innoc. 3. laqueum hunc populo Christiano induxit. Nec partem aliam pœnitentiæ admittit q̄ odium peccatorum, & innouationem uitæ, & cum culpa deleri dicit totā pœnam, nec opus esse aliqua nostra satisfactione. Lege uero impie, quæ in lib. 13. tradidimus, & disce esse theologus ab ijs, qui uere sunt. Inde intelliges, nisi clausis, quod aiunt, oculis rebellis pergas esse lumini diuino, totam ueterum scriptorum seriem contra te pro nobis dimicare, nec ad constituendum, & indicendum omnibus hoc sacramentum pœnitentiæ opus fuisse alijs uerbis, quam illis, Quorum remiseritis peccata, remittunť eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Mitto ad stultas cōtumelias respondere, quibus hic & patres & monachos aspergis. Paßim enim id facis, ac Deum arbitror permisisse te in tam graue peccatum corruere, ut nemo fidem haberet homini quem uideret ita inuerecūdum, & maledicum, & nihilominus ita cæcum, ut moderationē te dicas tenere, nec accusare quicquam, cum ubique omnem modum excedas, & ut alia nec nominanda taceam, inscitiæ, stuporis, sacrilegij, temeritatis, & falsæ doctrinæ, & deprauationis scripturarum, omnes, qui concilio interfuerunt, accuses. Veniam ad leuißimum fundamentum, quo tantam hæreseon molem superstruis. Videlicet ut ad mini

Baptismus non est signum propitiationis Dei usque ad mortē.

Errores Caluin. de pœnitētia.

Resp. pro cap. 13. & can. 29

Ioan. 20.

C A mum uerę doctrinæ flatum cum autore suo disperceat. Præter unum illud protritum argumentum, quod non legatur Petrus confessus suam negationem, quod iam diluimus, unum uideo te nobis obijcere. Quis ignorat, in quis, in illis uerbis, Quorum remiseritis peccata &c. munus apostolis fuisse iniunctum, quo erga extraneos fungerentur, & legatos eos esse cōstitutos, qui remissionem peccatorum mundo annunciarent? Ea porro legatio est, quæ per Euangelium defertur, & quidem nōdum in Ecclesiam cooptatis. Et addis hoc esse, quod Christus apud Lucam docuit prædicandam esse in suo nomine pœnitentiam, & remissionem peccatorum. Verum hāc tuam uerborum Christi expositionem quam nemini ignotam dicis, ignorauit tota ecclesia usque ad hoc tēpus, quo & tu, & alij ante te, eā nisi estis orbi intrudere ad deludendum sacramentum pœnitentiæ. Sed dic mihi. Non erant iā Apostoli constituti legati ad prædicandam pœnitentiam? Quid opus erat etiam tum denuo confirmare. Nonne hic. ss. prius largitus est, ut idonei fierent ad id recipiendum, & excitarentur ad credendum magnum quid esse, quod tum elargiebatur? Et ne tum quidem nouum aliquod donum promisisse putas, cum fungentibus ipsis sua prædicationis legatione, potestatē ligandi & soluēdi omnia pollicitus est? Ita ne inuides gloriæ apostolorum? ita munera diuina coarctas, & restringis? Non te etiam ipsa uerba deterrēt a tam absurda & tam uiolenta expositione? Aliud profecto est, Euntes per uniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturę &c. & aliud,

Absurda expo. Cal.

Luc. 24.

Arg. 1.

Arg. 2

Arg. 3.

Matth. 18.

Arg. 4.

D B Quorum remiseritis peccata &c. Aliæ etiā sunt potesta es, aliæ functiones, alia munera, prædicare, & remittere peccata. Euangelij prædicatio nec optime dispositis remittit peccata, nec largitur ex se gratiam immediate, sed obsequi oportet euangelio, & ea facere, quæ ipsum præscribit, ut eorum remissio obtineatur. Quod si intellexisses, non calumniareris alibi patres, quod uerbum Dei non connumerauerint inter causas instrumentales iustificationis. Insuper. Licet Apostoli poterant non annunciare uerbum Dei, illis qui eos non recipiebant, & iuxta mandatum alias a Christo, etiam puluerem pedum suorum debebant excutere supra illos, nec margaritas suas iacere ante porcos, tamen non licebat eis intermittere prędicare uerbum Dei, quia aliquos uiderent esse in peccatis, et uolentes in eis perseuerare. Ergo nō potest sensus horum uerborum esse, ut illorum remitterentur peccata, quibus ipsi annunciarent euangelium, & eorum retinerentur, quibus non annunciarent. Præterea. Christus his uerbis absolutam potestatem respectu omnium dedit. Non est igitur coarctanda duntaxat ad extraneos, & ad eos, qui prædicatione noua Euangelij indigent, sed ad omnes potius extendenda, qui remissione peccatorum opus habent, & reddenda sunt singula singulis, ut non baptizatis remittant per collationem baptismi, baptizatis uero per sacramentum pœnitentiæ. Quod si traditionem & consuetudinem uniuersalem totius ecclesiæ, quæ optima est scripturarum interpres, spectare uoluisses, ex ipsa ordinatione sacerdotum, & diaconorū intelligere potuisses aliā

Resp. pro cap. 7.

Arg. 5.

Luc. 9

Arg. 6

Arg. 7

esse potestatem praedicandi, aliam remittendi peccata. Sed te ista fugiunt, C quia contemnis definita a patrib. in hoc conci. sess. 4. & fidem adeo uis pendere ab scripturis, ut nec illas traditiones, quae sine scripto a Christi ore, uel ab Apostolis. ss. dictante quasi per manus traditae ad nos usque peruenerunt, ad fidei doctrinam spectare credas. Nam alias quicquid tu insimules, non perinde censuere patres creditu esse necessarias. Et huiusmodi quidem sunt dogmata, quae certa & indubitata tenet tota ecclesia. Qualia sunt. Deiparam uirginem fuisse perpetuo uirginem. Imagines et reliquias sanctorum, esse uenerandas, septem esse ecclesiae sacramēta, & multa alia huiusmodi, quae ad formas & materias ipsorum sacramentorum, & ad ritum missae spectant. Cunque eadem, Ecclesia quae tradit baptismum & Eucharistiam esse sacramenta, tradat & alia quinque, pudere te debuit sola haec duo recipere, & tam procaciter, ut facis, abrogare omnib. alijs uirtutem ad conferendam gratiam, cum tamē alias ita sis liberalis, ut contra omnes ueteres, & cōtra ipsum Ioannem, qui dicebat se tantum baptizare in aqua, baptismum illius eiusdem fuisse efficaciae cum baptismo Christi contra definita a patrib. proterue contendas. Verum age, te rogo. Unde scis scripta ab Apostolis, ab eis esse scripta, nisi ex testimonio Ecclesiae? Si ergo eiusdem testimonio constat, haec quae diximus & similia ab eis ex. ss. inspiratione emanasse, cur non uis eiusdem esse cum scriptura autoritatis, & certitudinis? Nunquid apud aliquem minoris est autoritatis uerbū alterius, quam scriptura ipsius? Enimuero uel hoc argumento, ubi aliud non esset, certum & indubitatum D tibi esse deberet missae sacrificium. Nam & Roffen. & Echius, & Pixius, & Alphonsus, & nouissime patres illi uenerandi, quorum consilio aedita est deliberatio omni laude digna, probata comitijs Augustanis 15. Maij, missam esse uerissimam, & singulare Ecclesiae sacrificiū pro uiuis, & defunctis, ex consensu omnium doctorum Ecclesiae & ex scripturis dilucide probarunt. Et praeter eorum testimonia ex Aug. de spi. & lit. cap. 11. & 18. de ciuit. cap. 35. & 9. conse. c. ult. hoc potes discere. Ac propter hanc Ecclesiae autoritatem, tametsi alia deessent argumenta, quę quidem non desunt, & fortissima, recipere incunctanter debuisses, quae de charactere, & de necessitate intentionis ad conficienda sacramenta, & de non iterandis baptismo, confirmatione & ordine, & de differentia episcopi & presbyteri a concilio Florentino salubriter definita sunt, & ab hoc sacro concilio comprobata in sessione. 7. & cauere debuisses, ne inuocationes sanctorum, & ieiunia Ecclesiastica damnares. Sed dicis. Etiam eo tempore, quo eousq; inualuerat superstitio, ut rectam lineam tenere non possent sancti pastores in concilio quodam Carth. prohibita fuit inuocatio sanctorum ad altare, & ne hanc uocem proferrent sacerdotes, Sancte Petre, uel Paule ora pro nobis. Cur non citas uerba can. & numerum cōcilij, & intelligent omnes, nihil aliud praeceptum esse ab aliquo concilio Carthaginensi, quā quod ab uniuersa Eccle. obseruat, & in conci. Carthag. 3. cōfirmato in. 6. Syn. gñali cap. 33. statuitur, ut immissarum

Resp. pro sess. 4.

Traditiones aliquae paris autoritatis cū scriptura.

Sess. 7. canon. 1. de baptismo.

Missae sacrificium.

Obie. Caluini.

Resp. pro sess. 2.

A ut in missarum sacrificio, cum ad altare assistitur, semper ad patrem dirigatur oratio. Si concilijs Prouincialib. inniti uis, legas Aurelianense, Gerundense, Toletanum.5.&.6.& Braccaren.2. & in eis approbatas uidebis rogationes, & litanias ecclesiasticas, & nisi prorsus stupidus sis, ac in reprobum sensum datus, horrebis sic os posuisse in cœlum, ut eas diceres esse centones tot ex blasphemijs consutos, quot uerbis. Nã quod obijcis de Christi intercessione illic altum esse silentiũ, prudentissime ab ecclesia statutũ est. Ne enim daretur ansa errori Arrianorum orandum eum potius censuit, ut misereretur nostri, quam ut oraret pro nobis, & contenta fuit suas orationes uelut obsignare communi illo ecclesiasticarum orationũ fine, per xpm D.N.&c. Atq; ex traditis in præfatis concilijs, & in Syno.2. Nicæna facile poteris perspicere, etiam ob merita sanctorum siue hic uiuentium, siue iam cum Christo regnantium imputari persæpe peccatoribus iustitiam Christi, ut conuertantur in Deum, & resipiscant a diaboli laqueis. Nimis enim honorificat Deus suos amicos, & quo omnes ad sui amorem alliciat, laudari se uult in illis, & quanuis ad benefaciendum nobis sit promptiss. tñ ob magna commoda nostra, & gloriam eorum multa nobis beneficia, nõ nisi ad preces eorum, & in ipsorum gratiam largitur. Sed acta agimus. Hæc de imputatione, quæ fit peccatoribus disseruisse hic sufficiat. *Vtilitas inuocationis sanctorum*

Non omnis noua applicatio iustitiæ Christi requirit nouam imputationem. Cap. VII.

B QVanquam autem iustis nullũ a Deo exhibetur spiritale beneficiũ, nisi ratione iustitiæ Christi imputatæ aut cõmunicatę sibi ad illud obtinẽdũ, tñ hoc ancellũt pc̃tores, q̃ nõ oẽ bñficiũ eis p̃stitũ noua indiget iputatione, sed ad nõnulla bona, q̃ denuo accipiũt, cõicaт̃ sibi passio xpi pp solã antiquã, & iã factã ĩputationẽ. Et ut i gñe prius ista explicemus hmõi sunt bñficia, ad q̃ absolute et simplici er acceptant̃ i prima sua iustific. Cũ.n. ista ex lege sequãt̃ ad ipsã iustificationẽ, imo debeant̃ pp illã, nõ opus est noua iputatione ad ea assequẽda, sed satis est applicatio meritorũ xpi ad ipsa. Et hęc fit, cũ deus pp xpm illa nobis elargit̃, ad q̃ pp ipsũ acceptauerat. Qñ uero iusti nouis exornant̃ bñficijs, ad q̃ nõ fuerãt absolute ĩ sua iustificatiõe acceptati, noua fit eis iputatio iustitiæ xpi, nec sine ipsa, illa obtinerent. Quæ hoc exẽplo possumus p̃spicua facere. Si rex ob p̃clara alicuius ducis & illustria ĩ bello facinora, reciperet Ioã. filiũ ipsius in suã domũ, & ubi adolesceret, ac uir fieret, pmitteret aliquã se ei egregiã & honorificã administratio nẽ ĩ regno suo daturũ, nõ opus eẽt Ioã. ad illã assequẽdã noua ĩputatiõe meritorũ sui parẽtis, sed dũtaxat ea indigeret ad alia bñficia, q̃ rex ei uellet ultra pmissa, ĩ grãm sui parẽtis, & ob merita illius cõferre. Quãuis aũt noua ei imputatio necessaria nõ eẽt ad habẽdã pmissã & debitã sibi functionẽ, noua tñ applicatiõe meritorũ sui parẽtis ad id ĩdigeret, nec hẽret illud bñficiũ, nisi sicut ualuerũt illa egregia merita, ut eũ rex inter suos domesticos reciperet, ac illud offm̃, seu dignitatẽ, pmitteret, ita ualeãt, ut debito & statuto tpe tãdẽ cõferat. Ex q̃b. oibus colligere possumus magnũ eẽ interuallũ inter applicationẽ

Differentiæ 2. inter imputationem, et applicationẽ

iustitiæ xpi & iputationẽ. Fit.n. noua ipsius applicatio, qñ nulla fit noua i- C
putatio. Et imputaĩ ad aliqua, qñ nondum ad ipsa applicaĩ. E t uis ipsa uer-
borum istorum hanc uideĩ postulare differẽtiam. Nam imputanĩ aliqua ad
psentia & futura, & qñ ad futura, noua opus nõ est imputatione, ut ea debi
to loco, & tpe consequanĩ, applicari uero non dicimus quicquam, nisi ad il
la, q̃ actu exhibentur. Quare omnia noua beneficia nouã diffusionem meri
torum Christi in ipsa uidentur requirere, non tñ nouam imputationem.
Quæ uero sint beneficia ista, & quæ illa, particulatim deinceps aperiemus.

De necessitate nouæ imputationis iustitiæ Christi ad perseuerandum in iustitia. Cap. VIII.

Perseuerãtia indiget noua imputatione iustitiæ Christi.

AC primo quidem manifestum est, noua indigere iustos imputatio-
ne meritorum xpi, ut perseuerent, idq; toties, quoties noua eis dan
tur auxilia, sine quibus, tentationib. succũberent, & a gratia excide-
rent. Nam donum perseuerantiæ nõ est aliqua qualitas, sicut uirtutes, & iu
stis non debeĩ perseuerantia in iustitia eis cõicata, neq; in ea possunt aliquan
to tpe perseuerare, nisi per plura Dei auxilia, ut ex scripturis, & patrib. lib.
12. certum fecimus. Atq; ex ibi dictis dilucidum esse potest, toto cœlo erra-
re Caluinum, qui perire non posse asseuerat, qui spiritum regenerationis ac
ceperint. Idq; si uerum esset, ad hoc acceptarenĩ in prima sua iustificatione,
nec opus eis esset ad pseuerandũ noua iustitiæ xpi iputatione. Sed cũ i hoc
& ipse sibi repugnet, ut cap. 1. notauimus, satis erit hic argm̃ patrũ cõfirma-

Resp. pro ca. 13.

re, qd' ipse absurdissima stropha nitiĩ eludere. Ne quispiã sibi suæ perseuerã D
tiæ arrogaret hac in uita certitudinẽ, usi sunt patres uerbis illis Pauli. Qui se
existimat stare, uideat, ne cadat. Non. n. sic esset Apostolus locutus, nisi cer
tus fuisset, stantes posse corruere, et merito sibi debere timere, & cauere, nec
arrogare certitudinem de sua constantia. Hæc autem uerba, quæ. 1. Cor. 10.
legimus, Caluinus desumpta putauit ex cap. 11. ad Ro. lapsu quidem leui, &
digno uenia. Quia & ibi dicit Apostolus. Tu autem fide stas, noli altum sa-
pere, sed time. Quæ uerba eundem pene sensum habent cum priorib. Sed

Violentæ expositiones Calui.

dupliciter ea eludit Caluinus. Primo, ait, nihil aliud ibi prohibet Pau. q̃ car
nis arrogantiam, & ad omnes sermonem dirigiĩ, qui Christo utcũque no-
men dederant, inter quos permulti poterant esse inani confidentia turgidi.
Secundo dicit, & in hanc sententiam magis inclinat, non ibi præcipi timo-
rem, qui uel tantillum minuat de fidei aut spei certitudine, sed tantũ qui nos
in Dei timore solicitos cõtineat. Sed rogo te Caluine. Esto apostolus loq̃-
tur solis arrogantib. & uana cõfidentia tumidis, nõne apte ĩdicat & eis, etiã
si staret, timedũ esse de ruina? Quare subiecit statim, Alioquin & tu excide-
ris, nisi ut intelligerẽt, nec liberos esse a periculo? Quis itẽ timor nos põt cõ
tinere solicitos in obseruatione mandatorũ, immo quis timor potest esse,
qui non aliquid minuat de certitudine fidei, qua certi sunt iusti iuxta tuam
sententiam de sua perseuerantia? Equidem beati qui certi sunt de sua perpe-
tua beatitudine, nec minimum habere possunt timorem de ea perdenda. Et

A licet cum certitudine de perseuerantia stare posit, ac simul steterit in confirmatis uehemens & intenta obseruationis mandatorum Dei solicitudo, tamen cum ea certitudine esse non potest timor de perseuerantia. Non admittis, cum incertitudine de assequenda beatitudine posse stare firmisimam ipsius spem, ac patres calumniaris sibi repugnasse, qꝫ firmissime iusserint sperare, quos iubebant esse incertos de sua beatitudine. Et tamen nūc certissime fidei & spei de perseuerantia timorem simul coniungis? Nescis nos ea duntaxat proprie timere, quæ credimus posse accidere? Quod si dixeris de alio te timore locutum, eo ipso coargueris te non assecutum fuisse sensum Pauli. Nam ut cōsequentia indicant, ille proculdubio de huiusmodi timore loquebatur. Sed & in alio hic peccas. Qui paululum philosophiæ degustarunt, sciunt certitudinem uel incertitudinem ad intellectum spectare, & expectationem ad uoluntatē. Tu tñ, q̄ p̄res de incertitudine tradunt, ad expectationē trāsfers, cū ais. Sed nobis primū ostēdant, quonā cæmēto coagmētari queāt res tātopere inter se disidentes, firmissima spes, & suspensa expectatio. Quod si aduerteres spem esse uolūtatis, certitudinē uero itellectus, nō uidereť tibi impossibile, ut firmiter speret beatitudinē, qui non est certus de eius assecutione. Quia & multa sæpe firmiter confidimus nos habituros ab amicis, quæ tñ, an assecuturi simus, certi non sumus. Sed tandem si absolutam certitudinem iustificati possunt habere de sua perseuerantia, cur Paulus ibi, cū iusit, ut stantes perpenderent Dei in se bonitatē, statim adiunxit, *Contradictio Calui ni.*

B si permanseris in bonitate, Alioquin & tu excideris. Equidem nec talis cōditio adijci solet, nec eiusmodi timor icuti, ubi certitudo est de ꝑpetuo fruēdo aliquo beneficio. Sed qñ tu tibi in his non constas, & sexcēta supra iam produximus loca, quæ tuam istam insaniam funditus euertant, hæc de ꝑseuerantia adiecisse tua causa sit satis.

Necessaria est noua iustitiæ Christi imputatio ad proficiendum in iustitia. Cap. IX.

CVmqꝫ idubitatū sit, ut lib. 10. mōstrauimus, iustos, quādiu hic uiuūt, ꝓficere posse in iustitia, & id posit fieri uel ꝑ sacrorū piā & deuotā susceptionē, uel ꝑ opa bona, q̄ ex grā faciūt, ad ꝓfectū i grā ꝑ sacramēta manifestum est nouā meritorū xp̄i imputationē requiri. Quia illud augmētum in grā non debetur primæ iustificationi. Et sicut grā nr̄a iuxta dicta in lib. 5. pendet quo ad esse, & conseruari a meritis xp̄i, ita & efficientia sacrorum. Oisqꝫ oino applicatio noua, & indebita iustitiæ xp̄i nouam ipsius imputationem requirit. Ac par quo ad ista ratio est de ꝓfectu in grā, q̄ fit ꝑ opera bona, q̄ specialē grām requirūt. Quanqꝫ. n. iustis debeť ex lege, ut si bona opa fecerint, imputenť ipsis ad augmentū iustitiæ, tñ non debenť auxilia specialia ad opa bona requisita. Cū uero ꝑ oia opa bona proficiant iusti in gratia, ut ꝓbabilius est inter scholasticos, & aliq opa sint bona, q̄ ut tradidimus i lib. de iustific. specialē dei gratiā nō requirūt, qa leuia sunt, & facilia factu, merito pōt dubitari, an & ille ꝓfectus in grā, q̄ ꝑ hmōi opera fieret, no *Propo. 1.* *Propo. 2.*

un opus habent iustitiæ Christi imputatione. Nam cũ nouo auxilio & fa- C
uore Dei ad ea opus non fit, & ex lege dei imputatione meritorũ xpi facta
in prima iustificatione, debeaꝭ eis illud incrementum iustitiæ, uidetur non
esse necessaria secunda imputatio. Quo tamen accuratius ista cõsidero, eo
magis in hanc sententiam propendeo, ut creaam, qualẽcunq; iustitiæ profe
ctum noua indigere imputatione iustitiæ Christi. Vix quippe possum per
suaderi, aliquem fieri posse in hac uita iustiorẽ & sanctiorem, absq; noua im
putatione iustitiæ Christi. Ac inconueniens uidetur cõcedere, Petrum plus
participare merita Christi q̃ Ioannem, & tamẽ non ei magis illa imputari.
Hoc aũt necesse est dare, si cũ fuerint æqualiter iustificati, Petrus sine noua im
putatione, aut augmento prioris ꝓficere posset in iustitia. Et licet debitũ sit
ex lege augmẽtum in iustitia suppositis bonis operibus, ac per hoc minus
necessaria uideatur imputatio iustitiæ Christi ad proficiendum quam ad ꝑ-
seuerandum, uel habenda auxilia noua, tamẽ cum nullus profectus iustitiæ
fiat tantum propter primam iustificationem, nec ad eum facta fuerit in ipsa
aliqua imputatio iustitiæ Christi, adhuc uidetur necessaria esse ad ipsum no
ua imputatió. Nec debitus fortasis hic profectus est, nisi quia imputaꝭ de-
nuo iustitia Christi, ut opera illa faciat meritoria esse gratiæ. Inde.n. habent
suum ualorem, & uirtutẽ opera nostra, alioqui nullius, aut parui omnino
momenti apud Deum futura. Et supposita hac Christi imputatione, tuto
possumus dicere ipsa opera bona iustorum causam esse augendæ iustifica-
tionis, nec uereri iniqui censoris Caluini scurulam, qui hoc dicentes asserit D
nescire, quid nomẽ iustificationis ualeat, nec quid sit causa, lege impie, & de
bonis omnibus & hominibus, & operibus, & de Deo ipso & donis eius
pessime meritę, quæ lib. 8. cap. 9. scripsimus & cognosces ab scriptura, & a
Deo ipso, qui melius & mitius hæc norunt censere, causam nostræ iustifi-
cationis, & inchoandæ, quod multo maius est, sæpe dici. Et necesse est hoc
uos dicatis de fide, quando recte ea dicitis apprehendi iustitiam. Quod si
fides suo modo causa est iustitiæ, cur non & illa Corinthiorum crescens fi-
des, cuius augmento & profectu Apostolus se in dies maiorem fore spera-
bat, causa credatur fuisse maioris in ipsis iustitiæ? Et cum Abrahæ dicitur fi-
des reputata ad iustitiam, qui iam tum multis iustitiæ prærogatiuis erat illu
stris, nonne aperte designatur & fides illa ipsius eximia, aliqua causa fuisse,
ut apud Deum iustior esset, & ei gratior? Sed & hoc manifestissimum fecit
Iacobus, dum asseruit eum ex operibus suis fuisse iustificatum, oblatione ui
delicet filij sui super altare. Quomodo potuit uere dici iustificatus ex operi-
bus, si opera nullo modo fuerunt causa augendæ ipsius iustitiæ? Nonne
particula illa, ex, aliquam efficientiam notat? Dicis. Iustificationem accepit Ia
cobus pro approbatione. Idemque tecum uidetur ante te Philippus respõ-
disse: Ait. n. Iustificaꝭ homo ex operib. i. approbaꝭ, & placet deo, nõ recõci
liaꝭ. Veruntã cum iam tum Abrahã, ut & uos nobiscum sentitis, iustus es-
set, si ipsius opera fuerunt causa, ut magis placeret Deo, uel ut magis ab eo
approbaretur,

Propo. 3. Oĩs gratiæ profectus requirit nouam imputationem.

Respõ. ad Calui. pro ca. 10. & can. 24.

Opa bona iustorũ cã sunt augen dæ iustitiæ

Arg. 1.
2. cor. 10. d.
Arg. 2.
Arg. 3.
Iacob. 2.

A approbaretur, nonne necesse est dicere opera fuisse causam augendæ iustificationis illius? Certe Deo non placet magis, nisi qui iustior est, nec quenquam ille magis approbat, quin & ille eo ipso uel fiat, uel declaretur iustior. Ad hæc. Obœdientia illa singularis Abrahæ, & oblatio illa filij sui aperte declaratur a Deo fuisse causa promissionis illius magnificentissimę de suscipienda carne ex posteritate ipsius. Quia fecisti, inquit, hanc rem &c. Et statim. Quia obœdisti uoci meę. Quę ergo tantum apud Deum ualuerunt, ut causa asserantur tam benigne promissionis, qui possumus dubitare, & causa etiam suo modo fuisse augendæ illius iustitiæ? Si negare non potes iustos per bona opera proficere in iustitia, & Deũ ad ea respicere, & propter ipsa nouis eos beneficijs exornare, & cumulare, cur negas ipsa esse causam augendæ iustificationis, cum nos non aliud quam hoc intelligamus asserentes illa esse causas augendę iustificationis? Neque enim illa eo pertingere putamus, ut efficienter augeant gratiam, aut causa sint diuinæ uoluntatis, quæ nullã extra se potest habere efficientem causam. Sed quę te malum hic rabies exagitat, ut impietatis, sacrilegij, & execrabilis in Deum blasphemiæ accuses dicentes per obseruationem mandatorum ecclesię aut per traditiones humanas proficere posse iustos in iustitia? Si aliqua opera pręcepta ab ecclesia uel a principibus, uel a dominis, uel a parentib. tam grata sunt nonnunquam Deo, ac illa, quę & ipse pręcepit, ut de multis manifestum est, quod piaculum est, & per ea asserere iustos incrementa sibi facere iustitię, & non tantũ

B per obseruationem mandatorum Dei? Esto unus tantum sit Deus legislator, & ecclesia sancta non sit, quę leges aliquas Christi legib. adiecerit, ut hęreticissime uis cum Valdensib. Pseudoapostolis, Vuitclefistis, Husitis, & alijs hæreticis aperte repugnantibus Christo, & Apostolis & toti ecclesię, nunquid preceptum humanum uiolat opus uirtutis? Si missę interesse, si ieiunare, si dare decimas, si legere horas canonicas, & similia secluso iure humano sancta & pia sunt & per ea proficerent iusti in iustitia, quid eis præceptum humanum detrahit, ut dicas ne Pelagium quidem tentasse asserere, quod patres tradiderũt, per obseruationem pręceptorum humanorũ posse iustos proficere in iustitia? Erat quidem Pelagius multo te doctior, ac quãtũ possum colligere ex illius uerbis, a Hiero. et Aug. citatis multo minus te impius. Atque ideo nunquam tam ineptę distinctionis in proposito meminit. Nouerat enim multa pręcepta ab hominibus digna esse laude, nec caritura mercede apud eum, qui etiam calicem aquę frigidę datum in nomine discipuli, remuneraturum se promisit. Et propterea, non inter pręcepta ab hominibus, uel a Deo distinguebat, sed generatim affirmabat operibus uirtutum per lib. arb. factis posse homines & conquirere, & augere iustitiã. Sed quod ille operibus solius lib. arb. dabat, tu multo illo in nos & in gratiam Dei & Christi iniquior, & operibus per gratiam Dei factis, & meritis Christi innixis detrahis. Quid uero est, quod clamas & cęlum terrę misces, & impudenter a patribus corruptum illum textum uociferaris, Ne uerea-

Arg. 4.
Gene. 22.
Arg. 5.
Negat ecclesiæ Calui. ptãtem sãciendi leges. in sess. 7. cano. 8. de bap.
Calui. pelagio minus doctus & magis impius.
Mat. 10.
Resp. pro testimonio ex Eccle. 18.

ris usque ad mortem iustificari? Cohibe te paululum Caluine. Ne tam cito putes te de sancta Syn. triumphasse. Expendimus ista, quę tu admones, ut ex cap. 1. lib. 10. huius operis potes cognoscere. Quia uero ad sensum parum intererat, siue legamus, Ne ueteris, siue, Ne uerearis, sequi placuit patribus communiorem lectionem. Sed ais. Immo ad sensum multum refert. Inuehitur enim scriptor ille aduersus eorum socordiam, qui suam ad Deum conuersionem procrastinant. Quanquam potius uertendum erat, Ne differas. Nam græcum uerbum est μείνῃς. Et addis. Quod de initio dictum est, religiosi patres ad progressum non tantum crassa inscitia, sed aperta etiam malitia falso referunt. O si possis aliquando modum aliquem tuæ maledicentiæ imponere, & placido & quieto animo sensa legitima scripturarum perquirere. Plane uideres nullam te hic malitiam potuisse iuste obiicere patribus. Nihil enim tradunt toto capite illo, quod non tu etiam fatearis, eo dempto, quod ad obseruationem mandatorum ecclesiæ spectat, quod nec hoc testimonio confirmant. Et ad id approbandum, quod statuere uoluerunt, satis superque sunt duo alia testimonia, quæ ibi inducunt, & corrupta non potes dicere. Sed quando calumnia de malitia aperta est, & confutatione non indiget, de inscitia crassa, quam obiicis, pacifice uideamus. Verbum μείνῃς tu non negabis, posse etiam uerti maneas, uel cesses. Nam & μένω, unde originem trahit, frequentius usurpatur pro manere & cessare quam pro differre & expectare. Itaque sicut uertendo, ut tu uertis, Ne differas, legitimum & genuinum sensum non negabo te collegisse, ita nec tu iure potes nobis negare, si uertamus, Ne cesses, uel ne maneas, uel ne ueteris, sensum ecclesiastici esse, semper usque ad mortem studendum & intendendum nostræ iustificationi, nec ad initium sed ad progressum iustitiæ ut patres uoluerunt hæc uerba spectare. Quoniam igitur si solam uim uerbi Græci spectemus, perspicuum est utrunque sensum posse stare, expendamus nunc theologice iuxta regulas datas a patrib. nostris ad requirendos genuinos scripturarum sensus, uter sensus magis conueniat omnibus circuniacentibus, & aliis scripturæ locis, & communi ecclesiæ doctrinæ. Profecto quo attentius omnia expendo, eo apertius mihi uidere uideor germaniorem multo esse sensum, quem secuti sunt patres, quam quem tu sequeris. Nam quod tu uis, iam sæpe monuerat idem ecclesiasticus. Ne tardes, inquit, conuerti ad dominum, & ne diferas de die in diem. Et rursus. Ante obitum tuum operare iustitiam. Et iterum. Ante mortem cōfitere, quoniam a mortuo, hoc est, morituro in proximo, quasi nihil perit confessio. Et alias. Ante languorem humilia te. Deinde. Ante hæc uerba, Ne uerearis usque ad mortem iustificari, præcedunt illa. Non impediaris orare semper. Quæ nō ad peccatorem procrastinantem suam pœnitentiam ad mortem, sed ad iustos potius diriguntur. Quoniam uero non satis est semper orare, sed oportet etiam operibus iustitiæ iugiter intendere, adiectum est mox. Et ne uerearis usque ad mortem iustificari. Hoc est. Nullo timore cesses nullā

Sensus patrum multo germanior.

Eccl. 5. & 14. 17. & 18.

A ratione impediaris, usque ad mortem uacare operibus iustitiæ, & augendę ipsi incumbere. Ac quoniam cum iustis agebat, non subiunxit, sicut prius, Subito enim ueniet ira illius, Vel, Quoniam non est apud inferos inuenire cibum, Vel quod paruæ aut nullius utilitatis sit confessio uel post mortem, uel ipsa instante, nec denique aliquid ex illis, quib. solet scriptura uti ad deterrēdos peccatores a procrastinatione pœnitētiæ, sed subdidit. Quoniam merces Dei manet in æternum. Quibus uerbis solent excitari iusti ad iuge orationis & uirtutum studium. Cunque iustificatio prima aut solius Dei opus sit, ut uos dicitis, aut certe ut nos credimus, magis opus Dei quam nostrū non satis uidetur commode dictum, Ne usque ad mortem differas iustificari, & multo minus, ne differas usque ad mortem, iustificari. Nec sic solet loqui scriptura, sed sic potius. Ne tardes conuerti ad dominum. Et utcunque de his sit, equidem istis uerbis iuxta tuum sensum expositis, duriuscule appenduntur illa. Quoniam merces Dei manet in æternum. Commodissime uero, si iuxta nostrum sensum illa exponantur. Acerrimus quippe stimulus ad bene operandum est merces æterna bonis operibus reposita. Et eius intuitu bene operari non modo non est peccatum, sed est etiam sanctum & laudabile, ut lib. 11. ostendimus, & confirmari potest ex relatis e cōcil. Lateranen. in. c. Cum ex eo. de pœ. & re. Sed ne erres, ut facis, circa approbationem uulgatæ æditionis factam in sess. 4. nec frustra labores in ostēdendis uitijs uulgatæ æditionis, audi obiter hæc pauca, quæ & Philippo dicta uelim, qui & ante te grauiter de hoc accusat patres. Synodus non approbauit menda, quæ linguarum periti, & in sacris literis mediocriter uersati in ea deprehendunt. Approbauit duntaxat uulgatam æditionem repurgatam a mendis, quę uitio scriptorum, uel chalcographorum in ea obrepserunt. Nec eam tanquam e cœlo delapsam adorari uoluit. Interpretem illius, quisquis ille fuerit, sciebat non fuisse prophetam, nec nos meruisse hactenus quenquam, qui eodem in omnibus spiritu sacras literas a propria & natiua lingua in alienam linguam transfuderit. Ac proinde nec cohibuit, nec cohibere uoluit studiosorum linguarum industriam, qui aliquando docent melius potuisse aliqua uerti, & uno eodemque uerbo uel plures nobis suggessisse. ss. sensus uel certe alios commodiores quam e uulgata ęditione possent haberi. Sed in honorem uetustatis & honoris, quem ei iam a multis annis detulerant concilia latina, quę sunt ea usa, & ut certo scirent fideles, quod & uerissimum est, nullum inde haberi posse perniciosum errorem, & tuto illā & citra periculum posse legi ad cohercendā & cōfusionē, quā affert multitudo translationū, & temperandam licentiā nimiā cudendi semper nouas translationes, sapiēter statuit, ut ista uteremur in publicis lectionib. disputationib. prędicationib. & expositionib. Atque eatenus uoluit eā authenticā haberi, ut certum oībus esset nullo eam defœdatā errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide et morib. colligi posset, atque ideo adiecit, nequis illā quouis prætextu reijcere auderet. Et hanc fuisse mentē

Intuitus beatitudinis non uitiat opera nostra.

Qualis fuerit uulgatæ editionis approbatio in sess. 4

B

Synodi, nec quidpiam amplius statuere uoluisse, ex uerbis ipsis & ex alijs C
consuetis approbationib. conci. potes colligere. Et ne dubites de his, uerissime possum tibi allegare pro his ampliss. & obseruandiss. dominum sanctę crucis cardinalem, de pietate, & de literis, & studiosis omnibus optime meritum, qui illi sessioni & alijs omnib. præfuit, ac pridie quidē q̃ illud decretum firmaretur, et postea non opinor semel mihi testatus est, nihil amplius uoluisse patres firmare. Itaq; nec tu, nec quispiam alius propter hanc approbationem uulgatæ æditionis impeditur, quo minus, ubi hęsitauerit, ad fontes recurrat, & in mediū proferat, quicquid habere potuerit, quo iuuentur & locupletentur latini, & uulgata æditionem ab erroribus repurgent, & quæ sensui.ss. & ipsis fontibus sunt magis consentanea, assequantur.

Quomodo sit necessaria noua imputatio ad remissionem uenialium, et poenarum temporalium. *Cap.* X.

QVanuis autem noue imputentur iustis merita Christi ad remissionem peccatorum uenialium, & absolutionem a pœnis temporalibus, quas uel pro illis, uel pro lætalibus iam dimissis Deo debenr, tamen illud probabiliter ausim asserere, nullam talem imputationem eis es-

Propo. 1. se ad ista necessariam. Et sæpe quidem iustis nouiter imputari merita Christi ad remissionem leuium peccatorum, & huiusmodi pœnarum, facile potest ostendi. Ex uirtute enim passionis Christi habent sacramenta, & sacramentalia Ecclesiæ uirtutem ad hæc præstandum. Et per ea consequuntur sępe iusti eiusmodi remissionem. Neque tantum beneficium est eis debitū ex sua iustificatione. Nunq̃ etiam tātas, & tam seueras pœnas exigit Deus a iustis, quantas, ubi Christus non passus esset, pro eis, deberent pro suis hmōi D

1. Ioan. 2. peccatis. Et ipse est propitiatio, & hostia oblata patri cœlesti pro oībus pec

Heb. 9. catis nr̄is. Neq; sine sanguinis ipsius effusione placuit recōciliare quęq̃, aut aliqua cōdonare delicta. Eoq; magis quisq; participat merita xp̄i, quo plu-

Propo. 2. ra sibi condonanť peccata, uel maiores pœnæ ꝓ peccatis debitæ. Quod tm̄ etiam sine hac noua imputatione possent iusti cōsequi remissionē uenialiū, & temporalium quarūcunq; pœnarū, quas deberent ꝓ peccatis, qđ quidē & non immerito multis, sat scio, uidebiť difficilius, his argumentis suadeo.

Arg. 1. Primo. Oīs iustus est amicus dei, & acceptus deo ad uitā æternā, & ius habet ad ipsam per suā iustificationē. Ergo absq; ulla noua imputatione iustitiæ xp̄i, quotcūq; pctōrū uenialiū sit reus, quātascūq; ēt pœnas tparias debeat, si nō a grā, & amicitia diuina nō ceciderit, ut certe nō cadet, ēt si peccet millies uenialiter, tandē assequeť oīum pctōrū uenialiū, & oīum taliū pœna-

Arg. 2 rū remissionē. Itē. Nō debeť pctō alicui ueniali pœna æterna. Esset. n. hoc ut lib. oñdimus cōtra humanitatē, & misericordiā diuinā, & certe repugnat legi dei, q̃ aperte distinguit inter uenialia, & mortalia ex parte pęnę æternæ, & tp̄alis. Et si de per se ueniali rñderet pœna æterna, esset ꝑfecto mortale, & gratiam diuinam tolleret, quæ non stat cum pœna æterna. Pro pœna etiā tēporali, in quā cōmutata est pœna æterna, quæ debebatur pro mortali iā dimisso, certe non exiget Deus unquam a nobis pœnam æternam. Sine

A pœnitentia enim, & ut uerbo Augustini dicam, impœnitenda sunt dona Dei, neque illa Deus unquam retractat, nisi hoc exigant nostra peccata. Praeterea. Qui decederet cum eiusmodi reatibus, certe non detruderetur, neque in infernum, neque in limbum puerorum. In his enim locis non erunt, qui decesserint cum gratia Dei. Ergo recluderetur in purgatorium. Purgatoriũ autem non erit perpetuum, sed tantum durabit usque ad diem iudicij. Quare & isti iusti, qui ad illud deferrentur, tandem inde exirent, etiamsi non fieret eis noua ulla applicatio meritorum Christi. Dicet aliquis. Si non est necessaria noua imputatio iustitiæ Christi, ut iusti assequantur remissionem uenialium, uel absoluantur a pœnis temporalibus, quas debent pro peccatis iam dimissis, nunquam igitur ad hæc eis imputabitur. Deus enim, & natura nihil faciunt frustra, neque superfluo. Superabundat tamen semper misericordia Dei, & benignitas Christi erga nos. Et sicut nobis suam gratiam non solum communicat ad ea, ad quæ est necessaria, sed etiam ut facilius, & leuius aliqua faciamus, & obtineamus, quæ etiam sine ipsius gratia tandem facere, & assequi possemus, ita & iustitiam Christi non solum imputat ad remissionem, ad quam illa est necessaria, sed & imputat ad remissionem uenialium peccatorum, & temporalium pœnarum, tametsi ad hæc non sit necessaria. Neque hoc tantum facit Deus in uia condonando aliquam partem pœnarũ per sacramenta uel sacramentalia, & communicando auxilia ad aliquos seruentes actus, quibus & a uenialibus, & a prædictis pœnis expiamur, sed facit hoc etiam fortasis in purgatorio, faciendo pœnas ibi toleratas, magis sufficientes esse ad satisfactionem pro peccatis, quam essent alias, ubi ipse nõ applicaret nobis merita Christi. Pertingit enim ad omnem locum, ubi iusti possunt esse, uirtus passionis Christi, & eximia illius merita utiliores faciunt omnes labores, & pœnas iustorum, ad meritum quidem, & satisfactionem in hac uita, ad satisfactionem uero post hanc uitam. Sed adhuc urgebit aliquis. Quia nemini sine Christi meritis ei imputatis dimittentur secundum legem, neque dimitti possunt peccata uenialia, aut reatus pœnarum temporalium pro peccatis. Et de peccatis uenialibus palam hoc asserit Bern. in hęc uerba. Nemo leuia peccata contemnat. Impossibile est enim cum eis saluari, impossibile est ea dilui, nisi per Christum Iesum, & a Christo. Et Aug. tam de eo, qui leuioribus peccatis obnoxius est, quam de eo qui grauioribus, pronunciat, quod si sibi relinquerentur, interirent. Sed hæc in eos quidem possent nonnullam uim habere, qui asserunt, etiam peccatores posse pro huiusmodi ad plenum satisfacere. Verum in nos parui omnino momenti sunt, qui de iustis tantum loquimur, & ab ea quæstione, quæ controuersa est inter pios de satisfactione eorum, qui sunt in peccato, de industria abstinuimus. Et iustis quidem propter Christum hæc dimitti, possumus, & debemus intrepide asserere, quia opera & satisfactiones iustorum, ualorem suum habent a gratia ipsis in sua iustificatione, propter merita Christi cõmunicata. Aliudque est sibi relictum peccatorem interire, aliud iam iustificatum noua indi-

Ro.11 *Aug.* *Arg.3* *Obiect* *Resp.* B *Virtus passionis Christi opatur et ĩ purgatorio.* *Obiect.2* *Ber. ser. de cœna dñi.* *Aug. li. 83. q q. 68* *Resp.*

gere imputatione, ne intereat. Et alioqui impossibilia sæpe monuimus a sanctis dici, quæ nunquam iuxta communem legem fient. Ac nos quidem nõ asserimus de lege fieri posse, ut cuiquam uenialia remittantur sine Christi iustitiæ imputatione etiam noua, sed eam impossibilitatem dicimus non esse ex defectu potentiæ iustorum sed ex misericordia Dei benigne præueniente nostram fragilitatem. Nec Aug. de obnoxio solis uenialibus quæ citantur, asseruit. Mox enim temperauit sermonem adijciens, Aut certe de eo, qui est in grauioribus. Et nisi Bern. per, usus forte fuerit pro propter, facile possemus dicere, & eos, qui peccatoribus dicerent non esse necessariam iustitiæ Christi imputationem, ad remissionem uenialium, nequaquam negare, quin necessarium sit, ut ab eo, & per eum remittantur. Adhuc tamen posset aliquis ualide nos impugnare ex eo, quod iusti non possunt assequi remissionem peccatorum uenialium, nisi deus uelit remittere. Quidquid enim ex se possunt facere, promereri nequit, aut debitã sibi simpliciter facere remissionem ipsorum. Quare cum Deus gratuito remittat, & nolit remittere, nisi propter Christum, nec iusti poterunt sine noua illius iustitiæ imputatione, eorum remissionem assequi. Verum hæc duntaxat probant necessitatem ex lege, quam non negamus. Et alioqui ad alia properanti immorari his, quæ præter legem sunt, magis non licet. Quoniam uero de remissione uenialium agimus, obiter hic commodum erit monere, improbe Caluinum calumniari patres, quod nullum peccatum, nisi crassum & palpabile, mortale agnoscant. Nullus est Caluine inter catholicos qui ignoret, quod dicis, plæraque interiora grauius ad interitum usque animas uulnerare quã illa, quę cap. 15. mortalia asseruerunt, & ea complexi sunt illis uerbis, cæterosque omnes, qui lætalia committunt peccata. Sed quoniam proposito suo ea satis erant, commodius censuerunt duntaxat numerare, quę 1. Co. 6. Paulus attigerat.

Obie. 3 · *Resp.* · *Resp. ad calũniam Cal. 3. c. 15.* · C · D

De duplici sententia circa necessitatem nouæ imputationis iustitiæ Christi ad consequendam beatitudinem. Cap. XI.

MAius uero dubium & magis controuersum hoc tempore fuit, an noua imputatio iustitiæ Christi necessaria sit iustis ad consequendã beatitudinem. Cumque apud omnes catholicos certum & indubitatum semper fuerit, omnem eum beatitudinem sine dubio habiturum, quẽ contigerit de hac uita cum Dei gratia decedere, & pro expiandis peccatis uenialibus & pœnis debitis pro peccatis lętalibus iam dimissis necessarium esse purgatorium illis, qui cum aliquo tali reatu hinc migrarent, duo tamen fuerunt præcipue hic controuersa. Primũ est, an post plenã peccatorũ expiationẽ decedẽtibus in gratia daretur statim beatitudo, uel differretur potius ipsius collatio usque ad diem generalis iudicij. Secundum est, an aliqua saltem noua imputatio iustitiæ Christi, uel oblatio, aut præsentatio ipsius denuo requireretur, ut ad beatitudinem admitterentur, qui uel hic, uel in purgatorio pęnas debitas pro peccatis exoluissent. Et Prius quidem horum dubiorum olim controuersum fuit, nunc autem duntaxat posterius, ac propte-

A rea tantum leui manu,& obiter quid in priori sentiendum sit, attingemus. Vt autem quid circa posterius tenere debeamus, exactius nouerimus, hoc in primis aduertamus oportet. Cum disputatur inter catholicos, an ad consecutionẽ beatitudinis, necessaria sit iustis noua aliqua meritorũ Christi imputatio, uel applicatio, non ambigitur de necessitate diffusionis & communicationis iustitiæ Christi usq; ad collationem beatitudinis. Certo sciunt omnes catholici ipsum esse unicũ mediatorem inter nos & deum, nec posse nos nisi ope,& patrocinio ipsius, ac gratia apud patrem, aliquod spiritale beneficium participare. Et tanto minus licet de beatitudine sub dubio, hoc ponere, quanto illa omnium Dei in nos beneficiorum eximium est,& longe præstantiss. Sed hoc unum in dubium uertitur, an ad consecutionẽ beatitudinis necessaria sit noua aliqua applicatio, seu imputatio iustitię Christi, quæ antecedat collationem beatitudinis,& ad ipsam disponat,& pręparet, ac nos dignos & idoneos ad eam suscipiendam faciat,& ex consequẽti gratiam acceptam in prima iustificatione augeat,& beatitudinem faciat uel debitam iustis, uel certe magis debitam, quam ante erat. Et de hoc duæ extiterunt hoc tempore uariæ sententiæ. Quidã uiri doctrina,& pietate insignes ad consecutionem beatitudinis, non tantum crediderunt duplicem nobis necessariam esse iustitiam, alteram formalem, qua formaliter iustificamur, alteram imputatam, quæ iustitia Christi est, sed & hanc bis pro nobis offerri, & præsentari patri cœlesti a Christo,& ab eo acceptari necessarium putarũt

Status huius cõtrouersé.

B primo quidem antecedenter ut iustificemur, secundo uero consequenter, ut rigorem diuini iudicij euadamus, neq; pro meritis nostris, sed pro summa sua misericordia iudicemur, & nostra qualiscunq; iustitia, a Deo censeatur idonea,& sufficiens, ut admittamur ad regnum cœlorum. Alij uero & numero,& sapientia,& pietate, ac autoritate longe superiores, ad consecutionem beatitudinis eam iustis existimarunt sufficere iustitiam, quæ ipsis in prima sua iustificatione communicata est, neque opus esse, ut ipsius defectus, uel imperfectio, quantuncunq; parua & imperfecta sit, a iustitia Christi suppleatur. Neq; aliter huius opi. autores credunt nobis communicari, aut applicari iustitiam Christi ad consequendum beatitudinem, quam quia ex meritis ipsius nobis communicantur omnia requisita, ut iustificemur, nempe iustitia ipsa formalis,& auxilia multa necessaria, aut certe utilia ad acquirendam iustitiam,& proficiendum,& perseuerandum in ipsa. Vt sciamus autẽ utra istarum opinionum probabilior, sit apud omnes primo uidebimus, quæ sit,& qualis, ac quanta iustitia, quæ a nobis exigitur ad beatitudinem, deinceps uero, an ea, quæ exigitur, sine noua imputatione iustitiæ Christi sufficiat.

Opi. 2 cõis.

De iustitia, quæ a nobis exigitur ad consecutionem beatitudinis. Cap. XII.

AC primo quidem illud apud omnes constat, ut assequamur beatitudinem, Deum a nobis non exigere iustitiam, quæ perfecta sit colla-

Propo. 1

Iustitia nostra respectu diuinæ pannus est mẽstruatæ ta ad iustitiam suam. Excedit quippe iustitia diuina in infinitum omnem iustitiam, quæ potest esse in creaturis, nec potest esse tanta alicuius creaturæ iustitia, ut non si ad diuinam conferatur, illius puritate & claritate obtenebretur & quodammodo inquinetur. Verissimeq; Iob dicit. Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? C

Iob.25 Ecce luna etiam non splendet, & stellę non sunt mundę in conspectu eius, *Ecc.1* quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Et sapienter Salomon. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Quanquam enim omnes creaturę bonę sunt, ut a bono creatore conditę, tamen ad ęternam, solidissimamque, & indefectibilem, & incommutabilem Dei essentiam comparatę, uanũ quiddam, & inane sunt, ac uerius non esse, quam esse sunt existimandę. Vnde & Hieronymus tractans hęc uerba ita eleganter alicubi scribit. *Hiero.* Lucerna lampadis comparatione pro nihilo est. Lampas stellę comparatione non lucet. Stellam lunę confer, cæca est. Lunam soli iunge, non rutilat. Solem Christo confer, tenebrę sunt. Ego sum, inquit, qui sum. Omnem igitur creaturam si Deo contuleris, non subsistit. Hęc Hieron. Et hanc tantam iustitię puritatem a creaturis suis corruptibilibus, & innumeris infirmitatibus ob-*Hila. in ps.142* noxijs Deum non exigere, pulchre profecto Hilarius his uerbis edisserit. Quid enim spei est, si iudicari nos secũdum se Deus uelit, si ad comparationem sui uitę nostrę innocentiam postulabit? Iustificari autem in conspectu Dei, quis uiuentium potest, cui ira, cui dolor, cui cupiditas, cui ignoratio, cui obliuio, cui casus, cui necessitas uel per naturam corporis, uel per motum animę semper fluctuantis admixta sunt? Cui & quotidie grauissimus hostis immineat, diabolus uidelicet animę uiri fidelis insidians, eamq; ad interitum persequens? Hãc enim esse causam docet, ob quam nemo uiuens iustificari in conspectu Dei possit. Quia persecutus est inimicus animam meã. Hęc Hilarius. D

Propo.2 *Iustitia nostra impfecta ẽ collata ad iustitiã humanitatis Christi.* Indubitatum item inter omnes est, neq; ad consecutionem beatitudinis requiri a nobis iustitiam, quę perfecta sit in comparatione ad iustitiam humanitatis Christi. Nam iustitia humanitatis Christi tanta est, ut omnis iustitia, non tantum hominum, sed etiam angelorum illius splendore, & fulgore obscuretur. Infinita enim est intensiue, aut certe summa, & quãtum creaturę conuenire potest, omni ex parte absolutissima. Datus enim est Christo, quatenus homo est, spiritus non ad mensuram, & per omnia, *Ioã.3* & in omnibus exactissime ille impleuit omnem iustitiam, & uoluntatem patris cœlestis summo affectu ubiq;, & semper executus est. *Propo.3* *Iustitia uiæ ĩperfecta ẽ respectu iustitiæ patriæ.* Consentiunt, et inter se omnes catholici, non exigere Deum a nobis, tantam, & tam perfectam iustitiam, quantam ipsi habebimus in cœlis, si ex dono Dei, eo tandem aliquando perueniamus. Et communis omnium horum trium, & in promptu ratio est. Deus enim neminem ad impossibile obligauit. Vt autẽ impossibile est simpliciter nostram iustitiam tantam esse, ut non imperfecta sit, si conferatur ad diuinam, ita secundum legem nullo pacto nostra iustitia ęquari potest iustitię humanitatis Christi, aut iustitię, quam habebimus in patria.

A patria. Iustitia enim Christi plena est, & omni ex parte absoluta, & perfecta, nostra autem iustitia parua quædam participatio illius, & perfectio huius status imperfectio est, si ad perfectionem comparetur, quam habebunt beati omnes in cœlo. Hic paruuli omnes sumus, illic autem omnes erimus uiri perfecti. Hic si qua lux est, lux est auroræ, illic lux erit meridiana. Et minimus in regno cœlorum, maior est, sicut Christus dixit, quam hic fuerit Ioannes Baptista. Ac sicut in Concilio Viennensi damnatus est error Begardorum, & Beguinarum asserentium, hominem in præsenti statu posse assequi finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis, quem habebit in uita beata, ita & simili, immo eadem ratione, erroneum censendum est, si quis dixerit, tantam esse posse iustitiam nostram, quanta erit iustitia patriæ cœlestis. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et nunc ex parte cognoscimus, tunc autem cognoscemus, sicut & cogniti sumus. Nunc etiam, neque semper, neque ex toto affectu diligimus, tunc autem & sine intermissione, & quantum maxime poterimus, diligemus. Sed & præter hæc certum est, neque tantam a nobis exigi iustitiam, quantam debemus, ut ei perinde ac dignus est, seruiamus. Siue enim illius magnitudinem spectemus, siue beneficia nobis exhibita, nemo est inter nos, qui tantā puritatem & perfectionem præstare possit, quantam & magnitudo illius & beneficia merentur. Quin & illud receptum extra cōtrouersiam est, a nobis non immediate exigi iustitiam habitualem infusam, Quia præcepta de actibus sunt, qui nostræ subiacent potestati, non de habitibus, qui a sola Dei donantis liberalitate pendent. Tantumque dedit Deus nobis præcepta faciendi illa, quibus factis ipse ex benignitate sua iustitiam habitualem nobis infundit. Et ea licet minima sit, satis erit, quantum est ex parte habitus, ad beatitudinem, Quia nō minus parua, quam magna nos facit caros Deo, & filios Dei. Et si filius ergo hæres, teste Apostolo. Sed de una iustitia actuali dubium est, qualis debeat esse, & quanta pro hoc statu, ut beatitudinem assequamur. Et sunt quidem aliqui uiri docti, qui rem alioqui clarissimam, quamque uel hac luce oportet Christianis omnibus esse apertiorē, distinctioris iudicij diuini in rigidum & moderatum obscurant, & confundunt. Neque satis quidem illi aperiunt, quod uolunt, uerum in hanc tādem sententiam inclinare uidentur, ut dicant, secundum iudicium Dei rigidum eiusmodi esse debere nostram iustitiam, ut consequamur beatitudinem, ut ne minimam quidem, aut leuissimam culpam, uel exorbitantiam a lege diuina admittat, secundum uero iudicium Dei moderatum, & nostræ fragilitati attemperatum, satis esse, si mādata omnia diuina sic impleamus, ut nullum eorum lætaliter omittamus, uel prætereamus. Et si quidem remota misericordia, & imputatione iustitiæ Christi iudicemur, uel minutas culpas impedimento fore dicunt, ut adipiscamur beatitudinem. Per ipsiusque iustitiæ Christi imputationem fieri credunt, ut moderate iudicemur, & satis sit ad consequendum beatitudinem obseruantia diuinorum mandatorum, etiam

1. Co. 13
Pro. 4
Matt. 11
Cōci. Vie.
1. Co. 13
Propo. 4
Propo. 5
Propo. 6
Ro. 8
Opi. d'duplici dei iudicio rigido et moderato.

si multis peccatis uenialibus sit coniuncta. Et inde existimant profectum esse, ut sancti uiri nonnunquam confidenter dicant cum Iob. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & cum Dauide, Iudica me deus, & discerne causam meam, nonnunquam uero diuinorum iudiciorum contemplatione perterriti uereantur cum Iob omnia opera sua, et cum Dauide clament, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Et iterum. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Cum enim, aiunt, incerti sint, quali istorum iudiciorum, rigido ne, an moderato, Deus in eis iudicãdis usurus sit, quædam uelut præsumentes se iudicio moderato ab eo iudicandos, cõfidenter dicunt, alia uero cum magno timore de se loquuntur, illud ueriti, ne Deus eorum uitam rigide, & remota misericordia examinet. Atque ideo necessarium esse putãt ad diuinam semper misericordiam cõfugere, & Christi iustitiam semper patri cœlesti præsentare, ut per illam rigorem sui iudicij in nos temperet. Verum ista distinctio iudicij diuini in rigidum, & moderatum, necessaria in proposito non est, & nulli satis firmo scripturarum, aut sanctorum doctorum testimonio, quod sciam, innititur, & obumbrare magis posse ueritatem, quam elucidare uidetur. Quanuis enim iudicare posit Deus uitam nostram & rigide, & moderate, tamen secũdum legem scimus, cum moderate semper sic eam iudicare, ut neque exigat a nobis aliud ad consequendum beatitudinem, quam suorum mandatorum obseruãtiam, licet plura, & grauiora posset exigere, neque ueniales, & minutulas culpas quantuncunque multas ad pœnam æternam, aut ad inimicitiam in se imputet, ut posset in aliquo saltem magno numero imputare. Et si ratione imputationis iustitiæ Christi, uel ipsius pro nobis intercessionis, rigor diuini iudicij sic attemperatus est, etiam nobis non recurrentibus ad iustitiam Christi, neque offerentibus eam pro nobis, sic Deus suum iudicium moderabitur. Neminem quippe aliter iudicabit, quam secundum legem, quam ipse præscripsit, & nostræ infirmitati, & imbecillitati attemperauit. Intermissa igitur huiusmodi distinctione, breuiter, & planissime possumus dicere, iustitiam quam Deus a nobis exigit ad consequendum beatitudinem, esse solam obseruantiam mandatorum diuinorum. Si uis enim, ait Christus, ad uitam ingredi, serua mandata. Neque quidpiam aliud, Deum a nobis exigere, expressit unquam scriptura, uel Ecclesia. Quin uero, ut lib. 14. docuimus, semper uelut certum illa habuit, & tradidit, neminem propter peccata uenialia excludendum esse a regno cœlorum. Et hac potissimum ratione distinxit illa semper mortalia a uenialibus, quod mortalia excluderent a gratia Dei, & uita æterna, non autem uenialia. Et cum hæc doctrina tam certa sit, & in cõfesso apud omnes Ecclesiasticos autores, & communi consensu & traditione Ecclesiæ probata, iniuriam profecto faciunt prophetis, per quos ueritatem fidei nostræ accepimus, qui huius doctrinæ ignorantiam eis inurunt, & nunc quidem dicunt, eos persuasos fuisse de diuini iudicij temperamen-

Marginalia: Iob 6 · Psal 42 · Iob. 9 · Psal. 6 · Psal. 142 · Propo. 7 Impugnat distinctio iudicij Dei in rigidũ & moderatũ. · Propo. 8 Iustitia requisita ad beatitudinẽ. · Matt. 19 · C · D

A to, nunc uero ipsius rigorem formidasse.

De causis propter quas iusti Dei iudicium semper formidarunt. Cap. XIII.

VNde igitur, inquies, illę uoces, Nō intres in iudicium cum seruo tuo domine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuēs. Domine, ne in furore tuo arguas me &c? Cur formidabant iusti ubique rigorem diuini iudicij? Cur pauidi illud expectabant, si Deum sciebant non nisi temperato in ipsos usuros iudicio? Militare item uidetur pro distinctione iudicij diuini in rigidum & moderatum communis illa oratio ecclesię in officio sepulturæ fidelium. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum quæsumus tua iudicialis sentētia premat, quem tibi uera supplicatio fidei Christianæ commendat, sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudiciū ultionis, qui dum uiueret, insignitus est signaculo sanctæ trinitatis. Si enim certum esset, omnes moderato iudicio iudicari, neq; aliter posse secūdum legem iudicari, nihil opus esset orare, ut Deus mitiget rigorem, & seueritatē sui iudicij in fideles defunctos. Sed alia de causa formidabant sancti diuinum iudicium. Non uerebantur sane illi, ne Deus mortalia iam dimissa, aut ulla uenialia ad pœnas imputaret æternas. Certi erant alienum hoc esse a lege diuina, & a clæmentia, & benignitate ipsius. Sed illis timoris diuini iudicij causa erat triplex. Prima, incertitudo gratiæ, & remissionis suorum peccatorum, quæ admisisse se uel sciebant, uel certe dubitabant. Fide quippe certissima persuasi erant fore Dei iudicium terribile & omnino formidandum eis, qui suorum peccatorum ueniam assecuti non fuerint. Vnde & Ezechias tametsi iustus & corde perfecto, tamen iturus ad dominum flebat fletu magno. Et hanc fuisse causam tāti fletus, explicuit Hieronymus his uerbis. Quæris rationem fletuum? Si cogitaueris hominem, non miraberis causas doloris. Nullus enim intrepidus uadit ad iudicium domini, habens consciētiam peccatorum. Et paulo post ostendens merito & hoc ipsum timendum esse omnibus, ita scribit. Luna erubescit, sol confunditur, & cœlum operitur cilicio, & nos intrepidi atq; lætantes, quasi omni careamus uitio, occurremus iudicis maiestati, quādo tabescent montes, erecti uidelicet in superbiam, & omnis militia cœlorum, uel astra, uel angelicæ dignitates, & complicabuntur sicut libri, cœli, & omnis exercitus eorum instar foliorum defluet? Hæc Hiero. Explicuit & hanc causam timoris sanctorum diuus Aug. quia multo aliud est iudicium diuinum ab humano. Omnis, inquit, uiuēs iustificare forte potest se coram se, non coram te. Quomodo coram se? Sibi placens, tibi displicens. Quantunlibet rectus mihi uidear, producis tu de thesauro tuo regulam, coaptas me ad eam, & prauus inuenior. Et super illa uerba, Vt quid tristis es anima mea & ut quid conturbas me? statim addit. An forte ideo, quia difficile purgata anima inuenitur, cum ille iudicat, qui nouit ad purū & liquidum iudicare?

Obiectio. *Psa.* 142. 6.

Respon.

B *Triplex causa timē di iudiciū Dei.* *Prima.*

4. *Re.* 20

Hiero. 2. *in Pelag.*

Aug. in Psal. 142

Psal. 42

f

Quia etsi probabilis iam uita est inter homines, ita ut homines quid nam re C
prehendant, iuste non habeant, procedit examen ab illius oculis, procedit
regula exæquans non fallaciter, & inuenit in homine quædam, quæ repre-
9. Cōf. c. 3 hendat Deus, quę homines reprehendenda non uidebant, neq; ille ipse, qui
intus iudicandus est. Hæc Augustinus. Et cum pro matre oraret iam defun
cta, tanquam rationem redderet, cur pro ea oraret, cū uita fuerat, moribus-
que laudabilis, ita cum domino loquitur. Non audeo dicere ex quo eam
per Baptismum regenerasti, nullum uerbum exisse ab ore eius contra præ-
Matt. 3. d ceptum tuum, & dictū est a ueritate filio tuo. Siquis dixerit fratri suo fatue,
reus erit gehennæ ignis. Quasi diceret. Oro pro ea, propter peccata, quę po
tuit commisisse. Et subiungit. Et uæ etiam laudabili uitæ hominum, si remo
ta misericordia discutias eam. Ac si dicat. Alia ratio est orandi, quia non so-
lum uita hominū misericordia indiget propter peccata, uerum etiam si lau-
Causa. 2. timoris. dabilis fuerit humano iudicio. Secunda causa timoris sanctorum erat certa
fragilitatis suæ scientia, & fides, de potestate diuina. Nouerant Deum nullis
adstringi legibus, & posse non obstante quauis lege ex toto rigore suę iusti
tię nos iudicare, & uel pro leuibus peccatis, in quę passim incidebant, uel
simpliciter liberrime posse nobis subtrahere auxilia specialia necessaria ad
perseuerandū in sua gratia, ac uel ista uia posse incidere in horrendam illam
iram, & furorem, quo Deus iustissime sęuiet in eos, quos flammis ęternis
Causa. 3. timoris. deputabit. Tertia causa huius timoris erat notitia certa grauitatis, & acerbi-
tatis pœnarum, quas Deus pręscripsit a nobis ferendas post hanc uitam ob
quęuis etiam leuia peccata. Et duabus his posterioribus de causis etiam cer D
ti de sua gratia timere poterant, quia neq; ideo certi erant de sua perseueran
tia, & iustos omnes communiter aliqua uenialia admittere probe nouerāt.
Aug. Quandiu caritas augeri potest, ait Augustinus, profecto illud quod minus
est, quam debet, ex uitio est. Ex quo uitio non est iustus in terra, qui faciat
bonum, & non peccet. Ex quo uitio non iustificabit in conspectu Dei om
Hiero. in Pelag. nis uiuens. Et Hiero tractans illa uerba, Et si iustus uix saluabitur, impius et
peccator ubi parebūt? Sic scribit. Certe iustus est, qui in die iudicij uix salua-
tur. Saluaretur autem facile, si nihil in se haberet maculę. Ergo iustus est in eo
quod floret multis uirtutibus, & uix saluat in eo, quod in quibusdam Dei
Bern. indiget misericordia. Et Bernar. Nostra siqua est humilis iustitia, recta forsi-
tan, sed non pura, nisi forte meliores esse nos credimus, quā patres nostros,
Esa. 64. b qui non minus ueraciter, quam humiliter dixerunt. Omnes iustitię nostrę
tanquam pannus menstruatę mulieris. Quomodo enim pura iustitia, ubi
non potest culpa deesse? Hęc Bern. Et merito timere debemus saltem de il-
1. Esdr. c. 4 lius circunstantię neglectu, de qua scriptum est. Videte, ne negligenter hoc
Hie. 48 b impleatis. Et iterum. Maledictus qui facit opus domini negligenter. Et rur-
Ecc. 26. b sus. Difficile exuitur negocians a negligentia. Et quis est, qui in tremendis sa
cramentis, atq; alijs rebus sacris tractandis, aut in officio diuino, & in cultu
quocunq; Dei non merito formidare debeat se aliquam culpam uenialem
incurrisse,

A incurrisse, nec omnem puritatem, & reuerētiam, & deuotionem tantis mysterijs debitam, examussim prçstitisse. Istis igitur tribus nominibus, uel aliquo eorum iustissime timebant, sancti. Et quia orationem præsidium esse sciebant ad euadendum omnia imminentia mala, ad eam uelut ad tutissimam, & sacram periclitantium ancoram cum fiducia recurrebant, & clamātes ad Deum, feruēter, & instanter petebant, ut mitigaret in eos iram suam, neq; cum eis intraret in iudicium. Non quidem, ꝙ crederēt applicari nobis post uiam iustitiam Christi sine actibus uel passionibus nostris, ut mox dilucidius faciemus, sed ut his orationibus, & similibus impetrarent ueniam suorum peccatorum, si nondum eam assecuti essent, & ut auxilia diuina obtinerent necessaria ad perseuerandum, uel certe ut eas penas facerent minui, quas Deus secundum moderatum suum iudiciū peccatis singulis constituit & præfixit. Atq; hoc modo intelligenda est Ecclesiæ oratio allegata ex officio pro defunctis. De iustificatione enim perfecta, quç exoluit Deo quidqd debet, siue obseruantiæ mandatoꝝ, siue pœnarum debitarum pro peccatis dicit, non esse quenq; iustificandum in conspectu Dei, nisi per illum ipsum tribuatur ei peccatorū remissio. Et ideo statim subdit, Ne eum quæsumus tua iudicialis sententia premat, &c. ut Deus indiget seueritatem suam propter eam orationem, neq; tantum exigat pœnarum, quantū etiam in æquo & moderato iudicio, quod lege stabiliuit, ab eis exigeret, quibus nulla Ecclesiæ uel fidelium suffragia opitularentur. Atq; hoc est temperamentum di
B uini iudicij, quod per merita Christi, & sanctorum implorādum est, ijs qui in iustitia quidem, sed cum aliquo reatu peccatorum ex hac uita decesserūt.

De iustitia, quæ sufficit ad cōsecutionem beatitudinis. Cap. XIIII.

ATq; ex dictis liquidum esse potest, quæ sit iustitia, quæ sufficiat nobis ad obtinendam beatitudinem. Nam qui dixit, si uis ad uitam ingredi, serua mandata, satis aperte indicauit, uel eam iustitiam, quæ a nobis exigitur, satis fore ab beatitudinem, uel certe se adiecturū, quidquid amplius esset requisitū. Aut enim neminem ad gloriam suam Deus admittet, aut certe admitt et omnes, qui eam habuerint iustitiam, quam ipse ad eam elargiendā requisiuit. Quare si ad consecutionem beatitudinis necessaria sit iustis noua imputatio, aut præsentatio iustitiæ Christi, ambiguum esse non potest, quin ea facienda sit iustis decedentibus in gratia. Ac propterea nec nostra multū interest scire, an ea indigeamus, nec ne. Certi quippe sumus, nemini ipsam defuturam, qui hic fecerit quod fuerit in se. Quia uero ad cognitionem perfectionis iustitiæ, quam hic habemus, & aliquorum locorū scripturæ, huius.q. intelligentia necessaria est, de hoc quoque, ut cœpimus, exacte pro nostra uirili differemus. Et siquidem obseruemus diuina mandata, sed leues aliquas culpas, cōtra ea, uel præter ea admiserimus, saluabimur quidem, sic tamen, ut prius ab eis igne amoris, uel deuotionis, uel pniæ, uel tribulatiōis, aut certe purgatorij expiemur. Vtq; hoc fiat celerius, et mitius, quā peccata nostra exigūt, imputant quidem denuo merita Chri, uerū hoc

Matt. 19

Propo. 1

simpliciter necessariū non est, ut iam supra constituimus. Si uero aliqui iusti C
Propo.2 hinc decedant sine reatu alicuius pœnæ tēporalis, siue quia nulla admiserūt peccata, siue quia admissa, sunt eis plenissime condonata, uel ex benignitate sola diuina, uel propter sacramentum Baptismi, uel pp plenam de ipsis satisfactionem, necessaria illis non est noua aliqua imputatio iustitiæ Christi, ut
Arg.1 consequantur beatitudinem. Idq; his argumentis firmabimus. Primo, Quicunq; meritis Christi est iustificatus, habet ius ad gloriam. Claudit.n. in se hoc beneficiū iustificatio, ut lib.5. explicuimus, & esse in gratia dei idē est, qđ esse ei carum & acceptum ad gloriam. Et gratia, qua iustificamur, fons est aquæ salientis i i uitā ęternam, & qui iustificati sunt, ciues sanctorū, & dome
Ioan. 4 stici Dei dicunť a Paulo, & consedere asseruntur, etiam dū hic sunt, in cœle
Eph.2 b stibus, & quicunq; iusti, suaq; iustificatione fiūt membra Christi, & amici, et
Rom.8 filij Dei. Et si filij, ergo hęredes, ait Paulus, hęredes quidem dei, cohęredes autem Christi. Si inter homines quiuis filius defuncto suo parente, quia illud est tempus, quo secundū leges humanas incipit gaudere hęreditate paterna, absq; ulla noua imputatione, uel acceptatione secundum iura humana potest adire hęreditatē paternam, & eam incipere possidere, multo magis poterūt iusti statim, ubi decedunt ex hac uita liberi ab omni reatu peccati, intrare in gaudium dñi sui, & absq; ulla noua, pręsertim indebita, imputatione iustitię Christi, incipere beatitudinem possidere, cum illud sit tempus, quo se
Arg.2 cundū leges diuinas adeunda est, & possidenda hęreditas regni cœlorū. Deinde. Sufficit angelis ad beatitudinem gratia dei sibi gratis cōicata, nec opus D illis fuit iuxta cōem opi. imputatio aliqua iustitię Chri. Eadenq; rō fuisset de hominib. ante lapsum, siquidē in gratia dei pmāsissent. Gratia aūt, quę datur
Ro 5.d nobis in iustificatione pp merita Chri, nō est sane minus perfecta. Nā alias non ubi abūdauit delictū, super abūdasset gratia, sed defecisset potius, neque restituisset nos Chrs in tā perfectū in gratuitis statū, ac fuit ille, a quo excidimus. Adhęc, Qñ iusti fcaf Petrus meritis Ioānis, sicut Paulū credit Aug. iu
Arg.3 Aug. stificatū meritis Stephani, mox imputanť ei merita illius, & ad gratiā, & ad beatitudinē, neq; opus est ulla imputatiōe noua meritorū Ioānis, ut Petrus tpe a deo pfixo cōsequaf eam beatitudinē. Et si rex ob preces & merita sui filij primogeniti admitteret Petrū in suam gratiā, & familiaritatē, & daret ei uestē aliquam, q̄ esset signū cōe gratię, & familiaritatis regię, & tale, ut oī habēti eam uestē, ex lege, & pmissione regali deberef ducalis aureus quolibet die, nulla pfecto esset opus noua imputatione gratię filij regis, ut Petrus semel admissus ob merita ipsius ad gratiā regis, & donatus ea ueste, haberet eū aureū. Quid aūt ē caritas, nisi uestis nuptialis, qua ob gratiā Chri ornamur & insignimur, ut digni habeamur cōuiuio illo cęlesti, de quo scribiť, Beatus, qui mādūcabit panē in regno dei? Nōne & ipsa cōsuetū signū est gratię, & familiaritatis diuinę, & pignus hęreditatis cęlestis? Quid igiť noua imputatio
Arg.4 ne opus est illis, q cū illa liberi ab oī reatu hinc decesserint. Sed & illa collatio peccati Adę ad iustitiā Chri, qua utiť Paulus ad Ro.5. docere hoc nos pōt.

A Equidẽ ad peccatũ et condemnationem omniũ filioꝝ Adę, qui nõ sunt ex gratia Christi iustificati, satis fuit unica imputatio iniustitię, & inobędientię Adę. Per illius.n.inobędientiam pctõres constituti sunt multi, & multi mortui sunt, & mors regnauit in multis. Multo igitur magis ad iustitiã & salutẽ omniũ, qui p Baptismũ fiũt filij Chrĩ, satis erit unica imputatio iustitię, uel meritoꝝ Christi. Prǽterea, oĩbus iustificatis est applicata, & imputata iustitia Christi ad remissionẽ suoꝝ pctõꝝ, & ad perfectionem ipsoꝝ per gratiam, & uirtutes, & dona, & ad cõsecutionẽ beatitudinis. Et a iustitia Christi habent opa bona iustoꝝ suã efficaciam & meritũ apud Deũ. Quorsum ergo eis fiat noua alia imputatio iustitię Christi, siue in uita, siue in morte, ut cõsequanť beatitudinẽ? Si alia noua applicatio requireref, prior esset insufficiens & ualde imperfecta, & si fieret, et si non esset requisita, prorsus esset supflua. Et hoc est argumẽtũ, quo licet subobscure firmarũt patres hãc sñiam in illis uerbis, cũ.n. ille ipse xp̃s &c. Potestq; aliter eius uis declarari hoc pacto. Frustra fit p plura, qđ põt fieri p pauciora. Sed priori imputatione iustitię Christi, potest fieri quidquid fieret per secundã, ut manifestum est. Possunt enim singularia illa & eximia ipsius merita tribuere eum ualorem iustitię nostrę inhęrenti, quem habet modo, & ultra eum, illum etiam, qui adijcereť ex. 2. imputatione iustitię Christi. Et quicquid secũda imputatione iustitię Christi accederet iustis, si quidpiam accederet, accedere profecto potuisset p primam. Et aliquãto magis possumus hoc idem premere. Nihil est asserendũ a Christiano, quod deroget gloriæ, uel iustitiæ Christi, aut misericordię

B ipsius in nos. Eius.n. glorię per omnia augendę & magnificandę incũbere & desudare habemus omnes, qui ipsius sanguine sumus redempti, & illas opiniones decet nos semper amplecti & recipere propensius, quæ ipsius gloriæ magis attestantur. Vehementer autem derogat gloriæ Christi, & eximiæ ipsius in nos misericordię, asserere necessariam esse istam. 2. imputationem meritorum ipsius. Nam hoc quid aliud est, q̃ priorẽ extenuare, & insufficientem facere, & dicere eum non perfecte iustificare peccatores, etiã cum ex toto corde se ad Deũ cõuertunt, neq; recõciliare eos deo perfecte? Quo quid potest magis gloriam ipsius aut merita, uel certe dona nobis p ipsum communicata minuere? Amplius. Ista imputatio noua, quæ poniť antecedere collationem beatitudinis, non fiet quãdo iusti præsentabuntur ante tribunal Christi, ut audiant sentẽtiam ueri iudicis, neq; in ipso articulo mortis. Eo quippe ipso, quo quis iustificatus est, habet unde secure, & sine timore repulsæ expectet sententiam iudicis, siue in uita, siue in morte. Neq; tale priuilegiũ habet mors, aut tempus, quo sistimur ante tribunal Christi. Sed absolute et simpliciter lignũ ubi ceciderit, ibi erit. Et recipiet unusquisq; teste Paulo, propria corporis pro ut gessit, siue bonum, siue malum. Vnũquęque enim sua sequũtur opera, sicut ait Ioannes. Et quales nos inuenerit noster nouissimus dies, tales nos inueniet mundi nouissimus dies, ut pulchre dicit Aug. Atq; ut idem ait, Quisquis paratus est, usq; ad somnum. i.

Ro. 5. d | Arg. 5 | Gloriæ Christi sauẽdũ. | Arg. 6 | Ecc. 11 | 2. Co. 5 | Apo. 14 | Aug. ad Esichiũ li. 83. q. q. 59.

usq; ad mortem, quæ omnibus debetur, paratus inuenietur, cum illa uox C media nocte sonuerit, qua omnes euigilaturi sunt. Item. Isti iusti, de quibus nunc loquimur, statim uident Deum, ubi exeunt a corpore. Aut nulli enī Deum uidēt, aut hi uidebūt. Par quippe est ratio de ipsis & de alijs. Et hoc diffinitum est a Benedicto. 12. in quadā extrauagante, & in Conci. Floren. ut statim ostendemus. Et quicquid Irenęus. Theop. & Ber. olim senserint, hæc semper fuit fides Ecclesię catholicę, et hoc nobis pro certo, & constāti tradiderūt Ambro. in illa uerba Pauli. Cupio dissolui, et esse cum Christo Aug. hom. 6. super Apoca. Grego. in illa uerba Psalmistæ Auditui meo dabis gaudiū & lętitiam. Hiero. in multis locis, et nominatim in epitaphio Paulę. Ansel. in uerba Pauli, Scimus quoniā si terrestris domus nostra &c. Beda, Rich. de. s. Vict. Haymo, Amb. Ansber. in illa uerba Apo. Datę sunt illis singulę stolę albę. Et ut testimonia alioꝝ sanctoꝝ omittamus, manifesta argumenta sunt pro his, et scripturæ testimonia, q̄ alias deo fauente proferemus. Et ratio ipsa peregrinationis & militiæ huius uitæ hoc postulat. Solū enim peregrinamur a dn̄o, quādiu in hoc corpore sumus, sicut, ait Paulus. Adde his quod nunquam, nisi ad gratias aliquas præuenictes applicatur nobis seu imputatur iustitia Christi ad iustificationem, aliter ac p̄ sacramēta, uel per bona opera nostra. Et alias ēt dormientibus applicaretur, neq; ullam haberemus, neq; conditionalem certitudinem applicationis ipsius, & illimitata esset talis applicatio. Nihil nanq; esset in nobis, unde ea limitaretur. Cunq; nullum habeat hęc imputatio solidum argumentum, neq; fundamētum ullum, aut in sacra scriptura, aut in sanctis doctoribus, sed recēs sit & noua, & ante hęc tēpora inaudita, uel hoc nomine, merito ut prophanę uocū nouitates, iuxta consilium Pauli, repellenda est. D

Arg 7 — *Iustis decedētib. sine reatu stati post mortē datur beatitudo.* — *Ire. in fi. li. 5. cōt. hære. Theo. in 11. ad Heb. & luc. 25. Ber. ser. 3. & 4. de festo omni. sancto.* — *2. Co. 5* — *Apo. 6* — *Arg. 8* — *1. Tim. 6. d*

Vel inutilē esse uel periculosam & multorum errorum inductiuam nouam istam iustitiæ Christi imputationem. Cap. XV.

VRgere itē possumus cōmentū hoc requirendū nouā iustitię Chri imputationē, ut iusti adipiscanī beatitudinē, Quia ista imputatio iustitię Chri, q̄ ponit cōsequi iustificationē, & antecedere collationē beatitudinis, aut inutilis est nobis, aut certe periculosa est, & inducit in errorē, ne dicā in errores p̄multos. Nulla est aūt credēda, neq; admittēda applicatio iustitię Chri, q̄ nō sit eis utilissima, q̄bus applicaī. Et ea si fieret, ab errorib. periculis, & ęgritudinib. spiritalib. liberaret, nō in tale aliq̄d incōmodū induceret. Q̄d aūt uel inutilis sit, uel p̄iculosa, p̄baī. Si. n. hęc īputatio utilis esset, faceret iustos gratiores corā deo, et aptiores eos redderet ad habēdam beatitudinē, aut in causa esset, ne imputarenī eis aliqui defectus, uel pctā saltē in tantā culpā, uel in tātā pœnā, in quātam alioquin deberent imputari, aut deniq; suppleret defectus iustitię eorum. Ad quid enim erit iustis utilis, si non ista omnia, uel saltem aliquod eorum efficiat, et pręstet? Quodcunq; aūt horum ab ea fieri dicatur, euitari non poterit lapsus in aliquem errorem. Sed explicemus ista, & ostendamus singillatim. Si faciat hęc secūda imputatio iustitię

Noua īputatio nō est ponēda, ut fiamus gratiores.

Christi

A Christi gratiores apparere iustos in conspectu Dei, aut facit post mortem gratiores esse, quam fuerit in hac uita, aut in hac uita facit esse gratiores quā alioqui essent per suam gratiam gratum facientem. Si primum incidimus in duos errores. Alter est de inęqualitate gratię præsentis uitę ad gloriam con ferēdam nobis post mortem. Alter de inęqualitate, & excessu glorię supra merita huius uitę. Si enim gratiores erūt iusti per hanc imputationem post hanc uitam, quam fuerint in hac uita, habebūt igitur maiorem beatitudinē, quam fuerit eorum gratia, & merita in hac uita, & non exęquaretur gratia huius uitę glorię alterius contra illud Zacharię, Exęquabit gratiam gratię, Zach. 4. neq; redderetur beatitudo iuxta modum & mensuram bonorum operū, quę quis fecerit in hac uita. Quod est contra illud Pauli. Omnes uos mani- 2. Cor. 5 festari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; propria corpo- ris, pro ut gessit, siue bonum siue malum. Si uero imputatio ista dicaē facere nos gratiores, non quidem comparando gratiam alterius uitę, ad gratiā hu ius uitę, sed dūtaxat comparando acceptationē, quā per illam, et per iustitiā nostram habemus ad acceptationē, quam alias haberemus per solam iusti- tiam nostram, incidimus ēt in hoc incōmodū. Necesse. n. erit dicere iustos non uniformiter esse acceptos ad gradus suæ beatitudinis, sed ad quosdam per iustitiā inhęrentē, ad alios uero p iustitiā imputatam. Quod quidem in conueniens est. Nam cū eiusdem rationis sint omnes gradus beatitudinis, æquum est, & uerisimilimū eodem modo nos a deo ad illas acceptari. Et si

B ad gradus respondentes iustitię inhęrenti acceptamur p aliquid nobis inhæ rens, cur non ēt similiter acceptabimur ad gradus respondentes iustitiæ im- putatæ? Et si ad hos non requiriē gratia inhærens, neq; necessaria erit p aliis & superflue ponereē. Deinde cū utraq; istarū acceptationū sit ex applicatio ne, seu imputatione meritoꝝ Christi ad eundem effectū, nempe ad consecu tionem gloriæ, non uideē conuenire, ut ponamus tātam diuersitatem in ip sis applicationibus, ut prius quidem applicet per collationē gratiæ, postea uero sine illa. Esset ēt si hoc dicatur iustitia Christi causa formalis aliquorum graduum iustitiæ nostræ, quod supra satis consutauimus. Quod si quispiā dixerit, per hāc secūdam imputationem fieri nos gratiores, & iustiores per augmentū, & perfectionem ipsius iustitiæ inhęrentis, poterit hoc quoq; im pugnari, primo quia superfluū est, & non necessariū hoc augmentū. Nā mi nima gratia sufficit ad minimā saltem beatitudinē. Et si hoc augmentū, facit ex gratia ut duo, gratiā ut quatuor, gratia igiē ut quatuor, nō indigebit hoc augmento, & ita in solis habentibus minimam gratiam esset necessaria hæc imputatio, ut facilima calculatione potest demonstrari. Præterea. Hoc aug- mentum uel deberetur primæ iustificationi, uel gratuito fieret. Si debetur, ergo statim fiet, propter primam applicationem iustitię, absq; alia noua im- putatione? Nulli. n. statui procrastinat deus beneficia, q̄ ei pollicitus est. Si gratuito fit, sicut ipsa prima iustificatio, uel semp ipsam ex lege cōsequiē, uel non. si nō, aliqui ergo saluabunē sine illa. Si sequiē ex lege, cur nō statim fiat,

ac si deberetur, sicut conuertit se Deus conuertentibus se ad eũ, licet hoc nul C
li debeat. Vtcunq; igit quis hoc defendat, apertũ est inconueniens ponere
Noua ĩpu tatio nõ fa cit uenialia mortalia. hanc secũdam imputationem, ut nos efficiat Deo gratiores. Si uero quis di
xerit ipsam poni, ut q̃ alioqui essent mortalia fierent uenialia, aut incidit in
opinionẽ dicentiũ, uenialia non differre natura sua a mortalibus, quam lib.
14. confutauimus, aut certe asseritur inuerti natura pctõrũ ob imputationẽ
iustitię Christi. Q d si hoc ita defendat, quasi hæc noua imputatio, illa q̃ iam
fuerũt apud Deũ lætalia, efficiat tandem uenialia, in maiora incidet incõmo
da. Necesse quippe erit fateri, hac imputatione fieri, ut quis ex inimico Dei
transeat in amicũ, & habebit illa uicem sacramenti, immo exuperabit uirtu
tem sacramenti. Faciet enim quandoq; amicũ eũ, qui erat inimicus, idq; abs
que aliquo ipsius actu. Et si huiusmodi imputatio fieri credat post hanc ui
tam, aliquis decessisset in mortali, & nihilominus saluaretur. Quæ omnia
Noua ĩpu tatio nec a tota pœna nec a parte liberat. palam sunt absurda, & erronea. Si aũt asserat hæc imputatio, ut non impu
tentur nobis aliqua peccata, aut certe, ne imputent in tantam pœnam, quan
tam merentur, adhuc non euitantur magna incommoda. Si. n. per hanc im
putationem fieret, ut non imputarentur aliqua peccata, oportebit concede
re aliqua peccata nobis gratuito condonari absq; ullo sacramẽto, sacrificio,
opere, uel passione nostra, aut aliorũ pro nobis. Et cũ non sit maior ratio
de uno peccato quam de alio, & passio Christi sufficientissima fuerit ad sa
tisfactionem plenã pro omnibus, nihil esset nobis opus nostris satisfactio
nibus, et superflueret purgatorium. Si aũt hac imputatione fieret, ut non im D
putarentur peccata in tantam pœnam, quantam merent, aliqua pars pœnę
debitæ remitteretur nobis sine nostro opere, & sine sacramẽto. Itẽ hæc pec
cata non possunt esse mortalia. Repugnant. n. gratię mortalia pctã sicut ami
citię inimicitia, neq; unquam cum ipsa stant. Nec possunt esse uenialia, quia
siue imputatio ista fieret in hac uita, siue post hanc uitam, sufficeret ad ea oĩa
Noua ĩpu tatio nõ ẽ necessaria ad pficiendã iustitiã. exhaurienda, & nulla esset opus satisfactione pro ipsis. Insuper. In proposi
to agimus de iustis liberis ab omnibus peccatis, & reatibus, nihil ergo istis
est necessaria, aut utilis hæc imputatio. Quod uero ista imputatio nõ sit ne
cessaria ad supplendum defectus iustitiæ nostrę, facilime potest õstẽdi. Si. n.
defectus isti sunt peccata, nihil est istud supplementum necessariũ pro iustis
liberis ab omnibus peccatis, & reatibus, de quibus nũc tantum agimus. Si
uero non sunt peccata, illa nihil impediunt a consecutione uitæ æternę. Ipsa
enim beatitudo tollet omnes hos defectus. Et deus neminem ineptũ censet
suo consortio, nisi propter peccatũ. Itaq; uel hæc imputatio nobis est inud
Errores. 8 ĩ quos, uel quẽ, uel aliquos eorũ diq̃ ĩducit noua ĩputatio. lis, ut a principio inculimus, uel si non est nobis inutilis, inducit certe in ali
quẽ, uel aliquos istorũ octo errorũ. Primus est. Gloria patriæ exuperat gra
tiam uiæ, & maior est quã meritis nostris, & susceptioni sacramentorũ de
beat. Scds Ad aliquos gradus gloriæ sumus accepti absq; gratia gratũfaciẽ
te. Tertius. Mortalia nõ differũt natura sua a uenialibus. Quartus. Aliqs ex
inimico dei fit amicus ipsius absq; actu proprio, & sacramẽto, uel certe sine

A sacramento, & sine actu proprio, qui ad gratiam sufficiat. Quintus. Dimittũtur peccata uenialia, aut certe aliqua pars pœnæ debitę pro peccatis absque opere, uel satisfactione nostra. Sextus. Non erit, sed superfluet purgatoriũ. Septimus. Omnia opa nostra peccata essent, uel certe uenialia peccata essent mortalia, & pœna æterna punirentur, si non esset propter hanc imputationem. Octauus. Non sufficit ad beatitudinem iustitia, quæ facit nos amicos & filios Dei, quæq; illi reddit obseruantiam mandatorum, & quidquid pœnarum pro peccatis debetur. Et istos omnes errores, uelim præ oculis haberent, quibus placet ista secunda iustitiæ Christi imputatio, ut cum uiderent, necesse esse in aliquem eorum incidere, si eam acceptarent, ut uitarent omnes illos, uitarent & illam.

Ex meritis iustorum, & promissionibus uitæ æternæ ostenditur superfluitas fictitiæ imputationis. Cap. XVI.

Sunt insuper duo alia capita, ex quibus dilucide potest probari non esse ad beatitudinis consecutionem necessariam iustis nouam istam, quę fingitur, iustitiæ Christi imputationem. Nam & beatitudo illis debita est ex quo ad gratiã sunt acceptati, & opera illorũ bona, meritoria sunt de condigno ipsius beatitudinis. Quanq; aũt utrunq; horũ dilucide probaui. q. 4 & 5. opusc. de iustifi. tñ quia grauius hic Calu. & alij suæ factionis, diffinitis a B s. Syn. reluctantur, adhuc illis aliqua uisum est adijcere. Ita fiet, ut & nostra magis confirmemus, & illos urgentius premamus, quatenus ad agnitionẽ ueritatis, si quomodo fieri possit, certius trahantur. Negauit quidem Lutherus omne meritum hominum. Et sane consequenter. Sublata enim libertate, quam ipse nobis abrogauit, nulla potest subesse alicui operi ratio meriti. Nam meritũ supponit ante omnia libertatem, nec quisquam apud alium meretur, nisi per ea, quæ sponte sua incommodum aut gloriam alterius facit, & si non est dominus eorum, quæ facit, ut illa uel facere queat, uel intermittere neque bene apud alium mereri poterit. Et hoc tradunt communiter tam doctores antiqui quam scholastici. Et Bern. alicubi scribit. Ex lib. arb. homo ad promerendum potis. Et Tertul. ait. Nec boni, nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non uoluntate. Vehementerque profecto abutuntur uocabulo meriti, qui meritum fingunt in operibus quæ nostræ non subsunt potestati. Et Caluinus in hoc sibi non constas. Nam abrogat nobis libertatem ad bonum, & nihilo secius fatetur opera iustorum esse meritoria. Atque ideo mirandum non est, si dicat can. nono minime esse canonicum, & rerum inter se pugnantium complexionem continere. Non enim intellexit patres in eo non asseruisse, fide iustificari hominem nullo suæ uoluntatis motu, sed contra illum & alios negantes libertatem statuisse, sic fide iustificari homines, ut etiã illa libera sit, & præuiũ uoluntatis motũ requirat. Sed et aliud

Libertas fundamẽtũ meriti.

Ber. ser. 81 i cãt. Ter. 2. i Marc. Oleoth. q. 1. lib. 1. & alij schola.

Cõtradic. et balluci natio Cal. Can. 9

A cito,& merces mea mecum est, reddere unicuiq; iuxta opera sua. Equidem hanc præcipue mercedem expectabant patres, ut Deum uiderẽt, & eo frue rent. Nã cũ Dauide iugiter dicebãt. Quid mihi est in cœlo, aut a te quid uo lui super terram? Et aliæ omnes mercedes communes sunt omnibus iustis, & perinde a patribus uete. testamenti haberi poterant, atq; a nobis? Et una est beatitudo, in qua discernunt & repensantur opera iustorum iuxta suum precium & ualorem. Siquidem & inde pro certo habemus, non omnes fo re æquales in beatitudine, ut lib. 10. ostendimus, quia nec hic sunt omnes æ quales in operibus uirtutum. Quod si beatitudo non esset merces operum bonorum, nec necessarium esset, ut ille esset in uita æterna beatior, qui hic clarior & illustrior fuisset in operibus uirtutum. Omnia etiam alia bona, q̃ poterunt fingi præmia esse operum bonorum, sicut sunt aureolæ marty rum, uirginum & doctorum, & alia gaudia accidentalia, a beatitudine ipsa defluunt. Ac propterea necesse est & eam dicere mercedem, si alia sunt mer ces operum bonorum. Nam si merces ipsa non esset, nec mercedis ratio il lis conueniret, quę ex ea, ut quoddam auctarium & corrolarium, necessa rio cõsequuntur. Cur igitur ista tam clara, & tam aperta testimonia, & mul ta alia de mercede iustorum, quæ hactenus de uita æterna intellecta sunt a tota ecclesia, sic perperam Caluine deludis, & ad præmia minora quam sit uita æterna, refers? Non uides uel hac una ratione optime potuisse patres amputare uobis, sicut & amputauit licentiam interpretandi scripturas con B tra unanimem consensum patrum? Ecquis potuisset error conuinci, si non fuisset penes ecclesiam autoritas iudicãdi de uero sensu scripturarum? Quid tam apertum est, quod & tu & alij hæretici non audeatis inuertere, obum brare, adulterare, torquere, & contra sensum ecclesiæ, &. s s. exponere? Sed age, Cũ dicebat xp̃s Apostolis. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis, quis potest credere, de alia mercede eum locu tum, quam de uita æterna? Quam aliam mercedem ipse prædicabat ope rum bonorum quam uitam æternam, quam regnum cœlorum, quam co ronam gloriæ immarcesibilem, Et nonne uel ipsa antecedentia a tanto te stupore expergefaciunt? An non statim pauperibus spiritu regnum cœlo rum promiserat, & mundis corde uisionem Dei? Equidem, cum dixisset stã tim, Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipso rum est regnum cœlorum, non eis contentus adiecit. Ecce enim merces ue stra copiosa est in cœlis, ut intelligerent Apostoli, non utcunq; se consecu turos esse regnum cœlorum, sed quod gloriosissimum erat, etiam uia meri ti. Nam merces respondet merito. Et hac ratione cum explicuisset per ob seruationem mandatorum uitam æternam esse posidendam, roganti Pe tro, quod igitur præmium reliquum esset eis, qui & omnia propter ipsum reliquissent, respondit. Amen dico uobis, q͂ uos qui secuti estis me, in rege neratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes. 12. tribus Israel, Ac ut sciremus omnes ita

Psal. 72.

Interpreta tio Calui. absurda.

Resp. pro sess. 4. dec. 2.

Matt. 5

Mat. 19.

ipsam æternam uitam fore mercedem bonorum, ac alia præmia accidentalia, cõtinuo eodem tenore adiecit. Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, uel sorores, aut patrem, aut matrem propter nomen meum, centuplũ accipiet, & uitam æternam possidebit. Et hęc est profecto merces, quam prophetę, & apostoli, & doctores omnes ecclesię uno ore, quia & uno spiritu, semper hactenus praedicarunt, cum mercedem docuerunt respondere post hanc uitam operibus bonis, & propterea plena merces non semel dicta est in scripturis prouidentia uidelicet spiritussancti. Possumus item hoc idem euincere ex locis, quibus passim in scripturis uita æterna dicitur retributio. Hac enim de causa uerbo donandi aut imputandi usa uidetur scriptura in iustificatione & collatione gratiæ, uerbo autem reddendi, aut retribuendi in collatione gloriæ, ut intelligeremus esse proprie merita respectu gloriæ, quæ non essent respectu gratiæ. Quid aliud est dicere, Reddet unicuiqȝ secundum opera sua, quam reddet iuxta meritum operũ suorum? Secutus quidem communem translationem, & opinionem scholasticorum, credidi in. q. 4. de iustific. maxime posse probari usum uerbi meriti ex Ecclesiastico dicente, Omnis misericordia faciet locum unicuiqȝ secũdum meritum operum suorum, & ex Pau. qui ait, Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur Deus. Et quanuis Græce non habeatur in Ecclesiastico, nisi κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, hoc est, iuxta opera sua, & uerbum, εὐαρεστεῖται, quo usus est Paulus, placatur, siue conciliatur, aut demeretur, possit uerti, ac proinde non satis ex his locis, si uim solam uerborũ spectemus, euincere possimus, quod uolumus, tamen quod attinet ad sensum, nonne uidetis idem esse secundum opera & secundum meritum operum, atque ideo & interpretem usum esse uerbo meriti, quia & usitatius erat, & sensum spiritussancti magis exprimebat? Nec elabi potes Caluine, diuerticulo illo, quod tuis tibi erroribus aperuisti, dum contemnis approbationem Ecclesiastici & aliorum lib. qui non recipiuntur ab hebręis in canone. Nam ut obiter hoc tibi dicam, & a concilio Florentino, & a concilio tertio Carthaginensi approbato in .6. Syno. generali, & ab Inno. 1. in ep. ad Exuperium Tolosanum episcopum, & a Gelasio cum conci. 70. ep. ea approbatio iam olim facta fuerat. Et Egesippus & Irenęus uicini apostolicorum temporum, hunc lib. ecclesiastici, ut propheticũ citãt, testãtibus hoc Euseb. & Aug. q & in. 2. de doct. Christiana cap. 8. eundem catalogum lib. sacrorum numerat. Ac Dan. lib. 4. cap. 18. propheticis illum adtexit. Sed de his exactius Luthero responderunt doctiss. illi ipsius Antagonistę Driedonis, Cliptoueus, Alphonsus. Nec mirari debes, si ut autor quidam humanus, loquatur alicubi autor historię Maccabæorum. Alius est stylus propheticus, & alius stylus historię. Atqȝ ideo more hominum, & alij prophetici scriptores permulta scripserunt in his quæ ad historias spectabant. Quanuis enim ss. illustratione adiuuarentur, necubi falsa dicerent, & hoc eis ignotum non esset, tamẽ in cęte

Marginalia: Sap. 5. Ecc. 18. Hiere. 31. Ruth. 2. 2. Ioan. 1. Arg. 2 Psal. 118. Vita æterna redditur, gratia donatur. Eccl. 18. Heb. 13. Resp. pro approbatis lib. scripturæ, sess. 4. Euse. li. 4. Augu. 17. de ciui. dei cap. 20. Resp. pro ri lib. Maccab.

A ris more hominum sinebat eos.ss.loqui. Et quia conscius sibi non erat ille scriptor, quisquis fuerit, tanto se fungi munere, aut dono linguarum, ut eleganter & ornate cuncta scriberet, potuit optare, ut bene & congruenter scripserit, & sicubi ea in parte, quæ sua erat, defecisset, ueniam humiliter, ut facit, precari. Siquidem & Pau. se fatetur imperitum sermone fuisse. Reuertamur tamen, unde huc digressi sumus. Enimuero, uel eo cogi debuistis, ut bona opera non dubitaretis meritoria esse beatitudinis, quia reddi & retribui dicitur secundum opera, et labores nostros. Quod si compensationem admittitis esse, ut Philip. & Buc. palam dicunt, hoc ipso fatemini merita ipsius. Nam compensatio utiq; meriti est. Ac nisi redderetur meritis, cum dixit Christus mēsuram bonam & coagitatam & supereffluētem dandam misericordibus, non dixisset de illa. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Et quid aliud nobis explicuit Pau. cum uitam æternam, non tātum fidei, sed & operum bonorum asseruit esse coronam iustitię et brauium seu palmam bene operantib. repositam? Si non sunt opera, uitę ęternę merita, corona erit illa tantum gratiæ non iustitiæ. Nam, iustitię rationem in datis ponis, ponis & meritum. Ad hęc. Christus in sententia ferenda in die iudicij explicuit, opera bona se allegaturum pro causa remunerationis bonorum. Sunt igitur illa, causa & merita ipsius. Tunc ait, dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei posidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Si

Luc. 6 Arg. 3. 2. Tim. 4. 1. Cor. 9. Arg. 4. Mat. 25.

B tiui &c. Et hoc idem explicant illa uerba, quæ ad seruos in talentis ipsis credītis fideles se dicturum pronunciauit. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Ac nisi iusti & sibi & alijs possent promereri beatitudinem, nunquam dixisset. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Et tribulationes patiēter toleratas causam esse consequendæ uitę ęternę, dilucidum fecit Paulus, cum dicit eas operari nobis insigniter & supra modum æternum gloriæ pondus. Et alias aperte dicit. Qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Et perinde ibi & sæpe alias & ipse, & tota sacra scriptura de operibus bonis respectu uitę ęternę loquitur, ac de malis respectu dānationis ęternę. Quare si de malis non dubitatur, quin sint causa damnationis, nec de bonis ambigi debet, quin sint aliqua causa beatitudinis. Et si causę sunt ipsius, erunt & merita. Quippe nec fingi potest hic aliqua ratio causę quam meritoria. Deinde Deus promisit iustis beatitudinem propter bona opera, & illi sunt digni tāto pręmio. Nihil igitur illis operibus deest, quominus censeantur illius meritoria. Aut enim nullum potest esse opus, quod meritorium sit alicuius pręmij, aut certe ad id satis est, illud pręmium promissum esse ei operi, & facientem ea remuneratione esse dignum. Et quidem de utroque luculenta habemus scripturę testimonia. Paulus quippe dicit. Pietas ad omnia utilis est promissionem habens uitę, quę nunc est, & futurę. Et rursus. Fidelis sermo.

Luc. 16. 2. Cor. 4. Gala. 6. Arg. 5 1. Tim. 4. 2. Tim. 2.

Nam si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, & conregnabi C
mus, si negauerimus, & ille negabit nos, si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Et cum explicuisset spem æternā promissioni & iuramento diuino inniti, exhortatus ad constanter & firmiter sperandum paradisum nobis reseratum per Christum, fidelis, inquit, est qui repromisit. Vnde & Ber. ex illis uerbis, Negare seipsum non potest, securitatem & gloriam ecclesiæ colligit de promissa beatitudine. Et huius magnificentissimi præmij expectatione exhortaт Petrus pastores ecclesiæ ad pascendum legitime gregem domini. Cum apparuerit, inquit, princeps pastorum percipiatis immarcessibilem gloriæ coronam. Et mox omnibus ita loquitur. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis. Et hoc est quod Christus fidei & operibus aperte pollicetur dicens. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ. Si uis ad uitam ingredi, serua mādata. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Audi hæc Caluine, ne dubites dilectionem Christi meritoriam esse uisionis Dei. Nam hanc promittit diligentibus se Christus, non quæ uos somniatis aut comminiscimini leuiora præmia. Et in beatitudinibus descriptis in ser. in monte, has promissiones confirmauit. Et ideo ad apostolos suos in cœna dixit. Vos estis, qui permansistis mecum &c. Atq; istam tam magnificam promissionem Dauid iam olim explicuit, cū expressit, quis habitaturus esset in tabernaculo domini. nec enim probare possum quod D
quidam aiunt in uete. testamēto non fuisse regnum cœlorum promissum. Et ex his patet merito pr̄es dixisse in hoc cap. promissam esse bonis operibus uitā æternam. Nec de dignitate iustorū respectu tāti p̄mij subticuit scriptura. Tentauit enim, inquit, & inuenit eos dignos se. Et Pau. ait. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Et Thessalonicēses testatur pati tribulationes, ut digni habeantur regno Dei. Profer igitur Caluine qd deest operibus iustorum, quominus meritoria censeantur beatitudinis, aut desine nobis calumniari, quod cœlū promercale exponamus. Deus enim ipse fecit promercale, & sicut Aug. alicubi dicit tanti uenditur, quanti illud uolueris emere. Quod si legisses Origenem Hiero. Aug. Chry. Greg. in parabolam illam de conuentione cum mercenariis ex denario diurno, non putares hanc doctrinam tam certam, & a cunctis antiquis receptam figmētum esse monachorum, qui nullum certamen conscientiæ experti, de legis perfectione garriunt. Omnes illi te docerent beatitudinem esse denarium diurnum, ex cuius promissione & cōuentione dominus uult pro sua quęque uirili in hac uita laborare. Et ex his colligere possumus non immerito communiter doctores scholasticos posuisse meritum de condigno etiam respectu beatitudinis. Saltem enim per hanc promissionem æqualitatem aliquam habent opera bona iustorum ad præmium uitæ æternæ, nec opus eis esse aliquo nouo ualore ut acceptentur, & habeantur digna tanta remuneratione,

Margin notes: Ber. ser. 69. in Cant. — 1. Pet. 5. — Ioa. 3 5. — Mat. 19. — Mat. 5. — Luc. 22. — Ps. 14. & 23. — Cap. 23. — Colo. 2. — Mat. 20.

A ratione. Atque hinc moti sunt. S. Bona. Sco. Rich. & alij, ut intrepide asse- *Beatitudo* rerent deberi iustis beatitudinem. Debetur enim quod promissum est. Et ut *debetur bo-* de promissione facta operibus iustorum ex citatis testimonijs satis constat *nis operi-* ita de gloria respondenti gratiæ baptismi, & susceptionis Eucharistiæ lique *bus.* re potest, ex illis. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui mandu *Marc. ult.* cat hunc panem, uiuet ĩn ternum. Et par est ratio de alijs sacramentis. Sunt *Ioan. 6.* enim signa ueracia, & ad hoc a deo nobis data & instituta, ut per piã & de- *Mat. 4.* uotam eorum susceptionem perueniamus ad beatitudinem. Cumq; Chri- *Augu. ser.* stus dicebat. Pœnitentiam agite. Appropinquauit enim regnum cœlorum *16. de uer-* satis aperte promittebat pœnitentibus non tantum remissionem peccato- *bo. et 105.* rum, sed & regnum ẽt cœlorũ. Et præter testimonia clariss. citata ubi supra *de tempo-* ex Aug. habemus definitionem expressam pro his in concil. 2. Arausi. can. *re.* 18. ubi ita legimus. Debetur merces bonis operibus si fiant. Et ne dubites *Consensus* Caluine semper ecclesiam tenuisse, opera iustorum esse uitæ æternæ meri- *Eccle. de* toria, accipe hæc pauca. Celestinus. 1. ita definiuit. Tanta erga homines est *meritis.* bonitas Dei, ut nostra uelit esse merita, quę sunt ipsius dona, & pro his quę *Celesti. 1.* largitus est, æterna præmia sit donaturus. In conci. Lateranen. sub Innoc. 3. *can. 12. ep.* ita legimus. Non solum autem uirgines & continentes, uerumetiam con- *14* iugati per fidem rectam, & operationem bonam placentes Deo ad æter- *Firmiter.* nam merentur beatitudinem peruenire. Aug. in episto. ad Sixtum quærit. *d sum. tri.* Nulla ne igitur sunt merita iustorum? Et ipse sibi hunc in modum respon- *et fi. ca.*
B det. Sunt plane quia iusti sunt. Sed ut iusti fierẽt, merita non fuerunt. Vides *Augu. ep.* ut negat merita ante iustitiam, & ea post ipsam adeptam concedit? Et alibi *105.* fide retinebam, non solum conuersos ad Deum gratia eius adiuuari, ut pro *1. Retract.* ficiant, ac perficiantur, ubi adhuc dici potest pro merito conuersionis eo- *15.* rum istam dari gratiam, uerumetiam ut conuertantur ad Deum, ad ipsam *De præde* Dei gratiam pertinere. Hic quidem meritum profectus & perfectionis iu- *sti sanct. c.* stitiæ affirmat. Et alias pro bonis meritis in resurrectione nouissima dicit *12.* recipienda esse præmia, & pro malis horrenda supplicia. Sed quia uitæ ęter *14. de tri-* næ merita requiris, animaduerte in citata epist. expresse Augu. dicere uitam *ni. c. 15.* ipsam æternam meritis præcedentibus reddi, & merito iustitiæ tanquam stipendium reddi, sicut mortem merito peccati, sed ideo appellatam esse gra tiam a Paulo, quia gratis datur, & quia data sunt ipsa merita. Gratia, inquit, nuncupatur, non quia non meritis datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Et alio in loco. Quid animam faciet beatam, nisi meritũ suũ, & præmium domini sui? Sed & meritum eius gratia est illius, cuius præ- mium erit beatitudo eius. Et statim subnectit. Homo cum conderetur, ac- cepit iustitiam, propter quam, beatitudinem accipere mereretur. Isidorus. Hominis meritum superna gratia, non ut ueniat, inuenit, sed postq; uene- *Isido. 2. de* rit, facit, atq; ad indignam mentem ueniens facit in ea meritum, quod remu *sum. bo. c.* neret, quæ solum inuenerat quod puniret. Sed intermittam testimonia alio *15.* rum sanctorum, quæ passim occurrunt, Ex uno Bern, quia maxime a qui- *Bern.*

busdam de sententia eius ambigebatur, & illum omnia merita negasse colligebant ex quodam serm. de Annunciatione perperam intellecto, adiungam his quoddam manifestum testimonium. In serm. 69. in Cant. ita scribit. Sufficit ad meritum scire, quod non sufficiant merita. Sed ut ad meritũ satis est de meritis non præsumere, sic carere meritis, satis ad iudicium est. Porro infantium renatorum, neminem carere meritis, sed Christi habere merita. Quibus se tamen indignos reddunt, si sua iungere quiuerunt, sed neglexerunt. Quod quidem periculum iam adultę ætatis est. Merita proinde habere cures. Habita, data noueris, fructum speraueris Dei misericordiam, & omne periculum euasisti, paupertatis, ingratitudinis, præsump ionis. Perniciosa paupertas, penuria meritorum. Præsumptio autem spiritus fallaces diuitiæ. Et ideo diuitias & paupertatem ne dederis mihi domine, ait Sapiens. Felix Ecclesia, cui neque merita sine præsumptione, neq; præsumptio absque meritis deest. Habet unde præsumat, sed non merita. Habet merita, sed ad promerendum, non ad præsumendum. Ipsum non præsumere nonne promereri est? In serm. item 81. in eadem Cant. & in illum uersum Psalm. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, & in serm. 1. dedic. Eccle. agnoscit merita. Et sicubi aliquis sanctorũ ea negasse uideatur respectu beatitudinis, sicut uidetur quidem Basi. hom. 28. in Psalm. aduertat pius lector non negare illos meritum, aut debitum ex gratia & promissione diuina, sed merita ex libertate & uiribus nostris, loquuntur quippe, ut Paulus qui uerissime dicit. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam. Et hæc sunt merita, quæ nos obliuisci uult Augu. ut dona Christi toto pectore amplectamur. Sed obijcit nobis Caluinus scripturam ubiq; clamare uitam æternam esse hæreditatem, quæ non alio, quam gratuitæ adoptionis iure nobis obuenit. Et hoc argumento utitur etiam Philip. in apologia confess. Aug. ut dicat non deberi propter opera beatitudinem, licet sit compensatio laborum & afflictionum huius uitæ. Et quoniam alia argumenta, quę contra nos sunt, in q. citatis explicate dissolui, huic uni nũc breuiter respondeo. Quod scriptura hæreditatem appellet uitam ęternam, perspicuum est, sed ꝙ nullo alio quam gratuitę adoptionis iure nobis eam obuenire ubique clamitet, liquet ex iam dictis tam esse falsum, quam quod falsissimum. Nec inconuenit, quod iure hęreditario debetur, fieri etiam bonis operibus debitum. Nam & in humanis obsequẽtes filij possunt sua pietate & obsequijs in patrem promereri hęreditatem iure filiationis sibi debitam. Et Christus dotes corporis & exaltationem sui nominis, & iudiciariã potestatem, ac dominium orbis, suis pręcellentibus operibus meruit, etiãsi gloria saltem corporis debita esset sibi iure primogeniturę. Atq; ut uideas, & adores Caluine prouidentiam. ss. ne locus esset huic uestro cauillo, hęreditati coniunxit scriptura retributionem, & econuerso. Pau. seruis ait. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus, scientes ꝙ a domino accipietis retributionem hæreditatis. Vides hęre

Expo. sanctorum negãtium in speciẽ merita beatitudinis.

Obie. Cal.

Ephe. 1. Heb. 1.

Vita æterna retributio hæreditatis.

Colo. 3. d.

A ditatem retribui iure bonę & fidelis seruitutis hominibus exhibitę. Et alibi idem Pau. Non segnes efficiamini, uerum imitatores eorum, qui fide & patientia hęreditabant promisiones. Audis Caluine etiam iure fidei, & patientię obuenturam iustis promissam hęreditatem. Atque ut intelligeremus regnum cœlorum esse hęreditatem eiusmodi, ut bonis operibus promerenda exposita sit, ubi dixit Pau. Si filij, ergo hęredes, mox subiunxit. Si tamē compatimur, ut & conglorificemur. Et ubi Christus ad possessionem prę-mij bonorum operum iustos inuitat illis uerbis, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum, pro uerbo possidete, habetur Grę κληρονομήσατε, hoc est, hęreditate possidete. Quibus uerbis constare nobis uoluit, beatitudinem donari iustis, & ut pręmium suorum laborum, & ut hęreditatem perpetuam filijs gratiss. donatam. Et hinc ecclesia uidetur didicisse, quod de martyribus canit. Tradiderūt corpora sua propter Deum ad supplicia, ut hęredes fierent in domo domini. Ac uel unum martyrum exemplum confirmare potest, et uelut obsignare omnia ista. Quis enim dubitet admirabilem eorum uirtutem & patientiam, censeri apud Deum certaminū suorum agonothetam ęquissimū, meritum beatitudinis, pro qua illi tāta & tam horrenda tormenta ęquanimiter, alacriter, & lętanter tolerarunt? Equidem & nihil illis deesse ad ipsam consequendam satis declarauit ecclesia, cum definiuit iniuriā facere martyri, qui orat pro martyre. Et hoc idem particulatim, ut certum affirmat Rich. de illis, qui uel nihil commiserunt, uel nihil habent expiandum.

Heb. 6. c

Cum Marthæ. de cele. miss.

Rich. de S. Vict. c. 10. de potestate lig. & solue.

B

Definitio Ecclesiæ contra impugnatam fictam iustitiæ Christi imputationem. Cap. XVII.

SEd tandem, ut finem istis imponamus, litem istam de necessitate nouę imputationis iustitię Christi ad consecutionem beatitudinis cōci. Flo. resoluisse uidetur in hæc uerba. Illorum animas diffinimus, qui post baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas ēt, quę post contractam peccati maculam, uel in suis corporibus, uel eisdem exutę corporib. pro ut superius dictum est, sunt purgatę, in cœlum mox suscipi, & intueri clare ipsum Deū trinū & unū, sicuti est, meritorū tamen diuersitate aliū alio perfectius. Et in instructione Armenis data ab Eugenio quarto eodē approbante conci. similiter diffinitur, morientes post susceptū baptismū, antequā culpā aliquā cōmittant, statim ad regnū cœlorū, & Dei uisionem peruenire. Si autem opus esset aliqua noua imputatione iustitię Christi, aut aliquo nouo recursu ad eam, uel imploratione ipsius, non pollicitū esset conci. beatitudinē huiusmodi iustis statim reddendā, tacitis in totū omnibus, quę ad eā nouā imputationē spectant. Et ne aliquis diceret, istā imputationem fieri statim post mortem, etiam sine ulla inuocatione ipsius, & hoc supposuisse conci. ut nullus euadendi, aut tergiuersandi locus esset, placuit sanctę Synodo in cap. quod modo exponimus, omnem ambiguitatem dirimere illis uerbis, quę ca. 1. in hoc propositum notauimus. Nihil

Cōci. Flo.

ipsis iustificatis amplius deesse credendum est. Idemque ipsum fecerunt in C can. penult. ubi solum requisierunt, ut huiusmodi iusti consequerentur beatitudinem, recessum ex hac uita in gratia. Et hanc fuisse Synodi mentem, nouimus certo omnes, qui ei interfuimus. Et omnia testimonia quibus sancti

c.19. doctores, ut paulo ante citauimus, asserunt, & martyres, & iustos alios decedentes ex hac uita post plenam satisfactionem suorum peccatorum, statim uidere Deum, aperte militant pro hac ueritate. Nemo quippe eorum meminit huius fictæ imputationis, neq; docuit aliquid aliud esse huiusmodi iustis necessarium. Nec alias ita constanter tradidissent, statim post hanc uitam ipsos uidere Deum. Vnde enim scire potuissent, continuo apponi illam nouam meritorum Christi imputationem, quę quidem illis deesset ad consecutionem beatitudinis, si uera esset opposita sententia? Atque hoc ui-

1. Cor. 1. a. detur esse, quod Paulus Corinthijs gratulatur, cum gratias se agere Deo pro illis affirmat, quod ita diuites in Christo facti erant, ut nihil illis deesset in ulla gratia expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi. Adeo uero certa, & aperta uidentur argumenta iam facta, ut etiam seclusa Ecclesiæ definitione crediderim, nullum catholicorum posse asserere talibus iustis necessariam esse nouam istam iustitiæ Christi imputationem, neq; mihi hactenus psuadere potui de his iustis locutos fuisse, qui ex catholicis crediti sunt eam asseruisse. Vtcunque tamen ista se habeant, commodum erit diluere argumenta, quæ aduersus hanc patrum definitionem possunt obijci.

De fiducia in solo Deo & iustitia Christi. Cap. XVIII.

Obiect. 1. PORRO necessariam esse iustis nouam iustitię Christi imputationem, ut consequantur beatitudinem, inde primo potest quis suadere, quia solum diuinæ misericordiæ, & iustitiæ Christi est innitendum, & confidendum, ut consequamur beatitudinem. Et periculosum, ac præsumptuosum uidetur, quantacunq; obtinuerimus iustitiam, nostræ iustitiæ inniti ad

Ro. 8. tantum, & tam eximium beneficium. Non sunt enim condignæ, teste Pau

Luc. 17. lo passiones huius temporis ad futuram gloriam. Et cum fecerimus, quæ præcepta sunt nobis, dicere nos habemus, iuxta mandatum saluatoris, seruos inutiles, hoc est, neq; idoneos, neq; sufficientes ministerio nobis iniuncto, & indignos prorsus aliquo, nedum tanto, & tam pręcellenti præmio. Et spem in uno Deo collocandam, & non in nobis, quantuncunque iusti

Hiere. 17. simus, satis docuit Hiere. illis uerbis, Maledictus, qui confidit in homine, &

Hila. i Ps. ponit carnem brachium suum. Vnde & Hila. in illa uerba, Effundite coram

61. illo corda uestra, ita scribit. Effundendus coram Deo omnis affectus est, ut nihil de nobismetipsis fiduciæ sit, sed ut per eum, ante quem nos tanquam pro peccato effundimus, adiuuemur. Et Augu. dicit unam spem nobis reliquam esse, quandiu sub carnis infirmitate gemimus, q mediatorem habemus Christum, per quem Deo reconciliamur. Atque huius communis fidei nō obscurum testimonium uidetur, q omnes uere pij in articulo mortis constituti, propriæ iustitiæ diffisi, ad unam Christi iustitiam recurrunt,

eamq;

A eamque patri cœlesti pro se præsentant, eique uni innituntur. Neque peccatores soli, ut redeant in gratiam cum Deo, ipsius fauorem, & misericordiam per iustitiam Christi implorant, sed & iusti, ut assequantur beatitudinem, merita Christi patri cœlesti præsentant, & iuxta morem receptum in tota Ecclesia, nunc per ipsius Christi passionem, nunc per ieiunium, nunc per resurrectionem, & alia suæ ipsius uitæ mysteria ipsum obsecrant, et interpellant. Itaque si ut uerissime dicit Cœlestinus legem credendi statuit, lex supplicandi, uel ex istis supplicationibus potest colligi, etiam iustos indigere noua imputatione iustitiæ Christi. Atque hinc moti uidentur multi huius temporis doctores, & præsertim authores libelli oblati a Cęsare Ratisponę ad componendum religionem, ut aperte docerent, animam fidelem nō debere iustitię sibi inhęrenti fidere, sed soli iustitię Christi. Et Caluinus fortassis propter hæc dicit non esse expectandam pro bonis operibus uitam æternam, sed duntaxat ex gratia Dei. Verum hæc omnia, quę obiecta sunt duntaxat probāt, non esse in nobis fidendum, quatenus nudi & in solis uiribus nostris consideramur, nec in operibus, quę a nobis ut sic procedunt, nec patres in can. 26. uoluerunt pro talibus operibus nos expectare uitam æternam, sed ut diserte explicuerunt pro operibus in Deo factis, hoc est auxilio ipsius & per merita Christi factis, & adeo misericorditer propter Christum ad beatitudinem acceptatis. Et in hoc contingit hic decipi, quia putatur fiducia in huiusmodi operibus esse fiducia in nobis, & nō in Deo, *Epi. 1. ca. no. 11.* *Respon. c. 5.* *In can. 26*

B nec in Christi iustitia, cum tamen uerissime in illis sit. Quia licet opera nostra, & misericordia Dei & merita Christi necessaria sint ad beatitudinē, sicut lumen & uisus ad uisionem, & potiorem tamen partem, & principaliorem tenent merita Christi, a quibus pendent nostra merita et ualorē suū mendicant. Deinde. Neque si soli iustitiæ Christi esset innitendum, ideo consequens est, ut necessaria sit nobis ad consequendam beatitudinem noua ipsius imputatio. Innitendum enim est iustitię Christi iam nobis applicatę, cum recte confidimus. Neque quispiam debet inniti applicationi faciendæ, sed sperare illam duntaxat, siquidem bonis operibus, uel orationibus, eam promereatur. Et ideo in Ecclesia communiter docemur, recurrere, pręsertim in articulo mortis, ad merita Christi, & eorum applicationem postulare, eaque pręcipue Deo tunc offerre, quoniam isto recursu, & postulatione, & oblatione passionis Christi cauemus inanem gloriam, profitemurque, eum esse præcipuum autorem, & consummatorem nostræ iustitiæ, & denuo promeremur, ipsius merita nobis applicari ad uincendas tentationes, quæ tum occurrunt, & perseuerandum in iustitia, & proficiendum in ea, & ad consequendum aliquam remissionē pœnæ, uirtute & merito ipsius orationis. Et ad hoc ultimum præsentamus passionem Christi pro existentibus in purgatorio. Si enim plurimum possunt ualere martyrum merita, & opera iustorum, cum ante tribunal Christi populus eius adstiterit, ut aperte testatur Cyprianus, quanto magis po- *Recurrendum ad iustitiā Christi in articulo mortis.* *Cypr. ser. 5. de lapsis*

terunt eo in tempore iuuare nos merita saluatoris nostri. Vnde & diuus C
Augu. Augustinus, cum pro bonis matris suae operibus gratias agit Deo, pro peccatis, Christi iustitiam implorat his uerbis. Ego itaque, laus mea, & uita mea Deus cordis mei, sepositis paulisper bonis eius actibus, pro quibus tibi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis matris meae deprecor te, exaudi me per medicinam uulnerum nostrorum, quae pependit in ligno, & sedens ad dexteram tuam interpellat pro nobis. Haec ille. Ac tibi quidem Caluine ne improbares, can. patrum sufficere debuerunt uerba Pauli, qui utique palam ostendit se pro laboribus suis expectasse uitam aeternam, cum dixit. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiae. Nec Deo displicuit Ezechias, sed placuit potius cũ nonnihil ostendit se cõfisus fuisse in bonis suis operibus, ut inueniret apud Deum misericordiam. Memento inquit, quomodo ambulauerim coram te in ueritate & corde perfecto. Et cum doctores sancti citati & ecclesia non semel in officijs ecclesiasticis, ut. q. 4. de iustific. allegaui diffidere nostris meritis docet, satis indicant ex cohaerentibus, de meritis loqui seiunctis a gratia Dei, & duntaxat secundum id, quod a nobis habent. Et de ueris meritis, hoc est de operibus nostris, ut a gratia Dei & meritis Christi pendent, & ab eis participant suum precium, eadem tradere potuerunt, quia illa cõmuniter nobis nõ satis cõstant, & salubrius est & tutius ad uitandum omne superbię periculum, & Dei misericordiam certius, ac plenius promerendam, ad illius semper benignitatem, & iustitiam Christi confugere. Tametsi enim in probabiliter creditis ueris meritis liceat modo iam expresso confidere, & ea fiducia sancta sit & laudabilis, tamen sanctius est & perfectius ad imitationẽ Pauli posteriora obliuisci, & ad ea quae sunt priora, extendere nos ipsos. D

2. Tim. 4. *4. Re. 20.* *Expo. sanctorum docentium diffidere nostris meritis.*

De timore iustorum in morte. Cap. XIX.

Mat. 25. *1. Pet. 4.* *Iob. 9. & 26.* *Psalm. 74* *Responsio* *In iudicio nõ haesitabũt iusti d' sua salute.* *Sap. 5.*

Secundo alij obijcere possunt nobis timorem, quo sępe concutiuntur iusti cogitantes districtum rigorem quo Deus iudicaturus est orbem terrarum. Virtutes enim coelorum tum commouebuntur. Et iustus uix saluabitur. Et sanctissimus Iob uereũ oĩa opera sua. Et colũnę coeli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Cum enim acceperit tempus, ipse iustitias iudicabit. Atqui iusti habent quidem in hac uita, & habebunt etiam in beatitudine timorem filialem, quo maiestatis diuinae celsitudinem admirati, sicut decet filios, eam perpetuo supra omnia reuerebuntur. Hic est enim timor domini uere sanctus, qui permanet etiam in columnis coeli in saeculum sęculi. Sed quicquid quidam suspicati fuerint, propter quaedam sanctorum testimonia perperam intellecta, certum ex fide est, non habituros iustos timorem ullum anxietatis, aut hęsitationis de sua salute, cum stabunt ante tribunal Christi, siue in iudicio uniuersali, siue in iudicio parti-

A culari, quo omnes, & singuli iudicantur, dum exeunt de terreni corporis statione. De iudicio enim uniuersali scriptum est, Stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Et dies iudicij secundum Paulum dies erit reuelationis iusti iudicij Dei, & in eo illuminanda sunt abscondita tenebrarum, & manifestanda consilia cordium. Itaq; sicut damnati certi erunt de sua perpetuo damnatione, ita & tunc iusti certissimi erunt de sua perpetua salute. Pulchre Hierony. in sententiæ finalis iudicij expositione. Prudens lector attende, q; & supplicia æterna sint, & uita perpetua metum deinceps non habeat ruinarum. Ex quibus, cum illis, quæ de Gehenna lib. 14. cap. 4. allegauimus, excusari possent aliqua difficilia, qbus, alibi uitã tandem polliceri uidetur peccatoribus, si cum fide hinc migrauerint. In iudicio etiam particulari, quod fiet in morte uniuscuiusq;, omnes animæ iustorum certę erunt, & securæ de sua salute, neq; uel minimum habebunt de ea timorem, aut hæsitationẽ. Nãmox ut hinc decesserint iusti erũt uel in purgatorio, uel in beatitudine, quia non est locus aliquis medius ubi audiant sententiam iudicis priusquam in hunc, uel in illum locum recipiantur. Animæ autem purgatorij certę sunt de sua salute, ut merito diffinitum est a Leone. x. contra Lutherum. Si enim hic per fidem sciebant, ex illis, qui erunt in purgatorio, neminem periturum, & in hac tantum uita locum esse merito, uel demerito, ut Hierony. in com. Ecclesiastæ. 9. & ad Gala. 6. & Augu. in Enchi. cap. 110. & in lib. de cura pro mortuis agenda, & Orige. in Psalmum 36.

Ro. 2.
1. cor. 4.
Hieron. in Mat. 25.
A\[i\]æ purgatorij certæ sunt de sua salute.

B & Chrysost. hom. 55. in Ioan. aperte docent, multo magis & ipsæ de seipsis hanc certitudinem ibi habebunt. Et de animabus beatis hoc idem lucidissimum est, quia beatitudo habet summam pacem, & repugnat timori, & beatis certum erit, teste Augustino, sic in æternum ipsos fore, nec posset quis esse beatus sine certitudine de perpetuitate suę beatitudinis. Et quę timendi causa potest iustis esse post mortem, cum carnis dissoluto uinculo aperta luce mox intelligent, se in gratia Dei absoluisse suæ uitæ circulum? Quis tunc accusabit aduersus electos Dei? Deus, qui ipsos iustificauit? Quis est, qui condemnet? Christus Iesus qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit? Equidem ipsos tunc ille comitantib. angelis ad se deducet, ac ut carissimos fratres recipiet, & exosculabitur, & siquidem liberi ab omni reatu decesserint, ut præclaros, & strenuos milites corona immortalitatis continuo prẽmiabit. Si timent igitur iusti, ut uere timent districtum rigorem iudicij diuini, timent quidem duntaxat in hac uita, idque solum propter causas iam supra satis expressas, non autem quia necessariam sibi putent fore aliquam nouam iustitiæ Christi imputationem, si hinc liberi ab omni reatu decesserint. Nam etsi esset necessaria, certo sciunt nemini decedenti in gratia, aliquid defuturum, quod opus sit ad consecutionem beatitudinis.

Augu. 19. de ciui. ca. 27.

Obiect. 1. VErum illo argumēto urgere magis quidam uidebantur necessariam esse quibuscunque iustis iustitiæ Christi imputationem, quia iustitia nostra quantacunque sit, ualde imperfecta est, ut ad perpetuam familiari-
Esa. 64. tatem cum Deo admittatur. Scriptum est enim. Quasi pannus menstruatæ,
Psal. 142. uniuersæ iustitiæ nostræ. Et alibi. Non iustificabitur in conspectu tuo om-
119. nis uiuens. Et rursus. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Atque his moti uidentur quidam docti, & pij uiri, & nominatim in quadam controuersia doctissimus ille Alber. Pixi. Camp. ut assererent omnes etiam iustos maledicto, & iræ diuinæ, cui subiecti sunt legis transgressores, obnoxios futuros fuisse, nisi nobis misericordissime Deus succurreret in suo filio, & nostra iustitia uacuos illius inuolueret iustitia. Actū, ait, esset de nobis, nisi diuina misericordia nobis succurreret, ignoscēs quod ex parte nostra minus est, & quod exorbitat, & subsultat a diuinæ iustitiæ regula. Quia nemo est addit, quem si ad regulam diuinæ iustitiæ exigas, etiā imperfectiorem, & nostræ fragilitati attemperatam, ad quā exigimur modo, non iure iniquus & iniustus comprobetur. Quam sententiam uidentur & illi secuti, quos citauimus dixisse ad consequendam beatitudinem necesse esse, ut nostræ iustitiæ defectus suppleatur, per iustitiam Christi, si secundum iudi-
Aug. 19. de ciuit. c. 27. cium Dei rigidum iudicari deberet. Et uidetur huic sententiæ fauisse Aug. in testimonio quod nobis sæpe ex illo obijcit Calui. Ait. n. Ipsa quoque nostra iustitia quanuis uera sit, propter ueri boni finem, ad quē refertur, tamen tāta D est in hac uita, ut potius pctōrum remissione constet quā perfectione uirtutum. Quare cum oīs remissio pctōrum fiat per xpm, semp noua ipsius imputatione erit iustis opus. Idem etiam postulare uidentur uerba illa eius-
9. Conf. c. 13. dem. Væ hominum uitæ quantuncunque laudabili, si remota misericordia discutias eam. Nec minus illa Bern. Quid potest esse omnis iustitia no-
Ber. ser. 1. de fest. omniū sanct. stra corām Deo? Nonne iuxta prophetam, uelut pannus menstruatæ reputabitur? Et si districte iudicetur, iniusta inuenietur omnis nostra iustitia, & minus habens? Quid ergo de peccatis erit, quando ne ipsa quidem pro se
Psal. 142. poterit respondere iustitia? Propterea obnixe cum propheta clamātes, Nō intres in iudicium cum seruo tuo domine, tota humilitate ad misericordiā
Respon. recurramus, q̄ sola potest saluare animas nostras. Sed enim licet iustitia nostra quæcunque & quantacunque sit ad iustitiam diuinā collata, & ad iustitiam humanitatis xpi, & ad iustitiam alterius patriæ, & similiter collata ad legem, quam tenemur sub ueniali, uel mortali seruare, tamen perfecta est in ordine ad legem, quam obligati sumus sub mortali complere. Nam quanuis admittat aliquas culpas ueniales; tamen perfecta est in genere suo,
1. Ioan. 4. & pro modulo huius uitæ, & perfecta uocatur a Ioanne, & qui illam ha-
Matt. 5. bent perfecti a Christo dicuntur. Perfectum enim est unumquodque, cum habet perfectionem conuenientem suo statui etiam si careat perfectione alterius status. Et Deus ad consecutionem beatitudinis a nullo exigit

A quicquam impoſsibile, ut ſupra abunde probauimus. Quod ſi pro uenialibus aliqua adhuc requiratur noua imputatio iuſtitiæ Chriſti, nihil id nobis aduerſatur, qui nunc de ſolis decedentibus abſque ullo reatu diſputamus. Ac propter illa duntaxat uidentur Auguſtin. & Bernar. illa quæ obijciuntur, dixiſſe. Et Auguſtin. in loco, cui maxime innititur Caluinus, perſpicuum eſt propter uenialia dixiſſe, noſtram iuſtitiam, etiam ſi uera ſit, maxime conſtare remiſsione peccatorum. Mox enim in huius probationem inducit, ꝙ tota Eccleſia dum hic peregrinatur, orat ſemper. Dimitte nobis peccata noſtra. Eamq́ orationem dicit non eſſe efficacem pro eis, quorum fides ſine operib. mortua eſt, ſed pro eis, quorum fides per dilectionē operatur. Et neceſſariam eſſe hanc orationem omnib. hic uiuentibus probat, quia non perfecte ratio imperat uitijs, ſed utiq; aliquid ſubrepit in hoc loco infirmitatis & bene confligenti, ſiue hoſtibus talibus uictis, ſubditiſq; dominanti, unde ſi non facili operatione, certe labili locutione, aut uolatili cogitatione peccetur. Ac propter huiuſmodi peccata potuit dicere, Væ hominum uitæ &c. Vel forte ad antecedentem miſericordiam ea retulit, non ad conſequentem. Omnibus enim eſt, & fuit ſemper neceſſaria miſericordia, ad redeundum in gratiam cum Deo, licet iam reconciliatis neceſſaria non ſit miſericordia alia noua, ne damnentur. Et quanuis omnia opera noſtra, ut hæretici uolunt, eſſent peccata, haberi quidem inde tantum poſſet, neceſſariam eſſe applicationem, & imputationem iuſtitiæ Chriſti ad eorum re-
B miſsionem, quod & nos non negamus, qui de liberis ab omnibus peccatis loquimur, Sed uel ob hanc cauſam deberent illi cum tota Eccle. aſſerere purgatorium, ut ab illis expiarentur transferēdi in beatitudinem. Nec enim ſine aliqua cooperatione noſtra, uel per opera, uel per paſsiones remitti poſſunt nobis de lege peccata.

De teſtimonijs Aug. contra poteſtatem implendi in hac uita præceptum diligendi Deum. Cap. XXI.

SEd & ex primo & maximo legis mandato, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. pergūt quidā ſuadere neceſsitatem nouæ imputationis iuſtitiæ Chriſti. Quia cum arctiſsime ad illud teneamur, tamen nemo noſtrum poteſt ipſum implere in hac uita. Quare et ad hūc defectum ſupplendum neceſſarium eſſe putant, imputari omnibus iuſtitiam Chriſti, ut conſequantur beatitudinem. Et non poſſe a nobis impleri hoc mandatum, teſtimonijs Augu. confirmant, quæ hic opus eſt explicemus, ut præſtemus quod lib. 11. promiſimus. Is igitur in Augu. de perfectione iuſtitiæ diſerte, ait, in illa plenitudine charitatis patriæ præceptum hoc eſſe implendum. Nam cum eſt adhuc, inquit, aliquid carnis concupiſcentiæ, quod continendo frenetur, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Et mox illam perfectionem dilectionis, quam hic habere non poſſumus, ſed duntaxat in patria, uidetur aſſerere nobis præcepta. Cur enim ait non præ-

Obiec. 4.
Matth. 22

ciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac uita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quo currendum est, nescitur. Quomodo autem sciretur, si nullis praeceptis ostenderetur? Et similia his tradit in de spiritu & litera, his uerbis. Istud praeceptum diligendi Deum ex toto corde in illa uita complebimus, quando uidebimus Deum facie ad faciem. Sed ideo nobis hoc etiam nunc praeceptum est, ut admoneremur, quid fide exposcere, quo spem praemittere, & obliuiscendo quae retro sunt, in quae anteriora nos extendere debeamus. Haec ille. Sed cum diuus Augusti. luculentissime in testimoniis iam citatis tradiderit, neminem a Deo fuisse obligatum ad impossibile, plane admonuit, ita esse quaecunque alibi dixerit temperanda, ut Deus ostendatur equus & iustus, nec a quoquam exegisse, quae illius non subessent potestati. Et peculiariter hoc ostendit de hoc praecepto in de spiritu & litera. cap. 26. Nam cum dissereret de dilectione, ad quam sumus hoc praecepto adstricti, ita scriptum reliquit. Neque enim si esse nondum potest tanta dilectio Dei, quanta illi cognitioni plenę perfectaeque debetur, iam culpae deputandum est. Aliud nanque est nondum totam assequi caritatem, aliud nullam sequi cupiditatem. Et multa ibidem congeminat, ut doceat satis esse impletioni huius praecepti in hac uita, si nulli delectationi, uel cupiditati illicite consentiamus. Vnde & alibi ait. Non praecipit scriptura, nisi caritatem, nec culpat, nisi cupiditatē. Et in lib. 1. de doctrina Christiana cap. 22. ita exponit hoc praeceptum, ut solum insinuet nobis esse prohibitum hoc praecepto, ne alia re fruamur. Dicit enim. Cum ait toto corde, tota anima, tota mente, nullam uitae nostrę partem reliquit, quae uacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re uelit frui. Sed quicquid aliud diligendum uenerit in animum, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit. Ad uerba autem obiecta, in quibus perfectionem caritatis patriae pręceptam nobis uidetur significare, respondet. S. Tho. hoc eum dixisse, non quia ad illam simus adstricti, sed quia ille est finis, ad quem assequendum pro uirili contendere, & aspirare debemus. Vnde & ipse ea ratione tantam nobis perfectionem praeceptam esse dixit, ut per praeceptum sciretur, quo esset currendum. Itaque perfectio patriae non cadit sub hoc praecepto, ut materia, sed ut finis. Quare & ab ea deficere, non repugnat impletioni, ad quam sumus constricti, repugnat tamen impletioni perfectae, in quam suspirare, & conniti debemus. Quod si cui durum uideatur tribuere Augustino rem tam absonam, ut finem pręcepti dixerit cadere sub pręcepto, possumus & aliter uerba ipsius interpretari. Ac pensatis profecto omnibus, quę in citatis libris ille disseruit, & mature expenso proposito, de quo ipse ibi agebat, hic uidetur legitimus & germanus eius sensus, ut nos quidē adstricti simus hoc pręcepto ad diligendum Deum ex toto corde ita perfecte, ut omnia Dei mandata seruemus, & ne minimam quidem culpam contra aliquod eorum admittamus, ita tamen ut sub culpa lętali ad magnas culpas, sub ueniali autem ad paruas. Et quia istam perfectionem nul-

Respon. (margin)

Augu. (margin)

1. de doct. Christiana. (margin)

Exposi. 1. August. ex Thom. 22. q. 44. (margin)

Exposi. 2. Aug. (margin)

A lus habet in hac uita, neque moraliter potest habere, habebunt autem omnes beati in patria, ideo hoc præceptum dixit in plenitudine caritatis patriç esse implendum, & eam perfectionem esse homini pręcepto hoc mandatam, quam nemo habet in hac uita. Neque ex hoc sequitur, Deum pręcepisse secundum Augustinum aliquid impossibile. Quippe, ut lib. 14. explicuimus, & in eisdem lib. Augusti. docet, hanc perfectionem simpliciter habere possumus per gratiam Dei, neque potest quidpiam esse peccatum, quin sit uoluntarium. Vnde & idem Augusti. alibi, quod Iob dicit iuxta translationem, qua utebatur, Annotasti, siquid inuitus commisi, ad ea peccata referendum esse docet, quę non delectationis illecebra committuntur, sed causa deuitandę molestię alicuius, aut doloris, aut mortis, quę quadam necessitate dicuntur committi, quia omnia sunt superanda amore & delectatione iustitię. Et huiusmodi peccata inuoluntaria uocat Basil. in initium prouerbiorum, tametsi sciret, ut diserte passim tradit omne peccatum & posse, & debere a nobis uitari. Et quoniam Caluinus inde putat deceptos esse patres, ut dicerent baptizatos debitores esse uniuersę legis seruandę, quia Paulus ait, Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est uniuersę legis faciendę, & ipsius Basilij testimonium hic adiungemus contra illum. Omnis, inquit, baptizatus debitor est Euangelij, sicut circuncisus legis. Iręneus etiam uicinus apostolicorum temporum, ita scribit. Christus manifestatus est nouo testamento cognito & prędicato per prophetas, ut possint semper proficere credentes in eum, & per testamenta proficere, & maturescere per effectum salutis. Vna enim salus, unus Deus, qui formauit hominem, pręcepta autem multa, & non pauci gradus, qui adducunt hominem ad Deum. Vide Caluine, an negauerint hi patres multa etiam num pręcepta nobis indicta esse & seruatu possibilia, & necessaria, & per eorum obseruationem uenire nos ad Deum, & proficere, & maturescere. Et quid opus est commentum tuum in uerba Pauli impugnare? De abusu, inquis, loquitur eorum, qui circuncisionem fingebant esse opus meritorium, & ijs erat professio seruandę legis. Quem dabis ex Iudęis ita delyrasse? Et quid necesse erat, ut Paulus eorum abusum tanta asseueratione nobis prędicaret? lege doctores. s. qui mentem Pauli, quę aperta est, ędisserunt, & intelliges, ideo potius eum dixisse, quę commemoras, ut uel ea ratione a suscipiendo circuncisionis ritu fides deterreret, quoniam illum admittentes, admittere debebant totam legem.

B (margin at "to cognito")

Aug. 2. de pecca. me. et re. c. 10. *Iob 14. d.* *Peccata inuoluntaria* *Resp. pro can. 7. de bap. in ses. 7.* *Gala. 5* *Basi. 2. de bap.* *Iren. 4. con. hære. cap. 22.*

De necessitate nouæ Dei misericordiæ & nouæ applicationis iustitiæ Christi ad consecutionem beatitudinis. Cap. XXII. C

VAlidius nimirum suaderi potest necessaria esse in consecutione beatitudinis noua imputatio meritorum Christi, quia Deus nulli tenetur dare uitam æternam, & cuicunque eam dat, gratis, & ex misericordia dat. Quod diserte satis traditur a Bernardo his uerbis. Iam uero de æterna uita scimus, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, neque si unus omnes sustineat. Neque enim talia sunt hominum merita, ut propter ea uita æterna debeatur ex iure, aut Deus iniuriam aliquam faceret, nisi eam donaret. Nam ut taceam, quod merita omnia dona sunt Dei, & ita homo magis propter ipsa debitor est Deo, quam Deus homini, quid sunt merita omnia ad tantam gloriam? Sed aliquanto luculentius illud docet, & confirmat ex ipsis diuinis scripturis Augustinus in hæc uerba. Numerus sanctorum per Dei gratiam, Dei regno prædestinatus, donata sibi etiam usque in finem perseuerantia, illuc integer perducetur, & illic integerrimus iam sine fine beatissimus seruabitur, adhærente, sibi misericordia saluatoris sui, siue cum conuertuntur, siue cum præliantur, siue cum coronantur. Nam & tunc esse illis Dei misericordiam necessariam, sancta scriptura testatur ubi sanctus Dauid de domino suo dicit animæ suæ. Qui coronat te in miseratione, & misericordia. Dicit etiã Iacobus Apostolus. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Vbi ostendit etiam in illo iudicio in quo iusti coronantur, iniustique damnantur, alios cũ misericordia, alios sine misericordia iudicandos. Propter quod etiam mater Maccabæorum filio suo dicit. Vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Hactenus. Aug. Quod si, ut supra diximus, necessaria est noua applicatio iustitiæ Christi ad quodcunque nouum beneficium spiritale, multo magis necessaria erit etiam noua imputatio iustitiæ xpi ad consecutionẽ beatitudinis. Et hoc argumento utuntur etiam quidam ad probandũ opa iustorum non esse meritoria de cõdigno, nec beatitudinẽ esse debitã iustis. Nã si esset debita, cessare, aiunt, in eius collatione misericordia. Sed scriptura dum palã docet illã esse coronam iustitiæ, & adeo iusto, ut mercedem retribui, satis isinuauit illã eẽ aliquo modo debitã. Et ut docuimus latius. q. 5. de iustific. propterea locum habet ibi iustitia, quia iusti digni sunt beatitudine, nec Deus posset eã nõ donare, nisi reuocata lege & pmissionib. suis. Et quia illas posset reuocare per potestatem suam absolutam, asserit ipsa esse, ac uerissime est opus misericordiæ. Nec nos negamus effectũ eẽ iustitiæ xpi, misericordiam, qua Deus utitur in beatos, concedendo eis beatitudinem. Immo supra concessimus, necessariam esse iustis nouam applicationem iustitiæ xpi, ut eam adipiscantur. Tantum contendimus eam applicationẽ esse debitã ex lege propter applicationem iustitiæ Christi factã in prima iustificatione, nec esse opus imputatione ipsius noua, et si sit opus noua applicatione. Positis, n. o ibus iputationib, adhuc Deus ex misericordia cõcedet.

Ber. ser. 1. Annuntia.

August. de cor. et gra. cap. 13

Psal. 102.

Iac. 2.

D

2. Mac. 7.

Respon.

2. Tim. 4.

Heb. 6

A Nec imputatio. 2. potest Deum compellere ad conferendam beatitudinẽ, & quodcunque ius, aut uinculum illa potest adijcere, potest & prima. Maior quidem iustitiæ Christi diffusio requiritur, ut iusti, & beati simus, non autẽ maius meritum. Eaque merita sufficient, ut consequantur iusti beatitudinem, quorum imputatio satis fuit, ut iustificarentur. Et si exhauribilia essent merita Christi nõ plus exhauriretur de illis propter beatitudinem, & iustificationem, quam propter solam iustificationem, sed illud meritum sufficeret ad utrunque, quod sufficit ad iustificationem. Et hoc quidem perspicuũ esse potest in iustificatione peccatorum ob merita iustorum. Licet enim Paulus iustificatus ob merita Stephani plus participet modo uirtutem eorũ, quam in uia, tamen non fuit necessarium Stephano maius meritum ad promerendã ei beatitudinem & gratiam, quam ad promerendam gratiam, nec est facta Paulo aliqua noua meritorum Stephani imputatio, cum adeptus est beatitudinem respondentem gratię ob merita illius acceptæ. Ad omnia igitur beneficia spiritalia, quæ nobis, siue in gratia, siue in peccato a Deo communicantur, necessaria est applicatio & imputatio iustitię Christi. Atque ideo & ipsi secundum Deum gratias pro omnibus beneficijs nobis exhibitis, ex asse & solide debemus semper agere. Veruntamen ubi semel ad beatitudinẽ, uel ad quodcunque aliud beneficium imputata nobis fuerit, non est opus secunda ipsius imputatiõe, ut illud suo loco & tempore accipiamus. Atque ex his liquere satis potest nihil detrahi gloriæ Dei, aut gratię Christi per doctrinã, *Epilogus huius libri*

B quam patres tradiderũt de iustificatione in toto hoc decreto. Quia uero & in hoc quoque calumniatur Caluinus can. ultimo. s. Synodi, adijciam huic libro canones omnes patrum, ut manifesta sit omnib. illius calumnia. Ita. n. clare & dilucide gloriam Dei, & gratiam Christi ubique prædicant, ut cum et libero nostro arb. & donis omnibus. Dei honorem suum habeant, & media semper incedant uia inter Pelagianos & Lutheranos, tamẽ quoquo uersum spectas, nihil aliud in ipsis legas, quam magnificentissimam Dei in nos per Christũ misericordiam. Placuit etiam sic coniũctim omnes subnectere, ut commodius postea respondere possim ad tres calumnias, quas potissimum in uniuersos ipsos torqueri uideo a Caluino, & ut quæcunque hactenus in hoc opere disseruimus, sua illi autoritate uelut obsignent, & communiant. Et quoniam ipsi per se sunt satis dilucidi, & si qua erant in ipsis difficilia, ea iam omnia inter exponenda capitula pro tenuitate, nostra exposuimos, & ad cauillos omnes Caluini contra illos abunde respondimus, contenti erimus eregione uniuscuiusque locum signare in quo illum exposuimus, ac defendimus. Inde poterit qui nostra dignabitur legere, absque ullo labore habere, quicquid nos circa ipsum canonẽ scripsimus. Sed ipsa iam uerba patrum auidis mentibus audiamus, & quanta perspicuitate & grauitate errores omnes ad hoc argumentum spectantes, & attigerint, & debito anathemate ferierint, diligenter nobiscum expendamus.

Post hanc catholicam de iustificatione doctrinam, quam nisi quisq; fideliter, firmiterq; receperit, iustificari non poterit placuit. s. Synodo hos canones subiungere, ut omnes sciant, non solum quid tenere, & sequi, sed etiam quid uitare, et fugere debeant. C

CANONES

I

Fol. 225. d 217. b *Siquis dixerit, Hominē suis operibus, quæ uel per humanæ naturæ uires, uel per legis doctrinam fiant, absq; diuina per Christum Iesum gratia posse iustificari coram Deo, anathema sit.*

II

Fol. 268. b *Siquis dixerit, Ad hoc solum diuinam gratiam per Christum Iesum dari, ut facilius homo iuste uiuere, ac uitam æternam promereri posset, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrunq; sed ægre tamen, & difficulter possit, anathema sit.*

III

Fo. 52. d. et 60. d *Siquis dixerit, sine præueniente spiritussancti inspiratione atq; eius adiutorio hominē credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.*

IIII

Fo. 52 b. et 466. d *Siquis dixerit, Liberum hominis arbitrium a Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atq; uocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac preparet, neq; posse dissentire, si uelit, sed uelut inanime quoddam nihil omnino agere, mereq; passiue se habere, anathema sit.*

V

15 4. & 467. c *Siquis dixerit, Hominis lib. arb. post Adæ peccatum, amissum, uel extinctum esse, aut rem esse de solo titulo immo titulū sine re, figmentum deniq; a Satana inuectum in Ecclesiam, anathema sit.* D

VI

Fo. 19. a. et 466. d *Siquis dixerit, Non esse in potestate hominis uias suas, malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari, non permissiue solum, sed etiam proprie, & per se, adeo ut sit eius proprium opus non minus proditio Iudæ, quam uocatio Pauli, anathema sit.*

VII

Fo. 85. b. et 87. b *Siquis dixerit, Opera omnia, quæ ante iustificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, uere esse peccata, uel odium Dei mereri, aut quanto uehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum grauius peccare, anathema sit.*

VIII

66. d. 68. b. 437. c *Siquis dixerit, Gehēnæ metū, per quē ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, uel a peccando abstinemus, peccatū esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit.*

IX

131. d. & 477. b *Siquis dixerit, Sola fide impium iustificari, ita ut intelligat, nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendum cooperetur, & nulla ex parte necesse esse eū suæ uoluntatis motu præparari, atq; disponi, anath. sit.*

X

111. b. & *Siquis dixerit, Homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit, iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse, anath. sit.*

XI

113. c. & *Siquis dixerit, Hominem iustificari, uel sola imputatione iustitiæ Christi, uel sola peccatorum remissione, exclusa gratia, & caritate, quæ in cordibus eorum per spiritumsanctum*

A diffunditur, atq; illis inhæret, aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorē Dei; anathema sit.

XII

Siquis dixerit, Fidem iustificantem nihil aliud esse, quam fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, uel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur, anathema sit. 433.b

XIII

Siquis dixerit, Omni homini ad remißionem peccatorum assequēdam necessariū esse, ut credat certo & absq; ulla hæsitatione propriæ infirmitatis, & indispositionis, peccata sibi esse dimissa, anath. sit. Fo.145.c

XIIII

Siquis dixerit, Hominem a peccatis absolui, aut iustificari ex eo quod se absolui, aut iustificari certo credat, aut neminem uere esse iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum, & hāc sola fidē absolutionem & iustificationem perfici, anathema sit. 170.b

XV

Siquis dixerit, Hominem renatum, & iustificatum teneri ex fide ad credendum se certo esse in numero prædestinatorum, anathema sit. 145.c

XVI

Siquis magnum illud usq; in finem perseuerantiæ donum se certo habiturum absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit, anathema sit. 299.d

XVII

Siquis iustificationis gratiam non nisi prædestinatis ad uitam contingere dixerit, reliquos uero omnes, qui uocantur, uocari quidem, sed gratiam non accipere, ut pote diuina potestate prædestinatos ad malum, anath. sit. 303.b.308 b.

XVIII

Siquis dixerit, Dei præcepta homini etiam iustificato, & sub gratia constituto esse ad 254.b

B obseruandum impoßibilia, anath. sit. 267.d.

XIX

Siquis dixerit, Nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neq; præcepta, neq; prohibita, sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit. 265.a

XX

Siquis dixerit, Hominem iustificatum, & quantunlibet perfectum non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum quasi uerum Euangelium sit nuda, & absoluta promißio uitæ æternæ sine conditione obseruationis mandatorum, anathema sit. 251.d

XXI

Siquis dixerit, Christum Iesum a Deo hominibus datum fuiße, ut redemptorem, cui fidant, non etiam ut legislatorē cui obœdiant, anathema sit. 252.b

XXII

Siquis dixerit, Iustificatum uel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, uel cum eo non posse, anathema sit. 299.c

XXIII

Siquis Hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, neq; gratiam amittere, atq; ideo eam qui labitur, & peccat, nunquam uere fuisse iustificatum, aut contra posse in tota uita peccata omnia etiam uenialia uitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de beata uirgine tenet Ecclesia, anathema. 447.c 477.b

XXIIII

Siquis dixerit, Iustitiam acceptam non conseruari, atq; etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, & signa esse iustificationis adeptæ, nō etiam ipsius augendæ causam, anath. 474.d

XXV

Siquis, In quolibet bono opere iustum saltem uenialiter peccare dixerit, aut, quod intoleran- 438.b

lerabilius est, mortaliter, Atq; ideo pœnas æternas mereri, tantumque ob id non mereri, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema sit. C

XXVI

Siquis dixerit, iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerunt facta expectare, & sperare æternam retributionem a Deo per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum, si bene agendo, & diuina mandata custodiendo usq; in finẽ perseuerauerint, anathema.

XXVII

426.b Siquis dixerit, Nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumuis graui & enormi præter quam infidelitatis peccato semel acceptã gratiam amitti, anathema sit.
427.a

XXVIII

412.c Siquis dixerit, Amissa per peccatum gratia simul et fidem semper amitti, aut fidẽ quæ remanet, non esse ueram fidem, licet non sit uiua, aut eum qui ueram fidem, sine caritate habet, non esse Christianum, anathema sit.

XXIX

315.b Siquis dixerit. Eum qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine sacramento pœnitentiæ, prout Sancta Romana & uniuersalis Ecclesia a Christo domino, & eius apostolis edocta hucusque professa est, seruauit, & docuit, anathema sit.
390.a

XXX

415.c Siquis, Post acceptam iustificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam dimitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, uel in hoc sæculo, uel in futuro in purgatorio antequam ad regna cœlorum aditus patere posit, anathema sit.

XXXI

D

293.c Siquis dixerit, Iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit.

XXXII

Siquis dixerit, Hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius uiuum membrum est, fiunt non uere mereri augmentum gratiæ, uitam æternam, & ipsius uitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atq; etiam gloriæ augmentum, anathema sit.

XXXIII

Siquis dixerit, Per hanc doctrinam catholicam de iustificatione a sancta Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ dei, uel meritis Iesu Christi domini nostri derogari, & non potius ueritatem fidei nostræ, Dei deniq;, ac Christi Iesu Gloriam illustrari, anathema sit.

Responsio ad tres potissimum calumnias Caluini contra uniuersos Canones. Cap. XXIII.

Contra hos præmissos canones multa Caluinus intorquet, multa clamitat, multa nugatur, multa calũniatur. Exceptis tribus priorib. & 19. & 22. nullus est, qui in totum eius palato faciat satis. Maximã partem eorum dãnat, omnes contemnit, deridet floccifacit, & ubi non potest aliquid damnare, aliquid tamẽ inuenit quod mordeat. Videas, si legas illius censuras, execrationib. & fulminationibus patrum eum comprehẽsum, & spiritu

A spiritu satanæ agitatum, uix iam posse ulli sanę doctrinę acquiescere. Sed ex omnib. quæ in doctrinã patrũ obiectat, tres duntaxat mihi uideo reliquas esse calumnias, quas hoc loco debeã diluere, ut susceptum munus fideliter absoluam. Atq; ut a postremo canone incipiam, illud in primis queritur, ꝙ dei gloriam, & Christi gratiam ꝑpe modum hac doctrina patres exinaniuerint. Et quia districte ꝓhibuerunt, ne quis hoc diceret, Ingeniosa uero cautio, inquit, ne quis uideat, quod uident omnes. Et paulo post. Anathematis terrorem aliis incutiunt, ne impietatem cernere ausint, cuius ipsi sibi conscij erant. Verũ audi patienter Cal. & nisi te pigeat discere, qd ignoras, intelliges non. s. Synodũ, sed uos esse & in dei gloriã & in Christi gratiã impios, ac blasphemos. Nec deus quidẽ, nec Christus ut homo indiget bonis & gloria nostra. Propter cõmodũ & gloriã nostrã glorificari a nobis uult Christus. Et tũ demũ glorificari se putat, cũ nos serio & in illo, & per illum uel ꝑficimur, uel ꝓficimus, ac illius in nos dona nõ leuia esse, aut inania, sed eximia, & magnifica sentimus. Quis ergo magnificẽtius sentit de donis dei & meritis Christi, uos, an. s. Synodus? Iudiciũ eligamus nobis, & inter nos uideamus qd sit melius. Te ipsum ausim constituere hic iudicẽ, nec uerebor tuũ ipsius iudiciũ subire, siquę dixero intellexeris, & ex cõscientia sententiã tuleris. Vide quantum nostræ causę confidã. Fatetur ergo. s. Syn. ut manifeste uides, in his Cano. non posse nos nec acquirere iustitiam, nec deperditam reparare, nec in ea proficere, aut perseuerare, nec deniq; ad ipsius perfectionẽ uenire, nisi ex Dei benignitate per Christum. Nihil igitur est in uniuersa nostra iustificatione, quod Dei glorię, aut Christi gratiæ subtrahatur. Nam in his quinque gradibus tota illa uersatur, & perficitur. Quod si rursus & nos facere posse, ac sępe aliqua ex his facere ex dei gratia, & propter merita Christi asseuerat, tanto ergo magis quam uos, dei gloriam et Christi in nos gratiam cõmendat, quanto plura & pręstãtiora concedit per dei benignitatem & propter Christi iustitiam nos posse facere, & promereri. Vos uos certe derogatis glorię dei, qui dicitis totam libertatem ad bonum abstulisse homini per peccatũ, & a nobis exigere impossibilia, nec donum aliquod hactenus communicasse homini, per quod possit absq; uitio & culpa operari, aut iustificationis suæ, aut profectus, aut perfectionis esse uel minima causa. Et quasi Deus auarus sit aliquis, aut parcissimus, & suorum bonorũ indigens, aut quasi gloria nostra glorię illius quicquam possit detrahere, ita hęc omnia in solidum Deo tribui uultis, ut nullam prorsus partem suę gloriæ communem uoluerit facere uel in gratiam sui filij suis creaturis. Vos uos profecto detrahitis gratiæ Christi, qui tam parum illum potuisse apud suum patrem asseritis, ut eos pro quibus mortem acerbissimam pertulit, nec fecerit donis aliquibus eis inhęrẽtibus iustos, nec auxilia eis promeruerit, quibus possint uel bene operari, uel liberi a peccato, & reatu esse in hac uita. Nonne in naturalibus tãto minoris uirtutis aliquod agens probatur, quãto pauciores & minus perfectos effectus potest producere? Nonne ille

Calũnia. 1 Calui.

Resp.

B

minuit magnificentiam regis, qui minora prædicat eum contulisse suis sub C ditis? Et quis sicut Cal. inuidet gratiæ Christi, qui ex septem sacramentis no bis ab illo benigne collatis, omnia tollit, pter duo & eorum duorum uim pene omnem euacuat, & opera in ipso Christo, & per ipsum facta damnat? Et quis sicut Cal. Christum deridet & spernit, qui uicariū illius & sponsam suam Eccl. in Concilijs, & in pceptis irridet, qui traditiones Christi et Apo stolorum contemnit, & ipsam sacrosanctam inuiolabilem scripturā decurtar, & adulterat? Quereris qđ tot anathemata patres in uestros errores fulgurauerint, & Bacchico furore percitos tot dicis eos execrationib. diffluxisse, ut se probarēt de numero eorꝝ esse, quorum os maledictione plenū est.

Calūnia. 2 Calui.

Resp. pro multitudine anathe.

Sed non tā paucis, sed sexcentis prorsus, & bis mille uos oēs feriendi estis anathematis, qui conturbatis Eccl. & miseras oues dum blandis sermonib. decipitis, a caulis dñici gregis dispergitis, & a uerorum pastorum suorum obędientia subtrahitis, & uolentes iam ad rectā fidei lineam reuerti, mille do lis & technis, etiamnum cum aperto iudicio diuino uestra causa dānata est, impeditis. Non primi patres Tridentini anathema indixerūt in errores cō tra fidem. Vsi sunt & ipsis pene omnia concilia generalia, & multa sancta p uincialia. Vsi sunt sancti patres, & nominatim Gre. in li. 1. ep. 24. Et a Paulo hęc didicit Eccl. qui ēt angelis de cœlo anathema apostolica autoritate in di xit, si aliud a fide a se tradita euāgelizarent. Nec crudelitas hęc ēst, ut calūnia ris, nec feritas, nec truculentia, sed misericordia, sed benignitas. Cauēt sic pa stores Christi suis ouibus, et deterrēt a pestiferis, et noxijs doctrinis. Et uos D cogitis ad hęc Eccl. qui tantū uirus scriptis uestris disseminatis. Tollite pesti lentes errores, quibus animas inficitis, & perditis, & cessabunt anathemata.

Calūnia. 3 Calui.

Non pudet, addis, intonare, neminē iustitię compotem futurū, qui non fir miter teneat, qđ pręscribūt. Quid? An noua iustificationis ratio nuper exor ta est? Ac non potius, sicut una est salus, ita & eadē omnes ad ipsam perueni mus uia? Quid ergo prophetis, & Apostolis fiet, qui nō operā dederūt tali bus magistris? O uero sapientissimā, & pudentissimā Caluariā. Non pudet,

Resp.

inquit, Quasi pudendū sit, ipsissimū Christi Euangeliū fidelibus necessariū annunciare. An noua est, addit, iustificationis ratio? Quasi ut noua hęc dog mata, & nō potius, ut uetustissima patres cōprobauerint. Et quid erit, subiū git, pphetis & Apostolis, qui talibus magistris operā non dederunt? Quasi patres se illoꝝ doctores, & nō uerius eoꝝ discipulos, & successores, et filios ubiqꝫ fateanť. Sustine Cal. paululum, & intellige, si potes sapientiā, & miran dum cōsiliū. s. Synodi. Non excluserūt patres prophetas, aut Apostolos, a iustificatione, nec aliquē omnino sanctoꝝ, qui eos pręcesserūt, aut hæc non legerūt, sed excluserunt uos, qui lecta contēnitis, ridetis, subsanatis. Et quia nō est noua hæc doctrina, sed antiqssima, atqꝫ ut ex his nostris libris, potes si credideris, lucidissime intelligere, a Christo, et ab Apostolis tradita, & p petuo retenta ab Eccl. catholica, idcirco tāta autoritate firmať, & sanciť. Et qm una est hęc uia, qua ad uerā salutē omnes perueniamus, ideo patres, ne

A minem iustificari posse asseruerũt, qui non hanc firmiter, & fideliter susceperit. Et tu igitur Calui, si sapis, reddi in te ipsum, agnosce tandẽ errores tuos, agnosce contumelias, agnosce blasphemias. Ne despicias Deũ te ad pniam adhuc uocantem. Non opus est exagitare Hiero. dicentem pniam esse secũdam tabulam post naufragium. Non ille, ut tu suspicaris, pniam post mille naufragia negauit, sed secundã tabulam dixit ad differentiam Baptismi. Idcirco Eccl. Christi spõsa istis uos anathematis dure ferit, ut a grauissimo sopore et stupore, quo tenemini, aliqñ expergiscamini, & resipiscatis a diaboli laqueis, a quo captiui tenemini ad ipsius uolũtatẽ. Aĩaduersio ipsius in uos, testimoniũ est strictę dilectionis, qua uos prosequit. Cupit uel hac ratione liberos uidere, ac uiuẽtes filios, quos nunc seruos peccatorꝶ, & uere in ipsis mortuos deplorat. Quod si pnĩa ductus, consilium nostrum agnoueris, & ipsa in primis, quæ nemini materna sua uiscera claudit, tametsi grauiter a te subsannata & despecta, obuijs te manibus redeũtẽ accipiet. Ac pater misericordiarum, qui Pauli, tametsi blasphemi, & persecutoris & cõtumeliosi misertus est, quia iguorans ea faciebat, miserebit et tui, et ut filiũ exosculabitur, honorabit, ac donis, quæ nunc non credis, locupletabit, & augebit. Nosqꝫ qui tui ex corde miserti pro profugo & errabundo nunc gemimus, & ad Deũ quales quales preces ex animo ꝓ te fundimus, plane tuo reditu, et conuersione beabis. Ideo.n. tibi non pepercimus, ut deus aliqñ parcat. Atqꝫ hęc satis iam sint, pro tua tota antidoto, & expositione & defensione totius hu B ius decreti in Dei gloriam & Christi gratiæ commendationẽ a patribus ędi ti. Ipsi Christo totius nostrę iustitię autori gloria & laus sit cum patre &. ss. ab omni creatura per infinita sęcula sęculorum. Amen.

Cõl. c4. 13

FINIS.